Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

Staatl. Bibliothek
Regensburg

4° Jur. 382(2

Digitized by Google

Digitized by Google

Staats- u. Univ.-Bibliothek
Regensburg

4° Jur. 382 (2

/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS NICOLAI HERTII,

ICTI, ANTECESSORIS PRIMARII, SENIORIS ET ACADEMIAE GIESSENSIS CANCELLARII,

COMMENTATIONVM

ATQVE

OPVSCVLORVM

DE

SELECTIS ET RARIORIBVS

EX

IVRISPRVDENTIA VNIVERSALI, PVBLICA, FEVDALI ET ROMANA,

NEC NON

HISTORIA ET GEOGRAPHIA ANTIQVAE GERMANIAE,

ARGVMENTIS,

VOLVMEN SECVNDVM.

EX

MANVSCRIPTIS B. AVTORIS

EDIDIT, CORREXIT, & INSIGNITER LOCVPLETAVIT

IOH. IACOBVS HOMBERGK,

CVM PRIVILEGIO SACR. CAESAR. MAIESTATIS.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,

Apud IOH. BENIAM. ANDREAE, & HENR. HORT.

ANNO MDCCXXXVII.

Digitized by Google

Staatl. Bibliothek Regensburg

Digitized by Google

SERENISSIMIS

PRINCIPIBVS AC DOMINIS,

DOMINO

LVDOVICO,

PRINCIPI HAEREDITARIO,

NEC NON

DOMINO

FRANCISCO ERNESTO,

HASSIAE LANDGRAVIIS,

PRINCIPIBVS HERSFELDIAE,

COMITIBVS CATTIMELIBOCI,

DECIAE, ZIEGENHEINAE, NIDDAE,

SCHAVMBVRGI, YSENBVRGI,

ET BVDINGAE,

&c. &c. &c.

PRINCIPIBVS AC DOMINIS

MEIS LONGE CLEMENTISSIMIS.

Digitized by Google

SERENISSIMI
PRINCIPES
AC
DOMINI,
DOMINI CLEMENTISSIMI.

QVod in conſpectum SERENITATVM VESTRARVM praeſens Commentationum opus venire audeat, id tanto, vt ſpero, clementius feretis, quanto grauiores ad hoc me cauſae impulerunt. Enimuero iam tum B. Pater meus, dum viueret, SERENISSIMIS VESTRIS NOMINIBVS, vt humillimi obſequii & venerationis teſſera, ac qualecunque deuotiſſimi animi pro innumeris clementiſſime collatis in ipſum beneficiis, monumentum exiſteret, volumen hoc deſtinauerat. Si itaque pii Filii eſt, voluntatem patris pro lege ſeruare, &, quod is, morte praeuentus, perficere non potuit, ſine mora adimplere, vel hoc vnicum me a metuenda temeritatis nota abſoluere valebit. Et quorum potius, quam VESTRORVM, SERENISSIMI PRINCIPES, NOMINVM ſplendore hoc opus fulgebit? Eſt enim in ſchola Patria enatum, magna

Digitized by Google

magna cum cura & ſollicitudine elaboratum, & TE, SERENISSIMO PRINCIPE FRANCISCO ERNESTO, clementiſſime praeſente & audiente, in publico conflictu ventilatum. Accedit, quod inter virtutes, vltra Tantorum Principum aetatem longiſſime prouectas, quas exteris pariter domeſticisque Germaniae Principibus coram intuendas admirandasque exhibuiſtis, non minima ſit ſingularis Veſtra Humanitas, & nunquam condigne ſatis laudandus erga bonarum artium ſtudia fauor, quo doctorum Virorum ſcripta, auro argentoque pretioſiora, complecti conſueuiſtis. Clementiſſime igitur, SERENISSIMI PRINCIPES, hunc qualemcunque laborem, tanquam ſincerum deuotiſſimae mentis exemplum, accipite, & orba ſuo Auctore opuſcula, aduerſus maleuolorum latratus, Potenti Veſtro Patrocinio protegite. De caetero Deum T. O. M. calidis imploro precibus, velit VOS, DOMINOS MEOS CLEMENTISSIMOS, qui inter fulgida Principum Imperii ſidera ſingulariter emicatis, cum vniuerſa & Auguſta Haſſiaca Domo gratiae ſuae donis, ex alto largiter beare, nec non in ſpem atque ſolatium Patriae quam diutiſſime ſaluos & incolumes conſeruare, quo glorioſiſſimorum Veſtrorum Maiorum gloriam non ſolum aſſequi, ſed etiam, ſi poſſibile eſt, ſuperare valeatis.

SERENISSIMORVM VESTRORVM NOMINVM

deuotiſſimus & ſubiectiſſimus ſeruus,

IOANN. IEREMIAS HERTIVS.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI.

ACcipis heic B. L. volumen Parentis mei τῶν εἰς ἁγίους Commentationum, Opuſculorum atque Diſputationum, quas olim & paulo ante placidam e vita hac emigrationem inter varios tam publice commiſſos, quam priuatim ſuſceptos labores erudito orbi communicauit. Sunt autem eiusmodi argumenti, ceu quidem Syllabus ſubſequentis paginae facile monſtrat, vt doctiſſimorum varii generis Virorum animos mire ſemper commouerint. Equidem in laudes heic abire, tanquam in cauſa propria, non decet, nec libet, vbi tot publica proſtant teſtimonia tot tantorumque Virorum, qui partim per alios, ſi ipſi non potuerunt, partim per literas, ſed non raro quaeſiuerunt fruſtra, vel ideo quod cuncta fere exempla ſtatim, licet non in exigua impreſſa copia, fuerunt diuendita & diſtracta. Teſtantur quoque de ſelectiori commentationum argumento & acumine ingenii, quod in iſtarum pertractatione elucet, eruditorum ſubinde acta atque ſcripta publica, in quibus paſſim allegantur, & heic eadem adducere, & longum & moleſtum foret. Quare etiam P. Parens, dum adhuc viueret, ſaepiſſime admonitus fuit, vt ad modum, quo olim eiusdem fere argumenti opuſcula collegit, mox alterum ederet. Qui admonitioni tanto libentius locum dedit, quanto certius aliunde cognouit, quod prioris voluminis exempla ſuos abunde inuenerint amaſios. Quare etiam adhuc in viuis exiſtens, non ipſe modo emendauit opuſcula, auctoritatibusque corroborauit maioribus, ſed &, quod magis eſt, ita adauxit, vt B. L. vnum alterumque iſtorum duplo prope maius, vel ex nuda inſpectione inuenire queat, quam quidem ab initio inuenit. Quod diſtributionem voluminis praeſentis attinet, parum neceſſe eſt, vt iſtius deſcriptioni longius inhaereamus, quae eadem fere cum illa in priori Tomo eſt, niſi quod multa heic ad illuſtrationem antiquae & mediae Geographiae pariter & Hiſtoriae Germanicae occurrant. Vnicum, quod heic forſan deſiderabit B. L. eſt vitae Parentis beate defuncti curriculum; ita enim decet, & more receptum eſt hodie, vt Virorum res geſtae, qui de Republ. & literatura bene commeriti ſunt, non ingrato ſilentio

Digitized by Google

silentio obliterentur, sed posteritati partim ad imitandum, partim etiam ad conseruandam bonorum memoriam relinquantur. Et id quidem omnino eo oporteret magis, quo saepius eandem vitae descriptionem Doctissimi Viri, quos inter omnino est Doctissimus Dominus, D. Iohannes Burchardus Menckenius, Polyhistor ille Lipsiensis celeberrimus, & alii ob dictas tantummodo causas desiderarunt. Verum & quod ob inopinatam Viri Honestissimi, qui manus & sumtus huic operi adhibuit, festinationem & causas alias in praesentiarum differtur, id non penitus aufertur. Ante vero, quam finem faciam, monendum quoque erit, quod praesens Volumen partim Giessae, Francofurti partim impressum sit, quare & nonnullos curtim legendo obseruaui typothetarum errores, quos ob distantiam loci corrigere integrum non fuit. Interea te B.L. valere iubeo.

Giessae d. 25. April.
anno MDCCXIII.

IOANNES IEREMIAS HERTIVS,
I. V. Lic.

SERIES

Digitized by Google

SERIES COMMENTATIONVM IN *VOLVMINE SECVNDO* CONTENTARVM.

De Notitia veteris Germaniae populorum.
De Notitia Regni Francorum veteris.
Dissertatio de renouato R. G. I. & Regni Bohemiae nexu.
Dissert. de origine & progressu Specialium R. G. I. Rrerum-publicarum.
Diss. de Feudis ex illis, quae data & oblata dicuntur, mixtis, vt & de pecunia vasallitica, vulgo Manngeld.
Diss. de commentitia Paragii & Apanagii distinctione.
Diss. de Ecclesiis filiabus.
Diss. de iactitata vulgo Ordinis Cistercienſis libertate ac exemtione a superioritate & aduocatia.
Dissert. de Iurisprudentia cauente.
Diss. de Differentiis Iuris in statu naturali & aduentitio.
Diss. de pluribus hominibus vnam personam sustinentibus.
Dissertatio de fratris Germanique querela inofficioſi contra quoscunque.
Dissert. de Seruitute naturaliter constituta.
Dissertatio de reseruatione Dominii vel hypothecae in re vendita.
Dissertatio de Pignore conuentionali tacito.
Paroemiae Iuris Germanici.

DE

Digitized by Google

PARS PRIMA.

DE VETERIS GERMANIAE POPVLIS VSQVE AD SECVLVM A CHRISTO NATO SECVNDVM ET PAVLO POST VNIVERSE.

PRAEFATIO.

§. I.

QVi notitiam Imperii noſtri vel publicum ius, quod vocant, tradere aggreſſi ſunt, plerique a Romanis rebus ordiri conſueuerunt. Aliis contra rectius viſum, initia a veteribus Germanis repetenda: hi enim Romanis, certe Germaniam magnam quod attinet, nunquam ſubfuerunt, & poſtea Vrbis Romae annexarumque huic terrarum domini facti, translato in ſe Imperatorii faſtigii titulo, non ideo αὐτονομίαν amiſere, aut Romae ſponte ſubiecerunt, vt prouincia eius abinde eſſent. Neque vero maiores noſtri tales fuerunt, quorum pudere debeamus: imo mores eorum & inſtituta in quam multis melius ſe habuere, quam illorum populorum, qui de cultura maxime gloriabantur, & ipſos aliosque populos Barbarorum vocabulo inſigniebant. Placuit proinde, quae ad rem eorum publicam pertinent, diſputationi huic includere. Dabimus autem praecipue operam, vt periodos temporum curate diſtinguamus; quod ab aliis plerisque neglectum magnam diſciplinae huic confuſionem intulit.

Notitia Imperii Romano-Germanici potius a veterum Germanorum, quam Romanorum rebus deducenda.

§. II.

Ceterum notitiae huius quicquid habemus, Germanis haut debetur (1): Vere enim TACITVS de moribus German. Cap. 2. §. 3. *Carmina antiqua vnum apud illos memoriae & annalium genus* fuiſſe, & II. Annal. 88. §. 5. *Arminius canitur adhuc barbaras apud gentes.* conf. IVLIANI μισοπωγ. p. 35. De veteribus Gothis IORDANES de

Germani proprios ſcriptores non habuerunt.

Digitized by Google

de rebus Geticis c. 19. *Cantu maiorum facta modulationibus citharisque canebant.* Plane vt AMMIANVS MARCELLINVS *L. 15. Rer. Rom. c. 17.* scribit: Bardos apud veteres Gallos *fortia virorum illustrium facta, heroicis composita versibus, dulcibus lirae modulis cantitasse.* Vbi nescio, an HENRICVS VALESIVS in notis Bardos illos recte interpretetur scurras (2) & parasitos. Et de KAROLO M. EGINHARDVS in vita eius c. 29. memorat: *Eum barbara & antiquissima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur, scripsisse memoriaeque mandasse.* Quanquam ea ad nos non peruenerunt. PAVLVS quoque WARNEFRIDVS *l. 1. hist. Longobard. c. vlt.* testatur, Alboini Longobardorum Regis liberalitatem, gloriam, bellorum felicitatem & virtutem, non modo Baioariorum & Saxonum, sed & aliorum eiusdem linguae hominum carminibus celebratam fuisse. Vixit autem ALBOINVS ille seculo sexto. Solet etiam a BERNEGGERO *Quaest. ad Tacit. 99.* & aliis huc trahi alter TACITI *de Morib. Germ. XIX. 1.* locus: *Literarum secreta viri pariter ac foeminae ignorant.* Verum melius alii per *literarum secreta* intelligunt literas amatorias, furtim commeare solitas. Id enim praecipue in libello hocce egit TACITVS, vt Germanorum mores cum Romanis contenderet, & hos interdum tacite perstringeret.

(1) Quae Suffridus PETRI & BERNARDVS FVRMERIVS ex antiquis Frisiae tabulariis & scriptoribus, vti ipsi prae se ferebant, protulere, abunde circa principium superioris seculi confutauit VBBO EMMIVS *libro de origine atque antiquitate Frisiorum apologetico.* (2) Nam apud STRABONEM est *l. 4. Geograph.* Βάρδοι ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί. LVCANVS:

Vos quoque, qui fortes animos belloque peremtos
Laudibus in longum vates diffunditis aeuum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

A Bardis illis deriuatus mos ad Francogallos, apud quos solenne fuit, cantilena Rollandi, hoc est, recitatione vel cantu, gesta Palatinorum Comitum complectente, milites ante proelia ad imitationem prouocare, vt testantur WILHELMVS MALMESBVRIENSIS & ALBERICVS *in Chronico.*

§. III.

Quicquid igitur notitiae huius habemus, e scriptoribus Graecis & praecipue Romanis petendum. Subiicitur simul, quid iuniores praestiterint.

E Graecis ergo & praecipue Latinis (1) scriptoribus petenda notitia, quam heic tradere instituimus. Hosce volumen in vnum collegit HERMANNVS CONRINGIVS, exhibens in eo CORNELIVM TACITVM *de situ, morib. & populis Germaniae*, cum notis criticis; excerpta ex IVLII CAESARIS *l. IV. & VI. Commentariorum de Bello Gallico*; ex STRABONIS (qui sub AVGVSTO & TIBERIO Imperatoribus floruit) *l. IV. & VII. Geographiae*; ex POMPONII MELAE *libro tertio*; ex PLINII *L. 4. Naturalis historiae*; ex CLAVDII PTOLEMAEI (2) (qui Alexandriae in Aegypto opus suum conscripsit) *libro secundo Geographiae*; ex AMMIANI MARCELLINI *l. XV. & XXIIX*; ex *itinerario Antonini*; ex *libello Prouinciarum & Ciuitatum Galliae*; ex totius orbis expositione; ex *notitia Imperii vtriusque* & GVIDI PANCIROLLI *commentario.* Eos inter haut dubie eminet TACITVS (3), qui Galliae Belgicae sub VESPASIANO Imperatore rationum procurator fuit, & propterea laudatum eius librum viri eruditi ANDREAS ALTHAMERVS, IODOCVS WILLICHIVS, HENRICVS GLAREANVS, & PHILIPPVS MELANCHTHON (quos tomo I. Scriptor. Rer. Germanicarum SIMON SCHARDIVS inseruit) MATTHIAS BERNEGGERVS, GEORGIVS CASPARVS KIRCHMAIERVS, IOANNES STRAVCHIVS, CYRIACVS LENTVLVS & noue GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS & alii illustrare fategerunt. Vtinam autem exstarent LIVII historiarum liber centesimus quartus, & PLINII (4), quae de bellis Romanorum cum Germanis scripsit, volumina viginti; quorum iactura

Digitized by Google

iactura tanto magis deploranda, quanto **meliorem** habuit notitiam, quippe qui Chaucos ipse adiit. Caeterum superiori **seculo** notitiam hancce opere laboriosissimo excoluit, & Germanorum decora **ex omnibus** etiam remotissimis antiquitatis latebris eruit, Geographorum suae **aetatis habitus** princeps, PHILIPPVS CLVVERIVS, sub *titulo Germaniae antiquae in libros tres distributae*; reprehensus tamen a quibusdam (5), quod nimium sibi **indulsisset** in corrigendis veterum scriptis. Extat etiam eiusdem commentarius **insignis** *de tribus Rheni alueis & ostiis, item de quinque populis eiusdem accolis, editus Lugduni Batauorum An. MDCXI.* qui postea disceptationibus inter ipsum & IOANN. ISAAC. PONTANVM materiam praebuit (6). Nec contemnenda sunt, quae laudatus H. CONRINGIVS passim scriptis suis inseruit. Praecipue autem huc pertinent eius exercitatio historico-politica *de republica antiqua veterum* Germanorum, liber singularis *de habitus corporum Germanorum antiqui ac noui causis*, & liber itidem singularis *de antiquissimis Helmstadii statu & vicinia.* Eiusdem argumenti sunt incomparabilis quondam Principis & Episcopi D. FERDINANDI FÜRSTENBERGII *monumenta Paderbornensia*, posteriore editione non parum locupletata; quae nunc bonam partem in NICOLAI SCHATENI historiam Westphalicam sunt translata.

(1) Non sane hic locum habet, quod obseruauit STRABO l. 3. Geograph. p. 114. *Romanos transferre a Graecis dicta, ipsos autem de suo non multum adferre studii. Itaque vbi Graeci deficiunt, non multum esse, quod aliunde ad explendum possit addi:* Imo vere TACITVS II. Annal. 88. *Ignotus Graecis Armenius, vt qui sua tantum mirantur.* (2) De eo CLVVERIVS l. 3. G. A. c. 1. *Adeo omnem peruerbauit Germaniam, vt si auctoritatem eius fidemque in omnibus sequi velis (id quod factitatum plerisque seculi nostri geographis video & doleo, imo indignor) plane diuersam ab aliorum Germania habituros sis Germaniam.* (3) Cui & illud fidem conciliat, quod non pauca in Germaniae regionibus adhuc hodie eius descriptioni conuenientia deprehenduntur. Ita IACOBVS TOLLIVS epistola I. testatur: *Omnia se oculis vsurpasse in Westphalia, quae in Tacito quondam de moribus Germanorum legisset.* Addit: *Si quis commentarium in eum Taciti librum scribere velit, eum prius in Westphaliam proficisci oportere, inuenturum illic vberrimam commentandi materiam.* Ceterum scripsit TACITVS librum hunc secundo Traiani Consulatu, id est, primo principatus eius anno, vt liquet ex c. 37. §. 9. (4) Vt auctor est CORNELIVS NEPOS. Hinc TACITVS I. Annal. 69. 4. *Plinium Germanicorum bellorum scriptorem* vocat. PLINIVS autem iunior l. 5. ep. 5. de auunculi sui vita scriptisque agens, sic scribit: *Bellorum Germaniae viginti libros, quibus omnia, quae cum Germanis gessimus, bella collegit, inchoauit, cum in Germania militaret, somnio monitus: Adstitit enim ei quiescenti Drusi Neronis effigies, qui Germaniae latissime victor, ibi periit: commendabat memoriam suam orabatque, vt se ab iniuria obliuionis adseruet.* (5) H. GROTIVS in Prolegom. ad Historiam Gothorum, Vandalorum & Longobardorum de eo ita iudicat: *Eius ego diligentiam ac eruditionem sic laudo, vt audaciam tamen spernentis saepe sine vllo firmo satis argumento codicum autoritatem consensumque vetustatis, & acceptas ab vltimis seculis famas, multaque fingentis ex inanibus valde coniecturis, nec probauerim vnquam, nec sim probaturus. Quod semel nobis de illo, qui pluribus contradicendo, necessitatem nobis, vt ipsi contradiceremus, imposuit, praefandum censui: gratiam alioquin ei pro labore, vbi neque studiis neque inuidia abreptus fuit, liberaliter paratus reddere.* Postea vocat *intrepidum omnium, quae ipsi collibita sunt, asseueratorem, & sub antiquae Germaniae titulo nouatorem maximum.* Deinde: *Virum doctum sane, sed mire confidentem.* Item: *Virum lectionis plurimae, sed ingenio fisum.* Conf. eiusdem *epistol.* 780. *An. MDCXXXVII.* & *appendic. ep.* 11. *A. MDCXVI.* vbi subsistit, inuidia, an Danica mercede conductus scripserit. Et tamen nimium forte in amplificanda Septentrionalium populorum gloria H. GROTII studium alicubi deprehendas. P. SCRIVER not. ad H. GROT. libell. de antiq. rep. Batau. c. 2. CLVVERVM *insignitae audaciae* nuncupat. HADR. VALESIVS *in praefat. ad notit. Galliar.* scribit: *Saepe miratus sum, Ph. Cluuerium, doctum grauemque Geographum, priscis gentibus Germaniae, vagis & sedes mutare solitis, suum singulis agrum, sua flumina, montes suos ac siluas, confidenter attribuisse, vt plus quam Liuius ac Tacitus scire videretur: tanquam ipse Principatu Augusti Caesaris natus esset eximius agrimensor, qui totam, quam longa est, Germaniam & singulorum ac vniuersorum eius populorum situs*

Digitized by Google

sua decempeda metiretur. (6) Etenim hic A. MDXIV. opposuit *disceptationes chorographicas de Rheni diuortiis atque ostiis eorumque accolis populis*, & cum ille respondisset *l. 2. G. A. c. 30.* alter A. MDCXVII. edidit *disceptationum chorographicarum nouam syllogen.*

§. IV.

Propositi explicatio.

Nos ex scriptoribus hisce, quae ad institutum nostrum potissimum facere videbuntur, strictim annotabimus. Sunt autem hic aliqua, quae ad Geographicam notitiam spectant: quorsum referenda disquisitio de situ ac finibus Germaniae antiquae, quatenus hi φυσικῶς siue ἐθνικῶς, non πολιτικῶς, vt STRABO *L. IV. Geographiae* loquitur, considerantur. At nostrae vtique tractationis sunt, quae origo sit gentium Germanicarum; qui populi in antiqua Germania; an sui, vel alieni iuris; & num vnam, vel plures ciuitates constituerint; quis earum scopus; quae ratio subiecti; quae forma reip. fuerit, & quae alia complura sunt huius generis. Enimuero quoniam haec sine illis non recte intelligas, libet eorum nonnulla lucidioris doctrinae causa hoc loco praelibare.

CAPVT I.

DE ORIGINE GERMANIAE POPVLORVM ET SEDIBVS VNIVERSE.

§. I.

Sub Celtis olim ac Scythis Germani fuere comprehensi.

VEtustissimos Graecorum Celticae vocabulo, vt Galliam, Hispaniam, Britanniamque, ita praecipue Germaniam comprehendisse (1), non est dubium. A Graecis quoque Scythiae vocabulo appellatam Germaniam, auctor est PROCOPIVS *IV. Gothiorum* & multo ante eum notauit STRABO *Geograph. l. I. & XI.* (2) Inter Latinos PLINIVS l. 4. natural. histor. c. 12. scripsit (3): *Scytharum nomen vsque quaque transiisse in Sarmatas atque Germanos.* Vnde forte est, quod Hungari Germanos Scythas aut Scythulas nominent, si credimus AVENTINO (4); & Scythicam linguam matricem esse Germanicae (5), multa nos credere iubere, obseruauit H. GROTIVS (6); nec aliunde esse, quod Persae aliquot centena nomina cum Germanis habeant communia (7), quae Scythae ortis a se Parthis, diu Persidem tenentibus, perinde vt Germanis tradiderint. Ipsos Scythas a Germanico *Schiesen* dictos, quoniam sagittarum arte caeteris praestabant (8), probabile est.

(1) Hinc STRABO l. 4. Geograph. *Gallos Germanorum consanguineos* vocat. DIODORVS SICVLVS *l. 5. Biblioth.* Γαλάτας, id est, Gallos nuncupat Germanos illos, qui trans Rhenum sedes habebant, & a CAIO IVLIO CAESARE, flumen transgresso, sunt victi. DIO l. 39. histor. testatur, *populis ab vtraque Rheni parte habitantibus idem olim & genus & nomen fuisse.* IDEM L. 59. hist. Germanos in quos expeditionem facturus erat CAIVS, Κελτοὺς appellat. Et apud SVIDAM voce Γερμανικὸς & κελτοὶ Germani Celtae vocantur, qui circa Rhenum fluuium habitant. EVSTACH. *in Dionys.* Danubium siue Istrum (qui haut dubie in Germania oritur) ἐκ Κελτῶν oriri scribit. Conf. ARRIANVM *l. 1. ab init.* vbi de Celtis ad Danubium habitantibus. Hinc SERVIVS *ad Virgil. Aeneid.* notat: *Cateias, tela Gallica; vnde etiam Teutonicum ritum dixit.* Nec dubitauit IOSEPHVS SCALIGER *castigat. in Propert.* pronunciare: *Gallorum veterum idioma Teutonicum fuisse.* Et HADRIANVS VALESIVS *notit. Galliar. voce Lugdunensis Gallia* fatetur, Germanos Transrhenanos saepe a Graecis Celtas dictos se reperisse. Sed causam quam addit, quod multi e Celtis Gallisue non paucis

Digitized by Google

paucis trans Rhenum colonias miserint, **probare non** possumus. Verior ratio ab origine vtriusque gentis populorum petitur. Sane per **Celtarum** & imprimis Gallorum crebra cum Italis Romanisque bella, & commercia, hospitia, **coloniasque** apud hos, ex lingua Teutonica tot voces in latinam migrasse, erudite ostendit IOANNES LVDOVICVS PRASCHIVS *de origine Germanicae linguae latinae dissertatione*. Add. CLVVER. l. 1. G. A. c. 2. & 3. (2) Ait ibi, ex priscorum Graecorum sententia: notas versus septentrionem gentes vno prius nomine vel Scythas vel Nomades (vt ab HOMERO) appellatas, ac postea temporis, cognitis regionibus occiduis, Celtas, liberos, aut mixto nomine Celtiberos ac Celtoscythas dici coepisse, cum prius ob ignorationem singulae gentes vno omnes nomine afficerentur. (3) Idem tamen *l. 8. nat. hist. c. 15.* Scythiam Germaniae conterminam facit. Nimirum vox Scytharum aliquando latius, aliquando strictius sumebatur. Sic Sarmatas & ipsos Scythas dixit STRABO *l. XI. Geograph.* Inuenire tamen est, vbi aperte distinguuntur. Vt ex eodem Strabone, FLORO *l. 4. c. 12.* inscriptione vetere in agro Tiburtino & Theodoreto probat MARTINVS OPITIVS *Variarum Lection. c. 1.* conf. IOACH. PASTORII *dissert. philologic. de originib. Sarmatic. p. 9. seq. p. 50. seq.* (4) *l. 1. Annal. Boiic.* (5) Et Gallorum veterum, vt ex ipsa eorum lingua docte probat BOXHORNIVS *in origin. Gallic. c. 2. & 3.* (6) PROLEGOM. *ad histor. Goth.* (7) Vid. ADAMVS OLEARIVS *Itinerar. Persic. c. 24.* (8) Plane vt Parthi insignes sagittarii, *ad quod a pueritia* eos exercitos, testem habemus DIONEM l. 40. hist. conf. IVSTINVM l. 41. c. 2. BARTHIVM *in Claudiani epithalamium de nuptiis Honorii.* verb. *Parthis sagittas.*

§. II.

De GERMANORVM ORIGINE disceptatio. Vbi Taciti sententia expenditur.

De origine Germanorum anceps est disceptatio, quam vix ad liquidum deducere audemus. Documento esse possunt, quae post SCALIGERVM, CASAVBONVM, PETAVIVM, VSSERIVM, BOCHARTVM, SALMASIVM, VOSSIVM, SAMSONEM & alios, eam in rem disseruere CHRISTOPHORVS ADAMVS RVPERTVS *obseruat. ad synopsin historiae Besoldi*, IOANNES HENRICVS VRSINVS *in isagoge historico-chronologica*, PAVLVS HACHENBERGIVS *libello posthumo de originibus Germanorum & Suedorum*, MICHAEL PRAVN *scripto vernacula lingua edito, cui titulus:* **Der wahre neu entdeckte Vrsprung der Teutschen und anderer Europaeischen Völcker.** Nos, quae Taciti *de morib. Germ. c. 2.* sententia fuerit, prius audiamus. *Ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium aduentibus & hospitiis mixtos: quia nec terra olim, sed classibus aduehebantur, qui mutare sedes quaerebant: & immensus vltra, vtque sic dixerim, aduersus Oceanus raris ab orbe nostro nauibus aditur. Quis porro praeter periculum horridi & ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta Germaniam peteret? informem terris, asperam coelo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit.* Tacitum secuti sunt e iunioribus ALTHAMERVS, RHENANVS, BEBELIVS aliique Germani scriptores, VERSTEGANVS etiam Anglus. Quod non temere miramur, cum TACITVS ex errore gentilium, qui verae circa hominum originem historiae ignari erant, scripserit, persuasus, homines αὐτόχθονας esse, & fungorum instar aut arborum e terra pullulasse. Enimuero rationes eius parum solidi habent. Vt enim taceamus, Phoenices & alios populos ab antiquissimis temporibus non modo mare mediterraneum, sed & Oceanum nauigauisse, annon ex Asia & Africa per mare Euxinum & Istri ostia facilimus ad Germaniam aditus est? annon in eam terrestri itinere ex Sarmatia, Gallia, Italia transiri potuit? Nec obstat, Germaniam priscis temporibus informem terris & incultam fuisse: Nam experientia docuit, naturam solitudini nullam sui partem damnauisse, nec eam esse hominum modestiam, quae vel infelicissimum solum quaestu suo vacare patiatur. Pleraque certe inculta olim iacuisse credi par est,

Digitized by Google

cum adhuc potiora sufficerent. Paulatim sua homines multitudo & discordia longius proiecit, terraeque maria & maria terras monstrauere. Quod subiicit TACITVS d. c. §. 3. *Celebrant carminibus antiquis Tuistonem Deum, terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque*, haud dubie ex creati a Deo hominis historia ortum traxit. Non enim putandum, memoriam eius in Asia (ex qua Germani nostri profecti sunt) penitus intercidisse (1). Tuisto autem idem est, quod Theut, vnde Graecorum θεὸς & Latinorum Deus, Gallorum veterum Teutates seu Ditis, a quo patre & hi prognatos se esse putabant, vt IVLIVS CAESAR *l. 6. Comment. de B. G.* memoriae prodidit (2). Nam & Aegyptii vocabulo Theut siue Deum, siue diuinum virum signabant. Mannus non alius videtur esse quam Adamus, quae vox apud Hebraeos hominem notat. Inde enim Germanorum Mensch, quasi Männisch. Plane vt Romani terrae filios, hoc est, nouos homines, atque auorum obscuritate ignotos, *Manios* quoque dixere. Quod porro addit TACITVS: *Germanos tres Manno filios assignare, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaeuones, medii Hermiones, coeteri Istaeuones vocentur*, inter commenta referunt H. GROTIVS (3) & alii, persuasi, vocabula ista a situ incolentium esse nata: *Ingaeuones* enim esse Inwoners, interius sc. habitantes ad mare; *Herminones* Herumwoners, qui circum habitabant; *Istaeuones* Westwoners, qui ad occidentem, i. e. Rhenum propius. Ast CLVVERIVS tres Noachi filios, Schemum, Iaphetum, Chamum, designari existimat. Nos, si vnius viri filii tres conditores gentis fuere, libenter assentimur CONRINGIO, primum dictum Ingäff, secundum Istäf siue Iustäff, tertium Hermin (4).

(1) Vid. omnino CLVVERIVS l. 1. G. A. c. 9. ALBERTVS THONERIVS, Vicarius Paderbornensis An. 1190. in Monum. Paderborn. p. 136. asseruit, Dute lingua Saxonica veteri Deum significare, & esse apud Westphalos in ore hominum Iodute idolum. (2) PLATO in Phileto: φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν, εἴτε τις θεὸς, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὃς λόγῳ ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινα τῦτον γενεσθαι. *Vocem infinitam excogitauit, siue quis Deus siue diuinus vir, quomodo fama est in Aegypto Theut talem quendam fuisse.* PHILO BIBLIVS testatur apud EVSEBIVM l. 1. praeparat. Euangel. Sanchuniatonem, cum gentium omnium historiam vsque a prima vniuersi molitione nosse vehementer optaret, incepisse ab illo, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωύθ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θὼθ, ἑρμῆν δὲ Ἕλληνες μετέφρασαν, *quem Aegyptii Thoyt, Alexandrini Thot nominarunt, Graeci Mercurium interpretati sunt.* (3) In prolegom. ad Hist. Gotth. conf. CLVVERIVS l. 3. G. A. c. 46. in calce. l. 1. Germ. Ant. c. 9. & c. 32. (4) Forte postea pro Deo cultus. Hinc Herminseula, notum idolum.

§. III.

Aliorum quoque opiniones, quae in illo conueniunt, Europae populos a Noacho descendere, sub examen vocantur.

At Christiani nos, certi de sacrarum literarum fide, nouimus humanum genus a Noacho instauratum in Asia, propagasse eius posteros, & hos, ex Armenia Syriaque, vbi primos post diluuium mortales vixisse (1) profanis etiam testimoniis constat, exundante multitudine, in alias demigrasse terras. Magno autem consensu traditum a veteribus pariter ac iunioribus, Iaphetum, (qui non est alius a Iapeto Poetarum, vtcunque eius omnia fabulis contaminantium) Europaeorum populorum progenitorem esse. Et sane Graecos a Iauane, Iapheti quarto natu filio, ortos, fidem fecerint Iones, qui integrius Ἰάονες, Aetolice autem Ἰάωνες dicuntur. Maximus natu filiorum erat Theras, a quo Thraces esse progenitos, ex maxima nominis affinitate colligitur. Cimmerios autem, quibus

Digitized by Google

bus in Asia sedes ad Bosphorum Cimmerium ac Maeotidem erant, quique Tanai traiecto Europeae Scythiae terras occuparunt, a Gomere filiorum maximo descendere, vulgatior est opinio. Quanquam Cochartus Gomeri pluribus argumentis Phrygiam adscribit. A Noachi abnepotum vno, qui Hebraica lingua Hassarmouet, Iosepho Graece Ἀζερμωθὼς vocatur, Sarmatas prognatos & nomen facili flexu inde deriuatum, post Ariam Montanum & Sarnicium contendit Ioachimvs Pastorivs *Dissertat. Philologica posthuma de originibus Sarmaticis.* A Mosoch siue Meschec sexto Iapheti filio Moschos denominatos post Genebrardum, Ariam Montanum, Mercerum existimat Salianvs (2). Moschorum autem, quos Moschenos dixit Plinivs (3) iam meminit Strabo & Mela. Quod vero Cluverivs (4) nepotem Gomeris Ascenazem Germanici generis principem facit, nititur errore Rabbinorum, qui pro Carmania, quam Onchelos in Genesi Ascenazem inhabitasse scripsit, Germaniam peruerse intellexerunt, vt obseruauit H. Grotivs (5). Et Ῥιγῖνες, quos ab Ascenaze conditos Iosephvs *l.* 1. *Origin. c.* 7. tradit, perperam pro Rhenensibus siue Rhenigenis accipiuntur. Nam ab Ascenaze potius esse gentis minoris Asiae, mari Aegeo propiores, Gerardvs Ioannes Vossivs (6) nos docet. Conf. Ieremias *LI.* 27. & ibi H. Grotivs, annotans: in Asia esse Ascaniam partem Phrygiae & Mysiae. Sed nec Bochartо aut supra laudato Praunio assentimur, a Phoenicibus Germanorum originem deducentibus: nam non constat, eos colonias, praeterquam in partes quasdam Graeciae & Hispaniae, deduxisse: deinde alii quoque populi nauigandi peritia polluerunt, Lydi, Pelasgi, Thraces, Rhodii, Phryges, Cyprii. Primi autem omnium Cretenses maritima potentia excelluisse feruntur: nam ita Seneca:

O magna vasti Creta dominatrix freti,
Cuius per omne littus innumerae rates
Tenuere pontum, quicquid Assyria tenus
Tellure Nereus peruium rostris facit.

Et licet Phoenices latrociniis operam dederint (7), vnde & a Graecis id nomen acceperunt, tamen id postea aliis quoque gentibus praeter Germanos commune fuit, vt infra probabitur. Illud libenter fatemur, ope commerciorum peregrina sacra, praesertim Aegyptiorum, potuisse ab illis populis in Germaniam & Galliam importari. Quo minus autem Hachenbergio accedamus, Germanos conuenas esse ex diuersis populis existimanti, suadet tanta morum & linguae in gente hac similitudo; & quod externi populi, qui in Germania quondam sedes posuerant, originem suam, vt solet fieri (8), adhuc seris temporibus prodidere. Tacitvs de Morib. Germ. c. 43. §. 2. *Gothinos Gallia, Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos: & quod tributa patiuntur: partem tributorum Sarmatae, partem Quadi vt alienigenis imponunt.* Gallos etiam (9), qui quondam Germaniae loca circa Hercyniam siluam occuparunt; & Volcae Tectosages a Ivlio Caesare *l.* 6. *Commentar. de Bello Gallico.* Boii a Strabone *l.* 7. *Geograph.* & a Tacito *de M. G. c.* 28. §. 3. nuncupantur (10), etsi eodem quo Germani victu & cultu corporis vterentur, adhuc Caesaris aetate in illis sedibus se continuisse, ex eodem Caesare discimus, pulsos postea a Marcomannis, Sueuica gente, teste Tacito *de morib. German. c.* 42. §. 1. Caeterum quod non pauci iique celebres auctores

Digitized by Google

ctores populos quosdam & singulatim Sueuos, Gotthos & Longobardos primum in Scandinauia siue Scanzia consedisse, & hinc in Germaniam Cisbalthianam migrasse tradiderunt, compluribus iisque validis argumentis reuinci potest. Quod pluribus agere iam non est propositi nostri, videri autem prae caeteris potest CHRISTOPH. HARTKNOCHII *Dissertatio de originibus Pomeranicis*, & H. CONRINGIVS libro *de antiquissimo statu Helmestadii*, §. 7. *seq. p.* 96. *seq.* vbi argumentis satis probabilibus ostendit, Gothos ex illa parte Germaniae, vbi postea Chauci habitarunt, in Germaniam transbalthicam siue Scandinauiam sedes suas transtulisse.

(1) V. H. GROTIVS *l.* 1. *de V. R. Christ.* §. 16. *n.* 57. *seq.* (2) tom. 1. Ann. vet. test. A. 1931. (3) V. H. GROTIVS *de verit. relig. Chr. d. l. n.* 62. LVCANVS l. 3. Phars. *Saeuisque affinis Sarmata Moschis.* (4) l. 1. Germ. Antiq. c. 4. (5) Prolegom. ad Hist. Gotth. p. 22. (6) l. 1. Theolog. Gentil. c. 38. (7) Nam ARISTOTELES *de mirandis narrationibus* scribit: Graecos propterea eos Phoenices dixisse, quod latrocinantes, vt in quamque oram appulerint, homines occiderent. Sane veteribus Graecis ἐρυθραίειν, *sanguinem fundere*, dicebatur φοινίζειν, quod & ARISTOPHANES interpres ad Acharnenses notauit. Ipsi se vocabant Cananaeos. (8) Quod exemplis Germanorum in Transyluania, Moldauia, Polonia & Polonica Russia demonstrat PAVL. PIASECIVS *chronic. gestor. Europ. singular. ad Ann. MDXCIX.* (9) Colligitur id factum circa tempora Prisci Tarquinii. Rom. Regis, ex LIVIO l. 5. histor. c. 34. (10) Mendose, si credimus CLVVERIO l. 3. G. A. c. 20. qui legendum putat *Boii in Celtica gente.* Rectius diceres, Volcis illis immixtos fuisse Boios & nomen secutis temporibus praeualuisse.

§. IV.

Theotisci inde dicti. Germanorum nomen serius inualuit.

Ex dictis facile intelligitur, Teutones siue Teutschen a Deo siue Theut aut Tuistone dictos (1), adeoque appellationem hanc antiquissimam esse (2). Hinc lingua Theodisca apud SERVIVM ad *IIX. Aeneid.* OTFRIDVM *in libro euangeliorum* & alios, Theodisca in Concilio Turonensi II. *A.* 567. *c.* 17. & Moguntino I. *c.* 2. Add. CAROLVS CANGIVS *Glossar. voce Theotisci.* Germanorum nomen serius ortum, TACITVS prodidit de morib. Germ. c. 2. *Germani*, inquiens, *vocabulum recens & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint. Ita nationis nomen, non gentis, eualuisse paulatim, vt omnes primum a victore* (CLVVERIVS legit a victis) *ob metum, mox a se ipsis, inuento nomine, Germani vocarentur.* Circa quem locum discrepantes sunt eruditorum interpretationes (3). Nobis TACITVS vltimis verbis videtur innuere: Romanos gentium victores (4) primum Teutonibus Rhenum transgressis ob virtutem militarem, quam in iis metuebant, imposuisse nomen Guerremaenner (5), & hos glorioso illo a Romanis ipsis vsurpato nomine semet insigniuisse. Plane vt postea Germanicae nationis populi Barbarorum nomine, vtut contumelioso, quo vocabantur a Romanis, semetipsos appellitabant, vt ex LL. Ostrogothorum & Burgundionum constat, & nos alio loco fusius reddemus.

(1) Vnde etiam plurimi ex iis sibi nomina fecerunt, velut Theuta nobilis illa Illyrorum Regina, Theodelinda Longobardorum, Theutobochus, Teutomeres, Theodebaltus, Theodomer, Theodomeres, Theodomannus, Theoceballus, Theodebertus, Theudechildis, Theudis. (2) Quanquam negari nequeat, vnius id populi inter Germanos quondam fuisse proprium. Ita STRABO l. 4. Geogr. p. 135. Germanos, Cimbros, Teutones distinguit. Qui a CICERONE, CAESARE, FLORO & extomatore LIVII Teutoni vocantur, & passim cum Cimbris tanquam finitimi coniunguntur. conf. PLINIVM *l.* 4. *Nat. Hist. c.* 13. & POMPONIVM MELAM *l.* 3. *c.* 3. & 6. Ex quo loco colligimus, Codani sinus insulas, qui a Cimbrica Chersoneso vsque ad

Digitized by Google

ad Scandiam sunt, & nunc Danicae appellantur, forte etiam in continente, Germaniae partem circa Chalusum amnem eiusque ostia, quae subiecta illis insulis sunt, incoluisse. (3) V. quae post CONRINGIVM *in notis criticis*, nuper ad hunc TACITI locum erudite obseruauit LEIBNITIVS *in scriptoribus Brunsuicens. p. 9. seq.* (4) Ita enim Romani a gentis suae Scriptoribus nominabantur. Iidem Germanos victos, vt vt non domitos, dicebant. (5) Hinc *Geruimadur* siue *German* Sueco Gothis miles siue bellicosus vir audit, & *Germundur* in lapidibus Runicis passim instar elogii viris praestantibus datum, vt notat IOANN. PERINGSKIOLD *in annot. ad vit. Theodorici Ostrogoth. Regis p. 377.* Sane **Kriegsmann** hodie Martis filium significat: sunt autem synonyma Guerra & hodiernum **Krieg**. Vnde etiamnum bellum Anglis & Scotis Warre, Italis & Hispanis guerra, Francogallis guerre dicitur, & in Hassia alibique **Gewerre** tricas & concertationem notat.

§. V.

Loca, quae incolebant Germani, dicebantur Germaniae. Nimirum Germania alia erat magna, vt PTOLEMAEVS aliquoties dixit, alia minor (1), Cisrhenana, vt illa Transrhenana a Romanis insignita, quoniam Germani insignem Galliae Belgicae partem occupauerant. Scribit enim CAESAR l. 2. de Bell. Gallic. *plerosque Belgas ortos esse a Germanis, Rhenumque antiquitus traductos, propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallosque, qui ea loca incolerent, expulisse.* Ibidem inter Belgas numerat Condrusos, Treuirorum clientes, Eburones, Ceresos, Pemanos, qui vno nomine Germani appellentur. PLINIVS l. 4. natur. hist. c. 13. *Toto autem hoc mari ad Scaldim vsque fluuium Germaniae accolunt Gentes.* IDEM d. libr. c. 17. *Rhenum accolentes Germaniae gentium in eadem prouincia* (Belgia sc.) *Nemetes, Triboci, Vangiones, Vbii, Gugerni, Batani & quos in insulis diximus Rheni* (Canninefates sc. & Frisii, Frisiabones, aliique). TACIT. de morib. Germanor. c. 28. §. 6. & 7. *Treueri & Neruii circa affectationem Germanicae originis vltro ambitiosi sunt, tanquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine & inertia Gallorum separentur. Ipsam Rheni ripam haut dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.* Romani ipsi non paucos Germanorum cis Rhenum traduxerunt. Etenim SVETONIVS *in Augusto c. 21.* memorat, Augustum Caesarem ex Germanis Sueuos & Sigambros, dedentes se, traduxisse in Galliam atque in proximis Rheno agris collocauisse. Vbi tamen pro *Sueuis* Casaubonus reponit Vbios, quos Agrippam non inuitos intra Rhenum traduxisse, scribit STRABO *l. 4. Geograph.* siue vt TACITVS *XII. Ann. 27. §. 2.* loquitur, *quam gentem Rheno transgressam auus Agrippinae Agrippa in fidem accepit.* conf. *de morib. German. c. 28. §. 8.* Idem STRABO d. l. memorat, Tribocos gentem Germanicam ex patria cis Rhenum translatos. Batauos Insulam Rheni amnis colentes, TACITVS *de morib. Germanor. c. 29.* dicit, Cattorum quondam populum & seditionibus eas in sedes transgressum, in quibus pars Romani Imperii fierent. Eapropter manere ipsis honorem & antiquae societatis insigne: nam nec tributis contemni, nec puplicanum atterere, exemptos oneribus & collationibus, & tantum in vsum praeliorum sepositos, velut tela atque arma bellis reseruentur. TIBERIVM, priuignum AVGVSTI, postea Caesarem, bello Germanico quadraginta millia deditiorum traiecisse in Galliam, iuxtaque Rheni ripam sedibus assignatis collocauisse, auctor est SVETONIVS *in eius vita c. 9.* conf. EVTROPIVM *breuiar. l. 7. c. 5.* vbi quadraginta millia captiuorum fuisse scribit. Caeterum Germania Cisrhenana a Romanis distinguebatur (2) in superiorem siue primam, & inferiorem siue secundam.

LOCA, quae Germani incolebant, dicebantur GERMANIAE.

Nimirum alia erat Cisrhenana, distincta in superiorem seu primam, & inferiorem siue secundam.

Digitized by Google

cundam. Et quidem PTOLEMAEVS in Germania ſuperiore ponit Nemetes, Vangiones, Tribocos & vrbes Moguntiacum Tribocorum (3), Borbetomagum (4) & Argentoratum Vangionum (5), Nouiomagum Nemetum (6); in Germania inferiore ac ſecunda Coloniam Agrippinenſem Vbiorum (7): cui Tungri cum ſua Aduaca (8) adiungendi ſunt prae caeteris.

(1) Diſtinctio haec primum occurrit apud IVLIVM CAESAREM *l.* 4. *&* 5. *comment. de B. G.* vſurpata deinceps ſaepius a PLINIO & TACITO. Suetonius quoque in VITELLIO *inferiorem Germaniam* ac *ſuperiorem prouinciam*, id eſt, ſuperiorem Germaniam memorat, & CL. PTOLEMAEVS, qui Γερμανίαν τὴν ἄνω & Γερμανίαν τὴν κάτω vocat. Manſit ea nomenclatura apud poſteriores ſcriptores. v. AELIVS SPARTIANVS *in Didio Iuliano c.* 1. IVLIVS CAPITOLINVS *in Maximin. c.* 10. Et in notitia Imperii Occidentalis inter ſeptendecim Galliae prouincias reponuntur duae Germaniae Cisrhenanae, quarum ſuperior ſeu prima caput habeat Moguntiacum, inferior vero ſeu ſecunda Metropolim Coloniam. CLAVDIVS MAMERTINVS *in genethliaco Maximiani c.* 7. *&* 16. (2) V. HADR. VALESIVS *notit. Galliar. Voce Germania ſuperior & inferior.* (3) Nobilem quondam ciuitatem vocat HIERONYMVS *in epiſtola ad Agerochiam*, vbi memorat eam ab Alanis, Vandalis & Sueuis ſub principatu Honorii captam atque ſubuerſam eſſe. Metropolis ciuitas ſaepe appellatur in priſcis Notitiis prouinciarum & Ciuitatum Galliae. v. VALESIVS *notit. Galliar. voce Moguntiacum.* Prope Moguntiacum Cenotaphium Druſi adhuc hodie viſitur ſtupenda mole, diciturque der Eichelberg. (4) Borbetomagus ciuitas Vangionum vocatur a SVLPITIO *in vita Martini.* In veteribus notitiis prouinciarum & Ciuitatum Galliae nunc ſimpliciter & abſolute ciuitas Vangionum inter prouinciae Germaniae primae ciuitates quarta & vltima, nunc ciuitas Vangionum Warmatia, nunc ciuitas Vangionum, id eſt, Warmatia vel Guarmatia, alias Garmatia, nonnunquam & Ciuitas Vangionum, id eſt, Warmacia. In ſcriptoribus Francicis dicta eſt Warmatia & Warmacia. Dicta eſt ſaepius & Wormacia, nonnunquam & Wormatia. Nimirum ex Borbetomago ita mutilato nomine dici coepit; vnde hodie adhuc a noſtris Worms, a Gallis Vormes nuncupatur. Vangiones (id eſt ciuitatem Vangionum) longa obſidione deletos ab Alanis, Vandalis & Sueuis ſub Principatu Honorii, ſcribit HIERONYMVS *in epiſtola ad Acherochiam.* Vide VALESIVM voce *Borbetomagus Vangionum.* Adde MABILLONIVM *l.* 4. *de re diplomat. num.* 161. (5) V. VALESIVM *voce Argentoratum.* (6) Iam ante annos nongentos ab amniculo Spira, qui ibi Rheno confunditur, Spirae nomen habens. v. VALESIVS *voce Nouimagus Nemetum.* (7) *Coloniam Agrippinenſem, Transrhenanis gentibus inuiſam, opulentam auctamque* vocat TACITVS IV. hiſtor. 63. *Vrbem munitiſſimam*, AMMIAN. MARCELLINVS *l.* 16. *Rer. Rom. c.* 3. conf. *l.* 15. *c.* 11. In priſcis Notitiis prouinciarum & Ciuitatum Galliae eadem vrbs nunc *ciuitas Agrippinenſium metropolis Colonia, in prouincia Germaniae ſecunda*, nunc *metropolis ciuitas Agrippinenſium*, id eſt, *Colonia* nuncupatur. Apud GREGORIVM TVRONENSEM eſt l. 6. hiſt. Francor. c. 24. *Agrippinenſis ciuitas, quae nunc Colonia dicitur.* HINCMARVS in vita S. Remigii: *In illis temporibus* (Childerici Regis) *ceperunt Franci Agrippinam ciuitatem ſuper Rhenum, quam Coloniam vocauerunt.* In pacto Karoli & Henrici A. DCCCLXIX. apud BALVZIVM tom. 2. Cap. Franc. *Hermannus Archiepiſcopus Agrippinae, quae modo Colonia eſt vocitata.* v. VALESIVM *V. Colonia Agrippina Vbiorum.* Adde COINTIVM *in Annal. Eccleſiaſtic. ad A. CCCCLXIV. n.* 6. (8) Quae poſt depoſita propria appellatione, gentis, cuius caput erat, nomen accepit, Tungri dici coepta? hodie *Tongern.* Apud AMMIAN. MARCELLIN. *l.* 10. *Rer. Rom. c.* 11. eſt in deſcriptione Galliae: *Secundae Germaniae prima, ab occidentali exordiens cardine, Agrippina & Tungris, munita ciuitatibus amplis & copioſis.* v. VALESIVS *voce Tungri.*

§. VI.

In vtraque populi Romanis parebant.

Germani hi Cisrhenani Romanorum imperio obnoxii erant, qui eis primum Praeſides duos imponebant, vt AEMILIVS MACER teſtis eſt in *l.* 3. *D. de officio Aſſeſſor.* Qualis *Iulius Tutor ripae Rheni a Vitellio praefectus* apud TACITVM IV. *hiſt.* 55. §. 3. L. ANTONIVS *ſuperioris Germaniae Praeſes*, cuius mentio apud SVETO-

Digitized by Google

SVETONIVM *in Domitian. c. 6.* Post TRAIANI tempora per viros Consulares Germaniam curabant, qui Duces ea tempestate dicebantur, adiunctos habentes Comites (1). CONSTANTINVS autem M. cum Occidentem per Praefectos Praetorio duos administraret, horum vnum Praefectum Praetorio Galliarum Treuiri collocauit (2), cui inter caeteros parebat Dux Mogontiacus, vndecim sub se Praefectos militares habens, qui in Notitia Occidentalis Imperii ordine enumerantur. Plurimae his legiones suberant. TACITVS IV. Ann. 5. §. 2. *Praecipuum robur Rhenum iuxta, commune in Germanos Gallosque subsidium, octo legiones erant.* Illud adhuc addendum, Cisrhenanos hosce Germanos non paris, sed diuersae, vt in aliis Romani Imperii partibus, conditionis fuisse: quosdam enim in vrbibus collocatos municipiorum (3), quosdam, vt Batauos (4), sociorum iure vsos.

(1) VALENTINIANVS ad Iouinum Magistrum Equitum l. 9. C. Theodos. de re Militari. *Tam Duces, quam etiam Comites, & quibus Rheni est mandata custodia, sinceritas tua protinus admouebit.* (2) Quae *Clarissima Ciuitas* dicta a GRATIANO AVGVSTO *l. 11. C. Theodos. de Medicis. Potentissima & excellentissima* a Saluiano *l. 6. de prouident. Dei.* Eadem etiam per annos amplius centum Impp. a Postumo Tyranno ad Eugenium Rhetorem, regia fuit. Quam ob id AMMIANVS MARCELLINVS *clarum Principum domicilium; solium*, hoc est, Imperatorum sedem, & *Augustam Vrbem* Ausonius appellat. Docent id complures leges in Cod. Theodos. & Iustinianeo Treuiris datae. v. Topographia Codicis Theodosiani, a Iacobo Gothofredo illi Codici subiuncta. Vnde GREGORIVS TVRONENSIS Maximum, quod ibi plerumque morabatur, *Imperatorem Treuericum* vocat. Habuit ea amphitheatrum, *aemulum Romano*, vt dixit Eumenius *in panegyrico.* Adde HADRIAN. VALESIVM *Notit. Gall. voce Augusta Treuirorum.* Treuirim regiam ciuitatem fecisse Maximum Imp. scribit GREGORIVS TVRONENSIS l. *hist.* 38. (3) Horum meminit AMMIANVS MARCELLINVS *l. 15. Rer. Rom. c.* 11. Centum tredecim Treuirorum Senatores commemorat TACITVS *V. histor.* 19. §. 4. (4) De quibus supra TACITVM audiuimus. Apud eundem IV. histor. 14. §. 5. Ciuilis, Batauos allocutus, aiebat: *Neque enim societatem, vt olim, sed tanquam mancipia haberi.* Ipsi V. histor. 25. §. 4. *Sibi non tributa, sed virtutem & viros indici. Proximum id libertati.* Apud eundem est IV. histor. 12. §. 4. *Viros tantum armaque imperio ministrare, & cohortes eorum vetere instituto nobilissimos populariorum regere.* In inscriptione antiqua *Batani fratres* Romanorum vocantur, plane vt Aedui apud TACITVM, & Massilienses in Gallia. conf. 1. *Maccab.* X. 18.

§. VII.

Germaniae magnae fines ita describit TACITVS de morib. German. c. 1. pr. *Germania omnis a Gallis Rhaetiisque & Pannoniis Rheno ac Danubio fluminibus* (1); *a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur. Cetera Oceanus ambit, latas sinus & insularum immensa spatia complectens.* MELA l. 3. Geograph. *Germania hinc ripis Rheni vsque ad alpes; a meridie ipsis alpibus; ab oriente Sarmaticarum gentium confinio; qua septentrionem spectat, Oceanico littore obducta est.* MARCIANVS HERACLEOTA (2), PTOLEMAEO aetate paulo inferior, in periplo, vbi agit de Germaniae magnae populo: Ἡ Γερμανία, ἡ μεγάλη περιορίζεται ὑπὸ μέν ἄρκτων τῷ καλουμένῳ Γερμανίῳ ὠκεανῷ; ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τοῖς Σαρματικοῖς ὄρεσιν, ἢ μετὰ τὰ ὄρη τῇ κεφαλῇ τοῦ Γερμανικοῦ ποταμοῦ, καὶ ἔτι αὐτῷ τῷ ποταμῷ ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῷ Δανουβίῳ τῷ δυσικῷ μέρει. Ἔστι δὲ ὁ Δανούβιος ἀρχόμενος μὲ μεγέθος, γ. εἶτα β. καὶ ἐξῆς μεγέθος α. αμείβων ἢ τὸ ὄνομα καὶ Ἴστρος καλούμενος. ἀπὸ δὲ δύσεως τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ. *Germania magna terminatur a Septentrione quidem Oceano Germanico appellato: ab Oriente autem montibus Sarmaticis* (3), *ac post montes capite Vistulae fluuii, atque etiam fluuio ipso* (vsque ad mare) *a meridie vero Danubii fluminis parte occidua: Est autem Danubius ad principium*

Alia erat Magna *siue* Transrhenana, *huius fines describuntur & simul* obseruationes *subiunguntur.*

Digitized by Google

eius latus ſtadium vnum, poſtea duo, ac deinde tria (vbi) nomen etiam mutat, ac Iſter appellatur; ab Occidente vero Rheno fluuio. Quae vt eo melius intelligantur, obſeruationes aliquas ſubiungemus.

(1) Etiam diu poſt. v. *l. 9. Cod. Theodoſ. de re militari. l. vnic. C. Theodoſ. de luſorib. Danub.* CLAVDIANVS:

- - - Sublimis in arctos
Prominet Herciniae confinis Rhetia ſiluae,
Quae ſe Danubii iactat Rhenique parentem:
Vtraque Romuleo praetendens flumina regno.

Duo haec flumina TACITO IV. hiſtor. 26. §. 2. vocantur *vetera imperii munimenta.* (2) Quem nuper IOANNES HVDSONVS inter Geographiae veteris ſcriptores minores Oxoniae edidit. (3) Ptolemaeus ſpecialius deſignat flexum quendam Danubii ad Carpathi montis iuga, quae *Krapack* hodie dici, teſtis eſt MARTINVS OPITIVS *Var. Lect. c. 1.*

§. VIII.

Prima. *A Taciti temporibus ſines hoſce mutaſſe.*

Prima eſt: Scripſiſſe haec TACITVM circa Traiani Imp. tempora, a quibus fines paulatim immutati ſunt: Nam, regnante ANTONINO PIO, Germani in Rhaetiam proruperant. Inde ſub ALEXANDRO SEVERO Rhenum Danubiumque transgreſſi, in Romanos fines irruperant. Quae omnia pluribus memorant HERODIANVS, EVTROPIVS, VOPISCVS, alii: Vnde factum vt Vindelicia & Noricum Germanicum nomen induerent. Vti vero hac in parte Germanici fines extenſi; ita ſeculo ſexto & circa principium ſeptimi verſus ſeptentrionem fines eius anguſtiores facti, quando Slaui & hos inter praecipue Venedi, (quorum complures diuerſi nominibuſque diſtincti erant populi (1)) terras verſus Orientem ad Balthicum vſque mare occuparunt, & fines primum ad Oderam, hinc ad Albim protulerunt; occaſione vſi, quod Gothi, Vandali, Rugii, Angli, Burgundiones, Langobardi eas migratione ſua quaſi vacuas reliquiſſent. Donec ſeculo duodecimo, auſpiciis imprimis HENRICI LEONIS, Ducis Saxonici (2), Venedi valide fuerunt attriti contuſique, & in illas partes coloniae Saxonum ductae, eas quaſi poſtliminio Germanico nomini reddiderunt. Acceſſit poſtea ſeculo tertio decimo, auſpiciis Ordinis Teutonici, ſiue Marianorum Equitum, Pruſſia, Liuonia & Curonia. Nec minus reliquae terrae verſus Orientem a Slauorum Populis, Boemanis, Sorabis, Sliuſis, Lutitiis, aliiſque quondam occupatae, vbi nunc ſunt Bohemia, Sileſia, Luſatia, Morauia, Germaniae recte accenſentur (3): quoniam incolas e Germania complures acceperunt, mores ſuos & linguam importantes, & iam a CAROLI M. eos ſubiugantis, temporibus Imperium Germanicum agnouerunt.

(1) De Slauis, in Germania conſidentibus, ADAMVS BREMENSIS l. 2. hiſt. eccleſ. c. 11. *Populi Slauorum*, inquit, *ſunt multi, quorum primi ab occidente confines Transalbianis ſunt Waigrii* (Waigrii in hodierna Holſatia) *eorum ciuitas Aldenburg maritima. Deinde ſequuntur Obotriti* (Mechelburgenſes). *Item verſus nos Polabingi* (Razeburgenſes) *vltra quos Lingones* (Lüneburgenſes) *& Warnabi* (Roſtochienſes). *Mox habitant Chizini & Circipani, quos a Tholoſantibus & Rhetaris fluuius Panis ſeparat & Ciuitas Dimine. Ibi eſt terminus Hamaburgenſis Parochiae. Sunt & alii Slauorum populi, qui inter Albiam & Oderam degunt, ſicut Heueld., qui iuxta Haliolam fluuium, & Doxani, Liubuzi, Wilini & Stoderani cum multis aliis. Inter quos medii & potentiſſimi omnes ſunt Rhetarii, ciuitas eorum vulgatiſſima Rethre, ſedes Idololatriae. Templum ibi con-*

Digitized by Google

constructum est daemonibus magnum, quorum Princeps Redigast. Vltra Leuticos, qui alio nomine Wilzi dicuntur, Oddora flumen occurrit. Oddora vergens in Boream per medios Winulorum (Vendorum s. Vinidarum vel Slauorum) *transit populos, donec perueniat ad iuminem, vbi Pomeranos diuidit a Wilzis.* His congruit HELMOLDVS l. 1. Chron. Slav. c. 2. Cum enim dixisset, Oderam transire per medios Winulorum populos, & diuidere Pomeranos a Wilzis, addit inter alia: *Post Odoram lenem meatum & varios Pomeranorum populos ad occidentalem plagam occurrit Winulorum prouincia eorum, qui Tholenzi & Rhedari dicuntur, ciuitas eorum vulgatissima Rethre, sedes Ididolatriae. Deinde venitur ad Circipanos & Kizzinos, quos a Tholenzis & Rhedaris separat flumen Panis & ciuitas Dimine Kizzini & Circipani cis Panim, Tholenzi & Rhedari trans Panim habitant. Hi quatuor populi a fortitudine Wilzi siue Lutizi appellantur.* Deinde etiam Rugiam numerat inter insulas Slauicas. (2) V. omnino HELMOLDVS *l. 2. Chron. Slauon. c. 5. c. 6.* (3) Optime id probauit MELCHIOR GOLDASTVS *l. 1. Commentar. de regno Bohemiae c. 2. & c. 14. §. 7. seq.*

§. IX.

Altera est: Ex ista Taciti & aliorum descriptione intelligi, tum quoque sub vocabulo Germaniae venisse terras, in quibus nunc sunt Dania (1), Norwegia & Suecia ad sinum vsque Bodnicum. Quas partes plerique antiquorum Scanziae siue Scandinauiae nomine complexi sunt (2). At posteris temporibus, praesertim aeuo CAROLI M. versus Daniam Eidoram vt Imperii Germanici, ita Germaniae terminum esse coepisse (3). Certe de Germanica necessitudine testantur mores Septentrionalium populorum & linguae, bonam partem nonnisi idiotismis a Germanica differentes.

Altera. *Tempore Taciti sub nomine Germaniae venisse Daniam, Norwegiam, Sueciam.*

(1) Danorum primi mentionem fecerunt IORDANES (qui eos viros proceritatis eximiae, Erulosque finibus expulisse scribit) & PROCOPIVS *l. 1. hist. Goth.* Danorum gentes prope Warnos ponens. (2) Scandinauiam *insulam incompertae magnitudinis* nuncupat PLINIVS *IV. N. H. 13.* Perperam autem dicit insulam, perinde vt IORDANES SCANZIVM, quam officinam gentium aut reginam nationum Scretefennarum (Scritofinnorum) Ostrogothorum, Finnorum & Suethidorum, praeter exteros, patriam dixit, insulam eodem errore vocauit. v. HADRIANVS VALESIVS *voce Normannia.* Fines eius diuersimode designantur a iunioribus. v. IOAN. LOCCENIVS *l. X. Antiquitat. Suec. Goth. c. 1. in fin.* BECMANN. *histor. Geograph. c. 6. §. 9.* qui nomina auctorum proferunt. (3) *Fluuium Eydoram* Danos & Saxones dirimere, est in Annal. Francor. a PITHOEO editis ad Annum DCCCLXXIII. Conf. CONRING. *de finib. Imp. l. 1. c. 4.*

§. X.

Tertia est: TACITVM fines, praesertim circa Orientem, paulo confusius tradere. Et PLINIVM scribere IV. N. hist. 13. *Toto mari Balthico ad Scaldim vsque fluuium Germanicas accolere gentes, haut explicabili mensura, propter immodicam prodentium discordiam.* Hinc idem TACITVS de Morib. Germ. c. 46. §. 1. *Peucinorum Venedorumque & Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam, dubito.* Quanquam PTOLEMAEVS, qui AVRELIO imperante scripsit, non dubitanter Venedos & Peucinos Sarmatis accensuit l. 3. Geogr. c. 5. *Tenent*, inquiens, *Sarmatiam gentes maximae, Venedae per totum Venedicum sinum, & super Daciam Peucini & Bastarnae.* Et sane Venedos quod attinet (1), obseruante IOACHIMO PASTORIO (2), tam in Liuonia quam in Curlandia sunt adhuc nominis istius magna vestigia: Nam & Venda vel Episcopali dignitate satis innotuit, neque amnis Vindaw, qui cognomine oppidum alluit, obscurus, cum & nauigiorum

Tertia. *Tacitum fines circa orientem paulo confusius tradere.*

Digitized by Google

fit patiens. Baſtarnas quoque & cum his Peucinos argumentis ſat luculentis Sarmatiae vindicauit laudatus PASTORIVS. Fennos autem Germaniae ex morum & linguae conuenientia aſſeruit CLVVERIVS, quod aliis nos diiudicandum relinquimus. Certe mores, quos Fennis TACITVS attribuit, longe a Germanicis fuere diuerſi.

(1) Equidem multi hiſtoricorum & prae coeteris Crantzius Venedos & Vandalos, qui haut dubie ſunt Germani, & olim inter Viſtulam & Oderam, alicubi & latius habitabant, pro iisdem habuerunt. Sed cauſa confuſionis inde, quia nomina vtriusque gentis multum diuerſa erant, quo factum, vt qui olim Venedi audierant, mox Vinili, Vinuli, Winuli tandem & Vandali appellarentur: deinde quia Vandali in terra a ſe habitata reliquere, qui vel ob aetatem vel ob imbecillitatem ſequi non poterant, quibuscum deinceps coaluerunt in loca illa venientes Venedi. v. MICRAELIVS *in Pomeran. antiqu.* BANGERTVS *ad Helmoldi Chron. Slauor. l. 1. c. 2.* SCHVRTZFLEISCH *Diſſert. de rebus Slauicis.* (2) *Diſſ. Philologic. poſth. de Originib. Sarmatic. p. 35.* Conf. CLVVERIVS *l. 3. G. A. c. 44. d. diſſ. p. 49. ſeq. L. 1. G. A. c. 5. & l. 3. c. 45.*

§. XI.

Coeterum nationes in Germania magna erant ſui iuris, & in complures diuerſas Ciuitates ſegregabantur.

Populi in Germania hac magna ſui iuris erant. Vtut enim Transrhenanum, quod ad Albim vsque porrigitur, Auguſti Tiberiique auſpiciis ſemel iterumque inuaſum, mox tamen poſt Quintilium Varum tresque legiones caeſas, iterum in libertatem vindicatum eſt (1); ſolis Rheno aut Danubio proximis populis infeſtos Romanos habentibus & ſubinde victis magis quam domitis, vt FLORVS loquitur *l. 4. hiſtor. 11.* Ex quibus Mattiaci, perinde vt Bataui, magis Romanorum maieſtatem comiter coluiſſe, quam in eorum obſequio fuiſſe videntur. Hinc TACITVS de Morib. Germanor. c. 29. §. 3. *Protulit magnitudo populi Romani vltra Rhenum vltraque veteres terminos imperii reuerentiam.* Reuerentiam dixit, non dominationem. Idem dixeris de Hermunduris, quam *fidam Romanis ciuitatem* dixit TACITVS de M. G. c. 41. §. 1. Et Marcomannis Quadisque Reges fuiſſe, *quibus vis & potentia ex auctoritate Romana* (2), auctor eſt idem TACITVS de *M. G. c. 42.* §. 4. Conuenas tamen quosdam, maxime ex Gallis, intra Rhenum & Danubium decumates agros exercentes, limite aucto, promotisque praeſidiis, ſinum imperii & partem prouinciae habitos, idem TACITVS tradit de *M. G. c. 29. §. 5.* (3) Caue autem vt credas, populos illos, qui ſui iuris erant, ciuitatem vnam conſtituiſſe. Quot enim nationes, tot fere in ciuitates erant ſegregati (4); imo natio vna interdum plures continebat ciuitates; etſi omnes inſtitutis ac moribus vt plurimum iisdem vterentur. Quod nunc per ſingulas cauſas demonſtrabimus.

(1) Abhinc *Claudius adeo nouam in Germania vim prohibuit, vt referri praeſidia cis Rhenum iuberet.* TACITVS *XI. Annal. 19. §. 4.* (2) Ariouiſtum a populo Romano Regem appellatum, docet nos in Commentariis ſuis CAESAR. In qua hiſtoria DIO: Τὴν κύρωσιν τῆς βασιλείας παρὰ τῶν Ρωμαίων εἰλήφει. *Populus Romanus ratum ei regnum fecerat.* De Vannio, Marcomannis Rege dato, TACITVS *II. Annal. 63. §. 7.* (3) De quo loco videatur CLVVERIVS *l. 3. Germ. antiqu. c. 4. a principio* aduerſus LIPSIVM & COLERVM diſputans. (4) Hinc *ciuitas Hermundurorum* apud TACIT. de M. G. c. 41. §. 1. *Cimbri, parua ciuitas* c. 37. §. 1. *Lygiorum nomen in plures ciuitates diffuſum,* c. 43. §. 4. *Suionum hinc ciuitates ipſo in Oceano* c. 44. §. 1. Add. c. 13. §. 6. c. 14. §. 4. c. 15. §. 3. c. 30. §. 1. Ciuitatis autem vocabulum, heic coetum hominum, ſub communi eoque ſummo imperio ſociatum, notat. v. *El. Pr. Ciuil. part. 1. ſect. 2. §. 2.* Neque vero ciuitatis nomen ipſis propterea denegari poteſt, quod latrociniis fuerint dediti: nam corpus morbidum corpus tamen eſt, & ciuitas, quamuis grauiter aegrota, ciuitas eſt. Vt demonſtrat H. GROTIVS *l. 3. de iure B. & P. c. 3. §. 2. n. 2.* (5) STRABO l. 4. Geograph. de Germanis: Καὶ γὰρ τῇ φύσει καὶ τοῖς πολιτεύμασιν ἐμφερεῖς εἰσιν οὗτοι καὶ συγγενεῖς ἀλλήλοις, ὅμοιόν τε διαίτῃ χώραν δὲ ἔχουσι ἐπὶ τῷ Ρήνῳ

Digitized by Google

τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ, καὶ παραπλήσια ἔχουσιν τὰ πλεῖστα. *Nam & natura & vitae institutis gentes hae inuicem similes sunt & cognatae, confinem habentes regionem Rheno diuisam, & pleraque inter se similia habentem.*

CAPVT II.

DE SCOPO GERMANIAE VETERIS POPVLORVM.

§. I.

Germani VIRTVTEM MILITAREM *siue* POTENTIAM BELLICAM PRO SCOPO HABVERVNT.

A Scopo siue fine vt ordiamur, certum est, eos non lucrum, non diuitias, non rerum sufficientiam, sed virtutem & potentiam bellicam intendisse (1). Diserte IVLIVS CAESAR l. 6. de Bello Gallico: *Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit.* Paulo post: *Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se, vastatis finibus, solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos caedere, neque quenquam prope se audere consistere.* Subiicit porro: *Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque ciuitatis fiunt, atque ea iuuentutis exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant.* IDEM *L. 4. Bell. Gall.* de Sueuorum gente longe maxima & bellicosissima Germanorum: *Publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros: hac re significari, magnum numerum ciuitatum suam vim sustinere non potuisse.* MELA l. 3. de situ Orbis: *Ius in viribus habent, adeo vt ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus boni mitesque supplicibus.* TACITVS de Morib. Germanor. c. 14. §. 7. *Nec arare terram, aut expectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hostes & vulnera mereri. Pigrum quinimmo & iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare.* IDEM XII. Annal. 27. 2. meminit Cattorum, *latrocinia agitantium.* Qua in re aliorum populorum excusantur exemplo, quibus plerisque olim latrocinia extra fines (2) nullam habuere infamiam.

(1) *Possessione & vsu auri argentique non affici*, ait TACITVS de M. G. c. 5. §. 4. Addens §. 5. *Est videre apud illos argentea vasa, legatis & eorum principibus muneri data, non in alia vilitate, quam quae humo finguntur.* (2) v. H. GROTIVS *l. 2. de verit. religion. Christian. §. 12. n. 6. in not. & l. 2. de Iur. B. & P. c. 15. §. 2. & in not.* PVFENDORFIVS autem *l. 2. de Iur. N. & G. c. 2. §. 10.* obseruat, ad veterem illam gentium inter se hostilitatem non parum contulisse videri persuasionem, antiquissimis seculi receptissimam, quasi cuiuis populo peculiares essent Dii.

§. II.

Soli Chauci rerum sufficientiae cum exercitio virtutum studuere.

Soli Chauci ad verum finem, qui est sufficientia rerum cum exercitio virtutum, adspirasse videntur. Nam de iis TACITVS c. 35. de Morib. Germ. §. 4. velut singulare notauit: *Chauci, populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit iustitia tueri. Sine cupiditate, sine impotentia quieti secretique, nulla prouocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Idque praecipuum virtutis ac virium argumentum est; quod, vt superiores agant, non per iniurias assequuntur. Pronta tamen omnibus arma, ac, si res poscat, exercitus: plurimum virorum equorumque: & quiescentibus eadem fama.*

§. III. Ce-

Digitized by Google

§. III.

Posteris temporibus Germani etiam ad diuitias animum conuerterunt.

Ceterum posteris temporibus Germaniae populi, Rheno praesertim vicini, ad diuitias animum conuerterunt. Nam Herodianus, qui seculo III. tempore Maximini claruit, cum narrasset *l. 6. histor. c. 7.* missos ab Alexandro oratores ad Germanos, qui promitterent, se iis pecunias daturum magna copia, addit: τῷ γὰρ μάλιστα Γερμανοὶ πείθονται φιλάργυροί τε ὄντες καὶ τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ρωμαίους χεῦσίᾳ καπηλεύοντες. *Sunt enim Germani pecuniae imprimis auidi, nunquamque non auro pacem Romanis cauponantur.* Et TACITVS de M. G. c. 4. §. 6. obseruauit: *Proximos Rheno ob vsum commerciorum aurum & argentum in pretio habere, formasque quasdam pecuniae Romanae agnoscere atque eligere.* & c. 15. §. 5. *Iam & pecuniam accipere docuimus.*

CAPVT III.

DE CIVIVM DIFFERENTIIS EORVMQVE REBVS IN GERMANIA ANTIQVA.

SVBIECTVM *cuiusque ciuitatis* PRIMARIVM *sunt* CIVES. *Hinc dispicitur, vtrum* PRIMA CIVIVM DIVISIO IN ORIGINARIOS ET ADSCRIPTOS *in Germaniae populis locum habuerit. Et cum* CIVES ORIGINARII *proueniant* e domo, *agitur:*

§. I.

SVbiectum cuiusque ciuitatis est vel primarium, vel secundarium. Primarium sunt ciues, quorum prima est distinctio in factitios siue adscriptos & originarios. Alienigenas siue peregrinos eos non admisisse, colligere est ex TACITO *de Morib. Germ. c. 4. §. 1.* scribente: *Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniae populos, nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam & sinceram & tantum sui similem gentem exstitisse arbitrantur. Vnde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus.* Vbi tamen iam Cisrhenani apud eundem IV. histor. 65. §. 6. fatentur: *Deductos olim Italos secum per connubium sociatos.* Hinc Germanorum in ipsos indignatio, *quod gens Germanicae originis, eiurata patria, Romanorum nomine Agrippinenses vocarentur.* vt est *IV. histor. 28. §. 3.* Adde *XI. Ann. 16. §. 5.* vbi de Italo, Cheruscorum Rege. Originarii ciues proueniunt ex domo; cuius proinde instituta considerari par est.

§. II.

De societate coniugali.

De societate inter maritum & vxorem TACITVS de Mor. Germ. c. 18. *Seuera illic matrimonia, nec vllam partem morum magis laudaueris: nam soli barbarorum, singulis vxoribus contenti sunt* (1), *exceptis admodum paucis* (2), (Principibus sc.) *qui non libidine sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. Dotem non vxor marito, sed vxori maritus offert* (3). *Intersunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus noua nupta comatur, sed boues & frenatum equum & scutum cum gladio frameaque. In haec munera vxor accipitur, atque inuicem ipsa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos coniugales Deos arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum* (BOXHORNIVS legit virorum) *cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem*

Digitized by Google

idem in proelio passuram ausuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic viuendum, sic pereundum: accipere se, quae liberis inuiolata ac digna reddat, quae nurus accipiant, rursusque ac nepotes referant. Sequitur c. 19. *Ergo septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum irritationibus corruptae* (4). *Litterarum secreta* (litteras amatorias) *viri pariter ac foeminae ignorant. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens* (5), *& maritis permissa. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit: publicatae enim* (LIPSIVS legit *etiam*, sed refragante CLVVERIO) *pudicitiae nulla venia. Non forma, non aetate, non opibus maritum inuenerit. Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi seculum vocatur. Melius quidem adhuc eae ciuitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum spe votoque vxoris semel transigitur. Sic vnum accipiunt maritum* (6), *quomodo vnum corpus, vnamque vitam, nec vlla cogitatio vltra, nec longior cupiditas; ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament.* In quo loco H. GROTIVS (7) legit: *Ne tanquam non maritum.* Recte: Voluit enim TACITVS dicere: ideo abstinere secundis nuptiis, ne videantur nuptias amasse, non eum cui nupserant. De tempore ineundi matrimonii idem TACITVS c. 20. §. 4. *Sera iuuenum Venus* (8), *eoque inexhausta pubertas: nec virgines festinantur; eadem iuuenta, similis proceritas, pares validique miscentur, ac robora parentum liberi referunt.* CAESAR VI. de B. G. *Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires neruosque confirmari putant: intra annum vero vicesimum foeminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus. Cuius rei nulla est occultatio* (9), *quod & promiscue* (hoc est, viri pariter ac foeminae) *in fluminibus perluantur & pellibus aut rhenonum tegumentis vtantur, magna corporis parte nuda.* PROCOPIVS IV. Gothic. auctor est: *Barbaros Sponsas, nisi ob stuprum, non dimittere.* Loquitur autem de Varnis gente Germanica. Addens: *Tanto enim honore pudicitia apud Barbaros* (Germanos) *colitur, vt foemina, de cuius nuptiis actum est, etiamsi corpore sit integro, pro corrupta habeatur.*

(1) Hodie eadem lex est Iaponum, nisi quod Dayrus duodecim vxores ducere & concubinas sine numero habere potest. Et in Imperio Peruano Mancapatus instituit, vt marito vni vna tantum vxor esset, teste GARCILASSO DE LA VEGA *historia Yncarum l. 1. c. 21.* Quin hoc institutum ciuitatis sit ex voto optimae dubitari nequit. v. H. GROTIVS *l. 2. de Verit. R. Chr. §. 13.* De Saxonibus tamen ADAMVS BREMENSIS, qui seculo XII. vixit, testatur libro *de Situ Daniae:* quemque secundum facultatem virium suarum duas vel tres vxores habuisse diuites, & pauperes absque numero. (2) Exemplum est in Marcomannorum Rege Arioviſto, cui vxores duae fuerunt, vna Sueua natione, quam domo secum adduxerat; altera Norica, Regis Vocionis soror, quam in Gallia duxerat, a fratre missam, memorante IVL. CAESARE I. *de B. G.* Quem morem nec Francorum Reges, vt vt Christiani desuescere potuerant, vt constat exemplis Clotharii & filii huius Chilperici, Chariberti, Dagoberti, & aliorum de quibus alio loco dicemus. (3) Forte haco morgengaba est, quae adhuc hodie ipsis incipientis matrimonii auspiciis, hoc est, post primam noctem nuptialem a nobilibus maritis dari consueuit. Dos etiam dicta apud veteres Francos. Quo nomine quoque appellabatur dotalitium. v. GREGOR. TVRONENS. *l. 6. hist. Francor. c. 18.* FRIDERIC. LINDENBROG. *in Glossar. voce Morgengaba.* In pactione inter Guntramnum & Childebertum Reges Francorum A. DLXXXVII. est apud BALVZIVM tom. 1. Capit. *Gailesvindum ciuitates tam in dote, quam in morganegibis adquisisse.* Ceterum dotes non adferri ab vxoribus in matrimonium, non temere inter instituta ciuitatis ex voto optimae collocatur. v. *Elem. pr. ciuil. part. 2. sect. 2. §. 54.* (4) Vere SENECA c. 7. *Nihil est tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere, tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt.* v. prolixa declamatio contra spectacula SALVIANI *l. 6. de gubernat. Dei.* (5) Theodoricus, Ostrogothorum Rex, apud Cassio-

Digitized by Google

CASSIODORVS l. Var. 37. *Pro amore pudicitiae porrigere ferrum maritis, non est leges calcare, sed condere.* v. quae de Gothis & antiquis Saxonibus infra dicemus. De Vandalis SALVIANVS l. 7. de gubernat. Dei: *Addiderunt quoque hoc ad libidinem comprimendam, seueras pudicitiae sanctiones decretorum, gladio impudicitiam cohercentes, vt pudicitiam vtriusque sexus & domi connubii seruaret affectus, & in publico metus legum: ac sic duplici praesidio castimonia niteretur, cum & intus esset, quod amaretur, & foris, quod timeretur.* (6) Apud omnes gentes secundae nuptiae minus honoratae: alicubi & poenis nonnullis coercitae. v. tit. C. de sec. nupt. Seruium ad illud VIRGILII:

Hinc vni forsan potuerunt succumbere culpae.

CHRYSOSTOMVS *sermone de Virginitate c. 37. & altero libro ad Viduam*, & ad Furiam Hieronymum. (7) *Annot. ad Lucam II. 36.* (8) Est & hoc institutum ciuitatis ex voto optimae. v. *Elem. pr. ciuil. d. sect. 2. §. 9. Haec mehercules*, ait H. CONRINGIVS de rep. antiqu. vet. Germ. §. 17. *Cornelii verba arguunt, Maiores nostros hac quidem parte omnibus, etiam totius terrarum orbis gentibus, longe esse praeferendos: neque enim hoc de vllo alio populo aut natione legimus.* Adde quae de Lycurgi instituto in rep. Laconica iudicauit PLVTARCHVS *in comparat. Lycurgi & Numae.* (9) Rei sc. Venereae: nam res apud Romanos Venerem quoque notabat. Hinc CLVVERIO *l. 1. G. A. c. 16. p. 109.* potius quam Ioann. Isaac. Pontano assentior, apud veteres Germanos nec coitus, nec pudendorum virilium iuxta ac muliebrium sollicitam fuisse occultationem. Quam interpretationem firmat particula aduersatiua in versione Graeca: Τετε δ' ὅμως ὐκ ἀπεκαλύοντο. Nimirum, vt Liuia Drusilla Augusti coniux apud DIONEM dicebat, *nudi homines matronis honestis & continentibus nihil a statuis differunt.* Adde quae ad haec CAESARIS verba notauit MERCVRIALIS *l. 6. var. lect. c. 23.* SCHOTTVS *l. 2. Obs. 12. sub calc.*

§. III.

De societate parentum & liberorum

De societate inter parentes & liberos TACITVS de M. G. c. 20. §. 2. *In omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in haec corpora, quae miramur, excrescunt. Sua quemque mater vberibus alit* (1), *nec ancillis ac nutricibus delegatur. Dominum* (liberos sc. familiarum) *ac seruum nullis educationis delitiis dignoscas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt; donec aetas separet ingenuos, virtus agnoscat.* MELA l. 3. de situ orbis: *Maximo frigore nudi agunt* (2), *antequam puberes sint, & longissima apud eos pueritia est.* Liberi certe cum matribus ministeria domus obierunt. Hinc TACITVS de M. G. c. 25. §. 2. *Domus officia vxor ac liberi exsequuntur.* Caeterum patria potestate eximerunt, cum arma approbante populo sumsere. TACITVS c. 13. de M. G. §. 2. *Arma sumere non ante cuiquam moris, quam ciuitas suffecturum probauerit. Tum in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaque iuuenem ornant* (3). *Haec apud illos toga, hic primus iuuentae honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae.* Nuptiis quoque liberi patria potestate liberati videntur (4). Hinc quos CAESAR *l. 6. de B. G.* impuberes dixit, Graecus eius interpres ἀγάμους vertit. Idemque indicat vox Germanica Frien, *matrimonium inire.*

(1) Est & hoc institutum ciuitatis ex voto optimae. Multum enim refert, quo lacte vtantur infantes. Agnos sane subrumos, si capris lactandos subieceris, lanae duriores erunt, eosque hircire, & ingenium cum lacte mutare experimur. Vnde praeclare VIRGILIVS, exprobrans Achilli saeuitiam, dicit:

Hircanaeque admorunt vbera tigres.

v. grauissima dissertatio FAVORINI apud GELLIVM XII. N. A. 1. PLVTARCHVS *libro* περὶ παίδων ἀγωγῆς, MARIANA *l. 2. de Rege & Regis institut. c. 2.* ERASMI *colloquium de puerpera.* CLVVERIVS

RIVS *l. 1. Germ. antiq. c. 21. p. 151.* (2) ARISTOTELES VII. Pol. 17. Συμφέρει δὲ εὐθὺς ἡ πρὸς τὸ ψύχη συνεθίζειν ἐκ μικρῶν παίδων. Τοῦτο γὰρ ἡ πρὸς ὑγίειαν ἡ πρὸς πολεμικὰς πράξεις ἐυχρηστότατον. Διὸ παρὰ πολλοῖς ἐστι τῶν βαρβάρων ἔθος, ταῖς μὲν εἰς ποταμὸν ὑποβάπτειν τὰ γιγνόμενα ψυχρὸν, τοῖς δὲ σπέρασμα μικρὸν ἀμπισχεῖν, ὅιον Κελταῖς. *Est autem vtile, statim ab ineunte aetate frigoribus assuescere: hoc enim tum ad valetudinem, tum ad munera militaria, commodissimum est. Quamobrem Barbari magna ex parte, alii frigido flumine infantes mergere, alii paruis indumentis vestire consueuerunt, vt Celtae.* Celtae hi haut dubie Germani, Rheni accolae. v. H. CONRINGIVS *de rep. antiqua vet. German. §. 12.* (3) Idem mos adhuc fere in Germania viguit. De Friderico I. Imper. OTTO DE S. BLASIO ad Annum MDCLXXXIV. *Generalem Curiam apud Moguntiam edixit, ibique filios suos, Henricum sc. Regem & Fridericum Sueuorum Ducem, gladio accingi, armisque insigniri disposuit.* MONACHVS PEGAVIENSIS historia de vita Viperti Marchionis Lusatiae, Burggrauii Magdeburgens. Comitis Groicensis ad An. MXC. *Wigbertus ab Vdone, Marchiam Stadiensem regente, educatus, gladio militari a tanto Principe, vtpote Principum collega quandoque futurus, nobiliter accingitur.* Chronicon Reichersbergense: *Cum An. MCXCII. Imper. curiam celebraret Wormatiae & Dux Austriae Leopoldus Ducatum Stiriae de manu Imper. valde solenniter acciperet, in illa solennitate & in praesentia Imper. accincti sunt gladio Dux Sueuiae, frater Imper. & Dux Bauariae Ludwicus, filius Ducis Ottonis quondam Palatini, Comites quoque multi, & alii nobiles quam plurimi.* (4) Hae adhuc hodie quibusdam in locis patriam potestatem dissoluunt. v. EYBEN *Disquis. 3. ad Inst. obs. 12.* Alibi nuptiis maiorennes fiunt. v. CAROLVS DE MEAN *observat. & reb. iudic. Leodiens. 688.*

§. IV.

Patriae potestati, mortuis parentibus, succedit tutela, quae haut dubie penes propinquos fuit. TACITVS de M. G. c. 20. §. 5. *Sororum filiis idem apud auunculum, qui apud patrem honos: Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur & in accipiendis obsidibus magis exigunt, tanquam ii, & animum firmius, & domum latius teneant.* De Tutela.

§. V.

De societate inter dominos & seruos TACITVS de M. G. c. 25. §. 1. *Seruis non in nostrum* (hoc est, Romanum) *morem descriptis per familiam ministeriis vtuntur. Suam quisque sedem, suos penates regit* (1). *Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, vt colono iniungit: & seruus hactenus paret. Verberare seruum, ac vinculis & opere coercere, rarum. Occidere solent, non disciplina & seueritate,* (vt apud Romanos) *sed impetu & ira, vt inimicum, nisi quod impune.* IDEM c. 24. §. 3. & 4. velut singulare notauit: insaniente lusu aleae seruos factos, quando deficientibus omnibus nouissimo iactu de libertate & corpore contenderunt. Ita *victus*, inquit, *voluntariam seruitutem adit, quamuis iunior, quamuis robustior alligari se ac venire patitur. Ea est in re parua peruicacia: ipsi fidem vocant. Seruos conditionis huius per commercia tradunt, vt se quoque pudore victoriae exsoluant.* De societate inter dominum & seruos.

(1) Tales seruos *casatos* Franci postea dixerunt. Hinc adhuc hodie Cossaten. v. *Dissert. de hominib. propr. S. 1. §. 2.*

§. VI.

Altera ciuium diuisio est a bonis animi, corporis & fortunae. Ad bona animi pertinent virtutes vel morales, vel intellectuales. Inter morales eminet religio. ALTERA CIVIVM DIVISIO

Digitized by Google

eſt a bonis animi. Vbi conſideranturGermanorum virtutes morales, *in iis Religio.*

religio. Communes Germanis Deos fuiſſe diſcimus ex oratione Tencterorum apud TACITVM *IV. hiſt.* 64. 2. Hinc idem TACITVS de M. G. c. 9. *Deorum maxime Mercurium colunt* (1), *cui certis diebus humanis quoque hoſtiis litare fas habent* (2). *Herculem* (3) *ac Martem* (4) *conceſſis animalibus placant. Pars Sueuorum & Iſidi ſacrificant. Vnde cauſa & origo peregrino ſacro, parum comperi* (5), *niſi quod ſignum ipſum in modum liburnae figuratum* (6) *docet aduectam religionem. Ceterum nec cohibere parietibus DEOS, neque in vllam humani corporis ſpeciem aſſimilare* (7) *ex magnitudine coeleſtium arbitrantur. Lucos ac nemora conſecrant* (8), *Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident.* Quanquam his non congruit, quod ante TACITVM ſcripſit CAESAR l. 6. Comment. de B. G. *Deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus iuuantur, Solem & Vulcanum & Lunam. Reliquos ne fama quidem acceperunt.* Enim vero potius eſt, vt credamus TACITO, cuius temporibus res Germanicae magis fuerunt perſpectae. Idem de Semnonibus, Sueuico populo, c. 39. de M. G. *Statotempore in ſiluam, auguriis patrum & priſca formidine ſacram, omnes eiusdem ſanguinis populi legationibus coeunt, caeſoque publice homine, celebrant barbari ritus cruenta primordia. Eſt & alia loco reuerentia. Nemo, niſi vinculo ligatus, ingreditur, vt minor, & poteſtatem Numinis prae ſe ferens. Si forte prolapſus eſt, attolli & inſurgere haut licitum. Per humum euoluuntur, eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cetera ſubiecta atque parentia.* IDEM c. 40. de Reudignis, Auionibus, Anglis, Varnis vicinisque aliis populis: *In commune Herthum, id eſt, Terram matrem colunt* (9), *eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur.* Ad ſuperſtitionem pertinet, quod TACITVS ſcribit de M. G. c. 10. *Auſpicia ſortesque vt qui maxime obſeruant. Sortium conſuetudo ſimplex: virgam frugiferae arbori deciſam, in ſurculos amputant* (10), *eosque notis quibusdam diſcretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargunt: mox ſi publice conſulatur, ſacerdos ciuitatis; ſin priuatim, ipſe paterfamiliae precatus deos, coelumque ſuſpiciens, ter ſingulos tollit, ſublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt; nulla de eadem re in eundem diem conſultatio. Sin permiſſum; auſpiciorum adhuc fides exigitur. Et illud quidem etiam hic notum, auium voces, volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque praeſagia ad monitus experiri. Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi & nullo mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos ac rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obſeruant. Nec vlli auſpicio maior fides, non ſolum apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes. Se enim miniſtros deorum, illos conſcios putant. Eſt & alia obſeruatio auſpiciorum, qua grauium bellorum euentus explorant. Eius gentis, cum qua bellum eſt, captiuum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patriis quemque armis committunt, victoria huius vel illius, pro praeiudicio accipitur.* Immortalitatem animae Germanos credidiſſe, vt Celtas, certum eſt: nam APPIANVS *in Celticis* Marcomannos deſcribit: τῷ θανάτῳ καταφρονητὰς διὰ ἐλπίδα ἀναβιώσεως, *mortis contemptores perſuaſione futuri in vitam reditus.* LVCANVS in pharſal. l. 1. v. 457. de populis Germaniae ſeptentrionalibus:

Certe populi, quos deſpicit Arctos,
Felices errore ſuo; quos ille timorum.

Maxi-

Digitized by Google

Maximus haut vrget lethi metus. Inde ruendi
In ferrum mens prona viris (11), animaeque capaces
Mortis: & ignauum redituraе parcere vitae (12).

Partem religionis haut dubie acceperunt a Romanis ob viciniratem: nam & Sigestis fratrem Sigismundum apud Aram Vbionem Sacerdotem creatum TACITVS nos docet. I. Annal. 57. 3. Religio Christiana, quo tempore in Germaniam penetrauerit, parum compertum est: nam multa fabulose heic tradi H. CONRINGIVS ostendit. Illud certum est & indicio Irenaei (13), qui Polycarpi Smyrnensium Episcopi discipulus fuit, atque Tertulliani (14) cognoscimus, iam seculo post Christum natum secundo Germanicas Ecclesias fuisse, in Germania sc. Cisrhenana, quae Romanis parebat. Nam Transrhenana multo diutius idololatriae adhaesit, & a seculo demum quarto paulatim Christianam institutionem accepit, donec seculo octauo, cura inprimis Bonifacii, Archiepiscopi Moguntini (15), & post Caroli M. tota Christiana facta, vt suo loco reddemus. Illud adhuc addendum: Germaniae populos Christianam religionem non Latinis tantum, sed & Graecis debere, vt inter alia euincunt tot Graeca ad ecclesiae res pertinentia vocabula, pura κυριακὴ, vnde Kirch, ἐπίσκοπος, vnde Bischoff, Μοναχῶν, Münster, Νόνη, Nonn, μοναχὸς, Münch, Παρόχος, Pfarrer, Δεκανὸς, Dechant, Κύλιξ, Kelch, Πρεσβύτερος, Priester, χρίσμα Chrisam, καθολικὸς, Catholisch, & alia, vt bene obseruauit WALAFRIDVS STRABO, Abbas Augiensis, Imperatoris LVDOVICI Pii aequalis, *libri de rebus ecclesiasticis c. 7.*

(1) Quem Wodan siue Gwodan dixisse, auctor est PAVLVS WARNEFRIDVS *l. 1. de gest. Longobard. c. 9.* Hinc Belgae, Anglo-Saxones & Germani septentrionales diem Mercurii Woensdag, Wenesdag, Onsdag nuncupant. (2) *Conf. I. Annal. 61. §. 4. & XIII. Annal. 57. §. 3.* ENNODIVS in vita S. Antonii, *Iam Franci, Heruli, Saxones, multiplices crudelitatum species, belluarum more, ferebant: quae nationum diuersitas, superstitionis mancipata culturis, Deos suos humana credebant caede mulceri.* Et Frisii sorte duxerunt, quos diebus festis Diis patriis vel potius Daemonibus pro victimis immolarent, alios quidem gladiis obtruncando, alios laqueis collo insertis suspensos strangulando; nonnullos etiam destituendo in litore, mox Oceani exaestuantis accessu submergendos. Mos hicce apud Danos & Normannos (post nouem annos mense Ianuario nonagintа nouem homines immolare solitos) permansit ad tempora Henrici Aucupis, qui eos cruento hoc sacro abstinere coegit, teste DITMARO *l. 1. Chronic.* Idem mos Gallorum fuit, teste CICERONE *pro M. Fonteio* & PLVTARCHO *de superstitione.* Slauorum quoque, de quibus HELMOLDVS *1. Slauicor. 3.* Adde H. GROTIVM *l. 2. de Verit. Rel. Chr. §. 11.* (3) Hinc apud Visurgin *filua Herculi Sacra*, apud TACITVM 2. *Annal. 12. §. 1.* conf. *de M. G. c. 2. §. 8.* (4) Praecipuum Deorum Martem vocant Tencteri apud TACITVM IV. *histor. 64. §. 2.* (5) Credibile est, ex Aegypto venisse, vbi Isis colebatur. Nam Aegyptios ad fontes Danubii penetrasse, Osiride duce, testatur DIODORVS SICVLVS *l. 1. Biblioth.* (6) Inde forte est, quod apud GRVTERVM *in veteri inscriptione p. 138.* inter festos dies notatur *Isidis nauigium.* (7) Hoc haustum ex doctrina Mosis, non temere coniicit HVETIVS *Demonstr. Euangel. propos. 4. c. 7. §. 2.* conf. de Iudaeis TACITVM *V. histor. 5. §. 8.* De Numa, qui pari ex causa simulacra Romae sustulit, PLVTARCHVM *in eius vita.* Cogitandum tamen, annon TACITVS sibi contradixerit: nam c. 7. §. 2. ait: Germanos *effigies & signa quaedam detracta lucis in praelium ferre.* c. 15. §. 2. *penatium* meminit. Certe conditores vitarum Sanctorum testantur, primos Christianae religionis antistites & propagatores, cum Germaniam ab idolorum cultu purgare statuissent, passim in siluis Deorum simulacra & statuas reperisse. Et hodie adhuc Sondershusae in arce Principis Schwartzburgici vitiur idolum Busterichi. (8) Hinc *Tanfana*, cuius meminit TACITVS *I. Annal. 51. §. 2.* luci patronus. Tan enim abietem, Fan dominum notat. V. LOCCEN. *l. 1. Antiq. Suev-Goth. c. 3.* Eius templum, apud Marsos celeberrimum, Lupium inter & Amisiam flumina fuit. vid. CLVVERIVS *l. 3. G. A. c. 47.* (9) Forte & hoc est ex historia primi hominis, a Deo e limo ter-

Digitized by Google

rae producti, quem Latini Saturnum, Graeci Κρόνον dixere. Inde *initia gentis*, Tacitum iam audiuimus. Saxones sub nomine Krodonis, cuius idolum KAROLVS M. euertisse dicitur, Saturnum coluisse, affirmat VOSSIVS *Th. Gent. l. 2. c. 3. & l. 9. c. vlt.* Caeterum sub nomine Astartes & Cybeles terram in Asia cultam, docet H. GROTIVS *ad Iudicum* II. 13. OVIDIVS septimo Metamorphos.

Templa Deum matri, quae quondam clarus Ochion
Fecerat ex voto, nemorosis abdita siluis.

(10) V. de ῥαβδομαντίᾳ, siue diuinatione per virgas, H. GROTIVS *ad Ezechiel.* XXI. 20. vbi morem hunc a Scythis, & horum parte Alanis, ab his ad Slauos, a Slauis ad Germanos manasse ostendit. An superstitio haec ab illa virga Aaronis, quae inter ceteras virgas sola foruit, profluxerit, non definit HVETIVS *Demonstr. Euangel. proposit. 4. c. 7. §. 2.* (11) VALER. MAXIMVS l. 2. c. 6. *Alacris & fortis philosophia Cimbrorum & Celtebrorum, qui in acie exultabant, tanquam glorioſe & feliciter vita exceſſuri: Lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter perituri.* (12) Pertinent huc doctissimi viri TH. BARTHOLINI *de causis contemptae a Danis adhuc gentilibus mortis libri tres.* In illis *l. 2. cap.* 1. probat ex Semundi Frodi Eddis antiquis, Danos illos transmigrationem animarum statuisse. (13) Verba eius sunt l. 1. aduersus haereses c. 3. *Nam etsi in mundo loquelae diſſimiles ſunt, virtus traditionis vna & eadem eſt. Et neque hae, quae in Germania fundatae ſunt, eccleſiae aliter credunt, aut aliter tradunt.* (14) *Aduerſus Iudaeos* I. vbi inter nationes Christum colentes etiam memorat Germanos. Postea ait: *Chriſti regnum etiam in Germaniam porrigi.* Vixit hic circa annum a Dominico natali ducentesimum. Vetustior eo fuit Irenaeus. (15) A. DCCLI. in Frisia latronum scelere trucidati.

§. VII.

Iustitia, fides, hospitalitas, continentia in rebus Veneris, victu vestituque, fortitudo.

Inter virtutes alias morales sunt iustitia, & in hac fides, hospitalitas, continentia in rebus venereis, in victu, cibis & potu vestituque; fortitudo denique. Iustitiam equidem aduersus externos non multum laudaueris, vt ex supra dictis patet. At in ciuitatibus, saltem singulis, eos pacate innocenterque inter se vixisse, multa sunt indicio, (Quaestui enim non fuere dediti & exili victu vsi, quo argumento iustitiam Scytharum probat STRABO *l. 7. Geograph. p.* 209.) & suo loco exemplis Gothorum ac Saxonum probabitur. Fidem quod attinet, VELLEIVS l. 2. histor. c. 18. *Germanos in ſumma feritate verſutiſſimos, natumque mendacio genus dixit*, plane vt STRABO l. 7. Geograph. notauit: *aduerſus Germanos plurimum vtilitatis in incredulitate eſſe; illos, quibus fides habita ſit, maxima damna intuliſſe.* Sed hoc haut dubie odio in hostes tribuendum. E contrario non temere Principes Frisiorum Romae in theatro exclamabant apud TACITVM XIII. Annal. 54. §. 5. *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe.* Quae virtus adhuc fere in Germania viguit (1). Sane Romanos Germanorum fidei plurimum confisos, inde intelligitur, quod AVGVSTVS eos inter armigeros circa se habuit, teste SVETONIO *in Auguſto c.* 49. conf. de Caio Caligula IOSEPHVM *l.* 19. *Origin. c.* 1. vbi scribit, cohortem ei fuisse satellitum, ex hac gente lectorum, de Nerone TACITVM *XV. Annal.* 58. §. 1. Sicut Caracalla e Germanis validissimum quemque & pulcerrimum custodes corporis sibi asciuit, vt refert HERODIANVS *IV. histor.* 7. conf. de Maximo eundem *l.* 8. *histor. c.* 7. & Capitolinum *in vita Maximi & Balbini c.* 13. De hospitalitate siue φιλοξενίᾳ CAESAR l. 6. Commentar. *Hoſpites violare fas non putant. Qui quaque de cauſa ad eos venirent, ab iniuria prohibent ſanctoſque habent: iis omnium domus patent, victusque communicatur.* TACI-

TVS

Digitized by Google

TVS c. 21. de M. G. §. 3. *Conuictibus & hospitiis non alia gens effusius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur, pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Cum defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii & comes, proximam domum non inuitati adeunt. Nec interest pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad ius hospitii, nemo discernit. Abeunti, si quid poposceris, concedere moris: & poscendi inuicem eadem facilitas.* Congruunt his, quae de populis septentrionalibus suo adhuc tempore scripsit ADAMVS BREMENSIS libro de situ Daniae. *Quamuis omnes Hyperborei hospitalitate sint insignes, praecipue sunt nostri Sueones, quibus est omni probro grauius, hospitium negare transeunti, ita vt certamen habeant inter se, quis dignus sit hospitem recipere: cui omnia exhibeat humanitatis iura, quot illic commorari voluerit diebus, ad amicos suos illum certatim per singulas dirigit mansiones.* Conf. H. GROTIVS (2). De continentia in rebus Venereis iam supra diximus. Falsum autem est, quod de Germanis perhiberi tradit SEXTVS EMPIRICVS *Pyrrh. hypotyp. l. 4. c. 24.* Παρὰ Γερμανοῖς οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' ἴσως ἔν τι τῶν συνήθων. Apud Germanos turpe non esse, masculа Venere vti, sed vnum ex iis, quae vsu sunt recepta. Multo verius QVINTILIANVS declamat. 3. *Nihil tale nouere Germani, & sanctius viuitur ad Oceanum.* Non minor fuit continentia in cibis. IVLIVS CAESAR l. 6. de Bell. Gallic. *Maior pars victus eorum in lacte, caseo & carne consistit.* Singulatim de Sueuis l. 4. de Bell. Gallic. *Non multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore viuunt, multumque sunt in venationibus. Quae res & cibi genere & quotidiana exercitatione & libertate vitae (quod a pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciunt) & vires alit, & immani corporum magnitudine homines efficit.* TACITVS c. 23. de M. G. §. 2. *Cibi simplices, agrestia poma, recens fera* (crudam ferarum carnem mendose interpretatur CLVVERIVS (3)) *aut lac congelatum* (4). *Sine blandimentis expellunt famem.* IDEM antea c. 22. §. 2. *Separatae singulis sedes & sua cuique mensa.* Non eadem continentia in potu. TACITVS d. c. 22. *Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebrae vt inter vinolentos rixae, raro conuitiis, saepius caede & vulneribus transiguntur. Sed & de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & adsciscendis Principibus, de pace denique ac bello plerumque in conuiuiis consultant* (5): *tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta, nec callida, aperit adhuc secreta pectoris licentia loci. Ergo detecta & nuda omnium mens postera die retractatur: & salua vtriusque temporis ratio est* (6). *Deliberant dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt. Potus humor ex ordeo aut frumento* (7) *in quandam similitudinem vini corruptus. Proximi ripae & vinum mercantur.* Addit c. 23. §. 3. *Si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haut minus facile vitiis, quam armis vincuntur.* Neque tamen deest, quod pro Germanis dicatur. Bene GROTIVS (8): *Ebrietatem, non nouum Germanis vitium, accusat Tacitus aliique. Non excuso: quanquam Plato hoc commune esse dixerit bellicosis gentibus, Scythas, Persas, Poenos, Celtas, Hispanos, Thraces nominans, quibus Indos addit Aelianus. At facile hos omnes & illos, vnde graecandi natum est verbum, vicerit Romana temulentia, qualis Plinio* (9) *l. XIV. describitur. Et tamen huius culpae in septentrionalibus populis partem coelum sustinet* (10), *quod circumfuso frigore calorem penitus in corpora adigens cogit sitire.* Vestium simplicitatem describit CAESAR l. 6. de B. G. *Pellibus aut paruis rheno-*

Digitized by Google

Rhenonum tegumentis vtuntur (11), *magna corporis parte nuda* (12). IDEM de Sueuis l. 4. *In eam se consuetudinem adduxerunt, vt locis frigidissimis neque vestitus praeter pelles habeant quidquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta.* TACITVS de M. G. c. 17. *Tegumen omnibus sagum, fibula, aut si desit, spina consertum. Cetera intecti, totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles proximi ripae negligenter* (13), *vlteriores exquisitius, vt quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras, & detracta velamina spargunt maculis pellibusque belluarum, quas exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec alius foeminis quam viris habitus, nisi quod foeminae saepius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant, partem vestitus superioris in manicas non extendunt, nudae brachia ac lacertos. Sed & proxima pars pectoris patet.* IDEM de Sueuis c. 38. *Insigne gentis obliquare crinem* (14), *nodoque substringere. Sic Sueui a caeteris Germanis: sic Sueuorum ingenui a seruis separantur. Sic in aliis gentibus seu cognatione aliqua Sueuorum, seu, quod saepe accidit, imitatione, rarum & intra iuuentae spatium; apud Sueuos vsque ad caniciem horrentem capillum retro sequuntur,* (FREINSHEMIVS recte legit retro sequus) *ac saepe in ipso solo vertice religant; Principes & ornatiorem* (FREINSHEMIVS iterum bene ornatorem legit) *habent. Ea cura formae, sed innoxiae. Neque enim vt ament amenturue;* (vt Romani) *in altitudinem quandam & terrorem, adituri bella compti, vt hostium oculis, ornantur.* Quae autem continentia in vita post mortem quoque seruata fuit TACIT. c. 27. *Funerum nulla ambitio. Id solum obseruant, vt corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec vestibus, nec odoribus cumulant. Sua cuique arma, quorundam igni & equus obiicitur. Sepulchrum caespes erigit. Monumentorum arduum & operosum honorem vt grauem defunctis aspernantur. Lamenta ac lacrymas cito, dolorem & tristitiam tarde ponunt. Foeminis lugere honestum est, viris meminisse.* De fortitudine Germanorum SENECA l. de ira 11. *Germanis quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur innutriunturque: quorum vnica illis cura est in alia negligentibus. Quid induratius ad omnem patientiam? vt quibus magna ex parte non tegumenta corporum prouisa sunt: non suffugia aduersus perpetuum coeli rigorem.* Hinc iidem SENECAE l. 6. Nat. Quaest. c. 7. *Germani auida gens belli.* TACITO IV. histor. 16. §. 2. *Laeta bello gens.* V. histor. 19. §. 5. *Gentes periculorum auidae* dicuntur. IOSEPHO l. 19. origin. c. 1. Ῥωμαλέοι τοῖς σώμασι καὶ τῇ πρώτῃ ὁρμῇ σημαίνοντες τοῖς πολεμίοις, ἢ ἂν δεήσωσι μεγάλα κατορθῶσιν. *Robusti corpore, & primos hostium impetus excipere soliti, magnumque ad victoriam momentum adferre, in quamcunque partem incubuerunt.* AGRIPPA apud eundem l. 2. de B. I. c. 16. de Germanis: *Quis vestrum non audiuit multitudinem, virtutem quoque & magnitudines corporum, vt arbitror, saepe vidistis. Siquidem Romani vbique earum gentium captiuos habent. Sed illi ita ingentem spatiis regionem incolentes, spiritus autem maiores corporibus gerentes, & animum quidem contemtricem mortis, indignationes autem vehementiores feris, nunc Rhenum limitem habent, & octo Romanorum Legionibus domantur.* Ex dictis patet, a quibusdam Romanis scriptoribus minus recte feritatem adscribi. De quo vid. BARTHIVS *animaduers. in Claudian. III. Conf. Honorii p.* 486.

(1) v. *l.* 1. *Paroem. Iur. Germanic.* 8. §. 7. (2) *Prolegom. ad Vandalic. historiam p.* 35. (3) *L.* 1. *G. A. c.* 17. (4) *Lac congelatum dicit*, non caseum, tacite dissentiens a CAESARE. Nam PLINIVS *l. XI. N. H. c.* 41. Casei dotem Barbaris gentibus ignoratam, aut ab iis spretam testatur. Et sane vox

vox Rûß apud Germanos Romanum originem arguit. v. H. CONRINGII *de habit. corp. Germ. cauſis p. 63. ſeq.* (5) De compotationibus hiſce v. Carolus IV. in A. B. c. 12. (6) Et hodie in Flandria obligationes, in taberna potoria, initas, poſtridie ante meridiem retractare licet, teſte NIC. BVRGVNDO *Praef. ad conſuetud. Flandriae.* (7) Vſitatus Occidentis populis, teſte PLINIO *l. 25. H. N. c. 21.* v. CLVVERIVS *l. 1. G. A. c. 17.* (8) *Prolegom. ad Gotthor. & Vandal. hiſtor. p. 19.* Conf. CLVVER. *l. 1. G. A. c. 9. p. 143.* (9) *1. de LL. L. 2. Var. c. 24.* (10) Vid. quae de Belgis notat TEMPLIVS *obſervat. circa ſtatum foederati Belgii c. 3. p. 263. ſeq.* vbi ob aëris intemperiem compotationes non modo ſanitati proficuas, ſed & ad excitandos ſpiritus vtiles eſſe oſtendit. (11) PAVLVS WARNEFRIDVS l. 1. de geſt. Longobard. c. 5. *Apud hos eſt animal non abſimile ceruo, de cuius ego corio, vt fuerat pilis hirſutum, veſtem, in modum tunicae genu tenus aptatam, conſpexi.* SAVARO *in not. ad Sidonium* Rhenonum vocem a Rhenanis ſiue Rheni accolis deducendum putauit. VOSSIVS & BOCHARTVS a pellibus agninis deriuarunt. Sed vtrosque errare, demonſtrauit LOCCENIVS *l. 2. Antiqu. Sueo-Gothicar. c. 20.* (12) Hoc & alia quae ſequuntur, euincunt, erraſſe CLVVERIVM, dum perſuaſus fuit, Germanos veteres plerosque nudis inceſſiſſe corporibus, & in eo ſtatu illos quoque depingendos curauit. v. CONRINGIVS *d. Exercit. de antiqu. rep. veter. Germ. §. 12.* Quod enim TACITVS 2. *hiſt. 22. 2.* ſcribit, Germanos *more patrio nudis corporibus fuiſſe*, comparatio, ne ad Romanos dictum intelligi poteſt. Singulare eſt, quod de Herulis, gente Germanica, ſcribit PAVLVS WARNEFRIDVS *l. 1. de geſt. Longobard. c. 20.* eos nudos pugnauiſſe, ſolummodo corporis verecunda operientes. (13) Abſurde & praeter rationem omnem ita legi exiſtimat CLVVERIVS *l. 1. G. A. c. 16. p. 109.* Ipſe legit: *Vlteriores negligenter, proximi ripae exquiſitius.* Sed non cogitauit ipſe, TACITVM loqui tantum de pellibus, quarum curam proximi ripae non ita habuerant, quippe quibus & alii propter commercia amictus eſſe potuerant. Vlteriores in pellibus ornatum quaeſiuere. (14) Idem Sicambris tribuit MARTIALIS : *Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.* Germanis in vniuerſum SENECA (v. infra ad §. 9.) forte quia Sueua Natio inter Germanos praecipua fuit.

§. VIII.

Ad virtutes intellectuales ſpectant artes. Inter quas eſt venatio. IVLIVS CAESAR l. 6. Comment. de B. G. *Vita omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit: a paruulis labori ac duritiae ſtudent.* IDEM de Sueuis l. 4. Commentar. *Multum ſunt in venationibus.* TACITVS de M. G. c. 15. §. 1. *Quoties bella non ineunt, multum* (vulgo mendoſe legunt, non multum) *venatibus, plus per otium tranſigunt, dediti ſomno ciboque.* De Caucorum venatione aquatili PLINIVS: *Fugientes cum mari piſces circa tuguria venantur; vlua ac paluſtro iunco funes nectunt, ad praetexenda piſcibus retia.* Non idem agriculturae ſtudium. CAESAR l. 6. Commentar. de B. G. *Agriculturae non ſtudent.* (praecipua ſc. ſiue enixa cura) TACITVS de M. G. c. 14 §. 7. *Nec arare terram, aut expectare annum, tam facile perſuaſeris, quam vincere hoſtes & vulnera mereri.* Nimirum, vt ait c. 15. §. 1. *Fortiſſimus quisque ac bellicoſiſſimus nihil agens, delegata domus & penatium & agrorum cura foeminis ſenibusque, & infirmiſſimo cuique ex familia, ipſi hebent: mira diuerſitate naturae, cum iidem homines ſic ament inertiam & oderint quietem.* Nec mercaturae erant dediti. De Neruiis, ciſrhenano populo, CAESAR l. 2. Commentar. de B. G. *Nullum aditum eſſe ad eos mercatoribus: nihil pati vini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri; quod his rebus relangueſcere animos, eorumque virtutem remitti exiſtimarint.* IDEM de Sueuis l. 4. Comment. *Mercatoribus eſt ad eos aditus, magis eo, vt quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quod vllam rem ad ſe importari deſiderent.* Paulo poſt: *Vbii ſunt paulo caeteris Germanis humaniores propterea quod Rhenum attingant, multique ad eos mercatores venitent, & ipſi propter propinquitatem Gallicis moribus ſunt aſſueti.* TACIT. de

Et intellectuales.

Digitized by Google

M. G. c. 23. §. 1. *Proximi ripae & vinum mercantur.* Artem militarem inprimis excolebant. SENECA Ep. 63. *Si in Parthia natus esset, arcum infans statim tenderet: si in Germania protinus puer tenerum hastile vibraret.* TACITVS de M.G. c. 32. §. 2. *Tencteri super solitum bellorum decus equestris disciplinae arte praecellunt* (1). *Nec maior apud Cattos peditum laus, quam Tencteris equitum. Sic instituere maiores, posteri imitantur. Hi lusus infantium, haec iuuenum aemulatio, perseuerant senes.* Hinc Germani *ad arma nati dicuntur* apud TACITVM IV. histor. 64. §. 3. & apud CAESAREM I. de Bell. Gallico c. 36. *inuicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos quatuordecim tectum non subiissent.* Apud EVNDEM *d. l. 1. c. 39.* Galli & mercatores praedicabant: *ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse: saepenumero sese cum iis congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse.* Eam artem vt exercerent iuuenes, praesertim nobiles, ad alias bello occupatas nationes se conferebant. *Si ciuitas,* inquit TACITVS de M. G. c. 14. §. 4. *in qua orti sunt, longa pace & otio torpeat plerique nobilium adolescentium petunt vltro eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt: quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clarescunt, magnumque comitatum non nisi vi belloque tueare.* Porro *scutum reliquisse praecipuum flagitium; nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas erat,* vt idem TACITVS ait de M. G. c. 6. §. 9. vbi addit: *Multos bellorum superstites infamiam laqueo finiuisse.* Famula artis huius est nandi peritia. MELA l. 3. de situ orbis: *Nandi non tantum patientia illis, studium etiam est.* Hinc TACITVS V. histor. 14. §. 4. *Germanos fluminibus suetos,* HERODIANVS l. 7. hist. 2. *natandi peritissimos,* AMMIANVS MARCELLIANVS l. 25. Rer. Roman. c. 6. *flumina transmeare a prima pueritia institutos* dixit: conf. TACITVS 2. *histor.* 35. §. 1. & 4. *histor.* 66. §. 3. Addatur de nauigandi peritia CLVVERIVS *L. 1. G. A. c.* 18. Sane Germanos Oceani accolas classibus valuisse, auctor est TACITVS de M. G. c. 44. §. 1. Spectacula, quibus Romani se oblectabant, apud Germanos in pretio non erant. Vt proinde mirum non sit, cum Verritus & Malorix, Frisiorum Reges, Pompeii theatrum intrassent, vt magnitudinem populi viserent, *ignaros ludicris non fuisse oblectatos,* memorante TACITO *XIII. Annal.* 54. §. 4. Apud Germanos autem, vt idem TACITVS c. 24. de M. G. refert, *erat genus spectaculorum vnum atque in omni coetu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum erat, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciebant. Exercitatio artem parauerat, ars decorem, non in quaestum tamen aut mercedem,* (vt apud Romanos) *quamuis audacis lasciuiae pretium esset voluptas spectantium.* Exercitatio haec in vernacula nostra vocatur Schwerd-Tantz. Musica ipsis erat, sed inamoena, qua tamen sibi placebant, teste IVLIANO AVGVSTO *orat. cui titulus:* ἀντιοχικὸς ἢ μισοπώγων. TACITVS c. 3. de M. G. *Sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur. Terrent enim trepidantve, prout sonuit acies. Nec tam voces illae, quam virtutis concentus videntur. Affectatur praecipue asperitas soni, & fractum murmur obiectis ad os scutis, quo plenior & grauior repercussa vox intumescat.* conf. II. hist. 22. §. 2. IV. hist. 18. §. 5. V. hist. 16. §. 6. Vaticinandi quoque peritiam habuerunt: & *apud Germanos eam esse consuetudinem, vt matresfamilias eorum sortibus & vaticinationibus declararent, vtrum proelium committi ex*

vsu

Digitized by Google

usu esset, necne, scribit CAESAR I. *de Bell. Gall.* 50. Ob artem hanc celebris Velleda fuit (2), de qua TACITVS *IV. histor.* 61. §. 4. & 65. §. 8. fuse. *de morib. German.* c. 8. §. 4.

(1) Vt & Batani. De quibus Dio l. 54. Κρατιστοι ἱππεύειν, *equitandi peritissimi.* PLVTARCHVS in Othone: Γερμανων ἱππεῖς ἀριστοι, *equites Germanorum optimi.* (2) De qua STATIVS l. 1. sylv. Cui maxima super gloria, & Genua. V. SVIDAS in Θευγδω ex Dionis *l.* 67.

§. IX.

De bonis corporis ita TACITVS de M. G. c. 4. §. 1. *Habitus corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & caerulei oculi, rutilae comae* (1), *magna corpora* (2), *& tantum ad impetum valida. Laboris atque operum non eadem patientia: minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inediam caelo soloque assueverunt.* De Cattis IDEM c. 30. de M. G. §. 2. *Duriora genti corpora, stricti artus, minax vultus, & maior animi vigor.* Causas proceritatis corporum, de qua pluribus egit CLVVERIVS *L. 1. G. A. c.* 14. iam supra ex IVLIO CAESARE attulimus (3). In corpore inprimis spectatur vestitus, de quo itidem supra egimus, nisi quod heic notandum ex TACITO c. 13. de M. G. §. 1. *Germanos nihil neque publicae, neque priuatae rei, nisi armatos, egisse.* (4) & c. 22. §. 2. *Ad negotia, nec minus saepe ad conuiuia procedere armatos.* Caeterum a bonis corporis nota est etiam distinctio in masculos & foeminas, quas in honore habitas a Germanis, scripsit TACITVS (5) *de M. G. c.* 8. §. 3. & *seq.* *A bonis corporis.*

(1) Idem TACITVS in Agricol. c. 11. *Rutilae comae, magni artus Germanicam originem asseverant* LVCANVS l. 10. *Phars.* de Cleopatrae ministris:

Pars tam flauos gerit altera crines,
Vt nullus Caesar Rheni se dicat in aruis
Tam rutilas vidisse comas.

SENECA 3. de ira 26. & ep. vlt. *ruffus crinis & conctus in nodum apud Germanos.* CALPVRNIVS FLACCVS decl. 2. *Rutili sunt Germaniae vultus & flaua proceritas.* (2) Immensa corpora dixit *V. hist.* 18. §. 1. *Ingentes Cheruscos,* CLAVDIANVS in IV. Consulat. Honorii, vbi alia notat BARTHIVS. Causam adfert Vitruuius l. VI. c. 1. *Sol quibus locis mediocriter vapores profundit, in his conseruat corpora temperata, quaeque proxime currendo deflagrat, eripit exsugendo temperaturam humoris. Contra refrigeratis regionibus, quod absunt a meridie longe, non exhauritur a caloribus humor, sed ex coelo roscidus aër, in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas vocisque sonitus grauiores. Ex eo quoque sub septentrionibus nutriuntur gentes immanibus corporibus, candidis coloribus, directo capillo, & rufo, oculis caesiis, sanguine multo: quoniam ab humoris plenitate ceteris refrigerationibus sunt conformati.* (3) Add. CONRINGII supra laudatus *liber de habitus corporum Germ. antiqui & noui causis.* (4) Quem morem adhuc hodie retinent Heluetii, & in Hispania quoque ad hoc vsque tempus idem mos obseruatur, quod incolae istius regionis procul dubio a Gothis, Germaniae populo, acceperunt, notante CONRINGIO *Exercit. de antiqu. rep. veter. Germ.* §. 34. (5) Vbi obseruat, vt efficacius obligentur animi ciuitatum, inter obsides puellas quoque nobiles imperari. v. SVETONIVS *in Augusto c.* 21. Nebiogastis, Chamauorum Regis, matrem obsidem accepisse Iulianum, auctor est Eunapius.

§. X.

Restant bona fortunae, in quibus maxime spectatur existimatio. Secundum hanc apud Germanos triplicem personarum distinctionem fuisse, nobiles scili- *A bonis fortunae.*

Digitized by Google

scilicet, ingenuos, libertinos, non obscure innuit TACITVS de M. G. c. 25. §. 4. Verba sunt: *LIBERTI non multum supra seruos sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quae regnantur. Ibi enim & super INGENVOS & super NOBILES ascendunt: Apud coeteros impares libertini libertatis argumentum sunt.* Mansit eadem distinctio in Saxonum populo diu. Nam ita Adamus Bremensis: *Quatuor differentiis gens ista consistit, Nobilium sc. & liberorum & libertorum atque seruorum*, vt infra pluribus ostendemus. Et Frisiones, gens Germanica, Saxonibus confinis, Nobiles, liberos, litos & seruos habuere, quemadmodum vetustae eorum leges docent. Ceterum inter nobiles quidam principes fuerunt, comitatu aliorum nobilium insignes. TACITVS de M. G. c. 13. & 14. *Insignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentulis assignant. Ceteris robustioribus ac iam pridem probatis aggregantur. Nec rubor inter comites aspici. Gradus quin etiam & ipse comitatus habet, iudicio eius quem sectantur. Magnaque & comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus: & principum, cui plurimi & acerrimi comites. Haec dignitas, hae vires, magno semper electorum iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. Expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipsa plerumque fama bella profligant. Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adaequare. Iam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae eius assignare, praecipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant; comites pro principe.* Add. CAPITVLARE KAROLI M. de partibus Saxoniae A. 797. §. 5.

§. XI.

TERTIA DIVISIO, *qua considerantur ciues vt singuli & in vniuersitates collecti. Vbi de pagis.*

Tertia diuisio ciuium est, quatenus vel pauci sunt, vel numerosi: deinde vel vt singuli vel vt in vniuersitates collecti considerantur. Populosos fuisse veteres Germanos & multitudine incolarum abundantes, extra dubium est. Cuius causa fuit non polygamia, vt quidam falso scripserunt, sed castitas vitae & vegeta corporum constitutio. Hinc tot migrationes in Romanorum prouincias, praesertim cum colendae terrae rationem nescirent & eximiae fertilitatis fama eos inuitaret. Cerialis apud TACITVM IV. hist. 74. *Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias libido atque auaritia, & mutandae sedis amor: vt relictis paludibus & solitudinibus suis, foecundissimum hoc solum neque ipsos* (Treueros Limgonesque) *possiderent.* Vniuersitates paucas habuere veteres Germani; caruerunt enim vrbibus, vt deinceps dicam. Illud notatu heic dignum, Germanorum ciuitates in pagos, Gau fuisse distinctas (1). Ita IVLIVS CAESAR l. 4. Commentar. de B. G. *Sueuos centum pagos habuisse.* TACITVS c. 39. de M. G. §. 5. Semnones, nobilissimos Sueuorum, *centum pagis habitare* commemorat. Idem TACITVS *c.* 6. §. 7. & *c.* 12. §. 5. meminit pagorum, eosque a vicis distinguit. Nimirum pagus, in notione Romanis sueta, plures vicos complectebatur.

(1) Talis adhuc hodie distinctio in Frisia inter Fleemm & Lauicam, in Ostergo & Westergo, quae pars in tribus antiquissimis Francorum Annalibus *Wistragonia*, a Reginone *Westrachia* appellatur. v. Hadr. VALESIVS *l.* 24. *Rer. Francic. An.* DCCXXXIII. *& seq.* conf. *Elem. pr. Ciuil. p.* 1. *Sect.* 3. §. 6.

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

Subiectum cuiusque ciuitatis secundarium sunt regio, in regione domicilia & caetera bona, quae vtplurimum nummo aestimantur. De regione ita TACITVS de M. G. c. 5. *Terra, etsi aliquanto specie differt, in vniuersum tamen aut syluis horrida, aut paludibus foeda: humidior* (CLVVERIVS legit humilior) *qua Gallias, ventosior* (CLVVERIVS cum LIPSIO legit verticosior) *qua Noricum ac Pannoniam aspicit: satis* (CLVVERIVS legit sati,) *ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, sed plerumque improcera. Ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis. Numero gaudent, eaeque solae & gratissimae opes sunt. Argentum & aurum propitii an irati Dii negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniae venam argentum aurumue gignere* (1). *Quis enim scrutatus est* (2)? *Possessione & vsu haut perinde afficiuntur.* C. 6. §. 1. ait: *Ne ferrum quidem suppetit, sicut ex genere telorum cognoscitur.* Antea c. 2. §. 2. Germaniam dixerat, *Informem terris, asperam coelo, tristem vultu aspectuque.* Infra c. 26. §. 3. *Nec enim cum vbertate & amplitudine soli labore contendunt, vt pomaria conserant, & prata separent, & hortos rigent. Sola terrae seges imperatur. Terras Germaniae tumidas* dixit idem 2. Annal. 23. §. 3. ob montes sc. *Truculentiam coeli Germanici* vocat ibidem c. 24. §. 1. In Germania magna montes insignes septem, fluuios insignes quatuordecim esse, scripsit MARCIANVS HERACLEOTA *in periplo. Germanis ingentium belluarum feraces saltus, modica donis armenta esse*, scribit *IX. Ann.* 72. §. 3. SVBIECTVM SECVNDARIVM *sunt* regio.

(1) De argenti fodinis in Saxonia, cum superiore, tum inferiore, in Carinthia, in Comitatu Tirolensi & in regno Bohemiae, v. LIMNAEVS *ad A. B. c.* 9. §. 1. *obs.* 7. 8. & 23. Auriferas arenas Rheni prope Hagenbach, praefecturae Weissenburgo vicinam, per redemtores Palatinos ope vrinatorum extrahi, notat MARQVARD. FREHERVS *ad Ausonii Mosellam p.* 106. (2) Et tamen idem TACITVS de Curtio Rufo XI. Annal. 20. 3. *In agro Mattiaco recluserat specus quaerendis venis argenti, vnde tenuis fructus, nec in longum fuit.* Specus hi adhuc hodie visuntur prope vicum Alten Weilnau in ditione Nassouica Vsingense. Vt proinde ferendus non sit LIPSIVS, qui pro Mattiacis Mazyacos Africae populos intelligit. v. omnino CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 7. vbi ἐναντιοφανὲς hocce TACITI ex ordine librorum ab eo editorum satis diluit: scripsit enim TACITVS Annales post librum de Germania. Ottonem Imperatorem *venas auri & argenti in Saxonia primum industria sua aperuisse*, scribit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad A. DCCCCLXIIX.* Conf. OTTO FRISINGENSIS *l.* 6. *Chronic. c.* 24. vbi id factum circa Goslariam notat.

§. XIII.

Vrbes Germani non habuerunt, nisi cis Rhenum auspiciis Romanorum aedificatas (1). Quae postea multum damni passae a Transrhenanis & inprimis ab Attila (2). TACITVS de M. G. c. 16. *Nullas Germanorum populis vrbes habitari, satis notum est. Ne pati quidem inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant non in nostrum* (Romanorum sc.) *morem, connexu & cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat* (3), *siue aduersus casus ignis remedium, siue insciti aedificandi. Ne caementorum quidem apud illos aut tegularum vsus* (4), *materia ad omnia vtuntur informi, & citra speciem aut delectationem. Quaedam loca diligentius illinunt terra, ita pura ac splendente* (argillam intelligi, existimat CLVVERIVS) *vt picturam & linea-* Vrbes, vi-

Digitized by Google

lineamenta colorum imitetur. Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemi & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum eiusmodi locis molliunt: & si quando hostis aduenit, aperta populatur: abdita autem & defossa, aut ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quaerenda sunt. Hinc Tenćteri, tum transrhenana gens, ad Agrippinensium Concilium apud TACITVM IV. hist. 64. §. 4. *Muros coloniae monumenta seruitutis detrahatis. Etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliuiscuntur.* Et AMMIANVS MARCELLINVS l. 16. Rer. Rom. c. 3. scripsit, *Germanos oppida, vt circumdata retiis lustra* (HENR. VALESIVS busta legit) *declinare.* Equidem PTOLEMAEVS & post eum MARCIANVS HERACLEOTA nonaginta quatuor πόλεις in Germania commemorant; verum hi voce πόλεων intellexere κώμας (5). Plane vt HERODIANVS *l. 7. histor. c. 2.* κώμας Germanorum, quas vocauerat, mox πόλεις nuncupat.

(1) Qui plurima quoque castella habebant. FLORVS *l. 4. epit. Rer. Rom. c.* 12. scribit: *Drusum per Rheni ripam quinquaginta amplius castella direxisse.* Adde de Valentiniano Augusto, totam Rheni ripam Gallicam castris, castellis & turribus muniente, AMMIAN. MARCELLINVM *l. 28. Rer. Rom. c. 2.* Sane praeter vrbes, de quibus supra c. 1. §. 5. diximus, fuere cis Rhenum siue Vrbes siue Castella, *Saletio,* (hodie Selz) *Tabernae Rhenanae* (hodie **Rheinzabern**) *Vicus iulius* (hodie **Germersheim**) *Altaripa* (hodie Altrip) *Bingium* (hodie **Bingen**) *Vesalia* (hodie Wesel) *Bodobriga* (hodie **Poppert**) *Confluentia* (hodie **Cobulentz**) *Antennacum* (hodie **Anternach**) *Rigomagus* (hodie Rimagen) *Ara Vbiorum, Nouesium* (hodie Neuss) Geldaba (hodie Gelb siue Geldub) Asciburgium, (hodie Aschelburg vel Asburg) Vetera (hodie Santen, Simlero Berck aliis Byrten) Arenacum (hodie Arnheim) Vada, Grines, Traiectum inferius (hodie Vtrecht) de quibus plerisque videri potest post CLVVERIVM HADR. VALESIVS *not. Galliar.* & BEATVS RHENANVS l. 3. Rer. Germaniearum. (2) HIERONYMVS, qui circa seculi quarti initium vixit, in epistola ad Gerontiam de monogamia scribit: *O lugenda Respublica! hostes Pannonii vastarunt. Etenim Assur* (Hunniorum gens) *venit cum illis. Mogunciacum, nobilis quondam ciuitas, capta atque subuersa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti.* Attila, praeter Augustam Treuirorum dirutam, Aduacam Tungrorum funditus euertit. Imo pleraque tum Cisrhenanas vrbes funditus ab Hunnis destructas, obseruauit RHENANVS *Rer. German. l.* 1. SIDONIVS APOLLINARIS in Panegyrico quem Auito Socero dixit:

Et iam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos se Belga tuos.

Deinde de Francis:

Francus Germanum primum, Belgamque secundum
Sternebat.

(3) Cuius moris imaginem adhuc hodie apud Frisios in oppido Malqueire conspici, refert Eques TEMPLIVS *obseruat. circa statum foederati Belgii c. 2. p.* 216. quippe in quo aedificia sine vlla regula aut ordine, pro cuiusque arbitrio & libitu collocata, vt peregrinus in eo, velut labyrintho monstratore itineris opus habeat. (4) Idem suo adhuc tempore notauit HERODIANVS *d. l. 7. c. 2.* Germanos in casis habitare, structura in vnum diem constantibus, scribit STRABO *l. 7. Geograph.* Hunc sane morem etiam nunc in omni Boiohaemo & Thuringico saltu obseruari, vbi informibus rudibusque abietibus, ramis duntaxat corticem circumcisis, integros parietes tabulataque componant, notauit CLVVERIVS *l. 1. G. A. c.* 13. (5) Plane vt Poëtis Graecis πόλεις dici, quae sunt κῶμαι, notant Pollux & Harpocration, & exemplum adferunt in Euboea, de qua dixerit EVRIPIDES:

Εὔβοι' Ἀθήναις ἐγγύτατα τῆς γείτων πόλις
Euboea Athenis proxime posituum oppidum est.

§. XIV.

Digitized by Google

§. XIV.

Nummi, quos ipsi cudissent, non erant. TACITVS de M. G. c. 5. §. 6. *Proximi Rheno formas quasdam nostrae* (Romanae) *pecuniae agnoscunt atque eligunt: interiores simplicius & antiquius permutatione mercium vtuntur. Pecuniam probant veterem & diu notam, Serratos Bigatosque.* Vbi obiter notandum: Bigatos dictos esse a biga triumphali, serratos a scissuris (1), quibus Germani genuinos nummos a suppositiis dignoscebant. Nimirum Romani habebant nummos ferruminatos, tenui lamina argentea obductos (2). Consequens his, quod TACITVS de M. G. c. 26. §. 1. tradit: *Foenus agitare & in vsuras extendere ignotum: ideoque magis seruatur, quam si vetitum esset.* Nummi, vbi etiam de contractibus.

(1) LIPSIVS *serratos nummos* dictos existimat, quod eorum ambitus dentatus atque asper erat, cuiusmodi etiam se vidisse testatur. ALTHAMERVS a serra impressa denominatos esse voluit, sed sine vlla probatione. tales enim nummos vidit nemo. (2) Ita ANTONINVS CARACALLA *pro argento plumbum, argentea tectum bractea, pro auro aes inauratum supponebat.* vt est in excerptis Dionis, a VALESIO editis.

§. XV.

Agros singuli proprios non habebant. IVLIVS CAESAR l. 6. Comm. de B. G. *Neque quisquam agri modum certum, aut fines proprios habet; sed magistratus ac princeps in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui vna coierunt, quantum eis & quo loco visum est, attribuunt agri, atque anno post alio transire cogunt. Eius rei multas afferunt causas; ne assidua consuetudine capti studium belli agricultura commutent; ne latos fines* (in sua quisque ciuitate) *parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; vt animi aequitate plebem contineant, quum suas quoque opes cum potentissimis aequari vident.* TACITVS de M. G. c. 26. §. 2. *Agri pro numero cultorum ab vniuersis per vices* (vicos legit CLVVERIVS (1) & H. GROTIVS (2) rectius quam LIPSIVS, *ab vniuersis vicis*) *occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur. Facilitatem partiendi camporum spatia praestant. Arua per annos mutant* (3) (partem agrorum seponunt, alio tempore iterum colendam) *& superest ager.* De Cattis IDEM c. 31. §. 5. *Nulli domus, aut ager, aut aliqua cura, prout ad quemque venere, aluntur.* Praecipuae ergo eorum diuitiae in pecore (quas *solas easque grauissimas opes Germanorum* dicit TACITVS *c. 5. de M. G.* §. 3.) aliisque rebus mobilibus; queis in currum impositis, facile cum pecore suo, quo visum fuit, abierunt, vt STRABO *l. 7. Geograph.* loquitur. Propterea farae dicebantur (4). In his autem praecipue aestimabant. Hinc plerisque Germanicae Nationis populis solitum fuit, iurare per arma sua (5). Et caeterae res immobiles ac mobiles.

(1) *L. 1. G. A. c. 13. p. 87.* (2) *L. 2. de I. B. & P. c. 8. §. 9. n. 1.* (3) Plane vt de Getis HORATIVS:

Nec cultura placet longior annua,
Defunctumque laboribus
Aequali recreat sorte vicarius.

(4) Le-

Bayerl. Bibliothek Regensburg

Digitized by Google

(4) Leges Longobard. l. 3. tit. 14. *Si quis liber homo migrare voluerit aliquo, poteſtatem habeat migrare cum fara ſua, quo voluerit.* Et hodie in vernacula noſtra res mobiles, praeſertim vtenſilia & ſuppellex, vocantur **Fahrnüß** ſiue **fahrende Haabe**: quae vox deducta eſt a **fahren**/ ſignificante, vehiculum agere. V. KLOCKIVM *vol. 3. conſ.* 125. vbi recte aſſerit, ſub nomine **Fahrnüß** in vernacula noſtra pecora non intelligi. (5) De Quadis gente vtique Germanica, MARCELLINVS AMMIANVS l. 17. Rer. Rom. c. 12. in fine. *Eductis mucronibus, quos pro Numinibus colunt, iurauere, ſe permanſuros in fide.* ADREVALDVS auctor eſt, *Francos, cum iurarent, enſem ſuum concuſſiſſe, eumque teſtatos eſſe.* Hinc VENANTIVS FORTVNATVS l. 6. carm. 7. de Proceribus Francorum Gelisuinthae Reginae iurantibus:

Vtque fidelis ei ſit gens armata per arma
Iurat, iure ſuo ſe quoque iure tegat.

De Saxonibus FREDEGARIVS Chron. c. 74. A. de geſtis Dagoberti Regis c. 31. *Saxones autem ſacramentis, vt eorum mos erat, ſuper arma iurantes, pactum pro vniuerſis Saxonibus firmant.* Adde de Alemannis, Baioariis, (v. leges eorum tit. XVI. c. vlt.) Langobardis, (in quorum legibus frequens mentio eſt iuramentorum ſuper arma) Danis aliiſque populis Septentrionalibus CAROLVM CANGIVM *gloſſar. voce iurare per arma*, ſingulatim de Danis THOM. BARTHOLINVM *de cauſis contemptae a Danis adhuc gentil. mortis l. 1. c. 6.* Hinc etiam adoptio per arma, vt Theodorici, Oſtrogothorum Regis, ita Herulorum Regem, & Iuſtiniani Aug. ita Athalaricum, Oſtrogoth. Regem, adoptantis, apud CASSIODORVM *IV. var. 2. & IIX. var. 1.* Quo pertinent quae PROCOPIVS l. 1. de bello Perſic. ſcribit: Οὐ γράμμασιν ἐς βάρβαρον τὸν παῖδας ποιοῦνται ἀλλ' ὅπλων σκευῇ.

§. XVI.

Modi eas acquirendi

Caeterum in bona haec liberi, aut ſi illi deeſſent, propinqui ſuccedebant. TACITVS de M. G. c. 20. §. 6. *Heredes ſucceſſoresque ſui cuique liberi, & nullum teſtamentum* (1). *Si liberi non ſunt, proximus gradus in poſſeſſione* (forte legendum, in ſucceſſione) *fratres, patrui, auunculi. Quanto plus propinquorum, quo maior affinium numerus, tanto gratior ſenectus, nec vlla orbitatis pretia* (2). Teſtamenta ſane vſque ad quintum decimum ſeculum raro in Germania vſurpari conſueuerunt (3). Hodienum quoque in Gelria ignorantur (4).

(1) Optime & rerumpublicarum popularium inſtitutis conuenienter. v. *El. Pr. Ciuil. part. 2. ſect. 2. §. 53.* Falluntur qui ad teſtamenta ſcripta locum huncce TACITI reſtringunt. v. PVFENDORF. *l. 4. de I. N. & G. c. 11. §. 18.* Inſecutis tamen temporibus cum opes Germanorum augeſcerent, donationes mortis cauſa introductas, negari vix poteſt, & liquet exemplo Danorum in cap. 2. X. de conſuetud. (2) Tacite perſtringit Romanos, apud quos vſitatiſſimas fuiſſe huiuſmodi captationes, diſcimus ex PETRONII ARBITRI *Satyrico* & AMMIANO MARCELLINO *l. 28. Rer. Rom. c. 4.* vbi in not. FRIDER. LINDENBROGIVS; & apud SALVIANVM *l. 3. contra auaritiam* extat graphica & prolixa deſcriptio eius generis captatorum ſiue heredipetarum, quam in commentario illuſtrat CVNRADVS RITTERSHVSIVS *p. 525. ſeq.* Add. *Elem. Pr. Ciu. d. l.* & *ad Pufendorf.* d. l. (3) Pluribus id probauit SCHILTERVS *Exercit. ad D. 2. §. 14. Ex. 8. §. 49. Ex. 9. §. 8. & 9. & l. 1. Inſtit. Iur. publ. tit. 4. §. 9.* (4) v. FRIDERIC. a SANDE *deſcript. Gelr. p. 147.* Apud Nouiomagenſes A. MDCXVI. teſtamenti factio primum lege publica introducta eſt, patruosque, quod TACITVS non expreſſit, aui ſi ſuperſint, vt propinquior gradus, in adeunda hereditate ab antiquo praecedunt, teſte IOH. SMITHO *in Nouiomag. c. 4.* In Dacia, (hoc eſt, Dania) teſtamenta in vſu non fuiſſe, teſtem habemus Innocentium III. Pontificem *c. 2. X. de conſuetudine.*

CAP. IV.

Digitized by Google

CAPVT IV.

DE SVMMA POTESTATE. DE CONSVLTATIONIBVS, IMPERIIS, IVDICIIS. DE PACE, FOEDERIBVS ET BELLIS.

§. I.

TRansimus ad formam ciuitatum Germanicarum. Haec vel essentialis est vel accidentalis. Essentialis iterum vel totalis vel partialis. Totalis consistit in summa potestate. Haec in plerisque ciuitatibus penes populum fuit. Hinc LVCANVS l. 7. pharf. *libertatem*, quae vltra Tanaim Rhenumque recesserit, *Germanum Scythicumque bonum* vocat. TACITVS de M. G. c. 37. §. 6. *Regno Arsacis acrior est Germanorum libertas.* Vocabulo enim libertatis apud Latinos insigniri solet status reip. popularis (1), vt alibi diximus (2). De maioribus rebus omnes consultauisse, mox ex eodem Tacito audiemus. FORMA ESSENTIALIS TOTALIS consistit in summa potestate, *quae erat penes populum.*

(1) In eadem notione *libertatis auitae* vocabulo vtitur ARMINIVS apud TACITVM *II. Ann.* 10. §. 2.
(2) vid. Elem. pr. ciuil. part. 1. sect. 6. §. 2.

§. II.

Neque tamen temperamenta, vel regia, vel aristocratica, defuere. Nam si populus sit rudis, auidus tamen bellandi (quales veteres Germanos fuisse supra docuimus) non potest non sponte recedi a pura democratiae forma, potestatem quamlibet maiorem solis nobilioribus aut prudentioribus imponente. Vt recte iudicauit H. CONRINGIVS (1). Sane quibusdam nationibus Reges fuerunt. TACITVS de M. G. c. 7. §. 1. *Reges ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt. Nec Regibus infinita aut libera potestas.* IDEM c. 11. §. 6. *Rex vel Princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate* (2). Hinc TACITVS XIII. Ann. 54. §. 1. loquutus de Verrite & Malorige, Frisiam regentibus, addit: *in quantum Germani regnantur.* Quibus verbis innuit, principatum quidem ipsis fuisse, sed qualis notus Germanorum populis, vt recte exposuit H. GROTIVS ep. ad PONTANVM (3), vbi CLVVERII emendationem, *in qua tum Germani rebellabant*, merito reprobat. Quin Duces ipsi ingruente bello lecti, Reges dicti videntur, quoniam, vt auctor est PROCOPIVS *l. 1. de Bello Gothico*, Barbari duces suos Reges appellabant. Fuere tamen ciuitates, quae veros Reges haberent. TACITVS de M. G. c. 44. §. 3. de Suionibus: *Est apud illos & opibus bonos, eoque vnus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi.* IDEM c. 45. §. 11. *Suionibus Sitonum gentes continuatur. Cetera similes, vno differunt, quod foemina dominatur. In tantum non modo a libertate, sed etiam a seruitute degenerant.* (Nam non omnes populi, qui despotice reguntur, siue quibus familiaria sunt imperia, foeminas admittunt.) C. 43. §. 8. Rugiorum & Lemouiorum insigne dicit, *rotunda scuta, breues gladios, & erga Reges obsequium.* Tale regnum ad Danubium molitus Maroboduus, quanquam infeliciter, vt pluribus memorauit VELLEIVS PATERCVLVS IN MVLTIS TAMEN POPULIS REGIE TEMPERATA.

Digitized by Google

LVS 2. hist. c. 108. 109. *Maroboduum ob Regis nomen inuisum apud populares* fuisse, tradit TACITVS 2. *Annal.* 44. §. 3. Ceterum quod TACITVS *c.* 43. §. 7. ait: *Trans Lygios Gothones regnantur, paulo iam adductius, quam coeterae Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem*, id arguit regnum cum statu populari mixtum, vt indicant verba, quae c. 44. §. 3. sequuntur, *nullis iam exceptionibus.* conf. de Gothis IORNANDEM *de reb. Getic. c.* 4. Illud adhuc addendum: Reges illos, vel Principes, de quibus diximus, fuisse electos. TACITVS IV. histor. 15. §. 4. de Brinione Caninefate: *Impositus scuto, more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux eligitur.* CASSIODORVS l. 10. Variar. 31. *Indicamus parentes nostros Gothos inter procinctuales gladios, more maiorum scuto supposito, regalem contulisse nobis, praestante Deo, dignitatem; vt honorem arma darent, cui opinionem bella pepererant.* Qui mos apud Francos diu permansit (4), vt suo loco reddemus. De Marcomannorum tamen & Quadorum Regibus TACITVS de M. G. c. 42. §. 3. *Marcomannis Quadisque vsque ad nostram memoriam Reges manserunt, nobile Marobodui & Tudri genus.* De Batauis TACITVS IV. Annal. 13. 1. *Iulius Paulus & Claudius Ciuilis regia Stirpe multo ceteros anteibant.* Adde de Italo regiae Stirpis *XI. Annal.* 16. §. 1. conf. AMMIANVS MARCELLINVS l. 17. Rer. Roman. c. 12.

(1) Exercit. de Vrb. Germ. §. 45. (2) De Norwagis ait Guilielmus Neubrigensis, Regem ibi factum, quisquis Regem occidisset. Similia habes de Quadis & Iazygibus apud DIONEM *in excerptis.* Adde quae dicemus infra de Burgundionum & Vesigothorum Regibus. *part.* 3. *c.* 6. §. 6. & *c.* 7. §. 5. (3 In appendic. epist. 11. & ap. Pontanum *l.* 6. *orig. Francic. c.* 11. (4) De eo more v. pluribus NICOLAVS HENELIVS *Otio Vratislau. c.* 46.

§. III.

Et aristocratice.

Temperamentum aristocraticum inde intelligitur, quod TACITVS scripsit c. 11. §. 1. *de minoribus rebus Principes consultare, & maiora quoque negotia apud eos praetractari.* Vbi vox Principum notat Optimates siue Senatores, vt vocat *V. histor.* 19. §. 4. Nam postea in *d. c.* 11. §. 6. Princeps synonymon est Regis. Quae vtraque acceptio apud Romanos perfrequens fuit. Ita intelligendus STRABO *l.* 4. *geograph.* scribens: *Celtae Optimatum regimine vti.*

§. IV.

FORMA ESSENTIALIS PARTIALIS *consultationes.*

Formam essentialem partialem absoluunt consultationes, imperia & iudicia. Ad Consultationes pertinet, quod est apud TACITVM de M. G. c. 11. *De minoribus rebus Principes* (id est, optimates) *consultant; de maioribus omnes. Ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes praetractentur.* (ita enim legendum cum GROTIO, quem secutus H. CONRINGIVS *Exercit. de ciuib. Imp.* §. 17. non *pertractentur* vt vulgo: praetractare autem est ante consultare (1), siue προβουλεύειν) *Coëunt, nisi quid fortuitum aut subitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. Nec dierum numerum, vt nos, sed noctium computant.* (quem morem Galli quoque habuerant, & retinuere Franci (2), Dani, Saxones, Anglo-Saxones (3).) *Sic constituunt, sic condicunt, vt nox diem ducere videatur.* (ita legendum, cum in Berneggeri editione sit. Nox diem ducere videtur.) *Illud*

Digitized by Google

lud ex libertate vitium est (4), *quod non simul, nec iussi conueniunt, sed & alter, & tertius dies cunctatione coëuntium absumitur. Vt turbae placuit, considunt armati* (5). *Silentium per sacerdotes, quibus tum & coërcendi ius est, imperatur. Mox Rex vel Princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt* (6). *Honoratissimum assensus genus est, armis laudare. Licet apud concilium quoque accusare, & discrimen capitis intendere.* IDEM c. 12. §. 5. ait: *Eliguntur in iisdem conciliis & Principes, qui iura per pagos vicosque reddunt.* Ceterum minime existimandum, quod Plutarchus *libro de virtutibus mulierum* innuere videtur, mulieres etiam consultationibus hisce interfuisse, atque sententiam dixisse. Cui opinioni, vt putauit LIPSIVS, nihil roboris addit TACITVS *c.* 8. *de morib. Germ.* scribens: *Inesse foeminis sanctum quid & prouidum putant, nec consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt.* Locus enim hicce non ad consultationes publicas, sed ad auspicia, quae veteres Germani maxime obseruabant, pertinet.

(1) Cuiusmodi προβουλαι etiam aliis populis fuerunt vsitatae. v. *Elem. Prud. ciuil. part.* 1. *Sect.* 7. §. 2. (2) Quemadmodum in LL. Salicis, Capitularibus, historiis & instrumentis obseruare est, vt ex PETR. PITHOEO notauit HIER. BIGNONIVS *not. ad appendic. Marculfi c.* 2. & SIRMONDVS *in not. ad Goffridum p.* 38. CAROL. CANGIVS *gloss. voc. nox.* SCHILTERVS *Ex.* 23. *ad Digesta* §. 26. (3) Vt probat LOCCENIVS *l.* 1. *Antiq. Suev. Goth. c.* 4. Cuius rei vestigium in hodierno sermone deprehenditur: dicunt enim Angli *Sevenigten*, contracte *Senight*, id est, hebdomada. Et Belgae tempus & ius ipsum, quod statis diebus redditur, vulgo dicunt genachten. v. A. MATTHAEI *libro de probat. c.* 7. §. 87. 88. Caeterum causam talis computationis ex historia primaeuae creationis deriuat H. GROTIVS *l.* 1. *de verit. religion. Chr.* §. 16. *in not. n.* 15. (4) Plane vt H. GROTIVS l. 2. hist. Belgic. ad An. 1590. *Germani conuentum indixere. Vbi longa cunctatione, vt mos gentis est, consilia trahendo, interdum & remedia magis quam mala differebant.* (5) LIVIVS l. 24. de Celtis, hoc est Germanis nostris: *Noua terribilisque species visa est, quod armati (ita mos gentis) in concilium venerunt.* conf. supra c. 3. §. 9. (6) Qui mos quoque apud Francos diu mansit. Ita A. DCXXCVII. Pippini Ducis orationem acclamationibus simul & armorum concussorum crepitu approbarunt.

§. V.

Imperia sunt vel animata, vel inanimata. Animata sunt varia, pro diuersitate negotiorum. Bellica fuerunt penes Duces, qui etiam Principes dicti. TACITVS de M. G. c. 7. *Duces ex virtute sumunt. Et exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. Caeterum neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quenquam, nisi sacerdotibus permissum: non quasi in poenam, nec Ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt.* Qua in re IVLIVS CAESAR l. 6. Comm. de B. G. contradicere videtur. Ait enim: *cum ciuitas bellum aut illatum defendit, aut infert, magistratus, qui ei bello praesunt, vt vitae necisque potestatem habeant, deliguntur.* Nisi quis dicere velit, Duces cum punire vellent, opera sacerdotum vsos, declinandae inuidiae causa. TACITVS c. 10. §. 6. *Sacerdotes se ministros Deorum putare.* Imperia magistratuum.

§. VI.

Inanimata Imperia sunt leges. De quibus nihil est in veterum scriptis. Probabile est iuribus non scriptis vsos, quod TACITVS innuere videtur c. 19. de Legum.

Digitized by Google

M. G. §. 6. scribens: *plus apud Germanos valere bonos mores, quam alibi bonas leges* (1) (sc. scriptas) v. H. CONRINGIVS *de origin. iur. Germ. c.* 1. Nisi quis existimare velit, eos rythmis leges suas inclusisse, argumento vocabuli *Gesätze*, quod & de carmine & legibus hodie dicitur. Ceterum mores externos fastidiuere. In quo longe a Maioribus nostris hodie desciuimus (2). Non dicemus de vestitu aut victu. Ipsa lingua nostra Galliacastrice & Italicastrice frangitur. Hoc videlicet est illud νεωτερίζειν, quod ARISTOTELES *V. Polit.* 8. olim prohibendum dixit, & nasci adserit ex promiscua viuendi libidine.

(1) Est & hoc signum ciuitatis bene constitutae. Bene DIO CHRYSOSTOMVS Dissertat. LXXVI. Ἐι γὰρ ἅπαντες ἦσαν ἀγαθοὶ, ἥλιόν τι τῶν ἐγγεγράφων (νόμων) ἡμῖν ἂν οὐκ ἂν ἔδει. *Si omnes essent boni, scriptis sane legibus nobis non esset opus.* (2) Hanc in rem legi meretur SAM. PVFENDORF. *l.* 18. *Rer. Brandenb.* §. 48.

§. VII.

Iudicia. Iudicia quod attinet, causas criminales in concilio cuiusque populi agitatas, supra ex TACITO didicimus. Principes per pagos vicosque iura dixisse, & IVLIVS CAESAR *l.* 6. *Comment. de B. G.* & TACITVS *c.* 12. *de M. G.* §. 5. prodiderunt. Principes hi haut dubie *Grauen* hoc est, senes siue seniores ita e canitie dicti; vnde post apud Francos nomen Grauionum, quo nomine ipsi Comites suos nuncupabant, permansit. Nimirum senes canitie venerabiles ad hoc munus praecipue deligebantur (1). De Vsipetibus siue Vsipiis & Tencteris, Germanis gentibus, Rheni accolis, CAESAR l. 4. Comm. de B. G. c. 13. scribit: *Germani frequentes, omnibus Principibus* ***maioribusque natu*** *adhibitis, ad eum* (*Caesarem*) *in castra venerunt.* Dio *l.* 39. *hist.* de eadem re loquens, prodit: Germanorum seniores, (πρεσβυτέρους) damnato belli consilio, ad CAESAREM venisse. Quod infra Gothorum exemplo amplius illustrabitur (2) & iam supra ex TACITO audiuimus, suffragia in Comitiis praecipue ex aetate fuisse aestimata. Ergo Franci Grauionum nomen a veteribus Germanis, Comitis a Romanis posterioris aeui acceperunt. Id quod etiam maxime confirmat versio Capitularium Regum Francorum antiquissima, primum a CHRISTOPHORO BROWERO e bibliotheca primarii templi Treuerici eruta, & cum Annalibus Treuirensibus publicata, vbi ***per Comitem*** effertur: ***thuruch then Grauun.*** De quo alio loco. Sequitur apud TACITVM d. c. 12. §. 5. *Centeni singulis* (Principibus) *ex plebe comites, consilium simul & auctoritas, adsunt.* Vbi editiones omnes habent *centeni.* At legendum *certi* (3), contendit FRIDER. BRVMMERVS *Dissert. de Scabinis c.* 2. §. 5. *& seq.* & KIRCHMEIERVS *ad d. l. Taciti p.* 203. Nec refragatur H. CONRINGIVS *Exercit. de Iudic. reip. Germ.* §. 12. existimans, *septeni* etiam legi posse. Causam forte sphalmati dedit, quod paulo post TACITVS *in c.* 13. comitum Principis multorum meminerit. Enimuero ibi Principis vocabulum notat principem inter nobiles. At hic Princeps significat praefectum regionis, cui erant assessores, Comites TACITO, Germanis autem ipsis *Schöffen*, dicti haut dubie a creando (4), quoniam eligebantur. Remanserunt hi apud Francos, *vt adiutores Comitum* (Grauionum) *essent* (5) *ad iustitias faciendas*, quemadmodum loquitur Capitulare LVDOVICI PII Wormatiense An. 829. c. 3. Et hodie in compluribus Germaniae regionibus superant.

Digitized by Google

perant. Patronos cauſarum Germani habuiſſe non videntur, vt intelligitur exemplo Germanorum, poſt cladem Quintilii Vari in Aduocatos ſaeuientium, & aliis oculos, aliis manus amputantium, vt refert FLORVS *l.4. epitom. c.2.* addens: patroni cauſarum vnius os ſutum, reciſa prius lingua, quam in manu tenens barbarus dixerit: *tandem vipera ſibilare deſiſte.* Formam iudiciorum nemo veterum expoſuit. Simplici ratione proceſſum tunc eſſe, (ſequimur verba H. CONRINGII *d. Exercit.* §. 17.) vetant nos dubitare ſimplices tum mores populi: neque legum multitudine, neque malitia Aduocatorum, neque lucri cupidine lites protelante. Argumento eſt, quod ipſae etiam grauiſſimae inimicitiae tam cito fuerint compoſitae. Teſtatur id diſerte TACITVS de M. G. c. 21. *Suſcipere tam inimicitias ſeu patris, ſeu propinqui, quam amicitias neceſſe eſt* (6). *Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem vniuerſa domus, vtiliter in publicum: quia periculoſiores ſunt inimicitiae iuxta libertatem.* Germanos gentem non aſtutam, non callidam eſſe, idem TACITVS dixit *c. 22. §. 5.* Caeterum illud non probaueris, quippe pugnans cum inſtitutis iudiciorum, quod controuerſias non paucas certamine ſingulari diremerint Germani, vt liquet ex VELLEIO PATERCVLO *l. 2. hiſtor. c. 118.* qui narrat, nouum viſum Germanis, cum Romanae iuriſdictionis formam conſpicerent, quod *iniurias iuſtitia finirent, & ſolita armis diſcerni iure terminarentur* (7). Quem morem diu poſt, nec accepta Chriſtiana inſtitutione, deſueſcere eos potuiſſe, teſtantur leges Germanorum & inprimis Francorum de faida, hoc eſt inimicitia ſiue aperta ſimultate, & Theodericus Rex, Gothos ſuos corrigens, apud CASSIODORVM III. var. 23. *Remoue*, inquit, *conſuetudines abominanter inolitas: verbis ibi potius, non armis cauſa tractetur. Ne plus intentio ciuilis rapiat, quam bella conſumant. Scuta in hoſtes erigant, non in parentes* (hoc eſt, congeneres ſiue ciues ſuos) & c. 24. *Cur ad monomachiam recurritis, qui venalem iudicem non habetis? quod opus eſt homini lingua, ſi cauſam manus agit armata?*

(1) Magnum honorem apud Germanos ſenecturi habitum, indicant prouerbia: **Das Alter ſoll man ehren/ das Alter iſt Ehren werth.** v. GOLDASTVM *in ſeniore l. 1. c. 3. §. 10.* Hinc in LL. antiquis Germanicae nationis populorum Senior notat Dominum. A quo profluxere in linguas Italicam, Gallicam, Hiſpanicam *Signore, Seigneur*, &c. (2) c. 7. §. 6. & c. 8. §. 7. *parte tertia.* Et egregie confirmari poteſt exemplo Friſiae intra Fleuum & Lauicam, multa ex moribus veteris Germaniae retinentis. Etenim ſunt ibi Praefecti regionum *Grietmaenner*, hoc eſt, *cani viri* dicti, quorum in Oſtergoa ſunt vndecim, in Weſtergoa nouem, in Sylueſtribus decem: Hi Grietmanni habent ſinguli ſuos aſſeſſores. v. VBBO EMMIVS *deſcript. Friſiae inter Fleuum & Lauicam a princ.* & TEMPLIVS *obſeruat. circa ſtatum foederati Belgii c. 2. p. 210. ſeq.* (3) Hinc male PETR. MVSAEVS *Diſſert. de veter. German. rep. §. 35.* & alii, centenas, in quas alicubi ex Francorum more regiones adhuc hodie diuiduntur, & Centgrauios inde deducunt. Vere RHENANVS l. 2. Rer. German. *Quae de Centenariis apud Germanos ſcribit Tacitus, non ſunt huc* (id eſt ad Centenas Francorum) *trahenda.* (4) v. diſſert. *de Conſult. LL. & Iudiciis in ſpecial. R. Germ. Imp. rebuspubl. §. 16. in not.* Hinc *Scauiones* vocantur in diplomate Henrici V. Imp. A. MCXII. monaſterio S. Maximini dato, apud ZYLLESIVM *defenſ. illius monaſt. p. 3. num. 30.* Hinc & Franco-Gallorum Eſchevins. (5) Quidam malunt legere auditores. v. FRID. LINDENBROG. *gloſſar. voce Scabini.* Ill. EYBENIVS *diſquiſit. de tit. Nobilis §. 14.* Sed dubitamus nos, an Auditorum vocem de Scabinis Franci vnquam vſurpauerint. Caeterum quod Scabini aſſiſterent Comitibus eoſdem in LL. Ripuarior. & Salicis Rachimburgios & Ratzburgios dictos arbitror a Germ. **Rath** vel **Recht**/ quod in quibuſdam Germaniae regionibus pronunciatur **Rath**/ quaſi qui Comiti ſuo pro conſilio vel iure, quod ſuppeditabant, ſponderent. (6) Morem hunc ſero ſeruatum in Germaniae populis, traditur in *Diſſ. de herede occiſi vindice Sect. 5. §. 7.* (7) In veteri lege Alemannorum tit. 44. §. 1. eſt: *Liceat illi alii, cui crimen impoſuit, cum ſpada ſe idoneare*

Digitized by Google

neare contra illum alium. & tit. 84. Quando parati sunt ad pugnam, tunc ponunt ipsam terram in medio, & tangunt ipsam cum spathis suis, cum quibus pugnare debent: & testificantur Deum creatorem, vt eius sit iustitia, ipsius sit & pugna & victoria. v. CAROL. CANGIVM *glossar. voce duellum.*

§. VIII.

FORMA ACCIDENTALIS *pax, foedera, bella.*

Forma accidentalis cuiusque ciuitatis sunt pax, foedera, bella, fauor aut odium externorum & similia. De foederibus Germaniae populorum inter se rara est mentio. Imo eosdem saepius inter se collisos armis, probat locus TACITI *de M.G.c.*33. §. 1. memorantis, manu Chamauorum & Angriuariorum supra sexaginta millia Bructerorum periisse, & simul exclamantis: *Maneat quaeso duretque gentibus, si non amor nostri, at certe odium sui. Quando vrgentibus imperii fatis nihil iam fortuna praestare maius potest, quam hostium discordiam.* MARCVS ANTONINVS PHILOSOPHVS *auxilia Germanorum contra Germanos emit.* IVL. CAPITOLINVS *in eius vita c.*21. Adde de Cheruscis cum Cattis aeternum discordantibus *XII. Annal.* 28. §. 2. Tamen quosdam Germaniae populorum in aliorum clientela fuisse, probat CLVVERIVS *l.*1. *G. A. c.* 41. *in fine.* Cum Romanis quidem aliquot populos pacem & amicitiam habuisse (1), auro eorum argentoque illectos, TACITVS non semel prodidit. *c.* 15. *de M. G.* §. 4. & 5. *c.* 42. §. 4. *IV. histor.* 76. §. 3. Ceteris creberrima cum iis bella fuerunt. TACITVS *de M. G. c.* 37. §. 3. & *seq. Sexcentesimum & quadragesimum annum Vrbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Caecilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Ex quo si alterum Imperatoris Traiani Consulatum computemus, ducenti ferme & decem anni colliguntur; tam diu Germania vincitur. Medio, tam longi aeui spatio multa inuicem damna. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae, Galliaeue, ne Parthi quidem saepius admonuere. Quippe regno Arsacis* (i. e. Parthorum, apud quos Arsacidae regnabant) *acrior Germanorum libertas* (id est, studium pro αὐτονομίᾳ populari). Quod autem TACITVS de armis Cimbrorum attigit, prolixius memorat VELLEIVS PATERCVLVS l. 2. histor. 12. *Effusa immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cum Caepionem, Manliumque consulem, & ante, Carbonem Silanumque fudissent fugassentque in Galliis, & exuissent exercitu, Scaurumque Aurelium Cos. & alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus R. non alium repellendis tantis hostibus magis idoneum Imperatorem, quam Marium est ratus. Tum multiplicati consulatus eius. Tertius in apparatu belli consumtus: quo anno Cn. Domitius tribunus pl. legem tulit, vt sacerdotes, quos antea collegae sufficiebant, populus crearet. Quarto trans Alpes circa Aquas Sextias cum Teutonis conflixit; amplius CL. millibus hostium, priore ac postero die ab eo trucidatis: gensque exisa Teutonum. Quinto, citra Alpes in campis quibus nomen erat Raudiis, ipse Consul & proconsul Q. Lutatius Catulus fortunatissimo decertauere proelio, caesa aut capta amplius CM. hominum.* Abhinc TACITVS, postquam memorasset Romanorum aduersus Germanos conatus; *hos triumphatos magis, quam victos* ait. SVETONIVS in Augusto c.23. *Graues ignominias cladesque duas omnino nec alibi quam in Germania accepit, Lollianam & Varianam, sed Lollianam maioris infamiae, quam detrimenti; Varianam pene exitiabilem, tribus legionibus cum duce legatisque & auxiliis omnibus caesis. Hac nunciata, excubias per vrbem iudixit, ne quis*

Digitized by Google

quis tumultus exiſteret: & Praeſidibus prouinciarum propagauit imperium, vt & a peritis & aſſuetis ſocii continerentur. Vouit & magnos ludos Ioui O. M. ſi rempublicam in meliorem ſtatum vertiſſet. Quod factum Cimbrico Marſoque bello erat. Adeo namque conſternatum ferunt, vt per continuos menſes barba capilloque ſummiſſo caput interdum foribus illideret, vociferans: Quintili Vare legiones redde: diemque cladis quotannis moeſtum habuerit ac lugubrem. Metuebat enim, ne vna cum Gallis Italiam ac Romam Germani peterent, vt pluribus narrat DIO *hiſtor. l.* 56. Certe *hac clade factum, vt imperium, quod in littore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret*, auctore FLORO *l.* 4. *epit. hiſtor. c.* 12. Accidebat poſtea VESPASIANI Imperat. temporibus, vt Druidae imperium Tranſalpinarum gentium in terras a Romanis poſſeſſas praecinerent. Nam ita TACITVS IV. hiſtor. 54. §. 3. *Nihil*, inquit, *aeque, quam incendium Capitolii, vt finem imperii adeſſe crederent, impulerat. Captam olim a Gallis vrbem, ſed integra Iouis ſede, manſiſſe imperium. Fatali nunc igne ſignum coeleſtis irae datum, & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi, ſuperſtitione vana Druidae canebant.* Cuius vaticinii veritatem euentus in ſeculo quinto & deinceps abunde comprobauit. Illud adhuc addi meretur, quando Germani exteris miſere auxilia, non ſingulos iuiſſe, ſed per cohortes, quibus Duces ſuos praefecere, vt diſcreti ab aliis per fortia facta noſcerentur. Teſtantur id non pauca exempla (2) apud IVLIVM CAESAREM & alios, cum Romanorum ſocii fuere. TACITVS *IV. hiſtor.* 12. §. 4. ſcribit: *Batauos in Britanniam transmiſiſſe cohortes, quas vetere inſtituto nobiliſſimi populorum rexerint.* Quem morem hodienum ſeruant Heluetii, vtinam & Germani reliqui imitarent!

(1) CICERO *oratione pro Cornelio Balbo* iam dixit: *Quaedam foedera extare Germanorum cum Romanis*: verum addit exceptum, *ne quis eorum a Romanis ciuis reciperetur.* Quod neglectum a poſterioribus Romanis, magno eis damno fuit. (2) Horum auxiliorum etiam fit mentio in *l.* 22. *C. Theodoſ. de erogat. militar. annonae*, vbi a legionibus & vexillationibus ſeparantur, quae ex Romanis fuere.

CAPVT V.

DE REGIBVS PRINCIPIBVSQVE IN GERMANIAE POPVLIS; DE MILITIBVS; DE AERARIO; DE POENIS ET PRAEMIIS.

§. I.

REſtat, vt de cauſa efficiente dicamus, quae vel principalis eſt vel inſtrumentalis. Ad illam referimus Reges & Principes. Verum de his parciſſima eſt memoria apud veteres, ſi vnum vel alterum excipias. Melonis Sigambrorum Ducis memoria eſt apud STRABONEM *l.* 7. *Geograph.* cuius frater Baitoritus. Segeſtis Cheruſcorum Regis meminerunt STRABO *l.* 7. *Geograph.* VELLEIVS PATERCVLVS 2. *hiſtor. c.* 118. TACITVS 1. *Annal.* 55. 57. 58. 59. Huius frater Sigimerus apud TACITVM 1. *Ann.* 71. §. 1. Arminii quoque apud eoſdem Cheruſcos magna fuit fama (1), quem PATERCVLVS filium Sigimeri principis eius gentis vocat. v. TACITVS 2. *Annal.* 88. Huius frater Italus, & ipſe ad principatum vocatus. v. TACI- *Cauſa efficiens principalis, Reges & Principes.*

TVS

Digitized by Google

TVS *XI. Annal.* 16. 17. Patruus Inguiomerus TACITO quoque nominatus. De Principibus Cattorum Adgandestrio idem TACITVS 2. *Ann.* 88. §. 1. ARPO 2. *Ann.* 7. §. 2. Catumero *XI. Ann.* 16. §. 2. (qui in MSSto Vaticano Acrumerus appellatur) De Ariouisto Rege multa est mentio apud IVLIVM CAESAREM, cuius successor Maroboduus (2), Marcomannorum Rex, de quo TACITVS 2. *Ann.* 46. & 63. & *c.* 42. *de mor. Germ.* §. 3. VELLEIVS PATERCVLVS *l.* 2. *histor.* 108. Garomari Quadorum Regis meminit DIO *in excerptis ab Henrico Valesio editis.* Malouendi Marsorum Ducis mentio est itidem apud TACITVM. De ceteris dicant alii.

(1) De eo VELLEIVS PATERCVLVS l. 2. histor. 118. *iuuenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, vltra barbarum promtus ingenio.* De eo TACITVS II. Annal. 10. §. 4. *Pleraque latino sermone interiaciebat, vt qui Romanis in castris ductor popularium meruisset.* c. 17. de proelio cum Germanico Romanorum Duce: *Inter Cheruscos insignis manu, voce, vulnere sustentabat pugnam.* c. 88. *Dolo propinquorum cecidit, liberator haut dubie Germaniae, & qui non primordia Populi Romani, sicut alii Reges Ducesque, sed florentissimum Imperium lacessierit: praeliis ambiguus, bello non victus, septem & triginta annos vitae, duodecim potentiae expleuit.* Plura vide in Dissertatione SCHVRTZFLEISCHII. (2) Hunc PATERCVLVS d. l. *genere nobilem, corpore praevalentem, animo ferocem, natione magis quam ratione barbarum* describit.

§. II.

Instrumentalis, milites.

Ad instrumentalem pertinent milites, aerarium, poenae, praemia. De militibus TACITVS de M. G. c. 6. *Rari gladiis aut maioribus lanceis vtuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt* (1), *angusto & breui ferro; sed ita acri & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaque contentus est. Pedites & missilia spargunt, pluraque singuli, atque in immensum vibrant, nudi aut sagulo leues. Nulla cultus iactatio: scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt. Paucis loricae: vix vni alteriue cassis, aut galea. Equi non forma, non velocitate conspicui. Sed nec variare gyros in nostrum morem docentur. In rectum aut vno flexu dextros agunt, ita coniuncto orbe, vt nemo posterior sit. In vniuersum aestimanti plus penes peditem roboris: eoque mixti proeliantur* (2), *apta & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant. Definitur & numerus: centeni ex singulis pagis sunt: idque ipsum inter suos vocantur. Et quod primo numerus fuit, iam nomen & honor est. Acies per cuneos componitur* (3). *Cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis praeliis referunt. Scutum reliquisse praecipuum flagitium. Nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas. Multique superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt.* Ex quo loco militum armorumque genera & disciplinam in compendio discimus. Conferri meretur CLVVERIVS *L. 1. G. A. c.* 43. *ad c.* 52. prolixe de militia Germanorum differens. Sed iniuria foret, si heic omitteremus locum TACITI de M. G. c. 30. & 31. de Cattis: *Quibus multum (vt inter Germanos) rationis ac solertiae: praeponere electos, audire praepositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare: quodque rarissimum, nec nisi ratione disciplinae concessum; plus reponere in duce quam in exercitu. Omne robur in pedite, quem super arma, ferramentis quoque & copiis coonerant. Alios ad proelium ire videas, Cattos ad bellum. Rari excursus & fortuita pugna. Equestrium sane virium id proprium,*

Digitized by Google

prium, cito parare victoriam; cito cedere. Velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior constantiae est. Et aliis Germanorum populis vsurpatum rara & priuata cuiusque audentia, apud Cattos in consensum vertit, vt primum adoleuerint crinem barbamque summittere (4), *nec nisi hoste caeso exuere votiuum obligatumque virtuti oris habitum. Super sanguinem & spolia reuelant frontem, seque tum demum pretia nascendi retulisse, dignosque patria ac parentibus ferunt. Ignauis ac imbellibus manet squalor. Fortissimus quisque ferreum insuper annulum (ignominiosum id genti) velut vinculum gestat, donec se caede hostis absoluat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Iamque canent insignes, & hostibus simul suisque monstrati. Omnium penes hos initia pugnarum. Haec prima semper acies, visu noua. Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt.* Notari & illud meretur, Germanos secum in castris vxores & liberos matres quoque habuisse (5). Nam TACITVS de M. G. c. 7. & 8. *Quod praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae & propinquitates* (6). *Et in proximo pignora: vnde foeminarum vlulatus audiri, vnde vagitus infantium. Hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad coniuges vulnera ferunt. Nec illa numerare aut exugere plagas pauent. Cibosque & hortamina pugnantibus gestant. Memoriae proditur, quasdam acies inclinatas iam & labantes a foeminis restitutas, constantia precum & obiectu pectorum, & monstrata cominus captiuitate, quam longe impatientius foeminarum suarum nomine timent: adeo vt efficacius obligentur animi ciuitatum quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur* (7). Conf. IV. hist. 18. §. 4.

(1) Hastae breuioris genus, vt romphaea Thracum. Hinc VLPIANVS l. 3. §. 2. de vi & vi armata: *Framear, id est, romphaea.* v. STRAVCH. *Diss. 3. ad Tacit. c. 2. §. 5.* vbi contra CLVVERIVM disputat, qui frameam interpretatur, quod hodie dicimus *Pique.* (2) CAESAR l. 1. de Bell. Gallic. c. 43. de Germanorum equestribus proeliis: *Genus hoc,* inquit, *erat pugnae, quo se Germani exercuerunt. Equitum millia erant sex, totidem numero pedites, velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos suae salutis causa delegerunt: cum his in proeliis versabantur; ad hos se equites recipiebant. Hi si quid erat durius, concurrebant: si qui grauiore vulnere accepto, equo decciderant, circumsistebant: si quo erat longius producendum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, vt iubis equorum sublenati cursum adaequarent.* (3) Laudat hoc H. CONRINGIVS *de antiqu. rei. veter. Germ. §. 26.* (4) TACITVS IV. hist. 61. §. 1. *Ciuilis* (Batauius) *barbaro voto, post coepta apud Romanos arma, propexum rutilatumque crinem, patrata demum caede legionum, deposuit.* GREGOR. TVRONENSIS l. 5. histor. Francor. c. 15. *Qui de Saxonibus remanserunt, detestati sunt, nullum se eorum barbam neque capillos incisurum, nisi prius se aduersariis vlciscerentur.* Et Franci circa A. Chr. DVII. cum expeditioni aduersus Vesigothos se accingerent, elatis alte dextris, Clodoueo Regi auxilium pollicebantur, vouentes, vt ait RORICO, *se nisi debellatis hostibus barbam non posituros.* (5) Quem morem eximie laudat H. CONRINGIVS *d. exercitat. §. 32.* Addatur HERM. HVGO *descript. obsidion. Bredae p. 37. seq.* vbi componit militiam Germanicam cum Hispanica, notatque, militem Germanorum magis durare, quod vxoribus vtatur ad ministeria vtilissima, quibus destituti milites fame aut morte perirent. Apud Romanos posteriores familias suas in militiam secum ducere, vel ad se euocare, non nisi speciali Principis beneficio concedebatur. Hinc CONSTANTINVS Imp. in l. 3. C. Theodos. de re militari: *Quicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad se venire meruerint, non amplius, quam coniugia, liberos, seruos etiam de peculio castrensi emtos neque adscriptos censibus, ad eosdem Excellentia Tua dirigi faciat.* Vbi meretur legi Commentarius IACOBI GOTHOFREDI. (6) *Hoc institutum,* ait CONRINGIVS dict. exercit. §. 32. *apud nullam aliam gentem vsu receptum fuisse, temere quis leget. Quin autem illud summis sit laudibus deprae dicandum, nullus equidem ambigo.* Nimirum Germani lecto milite vtebantur. (7) v. quae notauimus supra ad *c. 3. §. 9.*

Digitized by Google

§. III.

Tributa. De Tributis TACITVS de M. G. c. 15. §. 3. *Mos est ciuitatibus vltro ac viritim conferre Principibus, vel armentorum, vel frugum; quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subuenit.*

§. IV.

Poenae. De poenis TACITVS c. 12. de M. G. *Distinctio poenarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus suspendunt. Ignauos, & imbelles, & corpore infames, coeno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt. Diuersitas supplicii illuc respicit, tanquam scelera ostendi oporteat dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed & leuioribus delictis pro modo poenarum, equorum pecorumque numero conuicti multantur. Pars multae Regi vel Ciuitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis eius exsoluitur.* Itaque mulctae duae pendebantur, altera ei qui vindicabatur; altera Regi aut Ciuitati. Hoc freda dicebatur, quod paci publicae, qui peccauerat, restitueretur (1): illud Wedrigeldum (2), id est, quod pro talione dabatur. Id quod, velut ex intima sapientia petitum, laudat H. GROTIVS *Prolegom. hist. Vandal. p.* 67. In vniuersum affirmare licet, Germanos fuisse lenes in irrogandis poenis: nam & homicidis tantum mulctam irrogabant, vt TACITVS *c.* 21. *de M. G.* §. 2. & veteres Danicae leges testantur (3). Torqueis fuisse Cheruscis, Sueuis & Sicambris, ex FLORO *l.* 4. *epit. Rer. Romanar. c.* 12. discimus, praemia forte virtutum.

(1) Siue vt est in LL. Ripuariorum c. vlt. *vt pax perpetua stabilis permaneat.* v. CAROLVS CANGIVS *voce Fredum, Freda, Fredus, Fridus.* Compositionem fisco debitam vocat GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 4. *de miracul. S. Martini c.* 26. Hinc Frevel / quae vox mulctam fisco soluendam etiam nunc notat. & GOTTEFREDVS WENDELINVS *gloss. Salico* testatur: manere hanc vocem hodieque in Brabantia, cum re inter partes transacta super delicto aliquo, postea tamen adhuc fredus componendus sit cum Maiore vel Sculteto. Add. *idem voce compositio.* (2) Item Widrigildum, Wergildum, Wergeldum, Wergilda. Wergildum IV. Capit. Franc. 21. Weregeldum ab Eginhardo scribente ep. 18. *Duo serui S. Martini fugerunt ad limina beatorum Christi Martyrum pro eo, quo quod frater eorum quendam socium suum occidisset, rogantes, vt eis liceat soluere illum Weregeldum pro fratre suo, & vt ei membra perdonentur.* CAROLV CANGIVS gloss. *voce Wera*, putauit Weram esse vocem Saxonicam & notare hominem; sed hoc vanum esse, quauis linguae Saxonicae veteris statum intelligit. Alii deducunt a Werra, quasi Wergeldum sit pugnae pretium. Sed haut dubie rei congruentius est ἔτυμον, quod dedimus. In Concilio Cabilonensi sub CAROLO M. can. 24. vocatur *homicidii pretium.* Ceterum in LL. tantum non omnibus veteribus Germanicae nationis populorum Wedrigeldi huius mentio occurrit. v. IDEM CANGIVS *voce Weregeldum.* SCHILTER. *Exercit. ad Digest.* 49. §. 114. *seq.* (3) ADAMVS BREMENSIS in descriptione regionum Aquilonis: *Alia non est ibi species poenae, praeter seuitiem & seruitutem.*

Digitized by Google

I. I.

PARS ALTERA.

DE

POPVLIS GERMANIAE VETERIS SINGVLATIM, QVALES ANTE SECVLVM A CHRISTI NATIVITATE SECVNDVM ET PAVLO POST FVERVNT.

PRAEFATIO.

SEquitur, vt de veteris Germaniae populis singulatim, quales ante seculum secundum & paulo post fuere, dispiciamus. Nam circa exitum illius seculi & deinceps noua facies populorum in Germania existere coepit, vt parte tertia docebimus. Est autem, si qua vnquam, difficilis haec prouincia, quam nunc suscipimus. Vere H. GROTIVS *L. 7. hist. Belg. ad Ann.* 1598. Germaniam antiquam cis & trans Rhenum delineaturus: *Vetera certe*, inquit, *nomina cum recentibus contendere speciosius, quam verius possem: nam & prisci auctores, parum introspecta Germania, haut eadem memorauere: turbata mox omnia crebris gentium inter se migrationibus* (1): *tum obscuritatem auxere secuti interpretes, antiquam famam ad suae quisque gentis decora trahendo.* Nobis nunc tantum libet eorum catalogum secundum alphabeti seriem contexere, & auctores laudare, qui de populo hoc vel illo praecipue egerunt, paulo vero diutius illis immorari, qui postea exorientis Francorum regni partes constituerunt, & fuere Rhenum accolentes Attuarii, Bructeri & Chamaui; Oceani littora tenentes Frisii; interiora terrarum habitantes Amsiuarii, Catti, aliique. Adde etiam Sicambros, ceu quorum nomine nonnunquam Franci ipsi vocabantur. Primum autem de Cisrhenanis, post de Transrhenanis agemus.

(1) Iam de suis temporibus STRABO l. 7. Geograph. *Commune omnium est, qui istis in locis degunt, facilis & expedita soli mutatio, ob tenuitatem victus, & quod neque colant agros neque fructus recondant: sed in casis degunt, structura in vnum diem constantibus. Cibus eis a pecore plurimus, vt & Nomadibus: quorum etiam imitatione rebus suis in currus impositis facile cum pecore suo abeunt, quo visum fuerit.*

Digitized by Google

CAPVT I.

DE POPVLIS GERMANIAE CISRHENANIS.

§. I.

De finibus Germaniae cisrhenanae primae & secundae. Recensentur populi.

DE finibus Germaniae cisrhenanae egit CLVVERIVS *l. 2. G. A. c.* 37. In ea, vt Ptolemaevs auctor est, superiorem siue primam ab inferiore siue secunda separauit amnis Obrinca (1), qui Mosella esse creditur (2). Populi qui in eis partibus habitabant, etsi e Germania ortum ducebant, interdum Galli dicti (3), quod nimirum partem Galliae incolebant. Liquet id passim ex CAESARIS *commentar. de Bello Gallico*, & Ciuilis apud TACITVM IV. histor. 32. §. 6. *En ego praefectus vnius cohortis & Caninefates Batauique, exigua Gallorum portio.* Et infra c. 76. §. 1. *Opprimendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fractae populi Romani vires obtererentur. Gallos quid aliud quam praedam victoribus? & tamen quod roboris sit, Belgas, secum palam aut voto stare.* Verum age singulos contemplemur.

(1) Hinc pagus Obrincus. Quanquam eo Rhingouiam potius designari contra Ptolemaeum ostendere nisus fuerit BASILIVS HEROLDVS *libro de stationibus legionum in veteri Germania c.* 25. (2) CLVVERIVS legit Abrinca, & interpretatur die Are vel Aar, qui infra Confluentes Mosellae & Rheni apud Sentiacum in Rhenum effunditur. Quem ob id laudat MENSO ALTINGIVS *notit. Germ. infer. antiqu. voce Germania inferior. p.* 78. AEGID. BVCHERIVS *l.* 1. *Belg. Roman. c.* 2. v. VALESIVS *Notit. Galliar. voce Obrinca.* (3) Ex quo intelligi potest, quam crassa amphibologia vtatur CHARRONVS, Gallicanus scriptor, *in histor. vniuers. c.* 125. asserens: *Electores, sacratioris ordinis Pontifices* (Moguntinum, Treuirensem, Colonienſem) *omnes Gallos esse. Palatinum censeri posse tam Gallum, quam Germanum. Francofurtum, vbi eligitur Rex Romanorum, & circumiacentem tractum incolentes, pro Gallis habendos. Regem Romanum in Gallia, nimirum Aquisgrani, coronari: Imperii veram sedem semper hucusque permansisse in Gallia, nec vnquam in Germaniam transiisse: Imperatorem non posse sine Gallis vti titulo veri Imperatoris, quanquam alibi sit electus.* Haec Charronus, falsissime Francofurtum & circumiacentem regionem in Germania magna adscribens Galliis; in illo quoque grauiter hallucinatus, dum fines Geographicos, qui tamen variare cum tempore solent, non discreuit a finibus politicis.

§. II.

Aduatici.

ADVATICI primo loco occurrunt. De his CAESAR *l. 2. comment. c.* 4. & 28. scribit: *eos ex Cimbris Teutonisque procreatos esse, &, praeter cetera opida atque castella, vnum opidum egregie natura munitum habuisse, & inter regnum Ambiorigis ac Catiuulci & Neruios positos esse. Eosdem contra populum Romanum coniurauisse, & in communi Belgarum concilio ad id bellum pollicitos esse XXIX. millia armatorum.* In opido hoc munito (quod quidam Namurcum interpretantur) paulo post prodit, millia capitum, quum id oppugnaretur, reperta fuisse LIII. Adde de sede & finibus Aduaticorum siue Atuaticorum, CLVVERIVM *l. 2. G. A. c.* 21. HADRIAN. VALESIVM *Notit. Galliar. voce Aduatici.*

§. III.

Digitized by Google

§. III.

BATAVI. TACITVS IV. hist. 12. §. 3. *Bataui, donec trans Rhenum agebant,* Batauī. *pars Cattorum, seditione domestica pulsi, extrema Galliae ora vacua cultoribus, similique insulam inter vada sitam occupauere, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.* Conf. *de M. G. c.* 29. vbi omnium gentium, quae Rhenum accolunt, virtute praecipuos vocat. & IV. hist. 19. §. 2. vbi *opidum Batauorum*, cuius meminit, esse Nouiomagum libro singulari demonstrauit IOANNES SMITHVS. Originem sane e Cattis testantur adhuc hodie Batebergum arx, edito in colle Adranae alluenti assidens; & Batenhausen inter Werram & Gilsam fluuios, Badenfeldum praeterea prope eundem Adranam, locus nominatus Auctori Annalium CAROLI M. Nec minus Cattorum in Batauis extant vestigia Catwyck op dem Rhyn & Catwyck op See, nec non in Seelandia *Cattum* opidum, ante aliquot annos aquis dirutum, & e regione eius vicus prope Goesum opidum *Cattenwick*, vt obseruauit Scriuerius *ad H. Grot. de antiquit. reip. Batauic. c.* 2. Batauorum insulae meminit EGINHARD. *in vita Caroli M.* Ea postmodum Batua & Patauum dicta (1). V. HADRIAN. VALES. *not. Galliar. voce Batauia.* CLVVER. l. 2. G. *A. c.* 30.

(1) In tabulis donationis Caroli Martelli A. DCCXXXVI. apud HEDAM vocatur *pagus Bathua*, a REGINONE Abbate ad A. Chr. DCCCLXXXV. *Battua prouincia.*

§. IV.

BETHASII. PLINIO *Betasi*, Notitiae Imperii *Vetasii*, litera sc. b. in v. ex more conuersa. Meminit horum TACITVS *IV. hist.* 56. §. 6. & c. 66. §. 2. Eos in locum Aduaticorum venisse existimat CLVVERIVS *l. 2. G. A. c.* 21. Inde hodie vicus Beth prope Demeram amnem. Bethasii.

§. V.

CANINEFATES. *Ea gens*, ait TACITVS IV. histor. 15. §. 1. *partem insulae* (Batauorum) *colit; origine, lingua, virtute par Batauis.* De Caninefatium opidis v. CLVVERIVS *l. 2. G. A. c.* 36. Caninefates.

§. VI.

GVGERNI. Pagos Gugernorum commemorat TACITVS *IV. hist.* 26. §. 5. IDEM tamen postea *V. hist.* 16. §. 2. & *c.* 18. §. 3. littera G. commutata in C. Cugernos scribit. PLINIVS l. IV. N. H. c. 16. *Rhenum*, inquit, *accolentes Germaniae Gentium in eadem prouincia Belgica Nemetes, Triboci, Vangiones. Hinc Vbii, Colonia Agrippinensis, Gugerni, Bataui.* De sede & finibus eorum disputat CLVVERIVS *l. 2. G. A. c.* 18. & Sigambros horum nomen induisse coniectat. *Retro*, vbi hodie Gelria est, *Gugernos coluisse, vetus descriptio persuadet & in hunc diem Goga* (Goch) *vicus*, ait H. GROTIVS *l. 7. hist. Belgic. p.* 339. Adde HADR. VALES. Notit. Galliar. *voce Gugerni & voce Sugambri.* Gugerni.

Digitized by Google

§. VII.

Marſaci. MARSACII ſiue MARSACI, quorum meminit TACITVS *IV. hiſtor.* 56. §. 6. Velauiae, Gelriae parti, adſcripti a CLVVERIO *l.* 3. *G. A. c.* 11. *poſt medium.*

§. VIII.

Menapii. MENAPII. CAESAR *l.* 4. *comment. de B. G.* quum prodit, Vſipetes a Sueuis agris expulſos ad Rhenum peruenisſe, ſubiicit: *Menapios eas regiones incoluiſſe & ad vtramque ripam fluminis agros, aedificia, vicosque habuiſſe.* L. 6. d. comment. ait: Menapios fuiſſe propinquos Eburonum finibus, & ad vtramque ripam fluminis agros, aedificia vicoſque habuiſſe. At TACITVS *IV. hiſtor.* 28. §. 2. Menapios a Rheno remouet, & Ciſimoſanos facit, proximos Morinis. PLINIVS quoque eos inter Moſam ac Scaldim ponit. v. HADR. VALESIVS *Not. Galliar. voce Menapii & caſtellum Menapiorum*, CLVVERIVS *l.* 2. *G. A. c.* 16. AEGIDIVS BVCHERIVS *l.* 1. *Belgii Rom. c.* 12. §. 13. 14.

§. IX.

Nemetes. NEMETES. CLAVDIO PTOLEMAEO Νέμητες, Νέμιζοι & Νέμετζοι. Zonarae in Nicephoro Batoniate vocantur. Meminit TACITVS *XII. Annal.* 27. §. 3. & *de M. G. c.* 28. §. 7. v. CLVVERIVS *l.* 2. *G. A. c.* 12.

§. X.

Neruii. NERVII. Hos cum Treuiris circa affectationem Germanicae originis vltro ambitioſos fuiſſe, ſcribit TACITVS *de M. G. c.* 28. §. 6. De ſede ac finibus eorum v. CLVVERIVS *l.* 2. *G. A. c.* 22. HADR. VALESIVS *Not. Galliar. voce Turnacum.* Eorum clientes fuere Centrones, Grudii, Leuaci, Pleumoſii atque Gorduni, quorum nulla poſt Auguſtum mentio, quia cum Neruiis confuſi. Hannonios hodie vt plurimum eſſe, notauit BVCHERIVS *l.* 1. *Belg. Rom. c.* 12. §. 14. & tum gentis caput BAVACVM hodie nomen poſt tot ſecula retinere BAVAI. Idem *in anacepal. c.* 2. aſſerit Hannonia hodierna fere tota, Bruxellenſi Aloſtenſique agris integris aduſque Demeram Mechliniamque porrectos fuiſſe.

§. XI.

Sunici. SVNICI. v. TACITVS *IV. hiſt.* 66. §. 2. CLVVERIVS *l.* 2. *G. A. c.* 19. Hi ſunt forte Caeſaris Segni, circa Sinnich, pagum hodie Limburgicum. AEGIDIVS BVCHERIVS *l.* 1. *Belgii Rom. c.* 12. §. 11. Conf. MENSO ALTINGIVS *notit. Germ. inferioris antiquae voce Sunici.*

§. XII.

Toxandri. TOXANDRI. Meminit PLINIVS l. 4. N. H. c. 17. v. CLVVERIVM l. 2. G. A. c. 29. Eorum limites deſcribit AEGIDIVS BVCHERIVS *l.* 5. *Belgii Roman. c.* 14. §. 4. intra Scaldis oſtia; intra Oceanum, Batauos & Moſam ſurſum vſque ad oppoſitos Demerae fontes; denique inter ipſum Demeram, (a quo haut procul Teſſen-

Digitized by Google

Tessenderio vicus) donec Scaldi ad Rupelmundam misceatur, iam Rupela seu Ripula dictus. Eorum adhuc memoria est apud Francicos scriptores, EGINHARDVM & alios. v. VALESIVS *Notit. Galliar. voce Toxandri & Toxandria.*

§. XIII.

TREVIRI. Hos IVL. CAESAR in commentariis suis de B. G. passim commemorat, & *hanc ciuitatem longe plurimum totius Galliae ciuitatum valere, magnasque habere copias peditum tradit Rhenumque tangere, & equitum Treuirorum inter Gallos virtutis opinionem esse singularem; ac siluam Arduennam* (v. HADR. VALESIVS N. G. voce Arduenna silua) *ingenti magnitudine per medios fines Treuirorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinere: Rhenum per fines Treuirorum citatum fevri* (videlicet, ad confluentes Mosellae & Rheni) *Eburonesque & Condrusos esse Treuirorum clientes.* Adiicit HIRTIVS: Treuirorum ciuitatem propter Germaniae vicinitatem, cotidianis exercitam bellis, non multum a Germanis differre. v. CLVVER. l. 2. G. *A. c.* 14. HADR. VALESIVS *Notit. Gall. voce Treuiri.* *Treuiri.*

§. XIV.

TRIBOCI. PLINIO ac plerisque, Triboces CAESARI, Treboci TACITO, Tribocchi STRABONI, Tribocci PTOLEMAEO dicti. Hos ex Germania in Galliam translatos, ait STRABO. Hinc TACITVS de M. G. c. 28. §. 7. *Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes.* PTOLEMAEVS cum Nemetibus ac Vangionibus eos in superiore Germania collocat. HADR. VALESIVS *Notit. Gall. voce Mogontiacum* ex ordine, quem seruarunt Caesar, TACITVS IV. histor. ac PTOLEMAEVS in enumeratione trium populorum, *Triboces, Vangiones, Nemetes; Triboci, Vangiones, Caracates; Nemetes Vangiones Tribocci*; Moguntiacenses eos esse putat. v. CLVVERIVS *l. 2. G. A. c.* 11. VLR. OBRECHTVS *Prodr. Rer. Alsat. c.* 1. 2. 3. 4. *Triboci.*

§. XV.

TVNGRI. PLINIO memorati & TACITO *in historiis passim* & *de M. G. c.* 2. §. 6. Hi in locum Eburonum, a CAESARE propter legionis suae caedem excisorum, successisse videntur. Ab iis adhuc hodie nomen habent vrbs vetusta Tongern siue Tungern, vicus Tungerheim, & locus non procul a Colonia Agrippinense der Tonger-Eet. v. HVBERTI LEODII *libellus de Tungris & Eburonibus.* CLVVERIVS *l.* 2. G. *A. c.* 20. HADR. VALESIVS *Not. Gall. voce Tungri.* *Tungri.*

§. XVI.

VANGIONES. Horum mentio apud TACITVM *XII. Annal.* 27. §. 3. *IV. hist.* 76. §. 5. *de M. G. c.* 28. §. 7. A gente hac vrbs, cuius caput erat, more aliarum Galliae vrbium, nomen accepit, Vangiones dicta, hodie Worms (1). v. CLVVER. *l.* 2. G. *A. c.* 13. *Vangiones.*

(1) V. *supra p.* 1. *c.* 2. § 5.

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII.

Vbii. VBII. Eam gentem, Rheno transgressam, Agrippinae auus Agrippa in fidem acceperat, ait TACITVS *XII. Ann.* 27. §. 2. pulsos sc. a Cattis. Hinc PLINIVS & idem TACITVS *de M. G. c.* 28. §. 8. Germaniae gentibus, quae in Gallia Belgica Rhenum accolunt, Vbios & Coloniam Agrippinensem annumerant. v. CLVVERIVS *l.* 2. *G. A. c.* 17. Circa quem TACITI locum obseruari meretur, vbi vulgo legitur: *Vbii quidem, quanquam Romana colonia esse meruerint, ac libentius Agrippinenses a conditoris sui nomine vocentur;* LIPSIVM suspicari, conditorem accipiendum esse in foeminino genere & in TACITO legendum esse *conditoris suae*, vt Agrippina Augusta intelligatur.

CAPVT II.

DE POPVLIS GERMANIAE MAGNAE.

§. I.

In populis Germaniae magnae praeualebant Sueui, vt postea Nortmanni versus Septentrionem. Recensentur iam populi Germaniae Magnae.

DE populis Germaniae transrhenanae nunc acturi, praenotandum censemus, vnam in iis nationem praecipuam fuisse Sueuorum. TACITVS de M. G. c. 38. *Sueuorum non vna, vt Cattorum Tencterorumque gens; maiorem enim Germaniae partem obtinent* (1), *propriis adhuc nationibus nominibusque discreti; quanquam in commune Sueui vocentur.* Antiqua his inter Vistulam, Danubium, Albim & Salam flumina, sedes. Populorum autem illorum nomina sunt Hermunduri, Quadi, Longobardi, Vandali, Marcomanni, Nariſci, Semnones, Ligii, Burgundiones, Heruli, Rugii. Plane vt posteris temporibus Germani versus septentrionem Nortmanni dicti. EGINHARDVS in vita CAROLI M. *Sinus quidam ab Occidentali Oceano orientem versus porrigitur, longitudinis incognitae, latitudinis quae nusquam centum millia passuum excedat. Hunc multae circumsident Nationes. Dani siquidem ac Sueones, quos Normannos vocamus, & septentrionale latus & omnes in eo insulas tenent. At latus Australe Slaui & Aesti (Aestiones) & aliae diuersae incolunt nationes.* Errat sane Cluuerius, solos Norwegos sub nomine Normannorum intelligens (2), quem propterea refutat H. GROTIVS *Prolegom. hist. Gotth. Vandal. & Longobard. p.* 11. & ADAMVS BREMENSIS, ducentis annis EGINHARDO posterior, postquam huius verba suo inseruisset libro I. histor. Eccl. interpretamenti vice addit c. 13. *Dani vero, & Sueones, coeterique trans Daniam populi, ab historicis Francorum omnes Nortmanni vocantur.* Hi dicti etiam Vandali (3). Dicemus de singulis.

(1) Hinc de iis LVCANVS l. 2. Pharsal.

Fundit ab extremo flauos Aquilone Suëuos
Albis & indomitum Rheni caput.

Nimirum Sueui habitarunt non tantum magnam Germaniae hodiernae partem a Danubio usque ad mare Balticum, (Sueuicum olim dictum, teste TACITO *de M. G. c.* 45.) sed & trans mare illud Bleckingiam, Sconiam & Hallandiam, Sueciam, Norwegiam & alias, quas enumerat CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 24. an fide satis certa, disquirant alii. Caesar Sueuos gentem maximam & praestantissimam Germanorum vocat. Quin & Sueui cis Rhenum fuere, de quorum sedi-

Digitized by Google

sedibus agit HADR. VALESIVS *Notit. Galliar. voce Sucambri & Sueui cisrhenani.* (2) ALBERTVS KRANTZIVS in prologo Norvagiae ait: *Gallorum scriptores omnes, ab Aquilone venientes, soliti sunt appellare Normannos: non discernentes inter Danos & eos, qui veri sunt Normanni.* At Anonymus Rauennas *l. 1. Geogr. §. 11.* ait: *Nortmannorum patria, quae & Dania ab antiquis dicitur. & l. 4. §. 13. Quae Dania, modo Nortmannorum dicitur patria.* Forte interdum laxius, interdum strictius nomen Nortmannorum acceptum fuit. (3) Hoc nomine nationes Boreales omnes veniſſe, praeter antiqua Martyrologia & Acta Martyrum qui per quintum ab incarnatione dominica seculum martyrio coronati sunt, ex HINCMARO & FLODOARDO probat PETRVS FRANCISCVS CHIFFLETIVS *in Paulino illustrato part. 1. c. 27.* In charta Lascarrensi, quam PETRVS DE MARCA in historia Benearnensi l. 1. c. 9. publicauit, corrupte hi vocantur *Gandali.*

§. II.

AMBRONES. Horum meminit PLVTARCHVS *in Mario* & FESTVS. Sedem arguit amnis Ambra, accolis Emmer, in Episcopatu Paderbornensi, scriptoribus quoque Francicis memoratus. Deleti autem sunt, cum Cimbris & Teutonis Italiam inuasuri, a Mario ad Druentiam flumen, haut procul Aquis Sextiis. v. MONVM. PADERBORN. *de Ludra ad Ambram p. 199. seq.* *Ambrones.*

§. III.

ANGLI. PTOLEMAEVS & TACITVS *de M. G. c. 40. §. 2.* inter Sueuos ponunt, & ad mediam partem fluminis Albis pertinuisse dicunt. Postea meminit BEDA *l. 1. hist. Eccl. c. 15.* inter tres Germaniae populos fortiores, in Britanniam nauibus aduectos, qui Pictos & Scotos repressérunt, deinde Britannos ipsos subiugarunt. Hodie in Cimbrica peninsula inter duo celebria oppida, Sleswigum & Flensburgum, est regio, quae vulgo vocatur Angelen & contracte Anglen. Iam apud BEDAM d. l. est: *In Britanniam aduenisse quoque de Anglis, hoc est, de illa patria, quae Angulus dicitur, & ab eo tempore vsque hodie manere desertus inter prouincias Vitarum atque Saxonum perhibetur.* Quam in regionem haut dubie post tempora TACITI migrauerunt. v. CLVVER. *l. 3. G. A. c. 27.* *Angli.*

§. IV.

ANGRIVARII. TACITVS *II. Annal. 19. §. 2.* & *de M. G. c. 33. §. 1.* Cheruscis & Tencteris finitimos dicit. Dicti ab Anger fluuio, qui in Ducatu Bergensi post a sese cognominata loca, Angermünde, Angershusen, Zumangeren, Rheno mergitur. Sederunt hi ad Visurgim versus Orientem, vbi nunc Imperialis vrbs Heruordia & Comitatus Lippiensis, Rauensburg, Diephold, & Mindensis Principatus. Estque adhuc videre prope Heruordiam vestigium veteris sedis in vico Engern. Fuit nomen Angariorum adhuc CAROLI M. aetate & secutis temporibus celebre. Et superat hodienum vicus Engern, a pace cum KAROLO M. facta, Witikindi Saxonum Ducis sedes, ad Illustrissimum Comitem Lippiacum spectans. v. MONVMENTA PADERBORNENS. *in Boca ad Luppiam p. 144. seq.* REINERVS REINECCIVS *comment. de Angriuariis & Angaria.* *Angriuarii.*

Digitized by Google

§. V.

Ansibarii. ANSIBARII, qui teste TACITO *XIII. Annal.* 55. pulsi a Chaucis, limitaneos Frisiorum agros occupauere, nomine quaesito ab Amisio flumine (Amser siue Emser) etiam Amsiuarii, Ampsiuarii siue Ampsicarii nuncupati; quorum inter Francicos populos meminit Sulpicius Alexander apud GREGORIVM TVRONENSEM *l. 2. histor. Francic. c. 9.* Amsiuaros & Amsibaros IVLIVS HONORIVS orator *in libello de Cosmographia* ac Isidorus appellant.

§. VI.

Bructeri. BRVCTERI. De iis illustrissimus AVCTOR MONVM. PADERBORNENS. in Delbruggia p. 59. *Et sedes & nomen saepe vetus hic clarusque populus mutauit. A Velleio, Tacito, Plinio* lib. 3. epist. 7. *Suetonio, Apollinari, Claudiano, Bructeri, a Ptolemaeo* Βρουκτέρους, *Strabone* Βέκτεροι, *vitiose ab vtroque & contra etymon nominis; in Tabula Itineraria Burcturi & Bructuri, in panegyrico Nazarii Bruteri, apud Sulpitium Alexandrinum Brictteri, a Beda in histor. Anglorum, Marcellino in vita S. Bonifacii Boructuarii; a Gregorio II. Papa in epistola, quae extat in vita S. Bonifacii, Borthari appellantur. Postquam vero pulsis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu superbiae odio, seu praedae dulcedine, in fines eorum antiquos Chamaui & Angriuarii immigrarunt, Tacit.* de morib. Germ. *superstites partim vltra Luppiae & Amisiae fontes ad saltum Teutoburgium domicilia ad Visurgim, & siluam Hercyniam quaesiuere. Claudianus* de 4. cons. Honorii:

- - - - venit accola silvae
Bructerus Hercynia:

Partim ad Ruram confederunt, vbi hodienum manet vestigium gentis, Bruchium arx, (vulgo Broeck) *dynastiae Bruchianae caput, sedesque Comitum. Inde resumtis paulatim viribus ausi proferre pomoeria, totum Ducatum Montanum, subactis pulsisque Tencteris, sui iuris fecerunt, in Westerwaldiam vsque progressi: nec semel negotium facessiuerunt Constantino M. Imp. Hinc in Tabula Itineraria locantur e regione Coloniae Agrippinae: a Nazario item & Sulpitio Alexandrino affiguntur ripae Rheni, numeranturque inter primarios Francorum populos, Romanis semper formidabiles; donec vna cum coeteris Francis Gallias inuaserunt. Reliquiae circa Ratingam & Düsseldorpium haerentes, viuente S. Swiberto, a Saxonibus deletae feruntur.* Addatur idem p. 58. vbi de Delbruggia, & d. l. p. 60. vbi de Bructerorum maiorum & minorum sedibus. & CLVVERIVS *l. 3. G. A. c. 13.* Ferocissimam gentem vocat. PLINIVS *l. 2. c. 7.*

§. VII.

Burgundiones. BVRGVNDIONES, qui Burguntae Ptolemaeo, silentio transmissi a TACITO, dicti autem a PLINIO *l. 4. hist. N. c. 14.* in hodierna Polonia maiore habitasse videntur. v. CLVVERIVS *l. 3. G. A. c. 36.* Postea eos in Cattorum agris circa oppida, quae nunc dicuntur Cassela & Marpurgum, consedisse, idem CLV-

Digitized by Google

CLVVERIVS *d. l. p.* 644. probat. De populo hoc, quando Rhenum transgressus est, dicemus infra ex professo.

§. VIII.

BVRII. Terga Marcomannorum Quadorumque claudunt, sermone cultuque Sueuos referentes, vt ait TACITVS *de M. G. c.* 43. §. 1. v. CLVVERIVS *l.* 3. G. *A. c.* 32. *in fine.* *Burii.*

§. IX.

CATTI siue CHATTI, *initium sedis ab Hercynio saltu inchoant, non ita effusis ac paluſtribus locis, vt caeterae ciuitates, in quas Germania patescit. Durant siquidem colles paulatimque rarescunt, & Cattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit.* Ait TACITVS de M. G. c. 30. §. 1. Ex eodem discimus *I. Annal.* 56. §. 4. & 6. Adranam flumen (1) accoluisse; Mattium (vbi hodie Marpurgum (2)) gentis caput, & *de M. G. c.* 36. §. 1. in latere eorum ac Chaucorum Cheruscos fuisse. Sueuorum gentem, IVLII CAESARIS commentariis magnopere celebratam, eandem cum Cattis fuisse, pluribus nos argumentis docet CLVVERIVS l. 3. G. *A. c.* 5. Eorum tamen praeter TACITVM meminere PTOLEMAEVS, STRABO, PLINIVS, DIO, IVVENALIS *Satyr.* 4. MARTIALIS *l.* 9. *ep.* 36. STATIVS PAPINIVS l. 1. Siluar. IVLIVS CAPITOLINVS *in M. Antonino*, c. 8. vbi scribit, *Cattos in Germaniam ac Rhetiam irrupisse.* & Cattimelibocum ab iis denominatum, existimat PONTANVS. Certum quoque Cassellum a Cattis nomen habere: Et Aderna, cuius Tacitus meminisse iam diximus, hodienum Hassiae flumen est, ac Hassiam perlabitur. Mattiacos partem Cattorum fuisse, infra ostendemus. Ex quo, quam late hic populus imperitauerit, sponte intelligitur (3). Postea inter Francorum populos numerari, vt liquet ex vetere IVVENALIS SCHOLIASTE *l.* 1. *Origin. Francic.* c. 9. ex SVLPICIO ALEXANDRO apud GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 2. *histor. Francorum* c. 9. (vbi scribit paucos ex Ampsuariis & Chattis, Marcomere Duce, in altioribus collium iugis apparuisse) & ex SIDONII APOLLINARIS panegyrico Auito socero dicto, vbi, quem supra Francum vocauit, infra Cattum appellat. *Cattumque patrii Alligat Albis aqua.* Certe soli inter Germanos transrhenanos in fide Francorum semper mansere, & ex eorum terris in Thuringiam & Saxoniam ingressus Francis patuit. Nec dubium, vetus Cattorum nomen retinere nunc Hassos (4), qui a Witechindo Hassigani, ab AIMOINO Assi, Saxonum contermini, ab ADAMO BREMENSE Hassones nuncupati. Hinc Hassingorum prouincia in antiquitatibus monasterii Harmerslebiensis apud MEIBOMIVM *in not. ad Witichindum*, Pagus Hassegum, qui & prouincia indigitatur apud DITMARVM *l.* 7. *Chron.* Pagus Hassi a Poëta vetere in Carolo M. *Prouincia, quam Hessi inhabitant*, in Charta An. DCCCL. regnante Ludouico Rege Orientalium. *in Antiqu. Fuldensibus* a IOANN. PISTORIO *editis l.* 1. *p.* 486. & *pagus Hasagewe* in eodem l. 1. Antiqu. Fuld. p. 537. Pagus Hassiae in diplomate Henrici Imperatoris, apud IOANN. FERRARIVM *in comm. ad l. ius nostrum* 7. *D. de Regul. iuris.* *Catti.*

(1) Adernam vocat AIMOINVS *l.* 4. *Fr. hist. c.* 72. Hodie Eder nuncupatur. (2) Vt visum etiam LIPSIO & CLVVERIO *l.* 3. G. *A. c.* 7. *pag.* 531. *pag.* 532. Alii in vico Maden, qui hodie non procul est ab Edera, se Mattium illud vetus inuenisse existimant; quod falsum esse, vel inde in-

Digitized by Google

intelligitur: quoniam Mattium a Mattiacis nomen habuit, qui ad Adranam se non extenderunt. (3) Certe hoc aeuo incolae regionis, quae nunc Wetterauia nuncupatur, tempore Carolidarum Wetteriba, siue Wettereiba dicebatur, Cattis fuere accensiti. Vnde etiam est, quod eadem diu post sub Cattorum pago fuerit comprehensa. De quo ne dubitari possit, en Diploma Ottonis M. Imperatoris: In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator augustus. Si sanctis ac venerabilibus locis beneficia nostrae clementiae largimur, procul dubio praesentis & aeternae vitae emolumentum adipisci non titubamus. Idcirco omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet & futurorum nouerit vniuersitas, qualiter nos pro amore Dei sanctique Mauritii martiris, & pro remedio animae nostrae nostrorumque parentum, nec non & dilectae coniugis Adelheidis nostrique amantissimi filii Ottonis Regis per huius nostri praecepti paginam nostra imperiali auctoritate donauimus sancto Mauritio martiri in Magadaburg, quandam curtem iuris regni nostri, quae vocatur *Rosbach*, sitam in *PAGO HASSONVM* in comitatu Elli Comitis, & alia loca ad praefatam curtem pertinentia ita nominata: *Vsioum*, & *altera Vsioum*, *Horikeshusum*, *Medriki*, *Elisungun*, *Goteredeshusum*, *Bunningheim*, vna cum Aecclesiis, edificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis siluis, aquis aquarumque decursibus, molendinis viis & inuiis, exitibus & reditibus, quaesitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus rebus omnibusque, eorum pertinentiis, quae dici & nominari possunt, ex integro sancto Mauritio martiri in Magadaburg donauimus, atque ex nostro iure & dominio in ius sancti Mauritii martiris atque venerabilium Archiepiscoporum, qui pro tempore fuerint rectores eiusdem sanctae ecclesiae almi martiris Mauritii largimus atque transfundimus, vt eidem sanctissimo loco in perpetuum firmiter permaneat omnium hominum contradictione remota. Et vt haec nostrae auctoritatis donatio omni tempore firma stabilisque permaneat, iussimus inde hoc praesens praeceptum conscribi, annuloque nostro sigillari, manuque propria supter firmauimus.

Signum domini Ottonis (L. Monogrammatis) magni & inuictissimi Imperatoris Augusti.

Sigillum hoc exhibet Imperatoris Ottonis effigiem, (L.S.) cum inscriptione; Otto Imp. Aug.

Liudolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognoui. Data II. id. April. Anno Dominicae incarnationis DCCCCLXVI. Indict. VIII. Anno Imperii Magni Ottonis Imperatoris Aug. IV. regni scilicet sui XXX. Actum Vnisibadum in Christi nomine feliciter Amen. Vides heic loca quae hodienum adhuc sunt in Wetterauia Rosbach, Ober- & Niederufflen, Bingenheim Hassorum pago adscribi. Et in traditionibus Fuldensibus *l.* 2. An. DCCCXXXV. *p.* 571. est: *quicquid mihi glorioſus Rex donauit Arnolfus in pago Haſageuue & in Vueterungu marcu.* Ex quibus abunde refelli potest personatus scriptor WEYRICH WETTERMANN (sub quo nomine se abdidit Marquardus Freherus) libri superioris seculi initio editi, cuius titulus **Hiſtoriſcher Bericht von der Wetterau/ Rinckau/ Weſterwald/ Löhnen/ Haynig und andern an das Fürſtenthum Heſſen gräntzenden Ländern.** Nimirum Pagus Hassonum fuit ex maioribus, qui plures minores pagos, quales Grabfeld & alii, sub se comprehendit. (4) Dissentit FRANCISCVS IRENICVS l. 9. *German. exegeſ.* c. 10. scribens: *Cattos etiam Haſſos dicere videtur Conradus Celtes, iuxta montes Obnobios. Ego qui ſcio, Cattos olim inter Albim & Salam conſediſſe, in loco vbi nunc Thuringi ſunt, penitusque deletos eſſe, in diuerſum abeo.* Vbi falsum, Cattos inter Albim & Salam consedisse; falsum, Cattos penitus deletos; etsi idem tradiderit Andreas Althamerus. Annon enim toties Cattorum inter Francorum populos factam mentionem, supra audiuimus? Certe Cattos Marcomeri Faramundi patri Chlodionis auo paruisse SVLPICIVS ALEXANDER indicat. Et suo adhuc aeuo POËTA SAXO anonymus, cuius paulo ante memini, ad A. Chr. DCCLXXVII.

Saxones ſibi contiguos inuadere fines
Auſi, Francorum pagum, qui dicitur Haſſi.

§. X.

Digitized by Google

§. X.

CHAMAVI, Bructeris pulsis, in eorum loca, TRAIANI tempore, migrarunt. Hos Tencterorum vicinos, a tergo Dulgibinos & Chasuarios claudere, auctor est TACITVS de M. G. c. 33. §. 1. & 34. §. 1. circa inferiorem Rheni ripam coluisse Tabula Theodosiana, SVLPICIVS ALEXANDER & EVNAPIVS SARDIANVS nos docent. Inter Francos numerantur ab EVMENIO in laudatione Constantii Caesaris & a SVLPICIO ALEXANDRO apud GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 2. *hist.* 9. vbi quidam Codices habent Chamapi. Superat adhuc hodie opidum Camen, & non longe ab eo distans Vrbs Ham siue Hammona, in Comitatu Marcae, quae de eorum sede testantur. v. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 13. 14. AEGIDIVS BVCHERIVS *Belg. Rom. l.* 10. *c.* 9. §. 6. vbi ait: per tractum, quem Chamaui incoluerunt, nunc fere Comitatum Marckensem totum, confines vrbes aliquot ad Rhenum e Bergensi Cliuensique Ducatibus a Dusseldorpio fere Wesaliam vsque non procul a Batauiae insulae capite porrigi. *Chamaui.*

§. XI.

CHASVARII. Meminit TACITVS de M. G. c. 34. §. 1. & Ptolemaeus. A STRABONE, qui proximos Cattis dicit, Chattuarii, a VELLEIO PATERCVLO Attuari, ab AMMIANO MARCELLINO *l.* 20. *Rer. Rom.* 10. Atturii, & in Annalibus rerum gestarum Caroli Ducis Hattuarii atque Hazzoarii vocantur. Eos Hasae amnis accolas, id est, Osnabrugenses, & inde dictos fuisse, nuper obseruauit LEIBNITIVS. Ab HADRIANO autem VALESIO *Notit. Galliar. voce Attuarii* notatum est: *Nomen Hattuariorum* retinere hodieque opidum transrhenanum ad fluuium *Lupiam Hatterch*, vulgo Haltern dictum: Et eorum regionem trans Rhenum in Germania notam adhuc fuisse sub principatu Ludouici Pii, Attuaries nomine gentis dictam, aut corrupte Atoarias. Ludouicum enim Aug. commemorare in diuisione regni sui inter filios, & inter Toringiam & Saxoniam, regiones vtique Transrhenanas ponere, id quod aperte indicet, Attuarias illas trans Rhenum in Germania exstitisse. Enimuero si quis recte inspiciat chartam illam diuisionis, quae extat quoque apud STEPHANVM BALVZIVM *tom.* 1. *Capitul. Reg. Francor. ad A. DCCCXXXVII.* videbit potius Attuarios iungi Ripuariis. Et sane iam dudum Saxones nomen illud apud se obliterauerunt. Potius igitur est, vt Attuariorum nomen, quorum meminit LVDOVICVS PIVS, quaeramus in Belgio (1) inter Batauiam & Mosanum Pagum, quorum mentio est in charta diuisionis Lotharii Aug. Sederunt nimirum ad amnem Nersam, qui Rhenum inter ac Mosam medius fluit, atque in Mosam apud Genapium egeritur. *Chasuarii.*

(1) Vetus auctor historiae Francicae, Theoderici Merouingorum Regum penultimi aequalis, pagum, a Danis depopulatum, vocat Attuarias. Ex quo cognoscitur, Attuarios tum cis Rhenum prope Ripurios sedes habuisse, regionique, in qua consederant, nomen suum dedisse.

§. XII.

CHAVCI, qui & Cauci Cauchi. Horum gens secundum TACITVM de M. G. c. 35. §. 2. *quanquam incipit a Frisiis & partem littoris occupat, omnium gentium,* *Chauci.*

Digitized by Google

tium, de quibus egerat, lateribus obtenditur, donec in Cattos vsque ſinuetur. Tam immenſum ſpatium non tenent tantum Chauci, ſed & implent. Diſtinguebantur in maiores & minores. De quorum finibus diſpicit CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 18. quocum conferre iuuabit H. CONRINGIVM de *antiqu. Helmſt. ſtatu p.* 64. *ſeq.* CLAVDIVS PTOLEMAEVS ſcribit, eos oram Septentrionalis Oceani a Viſurgi vſque ad Albim tenuiſſe, Saxonibus ſuper ceruicem peninſulae Cimbricae habitantibus confines. De nobiliſſimo hoc populo aliquot libris egit IOANNES SCHILDVS. Francis eum annumerat VALESIVS *l.* 2. *Rer. Francic. p.* 94. ſed locus Claudiani, quo vno vtitur, id non euincit.

§. XIII.

Cheruſci. CHERVSCI. Gens a CAESARE, VELLEIO, STRABONE, TACITO, PLINIO, DIONE, Faſtis Capitolinis apud ONVPHRIVM & PHIGIVM deſcripta celebrataque. Praecipua eorum ſedes inter Albim & Viſurgim. De quo nuper curate diſquiſiuit IOAN MICHAEL HEINECCIVS *Diſſertat. de antiquiſſimo regionis Goslariam ambientis ſtatu* §. 8. & *ſeq.* Add. CLVVERIVS l. 3. G. A. c. 19. Autor *Monument. Paderbornenſ. p.* 36. Seculo poſt Chriſtum natum quarto adhuc eo nomine cogniti fuere. Nam apud Nazarium in panegyrico legimus: Bructeros & Chamauos, Francorum gentes, cum Cheruſcis, Vangionibus, Alamannis & Tubantibus, vt vindicarent ſe a Flauio Conſtantino, inita belli ſocietate, in Galliam tranſiuiſſe. Et CLAVDIANVS in panegyrico de IV. Conſulatu Honorii:

Ingentes Albim liquere Cheruſci.

Immanſuetos Cheruſcos vocat l. 2. de laudibus Stiliconis. Abhinc nomen eorum deſiit, niſi quod in VENANTII FORTVNATI *l.* 3. *carmin. in epiſtola ad Felicem Epiſcopum* adhuc legitur, vbi nomine Cheruſcorum videtur Saxones ſignare.

§. XIV.

Cimbri. CIMBRI, proximi Oceano; *parua ciuitas, ſed gloria ingens*, vt ait TACITVS *de M. G. c.* 37. §. 1. Hi proprie & κατ' ἐξοχήν ita dicti habitarunt in Cherſoneſi Cimbricae vltimo maximeque Septentrionali receſſu, vt ex PTOLEMAEO conſtat. Ipſa autem Cherſoneſus partim Oceano cingitur, partim Iſthmo quatuor milliarium Germanicorum cum dimidio a reliqua continenti ſeparatur. v. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 22. CLAVDIANVS eorum, tanquam ſua aetate exiſtentium mentionem facit. Ita de IV. Conſulatu Honorii:

- - - - Latisque paludibus exit
Cimber, & ingentes Albici liquere Cheruſci.

Idem eodem libro mare, quod inter Rhenum eſt & Albim Cimbricum vocat Oceanum

- - - - Te Cimbrica Thetys
Diuiſum biuio conſumet Rhene meatu.

§. XV.

Digitized by Google

§. XV.

DVLGIBINI. Angriuariis & Chamauis confines. v. TACITVS *de M. G.* c. 34 CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 15. In eorum regione hodie degere Tecklenburgios, notauit LEIBNITIVS. *Dulgibini.*

§. XVI.

FOSI secundum TACITVM *de M. G. c.* 36. §. 6. Cheruscorum contermina gens. v. CLVVERIVS *l.* 3. *c.* 21. Nomen forte acceperunt a Fusa amne, qui in Hildesiensi ditione Peinam opidum praeterlabens, apud Cellas Aleram subit, vt primus vidit illustris LEIBNITIVS; Vt proinde CLVVERII *d. l.* sententia ferenda non sit (1), remouentis eos trans Albim, & in Saxones transformantis. *Fosi,*

(1) Idem cum eo sentire videtur AEGIDIVS BVCHERIVS l. 13. Belgii Rom. c. 1. §. 13. *Supereſt* inquiens, *hodie in Oceano a regione Cimbricae Cherſoneſi parua inſula Foſteland dicta, neſcio an reliquum nominis Foſi veſtigium, quaſi Foſonem regio.*

§. XVII.

FRISII. De his, quoniam florentibus Francorum rebus peculiarem remp. habuere, commodius parte tertia dicemus. *Friſii.*

§. XVIII.

GOTHONES (qui & Gothi dicti (1)) antequam in Scandinauiam migrauere, habitasse in Pomerania orientali videntur. Meminit eorum TACITVS *de M. G. c.* 43. §. 7. v. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 34. H. CONRINGIVS *de antiquiſſimo ſtatu Helmſtadii p.* 64. *& ſeq. & in addendis.* HARTKNOCH *Diſſert. de originib. Pomeran.* §. 8. *Gothones.*

(1) Quamquam contra nitente PONTANO *Chorograph. Daniae deſcriptione.*

§. XIX.

HERMVNDVRI, Romanis noti ac familiares, v. TACITVS *de Morib. Germ. c.* 41. vbi inter alia notat, in Hermunduris Albim oriri, cum Egram potius dicere debuisset ex sententia CAR. COINTII in *Annal. Francor. Eccl. ad A. DLXIX.* §. 17. De eorum sedibus videatur CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 28. H. CONRING. *de antiquiſſimo Helmſtad. ſtatu p.* 76. Complures, vbi nunc Voitlandi sunt & Misnenses, sedisse existimant. Cum Cattis de fontibus Salis, Tacito teste, dimicarunt. Vbi vero est simile, de illis salibus certatum fuisse, quae adhuc hodie Halis Saxonum nobiles sunt (1). *Hermunduri.*

(1) De quo tamen diuersae sunt sententiae. Quidam enim eas quaerunt in Hassia, vbi Allendorffium ad Werram est. v. WINCKELMANNI *Deſcript. Haſſ. part.* 1. *c.* 10.

XX.

IVHONES. *Ciuitas Iuhonum* vocatur apud TACITVM *XIII. Annal.* 57. §. 4. Ex quo loco simul intelligimus, Iuhones ab vna parte Cattis fuisse conterminos, *Iuhones.*

Digitized by Google

minos, ab altera Rheno & Agrippinenſibus. v. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 8. Niſi forte, cum nullus alius ſcriptor meminerit Iuhonum, mendum eſt in TACITO: nam in FLORENTINO & TH. RYCKII ſcripto codice exſtat *Vibonum*. Vnde Nicolaus Heinſius non temere legendum cenſuit *Vbiorum*. v. CHR. CELLARIVS *l.* 2. *Geogr. antiqu. c.* 5. *p.* 472. & MENSO ALTINGIVS *notit. Germaniae inferioris antiquae, voce Iuhones*, vbi audacter aſſeuerat, a TACITO ſcriptum fuiſſe: ***Sed ciuitas Vbiorum, ſocia nobis.***

§. XXI.

Lemouii. LEMOVII, memorantur a TACITO de M. G. c. 43. §. 8. De ſede eorum in Pomerania teſtari adhuc hodie videntur Lauenburg vrbs & fluuius Leue. Sane Gothis contermini fuere. v. HARTKNOCH *Diſſertat. de originib. Pomeranor.* §. 5. Eos poſt tempora TACITI Herulos dictos, auctoritate inprimis PROCOPII *II. Gothicor.* probat CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 35. Qui populus ſeculo Chriſtiano quinto, relicta Germania, auſpiciis Odoacri Regis, in Italiam commigrauit. Eos *bellorum vſibus exercitatiſſimos multorumque iam ſtrage notiſſimos*, dicit P. WARNEFRIDVS l. 1. de geſt. Longob. c. 20.

§. XXII.

Longobardi. LONGOBARDI, ſiue potius LANGOBARDI vt alii malunt vocitare, quos ad Sueuorum gentes refert TACITVS 2. *Annal.* 45. §. 1. VELLEIO PATERCVLO l. 2. hiſt. c. 106. *gens etiam Germana feritate ferocior.* De iisdem TACITVS de M. G. c. 40. §. 1. *Longobardos paucitas nobilitat, quod plurimis ac valentiſſimis nationibus*, (quales vtique Semnones, Hermunduri, Cheruſci) *cincti, non per obſequium, ſed proeliis & periclitando tuti ſunt.* De ſede ac finibus eorum & vnde nomen acceperint, magna eſt diſceptatio. v. HARTKNOCH *diſſ. de origin. Pomeran.* §. 5. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 26. exiſtimat, degiſſe in locis, vbi nunc eſt Marchia Brandenburgenſis cognomento media & pars Archiepiſcopatus Magdeburgenſis. Vrbem Bardewic celebrem olim, poſt deletam, ex cuius ruinis Luneburgum creuit, & Bardimgau vicinam regionem indicare Bardorum opidum vel pagum, obſeruauit Leibnitius. De populo hoc dicemus plura parte tertia.

§. XXIII.

Lygii. LYGII. Horum nomen *in plures ciuitates fuiſſe diffuſum* ſcribit TACITVS de M. G. c. 43. §. 4. ex quibus *valentiſſimas* nominat *Arios, Helueconas, Manimos, Elyſios, Nahanualos.* Solum eorum nunc Poloni colunt. v. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 33.

§. XXIV.

Marcomanni. MARCOMANNI. Inter Hermunduros, Nariſcos & Quados, *praecipua Marcomannorum gloria viresque, atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Boiis, virtute parta.* Verba ſunt TACITI de M. G. c. 42. §. 1. Sedes illa *Boiemum* dicta. Nam idem TACITVS de M. G. c. 28. §. 4. *Manet adhuc Boiemi nomen, ſignificatque loci veterem*

Digitized by Google

veterem memoriam, *quamuis mutatis cultoribus. Incinctos Herciniae ſiluae campos* accoluiſſe, prodit VELLEIVS PATERCVLVS 2. *hiſtor. c.* 108. Conf: CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 3.

§. XXV.

MARSI. Antiqua & clarae originis in Germania gens. v. TACITVS *de M. Marſ.* *G. c.* 2. §. 5. Maxime iis infeſtus fuit Germanicus, abolendae infamiae cauſa, ob amiſſum cum Quintilio Varo exercitum in Germaniam miſſus. v. idem TACITVS *I. Annal.* 56. §. 7. & *II. Annal.* 25. §. 2. Eorum fines porrectos ad Amiſiam, Dalichium & Aldenbecam, & veſtigium adhuc exſtare in *Dithmarſen*, pago dioeceſis Paderbornenſis, obſeruauit Auctor *Monum. Paderb. p.* 37. Quod vero WINCKELMANNVS *notit. hiſt. polit. vet. Sax. Weſtphal. l.* 1. *c.* 7. *n.* 62. Marſos tractum illum omnem ab Hamburgo propter Albim vſque ad eiuſdem & Eidorae amnis oſtia, adeoque integras Dithmarſorum, Wilſtermarſorum, Crempermarſorum & Stormaſorum regiones, Marſorum olim ditionis fuiſſe aſſerit, ſolo ex nominis ſimilitudine argumento nititur. Hoc vero oppido debile eſt. Conſtat enim voce Germanica Marſch ſiue Marſchland notari terram humiliorem depreſſioremue. Et STRABO *l.* 7. *Geograph.* ad quem prouocat Winckelmannus, tantum ſcribit, eos traductis per Romanos nonnullis Germaniae populis in Galliam, *in penitiores Germaniae partes*, εἰς τὴν ἐν βαθεῖ χώραν, demigrauiſſe. v. HACKMANN libro *de iure agger. c.* 9. *n.* 24. *ſeq.* CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 11.

§. XXVI.

MATTIACI, pars quondam Cattorum, qui pulſis Vbiis agros eorum occuparunt, vt oſtendit CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 7. *Mixti ex Cattis, Vſipiis, Mattiacis exercitus* meminit TACITVS IV. hiſt. 37. §. 4. De ſede eorum teſtantur Mattiaci fontes, a PLINIO *l.* 31. *N. H. c.* 2. memorati, ſiue Mattiacae quae, vt appellat AMMIANVS MARCELLINVS *l.* 29. *Rer. Rom. c.* 4. Etenim qui illi, praeter Wysbadenſes calidos fontes, quales hodienum feruent in veteri Mattiacorum ſolo ac ſede? quaerit A. MONVMENT. PADERBORNENS. *in fonte reſono p.* 246. Errat ſane P. SCRIVERIVS *not. ad H. Grot. de antiqu. reip. Batav. c.* 2. in Marchionatu Badenſi eas exiſtere perſuaſus, quem proptorea ex merito reprehendit IOANN. ISAACIVS PONTANVS *l.* 1. *hiſt. Gelriae.* *Mattiaci.*

§. XXVII.

NARISCI. Quos ad Danubii ripam inter Hermunduros ac Marcomannos, qui Boiohemum incoluerunt, habitaſſe, ex TACITI *de M. G. c.* 42. & CAPITOLINO *in Marco Antonino c.* 22. diſcimus. Credibile eſt dictos a Nabo fl. a quo tranſuerſe ſecabantur. v. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 29. vbi ait: fines Nariſcorum includere nunc Palatinatum ſuperiorem & Landgrauiatum Leuchtenbergenſem. Quae regio, quoniam olim ad Baioariam pertinuit, Nortgow ſiue Nortguia fuit dicta: Quod Germanico idiomate ſignificat pagum Aquiloni obuerſum. *Nariſci.*

§. XXVIII.

QVADI. Hos Nariſcis iungit TACITVS *d. l.* §. 2. de quorum ſede ac finibus diligenter egit CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 31. Tractum regionis tenuiſſe, qui cum *Quadi.*

Digitized by Google

Morauia fere congruit, ait CELLARIVS *l.* 2. *Geograph. antiqu. c.* 5. *p.* 486. Alii in Sileſia eorum ſedem fuiſſe contendunt, quos magno numero profert MELCHIOR GOLDASTVS *l.* 1. *commentar. de regno Bohem. c.* 14. §. 1. Ab AMMIANO MARCELLINO l. 29. Rer. Rom. c. 6. vocatur *immenſum quantum antehac bellatrix & potens natio.* Multa eorum mentio eſt apud EVTROPIVM in rebus Marci Antonini & Gallieni & apud CAPITOLINVM in eodem Antonino.

§. XXIX.

Reudingi. REVDINGI apud TACITVM *de M. G. c.* 4. §. 2. vbi Deuringos legi vult CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 27. Verum ſine ope exemplarium, vana coniectura & qualicunque nominis ſono ductus, vt Thuringorum ex iis ortum deduceret. v. SAGITTARII *antiqu. regni Thuringic. l.* 1. *c.* 4. §. 14.

§. XXX.

Rugii. RVGII. Hos Lemouiis iungit TACITVS de M. G. c. 43. §. 8. Dicti poſtea Vlmerugii ad differentiam Ethilrugorum, qui ſecundum IORNANDEM de *reb. Get. c.* 3. in Scanzia habitarunt. Sedes fuit ad mare Balticum prope Vipperam amnem, qui eos diſtimebat a Lemouiis vſque ad Oderam ſiue Viadrum, vbi Rugenwalda, Coslinum, Colberga, Treptouia. Poſt tempora TACITI in inſulam quoque, quae hodie Rugiae nomen ſeruat, commigrarunt, vt optime docet HARTKNOCH *d. diſſ. de origin. Pomeran.* §. 5. conf. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 35.

§. XXXI.

Semnones. SEMNONES. Veteſtiſſimi nobiliſſimique Sueuorum, vt eos inſignit TACITVS *de M. G. c.* 39. §. 1. Eorum & Hermundurorum fines Albim praeterfluere ſcribit VELLEIVS PATERCVLVS *l.* 2. *hiſt. c.* 106. Ad vtramque Viadri ripam, qui & Sueuus dictus ſit veteribus, habitaſſe aſſerit CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 25. Verum LEIBNITIVS addit & Hauelam Spreamque, atque adeo Marchiam tranſalpinam omnem & Pomeraniae partem, ac forte Luſatiae quoque. Neque enim minore ſpatio opus eſſe, vt centum pagis habitaſſe dicantur.

§. XXXII.

Sicambri. SICAMBRI, ſiue vt in veteribus MStis exemplaribus legitur; Sygambri. De eorum ſedibus ita illuſtriſſimus conditor monument. Paderbornenſ. p. 5. & ſequ. *Sicambri ſiue Sigambri* (1) *Sigam primum accoluerunt; hinc progreſſi ad Rhenum, cui proximos Caeſar facit; ad Ruram, vbi Sigeburgi, vnius ex tribus praecipuis Saxonum caſtellis, veſtigia ſuperſunt; ad Luppiam, & pene ad Viſurgim vſque fines ſuos protulerunt.* DIO lib. 54. *Initio veris rurſus ad bellum profectus Rhenum tranſiit, Lupiaeque fluminis ripis ponte iunctis in Sicambros irrupit, perque eos in Cheruſcorum regionem vſque ad Viſurgim proceſſit. Quis non videt, magnum his verbis Paderbornenſis dioeceſis tractum deſignari? quem niſi eo itinere tranſierit, intelligi explicarique non poteſt, qua via Luppiae fluminis ripis ponte iunctis in Sicambros*

Digitized by Google

bros irrumpere, perque eos in Cheruſcorum regionem vsque ad Viſurgim procedere, & quomodo redux, ad Lupptae & Aliſonis confluentes, caſtellum potuerit erigere. Habitarunt igitur eo tempore, quo Druſus Aliſonem muniuit, Sicambri in dioeceſi Paderbornenſi, HORRION l. 2. Paneg. c. 9. AEGID. BVCHERIVS in Belgio Rom. l. 1. c. 14. §. 6. *& limes inter ipſos Cattosque, fuit montis iugum, quod ab Aldenbeca iuxta oppidum Cleinenbergam ad oppidum Brilon extenditur.* CLVVER. *l.* 3. *c.* 9. *At breui deinceps ſpatio in his locis haeſerunt, a Tiberio Caeſare, C. Cenſorio & Aſinio Gallo Coſſ. in Galliam translati, atque in agris Rheno proximis collocati.* SVETON. in Aug. c. 23. EVTROP. *l.* 7. CLVVER. *l.* 2. *c.* 18. HORRION. *l.* 2. *c.* 9. *Lipſ.* in 2. Annal. Tacit. n. 66. *Anno dein proximo, Tiberio & Calphurnio Piſone Coſſ. Kal. Ianuarii, quibus Tiberius conſulatum iniit, Romae triumphati. Cuius triumphi meminere* VELLEIVS l. 2. DIO CASSIVS l. 55. *Marmor Capitolinum apud* PIGHIVM in Faſtis, & OVID. l. 4. Triſt. eleg. 2. & l. 3. de Ponto eleg. 4. SVETON. in Tiberio c. 9. *Ex his Sicambris* ISAAC. PONT. l. 2. orig. Franc. c. 6. *conſcriptam arbitratur Sugambram cohortem, quam Romanus promptam ad pericula, nec minus cantuum & armorum tumultu trucem haud procul inſtruxerat.* TACIT. 4. Annal. *Nec eſt dubium, quin ex his etiam coacta LEGIO SICAMBRORVM, cuius ſub Valentiniano Imp. in limite Iſtri praeſidium agitantis monumentum in Pannonia prope Budam eſſe repertum, auctor eſt* LAZIVS lib. 6. de Rep. Rom. c. 13. BONFINIVS l. 1. rer. Hung. decad. 1. *Legionem* 1. *auxiliatricem ex Sicambris auxiliaribus conflatam ſub Valentiniano II. contra Quados, Sarmatas, Gothosque, in Pannonia excubias habuiſſe aſſerit. Vtrum vero non aliqua Sicambrorum portio in antiquis ſedibus permanſerit, controuertitur? Negat* CLVVERIVS (2) *l.* 2. *c.* 9. *affirmant alii, inter quos Horrion l. c. probantque Strabonis teſtimonio, qui lib.* 7. *Sicambrorum, inquit, exigua reſtat portio, in Germania videlicet magna, poſtquam inde fuerunt deportati. Idem libro eodem narrat a Germanico Caeſare, qui ſub Tiberio Aug. Germaniam adminiſtrauerit, inter ceteros Germaniae principes ductum in triumphum Teudorigem principem Sicambrorum.*

(1) V. Valeſiana p. 91. vbi notatur, in MSS. codice Suetonii Memmiano, omnium qui in Gallia ſunt veruſtiſſimo & optimo, annorum circiter DCCC. aut etiam DCCCC. ita legi: Sunt & in MSS. codicibus HORATII, AVRELII, VICTORIS & CLAVDIANI. Eis a flumine Sige nomen quaeſitum ſe non dubitare ſcribit CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 9. Siga autem in Comitatu Wittgenſteinenſi oritur, & per Ducatum Bergenſem fluens inter Bonnam & Coloniam Agrippinenſem Rheno mergitur. Inde Siga vrbs in Principatu Naſſouico, & monaſterium Sigeburg, contracte Siburg, nomen traxere. Plane vt Sigambri Sigeburgo, caſtello Saxonum, iam tempore Karoli M. claro, quod Rurae imminet, nomen dediſſe videntur. Adde HVBERT. LEODIVM *comment. de Tungris & Eburonibus.* (2) Et HADRIANVS VALESIVS *l.* 2. *Rer. Francicar. in calce & alibi* docet, Francos ideo Sigambros dictos a Claudiano & aliis, quod ea tum gens agrum veterum Sigambrorum poſſederit.

§. XXXIII.

SITONES, de quibus TACITVS de M. G. c. 44. §. 1. a CLVVERIO *l.* 3. *Germ. Sitones. antiqu. c.* 41. pro Norwegis habentur, nec refragatur GROTIVS *prolegom. ad hiſtor. Gothl. Vandal. & Longobard.*

§. XXXIV.

SVIONES, de quibus TACITVS *d. c.* 44. §. 1. & 3. vulgo Suedi ſiue Sueci exiſtimantur. v. CLVVERIVS *l.* 3. *G. A. c.* 41. a quo neſcimus, an recte diſſentiat *Suiones.*

Digitized by Google

HADR. VALESIVS *Notit. Gall. voce Nortmanni*, REMBERTVS *in vita S. Anſchariі* auctoritate niſus.

§. XXXV.

Tenchteri. TENCTERI, IVLIO CAESARI Tenchtheri, *Rheno diſcreta Gens*, vt ait TACITVS *IV. hiſt. 63.* ſc. ab Vbiis, ad quos legatos mittebant. Sedem eorum exponit CLVVERIVS *l. 3. G. A. c. 10. p. 545.*

§. XXXVI.

Tubantes. TVBANTES. Vſipiis eos ſemper iunxit TACITVS *I. Ann. 51. §. 3. XIII. Ann. 55. §. 4. c. 56. §. 4.* v. CLVVERIVS *l. 3. G. A. c. 12.* Meminit adhuc NAZARIVS in panegyr. Conſtantino Imper. dicto.

§. XXXVII.

Vſipii. VSIPII. Ita vocantur a TACITO paſſim, quos *I. Annal. 51. §. 3.* Vſipetes dixerat. IDEM de M. G. c. 32. §. 1. *Proximi Cattis certum iam alueo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat, Vſipii ac Tencteri colunt.* IDEM *IV. hiſtoriar. 37. §. 5.* Moguntiacum obſediſſe refert. Pulſos eos quondam a Sueuis (id eſt Cattis) in Galliam, diſcimus ex CAESARE *l. 4. Comment. de B. Gall.* Hinc coniicere quis poſſet, nomen eos traxiſſe ab amniculo *Vs* in Wetterauia, a quo opidum *Vſingen*, ſedes Principis Naſſouici, nomen accepit. Non procul etiam hinc eſt *Wisbaden*, olim Vuiſebadum, vt liquet ex diplomate Ottonis M. de quo ſupra §. 9. vbi aquae calidae, quod itidem de eorum prima ſede indicium praebet. Poſtea eos ſedem ad Rhenum infra Vbios habuiſſe, ex DIONE *l. 54. hiſtor.* colligimus, vbi de Druſi expeditione vltra Rhenum agit. conf. CLVVER. *d. l.*

§. XXXVIII.

Vandali. VANDALI, quos Vandalios appellat TACITVS *de M. G. c. 2. §. 5.* ab aliis etiam dicti Vindili aut Vandili a Plinio ſecundo inter Germanorum quinque numerantur. At Vandalos proprie dictam fuiſſe gentem, quae ex quatuor maxime Vandalorum nationibus Suardonibus, Eudoſibus, Nuithonibus atque Sidinis conſtabat, aſſerit CLVVERIVS *l. 3. G. A. c. 46. p. 698.* Primum in Germania Cisbalthica conſederant, a Chaluſo fere vſque ad Oderam porrecti. Poſtea ſedes mutarunt. Nam DIO CASSIVS libro LXXII. EVTROPIVS, Tabula Theodoſiana ac HIERONYMVS eos, Marcomannis & Quadis Germanorum populis confines circa Danubium & Albis caput ponunt. IORDANES autem, Deuxippum ſecutus, ait, Vandalos ab Oceano, circum inſulam Scanziam fuſo, profectos ad Romanum limitem, hoc eſt, ad Danubium vix anni itinere peruenisſe, & in vetere Dacia conſediſſe: ibi ab Oriente habuiſſe Gothos, ab Occidente Marcomannos, a Septentrione Hermunduros, a Meridie Danubium, victoſque acie a Geberico Gothonum Rege, in Pannoniae agris ab Conſtantino Maximo Aug. eſſe collocatos: qua ex prouincia Honorii principatu vna cum Alanis in Galliam, ac poſtea in Hiſpaniam tandemque in Africam tranſierint. Ceterum Vandali ſub Honorii Aug. principatu, Gunderico Rege, in Galliam & poſt in Hiſpaniam irruperunt, cui Geiſericus, frater eius minor (1), quem alii Genſericum vel Ginſericum, Graeci

Digitized by Google

Graeci Gezerichum & Gizerichum appellant, anno IV. post Honorii mortem, Hydatio teste, successit, & a Bonifatio Patricio, Hierio & Ardabure Coss. hoc est, A. Chr. CCCCXXVII. accitus ex Baetica cum Vandalorum & Alanorum (qui pressi in Hispania a Vallia, Rege Visigothorum, se in Vandalorum clientelam dederunt (2)) octoginta millibus, in Africam traiecit, vbi condito regno & post Karthagine, quam sedem regni delegit, occupata, anno regni sui & aduentus in Africam quinquagesimo decessit, a cuius posteris Hunerico, Gunthamundo, Trasamundo, Hilderico id continuatum (3) vsque ad Gelimerem, Geiserici abnepotem, quem Iustinianus Imperator, ob Hildericum male habitum bello petens, a Belisario magistro militiae & Patricio deuictum praeliis, ac in deditionem acceptum, Constantinopolim abducendum curauit, & tum recepta simul Africa a Romanis, Imperioque restituta, indictione XII. Iustiniano Augusto IV. & Paullino Coss. hoc est, A. Chr. DXXXIV. post annos CVII. quam a Vandalis & Alanis ductu Geiserici capta fuerat, iterum in ditionem Romanorum cessit, Vandalis deinceps, qui in Africa relicti erant, ne res nouas molirentur, tota prouincia expulsis.

(1) Cuius character est apud VALESIVM *l.* 5. *Rer. Francic. p.* 209. (2) Vnde Geisericus & Hunericus ac eorum successores, Vandalorum & Alanorum Reges sunt appellati, eumque sibi titulum in edictis adscripserunt. (3) De quibus Regibus in compendio videatur VALESIVS *l.* 7. *Rer. Francic. p.* 375. *seq.*

§. XXXIX.

VARINI, apud TACITVM *de M. G. c.* 40. §. 2. iidem sunt, qui postea *Varini.* Gvarni a CASSIODORO Varni siue Warni a Procopio *l. IV. de Bell. Goth.* IORDANE & FREDEGARIO *Chronic. ad A.* 595. Guarni a Cassiodoro *III. var.* 3. secundum quosdam Pharodeni a Ptolemaeo dicti, haut dubie a Varna fluuio, qui Rostochium alluit, & prope Warnemundam mari Baltico infunditur (1). v. CLVVERIVM l. 3. G. *A. c.* 27. *p.* 606. Varnorum Regis Hermegiscli & filii eius Radigeris, iidem Regis illius populi, meminit idem Procopius. Eos FREDEGARIVS d. l. ab exercitu Childeberti minoris ita victos acie caesosque esse tradit, vt gente pene exciśa pauci ex eo proelio supererent. Terras eorum hodie tenent Mecklenburgenses. Adde FRIDER. LINDENBROGIVM glossar. voce *Werini* vbi docet populum hunc a Thuringis fuisse diuersum.

(1) Warnam siue Wabarnam fluuium in Visurgim exire, falso scribit HADR. VALESIVS *l.* 7. *Rer. Francic. p.* 341.

Digitized by Google

PARS TERTIA.

DE GERMANIS POPVLIS, QVI IN GERMANIA, ITALIA, GALLIA, FRANCORVM TEMPORE, A QVIBVS TANDEM SVBIVGATI, FLORVERVNT.

PRAEFATIO.

VEre SENECA in consolatione ad Heluiam c. 6. & 8. *Assiduus humani generis discursus est. Quotidie aliquid in tam magno orbe mutatur. Noua Vrbium fundamenta iaciuntur: noua gentium nomina, exstinctis prioribus, aut in accessionem validioris conuersis, oriuntur. Itaque vix inuenies vllam terram, quam etiam nunc indigenae colant. Permixta omnia & institutia sunt: alius alii successit.* Cuius Germania a seculo secundo & deinceps manifestissimum praebuit exemplum. Etenim ea tum nouum induit vultum, quando in tot ante nationes diffusa ac distracta, ad paucos contrahi populos coepit, Alemannos dico, Baioarios, Saxones, Thuringos, Francos, Frisios, si aliquos alios non magni nominis excipias. Ex quibus nomina Alemannorum, Francorum, Saxonum seculo tertio, intra septuaginta annos, vnum post alterum, primum audita sunt. Horum autem populorum notitia tanto magis necessaria est, quanto arctius cum praesentibus rebus connectitur. Iam cum populi quidam Germani in vicinam Italiam ac Galliam ab hoc tempore concesserint, vt Burgundiones, Vesigothi, Ostrogothi atque Longobardi, & terrae eorum, quas occuparant, interdum Germaniae fuerint dictae(1), nec eorundem res ignorari debent. Inde enim est, quod H. GROTIVS *l. 2. de iure B. & P. c. 8. §. 1.* vere scripsit: *Sicut olim iura Graeca, ita Germanica iura in Europa passim recepta esse, & nunc etiam vigere.* Dicemus igitur nunc de Alemannis, Baioariis, Saxonibus, Turingis, Frisiis, Burgundionibus, Vesigothis, Ostrogothis & Longobardis. Francorum notitiam, quorum imperium populi illi omnes tandem subierunt, in tempus aliud seposituri.

(1) Sic geminae Germaniae apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 2. hist. c. 25. denotare videntur Aquitaniam primam & secundam quam Vesigothi tenebant, vt recte ibi notat ALTESERRA & HADR. VALESIVS *l. 5. Rer. Francic. ad A. CCCCLXXXV.* Quanquam RVINARTVS V. Cl. *in addend. ad Gregorium Turonenſ. d. l.* legerit *geminae germanae* quasi duas illas prouincias sorores nominauerit.

Digitized by Google

nerit. *Lugdunensem Germaniam* dixit SIDONIVS APOLLINARIS *l. 5. ep. 7. in fine.* Plane vt eandem Lugdunensem prouinciam GREGORIVS TVRONENSIS *de miraculis confessorum c. 79.* primam Germaniam nuncupauit. Nimirum quia tenebatur a Burgundionibus e Germania oriundis. FORTVNATVS quoque *l. 6. carm. 1. & 7.* non tantum Austriam, sed & Neustriam, quod a Francis, gente Germanicae originis, insessae essent, Germaniam & regna Germanica cognominat. Et quid miramur prouincias in Gallia Germanicas appellatas, cum Saxones quoque in Anglia a Britonibus Germanici fuerint nuncupati, teste BEDA *l. 5. histor. c. 10.*

CAPVT I.

DE ALEMANNORVM POPVLO.

§. I.

ALemannorum (qui & Alemani, Alamanni, Allemanni promiscue scribuntur) nomen primum apud historicos sub Caracalla, qui anno a Christo nato CCXI. imperium iniit, memoratur. Nam AVRELIVS VICTOR de Caracalla: *Alemannos, gentem populosam, ex equo mirifice pugnantem, prope Moenum amnem deuicit,* confer AELIVM SPARTIANVM *in eiusdem vita c. 10.* & DIONIS COCCEIANI excerpta ab HENRICO VALESIO edita. Quanquam Germani propterea appellari non desierunt. Vt apud historicos passim obseruare est & apud FLAV. VOPISCVM, qui in Proculo scribit: *Alemannos tunc adhuc Germanos dictos.* Interdum quoque Sueui siue Suaui, forte quoniam hi inter illos praeualebant, dicti. PROCOPIVS I. histor. Goth. *Super Thuringos Suaui & Alemanni nationes validae agunt, vetustis in finibus ac libertate.* PAVLVS WARNEFRIDVS l. 3. de gestis Longobardorum *c. 18. Iste ex Suauorum, hoc est, Alemannorum gente oriundus.* Ante l. 2. c. 15. dixerat: *Inter hanc* (Liguriam) *& Suauiam, hoc est Alemannorum patriam, quae versus septentrionem est posita, duae prouinciae, id est, Rhetia prima & secunda inter Alpes consistunt.* Apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 2. histor. Francor. c. 2. *Sueui, id est, Alamanni.* Abbas S. Galli Gualfridus apud PONTANVM *L. 2. de Origin. Francor. c. 2. in fine: cum duo sint vocabula Sueuia & Alemannia, vnam gentem significantia; priori nomine nos appellant circumpositae gentes, quae Latium habent sermonem.* ANONYMVS RAVENNAS, qui circa seculum VII. vixit, l. 4. Geograph. *§. 26. Propinqua ipsius Thuringiae adscribitur Suauorum, quae & Alemannorum patria.* Chronicon vetus Francorum ad An. DCCXLI. de Pippino: *Primogenito suo, Carolomanno nomine Auster & Suauiam, quae nunc Alamannia dicitur, & Thuringiam tradidit.* Notandum autem, cum Suauis hisce non confundendos Sauienses siue prouinciae ad Sauum incolas, qui & ipsi Suaui nominabantur, quod fecit IORNANDES *de rebus Gethicis c. 53.* vt erudite ostendit HADR. VALESIVS *l. 3. Rerum Francic. ad Ann. CCCCXXIX.*

ALEMANNI *dicti etiam Germani & Suaui.*

§. II.

Alemannorum, siue Ἀλαμβάνων, vt Dio vocat, nomen quidam a lacu Lemano perperam deriuant (1). Alii eos dictos volunt ab Alemanno fluuio (2), qui iuxta Kelhemium Danubium intrat, ortus a parte Germaniae Boreali, Almul

Quae eorum nomisnis & reip. ORIGO.

Digitized by Google

mul hodie accolis dictus, plane vt Sueui a Sueuo fluuio, Alani a Lano, qui vltra Danubium fertur, Indiani ab Indo vocitari. Quod non improbabile visum IOANNI ISAACIO PONTANO *L. 2. Origin. Francicar. c. 2. in calce.* emendanti locum ISIDORI, vbi fluuius Lemanus legitur. At AGATHIAS SCHOLASTICVS, Mauritii Tiberii Aug. aequalis, aliam Alemannorum nominis originem l. 1. histor. prodidit, verbis hisce: *Alemanni, si Asinio Quadrato fides* (3), *viro Italo & Germanicarum rerum exacto scriptori, conuenae sunt ex variis Nationibus collecti, ipsum apud eos significante vocabulo*, hoc est, allerley Männer vel Allmaenner. Quae deriuatio non displicuit CLVVERIO *L. 3. G. A. c. 4.* & PETRO LAMBECIO *L. 2. Biblioth. Caesar. c. 6. p. 503.* Nimirum plures Germanicae nationes, vel ad inferendam Romanis vim, vel ad eos repellendos, in foedus coiuisse videntur. Etenim iam Antonino Philosopho imperante, vt auctor est CAPITOLINVS in eius vita c. 22. *gentes omnes ab Illyrici limite vsque Galliam conspirauerunt, vt Marcomanni, Narisci, Hermunduri & Quadi, Sueui, Sarmatae, Latringes & Buri.* Et Germani compluribus tristibusque experimentis didicerant, dum singuli pugnarent, vniuersos vinci. Quae ratio etiam nationes ex altera Germaniae parte in foedus ac nomen Francorum composuit. An autem Alemanni vnam ciuitatem aut rempubl. constituerint, non audemus definire. Nam apud AMMIANVM MARCELLINVM l. 14. c. 10. Constantinus Aug. aiebat: *Alemannorum Reges & populi formidantes per oratores, quos videtis, summissis ceruicibus concessionem praeteritorum poscunt & pacem*, & l. 17. c. 1. memoratur, *ad Iulianum Caesarem tres Alemannorum immanissimos Reges venisse.* c. 10. *Ita Reges illi tumentes quondam immaniter, rapinisque diteſcere assueti nostrorum, Romanae potentiae iugo subdidere colla iam domita, & velut inter tributarios nati & educati obsecundabant imperiis ingraue*ate l. 18. c. 2. plurium Regum fit mentio, & quidem diuersis pagis praefectorum. l. 20. c. 4. est: *post Alamanniae quaedam regna prostrata.* Vnde colligas, plura in Alemannorum nationibus perinde vt initio apud Francos, fuisse regna.

(1) V. LAMBECIVS d. l. (2) *Almona* vocatur a PORTA SAXONE de gest. Caroli M. l. 2. ad Annum DCCXCIII. (3) Ex hoc loco concludit CLVVERIVS d. l. multisque pertendit, Alemannos Alemannorumque vocabulum esse antiquissimum, & ante geographica STRABONIS, vtpote ASINIVM nominantis, celebratum. Enimuero Asinius ille, cuius meminit STRABO, est potius POLLIO, etiam SVETONIO *in Iulio Caesare c. 30. & 50.* memoratus. Cur enim STRABO Alemannorum nullam mentionem fecisset & tam nobilem gentem commentariis suis non inseruisset? vt recte notauit PONTANVS *in sylloge descript. chorograph. praefat. ad lectorem.* Certe ASINIVM QVADRATVM Alexandri Seueri, aut potius Philippi Arabis temporibus vixisse, ex SVIDA & STEPHANO BYZANTIO voce Ἄνθιον discimus, quorum ille Romanam historiam χηλιετηρίδα, hic Ῥωμαϊκὴν χιλιάδα inscripsisse memorat.

§. III.

Qui Proceressvs. Populus hicce primis temporibus inter Danubium, Rhenum & Moenum (1) fluuios habitauit; idque a plerisque veterum historicorum interpretibus notatum, teste CLVVERIO *d. l. 3. G. A. c. 4. p. 516.* Quanquam fines eorum per interualla temporum, praesertim labascente Romanorum Imperio, latius porrecti. Versus enim septentrionem ad Loganam, Cattorum amnem, eos extenderunt. A meridie non contenti Sueniae & Rhaetiae parte maiore, transito Rheno, in

Digitized by Google

in finibus Galliae, quam incursionibus saepe vastauerant, consedere, agrumque Heluetium monte Iura ab Sequanis, lacu Lemano a Sabaudia & prouincia Viennensi diuisum, armis occupauere, Allemanniamque appellauere. SIDONIVS APOLLINARIS in panegyrico Auito socero dicto:

Francus Germanum primum Belgamque secundum
Sternebat: Rhenumque ferox Alemanne bibebas,
Romanis ripis & vtroque superbus in agro
Vel ciuis vel victor eras.

& in Maioriani panegyrico:

- - - - Conscenderat alpes
Rhaetorumque iugo per longa silentia ductus,
Romano exierat populato trux Alemannus.
In praedam centum nouies demiserat hostes.

Hinc ISIDORVS, Hispalensis Episcopus, in Originum l. 9. *populi*, inquit, *habitantes iuxta Lemanum fluuium Alemanni vocantur.* Quae verba & apud SERVIVM HONORATVM GRAMMATICVM *in Georgic. l. 4.* (qui Flauio Honorio imperante viguit) leguntur. Quanquam LVCANVS lacum Lemanum, non fluuium vllum memoret, nec Alemannos, quippe qui a lacu Lemano dicti non sunt, vt recte notauit HADRIANVS VALESIVS *Notit. Galliar. voce Alemanni Gallicani. conf. l. 5. Rer. Franc. ad A.* 487. Praeterea IORNANDES de rebus Geticis c. 55. *Regio*, inquit, *illa Sueuorum, ab oriente Baiobaros habet* (2); *ab occidente Francos; a meridie Burgundiones* (3); *a septentrione Thuringos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni etiam aderant, ipsique alpes erectos omnino regentes. Vnde nonnulla fluenta Danubio influunt, nimio cum sono vergentia.* WALAFRIDVS STRABO, Abbas Augiensis, Ludouici Pii Imp. aequalis, in praefat. librorum de vita S. Galli Abbatis: *Igitur, quia missi Alemannis Sueui partem Germaniae vltra Danubium, partem Rhaetiae inter Alpes & Histrum, partemque Galliae circa Ararim* (Arolam) *obsederunt; ab incolis nomen patriae deriuemus, & Alemanniam vel Sueuiam nominemus.* Idem STRABO lacum Tigurinum in Alemannia ponit.

(1) Tertiam Germaniae veteris partem comprehendisse, testatur HIERONYMVS *in vita S. Hilarionis.* (2) Lechum (amnem) Baioarios ab Alemannis diuisisse, scribit EGINHARDVS in vita Caroli M. idemque est in Annal. Francor. apud Reuberum ad An. DCCLXXXVII. Quod intelligendum de illis Alemannis, qui inter Brigantinum lacum & Lycum Rhaetiae primae tractum obtinebant. (3) Alemannos confines fuisse Burgundis, notauit etiam AMMIAN. MARCELLINVS *l. 18. c. 2.* Salinarum finiumque causa Burgundos Alamannis saepe iurgasse IDEM scripsit *l. 28. c. 5.* Quas salinas, vt hoc obiter dicamus, ad fluuioli Salae fontem fuisse putat AEGIDIVS BVCHERIVS *l. XI. Belg. Rom. c. 11. §. 8.* qui in Hassia sub monte Vogelsberg apud vicum Saltz oritur, & cum amne Kintz mistus, perque opida Salemünster, Salefeld & Hanouiam fluens, Moeno paulo infra Francofurtum confunditur. conf. CLVVERIVS *l. 3. G. A. c. 4. p. 519.* Habuit ibi Carolus M. palatium, cuius situm indicant Annales Francorum a REVBERO editi & POETA SAXO ad An. DCCXC. vbi de Carolo M. loquens ait:

Est aggressus iter Moenum nauale per amnem,
Ascenditque per hunc donec prope moenia venit,
Magna palatinae sedis Saltz nomine dicta.

Digitized by Google

Nascenti vicina Salae : nam fluminis huius
Riuus adhuc modicus haec ipsa palatia cingit,
Vix pauca per saxa ciens resonantia murmur.

Curtem, quae dicitur, Saltz vocant ANNALES FVLDENSES ad Ah. DCCXLVII. & Capitulare ad Saltz datum An. DCCCIV. apud STEPH. BALVZ. *tom. 1. Capitul. p. 415. seqq.* Quanquam palatii huius hodie ne vestigium quidem supersit.

§. IV.

FINIS. Finem eundem, quem Germani veteres habuerunt. AMMIANVS MARCELLINVS l. 28. c. 5: *Alemanni*, inquit, *sine fine & modo rem Romanam inquietis motibus confundentes. Immanis enim natio iam inde ab incunabulis primis varietate casuum imminuta ita saepius adolescit, vt fuisse longis seculis aestimetur intacta.* Ante dixerat l. 17. c. 10. *Romanorum rapinis ditescere assuetos.* & c. 12. *Barbaris ius in viribus esse adsueuit.* l. 21. c. 3. *Praedatorias manus* vocauerat. Hinc Reges eorum interdum male habiti a Romanis. Chroco Alemannorum Regi, maximo Galliarum praedatori, postquam captus per varias vrbes, quas vastauerat, ignominiose circumductus & variis suppliciis affectus esset, collum praecisum, memorat GREGORIVS TVRONENSIS *l. 1. hist. Fr. c. 30. & 32.* Regis Alemannorum, patibulo suffixi, meminit AMMIANVS MARCELLINVS *l. 27. c. 2.*

§. V.

SVBIECTVM. Nec ratione ciuium siue personarum quicquam occurrit, quod a veterum Germanorum moribus discrepet. Eos perinde, vt Germanos veteres, auspiciis deditos fuisse, ex AMMIANO MARCELLINO *l. 14. c. 10.* & AGATHIA *libro 2.* colligere est. De iisdem, cum iam sub Francis essent, scribit AGATHIAS l. 1. histor. *Alemannis arborum cultus & amnium, colliumque & vallium. Haec numina placant equis aliisque animalibus.* Fidem eorum inde aestimes, quod Romani honoratioris militiae curam iisdem commisere, vt idem AMMIANVS d. l. prodit. Quod igitur Idacius Episcopus Chronico Olymp. 311. *Sueuos promissionum suarum vt semper fallaces & perfidos* vocat, odio aduersus externos tribuendum (1). Ebrietatem eorum notauit SALVIANVS l. 4. de Gubernat. Dei. *Nunquid*, inquiens, *iam reprehensibilis ebrietas Alamanni, quam ebrietas Christiani?* Animositatis eorum insigne exemplum consignauit Dio COCCEIANVS in excerptis ab HENR. VALESIO editis. Ὅτι τῶν χαττων αἱ γυναῖκες καὶ τῶν Αλαμανῶν, ὃ μὴν ὅσαι γε ἠδλωσεν ἐλεύθερόν τι ὑπέμειναν. Ἀλλὰ πυθομένου τοῦ Αντωνίνου, πότερόν ποτε παραθῆναι ἢ φονευθῆναι βούλονται, τοῦτ' ἤλεγτο. Ἔπειτα ἀπεμπολήθῆσαι πᾶσαι μὲν αὐτὰι ἑαυτάς, εἰσὶ δὲ αἳ καὶ τὰ παιδία ἀπέκτειναν. *At Cattorum, inquiens, & Alemannorum vxores & si quae aliae captae fuerunt, nihil seruile pati sustinuerunt, sed interrogatae ab Antonino* (Caracalla) *num venundari, quam occidi mallent, hoc praeoptarunt; postea vero sub corona venditae cum fuissent, non modo omnes sibi manus attulerunt, sed quaedam etiam filios iugularunt.* OROSIVS L. 1. c. 9. *ferocissimam validissimamque gentem*, AMMIANVS MARCELLINVS l. 16. c. 12. comparans eos cum Romanis militibus, *robustos & celsiores, feros & turbidos grandissimisque corporibus fretos* (2) dixit. Equestrem eorum virtutem commendat CLAVDIANVS de tertio consulatu Honorii Augusti, in verbis

Digitized by Google

bis *Frena Sueui*. Ex equis mirifice pugnasse, iam supra ex Aurelio Victore audiuimus. Populosos valde fuisse, indicio est, quod OROSIVS *l.* 7. *c.* 25. a Constantino Caesare sexaginta millia Alemannorum caesa, & *c.* 33. a Gratiano Imperatore triginta millia in proelio interfecta, nec tamen inde minutos fuisse refert. Quomodo Hispaniam ingressi, in Callaecia siue Gallicia regnum condiderint, quod ab A. CCCCIX. ad A. DLXXXV. continuatum, Leuuigeldus, Vesigothorum Rex, tandem destruxit, narrat GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 2. *histor. Francor. c.* 2. In pagos fuisse diuisos, patet ex AMMIANO *l.* 14. *c.* 10. *l.* 15. *c.* 4. *l.* 18. *c.* 2. *l.* 29. *c.* 4. *in calce*, vbi meminit *pagi Bucinobantum*, quam contra Moguntiacum gentem Alemannam esse scribit, a quibus forte Burisbacum, etiam instrumento Pacis Westphalicae notum Wetterauiae opidum, nomen accepit. Nec ciuitates iis defuere. Nam ab ANONYMO RAVENNATE qui seculo circiter septimo scripsit, *l.* 4. *Geograph.* §. 26. iuxta Rhenum Alemannorum ciuitates memorantur *Gormetia* (3), *quae confinalis est cum Maguntia ciuitate Francorum*, *Altripe* (4), *Sphira*, *Porca* (5), *Argentaria*, *quae modo Stratisburgo dicitur*, *Brecceba* (6), *Bazela*, *Augusta* (7), *Carstena*, *Cassangita*, *Wreccha* (8), *Constantia*, *Rugium*, *Bodunga*, *Arbore felix* (9), *Bracancia* (10), *item iuxta supra dictam ciuitatem* (11) *Stratisburgo*, *id est*, *ciuitas*, *quae dicitur Alaia* (12), *Choruſt* (13), *Ziaberna* (14), *Francina* (15), *Aon*, *Laguirion* (16), *Brara*, *Albisi* (17), *Ziurichi*, *Duebon*, Crino (18), *Stafulon*, *Cariolon*, *Theodoricopolis* (19), *Vermegaton* (20). Quarum ciuitatum pleraeque a Romanis conditae fuerunt.

(1) Praesertim cum Romani ipsi aduersus externos iniquo essent animo. *v. l.* 5. §. 2. D. *de captiv. & postlim. reuers.* (2) L. 16. c. 12. describitur Chnodomarius Rex, *fidens ingenti robore lacertorum.* (3) Hodie Worms. v. supra part. 1. cap. 1. §. 5. in not. (4) Hodie Altsip, olim Alta Ripa, cuius meminit *l.* 4. *C. Theodosian. de reparat. appellat.* Distat altero milliari ab Heidelberga, haut longe supra confluentes Nicri. (5) Hodie Pfortzheim in Marchionatu Badensi, patria quondam Reuchlini. (6) Veteribus etiam Braccum Saccum. v. VALESIVS *notit. Galliar. voce Braccum Saccum.* Hodie Brisach. Brisaci iam fit mentio in *l.* 8. C. *Theodos. de priuilegio eorum qui in sacro palat.* & in itinerario ANTHICI inter Rauracos & Argentoratum. (7) Hodie Augst. (8) Hodie Aurach. (9) Hodie Arbon. (10) Siue Brigantium, hodie Bregentz, quod viginti passuum millibus ab Arbore Felice distat. v. GVILLIMANNVM *reb. Heluet. l.* 1. *p.* 94. (11) Id est, cis Rhenum intuitu Romanorum. (12) Hodie Altzen. (13) An hodie Kym? (14) Hodie Zabern Elsass. (15) Hodie Freinsheim in Palatinatu. (16) An Labersheim? (17) Hodie Albich, non procul Altzen. (18) An hodie Grünstad, quod opidum ad Illustrissimos Comites Leiningenses spectat? an potius Grünau? (19) Hodie Dietenhofen. An potius Todenhofen non procul Spira? (20) An Germersheim?

§. VI.

FORMA. Quae forma fuerit reip. Alemannorum, vix quisquam explicabit. Reges eos habuisse & quidem vno tempore plures, diuersis pagis praepositos, iam supra diximus. Hos successione, non electione, ad imperium peruenisse inde colligitur, quod Guadomadus & Vadomarius fratres, Alemannorum Reges, memorantur ab AMMIANO MARCELLINO l. 14. c. 10. & Vithicabius Rex Vadomarii filius l. 27. c. 10. Praeterea Principes regiae stirpis, dicti Regales (1) ab eodem l. 16. c. 12. vbi scribit: *Hos* (Regem Chnodomarium & fratris filium Serapionem) *sequebantur potestate proximi Reges numero quinque*, *Regalesque decem & optimatum series magna.* Confer de Regalibus hisce l. 17. c. 13. l. 18. c. 2. Regibus quo-

Digitized by Google

quoque his plures fuere comites, vt ex eodem AMMIANO discimus l. 16. c. 12. vbi mentio fit comitum ducentorum.

(1) Nam vetus Grammaticus de differentiis vocum: *Inter Regem*, inquit, *& Regalem hoc interest; quod Regis puer Regulus est: Rex qui regnum regit.* Eorum etiam fit mentio in *l. 9. C. Theodos. de re militari*, vbi videatur I. GOTHOFREDVS *in commentario.*

§. VII.

Desierunt sui iuris esse, a Francis subiugati circa exitum seculi a Christo nato quinti.

Ceterum populus hicce sui iuris esse desiit, postquam Clodoueus Francorum Rex A. CCCCXCVI. ingenti strage Alemannos (1) ad Tolpiacum (2) (hodie Zulpich siue Zulch, qui locus in Ducatu Iuliacensi non procul distat Colonia Agrippina) fudit & fugauit, interfecto ipsorum Rege (3). Quo factum, vt pars populi profuga sub Ostrogothorum in Italia tutelam & imperium concederet (4), frustra pro iis deprecante Theodorico Ostrogothorum Rege (5): remissi demum post quadraginta annos a Vitige (6) Rege. Reliqui autem, & quidem pars maior, in Alemannia & Sueuia, a Logano ad alpes Rhaeticas vsque, qui se Clodoueo dediderant, quique domi remanserunt, Francorum Regibus paruere (7). Ex quo tempore Ducem, a Francorum Rege constitutum, habuere (8). Et cum Francorum coloniae in insignem Alemanniae partem, circa ripas Moeni & Nicri, iacentem, mitterentur (9), ea abhinc Franconiae siue Franciae nomen accepit, vt alio loco fusius demonstrabitur. Nec dubitamus, cum Franci eo loco, vbi nunc Francofurtum est, (in veteribus Francorum Annalibus Franconofurt, Franchonofurth, Franconoford, Francnoford, Franconford, Franckenevurt, & Franckeneford dictum) cum magnis copiis Moenum transirent, eam nobilissimam vrbem Carolo M. eiusque posteris gratissimam sedem (10), magnificentissimoque palatio exornatam (11), inde nomen sortitam. *Furt* enim lingua Teutonica *vadum* notat. Ex dictis etiam intelligitur, quam parum apte vir doctus scripserit, Alemanniam tunc fisco regio immediate adscriptam fuisse. Accepit enim vtique Duces & Comites ex Francorum genere, qui proinde, vt in aliis prouinciis, cum Episcopis & Abbatibus ad placita regni veniebant. Ekkehardi locus, quo vtitur, ad tempora pertinet, quae post secula quinque vel sex fuere. Sane Alemanni aeque ac Baioarii sub Francis proprias leges habuere. Eos non deterioris conditionis, quam ceteros Germanos, fuisse, documento inter alia esse potest vetus ac peculiare Sueuorum priuilegium (12), vt in omni expeditione Regis Teutonici ipsi aciem praecedere & primi proelium committere deberent.

(1) Theodoricus Ostrogothorum Rex ad Chlodoueum Franc. Regem apud CASSIODORVM scribit, *innumerabilem Nationem partim ferro, partim seruitio subiugatam.* Et paulo ante: *Memorabilis triumphus est, Alemannum acerrimum sic expauisse, vt tibi eum cogas de vitae munere supplicare.* (2) Cuius iam meminit TACITVS IV. *hist.* 79. §. 3. v. HADR. VALESIVS *notit. Gall. voce Tolpiacum castrum.* (3) Siue is Gibuldus Alemannorum Rex, ab EVGIPPIO *in libro de vita Seuerini* c. 19. memoratus, siue quis alius fuit: nam nomen Regis historici non prodidere. Idem EVGIPPIVS c. 22. meminit etiam Chunimundi, quem Hunimundum Regem Sueuorum vocat Iordanes. (4) Quomodo intelligendus Ennodius in panegyrico: *A Theodorico Alemanniae generalitatem intra Italiae terminos sine detrimento Romanae possessionis inclusam.* (5) Cuius extat epistola apud CASSIODORVM *in libro* 2. *ep.* 41. (6) Ita intelligendus AGATHIAS. v. HADR. VALESIVS *l. 6. Rer. Francic. ad A. CCCCXCVI. & l. 8. ad A. DXXXV.* (7) GVILLIMANNVS l. 2. rer. Hel-

Digitized by Google

Heluetic. c. 10. & l. 3. c. 6. *Tota*, inquit, *Alemannia partim fisco, partim belli Ducibus & iis, quorum operam praecipuam Clodoueus eo bello expertus fuerat, assignata. Omnibus etiam non magnis eius partibus, quo magis in officio continerentur, Comites dati. Qui vero cunctis in vniuersum praeesset, Dux nominatus, quandoque Alemanniae, quandoque Sueuiae, propterea, quod maxima inter Alemannos Sueuorum pars a scriptoribus & in instrumentis dicitur. Curialis sedes Alemanniae Rancuillae posita: ibi qui iudiciis praeessent, Comites sexdecim constituti.* (8) Ducum illorum seriem, & quomodo circa principatum Chlotarii iunioris aut Dagoberti, ex parte veteris ac propriae dictae Alemanniae circa ripas Nicri aut Moeni iacente, noua facta prouincia, quae hodie Franconia dicitur, nouusque Dux ei praepositus, explicat HADR. VALESIVS *l. 24. Rer. Franc. p. 476. seqq.* (9) Id quod egregie confirmatur ex OTTONE FRISINGENSE *libr. IV. chronic. c. 32.* scribente: *Nobilissimos Francorum, qui Salici dicuntur, hodieque lege Salica vti.* Nimirum qui nobilitate inter Francos, cum Orientales, tum Occidentales, excellebant, lege Salica Francicaque vtebantur, eamque iam pridem exoletam ac fere vbique abolitam ambitiose seruabant, tamquam certum originis suae & vetustatis familiae argumentum. Vt optime obseruauit HADR. VALESIVS *Notit. Gall. voce Francia.* Vnde etiam causam intelligimus, quamobrem Conradus II. Imperator, ex Franconia oriundus, Salicus fuerit cognominatus. Quem & patruelem eius Chunonem *nobilissimos Francorum* vocat Wippo. (10) Hinc in Annal. Fuldensibus ad A. DCCCLXXVI. *Franconofurt principalis sedes Orientalis*, Regni Francorum sc. appellatur. (11) V. MABILLONIVS *l. 4. de re diplom. n. 60.* vbi Franconofurt ad Moenum inter vetustissima Regum Francorum Palatia numerandum putat, tametsi nulla eius mentio fiat apud rerum Francicarum scriptores antiquos ante annum DCCXCIV. (12) De quo testatur LAMBERT. SCHAFFNABVRGENSIS *de reb. Germ. ad A. MLXXV.* & IVS PROVINCIAL. ALEMANN. *c. 191. & 44.* Addatur KÖNIGSHOVEN *Chron. cap. 5. §. 142.*

CAPVT II.

DE BAIOARIIS.

§. I.

DE gente hac extant peculiaria iuniorum scripta. Ea inter eminent AVENTINI *annales Boiici*; MARCI VELSERI *rerum Boiicarum libri quinque*, magno iudicio scripti; ANDREAE BRVNNERI *Annales virtutis & fortunae Boiorum*, quos libris quindecim a prima gentis origine ad Annum Christi MCCCXIII. deduxit. Ne dicam nunc de ADLZREITERI Annalibus. *Scriptores Baioarici.*

§. II.

Alemannis proximi fuere Baioarii, quos IORDANES GOTHVS, temporum Iustiniani Imperatoris aequalis scriptor (1), primus eorum mentionem faciens, in libro *de reb. Getarum* Baiobaros appellat, & regionem Sueuorum eis ab Oriente confinem esse scribit. Alii Baiouarios, Baiuuarios vel Beiwerios, quidam contracto nomine Bawarios siue Baiwarios vocant. Hinc regio, quam incolebant, Baioaria, Bagoaria vel Bouera, aut etiam Bagueria dicta (2). Nonnulli Boios appellare maluerunt. Nam ita IONAS, Monachus Bobiensis, vita S. Eustasii Abbatis Luxouiensis circa An. Chr. DCXXV. *Ad Boios, qui nunc Bauocarii vocantur, tendit* (S. Eustasius) *eosque multo labore imbutos fideique lineamentis correptos, plurimos eorum ad fidem conuertit.* Et vetus Auctor, qui non multo post IONAM libellum de vita B. Saluberii ad Amstrudam Abbatissam eius filiam *Baioariorum varia appellatio & origo.*

Digitized by Google

compoſuit, *gentem Baioariorum in extrema Germania ſitam eſſe, atque ab Oroſio, doctiſſimo hiſtorico, Boios priſco vocabulo appellari*, affirmauit. Quos ambos ſcriptores IOANNES AVENTINVS & MARCVS VELSERVS ſecuti Baioarios olim Boios dictos eſſe crediderunt, & eo nomine, tanquam vetuſtiore atque clariore, gentem hanc nuncupandam exiſtimarunt. Hinc idem AVENTINVS Boios ſuos ex Nariſcis & Boiaemo, quo expulſi a Marcomannis fuiſſent, Tarquinio Priſco Romae regnante in Italiam ducit; ex Italia in agrum Tauriſcorum, inde in magnam Germaniam vltra Danubium transfert, ac poſtremo in Nariſcis reponit: & cum Hunnis Auaribus, Venetis atque etiam Francis ſociis, Boethio ſolo Conſule, Principatu Anaſtaſii, Vindelicium eos ac Noricum occupaſſe dicit, ac tandem victis deletiſque Romanis inter ſe diuiſiſſe, Boioarioſque vel Boiarios pro Boiis dici coepiſſe. Enimuero haec velut gratis dicta refellit HADRIANVS VALESIVS *L. 24. Rer. Francicar. ad A. 725.* nobili de Baioariis transgreſſione. *Nam Boios*, inquit, *Gallos, qui in agrum Noricum tranſierant Noricamque oppugnarant; reuerſos in Galliam, & vna cum Heluetiis victos eſſe a Iulio Caeſare, eorumque reliquias permiſſu victoris in Aeduorum finibus collocatas legimus, quorum Plinius aliique meminerunt. Et in octaua regione Italiae, nimirum in prouincia Flaminia circa Rubiconem fluuium interiiſſe Boios, Gentem Galliae maximam, quorum tribus CXII. fuerint, auctor eſt Cato: quos Strabo a Romanis Italiae finibus expulſos, circa Danubium in regione Tauriſcorum ad Illyricum pertinente conſediſſe ait, ibique bellum aduerſus Dacos Critaſiro Duce gerentes, funditus exciſos eſſe & vna cum Tauriſcis, a Boerebiſta Geta deletos. Boios autem eos, qui ex Gallia in Germaniam ſe effuderant, ac Boiaemo vel Boiohaemo nomen ſuum dederant, his ſedibus a Marcomannis pulſos Cornelius Tacitus ſcripſit: quod non aetate Tarquinii Priſci, ſed Auguſti principatu Marabodno Duce contigiſſe, nemo neſcit: quas in ſedes Boii iſti commigrauerint, nemo ſcit. Fuere & Boii ex eadem Gente Gallica in Pannonia ſuperiore, Plinio & Ptolemaeo noti: a quibus deſerta Boiorum cognominabantur. Verum iam dudum memoria eorum interierat, quum Baioarii Noricum occupauerunt. Non ergo Boii e Boiaemo Germaniae incinctisue Hercynia ſilua campis in Italiam tranſiere: quos ex Gallia vna cum Lingonibus finitima Gente Alpes tranſiſſe ac Etruſcos Vmbrosque pepuliſſe Liuius docet. Nec qui in Italia conſederant Boii, ex Tauriſcorum regione in Germaniam redire potuere: ſi (quemadmodum ait Strabo) vna cum ipſis Tauriſcis a Dacis deleti erant.* Vtut autem haec ita vere dicantur, tamen veri ſit admodum ſimile (3), populos Germaniae e locis, vbi quondam Boii habitarunt, digreſſos nomen inde ſecum attuliſſe, & Boioarios ſiue Baioarios ſignificare e Boiaemo oriundos (4).

(1) Vt ex calce libri apparet. Incidit autem, vt recte aduertit MARCVS VELSERVS, haec IORNANDIS de Baiobaris mentio in annum poſt Chriſtum natum quadringenteſimum ſeptuageſimum ſecundum. (2) In codice Thuaneo: *Karolus* (Craſſus) *De Bouera regnat annis quatuor.* (in Francia Occidentali ſc.) In gloſſa Abbonis: *Karolus de Bagneria ſiue de Bouera, qui & Craſſus, Rex Franciae.* v. VALESIANA *p.* 220. *ſequ.* vbi recte diſputatur contra Carolum Cangium, qui Carolum de Bouera interpretatur *le Bouvier*, quippe qui pinguedine bouis inſtar fuerit. (3) Idemque viſum H. CONRINGIO *epiſt. ad Ferdinandum Epiſcop. Paderborn.* 8. MARCVS VELSERVS *l. 2. Rer. Boiic.* ſcripſit, probabiliorem ſibi videri coniecturam, quoniam Marcomannicum nomen a ſeculo poſt Chriſtum natum quarto funditus perierit, neque renatum ſit vnquam, Boios ſub Marcomannorum & imperio & nomine delituiſſe, hiſque afflictis, (a Slauorum gente) iterum emerſiſſe. CAROL. COINTIVS *Ann. Eccl. ad An. DLXXX. n.* 35. *ſequ.* putat, poſt extructum Boio-

Digitized by Google

Boiodurum, cuius iam meminerit Ptolemaeus & Notitia Imperii (vbi vitiose legatur Bolodurum & Boledurum) quodque situm fuerit in Norico ad dextram Oeni ripam eiusdemque Oeni confluentem in Danubium, vbi hodie sit Instad, in Vindelicia Noricoque stetisse potentiam Boiorum. (4) Id innuit vox Baiobari apud IORDANEM, quasi von denen Bojen geboren.

§. III.

Quo tempore in regionem, quam incolunt, venerint, non nisi coniecturas habemus. Tradit EVGIPPIVS Abbas c. 45. *libro de vita S. Seuerini*: Odoacris Italiae Regis fratrem Arnulphum Noricos Ripenses (qui ad dextram Danubii ripam positi ab Aeno fluuio ad Pannoniam superiorem se extendebant) Rugis ante subiectos, ne a Transdanubianis populis vexarentur, ex interiore Danubii ripa cum suis omnibus in Italiam transtulisse, eosque variis in regionibus collocauisse. Quo factum videtur, vt circa Odoacris mortem Baioarii Noricos agros vastatos ac desertos, velut possessionem vacuam, inuaderent ac ibi considerent. Sane ab eodem EVGIPPIO, istorum temporum aequali, Norici & Rhaetiae aerumnae vix credibiles, quas vicini Barbari inferebant, narrantur. Videntur autem, vt recte obseruauit laudatus VALESIVS *d. l.* 24. *Rer. Francicar.* primam partem Norici tantum obtinuisse, cetera Theoderico Gothorum ac Italorum Rege possidente: Nam apud Cassiodorum Senatorem 3. *var.* 50. Rex prouincialibus Noricis, velut sibi subiectis, scribit. Verum Theoderico mortuo, non modo totum Noricum, sed etiam totam Vindeliciam seu Rhaetiam secundam inter Aenum & Lycum positam, aut (vt quibusdam placet) a lacu Brigantino ad Aenum pertinentem, vbi Brenni praeter ceteros, vulgo Briones dicti, habitabant, *Boioarii* occuparunt. Hinc PAVLVS WARNEFRIDVS *l.* 3. *de gest. Longobard. c.* 29. scribit: *Noricorum prouinciam, quam Baioariorum populus inhabitet, habere ab oriente Pannoniam* (1); *ab Occidente Suauiam; a Meridie Italiam; ab Aquilonis vero parte Danubii fluenta.* WALAFRIDVS quoque STRABO Noricam regionem esse Baioariorum dicit. Ex quibus liquet, hodiernos Bauariae limites ab antiquis multum esse diuersos: nam hodie in Occidentali eius parte, quae ab Oeno ad Lycum amnem porrigitur, conquieuit Bauariae nomen, Isera flumine in superiorem inferioremque distinctae.

Quo tempore sedes in regione, quam incolunt, posuerint, & quos progressus.

(1) *Amnem fluuium, qui inter Baioariorum atque Hunnorum terminos medius fluat, certum duarum regionum limitem habitum*, est in Annal. Francor. *ad An. DCCXCII.* Adde EGINHARDVM *vit. Caroli M. c.* 13.

§. IV.

Baioarios hosce Germaniae gentem fuisse, multa persuadent, inprimis nomina Ducum mere Germanica, Garibaldus, Theodo, Theobaldus, Grimoaldus, Hucbertus. Deinde a PAVLO WARNEFRIDO *l.* 1. *de gest. Longobard. c. vlt.* Baioarii & Saxones eiusdem linguae homines appellantur, qui more Germanorum Alboinum Regem aetate sua carminibus celebrarint. Praeterea ex eodem PAVLO *l.* 3. *de gest. Langobard. c.* 29. discimus, Baioarios cum Longobardis sine interprete sermonem conseruisse. In Legibus quoque Baioariorum plurima Germanica verba inserta esse conspiciuntur. Ex quo porro coniicimus, eosdem ipsis

Fuisse eos Germanos.

Digitized by Google

ipsis mores, eadem instituta, quae caeteris Germanorum populis, fuisse: nam monumenta litteraria nos hac in parte prorsus destituunt. Illud addendum: Seuerinum Abbatem, qui anno supra quadringentesimum octogesimo secundo supremum diem obiit, in tabulis ecclesiasticis octaua die Ianuarii dici Noricorum Apostolum, quoniam *apud eam gentem euangelium praedicauit:* & cum idololatria nondum desiisset, Theodonem Boiorum Ducem, id nominis tertium, qui Ragintrudem, Clodouei Regis proneptem, in vxorem duxerat, sacro baptismatis fonte regeneratum esse a *Ruperto*, Vangionum Episcopo, qui *Noricorum Apostolus* a multis praedicatur, & instar S. Seuerini plurimum laudatur in tabulis ecclesiasticis die 27. Martii, quoniam apud Bauaros & Noricos Euangelium mirifice propagauit.

§. V.

Et veniisse tandem sub ditionem Francorum.

Ceterum quomodo populus hicce in Francorum ditionem concesserit, ambigitur. AVENTINVS scribit *L.* 3. *Boiicor.* Boios in proelio ad Tolbiacum Regem amisisse, & foedus societatemque cum Francis perpetuo fecisse his conditionibus: *Boii de corpore suo, vbi opus fuerit, Principem legant; at Ducem non Regem appellent, Reges Francorum auctores fiant. In bellis auxilio Francis sint Boii, eosdem pro amicis & hostibus habeant, ceterum suis institutis ac moribus libere viuant.* Addit: *Amicitia Boiorum bona atque honesta Francis permansit; adeo vt posthac Francorum Reges nihil penitus quicquam praeclari, sine ope Boiorum, neque in rebus bellicis ac domesticis, neque in diuinis atque humanis vnquam gesserint; quemadmodum res ipsa indicabit; & Hatto, Archiflamen Moguntinus, ad Ioannem nonum Pontificem Maximum scribit.* Contra ANDREAS BRVNNERVS *L.* 4. *Boiic.* Boios in praelio Tolbiacensi contra Clodoueum Francorum Regem pugnasse, vel in eius potestatem venisse, constanter negat. Imo ait: *eos victricium Franciae armorum admiratione, vel eorundem, cum proximus arderet paries, prudenti metu post Theodorici Gothi mortem rebus suis voluntaria deditione consultum iuisse, cumque in Theodorici successoribus nihil spei esset, maluisse orientem fortunae Franciae solem, quam Gothicum, iam in occasum vergentem, adorare; cum praesertim haut quaquam conquieturi Franci viderentur, quamdiu superesset quod vincerent, facile inuenta causa, quae bellum amantibus semper est obuia.* Illud certum vtique est, Baioarios iam inde a Theodorico, Clodouei filio, Francorum Austrasiorum Regibus paruisse, indubiumque facit praefatio Dagoberti Francorum Regis ad Leges Ripuariorum, Alemannorum & Baiouariorum. Praerat iis Dux (1) (quem scriptores interdum Regem vocant) stirpis Agilolfingae (2), a Francorum Rege vt plurimum constitutus. De quo alibi.

(1) Ducum horum seriem praeclare texuit HADRIANVS VALESIVS *l.* 24. *Rer. Francic. ad A. DCCXXIII. p.* 465. *sequ.* (2) Vere VELSERVS l. 4. rer. Boiic. *Duces lecti ex vna Agilolfingorum familia siue Francorum Regum auctoritate, siue populi comitiis. Nam vtriusque instituti ratio habita in Legibus, & quod mirere Regni Ducatusque nomen permansit promiscuum Lege cautum ne regnum a patre transferatur in filium, dum adhuc pater eius potest regno praeesse.* Et postea: *Lege ex Agilolfingis Ducem suffici necesse est, non qui defuncto proxima consanguinitate contingeret, sed fide & prudentia praestantem.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT III.

DE SAXONIBVS.

§. I.

NOtitiae huius quicquid habemus, praecipue Romanis & Francicis scriptoribus debetur. Nisi quod diu post Corbeiensis ad Visurgim monachus WITICHINDVS *annalium libro primo* nonnulla huc pertinentia inseruit, & BEDA, presbyter Anglus, qui initio seculi octaui floruit, aliqua in historia a se conscripta habet. Extant quoque POETAE ANONYMI, qui Saxo fuit & aequalis temporum Arnulphi Imperat. rerumque patriarum peritus, *libri quinque de gestis Caroli M.* quos nuper ex MSto Bibliothecae Academ. Helmestadiensis emendatiores, cum aliis excerptis ad historiam Saxonum pertinentibus, nobis dedit Ill. LEIBNITIVS. Ex iunioribus non contemnenda congesserunt HENRICVS MEIBOMIVS *introductione in Saxoniae, inprimis inferioris, historiam*, NICOLAVS SCHATEN *in historia Westphaliae l. 3. & l. 7. p. 88. seq.* & Monumenta Paderbornensia. Extat quoque REINERI REINECCII *commentatio de Saxonum origine, Hannouiae A. MDCXII. edita.* *Scriptores rerum Saxonicarum.*

§. II.

Saxonum inter Germanicos populos non meminit TACITVS. Primus omnium Cl. PTOLEMEVS, qui, vt auctor est Suidas, sub Antonino Pio vixit, *l. 2. c. 11.* eorum *mentionem* facit. Seculo autem tertio & quarto eorum nomen iam percelebre fuit. Et AMMIANVS MARCELLINVS, qui CORNELII TACITI vestigia legens, historiam, vbi desierat TACITVS, a Nerua exorsus fuerat, passim eos nominat, nec alios propemodum quam Saxones, Alemannos ac Francos, in rebus praesertim Constantii & Iuliani, celebrat. SAXONVM *seculo secundo primo mentio.*

§. III.

De nominis etymo varia est traditio. Quidam a Sassonibus aut Sacis Asiae populis id repetunt. Alii, vt GREGORIVS TVRONENSIS, WITICHINDVS, GOBELINVS, quos cum iunioribus plerisque sequitur NICOLAVS SCHATENVS *d. l. 3. p. 176. conf. l. 6. p. 409.* & CAROLVS CANGIVS, ab oblongis cultris gladiisque, quos *Sachs* dixere (1), quibus gens pugnabat, nomen traxisse putant. Quam coniecturam firmat, quod Dani & Frisii orientaliores hodie forficem, itemque cultrum, vocabulo *Sachs* nuncupant, vt testis est PONTANVS *l. 2. origin. Francic. c. 2.* & hodiedum in Saterlandia apud incolas, prisci sermonis retinentissimos *Sachs* cultrum notare, ex propria experientia docuit idem SCHATEN. Accedit, Rugiis olim & Lemouiis, vt auctor TACITVS, breues gladios fuisse; vt adeo, ad discrimen Cimbrorum, quos μεγάλαις καὶ βαρείαις μαχαίραις *grandibus & oblongis gladiis* vsos Plutarchus notauit, Sachsi siue Saxones dicti queant videri rectius, quam a Saxo, a quo durum & validissimum genus nominatum, existimauit ISIDORVS *in originib. l. 9. c. 2.* & HROSWITHA nobilis (2). Sunt etiam qui a Saten vel Sassen vetere *Vnde dicti.*

Digitized by Google

Saxonum verbo, vnde & Holſaten, deducunt. Sed per nos coniectura cuique ſit libera.

Ad claram gentem Saxonum nomen habentem
A Saxo, per duritiem mentis bene firmam.

(1) RORICO, monachus, *in geſtis Francorum l. 4.* apud du CHESNE *Tom. 1. ſcript. Francic. p. 812. Cultellos permaximos, quos vulgariter hantfaceos, corrupto vocabulo, nuncupamus.* Rhytmus *de S. Annone Archiepiſcopo Colonienſ.* ante annos circiter ſexcentos ſcriptus:

Daz ſi michili mezzer hiozzin Sachs.
Vt praegandes cultellos Saxas vocarent.

GOTFRIDVS VITERBIENSIS part. XV.

Ipſe breuis gladius apud ipſos Saxa vocatur.

Vide quae alia notauit *ad d. Rhytmum* MART. OPITIVS. (2) Add. SCHVRTZFL. *in Wittikindo M.* §. 3. poſt REINECCIVM & alios.

§. IV.

ORIGO. Non minus dubitatur de origine. Primus, iſque perantiquus hiſtoriae Saxonicae ſcriptor, Witichindus multum de ea inquirit, aſſeritque, alios eam a Danis & Nortmannis, alios a Macedonibus deducere, ſibi vero certum eſſe, nauibus aduectos Saxones in Hadolaum, quem locum Hadereliam non longe ab oſtio Albis in Bremenſi Archiepiſcopatu ſtatuunt. Vndenam vero aut cuius gentis aduenae ſint, non expreſſit. Itaque alii eum ſecuti a Macedonibus, qui poſt Alexandri mortem trecentis cum triremibus mari ſe commiſerant, alii a Sacis ſiue Saſſonibus, Aſiae populis, originem ducunt, quanquam nullis innixi fundamentis. Quare verius, origine eſſe Germanos, vt lingua, mores, cultus corporis & bellica indoles abunde demonſtrant.

§. V.

Progreſſus *Saxonum.* Initia autem fuerunt tenuia: Nam PTOLEMAEVS Chaucos maiores ad Albim vſque flumen, hinc ſuper ceruicem (ἐπὶ τὸν αὐχένα τῆς κιμβρικῆς) Cimbricae peninſulae Saxones, ipſam vero inſulam ſupra Saxones tenuiſſe Sigulones prodit. Hunc ſecutus eſt, paulo ipſo aetate inferior, MARCIANVS HERACLEOTA *in periplo*, qui etiam, vt PTOLEMAEVS notauit, ad partem Germaniae circa oſtia ſc. Albis fluuii *adiacere inſulas Saxonum* appellatas, & STEPHANVS *de ſitu vrbium* Saxones priſcos prope Cimbriae peninſulas collocat, PAVLVS quoque OROSIVS *l. 7. c. 32.* Saxones gentem vocat *in Oceani littoribus & inuiis paludibus ſitam.* Anonymus RAVENNAS l. 4. Geograph. §. 17. *Conſinalis Daniae eſt patria, quae vocatur Saxonia* (mendoſe legitur Dania) *quae antiquitus & ipſa ex Dania pertinere dicebatur.* Quamobrem plerique primas ſedes Saxonibus in ipſa Holſatia aſſignant. Poſtea latius fines extenderunt. Nam cum Franci, terrarum inter Rhenum, Viſurgim & Albim domini, victricia per Gallias arma circumferrent, eaſque ſubiugarent, vt alibi dicemus, a tergo ipſorum praeualuere Saxones, & terrarum inter fluuios illos incolae, ſiue ſponte ſiue vi adacti, Saxonum nomen induerunt (1), maxi-

Digitized by Google

maxime post cruentum illud Saxonum cum Clothario certamen, de quo ita GREGORIVS TVRONENSIS l. 4. Histor. Francor. c. 14. *Maxima* (Franci) *ab aduersariis internecione caeduntur, tantaque ab vtroque exercitu multitudo cecidit, vt nec aestimari, nec numerari possit. Tunc Clotharius, valde confusus, pacem petiit, dicens: se non sua voluntate super eos venisse. Qua obtenta ad propria redit.* Ex eo sane tempore magis stabiles intra Rhenum & Visurgim Saxonum sedes esse videntur; siue id pace conuenit, siue Franci tributo contenti fuere. Vnde etiam est, quod Frisia nonnunquam Saxonia dicta fuerit, vt obseruauit HADR. VALESIVS *l. 6. Rer. Franc. ad A. DLXXIIX.* Hinc ANONYMVS RAVENNAS d. l. inter flumina plurima, quae Saxoniam transiuerunt, memorat *Lamazon* (i. e. Amasum, Ems) *Ipadum* (2) (Paderfl. vnde Paderborn) *Lippam* (h. e. Lippe, dictum etiam Lupia) *Linac* (h. e. Lime, non procul a Lupia.) Nec alia causa est, quamobrem terrae inter Rhenum & Visurgim antiquae Saxoniae nomine fuerint insignitae, vt docet NICOLAVS SCHATEN *l. 3. histor. Westphal. p. 169.* Seculo autem sexto, post reportatam A. DXXXIV. ab Hermenfredo, Thuringorum Rege, insignem victoriam, partem Thuringiae septentrionalem, quae eis cis Vnstrutum erat, acceperunt (3), reliqua Thuringia Francis, quibus auxilio venerant, cedente, vt ex EINHARDO (Francicis aliis scriptoribus, quos habemus editos, id tacentibus) hoc nobis conseruauit ADAMVS BREMENSIS *Libr. 1. Histor. Eccles. c. 4.* qui ex eodem EINHARDO, fines eorum designans, ait: *Saxones a meridie Francos habere, & partem Thuringorum, quos praecedens hostilis turbo non tetigerit, alueoque fluminis Vnstrote diriimi, a Septentrione vero Nordmannos, gentes ferocissimas, ab ortu Solis Obotritos & ab Occasu Frisios.* Idem EGINHARDVS in vita Caroli M. scribit: *Saxonia non modica est Germaniae pars, & ad eam, quae a Francis incolitur, latitudine dupla putatur, cum longitudine possit esse consimilis.* TIDERICVS LANGIVS in Saxonia apud MEIBOM. tom. 1. Rer. Germ. eius limites sic describit:

Rhenus ab occasu, simul Odera solis ab ortu,
Oceanus borea, qua terminat Vnstrot ab austro.

(1) Chaci inprimis. Nam ZOSIMVS *l. 3. histor.* de rebus a Iuliano ad Rhenum gestis verba faciens: *Saxones omnes eas regiones incolentium Barbarorum & animis & corporum viribus & laborum in proeliis tolerantia fortissimi habiti Chaucos, gentis suae partem, in Romanorum solum emittunt.* Conf. CONRING. *de antiquiss. statu Helmstadii p. 84.* (2) Padum aliqui vocant. In carmine apud CANISIVM de Leonis III. ad Carolum aduentu *Patrus* nuncupatur. v. *Monument. Paderborn. p. 169.* (3) Et tum ab iis excitata videntur Saxenburgum (cuius arcis rudera adhuc hodie supersunt ad Vnstrutum, obseruauit H. CONRINGIVS *de origine Helmstad. p. 79.*) & Sondershusa, quasi diceret domum separationis; cum ex altera Thuringiae parte Franci struerent Franckenhusam. v. SAGITTAR. *l. 2. de antiqu. regn. Thuring. c. 12. §. 21. 22.*

§. VI.

Finis idem fuit, qui veterum Germanorum, latrociniis studentium. FINIS. Hinc SIDONIVS APOLLINARIS l. 8. ep. 6. *Quot Saxonum remiges videris, totidem te cernere putes Archipiratas. Ita simul omnes imperant, parent, docent, discunt latrocinari.* Nimirum Saxones modo soli, modo iuncti finitimis Francis, iam seculo tertio & deinceps oram maritimam Galliae saepius latrociniis infestarunt, adeo vt in tractu Armoricano & in prouincia Belgica II. circa Grannonam (Garande)

Digitized by Google

rande) & Marcos, (hodie *Merci*) quemadmodum & in insula Britannia, litus Saxonicum ab his praedonibus populatoribusque suis sit cognominatum. Eamque ob causam Romani litorum Praefectos, qui Comites quoque dicti, habebant (1). Diserte EVTROPIVS in Diocletiano: *Carausius mare accepit, quod Franci & Saxones infestabant.* Et AMMIANVS MARCELLINVS l. 27. c. 8. Nanneum, *maritimi tractus Comitem vocat*, & l. 28. c. 5. *procellam eruptionis Saxonicae sustinuisse* Comitem, regionibus iisdem appositum, scribit. De iisdem Saxonibus EINHARDVS apud ADAMVM BREMENSEM l. 1. hist. eccles. c. 4. *Erant inquieti animis, & finitimorum sedibus infesti* (2), *domi vero iuncti, & ciuium vtilitatibus placida benignitate consulentes.*

(1) V. MEIBOM. *supra laudat. introduct. in histor. Saxon. inferior. p. 7. seq.* (2) Hoc habuerunt commune cum ceteris Germanis. Inde forte est, quod apud H. GROTIVM *l. 16. histor. Belg. ad A. DCVII.* legimus: *Ita Maiorum lege in Anglia cautum: commissa in externos, quibuscum publica foedera non essent, in Britannia non vindicari.*

§. VII.

SVBIECTVM *ciues*, QVORVM PRIMA DISTINCTIO *in* adscriptos & originarios, *vbi de sanctitate matrimonii.*

Subiectum quod attinet, fere singula cum illis, quae de veteribus Germanis supra diximus, conueniunt. Libet tantum nonnulla illustrationis causa adferre. Et quidem ad primam ciuium distinctionem pertinet, sancte eos matrimonia habuisse. Nam ita Bonifacius, Moguntinensis Archiepiscopus & Romanae sedis per Germaniam legatus, in epistola (1) ad Aethebaldum Regem Merciorum: „ In antiqua Saxonia, si virgo paternam domum cum adulterio „ maculauerit, vel si mulier maritata perdito (facto) foedere matrimonii adul„ terium perpetrauerit: aliquando cogunt eam propria manu per laqueum sus„ pensam vitam finire, & super bustum illius incensae & concrematae corru„ ptorem eius suspendunt; aliquando, congregato exercitu foemineo, flagella„ tam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis caedentes & vesti„ menta eius abscindentes iuxta cingulum & cultellis suis totum corpus eius se„ cantes, & pungentes minutis vulneribus, cruentatam & laceratam de villa in „ villam mittunt; & occurrunt semper nouae flagellatrices, Zelo pudicitiae ad„ ductae, eamque aut mortuam aut vix viuam derelinquunt: vt coeteri timo„ rem adulterandi & luxuriandi habeant.

(1) Apud MALMESBVRIENSEM *l. 2. c. 64.* BARONIVM *in annot. Eccl. ad A. DCCXLV.* HENR. SPELMANNVM *tom. 1. Concilior. Decret. Legum in re Eccl. Orb. Britann. ad d. A.*

§. VIII.

ALTERA, a bonis animi, *vbi de religione, de vitiis ac virtutibus Saxonum.*

In altera distinctione, circa religionem, quae ad bona animi spectat, illa ex EINHARDO notat ADAMVS BREMENSIS d. l. 1. c. 4. *Erant, sicut omnes fere Germaniam incolentes, & natura feroces, & cultui daemonum dediti, veraeque religioni contrarii; neque diuina, neque humana iura polluere vel transgredi, inhonestum arbitrabantur. Nam & frondosis arboribus fontibusque venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non paruae magnitudinis, in altum erectum, sub dio colebant, patria eum lingua Irmensul appellantes, quod latine vniuersalis columna, quasi sustinens omnia.* De quo notissimo Martis idolo, Irmensula dicto, extat H. MEIBOMII

Digitized by Google

BOMII *peculiaris liber in eius opusculis*, & noue egit SCHATENVS *l. 7. histor. Westphal. p. 433. sequ.* addens: id a Ludouico Pio, cum Coenobii Corbeiensis fundamenta iacerentur, repertum & Hildesiam translatum, ibi etiamnum ante chorum Basilicae conspici, altum pedes vndecim, punicei coloris, inexpolito marmore. Captiuos quoque Diis suis immolarunt. Nam ita SIDONIVS APOLLINARIS l. 8. ep. 6. *Priusquam de continenti in patriam vela laxantes, hostico mordaces anchoras vado vellant, mos est remeaturis decimum quemque captorum per aequales & cruciarias poenas, (plus ob hoc tristi, quod superstitioso ritu) superque collectam turbam perniciorum mortis iniquitatem sortis aequitate dispergere. Talibusque se ligant votis, victimis soluunt, & per huiusmodi non tam sacrificia purgati, quam sacrilegio polluti, religiosum putant, caedis infaustae perpetratores de capite captiuo magis exigere tormenta, quam pretia.* ENNODIVS Episcopus Ticinensis vita S. Antonii Lerinensis: *Iam Franci, Heruli, Saxones, multiplices crudelitatum species, belluarum more, peragebant. Quae nationum diuersitas, superstitionis mancipata culturis, Deos suos humana credebant caede mulceri.* Hinc SALVIANVS l. 4. de gubernatione Dei: *Gens Saxonum fera est.* IDEM l. 7. d. l. *Saxones crudelitate efferi* (1), *sed castitate mirandi.* GILDAS BRITANNVS, *Ferocissimos & infandi nominis, Diis hominibusque inuisos*, vocat, excidium patriae deplorans, odio ex recenti tum clade. Quo minus de audacia eorum & virtute militari dubitari potest. Sane IVLIANVS *in laudatione Constantii Imperatoris* Francos & Saxones populorum omnium, qui trans Rhenum & super occidentalem oceanum incolunt, maxime bellicosos insigniuit. Similiter ZOSIMVS l. 3. histor: *Profecto*, inquit, *Saxones omnes eas regiones incolentium Barbarorum, & animi & corporum viribus, & laborum in praeliis tolerantia sunt fortissimi.* & PAVLVS OROSIVS l. 7. hist. c. 32. *Gentem Saxonum virtute & agilitate terribilem* dixit. AMMIANVS MARCELLINVS l. 28. c. 2. *Prae caeteris hostibus Saxones timentur vt repentini.* SIDONIVS de iisdem: *Hostis est omni hoste truculentior. Improuisus aggreditur, prouisus elabitur: spernit obiectos, sternit incautos: si sequatur, intercipit: si fugiat, euadit.* De arte eorum nautica (2) modo nominatus SIDONIVS: *Exercent illos naufragia, non terrent. Est eis quaedam cum discriminibus pelagi non notitia solum, sed familiaritas. Nam quoniam ipsa, si quâ tempestas est, hinc securos efficit occupandos, hinc prospici vetat occupatos, in medio fluctuum scopulorumque confragosorum, spe superuentus laeti, periclitantur.* Idem *in panegyrico*, quem Auito socero dixit:

Cui (Saxoni) *pelle salum sulcare Britannum*
Ludus, & assuto glaucum mare findere limbo.

Nimirum vtebantur vimineis nauiculis, corio bubulo circumsutis, vt ex ISIDORO *l. 19. origin. c. 1.* discimus. Et l. 8. ep. 9.

Isthic Saxona coerulum videmus,
Assuetum ante salo solum timere:
Cuius verticis extimas per oras,
Non contenta suos tenere morsus,
Altat lamina marginem comarum.
Et sic crinibus ad cutem reciss,
Dicrescit caput, additurque vultus.

Digitized by Google

Vbi RHENANVS male legit *abditurque vultus*. Loquitur enim SIDONIVS, vt recte LEIBNITIVS animaduertit, de recepto Saxonum ritu, qui capillis non toto capite, sed in margine reciſis, augebant vultus magnitudinem, reliquos lamina subſtrictos altabant. Saxones poſt annum duodecimum in militiam proficiſci obſtrictos fuiſſe, auctor eſt LVITPRANDVS *l. 2. hiſt. c.* 8.

(1) De quo plura collegit IOARETVS *in miſcellaneis ad Symmachum.* (2) *Atque hinc eſt*, ait CLVVERIVS l. 1. G. A. c. 18. *quod etiam nunc non modo Friſiae Batauiaeque, ſed & Angliae incolae optimi ac praeſtantiſſimi exiſtant nautae, arte nautica a priſcis Saxonibus maioribus ſuis, qui hae oras tenuerunt, accepta.*

§. IX.

A bonis fortunae, vbi de diſtinctione Saxonum in Adelingos, Frilingos, & Litos.

Ab exiſtimatione, quae inter bona fortunae praecipua eſt, Saxones antequam a Francis ſubiugarentur, in tres ordines fuerunt diſtincti *Adelingorum, Frilingorum & Litorum.* HVCBALDVS, Elnonenſis Abbas, vita B. Lebuini: *Erat gens Saxonum, ſicut nunc vsque ſubſiſtit, ordine tripartito diuiſa: ſunt enim ibi, qui eorum lingua Adelingi; ſunt, qui Frilingi; ſunt, qui Laſſi vocantur. Quod latina ſonat lingua: Nobiles, ingenui atque ſeruiles.* NITHARDVS hiſtor. Francor. l. 4. *Gens Saxonum omnis in tribus ordinibus diuiſa conſiſtit: Sunt enim inter illos Edlingi, ſunt qui Frilingi, ſunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur. Latina vero lingua hoc ſunt: Nobiles, ingenui, ſeruiles.* Enimuero hi duo ſcriptores videntur ſeruos & libertos confundere, forte quia hi, TACITO teſte, non multum ſupra ſeruos erant, vt recte obſeruauit CLVVERIVS *l. 1. G. A. c.* 15. Rectius EGINHARDVS apud ADAMVM BREMENSEM dicto ſupra loco: *Quatuor differentiis gens illa conſiſtit, nobilium ſc. & liberorum, libertorumque & ſeruorum. Et id legibus firmatum, vt nulla pars in computandis coniugiis propriae ſortis terminos transferat, ſed nobilis nobilem ducat vxorem, & liber liberam, libertus coniungatur libertae & ſeruus ancillae. Si vero quisquam (horum ſibi non congruentem & genere praeſtantiorem) duxerit vxorem, cum vitae ſuae damno componat.* Et WITICHINDVS I. annal. *Saxonica gens vſque hodie triformi genere ac lege, praeter conditionem ſeruilem, diuiditur.* Adde CAPITVLARE KAROLI M. de partibus Saxoniae A. DCCXCVII. §. 5. vbi mentio fit Nobilium, ingenuorum, litorum.

§. X.

TERTIA a numero. Populoſi fuere, vt intelligitur ex coloniis. In pagos diuiſi, ciuitates non habuerunt.

In tertia ciuium diſtinctione certum eſt, eos valde populoſos fuiſſe. Teſtantur id coloniae a Saxonibus miſſae. Inſulas Galliae occupaſſe, ex GREGORIO TVRONENSE *l. 2. hiſt. Franc. c.* 18. & 19. diſcimus, quas inſulas ad Ligerim poſitas fuiſſe, non temere coniicit COINTIVS *Annal. Eccl. ad A. CCCCLXXVII. ſeq. n.* 7. Saxonum Boiocaſſinorum, qui in finibus Boiocaſſium in Gallia, abolito iam in partibus Occidentis Imperatoris nomine, conſederant, meminit GREGORIVS TVRONENSIS *l. 2. hiſt. 27. & l. 10. c. 9.* Forte etiam multi ex eadem gente in agro Nemnetico ſedem cepere. Etenim VENANTIVS FORTVNATVS *l. 3. Carm. 9.* Felicem Nemneti Epiſcopum Saxones manſuefeciſſe, & Chriſtianis myſteriis initiauiſſe ſcribit. Saxones & Anglos, in auxilium accitos Britonum aduerſum Pictos, circa initium ſeculi quinti vniuerſam inſulam in poteſtatem ſuam redegiſſe,

Digitized by Google

giſſe, & ſecutis temporibus ſeptem regna conſtituiſſe, magno conſenſu ſcribunt hiſtorici (1). Vnde PROSPER AQVITANVS *in Chronico* ſcribit: *Valentiniani Imperat. Anno XIIX. Britanniae, vsque ad hoc tempus variis cladibus euentibusque laceratae, in ditionem Saxonum rediguntur.* Mirum vt ſit, HADR. VALESIVM *l. 3. Ann. Franc. p.* 143. id negare de Saxonibus, quod veri non ſit ſimile, Britannos ab infeſtiſſimis hoſtibus populatoribuſque inſulae auxilium expetiuiſſe. Quaſi vero non multis experimentis comprobatum ſit, metum etiam inimiciſſimos conciliare. Quomodo viginti millia virorum Saxonum, quos Langobardi euocauerant, cum paruulis & vxoribus in Italiam migrauerint, & poſtea in terras ſuas regreſſi ſint, narrat PAVLVS WARNEFRIDI *l. 2. de geſt. Longobard. c. 6. & l. 3. c. 7.* GREGOR. TVRONENS. *l. 5. hiſt. Francor. c. 15.* Sunt etiam qui Tranſyluanos coloniam eſſe Saxonum ſcripſere, ſed ſine veterum documentis; vt oſtendit MEIBOMIVS *ad Gobelin. aetat. 6. c. 46.* Caeterum Saxones etiam more Germanorum in pagos fuiſſe diuiſos, conſtat ex priuilegio Caroli M. Eccleſiae Bremenſi dato Anno DCCLXXXIX. apud ADAM. BREMENSEM *l. 1. hiſtor. eccleſiaſtic. c. 1.* vbi Imperator ait: *ſe pagorum abieciſſe antiqua vocabula & diuiſiones.* Vrbes & in iis ciuitates nondum eo tempore Saxones habuiſſe, cum ex ANONYMO RAVENNATE conſtat, tum HERM. CONRINGIVS *Exercit. de vrb. Germ.* §. 71. illo argumento demonſtrat, quod in hiſtoria belli a Carolo M. geſti arcium tantum duarum (Erſeburgi (2) & Segeburgi (3)) in Saxonia fiat mentio (4).

(1) BEDA l. 1. hiſt. eccl. gent. Anglor. c. 15. ad A. CCCCIX. *Aduenerunt autem de tribus Germaniae populis fortioribus, i. e. Saxonibus, Anglis, Vitis.* Mox: *De Saxonibus autem, i. e. ea regione, quae nunc antiqua Saxonia cognominatur, venere Orientales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones.* Vbi pro *Vitis* legit *Iutis* rectius, Chronographus Anglo-Saxonicus, quem nuper integrum edidit EDMVNDVS GIBSON ad A. CCCCXLIX. Sane hinc *Eaſt-Seaxe & Eaſt-Saxna Rice, Middel-Seaxe, Veſt-Seaxe, Veſt-Seaxna Land-Veſt-Seaxna Rice* apud eundem Chronographum ſaepe legitur, vt in nominum locorum deſignatione diligenter notauit laudatus GIBSON. Et cum Anglo Saxonum heptarchia in vnius Egberti ditionem conceſſiſſet circa A. DCCC. is, promulgato edicto, terram illam Englaland vocari iuſſit. (2) De quo plura congeſſit ſaepe laudatus A. *Monumentor. Paderborn. voce Erſeburgum ad Dimolam p.* 103. *ſequ.* (3) Caſtrum Segeburch vocat SIGEBERTVS *ad A. DCCLXXV.* His adde caſtrum *Viberg* in Annalibus Francorum Caniſianis, in annalibus Reuberianis Viburg, apud Adonem Viennenſem Caſtrum Witberg, de quo idem A. *Monument. Paderborn. p.* 94. Caſtrum Ochſenburg, de quo REGINO *l. 2. Chron. ad A. DCCXLIII.* Brunesbergum ad Viſurgim arcium omnium firmiſſimam, vt auctor Cranzius, ſcriptoribus rerum Caroli M. itidem celebratam. v. A. *Monumentor. Paderborn. p.* 125. (4) Vid. P. LAMBECIVS l. 1. rer. Hamburgenſ.

§. XI.

Qualis forma reip. apud Saxones fuerit, docet nos BEDA l. 5. hiſt. eccleſiaſt. gent. Anglor. c. 11. *Antiqui*, inquiens, *Saxones Regem non habent, ſed Satrapas plurimos genti ſuae praepoſitos, qui ingruente belli articulo mittunt aequaliter ſortes, & quemcunque ſors intenderit, hunc tempore belli ducem omnes ſequuntur, & huic obtemperant: Peracto autem bello, rurſus aequalis potentiae omnes Satrapae fiant.* POETA vetus anonymus ad Annum: FORMA reip. eſſentialis.

Quae nec Rege fuit ſaltem ſociata ſub vno,
Sed variis diuiſa modis, plebs omnis habebat

Quot

Digitized by Google

Quot pagos, tot pene Duces; velut vnius artus
Corporis in diuersa forent, hinc inde reuulsi
Sed generalis habet populos diuisio ternos.

Quibuscum conueniunt, quae habet WITICHINDVS *l.* 1. *Annal.* De Ducibus hisce rara est in annalibus veterum memoria. Odouacri Saxonum Regis (quem alii Adouacrium, GREGORIVS TVRONENSIS Odoacrium vocat) meminit Fredegarius *in Gregorii histor. epitom. c.* 12. Bertoaldi Ducis, quem Clotharius Francorum Rex occidit, historia est (1) apud Auctorem qui gesta Francorum scripsit, A. vitae Dagoberti & AIMOINVM *l.* 4. *c.* 18. Inprimis autem Witichindus tempore Caroli M. celebris fuit (2), quem aliqui perperam Saxonum Regem nuncupant, cum Annales Francorum ad An. DCCLXXVII. *vnum e primoribus Westphalorum* fuisse dicant. De quo Witichindo legi merentur BOECLERI ac SCHVRTZFLEISCHII *Dissertationes*, & IACOBI ANDREAE CRVSII liber. Add. NICOL. SCHATEN *l.* 10. *hist. Westph. p.* 624. *sequ.* & TOBIAS PFANNERVS *de gentib. Princip. Germ. c.* 2. *ab init.* Illud adhuc notandum ex A. vitae S. Lebuini: *Saxones quotannis in Marcalo ad Visurgim conuentum generalem celebrasse.*

(1) Sed quam commentitiam esse pluribus ostendit HADR. VALESIVS *l.* 18. *Rer. Francic. ad Annum DCXXVII.* (2) Ex huius stirpe Mathildem Henrici Aucupis coniugem prognatam esse, auctor est WITICHINDVS *l.* 1. *Annal.* Quod vero aliqui quorundam non modo Germaniae sed & Galliae Italiaeque Principum gentes ex stirpe Witichindea deducunt (v. SCHVRTZFLEISCH *d. dissert.* §. 14. *lit. ff.*) non satis certa Historicorum vel chartarum fide inititur, & iuniorum commentis adscribi debet. Monumentum Witichindi exhibet A. *Monumentor. Paderborn. p.* 147.

§. XII.

Accidentalis, vbi de bellis Saxonum cum Francis, & quando illi ab his tandem subiugati.

Ad formam accidentalem pertinent inprimis pax & bellum. Saxones Francorum fines populatos (1), ab illisque repulsos, interdum etiam victores fuisse, scribit AIMOINVS *l.* 2. *hist. Francor. c.* 27. Sane frequentia intra annos fere ducentos & quinquaginta vsque ad tempora Caroli M. inter illos bella fuere; quorum causa inde, vel quia Franci Christianam religionem susceperant, cum *Saxones* essent *paganissimi*, vt eos appellat A. Chronici A. DCCXXXIII. quod Chronico Fredegarii adiunctum est, vel quia, Francis in Galliam digressis, Saxones veteres illorum sedes occupauerant. Tamen Saxones Clotharii Francorum Regis fratribus ac nepotibus iam tributa pependisse, fatentur ipsi apud GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 4. *hist. Francor. c.* 14. Postea a tributo quingentarum vaccarum inferendalium (2) absoluit eos Dagobertus Rex, teste FREDEGARIO *in Chron. c.* 74. *ad A. DCXXXI.* Iterum autem id imposuerunt Carolus Martellus, Carolomannus & Pipinus. Nam ita Annales Francorum Pithoeani ad An. DCCXXXVII. *Carolus Saxones tributarios fecit.* A. Chronici in FREDEGARII continuatione ad A. DCCXLVII. de Carolomanno: *Saxones pacem petentes iuri Francorum sese, vt antiquitus mos fuerat, subdiderunt, & ea tributa quae Clothario quondam praestiterant, plenissima solutione ab eo tempore deinceps esse se reddituros promiserunt.* Iidem Annales Pithoeani ad A. DCCLVII. *Pipinus Saxonibus tributum imposuit, vt trecentos equos sibi singulis annis soluerent. Cum*, vt est in Annalibus Francorum Reuberianis ad A. DCCLIII. *Saxones vsque ad locum Rimi* (3), *qui*

Digitized by Google

qui est *super Wiseram, esset persecutus.* Tandem Carolus M. post longum bellum (gestum quippe in trigesimum tertium annum) & multas clades eosdem penitus subiugauit & in formulam prouinciae redegit. De quo plenae sunt Francorum historiae. Breuiter laudatus A. annalium Pithoeanus ad A. DCCLXXXV. *Witekint Saxo Attinacis ad fidem Carli venit, & baptizatus est, & Saxonia tota subdita.* Quanquam finis demum bello, quod A. DCCLXXII. indictione nona inceperat, A. DCCCIV. vniuerse impositus. Nam ita EGINHARDVS vit. KAROLI M. » Difficile dictu est, quoties superati ac supplices Regi se dediderint, imperata » facturos polliciti sunt, obsides, qui imperabantur, absque dilatione dederint, » legatos qui mittebantur susceperint: Aliquoties ita domiti & emolliti, vt & » cultum daemonum dimittere, & Christianae religioni se subdere velle pro- » mitterent, sed sicut ad haec facienda aliquoties proni, sic ad eadem peruer- » tenda semper fuere praecipites: Vt non facile aestimare possis, ad vtrum ho- » rum faciliores verius dici possint: quippe cum post inchoatum cum eis bel- » lum vix annus vnus exactus sit, quo non ab eis huiuscemodi facta sit permu- » tatio. Sed magnanimitas Regis, ac perpetua tam in aduersis quam prospe- » ris mentis constantia, nulla eorum mutabilitate vel vinci poterat, vel ab iis » quae agere coeperat, defatigari. Nam nunquam eos huiuscemodi aliquid » perpetrantes impune ferre passus est, quin aut ipse per se ducto, aut per Co- » mites suos misso exercitu, perfidiam vlciscereturr, & dignam ab eis poenam » exigeret: donec omnibus qui resistere solebant profligatis, & in suam pote- » statem redactis, decem hominum millia ex illis qui vtrasque ripas Albis flumi- » nis incolebant, cum vxoribus & liberis sublatos transtulit, & huc atque illuc » per Galliam & Germaniam multimoda diuisione distribuit: Eaque conditione » a Rege proposita & ab illis suscepta tractum per tot annos bellum constat esse » finitum, vt abiecto Daemonum cultu, & relictis patriis ceremoniis, Christia- » nae fidei atque religionis sacramenta perciperent: & Francis adunati, vnus » cum eis populus efficerentur. Hoc bello, licet per multum temporis spati- » um traheretur, ipse non amplius cum hoste quam bis acie conflixit: semel » iuxta montem qui Osneggi dicitur, in loco Thietmelle nominato: & iterum » apud Hasam fluuium, & hoc vno mense paucis quoque interpositis diebus. » His duobus praeliis hostes adeo profligati ac deuicti sunt, vt vlterius Regem » neque prouocare, neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, » auderent. Plures tamen eo bello tam ex nobilitate Francorum, quam Saxo- » num & functi summis honoribus viri, consumpti sunt: tandemque anno tri- » cesimo tertio finitum est. Durante illo bello, CAROLVS M. multa millia Saxo- rum in Galliam transportanda curauerat (4), complures proelia absumserant. Idem CAROLVS, vt est in *Annal. Francor. ad An. DCCLXXXIII.* in loco, qui Ferde dicitur, quater mille & quingentos Saxones manu carnificis occidi iussit. Quo factum, vt in loca incolis vacua Francos reponi necessitas iuberet, & Saxones ita immixti Francis distinguerentur in Ostualos & Westualos, quorum illi vltra, hi citra Visurgim incolebant: nam hallucinantur, qui ante Carolum M. nomina haec fuisse existimant (5). Vidit hoc fere, coecutientibus heic aliis, TRITHEMIVS *de scriptorib. ecclesiast. lib. c.* 3. vnus (6), scribens: *Carolum M. in locum Saxonum, quos trans Rhenum locauerat, ex Gallis similiter triginta millia in Saxoniam transtulisse, eosque ad differentiam Westgallos, vulgariter autem Westwalen*

nuncupaſſe, qui hodie corrupto vocabulo ſed mendoſe Weſtphali appellantur. Vbi erat quidem, dum *Walen* Gallos interpretatur, & *in Chronico Hirſaugienſi* Weſtphaliam Weſtgalliam vocat; at cetera recte ſe habent. Nimirum Germani, & in iis Saxones, exteros Wallones ſiue Walen vocare ſolebant (7). Nam ita Chronicon Monaſterii S. Drudonis, quod in Anno MCVIII. deſinit: *Adelartus factus Abbas A. DCCCCXCIX. dicitur natura linguam non habuiſſe Teutonicam, ſed corrupte nominant Romanam, Teutonice Wallonicam.* SYLVESTER GIRALDVS Cambrenſis in deſcriptione Cambriae c. 1. & 7. *Saxones lingua ſua extraneum quemlibet Wallum & gentes ſibi extraneas Wallenſes vocant.* A. WILLELMO MALMISBVRIENSE, qui ante annos quingentos floruit, notatum eſt, Francos orientales ceteros Francos, qui ſunt in Gallia, *Galuualas*, antiquo vocabulo, nuncupare. Quod amplius oſtendit HADR. VALESIVS *Notit. Galliar. voce Wallenſes.* Hinc Oſtuali ſunt Franco-Galli ad Orientem, Weſtuali, Franco-Galli ad Occidentem locati (8). Nec forte aliunde eſt, quod *ea gens ſe Saxonicam appellari non patiatur, probro ducens, ſi quis ex Weſtphalis hominem appellare contendat Saxonem.* Vt notauit ALBERTVS CRANTZIVS *l. 2. Saxon. c. 2.* de ſuis temporibus, addens: *non ſatis intelligere ſe, vnde hoc ſuperbiae genus proceſſerit.* Caeterum cur Angaria a Weſtphalia diſtinguatur cauſa fuit, quod illa iam Pipino Rege Francorum Chriſtianam religionem Doctore Lebuino (9) accepiſſet, cuius rei memoriam ſuo adhuc aeuo fuiſſe, auctor eſt WERNERVS ROLEVINCKIVS *l. 3. de moribus Weſtphalorum.*

(1) Adonactium, Ducem Saxonum cum Childerico Francorum Rege foedus iniiſſe ſcribit GREGORIVS TVRONENSIS l. 2. hiſt. c. 19. (2) Quae inde dictae, quoniam ſingulis annis fiſco inferebantur. Vt notauit AIMOINVS *l. 4. hiſt. Francor. c. 26.* V. CAROLVS CANGIVS *gloſſar. voce inferenda.* (3) Hodie Remen. v. A. monum. Paderbornenſ. *voce Roma. p. 93.* (4) Variarum e Saxonia in Galliam translationum meminerunt Annales Francorum, temporibus Karoli M. ſcripti, ad Annos DCCXCVI. DCCXCVII. DCCXCVIII. DCCXCIX. apud LAMBECIVM *l. 2. Biblioth. Vindob. c. 5.* & Annales alii apud eundem *d. c. 5. p. 374.* ad A. DCCXCIV. *Karlus in Saxoniam pergens Saxones obtinuit, & tertium de iis hominem in Franciam educens conlocauit.* Paulo poſt: *Karlus in Saxoniam Francos conlocauit, Saxones inde educens cum vxoribus & liberis, id eſt, tertium hominem.* Chronographus Moſſiacenſis ad A. DCCCIV. de Karolo M. *Illos Saxones, qui vltra Albiam erant, transduxit foras, & diuiſit eos in regnum ſuum, vbi voluit.* Annales Metenſes ad d. A. *Tam perfidos illos, quos vltra Albiam tranierat, quam illos, qui in Wrgmoti manebant, & frequentibus maleficiis populum Saxonum a via veritatis auerterant, cum mulieribus & infantibus, Deo auxiliante, ſapientiſſima directione de Saxonia per diuerſas vias dirigens, funditus exterminauit & per Gallias ceterasque regiones regni ſui ſine vlla laeſione exercitus ſui diſperſit.* A. Chronici San-Dionyſiani: *Carlus Imp. cum liberis ſuis & Francis Saxoniam ingreſſus eſt, & aliquos iuſſit interficere, & aliquos per totum ſuum regnum diſpergere.* (5) Obſeruauit hoc WERNERVS ROLEVINK. *l. 1. de morib. Weſtphalor. c. 2.* ſcribens: *genti Weſtphalorum a principio non fuiſſe hoc vocabulum; ſed poſtquam Karolus M. eos ad fidem conuertit, hoc nomen ſibi aſſumſiſſe.* & GOBELINVS PERSONA *Cosmodromi aetate 1. c. 5.* Weſtphaliam demum aetate Caroli M. ſic dictam cenſet. Equidem heic dubium aliquod ſuboriri videtur, ſi Franci iam in Saxonia reſederunt, quomodo fieri potuerit, vt ipſi Francorum eſſent hoſtes: Nam Annales Francorum Reuberiani *ad A. DCCLXXV.* ſcribunt, Carolum M. Weſtphalorum obſides accepiſſe. Idem *ad A. DCCLXXVI.* Witichindum vnum ex primoribus Weſtphalorum vocant. Conf. ad A. DCCLXXIX. DCCLXXXII. & DCCLXXXIV. Annales Fuldenſes *ad A. DCCLXXXIV.* Sed notandum, Annaliſtas hoſce diu poſt finitum cum Saxonibus bellum ſcripſiſſe, & ex vſu temporum ſuorum nomenclaturam ſumſiſſe. (6) Quem propterea laudat P. LAMBECIVS *l. 2. Biblioth. Caeſ. c. 5. p. 64.* (7) GVILLIMANNVS l. 2. de reb. Heluet. p. 148. ſeq. *Walen cum prope omnes Germani, qui alia quam Germania vtuntur lingua, tum praecipue Italos nominant.*

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCVS IVNIVS *in obseruationibus ad Willerami paraphrasin Cantici Canticorum p. 231.* Wael, Wale, *peregrinus, alienigena.* KNICHEN de iure territ. d. 4. n. 273. notat, Heluetios *linguam exoticam, quaecunque ea sit, modo non pertipiant, Wallicam vocitare.* Hodie adhuc Leodienses, quoniam lingua Gallica corrupta vtuntur, Luckerwalen vocari consueuerunt. Hinc Welſch / quasi Walliſch / quod vsurpatur quoque de Gallis. Vnde Archiepiscopus Treuirensis apud LEHMANNVM *l. 7. Chron. Spir. c. 72.* & in Aureae Bullae Germanica versione *tit. 1.* audit Erz-Cantzler im Welſchenlande / i. e. Archi-Cancellarius Galliae. Equidem & hic diuisura subnascitur ex scriptura Francicorum Annalium, in quibus non Ostualos & Westualos legimus, sed Ostfalaos & Westfalaos, & in CAPITVLARI KAROLI M. de partibus Saxoniae An. DCCXCVII. praefatione est: *Congregatos fuisse Saxones de diuersis Pagis, tam de Westfalais & Angrariis, quam & de Ostfalahis.* Sed obseruandum, minus accuratam temporum illorum fuisse scripturam, eique causam dedisse asperam Germanicae nationis populorum pronunciationem. Vt compluribus aliis exemplis, si opus videretur, posset demonstrari. Otfridus sane Monachus, qui Germaniae sermonem primus litteris tractare est aggressus, linguam Teutonicam appellauit scriptu perdifficilem, propter sonum incommodum & litterarum pleruinque congeriem. Frequentem tum fuisse literae V. cum F. permutationem, luculentis testimoniis confirmat de Fulda & Vulda, de Vuolrado & Fulrado. STEPHAN. BALVZIVS in not. *ad Agobardum de iudic. superstition. a princip.* (8) Confirmari hoc potest alio eoque insigni argumento. Constat fere inter omnes, Britones, quos Anglo-Saxones, de Germania in Britaniam aduecti, sedibus suis deturbarunt, ab his *Vealas* siue *Wallos* dictos, & quidem *VESTVEALAS*, *WESTWALES*, in occidentali Walliae parte sitos, & *NORDVEALAS* siue Boreales Wallos, vt manifestum est ex supra laudato Chronographo Saxonico vetere, in quo passim eorum fit mentio, & ex explicatione nominum locorum, quam nouae Chronographi illius Anno MDCXCII. curatae editioni adiecit EDMVNDVS GIBSON Anglus. (9) De quo videatur in compend. SCHATENVS *histor. Westph. l. 6. ad An. DCCLIII.*

CAPVT IV.

DE THVRINGIS.

§. I.

DE rebus Thuringorum antiquissimis pauciſſima habemus. Inter iuniores praeclare de iis meritus est CASPAR SAGITTARIVS, cuius extant *epistola de antiquo statu Thuringiae; antiquitatum regni Thuringici libri duo; & antiquitatum Gentilismi & Christianismi Thuringici libri tres.* *Scriptores.*

§. II.

Qui a CASSIODORO Senatore Toringi, a Graecis auctoribus & GREGORIO TVRONENSE Thoringi; a IORDANE & aliis Thuringi appellantur. Origo nominis, perinde vt gentis, est incertissima (1). Si coniecturae locus, videntur plures Germaniae nationes, exemplo Alemannorum, Francorum, Saxonum, quibus erant interpositae, in vnum populum coaluisse. Prima eorum mentio apud VEGETIVM RENATVM in *Mulomedicinae siue artis veterinariae l. 4. c. 6.* qui, si idem scriptor est, cuius de re militari extant libri quinque (vt Comes Nuenarius existimauit, qui A. MDXXIIX. mulomedica illa edidit) vixit seculo aerae Christianae quarto, imperante Placido Valentiniano Augusto. Ait is, Thuringos equos (2), perinde vt Burgundiones, iniuriae tolerantes esse. Post eum EVGIP- *Thuringorum appellatio. Eius, vt & gentis origo. imperii amplitudo.*

Digitized by Google

PIVS, qui post medium seculi quinti floruit, in Vita S. Seuerini c. 27. & c. 31. bis Thuringorum meminit, frustra errorem in verbis hisce suspicante MARCO VELSERO. Videntur latam regionem insedisse (3). Nam ita ANONYMVS RAVENNAS l. 4. Geograph. §. 25. *Ad faciem patriae Francorum Rhenensium est patria, quae dicitur Turingia, quae antiquitus Germania nuncupatur, quae propinquatur & patriae Saxonum. In qua Patria aliquanta castella fuisse legimus, id est, per quam Thuringorum patriam plurima flumina, inter coetera quae dicuntur Bac* (forte Nab) *& Reganum* (Regen, vnde Regenspurg, vbi influit Danubio) *quae in Danubio merguntur.*

(1) Thuringos sub Reudingis, quorum TACITVS meminit, latere existimantem CLVVERIVM iam supra audiuimus. *Idem l. 3. G. A. c. 29.* Theuriochaemas, quos PTOLEMAEVS supra montes Sudetos collocat, Thuringos esse coniicit. Ab idolo *Thor*, quod coluisse putantur, quidam dicunt nomen, nec id improbabile visum SAGITTARIO *l. 2. de antiqu. regn. Thuringiae c. 3.* (2) Theodericus Rex Ostrogoth. apud CASSIODORVM *IV. Variar. 1.* praedicat eximie Thuringos equos, sibi ab Herminafrido Rege dono missos, & IORDANES *de rebus Geticis c. 18.* equos Thuringos laudat. (3) PROCOPIVS in Gothicis sua aetate Burgundiones proxime Thuringis collocauit. Τῶν Θορίγγων inquiens Βουργουίωνες ἐς πελάω ἀποικεν. Falso autem scribit SIFFRINVS PRESBYTER l. 1. epitomes: *Erat tunc Thuringiae terra spatiosa, quae a natione Francorum protendebatur usque ad Oceanum, contra Septentrionem.* Etsi quidam Iuniorum id improuide sequantur.

§. III.

Reges Thuringorum. Qui mores populi (*inter ceteras claríssimas ac ferocissimas nationes gentem Thuringorum nobilissimam* vocat BOETHIVS WLFINVS Episcopus *libro de vita Iuniani confessoris ad Godolenum Abbatem*) quae reip. ratio fuerit, nemo veterum tradidit. Regiam apud eos viguisse potestatem inde intelligitur, quod Reges non electione sed successione ad imperium peruenerunt & regnum inter se partiti sunt, vt exemplo Hermanfredi, Boderici & Bertharii fratrum, quorum quisque in sua parte regnauerunt, intelligitur. De quo postea. Incertus Auctor, qui ante annos circiter trecentos de Landgrauiis Thuringiae scripsit, veterem aliquem Historicum secutus, tradit: Meruigum quendam, cognatum Regis Francorum, de sententia consilioque eiusdem Regis a Thuringis An. CCCCXXXVI. Regem electum esse, qui castrum prope Erpfesfurtum exstruxerit, ac Merwigsburgum suo nomine appellauerit. Post Meruigum regnauisse in Thuringia Bassinum, quem GREGORIVS TVRONENSIS *l. 2. hist. Franc. c. 12.* Bisinum, AIMOINVS Bissinum, Hildebertus Bessinum dixit, ad quem Childericus Francorum Rex, regno expulsus, confugerit, & cuius vxorem Basinam, quae ipsum reuersum in Franciam secuta erat, in matrimonium acceperit, ex qua Clodoueum tresque filias; nimirum Audefledim, Lauthildim & Albofledim tulit. Bassino successisse Irmenfridum (Bassini Regis, vt arbitramur, filium) quem Procopius, notante eodem HADR. VALESIO *l. 7. Rer. Francic. p. 334.* HERMENEFRIDVM, CASSIODORVS SENATOR HERMINAFRIDVM, IORDANES & FORTVNATVS Hermenefredum, aliqui Hermenfredum & Hermenfridum appellant. Fratres eius fuere Badericus atque Bertharius, a quibusdam Bertecharius, ac Britharius, Hildeberto Berectarius dictus, in sua quisque parte cum ipso regnantes. Bertharius ab Hermanfredo fratre nefarie interemtus, reliquit filium & filiam Radegundem nomine, quam

Digitized by Google

quam cum fratre captam, quod esset excellentis formae, Clotarius Francorum Rex vxorem duxit, cuius virtutes descripsere VENANTIVS FORTVNATVS & HILDEBERTVS CENOMANENSIS Episcopus *vita S. Rhadeguntis.* Hermanfredi vxor fuit ambitiosa foemina, Amalaberga (1) PROCOPIO, Ameloberga GREGORIO TVRONENSI & aliis Amelberga dicta; Amalafridae sororis Theoderici Ostrogothorum Regis filia (2) (Aimoinus mendose Theoderici Ipsius filiam vocat) ex qua sustulit Amalafridum (3), quem metu Francorum cum matre in Italiam profugum Iustinianus Imp. magistrum militiae fecit, & Ranicundam siue Ranigundam Waconi, Langobardorum Regi, vt PAVLVS WARNEFRIDVS, siue, vt Procopius scribit, Audoino eius successori nuptam. Nisi forte Audoinus filiam natu minorem duxit. Habuit enim Hermanfredus plures filias. Vt visum quoque VALESIO.

(1) Iudicio HADR. VALESII *femina digna, quae publica ruina protereretur, nec Thuringiae excidio, cuius causa erat, superesset, ambitiosa, superba, intolerabilis matris demum filia.* Siquidem Amalafrida eius mater Thrasamundi, Vandalorum Regis vxor, ob insidias successori Thrasamundi Hilderico structas, capta & in custodia priuata mortua est. v. CASSIODORVM *IX. var.* 1. (2) Quam proinde neptem suam ex sorore vocat Theodericus Rex apud CASSIODORVM *IV. var.* 1. (3) De quo merentur legi, quae HADRIANVS VALESIVS *l.* 7. *Rer. Francic. p.* 363. *seqq.*

§. IV.

Ceterum Thuringis iam Clodoueus, cum in agrum confinium Francorum incursionem fecissent, victis tributum imposuerat. Quomodo intelligendus GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 2. *Hist. Franc.* 28. scribens: *Decimo regni sui anno Thoringis bellum intulit Clodouaeus, eosdemque suis ditionibus subiugauit.* Nam in gestis Regum Francorum c. 10. est: *Deuicto populo totaque terra vastata, Toringos tributarios Francorum fecit.* Factum id A. CCCCXCI. At filius huius Theodoricus, Austrasiorum Rex, iam supra nominati Hermanfredi Thuringorum Regis, cui contra Badericum fratrem auxilio venerat, perfidiam vlciscens, victo eo & post necato, Turingiam cis Vnstrutam imperio suo adiunxit. Id quod nonnulli A. DXXIV. alii DXXV. alii DXXIIX. alii DXXX. H. VALESIVS *l.* 7. *Rer. Francic. p.* 361. A. DXXXI. factum tradunt. Sed iuuat audire GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 3. *hist. Francor. c.* 4. „Porro tunc apud Toringos tres fratres re- „gnum gentis illius retinebant: i. e. Badericus, Hermenefridus, atque Berthari- „us. Denique Hermenefridus Bertharium fratrem suum vi opprimens, in- „terfecit. Is moriens Radeguntem filiam orphanam dereliquit: reliquit autem „ & alios filios, de quibus in sequentibus scribemus. Hermenefridi vero vxor „ iniqua atque crudelis, Amalaberga nomine, inter hos fratres bellum ciuile dis- „seminat. Nam veniens quadam die ad conuiuium vir eius, mensam mediam „ operam reperit. Cumque vxorem, quid sibi hoc velit, interrogaret, re- „spondit: Qui, inquit, a medio regno spoliatur, decet eum mensae medium „ habere nudatum. Talibus & his similibus ille permotus, contra fratrem in- „surgit, ac per occultos nuntios Theudericum Regem ad eum persequendum „ inuitat, dicens: Si hunc interficis, regionem hanc pari sorte diuidemus. Ille „ autem gauisus, haec audiens, cum exercitu ad eum dirigit. Coniunctique

Thuringorum regnum ad Francis subiugatum.

Digitized by Google

„ simul fidem sibi inuicem dantes, egressi sunt ad bellum. Confligentesque cum „ Baderico, exercitum eius atterunt, ipsumque obtruncant gladio: & obtenta „ victoria, Theudericus ad propria est reuersus. Protinus Hermenefridus ob„ litus fidei suae, quod Regi Theuderico indulgere pollicitus est, implere de„ spexit, ortaque est inter eos grandis inimicitia. Idem *d. l. c.* 7. Post Theude„ ricus, non immemor periurii Hermenefridi Regis Thoringorum, Chlota„ charium fratrem suum in solatium suum euocat, & aduersum eum ire dispo„ nit, promittens Regi Chlotachario partem praedae, si eis munus victoriae „ diuinitus conferretur. Conuocatis igitur Francis, dicit ad eos: Indignamini, „ quaeso, tam meam iniuriam, quam interitum parentum vestrorum, ac reco„ lite Thoringos quondam super parentes nostros violenter aduenisse, ac multa „ illis intulisse mala, qui datis obsidibus, pacem cum his inire voluerunt: sed „ illi obsides ipsos diuersis mortibus peremerunt: & inruentes super parentes „ nostros, omnem substantiam abstulerunt, pueros per neruum femoris ad ar„ bores appendentes, puellas amplius ducentas crudeli nece interfecerunt: ita „ vt ligatis brachiis super equorum ceruicibus, ipsique acerrimo moti stimulo „ per diuersa petentes, diuersas in partes foeminas diuiserunt. Aliis vero super „ orbitas viarum extensis, sudibusque in terram confixis, plaustra desuper one„ rata transire fecerunt, confractis ossibus, canibus, auibusque eas in cibaria „ dederunt. Nunc autem Hermenefridus, quod mihi pollicitus est, fefellit, & „ omnino haec adimplere dissimulat. Ecce verbum directum habemus: eamus „ cum Dei adiutorio contra eos. Quod illi audientes, & de tanto scelere indi„ gnantes, vno animo eademque sententia, Thoringiam petiuerunt. Theu„ dericus autem Chlotacharium fratrem suum, & Theudebertum filium in sola„ tium adsumens, cum exercitu abiit. Thoringi vero venientibus Francis do„ los praeparant; In campo enim, in quo certamen agi debeat, fossas effodi„ unt: quarum ora, operta denso cespite, planum adsimulant campum. In „ has ergo foueas, cum pugnare coepissent, multi Francorum equites corrue„ runt, & fuit eis valde impedimentum: sed post cognitum hunc dolum obser„ uare coeperunt. Denique cum se Toringi caedi vehementer viderent, fuga„ to Hermenefrido Rege ipsorum, terga vertunt, & ad Onestrudem fluuium „ vsque perueniunt. Ibique tanta caedes ex Thoringis facta est, vt alueus flu„ minis cadauerum congerie repleretur: & Franci, tanquam per pontem ali„ quem, super eos in litus vlterius transirent. Patrata ergo victoria regionem „ illam capessunt, in suam redigunt potestatem. Clotacharius vero rediens, „ Radegundem, filiam Berthari Regis secum captiuam abduxit, sibique eam in „ matrimonium sociauit. Cuius fratrem postea iniuste per homines iniquos oc„ cidit. Illa quoque ad Deum conuersa, mutata veste monasterium sibi infra „ Pictauensem vrbem construxit, quae orationibus, ieiuniis, vigiliis atque elee„ mosynis praedita in tantum emicuit, vt magna in populis haberetur. Post. c. 8. „ Idem vero (Chlotarius) regressus ad propria, Hermenefridum ad se data fide „ secutum venire praecepit, quem & honorificis ditauit muneribus. Factum est „ autem dum quadam die per murum ciuitatis Tulbiacensis confabularentur, „ a nescio quo impulsus de altitudine muri ad terram conruit, ibique spiritum „ exhalauit. Sed quis eum exinde deiecerit, ignoramus (1): multi tamen adse„ runt Theuderici in hoc dolum manifestissime patuisse. Addatur VENANTII

FOR-

Digitized by Google

FORTVNATI *poëma de excidio Thuringiae*, quod ex veteri codice, in monasterio quodam Treuiris inuento, edidit CHR. BROWERVS, & antiquitatibus regni Thuringiae inseruit TH. SAGITTARIVS.

(1) FREDEGARIVS *in epitome* Herminafridum a Theodeberto Theodorici filio interfectum, Aimoinus a Theoderico ipso de muro praecipitatum dicit; Addit AIMOINVS secutus (vt solet) veterem auctorem de gestis Francorum Theodorici, Merouingorum Regum penultimi aequalem, Herminafridi liberos iussu Theodorici interfectos esse, totumque regnum Toringiae (vti & Fredegarius tradit) ab eodem subactum & occupatum. Enimuero liberos Herminafridi interfectos esse, falsi reuincitur ex iis, quae supra attulimus.

CAPVT V.

DE FRISIORVM POPVLO.

§. I.

DE nobilissimo hocce populo (1), qui inter Germanos vnus cum Cattis & Sueuis vetus nomen in hunc vsque diem retinuit, multa ac fere praecipua ex antiquitate ignoramus, aliqua non nisi per coniecturas cognoscimus. Nam quae Occa quidam Scarlensis, CAROLI M. & eius aetatis fere aequalis scriptor Frisius, de ea gente prodidit, cum aliis eius generis scriptis, inter commenta merito referri debent, vt abunde ostendit egregius rerum Frisicarum scriptor VBBO EMMIVS *l. 3. histor. Rer. Frisicar. ad An. DCLXXIX.* & peculiari libro, cuius iam supra *mentionem fecimus*, est prosecutus. *Frisicarum rerum scriptores.*

(1) *Clarum inter Germanos Frisiorum nomen* dicit TACITVS *IV. Annal.* 74. §. 1.

§. II.

Frisios hosce sequior aetas etiam Frisones & Frigones dixit, vt liquet cum ex aliis, tum ex ANONYMO RAVENNATE, qui etiam Frixos nuncupat (1) *l. 5. nomenclatura Geograph. §. 28.* & *l. 4. §. 23.* eorum patriam ait, iuxta litus Oceani coniungi cum Saxonia. *Frisiorum*

(1) Plane vt in LL. Longobard. l. 2. tit. 21. c. 1. vbi legitur, *Saxo aut Friso*, vetus exemplar habet, *Saxo aut Frixus*, vt ad Capit. Francor. notauit STEPHAN. BALVZIVS *tom. 2. p.* 1052.

§. III.

Ante omnia autem notari conuenit, olim multo angustius acceptum Frisiorum vocabulum, quam media aetate & nunc, vt recte obseruauit laudatus EMMIVS, cuius verba ipsa adscribemus *Commentat. de Frisiorum Republica intra Fleuum & Lauicam in principio*: „Nam temporibus, inquit, suis intra Rheni „ostium Batauorum insulam a septentrione claudens, & Amasum Chaucorum „terminum occidentalem, in ora Oceani, TACITVS, & PTOLEMAEVS hoc nomine dictos constringunt (1). PLINIVS V. etiam ante hos, qui primus omnium „scriptorum Latinorum Frisios nominat, iuxta Batauos eos collocat, & cum „iis *Frisiae finis diuersi.*

Digitized by Google

„ iis Caninefates, Chaucos, Frisiabones, Sturios, Marsatios simul coniungit:
„ sed terminum occidentalem non designat. At aetate media, labente iam Ro-
„ mana potentia, temporibusque sequentibus, multo latius Frisiorum nomen
„ patuit secundum Oceani Germanici litus, non solum ad orientem solem, sed
„ etiam ad occidentem. Nam in ortum non tantum trans Amasum continuo
„ tractu porrigere se coepit, sed & trans Visurgim, & Albim, ac Eidoram in
„ Daniam vsque. Versus Occidentem vero vsque in Mosam, extincto sensim
„ Batauico nomine, & gente bellorum casibus exhausta, colonis nouis aliis post
„ alios isthuc influentibus, idem Frisiorum nomen inualuit, vt ex optimis au-
„ ctoribus liquet (2). Ac non desunt hodie, & proximo seculo vixerunt, qui
„ ad Scaldim etiam fluuium, vbi nunc Selandicae insulae sunt, hanc ipsam ap-
„ pellationem in vsu fuisse, atque adeo Scaldim transcendisse contendant: quod
„ & in Historia dudum ostendi. Sed citius inualescente Francorum potentia,
„ Frisiorum nomen ad occidentem Mosae obliteratum est. Inter Mosam autem
„ & medium Rheni alueum, vbi vetus Batauia fuit, haesit multo diutius, & du-
„ rauit ad tempora Imperatoris Henrici IV. qui ab anno Christi MLVII. ad an-
„ num MCVIII. imperio praefuit. Eo enim imperante cum scriberet optimus
„ historiae suorum temporum conditor LAMBERTVS SCAFNABVRGENSIS, Fladiring-
„ gam in ripa Mosae infra Roterodamum sitam, & Rinerburgum, in solo ve-
„ teris Batauiae oppidum, munitissimas Frisiae vrbes vocauit. De Vltraiecto
„ addere vix ad rem facit, quam eiusdem fere aeui scriptor doctissimus HER-
„ MANNVS CONTRACTVS, Comes Verienfis, in rebus Henrici III. Imperatoris,
„ qui priori pater fuit, ad annum MXLVII. Frisiae vrbem nuncupauit. Nam
„ hanc in solo priscae Frisiae, quam TACITVS & PTOLEMAEVS nobis designarunt,
„ aut in ipso Batauiae & Frisiae termino positam esse, in confesso est. Et pri-
„ mos huius vrbis Episcopos, Frisiorum Episcopos pastoresque vulgo dictos es-
„ se, & plerosque sanguinis Frisici fuisse, & in Frisia potissimum docuisse, ne-
„ mo credo negauerit ob probos rei testes, scriptores veteres recentesque. Hol-
„ landici autem nominis vsum ad significandam regionem Batauorum veterum,
„ titulo Comitatus, sero admodum istic receptus est, nec nisi post tempora scri-
„ ptorum, quos paulo ante nominaui, HERMANNI CONTRACTI & LAMBERTI SCAF-
„ NABVRGENSIS. Nec quando omnino coeperint, ipsi etiam doctissimi Hollan-
„ di, quanquam curis huc versis, hactenus certum dicere potuerunt.„ *In Frigonum patria nullo modo ciuitates fuisse legimus*, ait ANONYMVS RAVENNAS l. 4. Geographh. §. 23. *exceptis duobus, quae antiquitus leguntur. Bordonchar* (3) *& Nocdac* (4). Caeterum Frisios in *Maiores* & *Minores* distinguit Tacitus, sequiores historici in *Orientales* & *Occidentales*, seu in Ostfrisios & Westfrisios, alias in Ostrachiam & Westrichiam. Sed horum alia quondam, atque nunc, ratio ac sedes. Nam Frisios Orientales ab Occidentalibus Burdo amnis ciuitate Leouarda & Dockomo opido insignis, modo vero Amasius fluuius dirimit ac separat.

(1) Idem TACITVS IV. hist. 15. §. 5. *gentem transrhenanam vocat.* & de M. G. c. 34. §. 1. postquam dixerat de Angriuariis & Chamauis, subiicit: *a fronte Frisii excipiunt. Maioribus minoribusque Frisiis vocabulum est, ex modo virium. Vtraeque nationes vsque ad Oceanum Rheno praetexuntur, ambiuntque immensos insuper lacus & Romanis classibus nauigatos.* (2) Annales Metenses ad An. DCCCXXCV. quam Batuam prouinciam & insulam non semel appellant, ibidem appellant & Frisiam. Quare BEDA citeriorem Frisiam vocat, vt distinguat ab vlteriore siue Transrhenana Frisia.

Digitized by Google

Frisia. Verba eius sunt l. 5. histor. c. 11. haec de Pippino Duce Francorum, auo Pippini Regis: *Et quia nuper citeriorem Frisiam, pulso inde Rhatbedo Rege, ceperat, illo eos* (Egbertum cum vndecim sociis) *ad praedicandum misit.* Vbi sub nomine Frisiae citerioris videtur intelligi illa pars, quae cis Fleuum, & inprimis circa Vltraiectum sita & Hollandia post audire coepit, vt colligere est *ex vita Seiberti*, quae MARCELLINVM auctorem praefert, & exhibetur in actis Sanctorum Surius si modo tutae esset fidei. Ipse etiam BEDA d. l. c. 12. scribit, Pippinum *Willebrordo donasse locum Cathedrae Episcopalis in castello suo illustri, quod antiquo gentium illarum vocabulo Wylteburg, id est, opidum Wiltorum, lingua autem Gallica Traiectum vocetur.* Quin & annales Francorum Bertiniani Frisiam vsque ad Mosam profetunt: Sic enim in A. DCCCXXXIX. loquens de tota Frisia trans & cis Rhenum: *Ducatum Frisiae vsque Mosam.* Adde alia loca apud HADRIANVM VALESIVM *notit. Galliarum, voce Frisia Cisrhenana seu citerior aut occidentalis.* & l. 23. *Rerum Francicarum.* (3) Forte dicta a flumine *Bordne*, quod Westragouiam ab Austragouia separat, & Francici Historici Burdionem appellant. (4 Nomodac contracte Nocdac. in Annal. Francor. Bertinianis An. DCCCLXI. vbi ponitur in vicinia Doreslati.

§. IV.

Mores Frisiorum qui antiquis Germanis fuere. Eorum conuersionem ad fidem Christianam tentauit S. ELIGIVS, teste B. AVDOINO *l. 2. vitae c.* 3. ac post eum S. Wilfridus, Eboracensis Episcopus, Egbertus & Wigbertus, Britannici Presbyteri. Verum tota huius facti gloria SS. Willibrordo (1) ac Bonifacio eorumque sociis tribuenda est, vt ex vita Bonifacii Archiepiscopi Moguntini claret. *Frisiorum mores & religio.*

(1) Vitam huius habes in MABILLONII *secul. III. Actor. ord. S. Benedicti part. 1.*

§. V.

Caeterum Frisios antiquissimis temporibus more aliarum Germaniae nationum peculiarem constituisse ciuitatem sub populari regimine, vt vt regie temperato, ex supra dictis in parte prima intelligitur. Postea partem eos Francorum fecisse (1), non pauci iuniorum crediderunt: quoniam Francos olim maritimos fuisse inter Amasim & Albim, eoque ex littore piraticam exercuisse, ex EVTROPIO, MAMERTINO, AMMIANO, discimus. Quanquam nullibi inter Francorum populos Frisii memorantur, vt recte obseruauit CLVVERIVS. Illud certum est, & iam supra demonstratum, digressis in Galliam Francis, Frisios Saxonibus se coniunxisse (2), siue odio religionis Christianae, quam Franci illi profiteri coeperant; siue societate piraticarum depraedationum cum Saxonibus inita. Vid. CLVV. *l.* 3. *G. A. c.* 20. *p.* 585. *Frisiorum respublica.*

(1) Vid. HADR. VALES. *praef. rerum Francicar. & in notit. Gall. voce Francia ab init.* VBBO EMMIVS *l.* 1. *rerum Frisic. hist.* (2) Eos cum Saxonibus & Anglis Britanniam petiuisse, quidam existimant. Nam ita LVDGERVS in vita Suidberti, gentilis sui & laborum socii, quam ad Gregorium Vltraiectinum Episcopum scripsit: *Ipse Suidbertus sitiebat salutem omnium hominum & praecipue paganorum Frisiorum & Saxonum, eo quod Angli ex ipsis propagati sint.* Ibidem de Willibrodo ac Suidberto reliquisque eorum sociis: *Quoniam*, inquit, *sancti Doctores propagati fuerunt in Anglia de stirpe Frisonica & Saxonica, ideo conuenienter potuerunt iis praedicare euangelium Christi lingua Germanica.* PROCOPIVS l. 4. Gothicor. inter gentes, quae Britanniam incolunt, nominat *Angilos, Frisones, & Britones.* Adde illustr. TEMPLII *obseruat. circa stat. foederat. Belgii c. 2. p. 216. seq.* vbi exinde similitudinem morum & institutorum in hodierna Frisia & Anglia deducit.

Digitized by Google

§. VI.

Et regnum, quod deſtruxere Franci.

Demum cum Merouingi adhuc regnum in Francia tenerent, Friſii in peculiarem ſeceſſerunt rempublicam, eorumque Reges memorantur Ritzertus, Aldegillus (Aldgislus Bedae, alii Adalgiſum vocant) & huius filius Radbodus, cuius filia Theodoſinda Grimoaldo, Pipini Craſſi, Maioris Domus in Francia, filio legitimo natu minori, nupſit. Radbodo huic bellum fecit Pipinus modo dictus Craſſus, quod religionem Chriſtianam, quam patris Aldegilli fauore Wilfridus Anglus Friſiae intulerat, extirpaſſet, & in turbis regni Franciae, quas Ebroinus excitauerat, Wiltaburgum (quod nunc Vltraiectum audit) Francici iuris oppidum collectis copiis cepiſſet ac diruiſſet. Quo in bello cum Radbodus eſſet inferior, in interiora Friſiae refugiens, pacem petiit & impedimentum ſe in poſterum religioni ac doctrinae Chriſtianae non allaturum promiſit; Pipinus autem viris ſanctitate morum & doctrina conſpicuis, numero duodecim, in quibus praecipuus Willebrordus, quos Egbertus ex Hibernia miſerat, Friſiam citeriorem, Radbodo ereptam, & in hac ſedem Vltraiectum dedit. Quorum aduentus ab ipſo MARCELLINO coniicitur in annum Chriſti DCXC. (1) imperante in Oriente Iuſtiniano iuniore, Pogonati filio, Sergio apud Romanos Pontificatum tenente & in Anglia apud Northumbros rerum potiente Aldfrido. Quanquam Radbodus fidem ad extremum non ſeruauit, imo Francos Auſtraſios bello laceſſere non dubitauit, in quo Carolus Martellus Pipini illius e pellice filius, bello cum Neuſtraſiis implicitus, proelio ab eodem ſuperatus A. DCCXVI. vt teſtantur geſta Francorum c. 52. & Auctor hiſtoriae Fr. iuſſu Childebrandi ſcriptae, vnde inſolentior factus Radbodus A. DCCXIX. nouam expeditionem parabat, cum mors eum oppreſſit. Nam ita FISENVS in floribus Leodienſibus ſcribit: *Intellexere ſocii Friſiorum Principem obiiſſe, cum alteram in Francos pararet expeditionem, qui priore victoria inſoleſcens, magnum omnibus ſuorum armorum incutiebat terrorem.* A quo tempore cum eius ex Aldegillo filio nepotes Gondebaldus & Radbodus impuberes eſſent, & ſub tutoribus agerent, pax aliquamdiu inconcuſſa ſtetit; donec cum Friſiis iterum meditarentur bellum & religioni Chriſtianae moleſti eſſent, idem Carolus Martellus Anno Chriſti DCCXXXIII. (2) ſuſcepta expeditione maritima, eis anno ſequente ad flumen Bordne ingenti, cum Poppone eorum Duce, ſtrage fuſis ac perculſis, Friſiam omnem ditioni Francorum ſubiecit, faniſque & lucis exciſis, conſternatam gentem Chriſti cultum recipere coëgit. Nam ita Annales Metenſes: *Anno ab incarnatione Domini DCCXXXIV. Karolus Princeps in Friſiam proficiſcitur, omnesque rebelles eius gentis trucidauit, ceterosque, quos viuos reliquit, acceptis obſidibus, ſuae ditioni ſubiugauit.* ANONYMVS, qui Francorum hiſtoriam iuſſu Childebrandi conſcripſit, appendicem ad eandem hiſtoriam ab hoc bello, quod omiſerat, ſic orditur, *Itemque, quod ſuperius praetermiſimus, in gentem duriſſimam maritimam Friſionum nimis crudeliter rebellantem, praefatus Princeps Carolus audacter nauali euectione properat, certatim altum mare ingreſſus, nauium copia adunata, Auſtrachiam & Weſtrachiam, inſulas Friſionum, penetrauit, ſuper Bordone fluuio caſtra ponens, Poponem gentilem Ducem illorum, fraudulentum Conſiliarium interfecit, exercitum Friſionum proſtrauit, fana eorum idololatriae contriuit atque combuſſit igni, cum magnis ſpoliis & praedis victor reuerſus eſt in regnum Francorum.*

Digitized by Google

corum. Adde quae recisis fabulis, fuse narrauit VBBO EMMIVS *Historiae rerum Frisicarum libro quarto integro.*

(1) SIGEBERTVS Annum DCXCII. nominat, alii longius & quidem in A. Christi DCXCVII. reiiciunt, quos secutus HADRIAN. VALESIVS *l.* 25. *Rer. Francicar. ad d. A.* (2) Ad quem annum etiam retulit Sigebertus, & secutus HADR. VALESIVS *l.* 24. *Rer. Francic. p.* 495. At Annales Fuldenses A. DCCXXIX. ponunt.

CAPVT VI.

DE BVRGVNDIONVM REGNO, IN GERMANIA PRIMA ET GALLIA.

§. I.

PEruenimus ad Germanos, qui in Gallia & Italia sedes posuerunt, & tandem sub Francorum ditionem redacti sunt. In his primi Burgundiones, quos Procopius & Agathias Burgunziones & nonnunquam Burguziones, IORNANDES manuscriptus Burgunzones, Gundebodingos Carolus M. *l.* 1. *Capit. Franc.* 63. a Gundebado Rege appellat. Eos distinguendos a Burgundionibus, Scythica gente Transistriana siue vltra Istrum habitante, qui a Claudio Ptolemaeo Fragundiones, a Claudio Mamertino *in Genethliaco Maximiani Augusti* Burgundii, ab Agathia Burgundi dicti, monet HADR. VALESIVS (1) *l.* 1. *Rer. Francicar. p.* 50. *seq.* id notatu dignum existimans, vt studiosi facilius auctores de vtrisque loquentes intelligerent, neque ex Germanis & Scythis confusis gentem vnam facerent.

Burgundiones Germani distinguendi a Burgundionibus Transistrianis.

(1) Quam firmis hic rationibus nitatur, aliis iudicandum relinquit CL. CELLARIVS *l.* 2. *Geograph. antiqu. c.* 5. *p.* 480. Nos hactenus accedimus VALESIO, vt existimemus, Burgundiones diuersis in locis consedisse. Transistrianos autem Germanos fuisse, negare vix sustinemus.

§. II.

De Burgundionibus, transrhenana quondam gente, abhinc Galliae incola, post veteres egerunt GVILELM. PARADINVS *in Annalibus Burgund. A. MDCLXVI.* editis, NICOLAVS VIGNIERIVS *in rerum Burgundiarum Chronico*, quod ab An. CCCCIIX. ad annum MCCCCLXXXII. deduxit, & SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS *in histor. veter. regni populique Burgundionum.*

Scriptores rerum Burgundicarum inuniores.

§. III.

Populus hic, de quo supra in parte altera agere occepimus, A. CCCCVI. Arcadio VI. & Probo Coss. Honorio imperante, (eodem fere tempore quo Alani, Vandali & Sueui) Rhenum sine difficultate transiit, quoniam Stilico citeriorem fluminis illius ripam praesidiis nudauerat (1), & sexennio post An. CCCCXIII. Heracliano & Lucio Coss. partem Galliae propinquam Rheno, hoc est, partem superioris seu primae Germaniae, ripae fluminis appositam, obtinuit, Gundicario Rege, vt TIRO PROSPER & CASSIODORVS *in fastis* tradunt. Ast cum A. CCCCXXXV. Gundicarius Rex Belgicae primae manum iniiceret, altero

Origo Regni in Gallia & progressus.

Digitized by Google

tero autem anno ab Aëtio Magistro militum & Patricio fusus (2), XX. millibus amissis, ab eodem pacem impetraret, pauloque post ab Vptato, Hunnorum (quorum auxilia ex Dacia Transdanubiana Romani accersiuerant) Rege, occideretur, reliquiae huius populi, pene exciſi Anno CCCCXLIII. Maximo II. & Paterio Coss. anno XX. post Honorii Augusti mortem (vti PROSPER in *Chronico ait*) Sapaudiam, regionem inter Rhodanum ac Alpes iacentem, beneficio Valentiniani Imperatoris, curante Aëtio Patritio, possederunt, & subactis paulatim per occasionem finitimis, regni terminos promouerunt (3). Quo factum, vt Sigismundo, Rege Burgundionum penultimo, tenerent quatuor prouincias Galliarum (4) ferme integras, Alpes scilicet Graias, Viennensem primam, Lugdunensem primam, exceptis aliquot pagis, & Lugdunensem quintam; adhaec pleraſque ciuitates in finitimis prouinciis, Niuernum in Lugdunensi quarta; Ebredunum in Alpibus maritimis; Secusteronem (Sisteron) Aptam (*Apt*) Iuliam & Vapincum (*Gap*) in Narbonense secunda; Cabellionem, Auenionem, Vasionem, Carpentoracten, (*Carpentras*) Aurasionem, Diam, (*Die*) Tricastinum (*Tricastin*) & Vivarium (*Viviers*) in Viennensi secunda siue Arelatensi. Vt patet ex catalogo Episcoporum, qui concilio Epaonensi XVII. Kalend. Octobr. An. Christi DXVII. sub Sigismundo Rege subscripserunt. Quanquam bello cum Clodouei filiis, Francorum Regibus (5), in quo Sigismundus Rex interfectus, vt infra dicemus, & Chlodomeris, Francicorum Regum vnus, occidit, Burgundiones partem regni amisisse videntur, si verum esset, quod Marius tradit, An. Christi DXXIV. Francorum Reges Burgundiae Reges sub potestatem suam redegisse. Nam in Synodo, vicesimo secundo regni Childeberti anno, hoc est, indictione XI. Iustiniano Augusto III. Consule, Anno Christi DXXXIII. apud Aurelianos habita, interfuere decretisque inprimis subscripsere Iulianus Episcopus Ecclesiae Viennensis, Agrippinus Aeduorum Episcopus, Asclepius Presbyter pro Adelphio Episcopo Rauracensi. Vienna autem & Augustodunum Aeduorum, (*Austum*) & Augusta Rauracum vel Rauricorum Burgundiae vrbes erant. Certe occasione belli huius Theodericus Ostrogothorum Rex, qui Prouinciam possidebat (6), partem Burgundiae regni Prouinciae finitimam acquisiuit, vt colligere est ex subscriptionibus Episcoporum, qui Synodum Arelatensem quartam in regno Ostrogothico sub Opilionis Consulatu, siue A. Chr. DXXIV. celebrarunt. Subscripsere enim Episcopi Philagrius Cabellicus, Praetextatus Aptensis, Iulianus Carpentoratensis, Florentius Arausicus, Florentius Tricastinus, Constantius Vapincensis, iidem omnino, qui Synodo Epaonensi A. DXVII. habitae interfuere. Ex quo cognoscitur, Cabellionem, Aptam Iuliam, Carpentorate, Arausionem, Augustam Tricastinorum & Vapincum, sub ditione Ostrogothorum fuisse. Nec id obscure indicat Athalaricus Rex apud CASSIODORVM IIX. Variar. 10. *Mittitur igitur Franco & Burgundio decertantibus, rursus ad Gallias tuendas* (Tolum vel Toluit Dux) *ne quid aduersa manus praesumeret, quod noster exercitus impensis laboribus vindicasset. Acquisiuit Reip. Romanae, aliis contendentibus, absque vlla fatigatione Prouinciam, & factum est quietum commodum nostrum, vbi non adiuimus bellica contentione periculum: triumphus sine pugna; sine labore palma; sine caede victoria: Tantum ergo eius gloriae debemus, quantum vtilitatis accepimus.* IDEM *XI. Var.* 2. ad Senatum Romanum commemorat, Godomarum precibus tum recepisse, quae Burgundiones in bello cum Francis amise-

Digitized by Google

miserant. Ait enim: *Burgundio quin etiam, vt sua reciperet, deuotus effectus est, reddens se totum, dum recepisset exiguum. Eligit quippe integer obedire, quam immunitus obsistere: tutius tunc defendit regnum, quando arma deposuit. Recuperauit enim prece, quod amisit in acie.* Ex quibus intelligi potest, non vere dixisse GREGORIVM TVRONENSEM & FREDEGARIVM, *Burgundiam tunc in Francorum potestatem redactam esse.* Nam serius id contigisse, infra dicemus.

(1) *Barbariem omnem inuitatam inquietatam a Stilichone*, est in *l.* 12. *C. Theodos. de bonis praescript.* PAVLVS OROSIVS, *Excitatae*, inquit, *per Stiliconem gentes Alanorum, Suenorum, Vandalorum, ipsoque simul motu impulsorum Burgundionum, multaeque cum his aliae copiae viribusque inclerabiles, quibus nunc Galliarum Hispaniarumque prouinciae premuntur; Francos proterunt; Renum transeunt; Gallias inundant; directoque impetu ad Pyrenaeum usque perueniunt: cuius obice ad tempus repulsae, per circumiacentes prouincias refunduntur.* CLAVDIANVS l. 2. de laudib. Siliconis:

Grates Gallus agit: quod limite tutus inermi
Et metuens hostile nihil, noua culmina tectis
Aedificet ripis: & saeuum gentibus amnem
Tibridis in morem domibus praeuelet amoenis.

Quae frustra in laudem Siliconis dicta esse euentus postea docuit. (2) De cuius vita & gestis in compendio videatur HADR. VALESIVS *l.* 3. *Rer. Franc. pag.* 126. *seq.* (3) Vnde Monachus Sangallensis l. 1. *de vita Karoli M. c.* 11. Burgundiones vocat *Eduos.* (4) Quae pars Galliae iam Burgundia cognominata est apud CASSIODORVM *l.* 1. *ep. vlt.* & a GREGORIO TVRONENSE *l.* 2. *histor. Francor. c.* 33. (5) De quo bello post veteres videatur HADRIANVS VALESIVS *l.* 7. *Rer. Francicar. ad An. DXXIII. & DXXIV. p.* 344. *seq.* (6) AVITVS Viennensis Episcopus in epistola ad Faustum & Symmachum Senatores Vrbis vocat *Prouinciam praefixis regnorum terminatam limitibus.*

§. IV.

Religionem Christianam amplexi sunt, cum adhuc regiones in Germania prima tenerent. Nam PAVLVS OROSIVS, qui Honorio & Theodosio Principibus, Valia Rege Gothorum, in Hispania cum Alanis Vandalisque bellante, historiam scripsit, Burgundiones iam tum Christianos fuisse *l.* 7. *histor. c.* 32. non obscure prodidit. Verba eius sunt: *Eorum esse praeualidam & pernicioſam manum Galliae bodieque testes sunt, in quibus praesumta possessione consistunt: quamuis prouidentia Dei omnes Christiani modo catholica fide nostrisque clericis, quibus obedirent, receptis, blande, mansuete innocenterque viuant, non quasi cum subiectis Gallis, sed velut cum fratribus Christianis.* Videtur autem eos initiauisse & tinxisse Seuerus, Treuirorum Episcopus, magnae sanctitatis vir, quem CONSTANTINVS *in libro II. de vita Germani* tradit, antequam in Britanniam, ad resurgentis haeresis Pelagianae incendium exstinguendum, vna cum Germano proficisceretur, *Gentibus primae Germaniae* (hoc est, Burgundionibus in prima Germania consistentibus) *verbum Dei praedicauisse.* Conf. A. *de vita Lupi, Episcopi Tricassini*, & HADRIANVS VALESIVS *l.* 3. *Rer. Francic. p.* 117. *seq.* Caeterum Burgundiones, qui postea Vesigothorum, vt credimus, contagione corrupti Arianam sectam sequi maluerunt, Sigismundo Rege circa Annum Christi DXVII. doctore ALCIMO AVITO (1), ab Ariana secta ad Catholicam ecclesiam cum populo suo rediisse, ex AGOBARDI *libro ad Legem Gundobadam* discimus. RELIGIO *Burgundionum.*

(1) Vid. ep. eius prima ad Gundobadum Regem. Conf. HADR. VALESIVM l. 7. Rer. Francic. p. 331. seq.

Digitized by Google

§. V.

Ceterae virtutes & vitia.

Reliqua eorum bona animi, corporis & fortunae quod attinet, *Burgundos bellicosos & gentis immensae viribus affluentes, ideoque metuendos finitimis vniuersis*, scripsit AMMIANVS MARCELLINVS *l.* 28. *Rer. Romanar. c.* 5. SIDONIVS APOLLINARIS *in carmine ad Catulinum* eo tempore, quo viuebat, Burgundiones ob proceritatem septipedes (1) ac gigantes appellat, & animis ac corporibus rigidos & incultos fuisse ait, atque promissam comam butyro perfudisse, & pridianis epulis graues mane allia ac cepas assumere, trichordisque citharis canere consueuisse. IDEM l. 5. ep. 5. ad SYAGRIVM, eos dicit *corporibus ac sensu rigidos indocilesque*, & in panegyrico AVITO dicto *Burgundionem trucem* appellat. Eosdem *ob superbiam toto gutture loqui consueuisse, & edacitati, quae per gulam exercetur, nimis indulgere*, auctor est LVITPRANTVS *l.* 3. *de rebus Imperat. & Regum c.* 12. Ceterum ex Legis Gundobadae siue legum Burgundicarum *tit. LVII.* docemur; Burgundiones semissem siluarum, mancipiorum trientem, & terrarum, quas in Gallia occupauerant, bessem iure hospitalitatis accepisse (2); inter Burgundiones vero, qui nihil dum acceperant, & Romanos siue Gallos agrum ita fuisse diuidendum, vt Burgundiones dimidia parte contenti essent, alter semis vna cum omnibus mancipiis a Romanis teneretur. Vbi notandum, hospites Burgundionum dictos Gallos, eorundemque possessiones, quas ex Gallorum bonis acceperant, sortes appellatas. Obseruandum & illud: Primores regni dictos Farones (3) siue Barones. Hinc apud FREDEGARIVM SCHOLASTICVM in Chronico c. 41. est: *Burgundiae Farones tam Episcopi, quam ceteri leudes:* & c. 44. *Burgundaefarones.*

(1) Idem l. 8. ep. 9. *Hic Burgundio septipes frequenter flexo poplite supplicat quietem.* (2) MARIVS, Auenticensis Episcopus, *in Chronico* auctor est, agrum armis quaesitum cum Gallis Senatoribus diuisisse. (3) An hi forte Faramanni, quorum in LL. Burgundionum aliquoties fit mentio. vid. CAROL. CANGIVS glossar. *voce Faramanni.*

§. VI.

REGVM POTESTAS.

De potestate Regum, cum adhuc in Germania transrhenana degerent, ita AMMIANVS MARCELLINVS l. 28. Rer. Roman. c. 5. *Apud hos* (Burgundiones) *generali nomine Rex appellatur Hendinos, & ritu veteri potestate deposita remouetur, si sub eo fortuna titubauerit belli, vel segetum copiam negauerit terra, vt solent Aegyptii casus eiusmodi suis assignare rectoribus.* Addit: *Sacerdotem apud Burgundos omnium maximum vocari Sinistum & esse perpetuum, obnoxium discriminibus nullis, vt Reges*, GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 1. *histor. Francor. c.* 12. & 13. prodit, *Reges Burgundionum in consilio suorum omnia magni negotii peragere solitos.* Reges tamen successionis titulo ad regnum peruenisse, & liberos regios regnum inter se diuisisse, paulo post audiemus. Forte & filii Regum, patre adhuc in viuis existente, Reges dicti, vt apud Francos. Quod colligere est ex epistola Auiti ad Symmachum, Papam Romanum, dictata nomine Sigismundi Regis; quandoquidem SYMMACHVS ille, Senatore solo Cos. hoc est, An. DXIV. obiit, adeoque ante biennium, quam Gundobadus decederet. Et MARIVS, Auenticensis Episcopus, *in Chronico* Florentio & Anthemio Coss. (hoc est A. DXV.) anno

Digitized by Google

anno ante Gundobadi obitum Monasterium Acauni a Rege Sigismundo exstructum dicit, vt obseruauit HADR. VALESIVS *l. 7. Rer. Francic. p. 328. seq.* Ceterum notari meretur, quod Sigismundus Rex Burgundionum scribit apud AVITVM, Viennensem Episcopum, in ep. XXCIII. ad Anastasium Aug. *se gratiae debitorem non magis parentis debitis, quam beneficiis sibi datis factum, proceresque & auctores suos nomini Imperioque Romano semper fuisse deuotos, & militiae titulos ab Imperat. sibi oblatos magni feciſſe, magisque semper ambiisse, quod a Principibus acciperent, quam quod a patribus attulissent.* Quibus verbis videtur indicare Sigismundus, ab Anastasio Principe dignitatem aliquam Gundobado patri suo delatam esse, Gundicumque auum suum & Chilpericum maiorem patruum, Burgundionum Reges, ab vltimis Occidentis Imperatoribus, nimirum a Seuero & Anthemio, magisterium militum obtinuisse. Idem Sigismundus in epistola, ab AVITO ipsius nomine dictata, ad Imperatorem Anastasium scribit: *se ab eo militiae fascibus & Aulae pollentis contubernio* (hoc est, militia Palatina) *ab veneranda Romani nominis participatione honoratum.* Et iam nominatus AVITVS in epistola ad Ioannem, Constantinopolitanum Episcopum, *Dominum suum Patricium Sigismundum* vocat. Praeterea epistola AVITI XLII. sic inscribitur: *epistola ab Auito dictata nomine Domini C. S. ad Vitalianum Senatorem*, hoc est, nomine Regis, Comitis sacrarum sc. largitionum, vt laudatus VALESIVS *d. l. 7. p. 329. sequ.* recte vidit. Illud adhuc addendum, Gundebadum Regem, Viennae obsidione clausum, Clodoueo Francorum Regi, tributum annuum promisisse quidem, sed obsidione soluta, id non praestitisse, de quo videatur idem VALESIVS *l. 6. Rer. Franc. p. 272. sequ.*

§. VII.

De institutis eorum coeteris, ad rempublicam pertinentibus, legi potest *Leges.* Lex Gundobada, vt nuncupatur apud AGOBARDVM & in CAPITVLARI CAROLI M. a conditore eius Rege Gundebado, quem Burgundionibus leges mitiores instituisse, testis est GREGORIVS TVRONENSIS *l. 2. c. 33.* Idque habito cum Comitibus XXXII. & cum Proceribus consilio, non vno eodemque tempore, sed per interualla A. DI. & DII. factum esse constat. Quanquam in codice, quem FRID. LINDENBROGIVS laudat, & in aliis veteribus codicibus, Sigismundi nomen legi Burgundionum inscribitur, forte quia eam in multis emendauit ab Ariana haeresi, *cui pater* addictus fuerat, ad Catholicam religionem transgressus. Caeterum legem hanc in codice legum antiquarum edidit laudatus LINDENBROGIVS, nouem & octoginta titulis comprehensam, cum duobus additamentis, quorum prius viginti titulos, alterum tredecim continet. Adde HERM. CONRINGIVM *de orig. iur. German. c. 6.* Praeterea Canones ecclesiasticos in Conciliis condidere. Extant adhuc Epaonense A. DXVII. & Lugdunense, eodem Anno sub Sigismundo Rege habitum, apud Sirmondum & in tomis conciliorum generalium. De iudiciis vnum addimus, Gundebadum *tit. 45.* in causis dubiis approbasse [duellum, & purgationi Canonicae, quae per Sacramentum fieri consueuit, praeferendum duxisse. „Multos, *inquit*, in populo nostro & peruicatione causan„tium & cupiditatis instinctu ita cognoscimus deprauari, vt & de rebus incer„tis sacramenta plerunque offerre non dubitent, & de cognitis iugiter peierare.

„Cu-

Digitized by Google

„ Cuius ſceleris conſuetudinem ſubmouentes praeſenti lege decernimus, vt quo-
„ tiens inter homines noſtros cauſa ſurrexerit, & is qui pulſatus fuerit, non de-
„ beri a ſe, quod requiritur, aut non factum quod obiicitur, ſacramentorum
„ obligatione negauerit, hac ratione litigio eorum finem oportebit imponi, vt
„ ſi pars eius, cui oblatum fuerit iusiurandum, noluerit ſacramenta ſuſcipere,
„ ſed aduerſarium ſuum veritatis fiducia armis dixerit poſſe conuinci, & pars
„ diuerſa non ceſſerit, pugnandi licentia non negetur. Ita vt vnus de eisdem
„ teſtibus, qui ad danda conuenerant ſacramenta, Deo iudicante, confligat:
„ quoniam iuſtum eſt, vt ſi quis veritatem rei incunctanter ſcire ſe dixerit, &
„ obtulerit ſacramentum, pugnare non dubitet. Quod ſi teſtis partis eius, quae
„ obtulerit ſacramentum, in eo certamine fuerit ſuperatus, omnes teſtes, qui ſe
„ promiſerant iuraturos, trecentos ſolidos mulctae nomine, abſque vlla indu-
„ ciarum praeſtatione cogantur exſoluere. Verum ſi ille, qui renuerit ſacra-
„ mentum, fuerit interemtus, quicquid debebat de facultatibus eius nouigildi
„ (*nouemplicis mulctae*) ſolutione pars victoris reddatur indemnis, vt veritate po-
„ rius quam periuriis delectentur. Data ſub die V. Kalend. Lugduni Abieno
„ V. C. Conſ.

§. VIII.

REGVM *ſeries.* Inter Reges Burgundionum, cum in Galliis commorati ſunt (1), primus memoratur GVNDICARIVS, a CASSIODORO Cundicharius, in LL. Burgundionum Gundicharius dictus. Poſt huius mortem filios eius GVNDIVCVM (qui apud Iordanem vitio exemplarium Gnudiucus, a GREGORIO TVRONENSE *l. c.* 28. Gundeucus, a Roricone Gundeueus, a FREDEGARIO Gundiochus dictus) & CHILPERICVM, quem IORDANES Hilpericum appellat, apud Burgundiones regnaſſe, ſcribit HADRIAN. VALESIVS *l.* 3. *Rer. Franc. p.* 138. E contrario SAM. SCHVRTZFLEISCHIVS acceſſit aſſerentibus, Gundicarii ſtirpem ab Hunnis exciſam eſſe penituſque euerſam, Proſperi Tironis auctoritate vſus. Enimuero PROSPER PITHOEANVS vt & HYDACIVS ac CASSIODORVS Senator hoc tantum prodidere, Gundicarium anno poſt Honorii mortem XIII. hoc eſt, A. Chr. CCCCXXXVI. interfectum, vnaque prope vniuerſam gentem Burgundionum deletam. Nec probabile eſt, Burgundiones Reges ſibi duos aſcituros, niſi defuncti Regis filii fuiſſent. GVNDIVCO, quem GREGORIVS TVRONENSIS *in vitis Patrum c.* 1. Ianubam, hoc eſt, Genevam, regiam ſedem habuiſſe ſcribit, quatuor fuerunt filii, GVNDOBADVS, ſiue, vt alii vocant, Gundebaldus, Gundebadus, GODEGISELVS, CHILPERICVS & GODOMARVS, qui & Gundomarus & Gotomarus dicitur. CHILPERICVM hunc Chlotildis, Chlodoueo M. Francorum Regi nuptae, patrem, SIDONIVS APOLLINARIS *l.* 5. *ep.* 6. vocat *magiſtrum militum victoriosiſſimum virum*, & ep. 7. *Tetrarcham* (2), quoniam inter quatuor illos fratres patrimonium, forte & regnum diuiſum erat. GVNDOBADO, qui fratres, Chilpericum cum coniuge & Godomarum A. CCCCXCIII. poſtea A. Io. Godegiſilum, occidit, vt idem GREGORIVS *l.* 2. *c.* 28. & 33. refert, & teſte MARIO, vitam clauſit ſub Conſulatu Petri ſiue A. Chr. DXVI. ſucceſſerunt filii duo, SIGISMVNDVS, filii vnius, ex Theodorici Oſtrogothorum Regis filia, Sigerici ſiue Sigeſrici, vt eum AVITVS vocat, quem ipſe iugulandum cura-

Digitized by Google

curauit (3); & filiae, nuptae Theoderico, Francorum Regi, pater, post mortem inter sanctos relatus miraculisque clarus; vt Vsuardus *in Martyrologio* refert; ac GODOMARVS, aliis Godmarus & Godimarus, quos ambos vetus auctor historiae Francicae Reges appellat.

(3) In LL. Burgundicarum *tit. III.* a Gundobado regiae memoriae auctores sui; praeter Gundohaium siue Gundicarium, memorantur Gibica, Godomares & Gislaharius, de quibus silent historici. (2) Errat HADR. VALESIVS *l. 3. Rer. Fr. p.* 139. epitheton hoc ad Chilpericum primum referens. vid. AEGID. BVCHERIVS *l.* 18. *Belg. Rom. c.* 11. (3) Vera esse credens, quae ab vxore ficta nouercali odio crimina deferebantur. Factum id (vt Marius ait) SYMMACHO & BOETHIO Coss. hoc est, A. Chr. DXXII.

§. IX.

Regibus hisce Consulatu Maximi indictione prima, hoc est, An. Chr. DXXIII. vt auctor est MARIVS Auenticensis in Chronico, bellum intulerunt Chlodomerus, Childebertus, & Chlotharius, Francorum Reges, cuius belli causam aperit GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 3. *hist. Francor. c.* 6. Fatale id fuit Sigismundo: nam, vt idem MARIVS *in Chronico* prodidit, eodem anno a suis traditus Francis (1), ab his in Franciam habitu monachi perductus & cum coniuge ac liberis vicus in puteum abiectus est. Quanquam Gregorius & caeteri Francici scriptores eum iussu Chlodomeri indictione II. Iustino II. & Opilione Coss. hoc est, A. DXXIX. interfectum scribunt. Postea Burgundionibus aliud cum Francis bellum fuit, eo exitu, vt Burgundiae Regnum ab his penitus subiugaretur. Id quod, laudato MARIO si credimus, factum Fl. Paulino iuniore Consule, hoc est, An. Chr. DXXXIV. Scribit enim: *Hoc Cos. Reges Francorum Childebertus, Clotharius & Theudebertus, Burgundiam obtinuerunt, & fugato Godomaro Rege, regnum eius diuiserunt.* Vbi tamen notandum, a PROCOPIO scribi, Godomarum captum proelio & in castello quodam a Francis custoditum esse, & HADR. VALESIVM *l.* 7. *Rer. Francicar. p.* 379. argumentis sat probabilibus euicisse, Anno DXXXII. Burgundiam a FRANCIS perdomitam fuisse. Atque ita euersum Burgundionum regnum, cum post aduentum eorum in Galliam annos centum & viginti, & post occupatam Sapaudiam annos nonaginta stetisset. *Regni euersio.*

(1) Congruit *Passio Sancti Sigismundi*, quam HADR. VALESIVS vulgauit, ab auctore, vt ipse putat aequali, ac Monacho forsitan Agaunensi, composita. Ex qua apparet, Principem hunc affinitatis omnino rebus suis ex Burgundia in montem quendam, cui Veresallis nomen erat, aufugisse, ibique Monachum factum, vt se hostium suorum immanitati subtraheret, sed quorundam Burgundionum perfidia factum, vt ex fuga retraheretur specie pietatis. Conf. STEPH. BALVZIVM in not. ad Agobardum aduers. libr. Gundobadi c. 13.

Digitized by Google

CAPVT VII.

DE VESIGOTHORVM REGNO IN GALLIA ET HISPANIA.

§. I.

Scriptores. GOthi, quos aliqui Getas mendose appellant(1), antequam in Italia, Gallia, Hispania, considerent, distincti fuere in Ostrogothos & Westrogothos siue Vesigothos. De his, quoniam prius quam illi Italiam inuaserunt, & deinceps in Galliam concessere, primo loco dicemus. Egerunt autem de iisdem IORNANDES, Episcopus RAVENNAS, *libro de origine Getarum*, siue *de rebus Geticis*, & ISIDORVS, Hispalensis Episcopus, cuius extat *chronicon Gothorum* primum cura FRIDERICI LINDENBROGII, postea ab ISAACO VOSSIO altera parte auctius euulgatum. Accedunt his PROSPER AQVITANVS, IDACIVS, MARCELLINVS COMES, VICTOR TVNVNENSIS, IOHANNES ABBAS BICLARIENSIS, Westrogotus ortu, RODERICVS, Toletanus Episcopus, circa annum MCCLXIII. scribens, qui Regum Vesigothorum acta memoriae prodidere, praeter alios Hispanicos & Francicos scriptores. Inter iuniores IOANNES BAPTISTA PEREZIVS tomo secundo Conciliorum Hispan. addidit catalogum Regum Gotthorum, e duobus, vt scribit, auctoribus, qui ipsorum Conciliorum tempore vixerunt. Ex quibus ISIDORVS *libello de Gothis, Sueuis & Wandalis*, nondum typis exscripto, priores Reges vsque ad Suinthilonem nobis scriptos reliquerit: posteriores dederit VVISA Episcopus, *in perbreui, sed aureo chronico.*

(1) SPARTIANVS, VOPISCVS, LAETVS, AVSONIVS, OROSIVS, HIERONYMVS, CLAVDIANVS, PROCOPIVS, IORDANES. Nimirum, vt H. GROTIVS *prolegom. ad histor. Gothor. p.* 41. iudicat, duplici concurrente causa, quod & nominis vicinitas deciperet Romanos (quanquam Getarum Thracicum, Gothorum Germanicum est nomen) & loca tenerent Gothi, quae Getarum dicta antiquitus.

§. II.

ORIGO & PROGRESSVS REGNI Vesigothorum in Gallia & Hispania. Vesigothi, qui & Wisigothi, Westrogothi, & simpliciter Gothi; a SIDONIO APOLLINARI *in panegyr. Maioriani* Vesi, a Cassiodoro Visigothae 3. *var.* 1. & 3. vt & IORDANE vocantur, cum ab filiis Theodosii, cui se, Athanarico Rege mortuo, sponte commiserant, defecissent, relicta Pannonia, vbi per annos amplius tringinta consederant, anno CCCCX. ductu Alarici Romam cepere (1) ac diripuere. vid. VALESIVS *l.* 3. *Rer. Francic. p.* 110. Abhinc Honorio IX. & Theodosio V. Coss. siue An. Chr. CCCCXII. Ataulfus, quem Gothi post Alarici, affinis eius, mortem Regem consalutauerant, onustus Italiae ac vrbis Romae spoliis in Galliam transgressus, inter Alpes & Pyrenaeum omnibus depopulatis (2), Narbonem ceperat, & postquam pacem cum Honorio fecerat, Narbone relicto, vbi sedem suam regiamque constituerat, Hispanias petiit, ac Barcinonem fortunarum suarum sedem delegit. VALESIVS *d.* 3. *Rer. Francic. p.* 139. Eo interfecto, Valia siue Vallia Rex, reddita Placidia Honorio sorore, quam Ataulfus Romae exceptam & multis blanditiis expugnatam in vxorem duxerat,

ac

Digitized by Google

ac pace cum eo facta, nec non restitutis Imperio Romano aliquot Hispaniae prouinciis, (nam Romanorum hostes, Vandalos Silingos Baetica expulerat, & Alanos, occiso eorum Rege Atace, superauerat) terras a Garumna flumine ad Oceanum pertinentes, hoc est, Aquitaniam secundam, Nouem populos & quasdam urbes confinium prouinciarum (3), inprimis Tolosam, clarissimam Galliae Narbonensis urbem, datas ab Honorio, velut praemium nauatae operae, sedes accepit. Id quod PROSPER & HYDATIUS XXIV. Imperii Honorii anno Monapio & Plinta Coss. hoc est, A. Chr. CCCCXIX. factum scribit. Postea Theodoricus Rex A. CCCCLXIII. vt auctor est idem HYDATIUS *in Chronico*, Aquitaniam primam & utramque Narbonensem prouinciam occupauit. De hujus fratre Euarige Rege, quem alii Euricum vocant, SIDONIUS APOLLINARIS l. 7. ep. ad Basilium Papam 6. *limitem regni sui, rupto dissolutoque foedere antiquo, vel tutatur armorum iuri vel promouet.* Addit: *Ab eo possideri Burdegalam, Petrogorios,* (in Aquitania secunda) *Rutenos, Lemouices, Gabalitanos,* (in Aquitania prima) *Helusanos, Vasates, Conuenas Auscenses* (in Nouempopulania) ante l. 3. ep. 1. de Vesigothis scripserat: *Illi veterum finium limitibus effractis, omni vel virtute vel mole, possessionis turbine metas in Rhodanum Ligerimque proterminant.* Britannos sane Biturigum finibus expulit, Augustonemetum Avernorum sui iuris fecit, Aranicum Biturigum & Caesarodunum Auernorum occupavit, & non longe ante mortem suam Pampelonem, Caesar augustam, Tarraconem, ac totam Hispaniam superiorem sub ditionem suam adiunxit, reversusque in Galliam Arelatum & Massiliam Graecorum cepit, & victis Burgundionibus, Vesigothici imperii aemulis, quibuscum postea pacem fecit, usque ad Alpes Ligusticas vel maritimas fines regni prolatavit. Vt singulatim haec ex aequalibus scriptoribus profert & probat HADRIANUS VALESIUS *L. 5. Rer. Francic. p. 212. 225. 226. 234.* Causam autem tantorum progressuum IORDANES in crebram Romanorum Principum (Impp.) mutationem rejicit. De Leuuigeldo ISIDORUS Chron. era DCVI. *Postremum bellum Sueuis intulit, regnumque eorum in iura gentis suae mira celeritate transmisit, Spania magna ex parte potitus: nam antea gens Gothorum angustis finibus artabatur.* Conf. GREGORII TURONENSIS *histor. Francor. epitom. c. 83.* Idem era DCLIX. de Suinthila: *Postquam apicem regalis fastigii conscendit, urbes residuas, quas in Spania Romana manus agebat, praelio conserto obtinuit: auctioris que triumphi gloriam prae caeteris Regibus felicitate mira reportauit. Totius Spaniae infra Oceani fretum monarchiam regni primus idem potitus. Quod nulli retro Principum est conlatum.* Nimirum Romani (4), Iustiniani iussu, Liberio duce, Hispaniam ingressi, virtute, concordia, Hispanorum affinitatibus ac etiam missis ab Impp. ex Italia & Africa auxiliis adeo creuerunt, ut neque ab Athanagildo neque ab eius successoribus expelli potuerint: donec post annos circiter septuaginta iam nominatus Suintila Rex urbes, quas Romani occupaverant, recepit. Enimvero regnum hoc, quod hucusque in Gallia & Hispania floruerat, ingens detrimentum accepit sub Rege Alarico, Eurici filio, quando is anno regni sui vicesimo tertio pugnans cum Francis in campis Vogladensibus occisus est, eoque interfecto Aquitania omnis Vesigothis ademta & regnum Tolosanum deletum (5) A. Chr. DVII. ut Gothorum Regibus in Gallia nihil reliquum maneret, praeter primam Narbonensem (6) sive Septimaniam, quae exinde Gothia (7) & interdum Hispania appellata (8). HADR. VALESIUS

Digitized by Google

l. 6. Rer. Francic. p. 293. sequ. Quae vero cis Rhodanum possederant, hoc est, Provinciam II. Alpesque maritimas Theodericus Rex Italiae, ditioni Romanae iterum vindicauit. Vnde porro factum, ut Vesigothorum Reges, qui hucusque Tolosae domicilium habuerant, aliquandiu Narbonae commorarentur, & post Amalaricum in Hispania, cuius maximam partem obtinebant, Toleti sedem regni statuerent (9). Ceterum montani Vascones (quorum iam mentio est apud PLINIVM (10) *l. 3. N. H. c. 5.*) a Regibus Vesigothorum multis bellis exagitati, quod imperata, locorum situ consili, facere nolebant, crebro effundentes sese in Nouempopulanam, paulatim ibi sedem cepere, totamque tandem usque ad Garumnam flumen, Francis sub Maioribus domus bello ciuili laborantibus, obtinuere. Vnde Vasconiae nomen (quo primus utitur GREGOR. TVRONENSIS *l. 6. Hist. c. 12. & l. 9. c. 7.*) impositum (11), de quo videatur pluribus HADR. VALESIVS Notit. Gall. voce Novempopulana.

(1) Barbarae, id est, Alaricianae vastitatis & feritatis meminit *l. 20. C. Theodos. de tyronib. & l. 2. C. Theodos. de litor. & itineri custodib.* (2) *Barbaricae depopulationis cladem* vocant VALENTINIANVS & VALENS AA. *in l. 14. C. de infirmandis his, quae sub tyrannis.* (3) Nam fines novae huius Gothorum sedis definire non ita pronum, ut demonstrat AEGIDIVS BVCHERIVS *l. 15. Belg. Romani c. 2. §. 5. & 8.* (4) Hi sunt Romani, quos JOANNES & ISIDORVS *in Chronicis*, & PAVLVS WARNEFRIDVS in libro III. rer. gest. Longobard. *Milites* absolute vocant; GREGORIVS TVRONENSIS *in historiae l. 5.* contumelioso tum nomine Graecos appellat. Milites enim Romani a IORDANE, PROCOPIO & GREGORIO Magno, ceterisque eorum temporum Auctoribus, plerumque Milites & Στρατιῶται. simpliciter dicuntur, ut Imperium Romanum τὸ πολιτεύμα atque respublica, notante HADR. VALESIO l. 8. *Rer. Francic. p. 446.* (5) Cuius caput Tolosa [Tolose sive Tolouse] regia Vesigothorum per annos octoginta nouem fuit. Regnum autem Tolosanum appellavere Auctor appendicis Chronico Victoris adiunctae & Isidorus. (6) Quanquam in ea Tolosa & Vcetia post Vogladense praelium sub Clodovei posterorumque eius ditione semper fuerant. v. VALESIUS *l. 7. Rer. Francic. p. 392. seq.* (7) Sub quo nomine tamen GREGORIVS TVRONENSIS *l. 4. hist. c. 46.* totum Gothorum regnum intra Hispaniam & Gallias designasse videtur. Quomodo OROSIVS quoque & SIDONIVS usi. v. VALESIVS *Notit. Galliar. voce Septimania.* (8) Ita ISIDORVS in Chronico loquens de exercitu Guntchranni Francorum Regis a Fl. Recicaredo Vesigothorum Rege, apud Carcassonem Septimaniae opidum fuso, negat unquam *in Hispania* Gothis maiorem contigisse victoriam. Et LVCAS TVDENSIS in libro 3. ait, provinciam Galliae (id est Septimaniam) *Hispaniam citeriorem* dici. Adde VALESIVM *l. 7. Rer. Francicar. p. 371. sequ.* (9) Vnde factum, ut Toletum, *urbs regia & metropolis, regia sedes* vocaretur; & Reges Vesigothorum ac Hispaniae ab ea urbe nonnunquam Principes Toletani, & Reges Toletani cognominarentur. Toletum autem Carpetanorum Tago flumini impositum, umbilicus Hispaniae esse creditur. (10) Quod enim ISIDORVS Hispalensis Episcopus, AVDOENVS & FREDEGARIVS Vascones antiquitus Vaccaeos esse dictos scribunt, haut dubie falsum est: Vaccaei enim Hispaniae Tarraconensis gens, Durii amnis accola, longe a Pyrenaeo Vasconibusque abest. Vt recte notat HADR. VALESIVS *Notit. Galliar. voce Nouempopulana.* (11) Et qui in Hispania remanserunt, *Hispanos Vascones*; qui Pyrenaeum trasgressi, in finibus Novempopulorum considerunt, *Citimos Vascones* Scriptores rerum gestarum Caroli M. & Ludouici Pii vocant.

§. III.

Religio Vesigothorum.

Religionem eorum quod attinet, IORNANDES in libro de origine Getarum & NICEPHORVS CALLISTVS in historiae ecclesiasticae l. XI. c. 48. tradunt Vesigothos, Fridigerno Regi parentes, auctore Vlfila (1) Episcopo populari suo, principatu Valentis Augusti, factos Arianos, Ostrogothis & Gipedibus consanguineis suis ac ceteris omnibus linguae suae nationibus, Istri accolis, nimirum Taifa-

Digitized by Google

Taifalis, Vandalis, Herulis aliisque hanc perfidiam inſeuiſſe. At PROSPER *in Chronico* auctor eſt, Arianos ab Imperatoribus Arcadio & Honorio Orbe Romano expulſos, ad Veſigothos ſe contuliſſe, ac pleroſque eorum ex idololatria, nonnullos etiam e Catholica religione ad ſuam haereſin perduxiſſe. Vtcunque ſit, Reccaredus Rex Catholicam fidem amplexus, ad eandem etiam Gothos conuertit. De quo FREDEGARIVS SCHOLASTICVS ad A. CLXXXVIII. *Eo anno Richaredus, Rex Gothorum, diuino amplectens religionem Chriſtianam amore, prius ipſe baptizatus, poſt haec omnes Gothos, qui tum Arianam ſectam tenebant, Toletum adunare praecepit, ut ſibi praeſententur: quos in una domo collocatos incendio concremare iuſſit & ad Chriſtianam legem baptizari omnes Gothos fecit.* Idem teſtatur Gregorii Magni *liber 7. indict. 2. ep. 128.* vid. & Concilium Toletanum III. ad A. DLXXXIX. Poſt eum Siſeburus Rex Iudaeos initio regni ad fidem Chriſtianam adegit. De quo ita Iſidorus (2) era DCL. exiſtimat: *aemulationem quidem habuiſſe, at non ſecundum ſcientiam; poteſtate enim compuliſſe, quos provocare fidei ratione oportuerat.* Conf. LL. Wiſigothor. l. 3. tit. 3. leg. 12. Suinthila autem Rex, ut conſtat ex Concilio Toletano VI. c. 3. eos regno ſuo eiecit. E contrario Egica Rex eos in regno ſuo manere paſſus eſt, ſed ſervitute oppreſſos rebusque omnibus exutos. v. Concilium Toletanum XVII. c. 8.

(1) Quem alii Vlphillum vel Vrphilum vocant. Eundem inventorem fuiſſe literarum Gothicarum, atque in linguam Gothorum S. ſcripturas convertiſſe circa tempora Valentiniani & Valentis Imperatorum teſtantur SOCRATES SCHOLASTICVS *l. 4. hiſt. eccleſiaſtic. c. 33.* Sozomenus *l. 6. hiſt. eccleſiaſt. c. 48.* Martyrii Nicetae ſcriptor apud Simeonem Metaphraſten die 15. Septembr. aliique. Hunc Vlfilam auctorem eſſe antiquiſſimae Evangeliorum verſionis Gothicae in Codice, vt vocant, argenteo, cum aliis eruditis exiſtimat THOMAS MARECHALLVS Anglus in *obſeruat. ad illam verſionem.* (2) Cui ſimilis eſt declamatio HIERONYMI OSORII *l. 1. hiſt. Emanuelis Regis Portugalliae p. 14.* vbi grauiter inuehitur in eos, qui Iudaeos ad Chriſtiana ſacra vi magis quam doctrina adegerunt.

§. IV.

Virtutes & vitia; artes, habitus corporis.

Inter caeteras eorum virtutes SALVIANVS *l. 5. de gubernatione Dei* laudat mutuam charitatem. *Quantum*, inquiens, *ad converſationem Gothorum aut Vandalorum pertinet, quid eſt in quo eis aut praeponere nos* (Romanos) *aut etiam comparare poſſimus? ac primum, vt de affectu & caritate dicam, quam praecipuam Dominus docet eſſe virtutem; omnes ſe fere barbari, qui modo ſunt unius gentis & Regis, mutuo amant. Omnes pene Romani ſe mutuo perſequuntur.* Hinc ob Gothorum iuſtitiam non pauci Romanorum apud eos confugium quaerebant. *Multi eorum*, ait SALVIANVS d. l. & *non obſcuris natalibus editi & liberaliter inſtituti, ad hoſtes fugiunt, ne perſecutionis publicae afflictione moriantur: quaerentes ſc. apud Barbaros Romanam humanitatem, quia apud Romanos barbaram inhumanitatem ferre non poſſunt. Et quamuis ab his, ad quos confugiunt, diſcrepent ritu, diſcrepent lingua, ipſo etiam corporum atque induuiarum barbaricarum foetore diſſentiant; malunt tamen in barbaris pati cultum diſſimilem, quam in Romanis iniuſtitiam ſaeuientem. Itaque paſſim vel ad Gothos, vel ad Bagaudas, vel ad alios ubique dominantes Barbaros migrant, & comnigraſſe non pocnitet.* Idem l. 7. d. operis de eximia eorundem caſtitate: *Eſſe inter Gothos non licet ſcortatorem Gothum, ſoli inter eos praeiudicio nationis ac nominis permittuntur impuri*

Digitized by Google

impuri esse Romani. Et quae nobis, rogo, spes ante Deum est? Impudicitiam nos deligimus; Gothi execrantur: puritatem nos fugimus; illi amant: fornicatio apud illos crimen atque discrimen est, apud nos decus. MOX: *Miramur, si terrae Aquitanorum vel nostrum omnium a Deo Barbaris datae sunt: cum ea, quae Romani polluerunt fornicatione, nunc mundent Barbari castitate.* Et in calce eius libri: *Apud Gothos impudici non sunt, nisi Romani.* Tamen idem SALVIANVS d. l. 7. perfidos fuisse scribit, *Gothorum enim*, inquit, *perfida* (natura sc.) *sed pudica est.* Franci etiam iis pusillanimitatem obiiciebant. Hinc GREGORIVS TVRONENSIS l. 2. hist. 27. *Vt Gothorum pauere mos est.* & c. 37. *Cumque secundum consuetudinem Gothi terga vertissent.* Idem indicat SIDONIVS APOLLINARIS in panegyrico AVITO Aug. socero dicto:

Nihil est grauius (si forsitan unquam
Vincere contingat) trepido. Loquitur enim de Getis. SIGEBERTVS autem Gemblacensis *in prolegom. Chronici* Gothos describit: *viribus vigentes, ingenio callentes, philosophiae quoque disciplinis eruditos, antiquam barbariem exuentes, & quod humanitate & honestate aliis barbaricis gentibus praeeminerent.* Sane ex legibus Wisigothicis non temere colligit H. CONRINGIVS, *de origine. Iur. Germ. c. 3.* gentem hanc ea aetate morum cultura reliquos Germanos populos longo intervallo superasse. Hebraicae etiam linguae dedisse operam, non obscure prodidit HIERONYMVS in epistola ad IVNIVM atque FRETELAM: *Quis hoc crederet, vt barbara Getarum lingua Hebraicam quaereret veritatem, & dormitantibus, imo contendentibus Graecis, ipsa Germania Spiritus S. elogia scrutaretur.* Ceterum corporis habitum quod attinet, de Gothis, Vandalis & Vesigothis, velut ab eadem stirpe prognatis, scribit PROCOPIVS l. I. histor. Vandal. *Candidos corpore omnes, comis rutilos, proceros & pulcra facie fuisse.* Λευκοὶ ἅπαντες τὰ σώματά τε εἰσι, καὶ τὰς κόμας ξανθοὶ εὐμήκεις τε καὶ ἀγαθοὶ τὰς ὄψεις. Vestitus eorum fuit simplex & congruens illi veterum Germanorum. Nam ita SIDONIVS APOLLINARIS in panegyrico AVITO Aug. socero dicto:

— — Squalent vestes ac sordida macro
Lintea pinguescunt tergo, nec tangere possunt
Altatae suram pelles, ac poplite nudo
Peronem pauper nodus suspendit equinum.

§. V.

Regum Conditio. Quam parum sancta apud Gothos Regum fuerit persona, docent historiae. (1) AIMOINVS l. 2. hist. Fr. c. 20. *Gothi iam olim vitium hoc in consuetudinem vertere, vt dum eis Rex proprius displicuerit, a suis interimatur.* Iam ante GREGORIVS TVRONENSIS l. 3. hist Francorum c. 30. *Sumserant Gothi hanc detestabilem consuetudinem, vt si quis eis de Regibus non placuisset, gladio eos appeterent, & qui libuisset animo, hunc sibi statuerent Regem.* Ad quem Gregorii locum recte notat ALTESERRA: propterea, vt vitae Regum consuleretur, variis canonibus Conciliorum Hispanicorum cautum; ne mortuo Rege quis regnum assumeret, nisi qui eligeretur consensu maiorum & Antistitum, & vt successor defuncti necem vindicaret. *Conf.* COINTIVM *Ann. Fr. Eccles. ad A. DLXXXIV. Concil. Toletan. IV. can. 75. Toletan. V. c. 3. Toletan. VI. c. 17. 18.* Neue vidua Regis transiret ad secundas

Digitized by Google

das nuptias, sed in coenobio virginum collocaretur. *Toletan. XIII. c. 5. Caesaraugust. III. can. 5.* ne sc. interfector Regis in sceleris praemium vxorem defuncti & regnum sibi desponderet. Enimuero cum vita Regum nec sic satis in tuto esset per canones, Leuuigildus Rex Gothorum sustulit omnes illos, qui Reges interimere consueuerant, teste GREGORIO TVRONENSE *l. 4. c. 38.* Eodem consilio usus Chindasindus, de quo FREDEGARIVS c. 82. *Cognito morbo Gothorum, quem de Regibus degradandis habebant.* Nihil etiam omissum, quod ad maiestatem sive magnificentiam Regum faceret, idque imitatione Constantinopolitanorum Imperatorum. Nam, quemadmodum HIERONYMVS HIGVERA *in not. ad Luitprandi Chronicum n. 10.* obseruauit, vt illi vocabant Constantinopolim vrbem Regiam; sic Reges Vesigothorum Toletum regiam etiam ciuitatem; illi cudebant monetam cum signo crucis; & Gothi: illi vehebantur eburneo curru; & Reges Gothi: Illi dicebantur Flavii; & hi, auctore Reccaredo, quem secuti successores: illi Constantinopoli; Gothi Toleti coronabantur: inuncti illi a Constantinopolitano Patriarcha, ut totius Imperii sui Primate; sic Gothi a Toletano, tanquam Patriarcha Imperii Gothici. Ne nihil nunc dicamus de legibus, quae fere omnes collectae sunt de LL. Imperatorum Constantinopolitanorum, aut de Palatinis officiisque domus & aulae regiae. In numis aureis suorum ipsorum imaginem impressisse, exemplo Alarici Regis probat SIRMONDVS *in Aviti epist. 78.* Ceterum aduersus subiugatos populos duriores fuisse videntur: nam in diuisione agrorum suis partes duas sumserunt, & Romanos, hoc est, Hispanos, Gallos, atque Callaecos tertia parte contentos esse iusserunt; cum Theodoricus, Ostrogothorum Rex in Italia, nonnisi tertiam partem agri bello quaesiti sibi militantibus, exemplo Odoacris, donaverit. Memorabile *est in concilio* Toletano VI. cap. 18. constitutum, ne extranei sed Gothi tantum ad *Regiam* dignitatem euehantur.

(1) Et exemplis aliorum Germaniae populorum illustrat H. GROTIVS *l. 1. de Iur. Bell. & Pac. c. 3. §. 11. n. 3.*

§. VI.

De rebus eccleſiaſt. conſultatum in conciliis, quarum Catalogus ſubtexitur.

Caetera eorum instituta, quae pertinent ad consultationes, imperia & iudicia, prosequi, nimis prolixum foret. Nos aliqua saltem annotabimus. De rebus ecclesiasticis actum in conciliis, quae auspiciis Regum coiuerunt & procerum palatinorum subscriptionibus non raro confirmari consueuerunt. Praeter enim concilium Narbonense anno CMXXCIX. in Gallia habitum non pauca in Hispania celebrata fuere. En eorum breuem catalogum:

BARCINONENSE Concilium circa Ann. D. DXL.
TOLETANUM III. sub Pelagio A. DXXCIX.
NARBONENSE Reccaredi tempore celebratum Ann. DXXCIX.
CAESARAVGVSTANVM II. sub Reccaredo A. DCXXX.
TOLETANVM sub Reccaredo A. DCXXXV.
OSCENSE sub eodem Ann. DCXXXVI.
BARCINONENSE regnante eodem A. DCXXXVII.
CABILONENSE Anno DCIII. sub Theodorico Rege.

SYNO-

Digitized by Google

SYNODVS Toletana sub Gundemaro A. DCX.
CONCILIVM Egarense sub Sisebuto A. DCXIV.
HISPALENSE II. tempore Sisebuti fuit provinciale.
TOLETANVM IV. sub Honorio A. DCXXXIII.
TOLETANVM V. Cinthila regnante A. DCXXXVI.
TOLETANVM VI. sub eodem Anno DCXXXIIX.
TOLETANVM VII. Rege Chindaswindo Anno DCLXXXIV.
TOLETANVM IIX. Recceswintho Rege A. DCLIII.
TOLETANVM IX. sub eodem Anno DCLV.
TOLETANVM X. sub eodem Anno DCXCIV.
EMERITENSE Recceswinthi tempore Anno DCCIV.
TOLETANVM XI. Wambaro Rege Anno DCLXXV.
BRACARENSE Anno & Rege eodem.
TOLETANVM XII. Eruigio regnante A. DCLXXXI.
ROTHOMAGENSE sub Theodorico A. DCLXXXII.
TOLETANVM XIII. Eruigio Rege A. DCLXXXIII.
TOLETANVM XIV. sub eodem Anno DCLXXXIV.
TOLETANVM XV. Egigia Principe Anno DCCXXVI.
CAESARAVGVSTANVM sub eodem A. DCCXXIX.
TOLETANVM XVI. sub eodem Anno DCCXXXI.
TOLETANVM XVII. Egicano Rege A. DCCXXXII.
TOLETANVM XIIX. tempore Witizae Regis Anno DCCI. Quae exhibentur in tom. V. & VI. Concilior. Gall. a Philippo Labbeo editorum.

§. VII.

De rebus prophanis actum in conciliis Sesenum.

De aliis rebus Reges cum senioribus consultauere, vt liquet ex CLAVDIANO *de bello Getico*, apud quem Alaricus Getarum, ut ipse perperam vocat, sive Vesigothorum Rex :

Occultat tamen ore metum, primosque suorum
Consultare iubet, bellis annisque verendos.
Crinigeri sedere Patres, pellita Getarum
Curia, quos plagis decorat uumerosa cicatrix :
Et tremulos regit hasta gradus, & nititur altis
Pro baculo contis, non exarmata senectus.
Heic aliquis gravior natu, cui plurima dictis
Consiliisque fides. — — —
Crede seni, — — —
Talem grandaeuum flammata fronte loquentem
Obliquisque tuens oculis, non pertulit ultra.

SIDONIVS APOLLINARIS in panegyrico, quem Auito Aug. socero dixit, solos maiores natu, quos veteres Getas & absolute seniores appellat, in concilium gentis venisse, solos conuentibus interesse solere indicat, quorum paupertas cunctis honori, aetas venerationi, consilium acceptissimum esset.

Luce nova veterum coetus de more Getarum
Contrahitur. Stat prisca annis viridisque senectus
Consiliis. — — — — —

Postquam

Digitized by Google

Postquam in Concilium Seniorum venit honora
Pauperies, pacisque simul Rex verba popoſcit:
Dux ait. — — — —

§. IIX.

Imperium in ſacris poſt Reges ſummum habuerunt Archiepiſcopi ſiue Metropolitani ſex, in Baetica Hiſpalenſis, in Luſitania Emeritenſis, in Gallicia Bracharenſis, in Tarraconenſi prouincia Tarraconenſis, in prouincia Carthaginenſi Toletanus, in Gallia denique Gotthica Narbonenſis. Archiepiſcopis ſuberant Epiſcopi. Magiſtratuum prophanorum magnus erat numerus. In concilio Toletano octavo varii Duces, comes ſcantiarum, cubiculariorum, patrimoniorum & ſpatariorum in ſubſcriptione memorantur, vbi Garſias in notis late dignitates haſce & reliqua Gothorum officia explicauit. Adde concilium Toletanum IX. Vbi itidem variorum officiorum palatinorum fit mentio, & praefationem concilii Hiſpalenſis II. vbi memorantur Siſcilus rector rerum publicarum & Sicanilanus actor rerum fiſcalium.

Magiſtratus eccleſiaſticos geſſere Archiepiſcopi, epiſcopi, ſimul fit ibi breuis enumeratio aliorum magiſtratuum ciuilium.

§. IX.

Leges ſcriptas eis primus dedit Euricus Rex. Nam ita ISIDORVS HISPALENSIS in Chronico era Hiſpanica DIV. *Sub hoc Rege Gothi legum inſtituta ſcriptis habere coeperunt: nam antea tantum moribus & conſuetudine tenebantur.* Idem ISIDORVS, Era DCVI. de Leuuigildo: *In legibus quoque ea, quae ab Eurico inconſulte conſtituta videbantur, correxit, plurimas leges praetermiſſas adiiciens, pleraſque ſuperfluas auferens.* Quomodo poſtea alii Reges leges illas amplificarint, & legibus quoque Romanis (1), vt iis Romani, hoc eſt, Prouinciales Galli Hiſpanique (2) vterentur, aliquandiu locum dederint, egregie poſt Fridericum Lindenbrogium expoſuit H. CONRINGIVS *de origin. iur. Germ. c. 3.* Illud omittere heic non poſſumus, quod notauit CAROLVS CANGIVS *in Gloſſar. voce Lex Viſigothorum.* Legum Veſigothicarum vſum in Hiſpania & Gothia, id eſt, Narbonenſi Gallia, frequentem, & quidem tantae auctoritatis fuiſſe, vt ex illis in Capitul. CAROLI M. nonnulla inſerta legantur. Codicem, qui illas leges comprehendit, *librum legis Gothicae* vocat Ioannes IIX. Pontifex apud IVONEM.

Legum veterum breuis hiſtoria.

(1) Notum eſt, Alaricum, Veſigothorum Regem, legum Romanarum, quibus Romani inter ſe diſceptarant, collectionem inſtituiſſe potiſſimum ex Codice Theodoſiano, tum ex Gregoriano, Hermogeniano, Pauli ſententiis, Caii inſtitutis & Nouellarum corpore, eamque Aniani, viri ſpectabilis, ſubſcriptione muniendam curauiſſe. Vt ea Romani, hoc eſt, Prouinciales Galli Romanique vterentur. Vnde etiam *Aniani breuiarium* audit. Cuius hiſtoriam expoſuit LACOR. GOTHOFREDVS *prolegom. Codicis Theodoſiani c. 5. & 6.* Qui Codex interdum auctoritas Alarici Regis, interdum liber legum, ſed crebrius lex Romana appellatur. v. CAROL. CANGII *Gloſſ. voce Lex Romana.* (2) Nimirum cum Barbari prouincias Imperii Romani perpetuae poſſeſſionis cauſa in Occidente occupauiſſent, Prouinciales nomen vna cum Dominis minime mutarunt. Hinc in Legibus Veſigothorum Hiſpani vocantur Romani. Et cum Galli prae ceteris Romani vocarentur, hinc factum, vt lex, qua vtebantur, *Romana* appellaretur. Vt bene obſeruauit HADR. VALESIVS *l. 6. rer. Fr. p. 289. ſeqq.*

Digitized by Google

§. X.

Regum series.

Addendum aliquid de Regibus, quorum nomina sunt post ATHANARICVM, primum ex hac gente Regem Valentis temporibus, & ALARICVM, qui, vt supra diximus, Romam cepit, &, Attalo Imperatore creato ac paulo post deiecto, decessit, postquam regnauerat annos XXIIX.

ATAVLFVS, cum sex filiis, ex priore vxore sublatis, Barcinone dolo suorum interfectus A. CCCCXVI.

SIGERICVS, Sari Gothorum Ducis frater, itidem fraude suorum, quod pacis cum Honorio seruandae auctor esset, peremtus A. CCCCXVI. cum nondum annum, seu, vt aliis placet, dies septem regnasset.

VALLIA siue Valia, triennio tantum regnans, quippe Nonaxio ac Plinto Coss. hoc est, Anno CCCCXIX. mortuus.

THEODORICVS maior, qui ab aliis Theudo, Theudores ac Theodoris; item Theudoridus & Theodoretus, à Sidonio Teuderus, in antiqua inscriptione apud Ruinartum Teuder nominatur, ab Attila in Campis Catalaunicis A. CCCCLI. praelio caesus, cum fere triginta tres annos regnasset. *Homo summa moderatione compositus animi corporisque illa aetate habendus.* Vt de eo scribit IORDANES *de rebus Geticis.*

THORISMODVS (quem alii Thurismundum, aliqua Turonensis exemplaria Thurremodum, Thursimodum & Thursimundum appellant) filius Theodorici natu maior, a Theoderico & Friderico fratribus iugulatus A. CCCCLIII.

THEODORICVS minor, cuius prolixa & elegans prosopographia est apud SIDONIVM *l.* 1. *ep.* 2. a fratre Eurico, Prusaeo & Ioanne Coss. hoc est, An. Chr. CCCCLXVII. Tolosae interfectus.

EVRICVS, quem Marius Euthoricum, SIDONIVS *l.* 7. *ep.* 6. Euarigem, alii Eoricum appellant, mortuus Anno CCCCLXXXIV.

ALARICVS, Eurici filius & Theoderici Italiae & Ostrogothorum Regis gener, quem is propterea filium vocat apud CASSIODORVM *III. var.* 2. & 4. a puero commessationibus & otio assuetus deditusque spectaculis, & conuiuium quam aciem instruere doctior, in Vogladensibus campis a Clodouaeo Francorum Rege praelio victus ac interfectus A. DVII.

GESALICVS, (quem alius Giselicum, alius Gesalaicum, alius Gesaericum vocat) nothus Alarici, a Theodorico Italiae & Ostrogothorum Rege A. DX. regno spoliatus, & anno sequente ab Iba Duce eius in praelio captus atque interfectus.

AMALARICVS, filius Alarici, annos agens quindecim, sub iam nominato Theoderico auo materno & tutore, & ab Anno DXXVI. quinque annos fine tutore, a Childeberto Francorum Rege, cuius sororem Chrotildem (1) vxorem duxerat, ob eum male habitum victus & caesus (2) A. DXXXI.

(1) GREGOR. TVRONENSIS *l.* 3. *hist. c.* 10. Chrotegildem vocat. (2) At ISIDORVS a suis interemtum indicat. v. HADR. VALES. *l.* 7. *Rer. Francic. p.* 169.

THEV-

Digitized by Google

THEVDIS, a Iordane Thiudis vel Thiodes, a Gregorio Turonenſe Theuda, ab Aimoino Theodus dictus, Oſtrogothus, antea Theoderici Italiae Regis armiger, atque in tutela Amalarici gerenda vicarius, A. DXLIIX. indictione XI. a quodam, inſaniam ſimulante, in palatio interfectus.

THEVDISCLVS, GREGORIO TVRONENSI Theodogiſilus, Iordani Theodigisgloſſa, ob adulteria ac caedes a ſuis in conuiuio interemtus A. DL. indict. XIII. cum regnaſſet annum vnum, menſes ſex.

AGILA, Iordani Hactenuſagil, poſt defectionem Athanagildi, vnius ex optimatibus regni, qui Iuſtinianum Imperatorem in auxilium vocauerant, a ſuis quinto regni anno occiſus A. DLIV.

ATHANAGILDVS, qui bella cum Romanis, quorum ope regnum adeptus erat, varia fortuna geſſit, mortuus Anno DLXIIX. Filia huius ex Goiſwintha maior, Gaileſwintha, Chilperico Francor. Regi; altera Brunechildis Sigeberto, Chilperici illius fratri natu maiori Francor. Regi, nupſit.

LEVVA, aliis Liuba ac Lubia dictus, poſtquam Galliae regno contentus, fratrem Leuuigildum altero regni ſui anno in conſortium regni vocauit, mortuus A. DLXXIII.

LEVVIGILDVS, quem GREGORIVS TVRONENSIS Leuuichildum, & Leubildum *in hiſtor. Francor. epitom.* Leuuildum, antiqua inſcriptio apud Ruinartum Leouildum, alii Leouigildum appellant, deceſſit A. DLXXXVI. vt Chilperico Francorum Regi aetate aequalis regnoque confinis, ſic virtute in bello, cupiditate ſaeuitiaque ſimillimus, qui potentiſſimum ac ditiſſimum quemque partim opibus ablatis proſcripſit, partim fortunis vitaque ſpoliauit, & exemplo eius *in gratiam poſterioris* vxoris filium ſuum interemit. Quod de eo iudicium eſt VALESII *l. 13. Rer. Francic. ad A. DLXXXVII.*

RECCAREDVS, Leuuigildi patris ſucceſſor, primus Flauius dictus, obiit A. DCI. De eo ISIDORVS Hiſpalenſis Epiſcopus era DCXXIV. *Reccaredus in regno eſt coronatus, cultu praeditus religionis, & paternis moribus longe diſſimilis. Namque ille irreligioſus, & bello promptiſſimus; hic fide pius & pace praeclarus. Ille armorum artibus gentis imperium dilatans: hic glorioſus eandem gentem fidei tropaeo ſublimans.* Et poſtea: *Fuit autem placidus, mitis, egregiae bonitatis, tantam in vultu gratiam habuit, & tantam in animo benignitatem geſſit, vt in omnium mentibus influens, etiam malos ad affectum amoribus ſuis attraheret. Adeo liberalis, vt opes priuatorum & eccleſiarum praedia, quae paterna labes fiſco adſociauerat, iuri proprio reſtauraret. Adeo clemens, vt populi tributa ſaepe indulgentiae largitione laxaret. Multos etiam ditauit rebus, plurimos ſublimauit honoribus, opes ſuas in miſeris, theſauros ſuos in egenis recondens, ſciens ad hoc illi fuiſſe conlatum regnum, vt eo ſalubriter frueretur.* Conf. AIMOINVM *l. 3. de geſt. Francor. c. 77.*

LEVVA II. Reccaredi filius, crudeliter occiſus a Witerico A. DCIII. Anno aetatis viceſimo ſecundo.

WITERICVS inter prandendum a coniuratis iugulatus A. DCX.

GVNDEMARVS Procerum ſuffragiis in Viterici locum cooptatus, obiit A. DCXII.

Digitized by Google

SISEBVTVS ob belli pacisque artes, religionis amorem, clementiam & liberalitatem commendatus, obiit Anno DCXXI. De eo idem ISIDORVS era 650. *fuit eloquio nitidus, sententia doctus, scientia literarum ex parte imbutus, in bellicis quoque documentis ac victoriis clarus.*

RECCAREDVS II. huius filius & successor, eodem anno defunctus. Idem Isidorus scribit, Sisebutum mortuum, relicto Reccaredo filio paruulo, *qui post patris obitum, princeps paucorum dierum morte intercurrente habetur.*

SVVINTILLA siue Sintela, Francis historicis Sentila, Senzila Fredegario, aliis Suinthilanes ob rapacitatem aliaque vitia concitatis in se suorum odiis, a Sesenando Gothorum Duce regali fastigio cum Reccimero filio regnique consorte a Sisenando, ope Dagoberti Franc. Regis, deturbatus Era DCLXIX. siue Ann. Chr. DCXXXI. Et tamen idem ISIDORVS, aequalis eius temporibus scriptor Era DCLIX. eundem verbis hisce laudauit: *Praeter militaris gloriae laudes plurimae in eo regiae maiestatis virtutes* (1), *fides, prudentia, industria, in iudiciis examinatio, strenua in regendo regno cura, praecipua circa omnes munificentia, largus erga indigentes & inopes, misericordia satis promptus, ita vt non solum princeps populorum, sed etiam pauperum vocari sit dignus. Huius filius Reccimerus, in consortio regni assumtus pari cum patre solio conlaetatur: in cuius infantia ita sacrae indolis splendor emicat, vt in eo & mentis & vultu paternarum virtutum effigies praenotetur.*

(1) Cum his non conueniunt, quae in Concilio Toletano IV. cui idem ille ISIDORVS praefuit, c. 75. leguntur: *De Suintilane vero, qui scelera propria metuens se ipsum regno priuauit & potestatis fascibus exuit, id cum gentis consultu decreuimus, vt neque eundem vel vxorem eius propter mala, qui commiserunt, neque filios eorum vnitati nostrae vnquam consociemus, nec eos ad honores, a quibus ob iniquitatem deiecti sunt, aliqu. promoueamus, quique etiam, sicut a fastigio regni habeantur extranei, ita etiam a possessione rerum, quas de miserorum sumtibus hauserunt,* (auxerunt) *maneant alieni.*

SISENANDVS, post annos regni quatuor mortuus, A. DCXXXVI.

CINTILA, aliis Chintila siue Suintila II. item Sentela seu Sintilla, obiit A. DCXL.

TVLGA siue Tulca illius filius puer, quem A. DCXLII. exturbauit & in monasterium detrusit

CHINDASWINDVS, arrepto vi & armis regno, mortuus nonagenarius A. DCXLIX.

RECESWINDVS, Richysindus Fredigario, quem pater imperii consortem fecit, ob iustitiam & pietatem commendatus, obiit A. DCLXXII.

WAMBA, Lusitanus, postquam regnum Eruigio cessit A. DCLXXX. in monasterio mortuus A. DCLXXXIX.

ERVIGIVS, quod malis artibus occupauerat imperium, religione, liberalitate ac clementia stabiliuit, mortuus A. DCLXXXVII.

EGICA, Erulgii gener, regnum summa cum aequitate administrauit, mortuus A. DCCI.

WITIZA, a patre in consortium regni adscitus, quem LVITPRANDVS in Chronico *Deo hominibusque exosum tyrannum* vocat, & *legem tulisse* ait, *de cleticis vxorandis & alendis simul compluribus vxoribus.* Obiit A. DCCXI.

RODE-

Digitized by Google

RODERICVS, vltimus Gothorum Rex, A. DCCXII. a Saracenis in praelio victus & occisus, vt ISIDORVS Episcopus Bacensis auctor est. Memorabile est (1) arcam ab eo reseratam fata ei imminentia praesignificasse.

(1) v. exemplum simile de Xerxe apud Aelianum l. 13. var. c. 5.

§. XI.

Nimirum, vt idem Isidorus memoriae prodidit, Gothorum quorundam, regnum affectantium, aemulatione ac fraude (1), Saraceni, qui & Agareni sive Arabes, ac improprie Mauri vocantur, venerunt in Hispaniam & intra biennium totum fere regnum subegerunt (2). Qui cum postea in Gallias transgressi essent, Carolus Martellus eos multis praeliis caesos fugauit & Gothiam universam, magnam Septimaniae partem, in Francorum potestatem redegit Anno DCCXXXVII. Notandum autem, quod scripsit Bonifacius Episcopus ad Ethelbaldum Merciorum Regem, quodque Carolus M. & Ludouicus Pius Capitulis suis (v. Capitul. tertium CAROLI M. incerti Anni cap. 2. VII. Capit. 143.) inseruerunt, Gentibus Hispaniae, hoc est, Hispanis, Gothis & Sueuis, & Prouinciae Burgundiaeque populis propter adulteria & stupra etiam sacrarum virginum ac propter usum puerorum iratum Deum Saracenos immisisse, & per saeuissimam pronamque in Venerem nationem vagae effrenataeque libidinis poenas ab eis expetiisse. *Interitus regni a Saracenis occupati.*

(1) Iuniores plerique historici in Witizae filiorum & Iuliani Comitis proditionem, quod huius filiam Rodericus Rex violasset, causam reiiciunt. v. HADR. VALESIVS *l. 23. rer. Francic. ad A. DCCXII.* (2) Fere dicimus: Nam reliquiae Gothorum, qui in montes se receperant, *Pelagium Regem elegerunt*, vnde postea exortum Legionis & Castellae regnum in Hispania. *Ad hanc Pelagium*, ait MARIANA l. 6. Rer. Hispan. c. 20. *Hispaniae Reges nunquam interciſa ſerie, cum ſemper aut parentibus filii, aut fratres fratribus ſucceſſerunt, clariſſimum genus referunt.* Cui tamen hac in re contradicit IOANN. IACOB. CHIFFLETIVS *in luminibus praerogat. ad vindic. Hiſpanic. p. 348.* contendens, Pelagii stirpem foemininam defiisse in Alphonso Casto Rege.

CAPVT VIII.

DE OSTROGOTHORVM REGNO IN ITALIA.

§. I.

PRaeter scriptores, quos supra in rebus Vesigothorum laudauimus, huc pertinent M. AVRELII Cassiodori Senatoris (1), Praefecti praetorio & Patricii, variae epistolae, quas circa annum Christi DXX. & deinceps iussu Theoderici, Gothorum & Italiae Regis, nec non successorum eius Athalarici, Theodahadi & Vitigis, scripsit; Procopius (2) Caesariensis libris quatuor de bello Gothico, sive Gothicae historiae, quos cum eiusdem historia Vandalica in linguam latinam eleganter conuertit H. GROTIVS; & qui vitam Theoderici illius descripserunt, incertus auctor ex Mss. Christinae Reg. codice erutus; historia ex Mssto antiquissimo RICOBALDI Ferrariensis; incertus AVCTOR ab HENRICO VALESIO editus; ENNODII, Episcopi Ticinensis, panegyricus dictus clementissimo Regi Theo- *SCRIPTORES.*

Digitized by Google

Theoderico, quos omnes cum IOANNIS Cochlaei *vita eiusdem Theoderici* & additamentis annotatisque noue edidit IOANNES PERINGSKIOLD. E iunioribus non parum operae praestitit CAROLVS SIGONIVS de *Imperio occidentali l.* 16. 17. 18. 19.

(1) Hunc *ambitiosum laudatorem Principum suorum* vocat HADR. VALESIVS *l.* 6. *Rer. Francic. p.* 303. Ceterum Senatoris nomen non est dignitatis, vt vulgo putatur, sed proprium. (2) Hunc *hostilis in Francos animi ac malevolentiae virum* dicit idem VALESIVS *l.* 8. *Rer Fr. p* 416.

§. II.

NOMEN Ostrogothorum, SEDES in Asia & progressus.

Austrogothorum iam meminit TREBELLIVS POLLIO *in Claudio c.* 6. Gothos eos κατ' ἐξοχὴν semper vocat PROCOPIVS, & a Vesigothis distinguit. De Ostrogothis PAVLVS WARNEFRIDVS *in historiae miscell. l.* 14. CONSTANTINVS PORPHYROGENNETVS *in libro de regendo imperio* & NICEPHORVS CALLISTVS *in eccles. hist. l.* 14. scribunt: eos primum in Pannonia; post permissu Theodosii minoris, undevicesimum imperii annum agentis, in Thraciae finibus consedisse, atque annis LVIII. (LXI. dicere debuerunt) ibi fuisse: tandem iussu Zenonis Augusti, ductuque Theoderici Patritii, imperium Occidentis, nimirum Italiam finitimasque aliquot prouincias, occupauisse. At H. GROTIVS *prolegom. ad hist. Gotth. Vandal. & Langobard. p.* 45. paulo fusius eorum progressus describit. "Ostrogothi, *inquiens*, Arcadio & Honorio imperantibus, invasere Phrigiam, Lydiam & Pamphyliam; quae historia apud Claudianum est Zosimumque & Eutropium: Marciano imperante concessu eius accepere Pannoniae partem, ubi Sirmium & Vindonissa (1), quo tempore ipsos regebat Walamir; Pantaliam Illyrici partem a Zenone huic Walamiri concessam. Malchus in Byzantina historia, cuius fragmentum habemus in collectione de legationibus, nos docet. Sub hoc Walamire ac fratre eius Theudemire Ostrogotthi longe lateque arma in Hunnos, Sueuos, Sciros, Rugiosque & Alemannos intulere, ac victores Macedoniam populati, capto & Illyrici vrbe Naisso, Thessaliae Heraclea & Larissa, rediere in Pannoniam, multaque per Illyricum & Maesiam non vi sola, sed & Romanorum Imperatorum pactione, tenuerunt. Rediit in eandem Pannoniam aut ei vicina frater eorum Widemir, Gallia Italiaque impune imperita. At Teuderichus, cum Sarmatarum Regem occidisset puer, Singedonemque & alia cepisset, Constantinopolim territasset armis, cuius rei & Malchus meminit, Italiama Zenone Imperatore, qui eam defendere nequibat, concessam, Odoacro, qui Italiae incubabat, devicto atque interfecto, tenuit (2), filiaeque ac nepoti reliquit: quae apud IORNANDEM videas, cui consonant Comes Marcellinus, Procopiusque. Latissime autem patuit regnum Ostrogotthorum huius Theuderichi tempore (3), nam praeter Italiam & Siciliam tenebat Rhaetiam, Noricum (4), Dalmatiam cum Liburnia Istriaque & Sueuorum ibi parte (5), Pannoniam illam, in qua Singidon & Sirmium; Galliae praeterea multa (6), ob quae cum Francis bella gessit: pendebant ei tributa Alemanni (7); Hispaniam autem regebat idem Theuderichus tutoris nomine pro Amalaricho suo nepote, quae omnia partim apud Procopium, partim apud Cassiodorum videre est." Hucusque GROTIVS. Totilas autem Corsicam & Sardiniam insulam tributaria lege imperio suo addidit, vt auctor est idem PROCOPIVS *l.* 4. *hist. Goth.* Caeterum Vitigis, metuens sibi a Romanis, Galliae

liae partem, ab Ostrogothis insessam, cessit Francis, vt PROCOPIVS *l.* 1. *hist. Goth.* pluribus narrauit. Idem Alemannos, quondam profugos, iisdem Francis remisit, vt supra diximus.

(1) Hinc CASSIODORVS *l.* 3. *ep. ad Colosseum* 32. vocat *Sirmiensem Pannoniam, quondam sedem Gothorum.* Sirmium vulgo nunc Simach audit in inferiori Pannonia ad Bacuntium amnem, ubi is in Sauum influit. (2) Qua occasione id euenerit, ita narrat PROCOPIVS l. 1. hist. Gothic. *Erat Barbarorum unus Odoacer nomine, Imperatoris satellitio accensus, qui se praestiturum petita promisit, si per ipsos imperii potiretur. Eum in modum ius summum adeptus, Imperatori non vltra nocuit, quam quod in priuati ordinem eum redactum post id haberet: tertiaque agrorum parte distributa, barbaros eo beneficio ita sibi deuinxit, vt decem per annos imperium tenuerit. Eadem tempestate Gothi, qui concessu Imperatoris Thraciam habitabant, arma in Romanos sumserunt, Theudericho duce, qui & ad patriciatus honorem & ad consulares fasces Byzantii peruenerat. At Zeno Imperator, gnarus rebus vti vt dabant tempora, Theudericho hortator est, vt in Italiam iret, Odoacro deiecto, sibi ipse ac Gothis pararet Occidentis regnum. Quippe satius homini, in senatum allecto, Romae atque Italis imperare, inuasore pulso, quam arma in Imperatorem cum periculo experiri. Accepta conditione, Theuderichus sequentibus se Gothis Italiam petit. Imposuerant curribus mulieres puerosque, & quantum ferri poterat supellectilis. Ad Ionium mare vt venerant, destituti ad transuehendum nauibus, oram obeuntes ad Taulantios finitimasque gentes peruenerunt. Qui cum Odoacro erant in occursum cum se tulissent; praeliis aliquot victi, suo cum duce Rauennae sese & aliis circum locis, quae munita maxime incluere. Obsidentes Gothi alia aliis modis oppida ceperunt.* Conf. IORDANEM *de rebus Geticis c.* 57. Caeterum Odoacri vitam & res gestas in compendio exposuit HADR. VALESIVS l. 5. *Rer. Francicar. p.* 288. *p.* 230. (3) IORDANES de reb. Getic. *Non fuit in parte occidua gens, quae Theoderico, dum viueret, aut amicitia aut subiectione non deseruiret.* (4) v. CASSIODORVS 3. *Var.* 50. quae est Theodorici Regis ad prouinciales Noricos, & supra c. 2. §. 2. HADR. VALESIVM l. 7. *Rer. Franc. p.* 353. (5) De quibus supra c. 1. §. 1. Extant de his epistolae apud CASSIODORVM 4. *Var.* 49. 5. *Var.* 14. & 15. & 7. *Var.* 3. vbi eorum regio vocatur Suauia. (6) Prouinciam sc. vt eam CASSIODORVS Senator & AVITVS VIENNENSIS vocant. PROCOPIVS autem *l.* 1. & 3. *hist. Gothicae* modo *partem Galliae ad Gothos*, hoc est, ad Ostrogothos, *pertinentem*, modo *Gallias Germanis*, id est Francis, *finitimas*, nonnunquam *Gallias Gothis subiectas*, saepius *Gallias simpliciter*, quemadmodum & CASSIODORVS 3. *var.* 16. Galliis vltra Rhodanum nimirum Septimaniae, proximas. Continebat autem Prouincia supra dicta prouinciam Narbonensem II. dimidium prouinciae Viennensis, & totum fere Alpium maritimarum tractum, vt notauit HADRIANVS VALESIVS *l.* 8. *Rer. Francicar. p.* 409. Acquisiuerat partem hanc Galliae Theodoricus cum Vesigothorum regno. Postea eius nomine cum Vesigothis pactio inita. Nam ita PROCOPIVS d. l. 1. hist. Goth. *Amalarichus, Vesigothorum Princeps, Galliam cum Gothis & eorum Principe Atalarico, consobrino suo, diuidit, ita vt quae cis Rhodanum sunt, haberent Gothi; vltra Vesigothorum esset imperium.* (7) Non vniuersi, sed qui ad eum confugerant v. supra d. c. 1. §. 7.

§. III.

De fine audiamus Reges ipsos. Theodericus apud CASSIODORVM l. 2. Var. 23. *Aequitati faue: innocentiam animi virtute defende: vt inter nationum consuetudinem peruersam Gothorum possis demonstrare iustitiam, qui sic semper in medio laudis fuerunt constituti, vt & Romanorum prudentiam caperent & virtutem gentium possiderent.* Ep. 24. *Imitamini certe Gothos nostros, qui foris praelia, intus norunt exercere modestiam.* conf. l. 3. Var. 43. Idem l. 7. Variar. 25. *Sic Gothos nostros produximus, vt & armis sint instructi, & aequitate compositi. Hoc est, quod reliquae gentes habere non possunt. Hoc est, quod vos efficit singulares, si assueti bellis videamini legibus viuere priuatis.* ATHALARICVS Rex l. 8. Var. 3. ad populum Romanum: *Erigite nunc animos, & Deo propitio meliora semper optate, vt sicut caritate* FINIS.

Digitized by Google

caritate potestatem regiam inchoauimus, ita tranquillitatem Deo placitam sequentibus temporibus exsequamur. Ep. 14. *Gothorum laus est ciuilitas custodita.* Neque vero isthaec intra verba tantum stetere. De eodem Theoderico Rege PROCOPIVS *l.* 1. histor. Gothic. *Ita sibi parentibus praefuit, vt vere Imperatori conueniens decus nullum ipsi abesset. Iustitiae magnus ei cultus legumque diligens custodia. Terras a vicinis Barbaris seruauit intactas, solertiae fortitudinisque summus. Iniuria subditorum quenquam nec afficiebat ipse, nec affici ab aliis sinebat, dempto, quod partem agrorum, quam Odoacro milites possederant, inter se Gothi partiti sunt. Verbo igitur inuasor, re ipsa Imperator, & clarissimus, quibus id nomen obtigerat, parte nulla minor.*

§. IV.

SVBIECTVM, *vbi de eorum bonis animi & corporis.*

Ad subiectum accommodari etiam possunt, quae supra de Vesigothis attulimus. De pietate eorum pariter ac Vesigothorum, *testantur*, vt ait AVGVSTINVS l. 1. de Civitat. Dei c. 1. *martyrum loca & basilicae Apostolorum, quae in illa vastatione Vrbis* (contigit ea A. CCCCX.) *ad se confugientes suos alienosque receperunt. Hucusque cruentus saeviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidatoris furor: illo ducebantur a miserantibus hostibus, quibus* (GROTIVS *l.* 3. *de I. B. & P. c.* 12. §. 6. *& in notis* mavult legere *qui*, nam AVGVSTINVM distinguere mitiores a durioribus) *etiam extra illa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipsi alibi truces, atque hostili more saevientes, postquam ad loca illa veniebant, vbi fuerat interdictum, quod alibi iure belli licuisset, tota feriendi refrenabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur.* Conf. idem d. l. 1. c. 7. OROSIVS l. 7. histor. c. 28. IORNANDES de rebus Getic. c. 30. De Alaricho Vesigothorum Rege, ut ut Ariano, CASSIODORVS XII. Var. 20. *Rex Alarichus Apostoli Petri vasa suis deferentibus cum excepisset, mox ut rei causam habita interrogatione cognovit, sacris liminibus deportari diripientium manibus imperauit, vt cupiditas, quae depraedationis ambitu admiserat scelus, devotione largissima deleret excessum.* Hinc PROCOPIVS l. 2. hist. *Sedet & Gothis dedicatorum locorum reuerentia: qua factum, ut toto belli tempore in neutram Apostolorum, quos Roma honorat, aedem quicquam admiserint: quin & Sacerdotibus cuncta suo ritu faciendi perpetuam reliquerint libertatem.* Et Gothici legati apud eundem PROCOPIVM d. l. 2. *Quod Dei cultum, creditaque de Deo attinet, ita illibata Romanis seruauimus, ut Italorum nemo,* (1) *seu volens, siue inuitus, sententiam mutauerit: Gothis, qui mutauere, idem fuerit innoxium. Ipsas quoque sacratas Romanorum aedes summa veneratione colimus: nemo unquam, qui ad eas confugit, mali vel nimium perpessus est.* Sane Theodericus Rex, quamuis Arianae haeresi addictus esset, non modo regiis muneribus Vaticanam Apostolorum Petri & Pauli Basilicam exornavit, sed & mirifice sacerdotes & templa Catholicorum excoluit, interque fabricas ab eo reparatas, templa quoque & bona Ecclesiae reddita suum liberalitatis locum habuerunt. Vbi id inprimis ex CASSIODORO & ANASTASIO Bibliothecario *in Hormisda*, ne alios memoremus, constare potest. Moderationis in bello etiam Totilas, cum Romam obsideret, insigne praebuit exemplum. De quo PROCOPIVS III. Gothicorum: *Agricolis interim per Italiam omnem nihil mali intulit, sed iussit eos, ita ut soliti erant, terram perpetuo securos colere, modo ad ipsum tributa perferrent.*

Digitized by Google

ferrent. Theodericus Rex apud CASSIODORVM II. Var. 41. *Illa mihi feliciter bella prouenerunt, quae moderato fine peracta sunt. Is enim vincit assidue, qui omnia nouit temperare.* Bonas litteras non amarunt. Vnde primores Gothorum apud Amalasuntham expostulabant: *non recte puerum* (filium eius Athalaricum) *neque, ut Regem deceret, educari. Multum abesse a virtute literas, & simili institutione deiici plerumque & ad metum incurvari indolem. Qui magna ausurus, qui belli decora sit quaesiturus, debere liberum a magistrorum metu, armis tractandis erudiri. Ne Teuderichо quidem placuisse, ullos Gothorum pueros ad ludum litterarum mitti: quippe solitum dicere, fieri non posse, ut qui didicissent flagra extimescere, ad contemtum ensium hastarumque assurgerent. Cogitandum ipsi, Theudericium, tanto terrarum domito, in regni, nisi ius armorum spectetur, alieni possessione mortuum, qui literas ne auditu quidem attigisset. Quare tu quoque,* aiebant, *Regina, litteratores istos iube valere. Atalarichо autem sodales da coaeuos, qui cum ipso ad maiorem aetatem peruenientes, auctores ipsi sint imperandi, ita ut mos est nobis barbaris.* Theodericus sane Rex ἀναλφάβητος erat, eamque ob causam monagrammatum usum in diplomatis literisque introduxit (2), ut de eo scribit A. vitae eius a VALESIO HENRICO editus. Neque tamen defuerunt iis litterati. ANONYMVS RAVENNAS *l.* 4. *Geograph.* §. 13. 17. 18. 19. 20. 22. 23. 24. & *passim* laudat Gothorum philosophos Arhanaridum, Eldevaldum & Marcomirum. & l. 4. §. 14. Menelae, Aristarchum, Sardarium. Adde de Theodahado Rege CASSIODORVM 10. var. 3. Saepe laudatus PROCOPIVS *l.* 4. *hist. Goth.* Gothos *Barbarorum omnium strenuissimos* vocat. Habitum corporis quod attinet, Iustinianus Imp. formam Gothorum, qui cum Vitige Byzantium venerant, & corporum robora miratus est, teste PROCOPIO *l.* 3. *hist. Goth. ab initio.* In vestibus veterem simplicitatem *retinuerunt Gothi*, quos propterea Claudianus, Sidonius aliique *pellitos* vocarunt.

(1) Meliores hac in parte Ostrogothi Vandalis. De quorum saevitia in Catholicos v. *l.* 1. *C. de Praefecto Praetor. Africae.* PROCOP. *l.* 1. *rer. Vandal.* 5. VICTOR, Vticensis Episcopus, *libris tribus de persecut. Vandalor.* Theodericus Rex etiam Iudaeis priuilegia & synagogas confirmauit, apud CASSIODORVM *IV. Var.* 33. & *V. Var.* 37. (2) Solennia haec abhinc fuisse Regibus non modo Gothorum, sed & Longobardorum, seculo VI. & sequentibus, notauit PERINGSKIOLD *in annotat. ad vitam Theoderici p.* 373. *seq.* addens autographa hodienum asservari Mediolani & Papiae.

§. V.

De regione, quam occupauerunt, siue de Italia dicere nihil attinet. Tantum de Theoderico Rege notari meretur, quod CASSIODORVS in Chronico scripsit: *sub eius felici imperio renouatas urbes, munitissima castella condita, consurrexisse admiranda palatia, magnisque eius operibus antiqua miracula esse superata.* (1) Vrbes tum celebres erant Roma, Rauenna, Ticinum, Verona. Ravennae, vbi sedes regni plerumque fuit, situm ita describit PROCOPIVS 1. histor. Gothic. » Iacet Rauenna in plano, qua desinit Adria: ipsa ne mare attingat, duorum » stadiorum interuallo prohibita, neque classe neque terrestri exercitu adiri fa» cilis. Naves enim ad littus ne accedant, impedimento sunt obtenta littori » breuia, spatio stadiorum triginta admodum; quo fit, vt cum ea ora proxima » videatur

Ad subiectum etiam pertinent urbes & domicilia.

Digitized by Google

» videatur nauigantibus, longe tamen absit vadorum circumductu. Neque » magis terra accessus est hostibus. Padus quippe, quem Eridanum vocant, » e Gallicis montibus delapsus, aliique & ipsi nauium patientes amnes, & lacus » vrbem vndique circumfluam faciunt. » Confer de ea Iornandem de rebus Getic. c. 29.

(1) Extat apud CASSIODORVM longa eius epistola *l.* 2. *Var.* 39. ad Aloysium Architectum, qua amplissimam porticam & palatium, ab Hunnis diruta, in Apono vico regio aere excitari iubet.

§. VI.

Quae REGIAE POTESTATIS *ratio.*

Quae Regum fuerit potestas, nunc videamus. Theodericum Gothos moderatum, neque vocabulo neque insignibus Imperatoris Romani assumtis, Regem contentum vocari, ait PROCOPIVS *l.* 1. *histor. Goth.* Theodohadus Rex apud Cassiodorum l. 10. var. ep. 16. ad Senatum Romanum profitetur: *alienis se conditionibus non teneri: Nam*, inquit, *cum (Deo praestante) possimus omnia, sola nobis licere credimus laudanda.* & ep. 17. ad populum Romanum: *Aestimate, quid vobis benignitatis videatur impendi, quando ille iurat, qui non potest cogi.* Ius eligendorum Episcoporum, vt vt diuersae religionis, eos exercuisse, liquet ex Athalarici epistola apud CASSIODORVM l. 8. ep. 15. ubi de electione Episcopi Romani a Theoderico Rege facta. Ennodius in panegyrico ait: Theodericum *Curules & Trabeas* (hoc est, Consulatus) *Patriciatus etiam dignitates aut natalibus*, id est, nobilitati, *aut moribus dedisse.* Id quod etiam abunde docent formulae, quibus dignitates ac magistratus collati a Regibus apud CASSIODORVM 2. *var.* & *seq.* & *libro integro sexto ac septimo.* Mite eorum fuisse imperium, etiam in Italos, praesertim Romanos, multa indicio sunt. De Totila PAVLVS WARNEFRIDVS l. 15. histor. Miscell. *Habitauit aliquantum cum Romanis tanquam pater cum filiis.* Theodericus Rex apud CASSIODORVM III. var. 13. ad Sunhiuadum: *Intra prouinciam Sannii, si quod negotium Romano cum Gothis est, aut Gotho emerserit aliquod cum Romanis, legum consideratione definies, nec permittimus indiscreto iure viuere, quos vno voto volumus vindicare.* Idem Theodericus populo Romano & pauperibus donauit annonas singulis annis centum & viginti millia modiorum, vt auctor vitae eius a VALESIO editus scribit. Legati Gothorum apud PROCOPIVM *l.* 2. *hist. Goth.* ad Belisarium aiebant: *Publicos honores indigenae tenent, nemine Gotho participe.* Quod forte Romanorum intuitu dictum existimari debet: nam Arigernum, Sunhiuadum, Marabadum, Dudam, aliosque Gothos homines, ut ex nominibus ipsis cognosci potest, Comites, hoc est, iudices fuisse CASSIODORVS nos docet. Addunt legati illi: *permissu Gothorum quotannis Consulatum, dante Orientis Imperatore, accipere Romanum.* Quod, ne falsitatis arguatur cum HADRIANO VALESIO *l.* 5. *rer. Franc. p.* 246. de simplici confirmatione intelligendum. Etenim, cum apud CASSIODORVM 2. *var.* 9. Theodericus Rex Anastasio Augusto scripsisset, se Felici Consulatum detulisse, subiungit: *iungite fauorem, adunate sententiam. Amborum iudicio dignus est eligi, qui tantis fascibus meretur augeri.* Successionis titulo Reges ad imperium peruenisse, certum est. Athalaricus Rex apud CASSIODORVM l. 8. ep. 25. ad Senatum Romanum de ipso CASSIODORO: *Ille Amalos cum generis sui claritate restituit* (1), *euidenter ostendens, in decimam septimam progeniem stirpem nos habere regalem.* Inauguratio autem

Digitized by Google

autem facta Rege scutis impositio. Hinc Vitigis Rex apud CASSIODORVM 10. var. 31. ait: *sibi parentes Gothos, inter prouinciales gladios, more maiorum, scuto suppositio*(2), *regalem contulisse dignitatem.*

(1) Athalaricus Rex apud eundem CASSIODORVM l. 8. var. c. 5. vocat *Amalorum regalem prosapiem, Balthicum germen.* Vbi FORNERIVS male legit *lacteum germen*, & d. l. 8. c. 9. *Amalum genus.* AMALSVENTHA l. 10. var. 3. scribit Theodahadum *Amalorum stirpe progenitum regalem habere in actibus dignitatem.* Et Romanus Senatus ad Iustinianum Augustum l. 11. var. 13. *Diligo Amalum, meis vberibus enutritum.* (2) V. supra part. 1. c. 4. §. 2.

§. VII.

Consultationes a Regibus hisce, perinde vt apud Vesigothos, cum senioribus habitae. Nam apud PROCOPIVM *l.* 2. *histor. Gothic.* est: Vitigem Gothorum Regem multos e senioribus semper conuocauisse; multa eos interrogare solitum, vt melius vtriusque res gereret; multas quoque sententias ab his Senioribus, cum in Concilium venissent, dici consueuisse. Idem PROCOPIVS *l.* 3. *hist. Gothic.* Totilam Gothorum Regem, post Romam captam suis exprobrantem inducit, quod exercitus ducentorum millium Gothorum, bellicosorum hominum, armis, equis, opibus & *Seniorum prudentissimorum magna multitudine, quae bellum gerentibus vtilissima est*, instructissimus, a septem millibus Graecorum victus, imperium Italiae & reliqua omnia cito ac facile amisisset. γερόντων ξυντετατῶν πολὺν ὅμιλον heic vocat, quos antea πρεσβυτέρων πολὺς dixerat. Leges Romanas Theodericus Rex & successores non abrogauere, imo eas potius stabiliuere. Vt vt enim noua edicta subinde promulgauerunt, quorum multa leguntur apud *Cassiodorum;* forte & Ostrogothi proprias habuerunt leges, secundum quas viuerent, a Romanis distinctas; tamen Theodericus Rex in edicto, quod κατ' ἐξοχὴν ita appellatur, & primus Petrus Pithoeus edidit, diserte cauit: *Edictum illud promulgari, salua iuris publici reuerentia & legibus omnibus, cunctorum reuerentia seruandis*(1). Quibus verbis haud dubie Romanas leges indicari, recte obseruauit H. CONRINGIVS(2). *Quae consultationes & leges.*

(1) Hactenus verum est, quod Gothici legati ad Belisarium dicebant apud PROCOPIVM l. 2. Hist. Gothic. *Teuderichi & eorum, qui in Gothorum principatum ei successere, nullae leges extant, non scriptae, non moribus constitutae.* (2) *De origin. iur. Germ. c.* 4.

§. VIII.

Ostrogothorum erga Romanos Imperat. quorum concessu Italiam obtinuerant, ingens studium fuit, vsque donec cum illis bello colliderentur. Hinc cum A. CCCCXCIIX. pax inter vtrumque imperium titubare aliquantum inciperet, Theodericus Rex in literis ad Anastasium Augustum apud CASSIODOR. l. 1. ep. 1. inter alia scribebat: *Pati vos non credimus, inter vtriusque respublicas, quarum vnum semper corpus sub antiquis Principibus fuit, aliquid discordiae residere: Quas non solum oportet inter se otiosa dilectione coniungi, verum etiam decet mutuis viribus adiuuari.* Idem Theodericus, paulo antequam obiret, primoribus Ostrogothorum mandauit, *Principem Orientis vt placatum semper propitiumque haberent.* Vt de eo scribit IORDANES. Theodahadus Rex apud CASSIODORVM 10. *Quae inclinatio erga externos.*

Digitized by Google

var. 2. ad Iustinianum Imp. *Neque enim noua est illa dilectio: nam si decessorum nostrorum facta recolatis, agnoscitis, quandam esse consuetudinis legem, cum illo Imperio amicitiam Amalos semper habuisse.* Conf. 8. *var.* 1. vbi epistola Athalarici ad Iustin. Aug. Non eadem Ostrogothorum cum Francis amicitia fuit. Hinc Leontius legatus Iustiniani Imp. ad Theudibaldum, Francorum Regem, apud PROCOPIVM l. 4. hist. *Gothi ab omni aeuo inimici infidique Francis, bella in eos gessere implacabilia atque aeterna.*

§. IX.

SERIES *Regum.*

Regum haec series est: THEODERICVS (1), cuius iam saepe mentio facta, Odoacrem, Herulorum Regem, qui Augustulum euerterat, & regnum Italiae per quatuordecim annos tenuerat, post obsidionem Rauennae in consortium regni asciuit, & A. CCCCXCIII. a suis Rex acclamatus, paulo post Odoacre interfecto, solus felicissime prudentissimeque regnauit (2), anno aerae Christianae DXXVII. aetatis autem septuagesimo secundo supremum diem obiit, *tam hostibus semper formidatus, quam ingens sui desiderium relinquens: nam multum a Gothis aeque ac Italis amabatur*, vt de eo ait PROCOPIVS *l.* 1. *hist. Goth.* siue vt de eo scribit IACOBVS CARACACIVS histor. Coenobii D. Iustinae Patauinae l. 1. ad A. DCCXXIIX. *Vir bellica virtute & ciuili prudentia memorabilis, cui si Arianam detraxeris impietatem, neminem eorum seculorum Principem recte conferre possis.* Vxores habuit duas, primam in Maesia ductam, ex qua filias duas Theodogotam natu maiorem, quam Iornandes Theudicodonem, Procopius Theudichusam appellat, ac Ostrogotham suscepit, quarum illam Alarico, Vesigothorum Regi; hanc Sigismundo, Gundobadi Burgundiae Regis filio, collocauit. Altera vxor fuit Audesleda (alii Audeflodam, Augofladam, Anglofledam vocant) Chlodouei Francorum Regis soror, non filia, vt quidam scripsere. Ex hac Amalasuentham genuit. Mortem ei imminentem portendit statua eiusdem, Neapoli posita; cui caput per eos dies fortuito decidit (3).

(1) Hunc Theodorus Anagnostis & Cedrenus Afrum, Ioannes Zonaras Africae Regem perperam appellant, confundentes Ostrogothos cum Vandalis, qui in Africa dominabantur. Quidam Veronensem appellant, forte quia Odoacrem apud Veronam atroci praelio superauit, eamque vrbem ob id non raro sedem habuit. Nam errat IOSEPHVS SCALIGER alium Theodericum Regis patruelem eo nomine signari existimans. v. VALESIVS *l.* 4. *Rer. Fr. p.* 169. Conf. eundem in *addendis ad hunc locum tom.* 3. (2) *Vir ad regni curas singulariter & fulcre compositus: vt merito vnusquisque Principum tantum praeclarus intelligatur, quantum consilia ipsius amare cognoscitur.* Vt de eo Vitigis Rex ait apud CASSIODORVM 10. *v.* 31. Ceterum Theodericum hunc Cochleus & alii mendose habent pro alio eiusdem nominis Vesigothorum Rege, quem SIDONIVS descripsit. Fato enim hic cessit A CCCCLXXXII. XII. Kalend. Septembr. qui quidem dies apud Aruernos anniuersariae eius memoriae exinde dicatus est & tumulo inscriptus. v. AEGID. BVCHER. *l.* 19. *Belg. Rom. c.* 7. §. 9. (3) Plane vt in aia Perlini de statua Mauritii Elect. Saxoniae paucis diebus ante caedem eius, nulla vi adhibita delapsum caput est, teste SIMONE STENIO in vita eius. Idem de aliis Principibus memoratur. v. EMVND. FIGELIVS *de Statuis illustr. Romanorum c. vlt.*

Successit ex filia AMALASVENTHA, nepos ATHALARICVS, puer octo annos natus, & ab auo morituro Rex declaratus, sed ante matrem anno Chr. DXXXIV. aetatis octauo decimo decedens. Tutelam administrauerat mater AMALASVENTHA, *ingenio ac iustitia excellens, animo plane virili*, vt eam me-

Digitized by Google

merito laudat PROCOPIVS l. 1. hist. Goth. *Nam* SIGONII *l. 27. de regno Occid.* elogio *tanta in eius ore dignitas fuit, vt nemo eam sine summa veneratione spectaret: tanta in dicendo vis, vt cum Graece Latineque sciret*(1), *verba faciens, omnium ad se voluntates animosque conuerteret: ingenium deinde virile ac prudentia maior, quam sexui conueniret.* Maritus eius fuit Eutharicus, quem de Amalorum stirpe descendisse scribit Iordanes, & ex quo sustulit filium Athalaricum. GREGOR. TVRONENSIS scribit, maritum eius Traquillanem fuisse.

(1) CASSIODORVS XI. var. 1. scribit, eandem, praeter notitiam literarum, Graeco ac Latino sermone doctam & lingua Gothica ita vsam esse, vt legatis externarum gentium, & hominibus suae ditionis se interpellantibus, sine interprete auditis responderet.

Haec anno eodem, quo filius fuerat mortuus, regnum THEODAHATO(1), quem Graeci Theudatum vocant, nato sorore Theoderici Regis Amalafrida, detulit, & imperii consortem fecit, (v. CASSIODOR. 10. *var.* 1. & 3.) non diu post ab eodem ob veterem simultatem, in lacus Volsinienſis insula, quo eam relegauerat, interfecta. Quam ob necem Iustinianus Theodahato bellum intulit, Vitigis autem, Amalasuenthae gener, eum An. DXXXVI. interficiendum curauit.

(1) Hunc GREGORIVS TVRONENSIS l. 3. hist. Fr. c. 31. *Regem Tusciae* vocat, vt appareat, eum priuatum adhuc Regem Tusciae dictitatum esse propterea, quod magnas ea in prouincia possessiones habebat, maximamque aetatis partem Theoderico auunculo & Athalarico regnantibus ibidem exegerat, vt bene animaduertit HADR. VALESIVS l. 8. Rer. Francic. p. 402. De eo PROCOPIVS hist. Goth. l. 1. *Erat in Gothis Theudatus nomine, Amalafridae filius, quae Theuderichi soror fuerat, prouectae homo aetatis, in Latino sermone Platonisque dogmate institutus, militiae imperitus, animo minime excitato, rei faciendae supra modum intentus.* Postea: *Erat ingenium illi ad perfidiam procliue, minimeque sibi constans animus, sed semper eum praesens fortuna modo in immodicum impellebat fauorem, modo in praecipitem arrogantiam.*

VITIGIS (quem Gothi, viuo adhuc Theodahado, Regem sibi ac Italiae imposuerant, hominem non clara ex domo, sed conspicuum fortibus ad Sirmium factis, quo tempore in Gepidas Theudericho bellabatur, vt de eo scribit PROCOPIVS *l. 1. hist. Goth.*) A. DXXXVI. regnum sibi matrimonio cum Mathesuenta siue Marasuntha, Amalasuenthae filia, firmauit, An. DXXXIX. a Belisario fraude magis quam viribus victus, seque dedens, Constantinopolim cum vxore est missus, Patricius ibi futurus(1), eoque simul suppellex regia & pecunia deportata.

(1) Vltra biennium ibidem commoratum & beneuolo Imp. Iustiniani affectu vsum, rebus excessisse humanis, scribit IORNANDES *in reb. Getic. c. 60.*

Hinc HILDOBALDVS, aliis Ildobaldus, Theobaldus, Theudibaldus, A. DXL. regnum arripuit, sed altero anno a Vila Gipede inter epulas occisus.

Igitur Rugi, iam inde a Theoderico Ostrogothorum socii & comilitones, ERARICVM, quem alii Araricum vocant, popularem suum, potentissimum hominem, substituere. Verum hoc ob inertiam post menses quinque interfecto, a Gothis Rex salutatus

TOTILAS, Hildobaldi fratris filius, elogio HADRIANI VALESII *l. 8. Rer. Franc. p. 424. magni vir nominis, magnaeque prudentiae & in exsequendo nauus ac*

Digitized by Google

insomnis, quo maiores nemo aduersus Romanos res cum pauculis gessit: quotiescunque enim pugnauit, vicit, nec vnquam nisi absens victus est, cum tamen Ostrogothi ex hominum millibus ducentis ad pauca millia redacti essent, aliis diuturno bello absumtis, aliis a Romanis in deditionem acceptis. Tandem in acie fortissime pugnans interfectus est A. DLII. PROCOPIO teste *l.* 4. *Goth.* (Victor An. DLV. Marius An. DLIII. ponunt) postquam annos vndecim regnauerat.

In huius locum a reliquis Gothorum TEIAS vir bellicosus & in consiliis capiendis prouidus, suffectus est, verum eodem anno in proelio cum Narsete conserto interemtus.

§. X.

REGNI INTERITVS.

Atque ita post decem & octo annorum bellum, quod Iustinianus Imperator per legatos Belisarium (1) & Narsetem spadonem quidem, sed virtute praecellentem (2), feliciter gessit, Gothis ad accipiendas pacis obsequiique conditiones adactis, regnum eorum in Italia, cum sexaginta annos stetisset, extinctum, rerumque omnium summa ad Orientis Imperatores delapsa est, vt Italia deinceps tanquam Orientalis Imperii prouincia haberetur, per eundem Narsetem, Iustiniani Augusti ducem gubernata. Vt vt enim post Teiae mortem Ostrogothis Circumpadanis, externae dominationis intolerantibus, Franci, qui Liguriae, Venetiae & Alpium Cottiarum partem non minimam in Italia obtinebant, subsidio venerint; tamen Narses, & horum Ducibus Buccelino, & post Hamingo deuictis ac caesis, exercitibusque deletis (id quod An. Chr. DLIV. & DLVI. factum videtur) Francis quaecunque in Italia occupauerant, Alpes nimirum Cottias & Liguriae ac Venetiae pleraque ademit, & sic totam Italiam ad Imperium Romanum adiunxit. Vt ex scriptoribus illorum temporum narrauit pluribus HADRIANVS VALESIVS *l.* 8. *Rer. Franc. p.* 449. *sequ.* Caeterum si quis causas inquirat, quamobrem regnum hocce, satis bene ordinatum, post non longa temporum spatia fuerit euersum, quod fatum etiam deinceps regnum Vesigothicum, de quo supra diximus, excepit, respondet HVGO GROTIVS *in saepe laudatis Prolegom. ad hist. Gothor. Vandal. &c.* „Puto *inquiens*, duas me videre causas praecipuas. Prior est, quod ille a frigore intus in animos adactus à septentrione „ Martius calor paulatim elanguit mollitie coeli Italici, Gallici, Siculi, Hispanici, Africani. Pro coelo mutata & vitae ratio, paulatimque patrius ille rigor locum fecit laxis domibus, balneis, vestibus splendidis, epulis exquisitis, „ aliisque id genus deliciis. Impulere ruentes iam animos externa coniugia, valentes ingenio faeminae & gnarae, quibus vinculis affectus retinerentur. Inde alia vincula, communes liberi. Altera haec est, quod de partis bello terris victores potissimam partem sibi, quisque iure mancipii accepere, contra „ vetustissimum Germanorum morem, laudatum Caesari Initium, inde auaritiae, quae animos haud dubie effaeminat: Vitam eim contemnere non potest „ nisi qui & voluptates & illam citra fines, quos natura praescribit, habendi licentiam contemserit.

(1) Huius elegans character est apud PROCOPIVM *l.* 3. *hist. Goth. a principio.* (2) PAVLVS WARNEFRIDVS l. 2. hist. Langobard. c. 3. *Narses prius quidem chartularius fuit, deinde propter virtutum merita Patriciatus honorem promeruit. Erat autem vir piissimus; in religione Catholicus; in pau-*

Digitized by Google

pauperes munificus; in recuperandis basilicis satis studiosus; vigiliis & orationibus in tantum studens, vt plus supplicationibus ad Deum profusis, quam armis bellicis victoriam obtineret.

CAPVT IX.

DE REGNO LONGOBARDORVM IN ITALIA.

§. I.

INter scriptores potissimum commendari merentur PAVLVS WARNEFRIDVS, qui vulgo DIACONVS vocatur, auctor librorum sex *de gestis Longobardorum* siue *historiae Longobardicae*, & inter iuniores ERYCIVS PVTEANVS *in historia Insubrica*, CAROLVS SIGONIVS *libris de regno Italiae primo, secundo & tertio.* *Scriptores.*

§. II.

De Langobardorum sedibus in Germania iam supra diximus (1). Imperante autem Marco Aurelio Antonino, Longobardi, iuncti Obiis, magna manu Danubium transiere, & a Vindice ac Candido fugati cum Romanis per legatos pacem fecisse dicuntur. *vid.* HADR. VALES. *l. 9. rer. Francic. ad A. DLXIX.* Abhinc per annos trecentos circiter & sexaginta de iis nihil, quod quidem memoratu dignum sit, in historia Romana inuenitur. Nisi quod prima iterum mentio eorum est apud Prosperum Aquitanum Theodosii temporibus, cum Regem sibi fecere Agilmundum. Donec Erulis victis ac domo expulsis, in tantum creuere, *vt paulo post* Iustinianus Augustus cum Vuacone Langobardorum Rege *foedus iunxerit*, & ab eo Vitigis Ostrogothorum Rex auxilia contra Belisarium, Theodebertus Francorum Rex filiam in matrimonium petierit. Postea cum Audoini ductu in Pannoniae parte consedissent, iis cum Gepidis, valentissima gente, contentio fuit (2) de finibus, & exorta bella, quorum alterum modo nominatus Audoinus, nouissimum Alboinus, eius filius, confecit, superatis Gepidis & magna eorum strage facta. Vnde Alboini nomen clarum vbique & illustre haberi coepit, ut Clotharius Francorum Rex non dubitarit Chlodosuindam, quam aliqui Chlotsindam vocant, ei in matrimonium collocare. *v.* WARNEFRIDVS *l. 1. de gest. Langobard. c. ult.* Et iam ipsum Pannoniae praedebat prae deliciis Italiae, quas non dubie ex relatione popularium, ante XVII. annos ab Audoino Rege Iustiniani Imperatoris socio & amico, aduersus Totilam auxilio missorum, cognouerat. Igitur siue inuitatus a Narsete Patritio, quod hic contumeliose habitus esset a Sophia, Iustini iunioris Augusti coniuge, vt vulgo creditur (3), siue sponte sua, occasione usus, quod Narses ille ab Imperatore Iustino II. euocatus Constantinopolim rediisset, vt VALESIVS *d. l. 9. rer. Francic. p. 38. seq.* non temere existimat, cum Longobardis suis, & eorum uxoribus ac liberis omnique suppellectile, quibus iuncti Saxonum triginta circiter millia & multi ex Gipedibus, Bulgaris, Sarmatis, Pannoniis, Noricis, pars bello capti, pars voluntarii per Pannoniam & Noricum itinere facto, Italiam petebat, indictione I. siue Ann. DLXIIX. Nec destinatis defuit successus: nam in sequenti anno, Consulatus Iustini iunioris tertio, Venetiam atque Liguriam armis ORIGO. & PROGRESSVS *regni in Italia.*

Digitized by Google

armis occupabat, & transito Pado usque ad Apenninum finesque Tusciae proferebat imperium. Ita vt ab eo tempore pars Italiae una sub regno & ditione Longobardorum esset; pars altera ad Orientis Imperatores spectaret, qui eam per Exarchum, cuius sedes Rauennae erat, & cui Duces ceteris singulis urbibus, ut Romae, Beneuento, Spoleto, & Neapoli praefecti suberant, regebant. Si quis causam quaerat, cur tam facilis Alboino & citra praelium fuerit occupatio; discet ex illorum temporum historicis, Venetos & Ligures tum maxime saevam luem pestilentiamque laceraſſe, ac famem consumsisse, adeo vt multa castella & oppida, magis inopia Romanorum, quam Barbarorum virtus expugnauerit. Iam & Iustinus II. Imper. ob haeresin atque auaritiam Italis exosus, & Longinus, quem is Italiae praefecerat, tantis rebus gerendis ob nouitatem par non erat. Ceterum successores Alboini non parum dilatauere regni limites. Nam Autharis Rex, quem alii Autarichum vocant, Tiberio Mauritioque Romanis imperantibus, citeriorem Italiam fere omnem, quod nemo adhuc fecerat, suum ad obsequium redegit, & in ulteriore Ducatum Beneuentanum regno Longobardico adiecit. v. WARNEFRIDVS & SIGONIVS (4). Rotharis Rex ciuitates Romanorum ab vrbe Tusciae Lunensi vniuersas, quae in littore maris sitae sunt, usque ad Francorum fines cepit, Opitergum ciuitatem diruit, ut testatur idem WARNEFRIDVS. Aistulphus Rex, Constantino Copronymo Imperatore, Ravenna expugnata, finem Exarchatus fecit.

(1) Langobardorum nomen semper, nusquam Longobardorum praeferre autographa, obseruauit MABILLONIVS *l.* 2. *de re diplomatic. c.* 3. §. 11. (2) Historiam hanc prolixe narrat PROCOPIVS *l.* 4. *Goth. histor. pag.* 462. *seq. edit. Grot.* (3) Sed non satis certa fide. Nam nec Marius, nec Iohannes Gothus, nec Gregorius ac Euagrius, qui Principatu Mauritii omnes vixere, & Narsem videre potuerunt, id dicunt, vt obseruauit HADRIANVS VALESIVS, addens: *Quis patet Sophiam Aug. Narsae, eunucho quidem, sed omnium aetatis suae virorum maxime inclyto, tantis rebus gestis, annis etiam ac dignitate Patricia venerabili, colum & fusum contumelioſe fuisse missuram: aut si irata hoc facere potuit, Narsem Dominae suae ita rescribere ausurum fuisse, quantumuis lacessitum & affectum iniuria? Praeterea si Narses (uti aiunt) Langobardos in Italiam inuitauerat, qui Neapoli commorari, Romam redire, ibique inter infestos Romanos accusatores suos, tamquam inter medios Langobardos, tuto habitari ac versari potuit? Nonne Longinus, qui in ipsius locum suffectus erat, proditorem comprehensurus, & vinctum ad Imperatorem missurus fuit, ut perfidiae suae poenas daret? Denique cur Corpus Narsae, loculo plumbeo incluſum, ab urbe Roma deportatur Constantinopolim? an ut ibi honorifice sepeliatur? quasi non Romae sepeliri honorificentissime posset? aut quasi non potius proditorem Italiae in mare abiici, vel insepultum a canibus & vulturibus lacerari oporteret? Quare facile existimauerim, duorum clarissimorum Iustiniani Aug. Ducum fatum unum fuisse, idemque Narsae accidisse, quod Belisario, ut de ipso fabulae fingerentur.* (4) WARNEFRIDVS *l.* 4. *c.* 47. *conf.* SIGON. *l.* 1. *de regno Ital. ad A.DLXXXIX.*

§. III.

FINIS. Finis Langobardorum, qui aliorum Germaniae populorum, erat erga externos. Hinc ab ingressu eorum in Italiam apud historicos legimus, spoliatas ab iis & incensas ecclesias (1); sacerdotes truncatos; diruta Monasteria; vastatas vrbes; euersa castella; milites Romanos, qui munitis urbibus praesidio erant, eiectos aut caesos; complures in insulas aut maritima loca fugere compulsos. Et PAVLVS WARNEFRIDVS ipse fatetur, in externos immites fuisse ac atroces. Quo etiam pertinet Pelagii Pontificis epistola, *apud* BLONDIVM *l.* 8. *Decad.* 1. Gregorio scripta, Langobardorum in se Romanosque atrocitatem & perfidiam enarrans.

Digitized by Google

enarrans. Vt proinde mirum non sit, eos agros prouincialium, quos subegerant, inter se ac ipsos diuisisse; cum Vesigothi & Ostrogothi, Burgundionesque, ut supra notatum, (2) idem fecerint, & Franci in Gallia feciſſe videantur. Pacate tamen atque innocenter inter se viuebant, de quo testatur idem WARNEFRIDVS l. 3. c. 15. *Erat sane*, inquiens, *hoc mirabile in regno Longobardorum, nulla erat violentia, nullae struebantur insidiae: nemo aliquem iniuste angariabat: nemo spoliabat: non erant furta, non latrocinia: unusquisque, quo libebat, securus sine timore pergebat.*

(1) Apud PROCOPIVM est l. 3. histor. Gothic. *Ii namque* (Longobardi) *ad caeterum vitae factorum impietatem & scelus, vel aedificia ipsa, in quae forte diuerterant, iniussi cremabant, stuprumque feminis & vim inferebant in sacras aedes refugientibus.* De foeda eorum immanitate videre quaedam est in Romano Martyrologio. (2) c. 6. §. 5. c. 7. §. 5.

§. IV.

Langobardos, cum in Pannonia adhuc considerent, Christianos qui-SVBIEdem, sed Arii sectatores fuisse, indicio est Nicetii Episcopi Treuirensis ad CTVM. Chlodosuindam, Clotharii Francorum Regis filiam, epistola, qua eam hortatur, ut Crothildis aviae exemplo Alboinum, maritum suum, ex Arianorum haeresi ad Catholicam fidem adducat. At felicior fuit Theudelinda, Agilulfum Langobardorum Regem, maritum suum, commouens, ut Catholicam fidem susciperet. v. WARNEFRIDVS l. 4. c. 6. Neque sic tamen Ariana haeresis desiit; Nam vt idem WARNEFRIDI d. l. 4. c. 43. auctor est, Rothare Rege, quem *Ariana haereseos perfidia maculatum* dicit, Episcopos per omnes regni ciuitates duos fuisse, *Catholicum unum*, & alterum Arianum. Sed nec Longobardi omnes fuere Christiani: nam quidam avitae superstitionis tenaces, simulacra & maxime caput caprae adorabant. Ex quibus Autharis Rex factus, abiecta gentilitate, Christiana sacra suscepit atque alios ad sui imitationem multos adduxit, teste SIGONIO *de regno Italiae l. 1. ad An. DLXXXVI.* Caeterum de cultu morum, praesertim ex quo Longobardi religionem Christianam sunt amplexi, testantur, *rectae leges eorum, quibus furta, latrocinia, rapinae, caedes, adulteria severissime vindicantur, ac libertas & fortunae priuatorum summo studio conseruantur; docent templa magnifica & monasteria amplissima, quibus virtutis ergo ipsi potissimum citeriorem Italiam exornarunt; Basilicae Episcoporum, quas amplissimis praemiis honestarunt; inclyta oppida, quae aut noua condiderunt, aut diruta instaurarunt; homines sanctitate conspicui, quibus honores eximios habuerunt.* ut loquitur laudatus SIGONIVS l. 3. *de regno Italiae in calce.* Habitum corporis & vestium eorum ita describit WARNEFRIDI l. 4. c. 23. *Ceruicem usque ad occipitium radentes nudabant, capillos a facie usque ad os dimissos habentes, quos in utramque partem in frontis discrimine diuidebant. Vestimenta eis erant laxa & maxime linea, qualia Anglo-Saxones habere solent, ornata institis latioribus, vario colore contextis. Calcei vero erant usque ad summam pollicem pene aperti & alternatim laqueis corrigarum retentis. Postea vero coeperunt hosis uti, super quas equitantes tubrugos birreos mittebant. Sed hoc de Romanorum consuetudine traxerant.*

Digitized by Google

§. V.

FORMA quantum attinet regiam potestatem.

Reges Ticini siue Papiae regiam unam, eamque primariam, alteram Veronae habuerunt. Et corona fuerunt insigniti, cuius forma adhuc hodie cernitur Monzae, vbi, quod inscriptio indicat, Agilulfi Regis post Alboinum tertii, corona a catena est suspensa (1). Quae eorum cum in Pannonia adhuc degerent aut in Italiam primum venissent, potestas fuerit, non constat. Post mortem Clephi Regis penes triginta Duces per annos decem summa rerum fuit. *Abhinc Autharis Rex* (verba sequimur SIGONII (2)) *instituit, vt Reges Flauii nomine antiquorum Imperatorum exemplo appellarentur, & vt a singulis Ducibus vectigalium suorum dimidium ad regiam tuendam amplitudinem conferretur. Is census tertio quoque anno in Palatium regium a Iacobo Gualla scribitur esse illatus: Illis vero usum urbium, dominio & iure sibi retento, reliquit, neque successores tradidit; nisi aut virili extincta stirpe aut conflata defectione.* Quae res saepe turbas in regno dedit: nam Duces illi non semel praua moliti sunt in suos Reges, nec raro vicinis bella intulere, quod exempla testantur apud PAVLVM WARNEFRIDVM & SIGONIVM. Ceterum etsi Reges saepius elegisse legantur Langobardi, spectarunt tamen in iis genus regium, quin duabus Reginis viduis, Theodelindae & Gundebergae, mariti Regisque optionem dederunt. Et cum Aripertus, Langobardorum Rex, filios Bertaridum & Gundebertum heredes instituisset, ambo regnum una tenuerunt, quorum alter Papiae, alter Mediolani consedit. In edictis Reges se vocabant Excellentissimos aut praecelentissimos, & qui Catholicam religionem profitebantur, Catholicos, interdum Christianos & Catholicos, vt probat MABILLONIVS *l. 2. de re diplom. c. 5. §. 12.*

(1) v. IOAN. BERING. annotat. in vit. Theod. Ostrogoth. Reg. p. 572. seq. vbi ectypon coronae illius exhibet. (2) l. 1. de reg. Ital. ad A. DLXXXV.

§. VI.

VT & leges & iudicia.

Inter Reges, qui Langobardis leges dederunt, primus fuit Rotharis, de quo PAVLVS WARNEFRIDVS *l. 4. hist. Longob. c. 41. Rotharis*, inquit, *Rex Longobardorum, leges, quae sola memoria & vsu retinebat, scriptorum serie composuit, codicemque ipsum edictum appellari praecepit. Erat autem iam ex quo Longobardi in Italiam venerant, annus septuagesimus septimus; sic vt idem Rex in edicti sui prologo testatus est.* Prologum huncce exhibet SIGONIVS *l. 2. de reg. Ital. ad A. DCXLIII.* Exhinc Grimoaldus anno regni sui sexto, Luitprandus anno regni primo, Rachis & Aistulphus Reges legem hanc emendarunt, nouaque statuta addiderunt, quae in editione Heroldina suis distincta capitibus habentur. Reliqua, quae ad historiam legum Langobardicarum spectant, persecutus est H. CONRINGIVS (1). In iudiciis antiqua fuit apud Langobardos consuetudo, vt crimina vel maxima singulari proelio purgarentur (2), quae, SIGONIO *l. 2. ad A. DCXXXIII.* teste, postea in leges translata per multa secula obseruata est.

(1) De Orig. Iur. Germ. c. II. (2) Ita Cumibertus Longobardorum Rex Alachin prouocabat, apud PAVL. WARNEFRIDVM *l. 5. c. 40. 41.* v. LL. Longobardic. *l. 1. tit. 9. §. 39. l. 2. tit. 35. §. 3. & 4.*

§. VII.

Digitized by Google

§. VII.

CATALOGVS REGVM eorumque characteres.

Reges Longobardis ante eorum in Italiam adventum fuisse vel inde constat, quod Rex Rotharis in prologo edicti sui se vocat septimum decimum Regem gentis Langobardorum. Nos autem illos tantum nunc recitabimus, qui in Italia regnum tenuerunt (1). Inter illos primus est ALBOINVS Audoini filius, Veronae dolo Rosimundae uxoris interfectus, *vir*, secundum SIGONIVM (2), *acer ac prudens, & vt in gentili ac Longobardo homine summa clementia, dignus certe, qui propter regnum hoc institutum virtutis suae hunc ferat fructum.* PAVLVS WARNEFRIDVS & ANNONIVS ipsum tres annos & sex menses regnasse in Italia scribunt, vere, si initium regni a victoria Mediolanensi sumatur.

(1) Non possumus tamen non meminisse Waconis (qui ab aliquibus Guaco, & Procopio modo Vacis modo Vocaces appellatur, & ante Audoinum regnauit) Imp. Iustiniani aequalis & socii. Hic uxores habuit duas, Ramigundam, Thuringorum Regis filiam, & Austrigoſam, filiam Gipedum Regis, ex qua tulit Wisegardam, Theodeberto, Francorum Regi, in matrimonium traditam, & Cusubald siue potius Theadebald, Theodobaldo alteri Francorum Regi collocatam. (2) *c. l. l. 1. ad A. DLXXIV.*

Alter CLEPHO siue CLEPHIS, Alboini filius, qui, cum menses duodeuiginti regnasset, pueri, familiaris sui, manu percussus interiit An. DLXXV.

Tertius AVTHARIS, quem *Aptacharium* vocat GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 10. *histor. c.* 3. filius Clephonis, & Mauritii Imperat. aequalis, in locum Ducum, de quibus supra diximus, Anno DLXXV. Rex susceptus, qui, postquam regno multum & amplitudinis ad decus, & opum ad potentiam addidisset, Verona Papiam profectus, veneno hausto, repente vitam amisit A. DXC. Vxor fuit Theodelinda, Garibaldi Baioariae Ducis, quem alii Regem vocant, filia.

Quartus AGILVLPHVS a Theodelinda vidua maritus & simul Rex electus, & per XXV. annos regno potitus, *homo*, vt eum laudat SIGONIVS, *cum bellica laude, tum Christiana fide egregie culta insignis.* Mortuus A. DCXV.

Quintus ADALVALDVS, regni socius a patre ascitus, & a Longobardis confirmatus, regnum gerere cum Theodelinda matre (faemina, vt de ea iudicat Sigonius, *cum propter caeteras animi corporisque virtutes, tum maxime propter flagrans Catholicae fidei studium omni litterarum laude dignissima, nec solum regno Italiae, cuius ornamenta atque insignia ipsi pene uniuersa debentur, sed etiam grauissimo ipso S. Gregorii testimonio inter claras ac memorabiles mulieres numeranda*) coepit. At poculo, quod e balneo exeunti Eusebius ab Heraclio Imp. missus legatus, specie salutiferum praebuerat, mentis impos factus, a Longobardis, quorum Principes complures in amentia e medio sustulerat, regno cum matre An. DCXXIV. exactus.

Sextus ARIOALDVS, Dux Taurinatium, in locum Adalualdi, cuius soror Gundeberga matrimonio ipsi copulata erat, surrogatus, Anno DCXXXVII. sine virili stirpe mortuus.

Septimus ROTARIS, FREDEGARIO Scholastico *Chronic. c.* 70. Crotharius, a Gundeberga vidua maritus & simul Rex electus, vita cessit A. DCLII. legibus latis & bello prospere gesto insignis, & quidem, secundum SIGONIVM *l.* 2. *ad*

Digitized by Google

A. DCLII. vir inter paucos numerandus, nisi ingentia fortitudinis ac iustitiae decora sua Ariana perfidia maculasset.

Octauus RODOALDVS, Rotharis filius, Gundebergae, quae Agilulfi & Theodelindae filia erat, maritus, a Longobardo quodam, cuius uxori stuprum intulerat, Anno DCLVI. interfectus.

Nonus ARIPERTVS, Gundoaldi Theodelindæ fratris filius, electus, A. DCLXI. mortuus.

Decimus PERTARITVS & GVNDEBERTVS fratres, filii Ariperti, ob dissidia hic a Grimoaldo Beneventanorum Duce stricto gladio confossus, ille ad Hunnorum Regem Cacanum profugus A. DCLXI.

Vndecimus GRIMOALDVS, ducta Ariperti quondam Regis filia & Gundeberti, quem interfecerat, sorore, An. DCLXXII. mortuus, quem describit WARNEFRIDVS l. 5. c. 32. *corpore praeualidum, audacia primum, caluo capite, barba prominente, non minus consilio, quam viribus decoratum.*

Duodecimus GARIBALDVS, Grimoaldi filius puer, quem post mensem tertium anno eodem expulit

Tertius decimus BERTHARITVS, iterum Rex, mortuus A. DCXC. De quo WARNEFRIDVS l. 5. c. 32. *Erat vir pius, fide Catholicus, iustitiae tenax, pauperumque largissimus nutritor.* Successit filius.

Quartus decimus CVNIBERTVS, octauo iam anno a patre in consortium regni ascitus, mortuus An. DCCIII. *vir*, vt eum describit WARNEFRIDVS *l. 6. c. 17. mira elegantia vitae ac morum suauitate ornatus, atque in bello audaciae singularis, inprimis Catholicus.*

Quintus decimus LVITPERTVS, puer a patre sub Asprando tutore heres institutus, regno expulsus a Ragumberto, Gundeberti Regis filio, A. DCCIX.

Sextus decimus RAGVMBERTVS, eodem anno mortuus, cui filius successit.

Septimus decimus ARIPERTVS secundus, *vir pius, elemosynis deditus ac iustitiae amator.* v. WARNEFRIDVS *l. 6. c. 35.* ubi inter alia quoque memorat, *noctu egredientem & huc illuc pergentem, quid de se in singulis ciuitatibus diceretur explorasse, ac diligenter, qualem iustitiam singuli Iudices populo suo facerent, inuestigasse.* Caeterum cum in Franciae regnum profugere vellet, aquis extinctus est A. DCCXII.

Decimus octauus ASPRANDVS, WARNEFRIDO Lansprand, *Vir*, SIGONII iudicio(1), *sapientiae elogio nemini postponendus, atque in omni vitae officio singularis*, siue, vt de eo loquitur WARNEFRIDVS l. 6. c. 3. *Vir per omnia egregius, & cuius sapientiae vari aequandi sunt.* Post tres menses, cum regno potitus esset, mortuus A DCCXII. Cuius filius

(1) *l. 2. ad Annum DCCXII.*

Decimus nonus LVITPRANDVS, a Longobardis Rex confirmatus, A. DCCXLIII mortuus. *Vir*, vt ait SIGONIVS *l. 3. ad. d. A. si nimiam dominandi libidinem remoueas, omni laude, sed maxime religionis ornatus.* PAVLVS WARNE-

FRIDVS

Digitized by Google

ITIDVS l. 6. c. 53. scribit: *Ad hunc Karolum Principem Francorum Pipinum filium suum direxisse, vt eius iuxta morem capillum incideret* (en morem adoptandi!) *& Luitprandum, qui caesariem eius inciderit, patrem eiusdem effectum esse.*

Vicesimus ALDEPRANDVS(1), aliis *Hildeprandus*, Luitprandi nepos, post menses septem regno deiectus Anno DCCXLIV. Ex quo ubi degerit, ubi & quando vitam clauserit, a nemine est proditum.

(1) ANASTASIVS vita Zachariae Papae: *Diuina clementia eundem Regem* (Luitprandum) *de hac subtraxit luce, & quieuit omnis persecutio. Factumque est gaudium non solum Romanis, sed etiam genti Langobardorum, quoniam & Aldeprandum nepotem suum, quem ipse reliquerat Regem maiusculum, proiecerunt de regno, & Ragisum, qui fuerat Dux, sibi Longobardi elegerunt in Regem.* Cum contum (siue hastam) vt moris erat, ei traderent, cuculum autem in eius conti summitate volitando sedisse, idque mali ominis loco habitum scribit Paulus Warnefridi l. 6. c. 16.

Vicesimus primus RACHIS siue Ratchis A.DCCL. regnum abdicans, *vir*, SIGONII *l. 3. ad d. A.* iudicio, *memorabilis, sed regno deposito, quam administrato, hominum memoriae commendatior.*

Vicesimus secundus AISTVLPHVS, aliis Heistulfus, Rachis frater, Anno DCCLVI. vel, secundum alios, DCCLVII. inter venandum equo effusus, vel, vt alii narrant, ab apro forte percussus, vitam finiens, *fide violata*, vt ait SIGONIVS, *quam bello, vel prudenter contra Pontificem suscepto, vel strenue gesto, memorabilior.*

Vicesimus tertius DESIDERIVS, Tusciae Dux, anno eodem a Longobardis electus, post bellum cum CAROLO M. Francorum Rege susceptum & grauem Papiae obsidionem, A. DCCLXXIV. se, uxorem Ausam filiam regiamque eidem Carolo permittens, *amisso regno*, vt SIGONIVS inquit, *apud posteros illustrior, quam Alboinus adepto, aut Autharis & Agilulfus formato.* Libet heic audire EGINHARDVM *in vita Caroli M.* "Compositis in Aquitania rebus, eoque bello „ finito, regni quoque socio iam rebus humanis exempto, rogatu & precibus „ Adriani Rom. Vrbis Episcopi exoratus, bellum contra Longobardos suscepit: „ quod prius quidem & a patre eius, Stephano Papa supplicante, cum magna „ difficultate susceptum est: quia quidam ex primoribus Francorum, cum qui- „ bus consultare solebat, adeo voluntati eius reniti sunt, vt se Regem „ deserturos, domumque redituros libera voce proclamarent. Susceptum tamen „ bellum est contra Haistolphum Regem, & celerrime completum. Sed licet sibi „ & patri belli suscipiendi similis ac potius eadem causa subesse videretur, haud „ simili tamen & labore certatum, & fine constat esse completum. Pipinus siquidem „ Haistolphum paucorum dierum obsidione apud Ticinum compulit, & obsides da- „ re, & erepta Romanis oppida atque castella restituere, atque vt reddita non repe- „ rerentur, sacramento fidem dare. Carolus vero, post inchoatum a se bellum, non „ prius destitit, quam & Desiderium Regem, quem longa obsidione fatigauerat, „ in deditionem susciperet, & filium eius Adalgisum, in quem spes omnium in- „ clinatae videbantur, non solum regno, sed etiam Italia decedere compelleret, „ omnia Romanis erepta restitueret, Ruodgaudum, Foroiuliani ducatus praefe- „ ctum, res nouas molientem, opprimeret, totamque Italiam suae ditioni subiu- „ geret, subactaeque filium Pipinum Regem imponeret. Italiam intranti, quam „ difficilis alpium transitus fuerit, quantoque Francorum labore inuia montium „

Digitized by Google

„ iuga, & eminentes in coelum ſcopuli, atque aſperae cautes ſuperatae ſint, hoc „ loco deſcriberem, niſi vitae illius modum, potius quam bellorum, quae geſ„ ſit, euentus memoriae mandare, praeſenti opere animo eſſet propoſitum. Fi„ nis tamen huius belli fuit ſubacta Italia, & Rex Deſiderius perpetuo exilio de„ portatus, & filius eius Adalgiſus Italia pulſus (1), & res a Longobardorum „ Regibus ereptae, Hadriano Romanae eccleſiae rectori reſtitutae. „

(1) Adalgiſum hunc ad Conſtantinum Copronymum Aug. Conſtantinopolim A. DCCLXXIV. profugiſſe, Patriciatus honore ob eodem cultum, annales Francorum magno conſenſu tradunt. POETA SAXO, vitae Caroli M. ſcriptor, ad d. Annum indict. XI.

Filius illius, cognomine dictus Adalgis,
Cum Longobardis in eo ſpes ampla maneret,
Diffidens rebus patriae, ſe contulit inde
Ad Conſtantinum, Graecorum ſceptra regentem,
A quo Patritius praeclaro munere factus,
Hoc in honore ſuo permanſit ad ultima vitae.

Adalgiſus hic, qui poſtea in gratiam Graecorum Theodatus appellari maluit, teſte Theophane, cum Siculis & Graecis A. DCCXXCIIX. Beneuentum in Lombardia inuadebat, ſed irrito conatu, de quo vid. idem THEOPHANES, Annales Francorum a REVERRO editi & HADRIAN. Papa *in ep.* 90. Sunt qui praeterea Deſiderio filios affingunt, Eberardum Comitem, Anſprandum Mediolani ad S. Vincentium Abbatem, Bernardum: ſed de quibus apud aequales ſcriptores altum eſt ſilentium. Filiarum vna Luitberga, nupta Taſſiloni, Bauariae Duci, eum concitauit contra Carolum M. vt Hunorum auxiliis fretus rebellaret, vt Annales Franc. iterum tradunt ad A. DCCXXCIIX.

§. VIII.

Regni Longobardici euerſio.

Atque hic quidem finis regni Longobardorum in Italia fuit, anno, poſtquam Italiam occupauerant, ducenteſimo ſexto (1). A quo tempore CAROLVS M. non minus Langobardorum, quam Francorum Regem ſe ſcripſit (2). Multae quoque illuſtres per Italiam familiae a Ducibus Langobardis ortum habent.

(1) Vt numerat PAVLVS WARNEFRIDI *l. 6. in fine.* (2) Probat hoc ex capitularibus & diplomatis MABILLONIVS *l. 2. de re diplomatic. c. 3. §. 7. 8. 11.*

NOTI-

Digitized by Google

NOTITIA REGNI FRANCORVM VETERIS, A PRIMA EIVS ORIGINE AD EXCESSVM VSQVE LVDOVICI PII.

CONSPECTVS LIBRI.

PROLEGOMENA.

DE INSTITVTO, ADIVMENTIS ET SVBSIDIIS HVIVS SCRIPTIONIS.

CAP. I. De nomine Francorum & gentis regnique illorum cum origine tum progreſſu.

CAP. II. De fine ſiue ſcopo veterum Francorum.

CAP. III. De perſonarum & rerum conditione in vetere Francorum regno.

CAP. IV. De ſumma poteſtate & ſubiectione veterum Francorum.

CAP. V. De conſultationibus, Imperiis & iudiciis veterum Francorum.

CAP. VI. De bello, pace, foederibus, opibus & exiſtimatione veterum Francorum apud externos.

CAP. VII. De Regibus Francorum Merouingicae ſtirpis, De Maioribus Domus & de Pipino, Carolo M. & Ludouico Pio.

I. N.

Digitized by Google

I. N. D. A.

PROLEGOMENA.

DE INSTITVTO, ADIVMENTIS ET SVBSIDIIS HVIVS SCRIPTIONIS.

§. I.

Explicat instituti summ.

VEteris Francorum regni notitia magnum in iure publico, quod vocant, Romano Germanico momentum habet: pars quippe eius & fere primordium. Et si cuiusque Ciuitatis non tantum praesentes res, sed & praeteritae cognosci debent; tanto minus vetera Francorum ignorari possunt, quanto magis sub illo regno res Germanicae floruerunt & illustres fuere. Intelligunt hoc satis Franco-Galli, qui a seculo & vltra, inprimis autem nostris temporibus, praeclaram dedere operam, vt veterem Francorum historiam excolerent, non modo, quicquid antiquorum monumentorum superest, summo studio conquirentes, & in publicam lucem proferentes, sed & stylo ac prudentia eadem, contexta rerum ac temporum serie, aut per partes singularibus obseruationibus egregie illustrantes. Nec defuere e nostratibus, qui in idem studium incubuerunt, vtut hi non tanto numero laudari possint. Et sane vterque populus habet, quamobrem industriam heic suam desiderari haut patiantur. Fuere enim longo satis tempore eiusdem reipublicae ciues: fuere saepius sub iisdem signis victores, & apud Germanos nomen regni Franciae Orientalis siue Franciae Teutonicae nonnisi sero, & quidem post Fridericum Barbarossam desiit. Libuit proinde nobis, quae ad publicam Francorum rem pertinent, in honorem gentis adeo celebratae, & quoniam instituta eorum nondum apud nos omnia delierunt (1), a primis initiis usque ad excessum Ludouici Pii (ceu a quo tempore Franci in duas inprimis abiere respublicas) saltem praecipua consignare, & per tot libros fere infinitos sparsa in vnum colligere; tum, ne qua confusio oriatur, singula ad iustae methodi leges adornare ac redigere. Vt si quis velit, reliqua, quae desunt, facile superstruere possit. Nam qui plenam notitiam habere cupit, is non tantum huius populi, sed & vicinorum, qui tandem cum eo coaluerunt, statum considerabit, & complura alia, quae nonnisi attigimus, pertractabit. Ceterum tanto libentius scriptioni huic operam impendimus, quanto incautius vulgo & audacius, quae ad publicae rei statum spectant, vel negliguntur, vel in fraudem aliorum corrumpuntur. Quorum vt socordiam corrigi, ita corruptelas profligari, iustitiae & veritatis haut dubie interfuit.

(1) Qua in re testis est locuples H. CONRINGIVS ep. ad BALVZIVM 30. scribens: *Etsi multa mutauerint, multa tamen superant institutorum veterum: ex re autem est, etiam quae mutata sunt*

Digitized by Google

sunt haut ignorare, vt appareant causae mutationum, vtque, num illa in melius aut deterius verterint, possis diiudicare.

§. II.

Scriptores, quorum in argumento hoc nobis vsus erit, pertinent vel ad notitiam, vel ad historiam; vtrique inseruit Geographia & Chronographia. Ad notitiam spectat ex veteribus HINCMARI, Archiepiscopi Remensis (1), grandis & eximia epistola (2) *de regno & palatio Francorum, in opuscul.* 14. Ex iunioribus eandem tradere aggressus est FRANCISCVS HOTOMANNVS in *Franco-Gallia*, sed infeliciter, quando non vt fuit, sed, vt ipse voluit, eam rempublicam descripsit, (3) male propterea habitus a Gallis quibusdam, praesertim Matharello. Idem institutum habuit IOANNES ISACIVS PONTANVS *originum Francicarum libris sex, Harderuici A. MDCXVI. editis*; in quorum *primo* nonnulla ad veterem Germaniam pertinentia; *secundo*, primogenias Francorum sedes; *tertio*, origines Francorum; *quarto*, expeditiones aduersus Romanos; *quinto*, Francorum in limine Galliarum iam consistentium res & augmenta, variasque expeditiones & successus occuparasque in vniuersum Gallias; *libro sexto*, Ecclesiae & politiae instituta, gentis mores, consuetudines, leges, habitus, armaturam, militiam, caeteraque huc spectantia exposuit. Quanquam HADRIANVS VALESIVS (4) eum antiquitatum Francicarum non admodum gnarum fuisse iudicauerit, exprobrans ipsi, quod pro GREGORIO TVRONENSE Historicum quendam, Caroli Praefecti Aulae aequalem, fere semper nobis obtrudat. Certe quod lemmata librorum promittunt non praestat, etsi laude sua ob egregium conatum non sit priuandus. Ante ipsum BEATVS RHENANVS, vir doctissimus, *rerum Germanicarum libros tres* edidit, *qui non* pauca ad res Francorum pertinentia continent, sed notis, quae nuper accessere, sine magno damno carere poterant. PAVLI HACHENBERGII *Germaniae mediae*, ideo non meminimus, quoniam sibi tantum credi voluit, auctores, vnde sua hausit, allegare insuper habens. Caeterum ad locum huncce referendae etiam HENRICI BOECLERI res seculi noni, inprimis sub Carolo M. & Ludouico Pio, & HERMANNI CONRINGII exercitationes (5) non paucae, cum opere eius de finibus Imperii & libro de origine iuris. SCRIPTORES pertinent vel ad NOTITIAM.

(1) Quem *nobili Francorum prosapia ortum, inque aulicis regni negotiis, aetate Ludouici & filiorum eius versatissimum*, merito laudat H. CONRINGIVS *Ex. de ciuibus Imp.* §. 30. Eum tamen in gratiam Ecclesiae suae posterumque Caroli M. multas fabulas finxisse, scribit HADR. VALESIVS *l.* 8. *Rer. Fr. ad A. DLV.* (2) In ea fragmentum libri de ordine palatii ab Adalhardo Corbeiensi Abbate scripti, exhibetur. Ipse HINCMARVS in epistola de recta noui ac iuuenis Regis institutione c. 12. *Adalhardi libellum de ordine palatii legi & scripsi.* (3) V. pl. BAYLE *Dictionnaire historiqu. & critiqu. voce Hotoman. tom.* 2. *p.* 137. (4) *Praefat. rerum Francicarum ad tom.* 1. (5) Idem scribit ep. ad BALVZIVM 30. *Laudandum cepi consilium, singulari libro rempublicam illam Francorum veterem maiore cum cura illustrare. Imo pridem hoc egissem, nisi offensam veritus eorum, qui sua omnia, quamuis heri aut nudius tertius instituta, credi volunt antiquissima, abstinuissem manus.*

§. III.

Partem notitiae constituunt leges, quae vel profanae sunt, vel ecclesiasticae. Has IACOBVS SIRMONDVS collegit tomis tribus, sub titulo Conciliorum Gal- *Cuius pars sunt Leges.*

Digitized by Google

Galliae. Quae inserta quoque sunt collectioni Conciliorum Regiae An. MDCXLIV. & PHILIPPI LABBEI, a GABRIELE COSSARTIO An. MDCLXII. absolutae. Quorum illa in tomos triginta septem, haec in septendecim est diffusa, iisdemque Anno MDCLXXXIII. accessit noua collectio, siue potius supplementum, cura STEPHANI BALVZII. Illas post BASILIVM IOANNEM HEROLDVM edidit FRIDERICVS LINDENBROGIVS sub titulo *Codicis Legum antiquarum*, cum doctissima praefatione & glossario. Cuius praeclari & summe laudandi operis iam nominatum BALVZIVM *in praefatione Capitularium Francorum* nullam fecisse mentionem miramur. Caroli M. Constitutiones primus edidit VITVS AMERBACHIVS, quem Germanum, rei antiquariae bonarumque literarum studiosissimum, laudat merito STEPHANVS BALVZIVS. Post IOANNEM TILIVM & PETRVM PITHOEVM, qui Capitularium libros, ab ANSEGISO Abbate & BENEDICTO LEVITA collectos, ediderunt, iam laudatus BALVZIVS Capitularia Francorum Regum omnia nitidissimo opere summa cum industria tomis duobus vulgauit (1) cum notis suis eruditissimis, vt eius sunt omnia, & SIRMONDI, aliisque opus illud illustrantibus additamentis.

(1) Quid in eo opere desideret CAROLVS COINTIVS, videatur *in annal. eccl. Fr. ad A. DCCCXVII. n.* 7. Adde GVILELMI CAVE *histor. script. eccles. liter. p.* 366.

§. IV.

Vel AD HISTORIAM. *Sunt autem* historici *vel* veteres.

Historicos omnes aut certe plerosque recensuit ANDREAS DVCHESNIVS (1), libro Gallice Parisiis A. MDCXXVII. excuso titulum praefigens: *Bibliotheque des Autheurs, qui ont ecrit l'histoire & topographie de France*, siue, vt titulus Latinae editionis habet, nuper in Germania auspiciis IOH. ALBERTI FABRICII V. Cl. recusae: *Bibliotheca Chronologica scriptorum ab originibus Regni Francici ad sua usque tempora.* Equidem prima Francorum tempora quod attinet, non nisi Romanos scriptores habemus, in panegyricis clades populorum, dissimulatis eorundem victoriis, in Imperatorum gratiam amplificantes. Ast quando postea Franci in Gallia sedes posuerunt, & Christianam religionem amplexi sunt, proprios gentis suae scriptores habere coeperunt. Quos inter primas haut dubie fert GEORGIVS FLORENTIVS GREGORIVS, Turonicae Ecclesiae Episcopus, librorum decem historiae ecclesiasticae Francorum (qui in veteribus membranis subinde Chronicum Gregorii inscribuntur) auctor grauis, & pro captu temporum illorum eruditus (2), quem merito prototypum historiae Francicae appellauit PETRVS PITHOEVS. (3) Viuere is desiit A. DXCI. Aequalem habuit MARIVM, Auenticensem Episcopum, grauem itidem & diligentem rerum, quae gestae sunt, scriptorem. Hic Guntchramno regnante floruit, & statutis Concilii Matisconensis II. subscripsit. Post hos scripsere FREDEGARIVS Scholasticus, (4) qui cum ad Clodoueum iuniorem historiam suam deduxerit, forte eius Principatu floruit; Auctor incertus Gestorum Francorum (5), qui Theodorico penultimo Merouingorum regnante, vel potius Carolo Praefecto Palatii, vixit; AIMOINVS, Floriacensis Coenobii Monachus (6), qui in epistola ad Abbonem Abbatem memorat ipse, se res gestas gentis Regumque Francorum, quae per varios libros sparsae & inculto sermone descriptae erant, collegisse ac emendatius edidisse, totamque historiam in unum corpus coactam a primordiis usque ad

Digitized by Google

ad Pippini Caroli M. patris principatum libris quatuor inclusisse. De singulis hisce scriptoribus merentur legi, quae rerum Francicarum libro quinto decimo ad A. DXCI. disseruit HADRIANVS VALESIVS. Adde eiusdem praefationem ad tom. 2. ubi multa in Gregorio Turonense emendat. Laudati autem GREGORII historiam cum caeteris eius operibus, ut & FREDEGARII epitomen historiae Gregorii, & Chronicum, cum suis quatuor continuatoribus, antea simul permixtis confusisque, nec non additamenta, quibus illa Gregorii opera illustrantur, post aliorum editiones complures nuper magna cum cura edidit THEODERICVS RVINART, Presbyter & Monachus Benedictinus e congregatione S. Mauri, qui in praefationis doctissimae parte tertia CAROLVM COINTIVM, historiam Gregorii innumeris interpolationibus scatere contendentem, ex professo refellit. Scriptores historiarum sub Carolingicis prolixum foret memorare, nisi quod unius EGINHARDI, quem virum in aula educatum (7), & negotiorum publicorum gnarum, maiestatis iurium callentissimum, ac temperantissimum scriptorem, non temere laudat BALVZIVS (8) obliuisci non possumus. Huic enim vitam CAROLI MAGNI (9) prudenter, & quod in illo aevo mireris, latine satis scriptam debemus. Eidem nonnulli attribuunt Annales Francorum a REVBERO editos idque ex libri de translatione & miraculis S. Sebastiani, mentionem facientis Agenardi sapientis (siue EGINHARDI) Annalium probat DVCHESNIVS (10) nec dubitat Lambecius (11). Sed libet potius assentiri CAROLO COINTIO, contrarium pluribus iisque validis argumentis demonstranti. Caeterum scriptores rerum Francicarum veteres primus colligere coepit P. PITHOEVS, magnus ICtus & CVIACIO suppar (12), in libro, scriptores Annalium & historiarum Francic. XII. ab *A. DCCVIII. ad A. DCCCCXL.* complexo. Eodem proposito in Germania *MARQVARDVS FREHERVS* insigne volumen edidit, sub titulo *Corporis historiae Francicae*, & HENRICVS CANISIVS, Nouiomagus, ICtus & Canonum Professor in Academia Ingolstadiensi, in *antiquarum lectionum*, A. MDCI. & deinceps editarum, *tomo primo* ALCVINI epistolas ad CAROLVM M. & alias; TIRONIS PROSPERI Chronicon auctius vulgato & Pithoeano; MONACHI SANGALLENSIS de gestis Caroli M. libros duos: in tomo secundo Francorum Annalium fragmentum ab A. DCCXLI. ad A. DCCXCIII. quos REGINO Prumiensis se fatetur secutum; in tomo quarto genealogiam CAROLI M. Alcuini grammaticam & dialecticam exhibet. Nonnullos etiam scriptores IVSTVS REVBERVS tomo unico vett. scriptor. inseruit. Abhinc duos grandes tomos vulgauit ANDREAS DVCHESNIVS, (quem alii Quercetanum vocant) Geographus Regius, quorum priori praescriptus est titulus: *Historiae Francorum scriptores coaetanei ab ipsius gentis origine ad Pipinum usque Regem, quorum plurimi nunc primum ex variis Codicibus MSS. in lucem prodeunt: alii vero auctiores & emendatiores cum epistolis Regum, Reginarum, Pontificum, Ducum, Comitum, Abbatum & aliis vett. rerum Francicarum monumentis.* Alterius tomi titulus est: *Historiae Francorum scriptores a Caroli M. patre usque ad Hugonem Capetum Regem: quorum plurimi nunc plurimum ex variis Codicibus MSS. in lucem prodeunt, alii vero auctiores & emendatiores, cum epistolis Regum, Pontificum, Ducum, Abbatum, & aliis vett. rerum Francicarum monumentis.* Vterque prodiit Lutetiae Parisiorum A. MDCXXXVI. Huius vestigiis institit filius FRANCISCVS DVCHESNIVS, tomum tertium, quartum & quintum addens. Ex quibus tertius ad nostrum institutum pertinet: continet enim

Digitized by Google

historiae Francorum scriptores a Carolo Martello, Pipini Regis patre, usque ad Hugonis & Roberti Regum tempora, interque eos Aimoini supra nominati historiae Francorum libros quatuor, Chronicon vetus Mossiacense ad Ann. DCCCXVI. Annales Francorum Bertinianos ad Annum DCCCLXXXII. & Annales Francorum Metenses (13) ad Annum DCCCCIII. Reliqui tomi res, quae ad regnum Galliae proprie pertinent, complectuntur. PETRVS quoque LAMBECIVS Chronica quaedam de rebus Francorum bibliothecae Caesareae tomo secundo inseruit. Vtinam vero ab eo accepissemus, cuius spem nobis fecit, (14) tomum singularem, ad vitam & res gestas CAROLI MAGNI pertinentem, & EGINHARDVM integrum, ex Mstis emendatiorem & notis illustratum. Addantur STEPHANI BALVZII *Miscellaneorum libri quatuor*, quibus A. MDCC. addidit quintum. IOANNIS MABILLONII *analectorum tomi quatuor*. IOANNIS LANNOII, cordati in Sorbona Theologi, opuscula de variis argumentis. Ad historiam ecclesiasticam inprimis pertinent LVCAE DACHERI, Congregationis S. Mauri Monachi Benedictini, vett. aliquot scriptorum spicilegium, tomis XIII. constans. Cuius institutum hodie sequitur EDMVNDVS MARTENE. Nec parum huc conducunt laudati MABILLONII Acta Benedictinorum cum eruditissimis ad volumen quodque praefationibus. Non minus ad notitiam hancce adiumento esse poterunt alii, qui etsi historiam temporum suorum non scriberent, in scriptis tamen suis rerum Francorum subinde meminerunt, viri aut literarum studiis, aut dignitate illustres. Exemplo sint S. AGOBARDI, Archiepiscopi Lugdunensis sub Ludouico Pio, opera, quae duobus tomis cum notis STEPHANI BALVZII prodierunt: Et SERVATI LVPI, Presbyteri & Abbatis Ferrariensis Ordinis S. Benedicti, sub eodem Ludouico, opera, quae idem BALVZIVS collegit, ad fidem vetustissimi codicis emendauit, & notis illustrauit. His, qui volet, addat alios.

(1) In hoc libello desiderat MARVILLIVS, personatus scriptor, *in miscellan. historic. & literariis, Gallice scriptis, tom.* 1. quod non separauerit, bonae notae historicos a caeteris; & qui fidem mereantur, ab illis, qui subleslae sunt fidei. Idem paulo post notat: *Eum prostituisse Musas, ut haberet panem.* Conf. Menagiana *part.* 2. *p.* 40. (2) De eo AEGIDII BVCHERII l. 14. Belg. Roman. c. 9. §. 9. iudicium est: *Pharamundum a Gregorio Turonense omitti non adeo mirabitur, quisquis scriptorem illum non adeo accuratum cognouerit. Nam quae narrat, negligenter ac confuse digerit, rerum delectum non magnum habet: multa praetermittit, & tempora perplexe praeposterequae miscet, ut nisi magna attentione benignaque interpretatione legatur, lectori sit potius calliginem quam facem affusurus, sive auctoris ille, sive seculi, sive utriusque defectus sit. Magna tamen ei gratia, qui in tanta barbarie, tanto bonarum literarum neglectu, haec ipsa nobis qualiacunque transmisit; Verum ita, ut nullum seu praetermissae seu perturbatae virtuti praeiudicium adferat.* (3) Commentat. de Comit. Palatin. (4) Iuuabit de eo audire, quae laudatus VALESIVS l. 20. ad A. DCXLII. iudicauit: *In eo anno Fredegarius Scholasticus nos destituit. Historicus pro captu illorum temporum diligens, ut aetate, sic autoritate Gregorio Turonico Episcopo proximus, & in magna bonorum auctorum inopia utilis ac necessarius, nec usquequaque contemnendus: cuius breuitas & cetera omnia vitia temporibus imputari debent: quem usque ad Willibadi tantum Flaochatique mortem, hoc est, ad quartum regni Clodouei filio opus suum composuisse aut saltem absoluisse alibi docuimus. Certe in codice veterrimo Serenissimae Christinae Reginae libri quinti Chronici Fredegarii caput septimum & octogesimum, quod in ceteris libris cum scriptis tum editis nonagesimum est, & mortem Willibadi Flaochatique enarrat, clauditur, subiuncto verbo, Explicit: Sicut ex Belgis accepimus. Ex quo apparet auctorem totius huius Chronici seu horum quinque librorum, quicumque fuit, & quocumque nomine appellandus est, ibi finem scribendi fecisse. Reliqua quae sequuntur, ab uno aut pluribus, vel certe ab uno eodemque ex pluribus Autoribus Chronico Fredegarii videntur adiecta esse. Quod minime mirabitur, qui veterum coenobiorum scrinia aperuerit, scriptasque ibi membranas euolverit.*

Digitized by Google

voluerit, Gesta Francorum ex variis Auctoribus a Monachis contexta ac velut in vnum corpus multa continentes, qualia in sui quisque Monasterii vsum consarcinare potuerunt. Et in priore quidem editione haec Fredegarii historiae Appendix cum libro eius V. & vltimo coniuncta, Caroli Maioris domus mortem minime transgrediebatur. At Henricus Canisius secutus Codicis sui auctoritatem & fidem, eam multo auctiorem & vsque ad Regis Pippini obitum perductam edidit, qualis & in nonnullis aliis codicibus inuenitur. Inde sibi quisque facillime persuasit, omnia quae eo libro vel potius centone continebantur, vnius eiusdemque auctoris, nimirum Fredegarii esse: propterea quod non interrupto verum ordine inter se vtcumque cohaerebant. Addit: Fredegarii Chronici appendix a plurimis pro Aimoini Historia; etiam Fredegarii Chronici Appendix hactenus ab omnibus pro Chronico Fredegarii habita est. Cuius ergo Appendicis priorem partem vsque ad initium regni Theodorici Chilperici successoris eum diligenter lectitarem, animadverti eadem quae in gestis Francorum, eisdem saepe verbis, paucis mutatis & additis, ibi narrari: Ita vt quisquis Chronico Fredegarii, in IV. regni Clodouei minoris anno desinenti, tres proximas paginas res octoginta annorum continentes subiunxit, eas ex Gestis Francorum hunc in locum transtulisse videatur. In vetustissimo codice Alexandri Petavii V. CL. qui nunc est Serenissimae Christinae, post memoratam Regis Pipini electionem consecrationemque, haec capitalibus litteris notata subiiciuntur. Vsque ad id tempus Childibrandum, virum Illustrem, Comitem, Regis Pipini patruum, hanc historiam vel Gesta Francorum diligentissime scribi curauisse: Sequentia Nibelungo viro illustri Comite, eius filio, hortatore & auctore adiecta esse. Quibus ex verbis haud absurde & temere colligi potest, quendam Regis Pippini aequalem, rogatum aut iussum a Childebrando historiam Francicam scribere, posterioribus duobus Chronici Fredegarii libris, nimirum quarto & quinto totius usque ad IV. regni Clodouei iunioris annum, deinde gestis Francorum usque ad Regis Chilperici mortem initiumque Theodorici transcriptis, & in vnum corpus coactis, cetera usque ad suam aetatem Pippinius Regis electionem suo marte subtexuisse, ac Gesta Francorum inscripsisse: eumdemque auctorem aut certe alium rogatu Nibelungi Comitis Childebrandi filii res gestas Pippini adiecisse. Caeterum a fine Chronici Fredegarii, seu a quarto regno regni Clodouei posterioris anno usque ad Pippinum Crassum Ducem Principemque Francorum per annos XLVI. nec in Gestis Francorum, nec in Appendice Chronici Fredegarii (quae sunt duo eorum temporum vetustissima ac fere sola monumenta) res gestae suis quaeque annis adscribuntur, sed pleraque nullo ordine seruato confusa ac indigesta, oraculorum instar paucis ac barbaris verbis inuoluuntur magis quam enarrantur. Vbi tamen notandum, licet FREDEGARIVS anno Clodouei quarto, hoc est, A. DCXLII. Chronicon concluserit, eum tamen vltra hunc annum vitam produxisse, patet ex cap. 41. vbi Samonem A. XL. Clotharii Regis, hoc est, A. DCXXIII. a Winidis electum & annis triginta quinque regno potitum fuisse scribit; Chindosuindi etiam Regis Hispaniarum mortem & alia memorat, quae post Clodouei mortem contigerunt. Vt obseruauit Ruinartus. (5) Praeter hunc ex illo aevo fere nullum poteris historicum nominare, quasi cum Regibus Francorum primae stirpis gloria historicorum simul videatur intermortua. Conqueritur hac de re non semel HADR. VALESIVS. Scribit enim l. 24. Rer. Francic. ad A. DCCXXVI. Ego vero prorsus ignoro, nec possum non grauiter ferre nonnunquam, interdum etiam deridere, tantam in antiquissimorum nostrorum Annalium auctoribus sordidorum ac triualium verborum; tantam soloecismorum parcimoniam, tantam securitatem ac negligentiam, vt nudis hominum nominibus lectis, qui illi fuerint posteros diuinare voluisse aut diuinaturos credidisse videantur. Tanquam legentibus satis non esset, si in intelligendo eorum sermone barbaro ac nullis Grammaticae regulis adstricto sudarint. Eadem ibi ratione bella maxima aduersus validissimas nationes a Carolo Principe Francorum gesta signantur: quae gesta quidem gesta legas; cur aut quomodo gesta sint, quoue euentu confecta non legas. Conf. eodem libro ad A. DCCXX. (6) v. PHILIPPI LABBEI Diatriban de Aimoino. Apponemus autem hic, quae laudatus VALESIVS l. 20. Rer. Francic. ad A. DCXLII. de eodem porro obseruauit: Aimoini operi in Regis Pippini electione desinenti, cum quadringentorum & quatuordecim annorum res ex variis nostris historicis essent adiectae, cuncta haec postea Aimoini nomine vulgata, & vt vna edita erant, sic a plerisque vnius Aimoini sunt habita. Plane vt Aimoinus ipse, si reuiuiscat, historiam suam vix agnituras esse videatur, cui multa inserta, cuius liber quartus duplo auctior factus, cui quintus etiam veluti pro corollario liber additus sit & vsque ad natalem Philippi Aug. siue ad annum Christi milleſimum centeſimum & ſexageſimum quintum deductus. Constat autem Aimoinum Floriacensis Coenobii Monachum, licet Rotberto apud Francos regnante floruerit, solummodo tamen, vti ipse affirmat, vsque ad Philippi Regis vnctionem consecrationemque res gestas Francorum perduxisse. Quod ad Aimoinum attinet, nemo mirari debet Abbatem Parisiaci Monasterii Beatorum Vincentii atque Germani, carmina de Clodo-

neo, de Childeberto, deque Germano litteras Regum noſtrorum, atque Germani Antiſtitis ad idem Coenobium pertinentes, doctis non ſine cauſa valde ſuſpectas, quaedam etiam de Genouefa, deque eodem Germano Pariſiorum Epiſcopo eius Hiſtoriae inſerta reperiri: quam nimirum a Monachis S. Germani, vt Aimoinum Hiſtoricum ſibi vindicarent, corruptam, & Luteciae Pariſiorum a Iodoco Badio anno MDXIII. ex ipſorummet exemplari adulterato atque vitiato primum editam eſſe conſtat. Certe haec omnia in Veteribus Hiſtoriae Aimoini codicibus haud quaquam inueniuntur, vt nec tituli capitum, quos Iodoci Badii aut Iohannis Parui eſſe quidam putant, propterea quod in antiquis membranis continua ſit, nec in vlla capitula diuiſa Hiſtoria Francica Aimoini. Qui ſcriptor non ſine cauſſa aliorum ſe verbis pro ſuis vſum eſſe in epiſtola ad Abbonem Abbatem ſuum profitetur, ſi quod aiunt, quodque admodum veriſimile eſt, ab anno regni Clodouei iunioris quarto usque ad Pippini conſecrationem vetera Geſta Francorum ad verbum transſcripſit. Reliqua enim omnia quae ſequuntur, Hiſtoriae eius ſubtexta & aliorum auctorum ſunt. (7) *Quem tanto meliori fide res Caroli executum, quanto familiarius ei adhaeſit,* ſcribit SIGEBERTVS de ſcriptoribus illuſtr. c. 84. *Virum inter primos eius ſeculi annumeratum* vocat BARONIVS tom. 9. Ann. Eccl. ad A. DCCCXXVI. *Virum aetatis ſuae doctiſſimis adnumerandum, Geographiae vtique* (vt ſcripta eius docent) *peritiſſimum, Caroli M. & Ludouici Pii Imperatorum aequalem,* HADR. VALESIVS *Notitia Galliar. voce Nortmannia Francia.* Quo magis miramur auctorem nuperum *libri Gallici ſub titulo: L'Eſprit de Gerſon c.* 31. ex quo excerpta nobis dedit BAYLE *Dictionn. Hiſt. Critique voce Eginhard,* eum vocare ſcriptorem malignum & fabuloſum. Cuius rationibus non deeſt, quod reſpondeatur. (8) Not. ad S. Agobardi oper. p. 109. (9) Nam falluntur qui librum hunc abiudicant EGINHARDO, vt ex LVPI FERRARIENSIS *ep.* 1. dudum collegerunt docti. Verba eius ſunt: *Venit in manus meas opus veſtrum, quo memorati imperatoris* (Karoli) *clariſſima geſta (licuit mihi absque ſuſpicione adulationis) clariſſime litteris allegaſtis.* (10) tom. 2. ſcriptor. Francic. hiſtor. Ad A. DCCLXXIV. n. 127. ſeq. (11) l. 2. Bibliothec. Caeſar. c. 5. (12) Vitam eius deſcripſere IOSIAS MERCERVS apud BATESIVM, FREHERVS *in theatro.* Adde THVANVM ad A. MDXCVI. Theiſſii *elogia tom. 2. p. 244. tom. 3. p. 408.* SAMARTHANI *elogia l. 4. p. 97.* (13) De quibus laudatus VALESIVS l. 23. Rer. Francic. ad A. DCCXVII. *Scire conuenit incertum quemdam Mettenſis Monaſterii S. Arnulfi Monachum res Francicas ab origine gentis ad annum DCCCCIII. in uſum ſodalium ſuorum, ſicuti fieri ſolebat in plerisque Coenobiis, deduxiſſe, Gregorio, Fredegario, Eginhardo, ac Reginone praeter caeteros fere ad verbum transſcriptis: eumque vbi de Pippino Duce & Principe Francorum Regis Pippini auo referre incipit, (anno autem DCCXXCVII. referre incipit:) annos Natalis Domini praefigere coepiſſe. Codex vetus Iacobi Sirmundi fuit, qui & in manus meas venit, vbi Auctor opus ſuum, ſi tamen ſarcinatoris vnius opus illud eſt, ex more Geſta Francorum inſcribit: quod alii Chronicon Mettenſis Monaſterii S. Arnulfi nuncupant; Andreas Cheſnius a loco Annales Mettenſes cognominare maluit. Ceterum hic Monachus de Pippino Duce, de Carolo quoque Principe, & de tribus Caroli filiis plurima eximia ac memoria digniſſima tradit, quae fruſtra alibi quaeras: quae haud dubie ab ſcriptore aequali eorum Principum ſed plerumque nimis adulante accepta eſſe neceſſe eſt.* (14) tom. 2. Bibliothec. Caeſar. p. 261. & p. 320.

§. V.

Ex his qui hiſtoriam integram contexerent, non defuerunt viri eruditi. *Vel nouis.* Quos inter, vt iam PAVLI AEMYLII Veronenſis de rebus geſtis Francorum libros decem, & IOANNIS SERRANI hiſtoriae Francicae inuentarium aliosque praetereamus, laudandi praecipue HADRIANI Valeſii *rerum Francicarum tomi tres*, libros viginti quinque, & in iis hiſtoriam Francorum a prima gentis origine ad annum usque DCCLII. ſiue ad Childericum, Merouingicae ſtirpis ultimum (1), complexi; in quorum ſecundi praefatione, ſe Francorum, popularium ſuorum, patriaeque gloriae aſſiduam per annos viginti tres operam & maiorem aetatis partem gratis impendiſſe, profitetur. Et in eo ſane ſummam diligentiam, iudicium acre, ſtyli elegantiam & prudentiam merito ſuſpicimus. Fuit tamen iidem negotium cum HENSCHENIO & PAPEBROCHIO in Actis Sanctorum, quorum hic

in

Digitized by Google

in appendice apologetica pro *Diatriba de tribus Dagobertis Francorum Regibus exgeſeos praeliminaris ſecundae* (2) in eius immodeſtiam inuehitur. Plane vt MASENIVS (3) nouum in hiſtoria Francica Dictatorem nuncupat, qui nimio faſtidio aliorum ſtudia deſpexerit, laboreſque audaci ſatis criterio diſpunxerit. Gallica lingua MEZERAEVS, (de Mezeray) hiſtoriographus Regis, Francicam hiſtoriam vniuerſam a primis vſque initiis concinnauit, cuius extat & magnum opus in tomis ſex mediocribus in folio, & illius compendium totidem tomorum in octauo. Nec tamen id deterruit CORDEMOIVM (de Cordemoy) Conſiliarium Regium & Lectorem Delphini ordinarium, quo minus eadem lingua hiſtoriam Gallorum veterem & Francorum a primordio vſque ſcribere aggrederetur. A quo habemus primum tomum ad exceſſum CAROLI M. Cuius filius ante hos viginti annos tomum alterum inſigni cum praefatione addidit, deſinentem in Ludouico V. Carolingicae ſtirpis vltimo. Non ita pridem GABRIEL DANIEL eadem lingua tomum hiſtoriae Francicae a tempore fundatae in Gallis Monarchiae edidit, qui vt & eidem ſubiunctae Diſſertationes octo accurationem Viri & non vulgare iudicium ſatis ſpirant. In Germania noſtra auſpiciis Reuerendiſſimi quondam ac Celſiſſimi Paderbornenſis ac Monaſterienſis Epiſcopi, D. Ferdinandi (cuius eximie laudandum ſcriptum habemus Monumenta Paderbornenſia) praeclaram hiſtoriae Francicae veteris partem, ſub titulo *hiſtoriae Weſtphalicae*, excoluit NICOLAVS SCHATEN, cuius etiam Annalium Paderbornenſium liber primus & ſecundus huc pertinent. Annales Francorum Eccleſiaſticos a primo Regni Francorum initio & quidem ab An. CCXXXV. componere coepit CAROLVS COINTIVS Trecenſis, Congregationis Oratoriae D. noſtri IEſu Chriſti Presbyter, & iam perduxerat eos ad volumen octauum, quod nonniſi ſeptendecim annorum *hiſtoriam complectitur*, cum mors eum occupauit, ſtupendum alioquin opus *editurum*. Quanquam Annales hi inſtituto noſtro ſufficiant, quippe in anno DCCCXLIIX. adeoque paulo poſt exceſſum Ludouici Pii deſinentes. Caeterum qui vnius aut alterius in regno Francorum regionis hiſtoriam ſcripſerunt, enarrare prolixum foret. Ita ANTONII DADINI ALTESERRAE, ICti Toloſani, *Rerum Aquitanicarum libri decem* extant, cuius quoque inſignis veterum Francorum cognitio aliunde & *ex notis atque obſeruationibus ad Gregorii Turonenſis X. libros hiſtoriae Francorum* ſatis eluceſcit.

(1) Cur reliqua non pertexuerit, cauſam aperit perſonatus MARVILLIVS d. tom. 1. *Mons. Colbert Miniſtre d'Eſtat, le ſolicitant un jour avec beaucoup d'honneteté, de vouloir continuer ſon hiſtoire de France en Latin, dont il avoit deja donné quelques volumes; le bon homme, tout effraié, ſe retirant en arriere, comme ſi on avoit voulu l'aſſommer, s'ecria: Eh! Monſieur, que me demandez vous à l'age, ou je ſui! me demander ce penible travail, c'eſt me demander la vie.* (2) *Ad Tom. 3. Martii.* (3) *Annotat. 13. ad tom. 1. Annal. Treuirenſ. Brouweri.*

§. VI.

Vt vero illorum, quos iam laudauimus, aliqui, praeſertim HADRIANVS VALESIVS, & CAROLVS COINTIVS Chronologiae etiam operam dederunt (1): ita Geographiam quod attinet, extat antiquiſſima tabula Peutingeriana (2), AMMIANI MARCELLINI aeuo, vt creditur, digeſta, quae Franciae meminit, & inter MARCI VELSERI opera cum eius annotatis ante aliquot annos eſt recuſa. In Gallia

Inter ſubſidiarios ſunt Chronologi. Geographi.

Digitized by Google

quoque superiori seculo typis exscripta est tabula, Imperium exhibens CAROLI M. cuius tamen consignatores per adulationem veritati vim fecerunt, descriptione illa vniuersam Hispaniam Siciliamque, nunquam a CAROLO M. possessas, complexi. Quod BOLLANDVS quoque obseruauit. (3) Quanquam tabula ista in defectu meliorum ad intellectum aeui Carolini scriptorum nonnihil conducere, supppleri autem & emendari insigniter possit ex LABBEI *Catalogo Geographico*, HADRIANI VALESII *Notitia Galliarum*, Mabillonii *libro IV. de re diplomatica*, ANONYMI Rauennatis *Geographia libris quinque*, quos ex MSto Codice Bibliothecae regiae primus eruit, & notis illustratos ante hos sexdecim annos publici iuris fecit PLACIDVS PORCHERON. Lexicon veteris Franciae Teutonicae editurum se promisit LAMBECIVS, sed cuius expectatio cum eius morte intercidit.

(1) Causae difficultatum & tot in ea dissensionum fuere: primum, quia filii Regum viuis patribus Reges dicti, deinde quod prisci Francorum Reges diplomata & praecepta sua nec annis incarnationis, nec indictione subnotabant, sed solis regni sui annis: quibus cum aera Christiana conciliandis per sexcentos amplius annos laboratum est. Vnde innumeri irrepsere errores in medii temporis historicos, qui annos illorum Regum cum annis incarnationis componere tentarunt. Accessit eorundem Regum aequiuocatio nominum, ex qua factum est, vt quod vni tribuendum erat, alteri eiusdem nominis tribueretur, immani passim temporum confusione. Quod exemplis demonstrat MABILLONIVS *in supplemento librorum de re diplomat. c.* 7. Denique saepe rotundo numero exprimuntur Regum anni. Quae res non potuit non magnam in eorum calculo parere confusionem. (2) Infinitis illam erroribus scatere, obseruauit H. CONRINGIVS *de origine iur. Germ. c.* 7. (3) V. *in addit. Sanct. not. ad vit. Caroli M. c.* 4.

§. VII.

Nec non Formularii & Glossariographi.

Non temere quoque inter subsidiarios scriptores referendi Formularii & Glossariographi, quippe vsum non nullum in notitia hac praestantes. Inter formulas praecellunt, quas MARCVLFVS quidam sub Merouingicis Regibus, seculo, vt non vana coniectura est, septimo, duobus libris inclusit, & HIERONYMVS BIGNONIVS eruditis notis illustrauit. Alias quoque IACOBVS SIRMONDVS, alias idem BIGNONIVS, alias FRIDER. LINDENBROGIVS, alias denique BALVZIVS, noue a se collectas, edidit, qui postremus eas omnes in tomum secundum Capitularium Francorum retulit, & simul subiunxit antiquas formulas Promotionum Episcopalium & formulas exorcismorum atque excommunicationum. Glossaria scripserunt Petrus Pithoeus ad Capitularia Francorum, & laudatus LINDENBROGIVS in codicem LL. antiquarum. Quorum industriam longe superauit CAROLVS CANGIVS (1), dictus etiam DVFRESNIVS.

(1) De huius glossario supra nominatus Maruillius d. tom. 1. *Quantum rerum! quantum exemplorum! quantum antiquitatis tenet! Nihil est, quod dicere velis, quod ille docere non possit. Mihi certe, quoties aliquid abditum quaero thesaurus est. Iam quanta sermonis eius fides? Quanta auctoritas? Quam pressa & decora cunctatio? Quid est, quod non statim sciat? Et tamen plerumque haesitat, dubitat diuersitate rationum, quas acri magnoque iudicio ab origine causisque reperit, discernit, expendit.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT I.

DE NOMINE FRANCORVM ET GENTIS REGNIQVE ILLORVM CVM ORIGINE TVM PROGRESSV.

§. I.

FRanci vnde dicti sint, diuersae sunt opiniones. Vbi non immorabimur Hunnibaldi putidissimis fabulis, quae apud TRITHEMIVM ferme vnum fidem inuenerunt. Hic Francos nomen saepe cum sedibus mutasse, & primo vocatos in Phrygia adhuc degentes Troianos; in Germania Sicambros; & denique a Franco siue Francione Rege Francos scripsit. Nam vt illa de Troianis primordiis fabula (1), & celebre illud de vrbe Sicambria ad ripas Danubii commentum, satis explosa sunt; ita prudentiores Franci, vt in Britannia CAMBDENVS ait, Francioni suo, tanquam ementitio patri, iam diu renunciarunt. LIBANIVS Sophista in Basilico seu panegyrico, dicto Imperatoribus Constantino & Constanti, Francos nominatos putauit quasi a Graecanica voce φρακτοὶ, hoc est, *septi munitiue*. Sed hoc friuolum. Alii causam appellationis Francicae repetunt ab immunitate stipendiorum, quibus ab Imperatore Valentiniano in decennium leuati sunt. A quibus non multum recedunt, qui a libertate deriuant, quod armis & animis conspirantibus iugum Romanum excusserint. Sed vtrosque delirare putat GOTTEFRIDVS WENDELINVS (2), qui nomen trahit a voce Atuatica Vranghe, quod est *acerbum*, *asperum*, *trux* (3), *ferox*. Nec multum huic refragamur opinioni, ait HACHENBERGIVS (4), quum eam quoque vetustis Franciae scriptoribus IVONI CARNOTENSI *in Chronico Francorum* & AIMOINO *lib.* 1. *de gestis Francorum cap.* 1. aliisque probari videamus, dum certatim probant, Francos a Valentiniano Imperatore lingua Attica appellatos feroces, sed in hoc falsi, quod linguam Atticam pro Atuatica posuerint, vt recte aduerterit CHIFFLETIVS. Erant autem Attuarii inter Franciae populos & Rheno coniuncti. Quanquam HADRIANVS VALESIVS putet (5), tales melius facturos fuisse, si Hattica siue Chattica lingua Francos P. Licinii Valeriani principatu vocatos esse scripsissent, cum Chatti siue Hatti Hassiue Germani inter Francorum gentes primarii fuerint. Sane in Hassia *Range* adhuc hodie denotat *ferocem* siue *rapacem*, detrita lit. F. vt in vocabulis fieri consueuit. Caeterum, quod Francus liberum denotet apud Germanos, inde est, quia Franci libertatem ac immunitatem a tributis habebant. Quod in loco demonstrabimus. Vt adeo Francorum appellatio voci Franc, vt liberum signet, originem dedisse videatur. Illud adhuc addendum, Francos contumeliae non duxisse sibi, si *Barbari* nuncuparentur: & cum Francos, tum alios populos, honoris causa *Barbaros* appellari consueuisse a populis suae ditionis, atque ita se ipsos appellitauisse, vt praeclaris testimoniis confirmauit HADRIANVS VALESIVS (6).

FRANCI *vnde dicti.*

(1) Mirum est HENRICVM VALESIVM *in not. ad excerpta Peireſciana p.* 73. scribere: *Francos a Troianis oriundos, longe vetustissimam esse famam, & bonis auctoribus innixam.* (2) *In glossar. Salico voce Salii.* (3) Quod epitheton quadrare in Francos indicat Panegyricus EVMONII pro scholis dictus A. CCXCII. declamans: *feritate Francorum velut haustum desedisse Batauiam.* Quomodo

modo & alter dictus Constantino *trucem Francum* vocat. (4) *Colleg. histor. Disp. ord.* 3. (5) *Notit. Galliar. voce Franci liberi.* v. *Notit. veter. Germ. populor. part.* 2. *c.* 2. §. 9. (6) L. 6. *Rer. Franc. p.* 289.

§. II.

Quo tempore eorum appellatio coeperit.

Quando Francorum appellatio coeperit, non minus disceptatur. Quidam in CICERONIS *l.* 14. *ad Attic. ep.* 10. eam se inuenisse existimant, vbi vulgo legitur: *Redeo ad Thebasſos, Scaeuas, Frangones.* Enimuero corruptam esse lectionem hanc, recte vidit CLVVERIVS (1), & emendandam ex eiusdem libri *ep.* 5. hoc modo: *Redeo ad tuos Basſos, Scaeuas, Fangones.* Nimirum indignabatur CICERO in veteranos libertosque, qui, luctuosa Caesaris largitione, bona Caii Pompeii possidebant. Fangonis illius, ex mercenario milite ad Senatorium ordinem euecti, meminit DIO l. 48. Et sane quomodo TVLLIVS nouisse aut nominasse Francos potuit, quos Iulius Caesar, qui transrhenanam Germaniae oram Romanis primus aperuit, nec nouit, nec nominauit vspiam? E contrario alii non altius, quam a Valentiniani Augusti Imperio, eorum memoriam repetunt. Verum qui ita sentiunt, non legerunt AVRELIVM VICTOREM, Panegyricos, TREBELLIVM POLLIONEM, VOPISCVM, AMMIANVM MARCELLINVM, alios, qui iam inde ab A. CCLV. imperioque Postumi Francorum, tanquam validae gentis, meminerunt. Siue hoc primum tempore, verba sequimur HADRIANI VALESII *praefat. rer. Francic.* ita dici coeperunt, qui antea modo Germani, communi gentis nomine, modo suae quisque nationis proprio vocabulo appellabantur; siue auctorum historiae Romanae, qui de Francis prius aliquid retulerant, libri perierunt. Quanquam antiquissima & prima eorum mentio videatur esse apud VOPISCVM *in Aureliano.* Vbi militum cantilena legitur: *Mille Francos, mille Sarmates semel occidimus. Mille, mille, mille, mille, mille Persas quaerimus.* Quae clades Francorum ad Moguntiam a CAROLO COINTIO (2) non temere ad A. Chr. CCXXXV. refertur. Neque tamen Franci propterea Germani desierunt appellari. Nam apud historicos aliosque appellari promiscue in aperto est. Dicti etiam Sicambri siue Sygambri (vt in veteribus exemplaribus saepe legitur). CLAVDIANVS lib. 3. de laudibus Stilic.

Illinc flauente Sicambri
Caesarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.

sed quos ibi Sicambros, iam lib. 2. Francos dixerat.

Qui mihi Germanos solus Francosque subegit,
Cur nondum legitur fastis?

Item IV. Honorii Cons.

Ante ducem nostrum flauam sparsere SICAMBRI
Caesariem, pauidoque orantes murmure FRANCI
Procubuere solo.

SIDONIVS in Narbone, siue ad Consentium Narbonensem Virum Cl. qui Valentiniano principatu Consistorianus fuerat:

Fu

Tu Vicrum (3) *& Vacalim, Visurgim, Albim,*
Francorum & penitissimas paludes
Intrares, venerantibus Sicambris.

Hinc Clodoueo ad sacrum lauacrum accedente, REMIGIVS RHEMENSIS Episcopus aiebat: *Mitis depone colla Sicamber.* FORTVNATVS l. 6. carm. 4. de Chariberto Fr. Rege:

Cum sis progenitus clara de gente Sicamber,
Floret in eloquio lingua Latina tuo.

Causa autem appellationis videtur inde proueniſſe, quoniam quidam Franciae populi loca quondam a Sicambris infesta incolebant; vel potius, quia reliquiae quaedam in illis populis ad Sygambros genus suum referebant. Nisi quis malit dicere (4), eam ortam ab antiquis fabulis, de quibus supra egimus.

(1) *L. 2. G. A. c. 21. add.* COINTIVS *in annalib. Francor. ab initio.* (2) *Ann. Francor. ab initio n. 2. & seqq.* conf. AEGID. BVCHERIVM *l. 6. Belg. Rom. c. 13. §. 4.* (3) Ita legit HADRIANVS VALESIVS *l. 5. Rer. Francicar.* Vbi vulgo legitur: *Tuncrum*, flumen omnibus Orbis situs & historiarum Auctoribus ignotum. (4) H. GROTIVS *l. 7. histor. Belg.* videtur statuere, gentem Sicambrorum sponte, an vicinorum, vel Augusti armis ad Vahalim concessisse, (forte hinc *paludicolas Sicambros* vocat SIDONIVS *l. 4. ep. 1.*) Addit: in Gelria Sicambrici nominis restare vestigia. Ante l. 5. hist. Belgic. scripserat: *Francos Vahali olim & iis sedibus degressos, quarum nunc partem Geldri colant, Batauorum insulam tenuisse, nec aliunde Merouaeum Regibus nomen.*

§. III.

A Francis ortum Franciae vocabulum. Vbi illud certum est, Franciam *vt & interdum denotasse* vniuersam Franciae ditionem cis & trans Rhenum. WALAFRIDVS STRABO vita S. Galli Abbatis (1): *Scimus Francos, partes Germaniae vel Galliae non solum potestati, sed etiam suo nomini subiugasse.* MONACHVS SANGALLENSIS de vita CAROLI M. l. 1. c. 10. *Franconiam interdum cum nomine, omnes Cisalpinas prouincias significo.* Hinc Francia alia orientalis, alia occidentalis, quae & Romana siue Latina dicta, non solum sub CAROLI M. posteris, verum etiam, post progeniem eius extinctam, perquam diu, vt infinitis testimoniis demonstrari potest, quorum aliqua cumulauerunt H. MEIBOMIVS (2) & HADRIANVS VALESIVS. Quanquam olim Austria saepe κατ' ἐξοχήν Francia appellaretur, vt obseruauit idem VALESIVS. Interdum etiam Francia, quam nunc dicimus Franconiam denotauit (3). Vt pluribus probauit laudatus VALESIVS (4). Caeterum sub nomine Franciae aut Francorum regni rarissime venit Longobardia. Ipse CAROLVS M. Regem Francorum & Longobardorum se in epistolis suis appellauit, atque ita ab Episcopis Vrbis Romae in literis est nuncupatus. Apud EGINHARDVM thesauros suos, vestem & suppellectilem diuisisse dicitur, anno Domini DCCC XI. regni sui in Francia XLIII. in Italia XXXVI. Imperii XI. Vbi Italia notat Longobardiam. Satis de nomine. Dicamus nunc de origine, tam gentis, quam reipublicae. FRANCIAE

(1) Apud SVRIVM, GOLDASTVM & MABILLONIVM *Act. Bened. secul. 2.* (2) *In notis ad Witichindi Annal.* add. H. GROT. *l. 2. de I. B. & P. c. 9. §. 11. in not.* (3) NICOL. SCHATENIVS l. 3. histor. Westph. vniuersim rem comprehendens, Franciam triplicem cum viris eruditis esse

Digitized by Google

dicit, *quarum alia vetus Francia inter Rhenum & Visurgim Albimque, procreatrix illa omnium Francorum, qui deinde Rhenum transgressi nouum illic regnum condidere. Alia hinc Gallicana, quam Franci in solo Romano victricibus armis cis Rhenum iuris sui fecerunt. Alia noua & Germania Orientalis, quam victis Alemannis porrexere per Germaniam superiorem; Eius pars Franconia, quae sola ex ceteris debellatis Prouinciis nomen retinuit a veteribus Francis.* (4) Notit. Galliar. voce Francia. Notit. Galliar. voce Lugdunensis Gallia p. 305.

§. IV.

Quae gentis origo. Vbi diuersae excutiuntur sententiae.

Quantum gentis originem attinet, extant peculiares libri, ut Pontani, de quo iam egimus. NICOLAI VIGNERII, Regum Henrici III. & IV. in arcano concilio Senatoris & Historiographi percelebris, *de statu & origine veterum Francorum*, quem ex Gallico sermone in Latinum conuersum *tom. 1. scriptorum Franciae* inseruit DVCHESNIVS, in quo etiam extat Hermanni, COMITIS NVENARII, breuis narratio de *origine & sedibus priscorum Francorum*. ANTONII SCHONHOVII Batavi libellum *de origine & sedibus Francorum*, nuper inter veteris aeui analecta edidit ANTON. MATTHAEI. Quibus omnino addi merentur Monumenta Paderbornensia, & NICOLAVS SCHATEN *in historia Westphalica p. 82. sequ. l. 3. histor. Westphal. ab initio.* prolixe & accurate. Nos ex pluribus, quae adferri solent, opinionibus duas illustriores expendemus, & nostram, quam hodie eruditissimus quisque, etiam Gallorum, probat, addemus. Prima nititur auctoritate GREGORII TVRONENSIS scribentis l. 2. histor. Francor. c. 9. *Tradere multos, eosdem*, i. e. Francos, *de Pannonia fuisse digressos* (1) *& primum quidem litora Rheni amnis incoluisse.* Verum haec fabula vel inde nata est, quia Franci loca incoluerunt, in quibus paludes non paucae, ut PROCOPIVS notauit *l. 1. de B. Gothico*, & apud VOPISCVM in Probo *inuiis strati paludibus* dicuntur; vt propterea videri potuerit, antiquissimas Francorum sedes ad Moeotidem paludem fuisse, quam coniecturam attulit MARCVS VELSERVS *in explicat. Tab. Peutingerianae p.* 728. vel potius, quia, ut ex TACITO constat, cohors Sicambrorum in Pannoniis sub Tiberio laudatissimae promptitudinis fuit habita, & sub Hadriano Imperatore virtus itidem Batauorum, teste DIONE, enituit. At Sicambri & Batavi illi non alii fuerunt ac Franci, qui quum per Pannonias fortibus inclaruissent facinoribus, illud scriptoribus posteris persuadere potuerunt, Francorum nobilitatem ex Pannoniis venisse. Adde Francos, & forte in his Frisios, sub Probo Imperatore in Ponto nauibus per Bosphorum & Hellespontum, maria Aegeum & Ionium, Siciliam, Africam & Carthaginem populatos, per fretum Gaditanum, immenso Hispaniarum Galliarumque circuitu, in patriam Franciam salvos rediisse. Quod fabulae de origine Francorum e Troianis occasionem praebuisse, admodum credibile videtur AEGIDIO BVCHERIO, *l. 6. Belg. Rom. cap.* 13. §. 7. praesertim cum vicina sint vocabula Phrygiae & Frisiae. Altera quae originem Francorum ex Franconia ad Moenum deduxit, multos iuniorum tenuit, interque eos MARQVARDVM FREHERVM (2), inter primos quoque Franciae populos numerantem Hermunduros, Narisscos, Suevos. Quos errare non est dubium (3); nam regio illa olim non Franconia sed Alemannia dicebatur, neque in noui nominis appellationem transiit, nisi post Clodouei victoriam annumque, ut infra docebimus, CCCCXCVI. quo deuicti Alemanni se Francos dixere ad demulcendum victorem, ut putat post WEN-

DELINVM

DELINVM HACHENBERGIVS (4); vel potius, quia Franci colonias eo deduxerunt, ad continendum in obsequio tam animosum & immensae multitudinis populum, quod visum quoque HADRIANO VALESIO. Vnde etiam obiter illorum sententia reuincitur, qui originem Francorum a Gallis deducunt, quos in Germaniae partem, postea Alemanniam nuncupatam, transmigrasse asserunt. Cui necquicquam opitulatur, quemadmodum LE BLANC *des monnoyes de France p.* 64. putauit, quod nomen Lotharii, quo aliqui Francorum Reges vsi, Gallis fuerit vsitatum. Nam *Boios a Marcomannis* pulsos Boiemum deseruisse certum; at quo transierint, prorsus incertum est: nec minus constat, Lotharii nomen Germanis fuisse proprium. Equidem inter flumina Francica Nicer nominatur cum a SIDONIO *in Narbone*, cuius locum supra adduximus & *in panegyrico* AVITO Aug. dicto, ubi canit

Bructerus, vluosa vel quem Nicer alluit unda
Prorumpet Francus.

tum a VOPISCO in Probo, quem *Francos vltra Nicrum fluuium & Albam remouisse* scribit. Nicer autem Franconiam, quam hodie dicimus, alluit. Nam in singulis hisce locis pro *Nicer* legendum esse *Vicer*, recte vidit HADRIANVS VALESIVS *L.* 5. *rer. Francic.* (5) Est quippe Vicer Franciae transrhenanae amnis, qui oppidum sui nominis attingit, atque in Oceani ingentem sinum siue aestuarium, vulgo Zuiderse, hoc est, paludem Austrinam, dictum, influit, & Vectus hodieque nuncupatur, nec differt ab eo, quem a CL. PTOLEMAEO in Germania inter Rhenum & Amisium poni, vitioque exemplarium Vidrum pro Vicro dici animaduertimus. Nicer sane tum erat veteris Alemanniae ultra Moenum fluuius, in Rhenum exiens, quae Francis non parebat.

(1) Hinc forte H. GROTIVS l. 7. hist. Belgicae vocat Francos, *aliunde aduectam gentem.* Quanquam haesitans addat: *seu diuersae Nationes studio libertatis in foedus ac nomen compositae fuerunt.* (2) L. 2. origin. Palatin. c. 3. & in notis ad Ausonii Mosellam. Adde HADRIAN. IVNIVM. in Batauio. (3) Sentit nobiscum HADR. VALESIVS *l.* 24. *Rer. Francic. ad A.* DCCXXX. scribens: *Quam nunc in Germania Franconiam vocant, Francorum, ante occupatam ab eis Galliam, veteres trans Rhenum sedes fuisse, multos antiquitatis ignaros ac regionis nomine deceptos, falso existimasse.* (4) Coll. hist. Diss. 3. §. 10. Notit. Galliar. voce Franconia. (5) Quosdam pro Nicro Visurgim reponere obseruauit NICOL. SCHATEN. l. 3. histor. Westph.

Bructerus vluosa quem Weserus abluit unda.

§. V.

Verissima est igitur sententia, quae Francos origine Germanos esse statuit. Paret hoc primum ex appellatione, dum promiscue Franci & Germani dicti (1). Ita PROCOPIVS *I. de bello Gothico* Francos antiquitus Germanos appellatos scribit (2), & Germanos modo, modo Francos vocat quinquies sexiesue. Deinde ex lingua, quae haut dubie Germanica fuit, vt Leges veterum Francorum & monumenta historica abunde liquidum faciunt, in quibus, quae Latinis verbis efferri non potuerunt, vernacula Germanorum lingua exprimuntur. Specimen aliquod dedit Comes NVENARIVS apud DVCHESNIVM (3). Addatur IOANNES ISACIVS PONTANVS (4) & NICOLAVS SERARIVS (5). Notandum autem linguae apud Francos triplicis vsum fuisse, Romanae, quae & rustica, Latinae *Vera proponitur.*

Digitized by Google

& Theodiscae siue Francicae. Quam distinctionem innuit GERARDVS in vita S. Adalhardi Abbatis: *qui si vulgari*, inquit, *id est, Romana lingua loqueretur, omnium aliarum putaretur inscius: si vero Teutonica, enitebat perfectius: si Latina, in nulla omnino absolutius.* In Concilio Turonensi III. anno DCCCXIII. cap. 17. statutum: *ut Episcopi habeant homilias rustica Romana lingua aut Theodisca dictatas* (6). Porro ex habitu & moribus Francorum, qui cum Germanis in plerisque congruunt, ut deinceps dicemus. Denique ex ipsis primis Francorum sedibus, quae nullibi rectius collocantur, quam inter Rhenum, Visurgim & Albim. Nam omnis transrhenana ditio, Nouesio & Coloniae Traianae opposita, etiam in Tabula, cuius supra meminimus, Peutingeriana maiusculis literis FRANCIA insignitur, eademque de causa Francia, cum Saxonia ei versus ortum, Alemannia versus meridiem contribuatur, inter utrumque media ponitur ab HIERONYMO (7) *in vita Hilarionis*, ubi agens de viro Franco sic loquitur de illius gente: *Inter Saxones & Alemannos gens eius non tam lata, quam valida, apud historicos & Germania, nunc vero Francia vocatur*; & in notis ad cap. ult. Ioelis Prophetae, Francos Alemannosque simul iunxit. AMMIANVS MARCELLINVS l. 27. c. 8. *Francis Saxones confines* dicit, vbi HENR. VALESIVS notat: *in historiis fere Francos Saxonesque iungi.* Populi autem, qui inter Francos memorantur, ut Attuarii, Bructeri, Chamaui, Catti, Frisii, Chauci, Amsiuarii, Angriuarii, inter flumina, quae dixi, habitauerunt, quod non tantum ex historiis constat, sed & nominum vestigia, quae hodie adhuc extant, probabile faciunt. Neque enim non est perverisimile oppida Camen & Hamm fuisse Chamauorum; ut Broeck & Delbruggium Bructerorum; Amsiuarios appellatos eos, qui accoluerunt flumen Amser vel Emser; Ambriuarios, qui proximi fuerunt Ambro amni; Angriuarios dictos ab Anger fluuio, qui in Ducatu Bergensi post a sese cognominara loca Angermunde, Angershusen, Zumangern, Rheno mergitur. Cattos vero esse, qui nunc Hassi dicuntur (8), praeter situm regionis, quam nunc possident, vicinitas soni & transmutationis literarum non difficulter persuadent. *Conf. Notit. vet Germ. popul. part. 2. c. 2.* Vt hoc pluribus alibi docuimus & ex parte vidit H. CONRINGIVS (9). Quod autem ad Albim usque porrectos Francorum veterum fines diximus, id displicet quidem HADRIANO VALESIO (10). Enimuero non tantum CLAVDIANI locus, quem ipse profert, in eo, vocabuli *Albim* loco, contra fidem exemplarium omnium substituens *alueum*, Sidoniique, quem supra adduximus, id apertum facit, sed & manifeste ex ANONYMO RAVENNATE probatur, scribente l. 1. Geograph. §. 11. *in patria Albis per multos annos Francorum lineam commoratam esse.* Quanquam praeualentibus postea Saxonum opibus, cum Franci magno numero transiuissent in Galliam, illis pleraque inter Rhenum & Albim cesserint, ut cis Rhenum nonnisi tractus terrae, vbi nunc est praecipue Hassia, cum vicinis regionibus penes Francos mansisse videantur. Sane adhuc hodie in Hassia supersunt non pauca vestigia veterum Francorum, vt Franckenberg, Franckenhausen, Dabertshausen, Dabringen, a Dagoberto dicti, nunc vici. Et per Hassiam Franci exercitus duxere aduersus Thuringos, Alemannos, Saxones. Hinc idem ANONYMVS RAVENNAS *l. 4. Geograph.* §. 24. inter flumina, quae patriam Francorum transeunt, nominat *Loganam* (11) (unde pagus Logengau, hodie Lanum) *Nidam* (die Nidde) *Dulram* (qui fluuius me latet) (12) *Mouit* (forte Monic pro Moin fl.

in

Digitized by Google

in Weſtphalia) (13) *Ruram* (die Rur) *Indam* (Inde) *Arnepham* (id eſt, Arnapham, hodie Arff ſiue Orff) cuius fl. mentio non una eſt apud AEGIDIVM GELENIVM (14), eundemque deſcripſit ZEILERVS. (15)

(1) Oroſius *Germanos ulteriores* appellauit, quoniam ſc. ultimam partem ripae Rheni & Oceano proximam tenebant. (2) Verba Procopii ſunt: Οἱ δὲ Φράγγοι, Γερμανοὶ μὲν τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο. Plane ut Angli & Saxones, qui Britanniam incolebant, aetate Bedae, a vicina Britonum gente Germani nuncupabantur. v. eundem BEDAM *l. 5. hiſt. eccl. c. 10.* (3) Tom. 1. Script. Francic. p. 174. (4) L. 3. origin. Francic. c. 7. (5) L. 1. Rer. Mogunt. c. 11. (6) Eodem inſtituto Ludouicus Pius Imp. ſacras literas in linguam Theodiſcam transferendas curauit. Quo factum, *ut cunctus populus ſuae ditioni ſubditus, Theudiſca loquens lingua, eiusdem diuinae lectionis notionem acceperit.* Vt eſt in praefatione in librum antiquum, lingua Saxonica ſcriptum, apud DVCHESNIVM tom. 2. p. 326. (7) Qui Treuiris per bella Francica cum Romanis Valentiniano Imp. eſt verſatus, & ad Rheni ripas acceſſit, ut adeo locorum illorum non minus quam populorum peritiam habere potuerit. (8) Falſum autem eſt, quod H. Conringius ep. ad Ferdinandum Epiſcopum & Principem Paderbornenſem ep. 8. ſcribit: *Forte non difficile probatu, non tam Haſſos, quam illos ipſos, qui poſt orientales Franci, nunc ſimpliciter nobis Francken vocantur, Cattos olim nuncupatos.* Nam Orientales Franci haut dubie tum erant Alemanni. (9) *In annotat. ad l. 1. de finib. Imp.* (10) Notit. Galliar. voce Francia. (11) Ita vocatur etiam ab HEISTERBACHIO l. 7. c. 5. Langona a VENANTIO FORTVNATO l. 7. carm. 7.

Langona dum vitreis terminus eſſet aquis.

ubi in notis videatur BROVVERVS. (12) Niſi forte Stubra eſt (vulgo Stubre) qui Kamen praefluit, & non procul Lina Lippae ſe infundit. (13) Aut potius Moeno, qui Francofurtum alluit, & *Moin* vocatur a NITHARDO libro 2. *Moin* vel *Mogonus* in Annal. Metenſib. ad Ann. DCCXCIII. *Mohin* in Annalibus Bertinianis. Adde Tradit. Fuldenſ. p. 536. 10. PISTORIVM. (14) De magnit. Vrb. Colon. p. 67. 76. 95. (15) Topograph. Moguntin. Colonienſ. p. 78.

§. VI.

Origo reipublicae difficilior eſt indagatu: neque enim, quia populi illi nomen in unum conceſſerunt, tuto colligitur, eos propterea unam conſtituiſſe ciuitatem. Sane magis probabile videtur, eos veterum Germanorum exemplo nonniſi foedere copulatos fuiſſe; cuius indicium, quod etiam poſt exortum Francorum nomen populi, eo comprehenſi, adhuc ſeorſim memorantur ab hiſtoricis (1), Amſiuarii, Catti, Attuarii, Bructeri, Chamaui, Friſii & alii. De antiquis quoque eorum Regibus, an Franciae uniuerſae praefuerint, nihil certi habemus. GREGORIVS TVRONENSIS *l. 2. hiſtor. c. 9.* multum heic fluctuat, nec ſe extricare nouit, quamobrem SVLPITIVS ALEXANDER *l. 4. hiſtor.* Duces Francorum Genobaudem, Marcomerem & Sunnonem memoret, quos dein Regales, item Subregulos Francorum vocet: poſtea tamen, relictis tam Ducibus quam Regalibus, Francos Regem habere dicat, non expreſſo Regis nomine. Quanquam hoc extricatu non ſit difficile: nam vetus Grammaticus de differentiis vocum: *Inter Regem*, inquit, *& Regalem hoc intereſt: quod Regis puer Regalis eſt: Rex qui regnum regit.* De quo alibi pluribus. Iam & certum eſt, plures Francis tempore uno Reges fuiſſe. CLAVDIANVS libro primo in Conſulatum Stiliconis:

Quae reipublicae origo.

Ingentia quondam
Nomina, crinigero flauentes vertice Reges.

EVMENIVS in panegyrico, quem Conſtantino dixit: *Reges ipſos Franciae non dubitaſſi ultimis punire cruciatibus.* Nebiogaſtis, Chamauorum Regis, cum IVLIANO

Digitized by Google

LIANO CAESARE pacem facientis, meminit EVNAPIVS. Chlodoueo Rege Sigebertus Claudus Coloniae Agrippinae, Ragonacharius eiusque frater Regnomeris, & Chararicus aliis in partibus regnum tenuerunt, teste GREGORIO TVRONENSE *l. 2. hist. c. 27. c. 40. sequ.* & aliis. Probabile igitur est admodum, apud Francos, praeter Reges, quos in singulis pene pagis vel ciuitatibus habuerunt, unum aliquem potentia & auctoritate eminuisse, quales Faramundus, Chlodio, Meroueus, Childericus & Clodoueus fuere, sub quibus Francorum regnum una haud dubie ciuitas fuit. Nam ita GREGORIVS TVRONENSIS d. l. 2. c. 9. circa finem: *Francos iuxta pagos vel Ciuitates Reges Crinitos super se creauisse de prima & nobilissimorum familia.* Vetus quidam historicus, Theodorici Regis & Caroli Ducis Francorum aequalis, apud MARQVARDVM FREHERVM & DVCHESNIVM: *Defuncto Sennone & accepto consilio in vno primatu eorum unum habere Principem, petierunt consilium Marchomiro, vt Regem unum haberent, sicut & caeterae gentes: At ille dedit eis consilium, & elegerunt Faramundum filium ipsius Marchomiri & eleuauerunt eum supra se Regem crinitum.*

(1) AVSONIVS descript. Mosellae:

Quas Francia, quasque Chamavi,
Germanique tremant.

NVZARIVS Panegyrico ad Constantinum c. 17. 18. locutus de Francis: *Quid memorem Bructeros? quid Chamauos? quid Cheruscos?*

§. VII.

Regnum eorum subinde fuit diuisum. Hinc nomina Austrasiae & Westrasiae, siue Neustriae.

Enimuero quod sub dictis Regibus vnum regnum, siue ciuitas vna fuerat; posteris temporibus non semel, pro numero liberorum demortui Regis, in diuersas partes siue regna scindi coepit. Sic post Clodouei mortem quatuor eius filii regnum diuisere & in ea parte, quae cuique sortito obtigerat (sors propterea dicta) singuli regnauerunt, Reges Francorum dicti (1). A quo tempore regnum Francorum, aliquandiu in pauciores diuisum, stetit usque ad Clotharium, in cuius persona iterum coaluit. Quanquam sub huius filiis rursus in partitionem venerit. Perinde vt Clotharii II. qui solus regnum tenebat, posteri id denuo inter se diuiserunt. Quem morem quoque, extincta Merouingica stirpe, Pipinus, Carolus M. & Ludouicus Pius, nec non huius successores, consilio non satis prudente (2), secuti sunt. Ex quibus partitionibus nata nostris quoque temporibus celebrata nomenclatura (3), quando pars, quae Orientem spectabat, Auster (4), Austria siue Austrasia, vnde Austrasii, item Osterlandi (5), (Aust enim vel Ost lingua Germanica Orientem notat (6)) & pars, quae ad Occidentem vergebat, Neuster, Neustria, Neustrasia, Niustria, Niauster, Niaustrasia, Nustria (7), Neptria & Neptricum dicebatur, (nam West & corrupte Neust Occidentem signat.) Cuius utriusque limites interdum latiores, interdum contractiores fuere (8). De quo heic agere professa opera non est ex proposito nostro, cum id praestiterint HADRIANVS VALESIVS, *Notit. Galliar. voce Austria & voce Neustria.* CAROLVS CANGIVS *Gloss. voce Austria & Neustria.* & SAMVEL SCHVRTZFLEISCHIVS *dissertatione de Austrasia.* Nisi quod addendum, nonnullos scriptores posterioris aeui, affectatione quadam antiquitatis, sub nomi-

Re

Digitized by Google

ne Auſtraſiae vniuerſum Franciae Orientalis regnum comprehendiſſe. Ita A. vitae S. Veroni ſcribit: *Henricum Ottonis III. Aug. conſanguineum, diuina prouidentia Auſtraſiorum regnum percepiſſe.* Retro alios Auſtraſiae nomine ſignificaſſe terras inter Rhenum & Moſam. Quomodo intelligendus (9) GLABER RODVLFVS, l. 5. *hiſtor. c.* 1. *ad A. MXLV.* de Henrico III. ſcribens (10): *in ditionem praedicti Regis peruenisſe regnum Auſtraſiorum, quod illi a progenitoribus competierit.*

(1) Vt probat COINTIVS *Ann. Fr. Eccl. ad A. DLIIX. n.* 71. *ſequ.* (2) Grauiter eo nomine dolet *in Chronico ſuo* HVGO, Abbas Flauiniacenſis, qui eo factum putat, vt barbarae nationes Francorum regnum peruaſerint. (3) Vanitate quorundam ſciolorum in Gallia, ſub inſtaurato Auſtraſiae titulo ius in Germaniam, aut ſaltem in partes eius, Regi ſuo adſtruere molientium. Quorum ineptias ſingulari libello in vernacula noſtra diſcuſſit perſonatus ſcriptor Francopolita, ſub titulo: **Wahrer Bericht von dem a'ten Königreich** Auſtraſien. Mirari profecto vt debeamus, hominem Germanum in Diſſertatione *de Periodo regni Auſtraſiae* Rinthelii A. MDCXXCII. habita ſcribere auſum: *Auſim dubitare, annon ipſi Franci, quorum ſanguine atque opibus Auſtraſia aliaeque prouinciae ſubactae, extracta etiam Regum ſuorum familia, integra in illas prouincias iura, niſi quae temporis praeſcriptio abolet, prae caeteris omnibus retineant?* (4) Eadem diſtinctinctione in regno ſuo vſi Longobardi. Sic enim in legibus Longobardicis edixit Rachis Rex: *Ego diuino auxilio fretus Rachis dum cum gentis noſtrae, id eſt. Langobardorum iudicibus tam de Auſtriae, quam de Thuſciae vel Neuſtriae finibus &c.* Pipinus Leg. Longob. l. 1. tit. 24. leg. 73. *Haec domus in mandatis, vt tam in Auſtria, quam in Neuſtria perquirantur fugaces.* (5) Auctor fragmenti de Maioribus Domus: *Conſluebant ad aulam ipſius vniuerſi Optimates Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Oſterlandos vocant.* Ibidem: *Eodem tempore Theodericus Rex Occidentalium Francorum, quos illi Neuſtrios dicunt, regebat imperium.* (6) Id docent nomina Oſtro- & Weſtrogothorum & hodienum in regno Sueciae prouinciae Oſtrogothia & Weſtrogothia, in Dania Oſteriytland & Weſteriytland, in Germania verſus Orientem Bauariae, cuius pars quondam fuerat. *Auſtria:* & *Auſtralis Thuringia* Ditmaro, forte illa, quae poſt *Oſterlandia* nuncupata. (7) Haec appellatio reperitur in carmine ABBONIS de obſidione Pariſiacae vrbis l. 1.

Nobiliusque monaſterium fuit illud
Neuſtria, quae refouere ſinu diſcebat in alto.

Ac iterum eodem libro

Neuſtria nobilior cunctis regionibus Orbis.

(8) Bene COINTIVS Annal. Eccl. ad Annum DCCCXXXV. n. 45. *Fines Auſtriae, Neuſtriae ac Burgundiae certi non erant nec fixi, frequenterque mutabantur, ſiue variis euentibus bellorum, ſiue diuerſis regionum partitionibus, vt multis exemplis ſaepius oſtendimus.* VALESIVS ſcribit l. 18. Rer. Francic. ad Annum DCXX. *Auſtriam, cui Transrhenanae prouinciae Alamannia, Baioaria, Thuringia, pars Saxoniae & Catti, Friſii, Bructeri aliaeque Germaniae nationes fuerint attributae, multitudine hominum & latitudine regionum, Neuſtriam atque Burgundiam ſimul iunctas facile aequaſſe.* Adde Brouuerum *l. 5. Annal. Treuirenſ. §. 124. ſequ.* VLRICI OBRECHTI *prodrom. rerum Alſaticar. c. 5.* (9) Quo etiam referri poteſt locus GVIBERTI, Abbatis Nouiginti, qui extat *in opere de geſtis Dei per Francos*, laudatus etiam VALESIO *Notit. Galliar. voce Auſtria p. 69.* Adde CHIFFLETIVM *in Vindiciis Hiſpanic. c. 19.* (10) Apud HENSCHENIVM tom. 3. Martii.

§. IIX.

His praeſtructis, quomodo Franciae regnum, praeſertim ſub Clodoueo & eius ſucceſſoribus, mirifica coeperit habere incrementa, ordine exponemus. Vbi praenotandum, ex quo plurimae Nationes, velut ſigno dato, in Orbem Romanum irruperunt, in Galliis tum imperitauiſſe Romanos, qui terris inter Rhenum, Ligerim & Oceanum dominabantur (1), Veſigothos, Oſtrogothos, Bur-

INCREMENTA REGNI FRANCICI *ſub* Clodoueo *praecipue &*

Digitized by Google

Successoribus. Vbi praenotatur, qui populi tum in Galliis & Germania imperitauerint.

Burgundos (nam Britannos (2) ea tempestate subfuisse Romanis, satis, nisi fallimur, demonstrauit GABRIEL DANIEL Dissert. 7. & Vandali ac Alani, qui trans Ligerim sedes habuere (3), iam in Hispaniam concesserant.) Germaniam autem praeter Francos tenuisse nationes quinque, Alemannos, Baioarios, Thuringos, Saxones, & his aliquamdiu iunctos Frisios. Finitimos denique Germanorum fuisse Hunnos (4) & Sarmaticas gentes Venetos ac Slauos (5).

(1) GREGORIVS TVRONENSIS l. 1. hist. c. 9. *Meridionalem plagam* (Galliae) *habitabant Romani usque Ligerium fluuium. Vltra Ligerim vero Gothi dominabantur. Burgundiones quoque Arrianorum sectam sequentes, habitabant trans Rhodanum, qui adiacet Ciuitati Lugonensi.* Conf. HADR. VALESIVM *l. 3. Rer. Francicar. p.* 130. (2) Hi Placidi Valentiniani Principatus, siue ab Anglis electi domo, siue externam dominationem perosi, in Prouinciam Lugdunensem tertiam, aduersam insulae Britanniae, transiere, ibique domitae parti Armoricorum, nimirum Venetis, Carisolitibus & finitimis nationibus iura ac leges ac nomen suum dedere: incolae enim Britanni vel Brittones, regio Brittannia appellari coepta, quam alii nouam, alii Gallicam, alli Cismarinam, nonnulli minorem cognominarunt. (3) *Thorismodum, Vesigothorum Regem, Alanos* (in plerisque editis exemplaribus mendose legitur Alemannos) *bello edomuisse,* scribit GREGORIVS TVRONENSIS *l. 2. hist. c. 7.* (4) De quibus insignis digressio est apud HADR. VALESIVM *l. 9. rer. Francic. ad A. DLXVI.* (5) De his itidem post PROCOPIVM *l. 3.* Gothicor. praeclare disserit laudatus VALESIVS *l. 18. Rer. Francic. ad A. DCXXIV.*

§. IX.

Terras, quae Romanis parebant, quinam ex Francorum Regibus in ditionem redegerint.

Nunc Romanos quod attinet, tantum non omnibus persuasum fuit, Galliae, quae illis parebat, partem Clodionem, Meroueum, Chilpericum, promotis per interualla finibus, occupasse, & quod eius reliquum erat, subegisse Clodoueum. Enim vero non ita pridem eam sententiam oppugnauit GABRIEL DANIEL Dissert. 1. quoniam de eo sileant aequales temporum illorum historici, qui excursionum quidem in Galliam Romanam meminerunt, fundati in ea imperii non vtique; plane vt antea Franci, Rhenum transgredi molientes, subinde coerciti, & propria repetere coacti a Maximiano, Constantio, Constantino M. Constante Impp. & Iuliano Caesare, vt testes sunt AMMIANVS MARCELLINVS, EVTROPIVS & Panegyristae. GREGORIVM TVRONENSEM quidem l. 2. histor. Francor. c. 9. prodere: *Chlogionem apud Dispargum castrum* (an Duisburgum Cliuiorum? vt multis videtur: quanquam aliorum variae de eo castro sunt sententiae (1), quas post A. Monument. Paderbornens. (2) congessit SAGITTARIVS (3)) *in termino Thoringorum* (Tungros pro Toringis vetustissimam GREGORII TVRONENSIS lectionem habere, testatur in editione sua FR. MORELLVS, & ita legi oportere non tantum in TVRONENSI, sed & reliquis Chronologis contendit PONTANVS *l. 4. Origin. Francic. c.* 12.) *capta ciuitate Cameraco omnia vsque ad Suminam fluuium* (la Somme) *occupasse.* Sed addere alios, qui eandem historiam narrant, vt PROSPERVM in Chronico, *partem Galliarum propinquam Rheno, quam Franci possidendam occupauerunt, Aetii Comitis* (quem magnam Occidentalis Reipubl. salutem dixit AMMIANVS MARCELLINVS) *armis recepta esse, superatis,* quod amplius addat IDACIVS in Chronico, *per Aetium in certamine Francis, & in pace susceptis.* Quibus conuenienter IORDANES: *Aetium reip. Romanae bono singulariter natum, vt qui superbiam Sueuorum Francorumque barbariem in mensis caedibus seruire Imperio Romano coegerit.* Qui locus quomodo intelligendus sit, infra in loco traditur. Porro quod Childericus Rex Aurelianos & Andecauos usque penetrauit, & sepulcrum eius Tornaci reper-

Digitized by Google

repertum credatur, non euincere, eum ibi sedem imperii habuisse: cum eo tempore rarum non fuerit, lata hostilium terrarum spacia armis peragrare, potueritque Childericus in expeditione mortuus & Tornaci sepultus esse. VALESIVS *l.* 5. *Rer. Franc. p.* 235. ipse fatetur, quemadmodum Childericus usque ad flumen Ligerim regnum protulerit, scire difficile esse.

(1) WENDELINVS: *Duysborch, inquit, nunc quoque est municipium amplum & nobile iuxta Farum medio fere loco inter Bruxellam & Louanium.* Nec refragatur BVCHERIVS *l.* 15. *Belgii Romani c.* 10. §. 6. quoniam ad Dispurgum suum non nisi transacto Rheno peruenisse diserte notet GREGORIVS. Quanquam addat: Posteriorem TVRONENSIS epitomen non Dispurgum sed Heinsbargum legere, forsan felicius: illud enim optime in Iuliaci oppidum Heinsberg caderet ad Worms fluuiolum situm, quo Leodiensis seu Tungrensis Dioecesis iam inde ab omni hominum memoria a Colonienſi distinguatur, quodque verissime in termino Tungrorum iacet. Adde ei. Disp. histor. c. 5. (2) P. 156. seq. (3) Antiqu. regni Thuring. l. 2. c. 2.

§. X.

Nos vt hisce non temere assentimur, ita ante Clodoueum nonnulla in Gallia Belgica & Germania Cisrhenana inferiore ditionis Francicae fuisse, negari vix posse putamus. Etenim SIDONIVS APOLLINARIS in *l.* 4. *ep.* 1. ait: aetate sua Sicambrorum (id est Francorum) Alanorum & Gelonorum, qui cum Alanis in Gallia Honorii Aug. principatu confederant, stoliditatem a Gallis rideri, ferociam timeri: & *in epist.* 17. ius Romanum ac sermonem Latinum in terris Belgicis & Rhenanis pridem abolitum scribit. Deinde Salii, cisrhenana gens haut dubie, iam dudum ante in partibus Francorum erant. Nam AMMIANVS MARCELLINVS *l.* 17. *Rer. Rom. c.* 8. memorat, Iulianum Imp. petiisse primum Francos, *eos videlicet, quos consuetudo Salios appellauerit, ausos olim in Romano solo apud Toxiandriam locum habitacula sibi praefigere licenter.* Ipse IVLIANVS *in oratione ad Senatum populumque Athenienſem* refert, *se partem Saliorum recepisse, Chamauos expulisse.* Verba eius sunt: ὑπεδεξάμην μὲν μοῖραν τῶν Σαλίων ἔθνους, χαμάβας ἐξήλασα. Vbi notanda vox *gentis*, quae satis innuit, Salios aeque populum fuisse ac Chamauos. Et in prooemio legum Salicarum dicuntur Franci, *pauci numero, sed virtute praestantes, grauissimum Imperii Romani iugum excussisse.* Quod de Saliis verum esse potest, non de caeteris Francis, Transrhenanis populis, ceu qui nunquam Romanis subfuerunt. Atque haec causa fuit, quamobrem Saliorum inter Francos magna esset existimatio, praesertim cum Romanorum consuetudine moribus politi cultioresque, & in militia palatina numeri complures essent, vt vtriusque Imperii Notitia nos docet. Mirum vt sit, viros quosdam doctos (1) & noue MENSONEM ALTINGIVM (2) asserere: falso creditum, Salios proprium nomen populi, non merum epitheton Francorum fuisse, a Sala comitii loco inditum: cum potius Nationem Germanicam fuisse, Francis associatam, ex dictis liqueat, & nomen forte traxerint ab amne, quem Salam veteres dixere, quique nunc, aucto vocabulo, Isala creditur. Vnde etiam portio terrarum trans Isalam ab Oldenzalia Suuollam usque Sallandia hodienum nuncupatur, vbi itidem Oldenseel, hoc est, antiqui Salii, & vicus Salick, in ipsa Isalae crepidine. Nec dubitamus, Ripariosiue Ripariolos inter Rhenum, Mosam & Mosellam consistentes (2), vbi Noueſium, Colonia Agrippina, Bonna, Tolbiacum, Marcodurum, Iuliacum atque Antoniacum sunt, quos au-

Ante Clodoueum Fr. Regem Salios & Riparios in Germania inferiore in Francorum ditione fuisse asseritur.

Clodoueus autem vniuersam Galliam Romanam subegit.

Digitized by Google

ctores Francici mendose Ripuarios siue Ribuarios dixere, sub imperio aut saltem clientela Francorum fuisse: quippe & ipsos e Germania oriundos, quod non pauca vocabula Germanica, legibus eorum, perinde vt Salicis, inserta, testantur. Certe iam dudum ante Clodoveum, cum continuis Francorum incursionibus vexarentur, nullum autem in Romanis sibi praesidium positum esse intelligerent, ab horum imperio defecerant. Vnde eorum regio *Francia Rhinensis* dicta apud ANONYMVM RAVENNATEM *l. 4. Geograph.* §. 24. & §. 26. qui nullam ibi Francorum imperii in Gallia mentionem facit. Et IORDANES inter auxilia Aetii contra Attilam, Hunnorum Regem, numerat *copias Francorum, Burgundionum, Saxonum, Ripariolorum.* Neque obstat, quod paulo ante de Aetio diximus. Non enim credibile est, Francos ab Aetio cis Rhenum Prouinciis exutos depulsosque ad veteres trans Rhenum sedes. Nam quo minus Aetius Francos ad extrema urgeret multis aliis bellis implicabatur. Ardebat Africa Vandalorum dominatu, Hispania Gothorum, Pannonia Barbarorum imperio vexabatur. Ne de aliis malis dicamus. Caeterum, postquam Clodoueus Syagrium (quem GREGORIVS TVRONENSIS l. 2. hist. c. 27. *Romanum*, hoc est, Galliae *Regem* appellat) acie vicit, eum deditum ab Alarico Vesigothorum Rege clam iugulandum curauit, Augustam etiam Suessionem, Syagrii Regiam, aliasque vrbes occupauit, haud dubie tota Romana Gallia in potestatem Francorum venit. Quo tempore etiam Britannos in ditionem Francorum concessisse, non pauca argumenta videntur euincere. Scribit enim GREGORIVS TVRONENSIS l. 4. hist. c. 4. *Semper Britanni sub Francorum potestate post obitum Regis Clodouaei fuerunt*, & (qui eis praeerant) *Comites, non Reges appellati.* Et sub Clodoueo circa extrema eius regni Concilio Aurelianensi subscripsere Episcopi Ecclesiarum Namneticae, Veneticae & Redonicae. Auctor quoque *libri de vita Leonorii Episcopi* prodit, Childebertum Regem, Clodouei filium, Franciae imperium Britanniaeque obtinuisse; & in libello de vita Pauli memoratur Childebertum huncce Francorum Regem Withuro Comiti, qui & Princeps ibidem dicitur, partem Britanniae regendam commisisse proficiscentique annulum suum tradidisse, & Paulum Agnensi Leonensique, Britanniae pagis, Episcopum praeponendum curauisse. Vt alia nunc omittamus. Quanquam e contrario non pauca argumenta suppetant, Britannos non modo sub primae sed & secundae stirpis Francorum Regibus tantum inaequaliter iis foederatos & vectigales fuisse. Vt abunde demonstrarunt HADRIAN. VALESIVS (4) & GABRIEL DANIEL (5).

(1) v. HIERONYM. BIGNON. in not. ad leges Salicas a princip. (2) Notit. Germ. antiqu. infer. voce Franciae populi, & voce Sala. Add. Schilterus Ex. ad Digesta 41. §. 61. (3) HADR. VALESIVS in annot. ad tom. 1. Rer. Francic. scribit: *Qui non fuerint* (Riparii) *quam qui fuerint, scire aut dicere multo facilius est.* (4) l. 6 rer. Francic. p. 281. (5) Dissert. 7.

§. XI.

Cuius causae traduntur plurimae.

Si quis tanti incrementi causas altius repetat, reperiet plurimas. Praecipua haut dubie fuit ira diuina ob immania Romanorum ex luxu vitia & perditos mores, de quibus valde conqueritur SALVIANVS, praeclaris illis de prouidentia & gubernatione Dei libris. Factum hinc, vt Gallia, quae annos fere DXXX. Romanis seruierat, primum circa Annum CCCC. a Francis Alemannisque

Digitized by Google

niſque tentata; inde Vandalorum, Alanorum, Sueuorum & Hunnorum excurſionibus expoſita, Burgundis mox & Gothis ac, vt iam diximus, Francis in praedam tota cederet (1). Occaſionem dederat CONSTANTINVS M. translata Imperii ſede & traductis Conſtantinopolim legionibus, quem errorem inprimis perſtrinxit ZOSIMVS l. 2. Accedebat aliud malum, quando Barbari non tantum in Imperio Romano domos implebant, ſed & Romanis militabant (2), paſſimque magiſtratus gerebant, quod vti ex iam nominato ZOSIMO, CLAVDIANO, Notitia Imperii & LL. Romanis aliiſque ſcriptoribus diſcere eſt (3); ita illuſtria exempla docent Arbogaſtis (4), Bainobaudis (5), Bapponis (6), Bautonis (7), Ellebici (8), Boniti (9) & huius filii Syluani (10), Cariettonis (11), Edobeci (12), Seniauci (13), Gaiſonis (14), Laniogaiſi (15), Magnentii (16), Malarici (17), Ricomeris (18), Tautomeris (19), aliorumque; & exerte SYNESIVS *oratione de regno* ad Arcadium Imperatorem ſcribens, & inde tandem excidium Imperii ominans. AMMIANVS MARCELLINVS etiam l. XV. c. 5. ſcribit: *Ea tempeſtate*, hoc eſt, ſub Conſtantio, *in palatio Francorum multitudo florebat.* Francorum quoque non pauci a Romanis in Galliam translati aut recepti erant. EVMENIVS in Panegyrico Conſtantio Caeſari dicto: *Nunc per victorias duas, Conſtanti, Caeſar inuicte, quicquid infrequens, Ambiano & Bellouoco & Tricaſſino ſolo Lingonicoque reſtabat, Barbaro* (id eſt, Francico) *cultore reuireſcit.* Quos colonos magis propenſos fuiſſe erga populares ſuos, credibile eſt; praeſertim cum Franci multum aeſtimati eſſent apud Gallos, quoniam aduerſus Attilam inſignem operam praeſtiterant, & ſubiectos ſibi populos multo mitius, quam Romani tractabant. Vnde GREGORIVS TVRONENSIS l. 2. hiſtor. c. 25. ſcribit, tempore Sidonii, Aruernorum Epiſcopi, *terrorem Francorum in illis reſonuiſſe partibus, & omnes eos, vt regnarent, amore deſiderabili capiuaiſſe*, & deinceps c. 36. *Multos tum ex Galliis Francos dominos ſummo deſiderio cupiuiſſe.* Idem SALVIANVS: *Malunt ſub ſpecie captiuitatis viuere liberi, quam ſub ſpecie libertatis viuere captiui: malunt inter barbaros cultum diſſimilem, quam in Romanis iuſtitiam ſaeuientem. Et miramur, ſi non vincuntur a partibus noſtris Gothi & Franci.* Iam & a Diocletiani temporibus, Bagaudae, hoc eſt, infelicium populorum congregatio (20), ſiue agreſtium & humiliorum motus, per Gallias extitit, de quo videndus EVMENIVS *in panegyrico pro ſcholis inſtaurandis*, HIERONYMVS *in Chronico*, EVTROPIVS, OROSIVS & alii. Imprimis ad memoriam inſignia ſunt SALVIANI verba: *Quibus aliis rebus Bagaudae facti ſunt, niſi INIQVITATIBVS NOSTRIS, niſi improbitatibus iudicum, niſi eorum proſcriptionibus & rapinis, qui exactionis publicae nomen in quaeſtus proprii emolumenta verterant.* Adhaec Theodoſii maioris filiorum ac amborum nepotum ignauia non poterat non Imperium cum Orientis, tum Occidentis, cadere. Quippe Arcadii & Theodoſii minoris exemplum ſecuti poſteri Imperatores vſque ad Heraclium, cum nullis vnquam proeliis intereſſent, curamque bellorum Ducibus delegarent, deſidia ſua rempublicam labefactabant. Honorius Aug. Rauennae, quod vrbs munita eſſet, deliteſcebat. Placidum Valentinianum SIDONIVS APOLLINARIS amentem appellat, & in carmine ad Maiorianum Aug. ait, poſt fratris Gratiani, a Theodoſio in imperium reſtituti, caedem nunquam veniſſe Imperatores in Galliam, vbi maxima moles bellorum erat: contra Honorio & Valentiniano, ſub ſpecie Maieſtatis muliebriter Palatio incluſis & occultis,

cultis, Orbis Romani prouincias a Barbaris vaſtatas & occupatas eſſe, tradit his verſibus:

Ex quo Theodoſius communia iura fugato
Reddidit Auctoris fratri, cui guttura fregit
Poſt in ſe vertenda manus: mea Gallia rerum
Ignoratur adhuc Dominis, ignaraque ſeruit.
Ex illo multum periit: quia Principe clauſo,
Quidquid erat miſeri diuerſis partibus Orbis
Vaſtari ſollemne fuit. Contemta tot annos
Nobilitas iacuit: pretium Reſpublica forti
Rettulit inuidiam.

Idemque in panegyrico AVITO Aug. ſocero dicto ſcribit: pueritiam ac vitia Valentiniani Principis (addo & Honorii) cladium, lacerationis, occaſuſque Imperii cauſam fuiſſe: talemque Imperatorem propter claritatem familiae eius, religionemque ſacramenti perpeſſos eſſe milites Romanos. Quo fiat, vt Theodoſius maior iuſtiſſime felix dici potuerit, ſi filios ſuperſtites non reliquiſſet.

Quam nos per varios dudum fortuna labores
Principe ſub puero laceris terat aſpera rebus;
Fors longum, Dux magne, queri: cum quippe dolendum
Maxima pars fueris, patriae dum vulnera luges.
Has nobis inter clades ac funera mundi
Mors vixiſſe fuit. Sed dum per verba parentum
Ignauas colimus leges, ſanctumque putamus,
Rem veterem per damna ſequi; portauimus vmbram
Imperii, generis contenti ferre vetuſti
Et vitia, & ſolitam veſtiri murice gentem
More magis, quam iure pati.

Porro, turbatis Imperii rebus ob exortos Tyrannos, vtraque pars Francos ad auxiliandum ſibi aduocabat, vt exempla apud GREGORIVM TVRONENSEM teſtantur. Denique tot Ducum & Magiſtrorum militiae mutationes, ac inter eos Aëtii, Magiſtri militum, de quo ſupra diximus, caedes, manu Valentiniani Imp. patrata, non parum Barbaris ad res turbandas proderat. Certe cum Aëtio ſpes Orientis ſimul concidit (21), vt per annos trecentos quadraginta quinque iacuerit (22).

(1) Qualis ſeculo quarto Galliarum ſtatus fuerit HIERONYMVS ep. ad Ageruchiam accurate docuit: *Innumerabiles & ferociſſimae nationes vniuerſas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes & Pyrenaeum eſt, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni & hoſtiles Pannonii vaſtarunt. Mogunciacum nobilis quondam ciuitas capta atque ſubuerſa eſt, & in Eccleſia multa millia hominum trucidata; Vangiones longa obſidione deleti; Rhemorum vrbs praepotens, Ambiani, Attrebatae, extremique hominum Morini, Tornacum, Nemete, Argentoratus translatae in Germaniam. Aquitaniae, nouemque populorum, Lugdunenſis & Narbonenſis prouinciae praeter paucas vrbes populata ſunt cuncta, quas & ipſas foris gladius, intus vaſtas fames. Non poſſum absque lacrymis Toloſae facere men-*

Digitized by Google

mentionem, quae & huc vsque ne ueret, sancti Episcopi Exuperii merita praestiterunt. Ipsae Hispaniae iamiamque perituras quotidie intremescunt, recordantes irruptionis Cimbricae, & quicquid alii semel passi sunt, illae semper timere patiuntur. Et in epistola 3. ad Helenam: *Constantinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur; Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessaliam, Aëtiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronae, quot virgines Dei, & ingenua nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio? Capti Episcopi, interfecti presbyteri, turbata diuersorum officia Clericorum, subuersae Ecclesiae, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossae reliquiae: vbique luctus, vbique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit; & tamen ceruix nostra non flectitur.* (2) AVSONIVS in descript. Mosellae:

Quae Francia mista Sueuis
Certat ad obsequium, Latiis vt militet armis.

(3) V. *l. quisquis* 3. C. *Theodos. ad L. Corneliam de sicariis*, vbi IACOB. GOTHOFREDVS *in Commentar. l.* 22. C. *Theodos. de erogatione militaris annonae.* (4) De hoc & Baudone ZOSIMVS l. 4. *Erant ambo genere Franci, amicissimis in Romanos animis, ab auaritia prorsus immunes, in bellicis rebus prudentia pariter & robore praestantes. Eunapius Sardianus Rhetor apud Suidam & Eustathium ait Arbogastem Francum, quem Abrogastem appellat, Bautonis secundarium; viribus corporis & asperitate irae totum igneum; virum rigidae & perfectae temperantiae, cum pecunia quasi cum hoste continuum bellum gessisse: censu nihil a gregario milite differentem. Ob eam rem Imperatori Theodosio idoneum visum esse, quem in regia Valentiniani natura ad seueritatem aequitatemque propensi veluti rectam quandam columnam propter grauitatem suam collocaret: ne quid in aula peccaretur, cuiquamue noceretur sedulo prouisurum. Quibus ex Eunapii verbis intelligi potest Arbogastem, Curii aut Fabricii similem, Valentiniano adolescenti moderatorem a Theodosio oppositum esse.* Orosius *in libro VII. Arbogastem, quem Hermias Sozomenus, Nicephorus & Hydatius Arbogastem & Arnegastem vocant; virum Barbarum; animo, consilio, manu, audacia, potentiaque nimium; & simulacrorum cultorem appellat.* Rebus aduersus Theodosium infeliciter gestis duobus semet ipse gladiis transuerberauit. Quomodo aduersus Valentinianum bellum ciuile conflauerit quo totum Imperium concussum fluctuare coepit An. CCCLXXXI. ex aliis in compendio memorat SCHATEN *l.* 4. *histor. Westph. p.* 243. *seq.* (5) Qui fuit Sentariorum deinde Cornutorum Tribunus, teste AMMIANO *l.* 14. *c.* 11. *l.* 16. *c.* 11. (6) Qui fuit Ductor Promotorum teste AMMIANO l. 15. c. 4. postea Modesto & Arinthaeo Coss. Praefectus Vrbis Constantinopolit. vt est in l. 21. C. Theodosian. de Praetorib. (7) *Is a Graecis Baudo; in plerisque Fastis Flauius Bauto appellatur: quod praenomen Constantinus Maximus gentilicium habuit, omnesque ferme a Constantino Imperatores, & Augustae; etiam Theodoricus Ostrogothorum & Italorum Rex; Vesigothi Hispaniae Reges amplius decem; & Autharius Princeps Longobardorum ridiculae affectatione vsurpauere. Is bello Alamannorum, qui tum Galliam continuis excursionibus vastabant, inter celeberrimos Duces fuit, ac magnas ibi res gessit: cumque Clemens Maximus interfecto Gratiano Cisalpinas prouincias occupauisset; Italiam, & Africam Valentinianus minor Gratiani frater haberet in potestate, Theodosius ac Arcadius Imperium Orientis obtinerent: Gratiani partium viris aliis occisis, aliis qua quisque ratione potuit sibi consulentibus; ipse vna cum Argobaste ex Gallia in Italiam ad Valentinianum perfugit. Vel certe abs Gratiano Comes, & Magister militiae fratri datus est: apud quem a Probo Praefecto Praetorii potentia secundus est habitus: Hunisque ac Alanis mercede conductis fretus Iurthungos, gentem Alamannam, quos Maximus ad depopulandam Raetiam euocauerat, non modo fudit ac fugauit: sed etiam Alamanniam ingressus, vastatis agris magnum finitimis Gallis terrorem iniecit. Idem praeterea cum Arcadio Aug. Consul creatus Mediolani Consulatum iniit: vbi ab Aurelio Augustino homine eloquentissimo, sanctissimoque, ea tum in vrbe artis Rhetoricae Professore Kalendis Ianuariis maximo conuentu laudatus est. Sicuti Augustinus ipse libro III. aduersus Petilianum tradit. Bautonem hunc Philostorgius lib. XI. & Niceph. Calistus libro XIII. prodiunt natione Barbarum (hoc est Francum) & Magisterio militum in Occidentis tractibus clarum atque illustrem fuisse, ac filiam nomine Eudoxiam reliquisse, puellam eximia corporis pulchritudine, sed vt origine sic ferocia ac insolentia barbara.* Haec postea Arcadio Augusto nupsit. (8) Qui fuit Magister Militum Honorii & ab aliis Allobicus & Alabicus vocatur. (9) Qui fuit Stipator Gallieni Principis. De quo Pollio in Regillione. Ab hoc diuersus Bo-

nitus.

Digitized by Google

nitus pater Syluani. v. AMMIANVS l. 15. c. 6. (10) Quem pedestris militiae Rectorem, Ducem fortissimum magnorumque meritorum appellat AMMIANVS MARCELLINVS l. 15. c. 5. vbi etiam historiam eius caedis prolixe narrat. (11) Quem *virum fortitudinis miraе* vocat AMMIANVS l. 17. c. 10. Hic Comes fuit per vtramque Germaniam, tandem ab Alemannis interfectus vt idem AMMIANVS Auctor l. 27. c. 1. Adde EVNAPIVM apud SVIDAM & ZOSIMVM l. 3. (12) Qui fuit Dux Constantini Tyranni, postea occisus. (13) Turmae equestris Praepositi. (14) Qui fuit Comes sacrarum largitionum, deinde & Magister officiorum, postea Magister militum, vt ex Codice Theodosiano constat. (15) Qui Tribunus & Constantis Augusti Candidatus. v. AMMIANVS l. 15. c. 5. (16) Qui protector antea Constantini Maximi, postea Iouianorum & Herculianorum Tribunus, Augustoduni Aeduorum XV. Kal. Februar. inter cenam appellatus est Imperator: vir fortissimus & ob res praeclare gestas acceptissimus militi. (17) Qui Malarichus AMMIANO l. 15. c. 5. Gentilium Rector dicitur. (18) Qui Rechomeres in inscriptione l. 13. C. Theodosiani de re militari. Hic sub Theodosio M. Consul fuit in Oriente vna cum Clearcho, Magister vtriusque militiae in Gallia ante Valentiniani caedem; sub Theodosio M. equestribus turmis praefectus in Oriente. Quae vt & virtutes eius nec non pugnas & victorias, ex aequalibus scriptoribus prolixe exposuit IACOB. GOTHOFREDVS in Comment. ad d. l. 13. (19) Qui & Teutomeres Protector Domesticus, hoc est, Principis Stipator, turmae equestri praepositus. (20) V. IACOB. GOTHOFREDVM *ad l. 14. C. Theodos. de infirmand. his quae sub Tyrann.* (21) AMMIANVS MARCELLINVS: *Aëtius Patritius magna Occidentalis reip. salus, & Regis quondam Attilae terror, a Valentiniano Imp. cum Boetio amico in palatio trucidatur, atque cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec hactenus potuit releuari. Valentinianus*, si fides est PROCOPIO I. de bello Vandal. *fertur & proximum quendam ex Romanis interrogasse, an vtilis fuerit Aëtii mors; illa autem respondisse: hoc ipse videret, bene ac male; se tantum scire, quod sibi dextram altera manu absciderit.* (22) V. VALES. *l. 4. Rer. Francicar. p.* 174. *seqq.*

§. XII.

Clodoueus Alemanniam ditioni Francorum *adiunxit.*

Caeterum ita Galliae melioris validiorisque accessione aucto Clodoueo, Alemanni A. CCCCXCVI. (1) belli causam irruptione in Franciam vltro suppeditabant. Et vulgo quidem existimatur, cum illo tempore regnaret Coloniae Agrippinae Sigebertus, partis Francorum Rex, regionemque ad Rheni ripam iacentem finitimosque Germaniae Transrhenanae pagos possideret, huius regnum ingressos Alemannos ac depopulatos esse, Chlodoueum autem, magnis copiis coactis, ad eos contendisse, adiunctoque sibi Sigeberto (2), apud Tolbiacum Vbiorum (hodie Zullich siue Zulch) insecutum hostem, proelium commisisse (3). Alii contra contendunt, id non potuisse fieri ad Tolbiacum, siue *Tolbiacense oppidum*, vt in historia hac vocat GREGORIVS TVRONENSIS *l. 1. c.* 37. quoniam Alemanni longe superius sedes suas habuerint, intra Rhenum videlicet, Danubium & Moenum, vt adeo Tolbiacum non facile potuerint attingere: deinde Clodoueus, obtenta victoria statim Tullum aduenerit & Rhemos ad suscipiendum baptisma properauerit (v. A. vitae S. Vedasti apud DVCHESNIVM *tom.* 1. *p.* 523.) quorsum diuertere, cum Tolbiacum prope Bonnam & fontem Rurae propius absit Rhemis, quam Tullum, non fuisset opus. Proinde in GREGORIO TVRONENSE legendum, apud *Tulliacense* aut *Tullense oppidum*, quo, scilicet, transito Rheno inter Nemetes & Triboccos, peruenerint Alemanni. Vtcunque sit, in illo acerrimo proelio Alemanni ingenti strage fusi sunt ac fugati, Rex ipse occisus, nec prius caedendi capiendique finis factus, quam si, pacta salute, victori sese dedidissent. (4) Quo factum, vt maxima Alemanniae pars Franci iuris fieret (5), & abhinc a Ducibus Francorum gubernaretur.

(1) Annum

Digitized by Google

(1) Annum hunc firmat nobis GREGORII TVRONENSIS codex Corbeiensis, vbi annus Clodouei quintus decimus legitur, idemque reperitur in gestis Regum Francorum & in SIGEBERTI Chronico. (2) Hunc tum percussum in genu claudicasse, scribit GREGOR. TVRONENS. *l. histor.* 37. (3) vid. OLIVARIVS VREDVS ICtus Brugensis in Flandr. Christiana a princip. HENSCHENIVS in actis Sanctorum. (4) vid. Not. vet. Germ. popul. part. 3. c. 1. §. 7. (5) BVCHERIVS l. 19. Belgii Rom. c. 11. tria deuictorum Alemannorum genera distinguit, primum in Italiam ad Theodoricum Regem profugum; secundum in antiquis trans Rhenum sedibus tributo oneratum, quos propterea Agathias & Procopius liberos dixerunt; tertium Francis plane subditum, quod ab Argentorato vel circiter ad Curiam & Rheni fere fontes, rursumque in Helvetia a Rheno ad Vrsam fluuium protendit.

§. XIII.

Alemannorum casus traxit Baioarios. Hos enim, siue metu, siue ve- *Cuius ex-*
neratione tanti victoris, circa idem tempus vltro subiisse imperium Francorum, *pedi-*
vel vnum illud indicio est, quod Duces ipsis dabantur non ex arbitrio Regum *tione*
Francorum, sed ex stirpe gentis suae, quae Agilofinga dicebatur (1), legibus *Baioari-*
quoque suis relinquebantur, quas ipsis Theodoricus Clodouei M. filius (2) con- *am, ut*
firmauit, vt praefatio eius docet (3). *Francis se*
submitte-
ret.

(1) Et in LL. Baioariorum Agilofingi *summi Principes inter Baioarios* dicuntur. Multa quoque in eorum securitatem statuuntur. (2) Alii enim Theodorico id adscribi nequit, vt CONRINGIVS primum subdubitans tandem fatetur *de origin. iur. Germani c. 9.* (3) v. Notit. vet. Germ. popul. d. part. 3. c. 2.

§. XIV.

Idem Clodoueus Alaricum, Vesigothorum Regem, anno DVII. bello *Idem* Clo-
petiit, & proelio in campis Vogladensibus (1) victum occidit, abhinc per Theo- *doueus*
doricum filium natu maiorem, occupatis trium opulentissimarum & maxima- *Aquita-*
rum prouinciarum clarissimis ac munitissimis vrbibus, Aquitaniam omnem (2), *niam*
in tres prouincias diuisam, quod regnum Tolosanum tum dicebatur, sequente *omnem*
anno cepit atque perdomuit (3). Nam ita GREGORIVS TVRONENSIS (4) l. 2. c. 37. *Vesigothis*
ademit.
Chlodouechus filium suum Theodoricum per Albingensem ac Rutenam ciuitatem ad Aruernos dirigit. Qui abiens, urbes illas, a finibus Gothorum usque Burgundionum terminum, patris sui ditionibus subiugauit.

(1) De quibus forte testatur *Vouglé*, qui locus a ciuitate Pictauiensi tribus leucis distat. Quanquam alii alium locum designent. v. COINTIVM *ad A. DVII. n. 9.* At Vogladenses campos ex nomine castelli, Clenno flumini appositi, appellationem traxisse, scribit HADRIANVS VALESIVS *l. 6. Rer. Francicar. ad A. DVII.* (2) FREDEGARIVS in fragmentis c. 4. scribit, *Chlodoueum Alarici regnum a Ligere fluuio & Rhodano per mare Terrenum* (Tyrrhenum siue potius Gallicum) *& montes Pyrenaeos usque mare Oceanum abstuliſſe.* Et SIGEBERTVS in Chronico: *Chlodoueum, occiso Alarico Rege, quicquid in Gallia Vesigothi possidebant, occupauisse.* Quae vera non esse certum est, & Septimaniam siue Gothiam totam adhuc mansisse penes Vesigothos, ex temporum sequentium historicis liquet. (3) Ita vt Gothis nihil in Gallia reliquum maneret praeter Massilienſem, Arelatensem & Narbonensem prouincias. quas Theodoricus Rex Italiae, profligatis A. DVIII. Francis, sibi vindicauit, & partem Nouempopulanae. v. CASSIODORI Chronicon sub Consulatu Venantii & Celeris, & VII. Var. 10. (4) Conf. PROCOPIVM *l. 1. Gothicor.* Isidorum *Era DXXI.*

Digitized by Google

§. XV.

Huius filius natu maior Theodoricus Thuringiam *imperio Francorum adiecit.*

Filius Chlodouei Theodoricus natu maior, qui in Auſtraſia regnabat, cum Hermenfredi Thuringorum Regis, cui contra Badericum fratrem auxilio venerat, perfidiam ulturus, bello eum aggrederetur, victo eodem & poſt occiſo, Thuringiam cis Vnſtrutam fl. (alii Vneſtruden vel Oneſtruden vocant) ditioni Francicae ſubiecit. Id quod factum videtur A.DXXXI.(1) Ceterum quod NICOL. SCHATEN (2) tradit, Haſſiam eo tempore ſimul cum Thuringia in Francorum ditionem conceſſiſſe, & Franckenbergam tunc a Francis conditam fuiſſe; haud dubie falſum eſt. Nusquam enim a Thuringis ſubiugatos Cattos legimus, imo hi ſemper a prima origine in ditione & obſequio Francorum manſerunt. Diu poſt euenit, vt Haſſia Weſt-Thuringiae nomine veniret, cum ſcilicet Ducatui Thuringiae attributa fuit.

(1) v. Notit. vet. German. popul. part. 3. c. 4. §. 4. (2) l. 5. hiſt. Weſtphal.

§. XVI.

Idem an potius filius eius Theodebertus Saxones vectigales fecit.

Idem Theodoricus, an potius filius eius Theodebertus, bello cum Saxonibus, vt videtur, feliciter confecto, tributum iis impoſuit: nam vt eſt apud GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 4. *hiſt. c.* 14. Miſſi ab iis ad Clotacharium Franc. Regem legati dicebant: *Non ſumus contemtores tui, & ea quae fratribus* (fratri, legit Valeſius) *ac nepotibus tuis reddere conſueuimus, non negamus.* Idque tributum etiam deinceps iam nominato Clothario & eius poſteris praeſtitum, colligere eſt ex FREDEGARII *continuat. chron. c.* 117. & poſtea demum a tributo quingentarum vaccarum inferendalium (ſiue quae ſingulis annis inferebantur) eos abſoluit Dagobertus, vt FREDEGARIVS ipſe nos docet *chron. c.* 74.

§. XVII.

Eiusdem Clodouei filii natu minores Childebertus & Clotharius Burgundiae regnum perdomuerunt.

Theodorici fratres, Childebertus & Clotharius, Burgundiae regnum, quod per quinque prouincias Galliarum dilatabatur (1), perdomuerunt. Idque poſt commiſſum unum proelium, quoniam Burgundiones aliquot Francorum expeditionibus atque certaminibus fracti & attriti erant. In eo Godomarus Burgundionum Rex victus & in captiuitatem abductus fuit. Vt PROCOPIVS *I. Gothicor.* prodit, cum alii poſterioris aeui ſcriptores eum interfectum ſcribant. Et abhinc fratres illi Francorum Reges Burgundiam inter ſe diuiſere (2). Quae ex veriore ſententia A. DXXXII. euenerunt, ut alibi diximus, eam alii figunt in A. DXXXIV. alii in A.DXXXIIX.

(1) Nam ſi Geneuam, quae parebat Oſtrogothis, in Viennenſi prima, & Auguſtodunum, quod in poteſtatem Childeberti Regis iam venerat, exceperis, in Lugdunenſi prima tres prouincias integras, Viennenſem ſc. primam, Lugdunenſem primam & quintam complectebatur, ac praeterea Niuernum in Lugdunenſi quarta, Diam & Viuarium in Lugdunenſi ſecunda poſſidebat. (2) v. Notit. vet. German. pop. parte 3. c. 3. ſeq.

§. XVIII.

Eidem fratres cum

Paulo poſt A. DXXXVI. iidem fratres cum Theodeberto, ex fratre Theodorico nepote, omnem Oſtrogothorum ditionem, cis Alpes ſitam, quae Italiam

Digitized by Google

Italiam ad Ortum, Rhodanum ad Occasum, mare mediterraneum ad meridiem, & Burgundiae fines ad Septentrionem respiciebat; acceperunt ex dono Vitigis, Ostrogothorum Regis (1), vt eos in societatem belli contra Romanos pertraheret. Nam ita PROCOPIVS I. Gothicor. *Mittuntur* (ab Ostrogothis) *ad Germanos* (id est, Francos) *legati, qui illis Gallia cedant, datoque auro componant societatem. Tunc Reges Francorum erant Childobertus, Theodebertus ac Clotharius, qui traditam sibi Galliam ac primum inter se pro cuiusque regni portione diuiserunt.* Quam postea donationem, postulantibus Francis (hoc est, Francorum Regibus) ab Imperatore Iustiniano ideo literis confirmatam esse, vt tanto beneficio obligati Romanos cum Ostrogothis bellantes non oppugnarent, auctor est idem PROCOPIVS *III. Gothicor.* Idem Vitigis partem Alemannorum illam, quae post proelium Tolbiacense, siue potius Tullense, ad Theodericum Regem profugerat, & annos quadraginta sub trium Ostrogothorum Regum imperio fuerat, in gratiam Francorum dimisit & Italia excedere ac in regiones suas, Theodeberto subiectas, reuerti coegit. Quomodo intelligendus AGATHIAS *l. 1. histor.* scribens: Theodebertum dimissam ab Ostrogothis Alemannorum nationem *subegisse atque domuisse.* Idem Theodebertus partem Rhaetiae usque ad alpes & ad fluminis Lyci caput occupauit, nimirum Campodunum, Brigantium, Curiam prae caeteris, quae Rhaetiae oppida esse, & a veteribus Francicis historicis in Alemannia poni, nemo nescit. Vel certe iam nominatus Vitigis una cum Alemannis Rhaetias, quas in potestate sua retinere amplius non valebat, Theodeberto tradidit, vt eius auxiliis contra Belisarium iuuaretur.

Theodeberto, ex fratre Theodorico nepote, Prouinciam a Vitige Ostrogothorum Rege donoaccepe-runt. Et iam nominatus Vitigis Alemannos, post proelium Tolbiacense in Ostrogothorum regnum profugos, Theodeberto remisit.

(1) Falsum enim est, quod post IORDANEM *de origine rebusque Gothorum, & in libro de successione regnorum*, ac Freculphum *in Chronico*, scribit SIGEBERTVS in Chronico: *Francos extorsisse e manibus Athalarici, quicquid Galliarum auus eius Theodoricus tenuerit.* Sane ex CASSIODORO etiam *VIII. var. 6. & XI. var. 1.* atque Concilio Aureliano discimus, Prouinciam Athalarico Regi paruisse, atque a Felice Liberio V. C. & illustri Praefecto Praetorio Galliarum ac Patricio administratam esse. Rectius hi scripsissent, inter Gothos & Francos iam sub Amalasuentha, Athalarico Rege puero, & post sub Theodahado de cedendis hisce terris tractatum fuisse. v. PROCOPIVM *l. 1. & l. 3.*

§. XIX.

Theodebertus Rex Austrasiae, cuius modo meminimus, auerso in Romanos Totila, Ostrogothorum Rege, A. DXLIII. maximam Liguriae ac Venetiae partem & Alpes Cottias sine labore ac discrimine tributarias fecit, vt de eo scribit PROCOPIVS *l. 3. Gothic.* addens: neque aut Romanos propter imbecillitatem virium id prohibere potuisse; aut Ostrogothos ausos esse, ne duobus bellis implicarentur. Ostrogothis vero nihil in Venetia praeter Brixiam, Veronam & paucas alias urbes, Romanis maritimam oram possidentibus, superfuisse, atque inter Francos & Ostrogothos conuenisse: vt quamdiu ipsi a Romanis pre-merentur, vtrisque his, quae haberent, quiete potirentur, nec alteri alteros armis lacesserent. Quanquam post mortem Theodeberti Narses, Iustiniani Imperatoris legatus, Francis, qui reliquiis Ostrogothorum subsidio venerant, ad Casilinum amnem non procul a Capua, victis ac caesis, illa iterum ademit (1). Quod breuiter innuit GREGORIVS TVRONENSIS l. 4. hist. c. 9. scribens: Buccelinum, Theodobaldi Francorum Regis Ducem, a *Narsete interfectum, Italiam ad partem Impera-*

Idem Theodebertus Fr. in Austrasia Rex maximam Liguriae ac Venetiae partem nec non Alpes Cottias in Italia subiugauit.

Digitized by Google

Imperatoris captam, non fuisse, qui eam ultra repeteret. Id quod factum A. DXXXIX. Caeterum extat apud FREHERVM *in corpor. hist. Fr. tom. 1. p.* 862. & DVCHESNIVM epistola sub nomine Theodeberti huius ad Iustinianum Imperatorem, in qua scribitur: *Id vero quod dignamini esse soliciti, in quibus prouinciis habitemus, aut quae gentes nostrae sint, Deo adiutore, ditioni subiectae, Dei nostri misericordia feliciter subactis Thuringis, aut eorum prouinciis acquisitis, extinctis ipsorum tunc temporis Regibus, Norsauorum* (in margine Normannorum) *gentis nobis placata Maiestas colla subdidit; Deoque propitio Wisigothi, qui incolebant Franciae septentrinalem plagam, Pannoniam cum Saxonibus Eutiis* (in margine Endesiis) *qui se nobis propria voluntate tradiderunt, per Danubium & limitem Pannoniae usque in Oceani littoribus, custodiente Deo, dominatio nostra porrigitur.* Enim vero HADR. VALESIVS *l.* 8. *Rer. Franc. p.* 438. *sequ.* obseruauit, & hanc & duas alias epistolas male inscriptas esse, nec a Theodeberto hoc, siue maiore, ad Iustinianum August. sed a Theodeberto posteriore ad Imp. Fl. Mauricium missas fuisse. Cuius rationes, qui volet, apud ipsum legat. Nisi forte quis dicere malit, vnam, quam modo adduximus, a Theodeberto maiore, non posteriore, cuius res gestae tenues fuere, ad Iustinianum Augustum, reliquas ad Mauricium scriptas fuisse.

(1) De qua clade videatur plur. AGATHIAS libro I.

§. XX.

Langobardos Childeberto ad annuum tributum se obligasse scribit FREDEGARIVS Chronico c. 45. cuius verba sunt: Defuncto Clep ipsorum Principe, duodecim Duces Longobardorum duodecim annis sine Regibus transigerunt. Ipsoque tempore, sicut supra scriptum legitur, per loca in regnum Francorum proruperunt; pro ea praesumtione in compositione Augustam & Siusium ciuitates cum integro illorum territorio & populo, partibus Guntchramni tradiderunt. Post haec legationem ad Mauricium Imperatorem dirigunt; hi duodecim Duces singulos legatarios destinant, pacem & patrocinium Imperii petentes. Iidemque & alios legatarios duodecim ad Guntchramnum & Childebertum destinant, vt patrocinium & defensionem Francorum habentes, duodecim millia solidorum annis singulis his duobus Regibus in tributa implerent, vallem cognomento Ametegis partibus Guntchramni cassantes: vt his legatis vbi plus congruebat, patrocinium sibi firmarent. Post haec integra deuotione patrocinium eligunt Francorum. Nec mora, post permissu Guntchramni & Childeberti Autharium ducem super se Longobardi sublimant in regno. Alius Autharius idemque Dux, cum integro suo ducatu se ditioni tradidit Imperatoris, ibique permansit: & Autharius Rex tributa quae Longobardi ad partem Francorum spoponderant, annis singulis reddidit. Post eius discessum filius eius Ago in regnum sublimatus, similiter implesse dignoscitur. Enimuero in hac eius narratione partim falsa partim ridicula se reperire notat HADR. VALESIVS *l.* 18. *Rer. Francicar. p.* 9. *sequ.* Ipse non temere existimat, Langobardorum Duces, a Mummolo Patricio aliisque Francorum Ducibus fusos in Gallia fugatosque, cum Guntchramno pacem iniisse, Augustamque Praetoriam Salassorum & Segusium cum Vallibus Augustana & Segusina ei cessisse, moxque patrocinium etiam eiusdem Principis

Langobardos Childeberto ad annuum tributum se obligasse, scribit Fredegarius. De quo dispicitur.

Digitized by Google

» pis pactione annui tributi duodecim millium aureorum & cessione vallis Ame-
» ctegis redemisse: quod tributum Gunchramno, quamdiu superuixit, ipsi,
» Authariusque & Agilulfus Langobardorum Reges alter post alterum pepen-
» derint. Idque eo libentius credo, quod animaduerto, Guntchramnum post ter-
» tium decimum regni sui annum semper cum ea Gente pacem habuisse ac sin-
» cera fide custodiuisse, nec unquam a Childeberto fratris filio adduci potuisse,
» vt iunctis secum viribus Authario bellum inferret. Vnde in quibusdam vete-
» ribus Notitiis prouinciarum & ciuitatum Galliae prouinciae Alpium Graiarum
» & Penninarum, Burgundiae olim Regibus parenti, ciuitas Augusta Praetoria
» Salassorum attribuitur: quae Colonia quondam Italiae Transpadanae, ac post-
» ea Liguriae opidum fuit, nunc Metropoli Alpium Graiarum Penninarum-
» que, ciuitati Centronum Darantasiae subiecta est. Segusium quidem Liguriae
» similiter opidum, totumque pagum Segusinum, vbi Novalicium est, (sicuti
» in Codice Anicienſi notatum obseruauit Iacobus Sirmundus) a Longobardis
» receptum Guntchramnus Mauriennenſi Ecclesiae subiecit, & Taurinorum
» Episcoporum potestati exemit. Stipendium autem quotannis a Langobardo-
» rum Regibus Guntchramno Francorum Regi conferri consueuisse, praeter
» Fredegarium docet & Hermannus grauis auctor, quum Langobardos duode-
» cim millia solidorum aureorum singulis annis pro inuasa quondam Burgun-
» dia Francis tributi nomine persoluisse tradit. Quibus verbis Guntchramnum
» designari non infitiabitur, qui toti eum Burgundiae imperauisse, atque ob id
» Burgundiae Regem saepe ab Historicis appellatum esse non ignorauerit. Sane
» Langobardi, post sedes in Italia captas, regnantibus in Gallia Chlotharii ma-
» ioris *filiis, unam ex omnibus* Francorum Regnis Burgundiam armis tentaue-
» re, *quod Italiae proxima* Alpibusque subiecta erat, & multis eam incursio-
» *nibus vastauere:* ita vt non alii quam Guntchramno Francorum & Burgundio-
» num Regi de iniuriis ac latrociniis satisfacere debuerint, nec ab alio quam a Gunt-
» chramno pacem petere, cuius vnius Regnum ingressi ac depopulati erant. Pu-
» tandum est igitur, tributum illud duodecim millium aureorum, quod Gunt-
» chramno Langobardorum Duces primum, deinde Flauius Autharius & Agi-
» lulfus Reges singulis annis pependerant, Childeberto Guntchramni heredi
» Burgundicique Regni successori, moxque eius liberis Theodeberto ac The-
» odorico, alteri ambobusue, sed alteri potius, nimirum Theodorico Regi
» Burgundiae Agilulfum soluisse: postremo Chlothario minori, qui sublatis
» Theodorici filiis Austriam Burgundiamque sibi subiecerat, hanc pecuniam
» quotannis a Langobardorum Regibus pendi coeptam esse: quam ille tricesimo
» quinto regni sui, septimo monarchiae anno, Adaloaldo Agilulfi filio petenti
» remiserit quorundam Optimatium suorum consilio, amplis muneribus accep-
» tis. Conf. GREGORIVM TVRONENSEM *l. 6. hist. c. 42.* & *l. 10. c. 3.*

§. XXI.

Varni, de quorum sedibus alibi diximus, cum finitimis Francorum Au- *Idem* Chil-
strasiorum Regibus pacem fecerunt, quam cum frangerent (Vnde a FREDEGARIO debertus
Chr. c. 15. *rebellasse* dicuntur) A. DXCV. ab eodem Childeberto Rege Francorum op- *Rex gen-*
pressi sunt (1), paucique ex illa clade superstites euaserunt, qui forte ad Frisios *tem Var-*
norum

& Sa- *cum regno*
deleuit.

Digitized by Google

& Saxones se receperunt, vsque adeo, vt ab illo tempore non modo regnum, sed & nomen Varnorum extincta sint. Quanquam sedes eorum non occuparunt Franci, sed Frisii seu Frisiones, quorum deinceps ditio ad limites vsque Daniae dilatata est, & Slaui.

(1) Praeuiderat hoc Hermegesilus Varnorum Rex Clodouei M. gener apud PROCOPIVM l. 4. Gothicor. coram gentis suae primoribus disserens: *Censeo Varnorum rationibus magis conducere Francorum, quam Insubriorum* (id est Brittannorum) *affinitatem.* Postea: *Franci cum in proximo sint, & plurimum polleant, illis promptum est, bene nobis ac male facere, quomodo volunt.*

§. XXII.

Charibertus iunior, *Dagoberti frater*, Vasconiam ditioni Francorum subiecit.

Anno DCI. Vascones, qui in finibus Cantabriae montibusque Pyrenaeis inter regna Francorum Gothorumque siti erant; gens audax; inquieta; aestus, frigoris, famis ac laboris patiens; velut e rupibus suis nacta duritiem corporum; armorum atque etiam ingeniorum leuitate insignis, situ denique locorum ac saltuum latebris, ad insidias opportunis, quam viribus tutior; a filiis Childeberti iunioris, Theodeberto ac Theodorico tributarii facti, Dūxque eis Genialis praepositus. Deinde Charibertus iunior, Dagoberti frater, qui Tolosatibus, Aginnensibus & Santonibus, imperabat, Vasconiam cum copiis ingressus, Anno DCXXXI. totam suae ditioni subiecit. Cuius mortui regnum una cum Vasconia Dagobertus in suam potestatem redegit: & eosdem A. XIV. principatus sui regnum, quod Chariberti fuerat, deuastantes, armis compescuit: ac insequenti anno Seniores Optimatesue Vasconum ad Dagobertum venere, & in Basilica S. Dionisii iurauere, se posterosque suos Dagoberto, filiisque eius ac posteris, Francorum Regibus, semper fideles futuros, vti Fredegarius scribit. Anno DCCLXIX. Lupus, Dux Vasconum, se ipsum totamque terram suam seu prouinciam, cui praeerat, Caroli Regis ditioni potestatique submisit, quemadmodum Annales Francorum passim tradunt.

§. XXIII.

Brittanni Armoricani Dagoberto A. DCXXXVI. se submiserunt.

Anno DCXXXVI. in Britannia Armoricana Iuducail, aliis Iudicael Iuthueli filius atque successor, cum populares eius ex Francia praedas egissent, post Dagoberti Francorum Regis postulationem vt Britanni de iniuriis satisfacerent & ipsi se dederent, non modo pollicitus est, daturum se operam, vt Britanni Francis de omnibus iniuriis satisfacerent, sed etiam iurauit, se ac regnum Britanniae, quod obtinebat, ditioni Dagoberti & successorum eius Francorum Regum semper subiectum futurum. Vt memorat FREDEGARIVS *Chronic. c.* 78.

§. XXIV.

Carolus Martellus Frisiam omnem regno Francorum adiunxit.

Atque hic aliquamdiu meta ac terminus incrementorum sterit. Nam post mortem Clotharii Dagobertique, quibus regnantibus Francia maxime opibus floruit, paulatim luxuria & diuturna pace effeminari gentis animi, virtusque remitti, & quanto antea quies, tanto bellum odio esse coepit: nec iam terminos Imperii promouere aut gentes finitimas subigere, sicut a Clodoueo Clodoueique filiis factum erat, Reges conabantur, illata bella plerumque per legatos repellere, & vtcun-

Digitized by Google

vtcunque fines suos tueri contenti: ac paene non minus fama maiorum & magnitudine nominis Francici, quam viribus suis defendebantur. Accedebant bella ciuilia Procerum de Praefectura Palatii siue potius de Palatio ipso regnoque inter se contendentium. Primus Pippinus Maior domus Anno DCLXXXIX. Frisiam citeriorem, vt ex BEDA alio loco docuimus, Francis subiecit, & post eius filius Carolus Martellus, cum Frisii iterum in armis & religioni Christianae molesti essent, eo quod ille bello Aquitanico difficili procul in extremis Galliae finibus destinebatur, expeditione maritima suscepta, eis cum Poppone Duce ingenti strage fusis ac perculsis, Frisiam omnem imperio Francorum adiunxit (1). Circa cuius tempus variant historici, at verior videtur sententia, quae id in An. DCCXXXIV. collocat (2).

(1) ALTFRIDVS vita S. Ludgeri l. 1. *Carolus multas gentes sceptris adiecit Francorum, inter quas etiam cum triumpho Fresiam, extincto Radbodo, paterno addidit imperio.* (2) V. *Notit. vet. Germ. popul. part. 3. c. 5. §. 5.*

§. XXV.

Idem Carolus maximam partem Septimaniae, siue Gothiam, Anno DCCXXXVII. (vt tradunt appendix FREDEGARII, Annales Metenses & REGINO, aliis longe diuersa referentibus (1)) Saracenis eripuit & imperio Francorum subdidit. Nam falsus PROCOPIVS, qui a Theodeberto (Childebertum dicere debuerat, huius enim sororem Athalaricus Vesigothorum Rex in matrimonio habebat) Francorum Rege id factum esse prodidit: cum constet, illum contentum vltione sororis suae iniuriae, post victum caesumque Athalaricum domum rediisse, *prouinciamque* Narbonensem primam siue Septimaniam bello minime quaesiuisse. *Notandum* autem Carolo iustissimam aduersus Saracenos, *gentem Christianitati inimicissimam* (vt Ludouicus Pius in praecepto primo (2) pro Hispanis, qui in regno Francorum manebant, An. DCCCXV. vocat) bellandi causam *fuisse*. Iam pridem, sequimur verba HADR. VALESII (3), vna cum tota Hispania Septimaniam Galliae prouinciam, alio nomine Gothiam nuncupatam, Regni *Gothici* velut appendicem, a Pythenaeo ad Rhodanum vsque promissam Barbari possidebant. Nondum tamen trans flumen fines suos protulerant. Vltra *Rhodanum* iacens regio tum proprie nomen Prouinciae vsurpabat: Cuius Ducatum Maurontus, Optimas Francus, vel a Carolo acceperat, vel certe ipse inuaserat. Hic cum reliquos extremarum Franciae prouinciarum Duces imitatus, Carolo parere nollet, idque se impune facere posse non arbitraretur, Saracenos homo Christianus ex Septimania Hispaniaque arcessere, & Auenione Cauarum eis tradito, cetera a Rhodano ad Alpes Maritimas sibi retinere constituit. Sic autem iudicabat, si Carolus ipsum aggredi voluisset, ante ei Saracenos, medios interpositos, opprimendos esse: quorum praesidio & auxilio tutus ab hoste futurus esset, & Prouinciam facile in potestate sua retenturus. Igitur Saraceni a perfido Mauronto acciti, occasionem arripiunt, coactis mox validis copiis Rhodanum transeunt anno DCCXXXVII. & vti conuenerat, Auenionem, vrbem Prouinciae munitissimam ac montosam, flumini adpositam, per dolum ac fraudem Mauronti sociorumque eius Prouincialium ingrediuntur, Comitatumque vna Auennicum occupant, ac regionem vastant. Tum plurimae prouinciae

Idem Carolus Septimaniam, siue Gothiam, Saracenis eripuit.

Vien-

Digitized by Google

Viennenſis Vrbes, quae ad ripas Rhodani poſitae erant in Burgundia, deuaſtatae. Arauſio inprimis, ſi quibusdam creditur, captus. Vienna ipſa caput Allobrogum a Saracenis direpta, incenſae Baſilicae, praeſertim clariſſimum extra muros Monaſterium Beatorum Ferreoli ac Iuliani Martyrum, Monachi complures caeſi, ac omnia circumquaque fere in ſolitudinem redacta. Quam cladem multo ante Clarus, Presbyter & Abbas Viennenſis, ſuis praedixiſſe Monachis ferebatur. Nec Prouincia modo Viennenſis, ſed etiam Lugdunenſis vexata. Denique miſera Burgundia diriſſima infeſtatione longe lateque depopulata: Monaſteria & loca ſacra contaminata: paene omnia ſubiectis ignibus delata, & innumerabilis hominum multitudo capta atque in Hiſpaniam abducta in ſeruitutem, morte ipſa miſerabiliorem. Eis igitur poſt atrocia proelia (4), ex quibus vnum cruentiſſimum & clades inſignes (quorum etiam PAVLVS WARNEFRIDI meminit *l. 6. de geſt. Langobardor. c. 46. c. 54.*) ſummo Gothiam iure ademit.

(1) Nonnulli enim docent, intra ſeptennium haec geſta. De quo videatur HADR. VALESIVS *l. 24. Rer. Francic. ad d. A. p. 504. ſequ.* (2) Apud STEPH. BALVZIVM *tom. 1. Cap. p. 550.* (3) *l. 24. Rer. Francic. ad An. DCCXXXVII.* (4) EGINHARDVS vita Caroli M. *Pater eius* (Pippini) *Carolus Saracenos, Galliam occupare tentantes, duobus magnis proeliis, vno in Aquitania apud Pictauium ciuitatem, altero iuxta Narbonam apud Byrrhum fl.* (vulgo Beri) *ita denicit, vt in Hiſpaniam eos redire compellerent.*

§. XXVI.

Saxones ad tributum ſoluendum denuo adegit.

Saxones quoque (1), qui licet tot cladibus attriti, pacis paullo ante factae immemores, tributum, quod pacti erant, annis ſingulis conferre recuſabant, idem Princeps CAROLVS Anno ſequente, hoc eſt, DCCXXXIIX. obſides ſibi dare compulit & vectigales iterum fecit. Ex quibus obiter intelligitur, quantum Carolo illi debuerit Franciae regnum. Hic enim non modo Friſiam vniuerſam Francorum ditioni ſubiecit; Saracenos ſemel atque iterum, atroci proelio ſuperatos, tota fere Gallia expulit; Saxones denuo tributarios fecit, obſidesque ab eis accepit; ſed &, cum pleraeque Franciae regni prouinciae, inuidia erga ipſum, velut Maiorem Domus, nutarent, Alemannos ac Sueuos ac Baioarios ſubegit, iusiurandum poſt victoriam a Duce Aquitaniae exegit, Burgundiamque bis perluſtratam armis ordinauit.

(1) *Quemadmodum enim Franci Gallias occupauerunt, ſic ipſi, Francicae magnitudinis aemuli, Germaniam imperio ſuo ſubiungere velle videbantur.* Vt ſcribit de iis HADR. VALESIVS *l. 24. Rer. Francic. ad A. DCCXIX.*

§. XXVII.

Sub Pipino Rege Carentani Francorum regno acceſſerunt.

Sub PIPINO Rege Carentani A. DCCLVII. regno Francorum acceſſerunt virtute & armis Baioariorum. Quo pertinent, quae A. veruſtus in vita S. Virgilii, Salisburgenſis Epiſcopi, commemorat: *Coeperunt Huni Quarentanos hoſtili ſeditione grauiter affligere, fuitque Dux tunc eorum Boruth nomine, qui Hunorum exercitum contra eos videns, interim Bauaris nuntiare fecit, rogans eos ſibi in auxilium venire. At illi cum magna feſtinatione venientes expugnauerunt Hunos & obſtr-*

obſirmauerunt Quarentanos, ſeruitutique eos Regum (Francorum) *ſubiecerunt, ſimiliter & confines eorum, duxeruntque inde obſides ſecum in Bauariam, inter quos erat filius Boruth, nomine Naraſtus, quem pater eius more Chriſtiano nutriri & baptizari poſtulauit, quod ita factum eſt.* Similiter de Chettumaro filio fratris ſui fieri rogauit. Quam hiſtoriam pluribus illuſtrarunt ANDREAS BRVNNERVS (1) & ADLZREITERVS (2). Notandum autem, IOANNEM LVCIVM (3) Caranſanos in Carnos, Stirios & Carinthios diſtinguere, eoſque cum finitimis Croatis, quorum nomen hodieque Croatia retinet, imperio Francorum ſubditos fuiſſe, non diffiteri.

(1) *Annal. Boiic. l. 1. n. 12.* (2) *Annalibus Boicae gentis part. X. l. 7. n. 39. 40.* (3) *L. 1. de regno Dalmatiae c. 11.* Adde COINTIVM *ad A. DCCLVII. n. 12. 13.*

§. XXVIII.

At CAROLVS M. Francorum regnum ad ſummum euexit faſtigium & in immenſum amplificauit. De regno Langobardorum cum adiacentibus Iſtria & Liburnia armis occupato, imperioque in vrbem Romam & Ducatum Romanum quaeſito, ſingulatim alio loco dicetur. Saxones poſt longum bellum in ditionem Francorum redegit. Hiſpaniae partem illam, quae inter montes Pyreneos, mare mediterraneum & Rubricatum amnem iacet, olim Marcam Hiſpanicam, quod limes regni Francorum eſſet, hodie Cataloniam dictam, victis Saracenis An. DCCLXXIIX. regno Francorum adiecit, vt ante An. DCCLXXVI. Corſicam Inſulam, & poſtea An. DCCXCIX. Baleares inſulas. Ex Slauis praeter Abodritos, *Francis* iam olim foederatos, Wilzos ſiue Welatabos An. DCCLXXXIX. *Bohemanos* An. DCCCV. Sorabos An. DCCCVI. ſubiugauit. *Bello contra Hunnos & in his Auares ab An. DCCLXXXIIX. ad An. DCCXCVI.* maxima vi geſto, per vtramque Pannoniam fines inſigniter prolatauit. Pace cum Hemmingo Danorum Rege An. DCCCXI. facta, verſus Daniam Eidoram limitem regni conſtituit. Sed iuuabit audire EGINHARDVM ipſum in vita Karoli M. *Per bella memorata primo Aquitaniam & Vaſconiam, totumque Pyrenaei montis iugum, & vsque ad Iberum amnem, qui apud Nauarros ortus, & fertiliſſimos Hiſpaniae agros ſecans, ſub Dertoſae ciuitatis moenia Balearico mari miſcetur: deinde Italiam totam, quae ab Auguſta Praetoria vsque in Calabriam inferiorem, in qua Graecorum ac Beneuentanorum conſtat eſſe confinia, decies centum & eo amplius paſſuum millibus longitudine porrigitur. Tum Saxoniam, quae quidem Germaniae pars non modica eſt, & ad eam, quae a Francis incolitur, latitudine dupla putatur, cum longitudine poſſit eſſe conſimilis. Poſtquam vtramque Pannoniam, & oppoſitam in altera Danubii ripa Daciam, Hiſtriam quoque, & Liburniam, atque Dalmatiam, exceptis maritimis ciuitatibus, quas ob amicitiam & iunctum cum eo foedus, Conſtantinopolitanum Imperatorem habere permiſit. Deinde omnes barbaras feras nationes, quae inter Rhenum ac Viſtulam fluuios, Oceanumque & Danubium poſitae, lingua quidem pene ſimiles, moribus vero atque habitu valde diſſimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, vt eas tributarias effecerit: inter quas fere praecipui ſunt, Welatabi, Sorabi, Abotriti, Boboemi. Cum eis namque conflixit, caeteras, quarum multo maior eſt numerus, in deditionem ſuſcepit.* Hinc CAROLVS ipſemet inter populos dirioni ſuae ſubiectos *VI. Capitul.* 366. nominat tam Romanos, quam

Carolus M. fines regni Francici immenſum amplificauit. *Quod per partes demonſtratur.*

Digitized by Google

Francos, Alemannos, Baioarios, Saxones, Turingios, Freſones, Gallos, Burgundiones, Britones, Langobardos, Vaſcones, Beneuentanos, Gothos, & Hiſpanos, illos ſc. qui Marcam Hiſpanicam, vt ſupra diximus, inſederunt.

§. XXIX.

Sub Ludouico Pio fines manſere, qui prius, niſi quod Sardinia inſula ei ſe ſubmiſiſſe videtur.

Sub LVDOVICO PIO Caroli M. filio fines manſere qui prius, etſi hinc Saraceni, inde Normanni largam ad bellandum materiam praeberent. Cuius inter cauſas praecipuae fuerunt lentor eius conſiliorum & minime viuax ſpiritus, tum ſceleſtae filiorum cum ipſo diſſenſiones, inuaſiones, depraedationesque. Sane quae paulo ante ad CAROLI M. cum Hemmingo Danorum Rege geſta retulimus, perperam ad Ludouicum huncce trahuntur, vt recte BOECLERVS *in reb. ſecul. Ludouici Pii p.* 80. aduertit. Vna tamen Sardinia, quae Saracenos expulerat, ei ſponte ſe ſubmiſiſſe videtur. Nam in Annalibus Laureshaimenſibus (1) eſt: Anno DCCCXV. *Legati Sardorum de Carali ciuitate* (hodie Cagliari) *venerunt ad Imperatorem, dona ferentes.* Eandem poſtea Ludouicus in diplomate Anno DCCCXVII. apud Cointium cum Corſica donauit Pontifici Romano. Haec de progreſſibus regni Francici.

(1) Ad d. An. DCCCXVII. n. 12.

§. XXX.

Subiunguntur nunc CONSECTARIA, *quorum* primum: *Germaniam Francogalliae appendicem non eſſe factam.*

Libet nunc, ante hinc quam abeamus, conſectaria quaedam ſubiungere. Primum eſt: Licet Franci in Galliam migrarint, eoque ſedes ſuas transtulerint, minime propterea exiſtimandum, Germaniam Franco-Galliae illius appendicem eſſe factam (1). Nam primo certum eſt, ciuitatem ob mutationem domicilii (2), qualis antea fuit, non deſinere: deinde populi in Germania Transrhenana Francicae ditionis eiusdem conditionis fuerunt, cuius ceteri populi in aliis terris, & iure ciuitatis donati aeque in placitis regni comparuerunt. Quod infra exemplis Alemannorum & Saxonum probabitur. Hinc Auſtraſiae Reges non minus Reges Francorum, & milites eorum Francici dicti, vt CAROLVS COINTIVS (3) pluribus exemplis probauit, ſi de eo dubitari poſſet. Et antiquioribus ſeculis Auſtriam & Neuſtriam a Francis Germaniam & Germanica regna cognominata fuiſſe, FORTVNATI loca *VI. Carm.* 1. & 7. etiam VALESIO obſeruata, indicant. Porro Francos a Gallis ſollicite fuiſſe diſtinctos vſque ad Caroli M. tempora apertum eſt. Nam in praefatione ad l. 5. Capitul. Francor. legitur: *Zachariae Papae epiſtolam omnibus Epiſcopis ac reliquis eccleſiaſtici ordinis gradibus & cunctis Ducibus atque Comitibus omnibus Deum timentibus per Gallias & Francorum prouincias fuiſſe directas.* Et CAROLVS M. *l.* 6. *Capitul.* 366. inter populos, quibus imperabat, recenſuit *Francos* & *Gallos.* Idem Carolus M. non modo Aquisgrani regiam (4) vſque ad vitae exitum habuit, & diuerſa palatia per Germaniam exſtruenda curauit, vt Francofurti, Ingelhemii iuxta Moguntiam, Salzae in regione Cattorum, Nouiomagi & Cariſiaci (5), quae villa regalis ad flumen Iſaram poſita, ab vrbe Nouiomago ſex circiter millia paſſuum abeſt, ſed & eundem veſtitu patrio, hoc eſt, Francico, & lingua Germanica vſum eſſe (6),

tres

Digitized by Google

tres quoque ex Germania vxores duxisse, Eginhardus in eius vita memorauit. Hinc CAROLVS M. in glossa marginali antiqua (7) Codicis regii ad Capitularia Francorum: *Francicus natiuitate dicitur, & respexisse suam nationem propter suae gentis dignitatem.*

(1) Mirum est, hoc asseruisse PVFENDORFIVM in noua etiam editione de statu Imp. c. 1. §. 6. scribentem: *partes Germaniae Cisrhenanae* (Romani transrhenanas vocabant) *quae tum ad regnum Francorum pertinebant, accessorii duntaxat instar habuisse, velut prouincias bello subactas.* Quasi vero Franci in Galliam transgrediundo, prouincias omnes transrhenanas dereliquerint, & mutando sedes Germani esse desierint nec prouinciae recens in Germania quaesitae in ius ciuitatis Francorum transierint. (2) Quando Clodoueus, victis Vesigothis ac subacta Aquitania, Lutetiae Parisiorum cathedram regni constituit. Quem imitati Francorum Reges Childebertus ob id Parisiorum Rex Gregorio dictus, Charibertus, & post Chariberti Sigibertique fratrum mortem Chilpericus, cuius Suessionae erant; tum Chlotharius iunior, deinde Dagobertus, Clodoueus, Childericus ac Theodoricus. E quibus Clotharius minor, Dagobertus, Clodoueus ac Childericus aliquandiu tota Francia potiti sunt. v. HADRIAN. VALESIVM *l.* 19. *Rer. Francic. ad An.* DCXXX. vbi obseruat: *Neustriam propterea praelatam fuisse, quod multo opulentior, cultior ac nobilior Austria, multo etiam quietior & a barbaris remotior, ac omnium Francicae ditioni subiectarum regionum fere media erat: ita vt coeli temperie, soli fertilitate, virorum morumque digniorem, amplitudine opum, altera alteri sine dubitatione praeferenda videretur.* (3) *Annal. Eccles. ad A. DLIIX. n.* 72. *seqq. Notit. Gall. voce Neustria p.* 372. (4) Eum fixam Parisiis sedem non habuisse, pluribus argumentis euicit COINTIVS *Annal. Eccl. ad An. DCCCII. n.* 79. *seqq.* Adde HADR. VALESIVM *voce Aquisgranum* & *voce Genabum*, vbi scribit: Lutitiam Parisiorum a temporibus Pippini sub Ducibus siue Principibus Francorum, hoc est, Maioribus Domus ac Caroli M. posteris raro sedem Regum fuisse. (5) Cressiacum ad Isaram hodie vocari existimat Sirmondus, vt ab aliis eiusdem nominis distinguatur, quod conficere se omnino putat auctoritate FREDEGARII. At PHILIPPVS LABBEVS corrigendos putat veteres Francorum annales, qui Carisiacum ad Isaram locant, admonetque legendum esse ad Saram. Vt sit Cressiacum ad Saram (*Cressi sur Serre*) in Dioecesi Lundunensi. Ita BALVZ. *ad Lupi Ferrarienf. ep.* 28. (6) *Perinde vt* successoribus eadem lingua familiaris fuit. Quod nos aperte docet FRODOARDVS de Synodo apud Ingelheim A. DCCCCXLIX. habita scribens: *Post quarum literarum recitationem & earum propter Reges iuxta Theodiscam linguam interpretationem.* (7) Apud STEPH. BALVZ. *in not. ad tom.* 1. *Capitul. p.* 1185.

§. XXXI.

Alterum: *Vetus Franciae regnum in Imperio Romano Germanico contiuuari.*

Alterum est: in Imperio nostro, licet Romanum audiat, vetus Franciae regnum continuari (1). Etenim iuris publici, quod vniuersale vocamus, prudentia, eiusque summus Doctor H. GROTIVS 2. *de I. B. & P. c.* 9. §. 8. & 10. *nos* docent: si contingat ciuitatem, vna quae fuerat, diuidi; tum plura pro vno existere summa imperia cum iure suo in singulas partes; & licet forma regiminis aut regnatrix domus mutetur, ciuitatem manere eandem, cuius manet consociatio iuris & imperii. Iam vero LVDOVICVS GERMANICVS partem imperii Francici summo cum iure accepit: eadem dicta Francia, vel simpliciter, siue κατ' ἐξοχήν, vel cum additamento Orientalis, per secula fere quatuor vsque ad FRIDERICVM AENOBARBVM. Nec quod nomen hocce postea exolescere coepit, ciuitas qualis fuit esse desiit: Nomen enim ciuitatis est accidens, cuius proinde mutatio ciuitatem ipsam afficere haut potest. Viderunt hoc sapientes circa idem fere tempus, quo mutatio in nomine facta. OTTO, FRISINGENSIS Episcopus, aetate sua nulli vtique doctrina secundus, l. 6. Chronici c. 17. scribit: *Mihi autem regnum Teutonicorum, quod modo Romam habere cernitur, partem esse regni Francorum*

Digitized by Google

corum videtur. Addit: *regno Francorum, quod totam Galliam & Germaniam a Rheno ad Illyricum continebat, inter Caroli M. nepotes diuiſo, in Orientale & Occidentale, vtrumque tamen dictum Francorum regnum.* Mox remouet obiectionem, quod regnum Francorum, extinctis Carolingis, ad Saxones translatum ſit, quoniam & Merouingis deficientibus Carolingisque ſuccedentibus, regnum Francorum idem permanſerit. WILHELMVS MALMESBVRIENSIS, grauis auctor, vt eum laudat HADR. VALESIVS *Notit. Galliar. voce Francia.* qui circa An. MCXI. floruit, *l.* 1. *de geſtis Anglorum* notauit: Lotharienſes (quo nomine intelligit populos Rhenum inter & Scaldim, Moſam ac Ararium vſque ad lacum Lemanum habitantes, ſiue veteris regni Lotharii incolas) & Germanos ceterosque trans Rhenum populos non ſola Francorum Orientalium appellatione fuiſſe contentos, ne & Francis Occidentalibus locum darent, ſed abſolute Francos dici voluiſſe. Verba eius ſunt: *Lotharienſes, Alemanni & ceteri Transrhenani populi, qui Imperatori Teutonicorum ſubiecti ſunt, magis proprie ſe Francos appellari iubent, & eos, quos nos putamus Francos, Galuualas antiquo vocabulo, quaſi Gallos Romanos, nuncupant,* per contemtum ſc. nam, aetate OTTONIS Auguſti, Franci, Burgundiones, Sueui, Langobardi, Saxones, Lotharienſes & Baioarii ita Romanos dedignabantur, vt inimicum ſuum non aliter quam Romanum contumeliae cauſa irati appellarent, vt ex LVITPRANDO obſeruauit laudatus VALESIVS (2) *l.* 6. *Rer. Francic. p.* 290. *ſequ.* Addit autem ad illa Malmesburienſis: *Quibus & ego aſſenſum commodo, ſciens, quod Karolus M. quem Regem Francorum fuiſſe nemo eſt, qui inficias eat, ea gentilitia lingua uſus ſit, quam Franci transrhenani terunt.*

(1) TRITHEMIVS libro de origine Francorum, loquens de diuiſione regni Francorum ſub Ludouici Pii poſteris: *Ab illo,* inquit, *tempore coepta regni Francorum diuiſio bipartita manſit iam per annos DCLXXIII. usque in praeſentem diem, manebitque deinceps perpetua. Quae quidem diuiſio, literis & iure confirmata Maiorum, ex vno regno Francorum fecit duo; quorum alterum eſt Germaniae, alterum vero Celticae duntaxat & Aquitanicae. Nam Galliae Belgicae maior pars in diuiſione poſtea regno fuit adiudicata Germaniae.* (2) Et BRAVERVS *ad carm.* 4. *libr.* 6. *Vincentii Fortunati* ſcribens: *Romanum nomen olim commitii genus fuiſſe.*

§. XXXII.

Tertium: Decora Francorum potius ad Germanos, quam ad Francogallos pertinere.

Tertium eſt: Decora Francici regni & praeclara Francorum geſta perperam ad ſolos Francogallos trahi (1): Saltem enim cum Germanis eſſe communia; imo potiori iure ad hos, ceu quorum vera progenies Franci, quod in hodiernum diem lingua eorum teſtatur, quam ad illos pertinere.

(1) Exprobrat hoc iis IOH. IACOB. CHIFFLETIVS *Vind. Hiſpan. c.* 9. qui propter Francicum nomen quaecunque a priſcis auctoribus de Francis antiquis, ſiue Germanis omnibus, Francisque Auſtraſiis conſignata fuerint, ad ſe audaciter traduxerint, ſimulque CAROLI M. & Carolouingorum praerogatiuas ſibi vindicauerint.

§. XXXIII.

Quartum: Simul hinc retundi ſcriptorum

Quibus conſequens eſt quartum: Impudentem ac futilem eſſe, ne quid grauius dicamus, quorundam in Gallia ſcriptorum (Reges enim nunquam vel verbo vſi eo titulo leguntur (1), vt H. CONRINGIVS *in annot. ad l.* 1. *de finib. Imperii.*

Digitized by Google

perii obseruauit) iactationem, quasi iuris sit Francogallorum Regum, omnia, quae Franci a tempore Clodouei Regis possederint, sibi iterum vindicandi: aut, vt alii malunt, Capetariae familiae Reges Carolingorum esse heredes, atque ita Capetanis hereditariam successionem in omnia a CAROLO M. possessa iure isthoc competere. Quorum prius complures asseruerunt, atque adeo & AVBERIVS ille, cuius liber, *des justes praetentions de Roy sur l'Empire*, prodiit Parisiis A.MDCLXVII. *quorundam in Gallia impudentem ac futilem iactationem.*

Cui suppetias ferre voluit GASTO IOANNES, Dux Espernonius, parte secunda Genealogiae Capetanorum, a Ludouico Rogerio de Prades editae, ceu qui non dubitauit scribere: *Ego contendo, Reges decessores Ludouici M. conseruasse de Masculo in masculum ad praesens usque tempus in eodem statu, quae Franci in seculo quinto dominationi suae subiecerunt; & heredes illos imaginarios Caroli M.* (quem vocat regni alieni usurpatorem auo etiam materno Carolo Martello spurio editum) *obligatos* esse, *ut homagium praestent legitimo Imperii Francici successori.* Posterius anno circiter superioris seculi tricesimo octauo IACOBVS CASSANVS, Regius in Bitterrensi Praetorio Aduocatus. Nec defuit postea Mezeraeus, nisu omni vt probaret, Capetingos e stirpe Carolingorum ortos esse. Non repetemus nunc, quae nostrates (2) pariter ac Belgae (3) peculiaribus libris reposuere. Tantum libet addere, causam nullam intelligi, quamobrem Imperium nostrum, quod nobilissimam Franciae regni partem, a veris Francis siue ex veterrimo incolatu siue ex nouiore sub Clodoueo aut Carolo M. insessam, complectitur & ab annis amplius octingentis tenet, accessio fieri debeat Franciae regni Occidentalis, non modo coalitione veterum Gallorum & Gothorum, sed & immigratione Britonum, Taifulorum (4) siue Teifulorum, Vasconum, Saracenorum & *post Normannorum* insigniter interpolatae ac permixtae. Nam qui Hugonis Capeti (*quem* scriptores illorum temporum aequales (5) inuasorem regni vocant) genealogiam ex primae vel secundae stirpis Francorum Regibus deducunt, tam falsi sunt, quam falluntur, qui gentes quasdam Principum Germaniae a Caroli M. posteris descendere persuasi sunt, vel saltem persuadere volunt. *Nisi* quod una Principum Cattorum Domus citra iactationem gloriari potest, se Carolingicae stirpis furculum esse. Quod BLONDELLVS (6) quoque diffiteri non potuit.

(1) Nisi quod apud PVFENDORF. *l.* 18. *Rer. Brandenb.* §. 51. *ad A. MDCXXCII.* asseritur: *Regem praetensiones suas superstruere, non solum paci Monasterienſi, sed etiam legi Salicae in iuribus Caroli M. usi e negotio Weisenburgico adpareat.* Conf. *l.* 11. §. 1. *ad A. MDCLXIIX.* Nec diffiteri nolumus, Rege eiusque Ministris non nolentibus, scripta eiusmodi a priuatis edita fuisse. V. eundem PVFENDORFIVM *l.* 10. *Rer. Brandenb.* §. 34. *ad A. MDCLXVII.* de AVBRIO, ob librum suum dicis gratia in carcerem coniecto. (2) MARTINI, Prof. Kilon. *in aquila triumphante.* A. libri, Gallica lingua conscripti, sub titulo *Advocati condemnati.* Personati scriptoris, qui se Francopolitam nominauit, Wahres Franckreich. A. *vindiciarum S. Romani Imp. & vicinae Europae aduersus Pradium.* H. CONRINGIVS *in annotat. ad l.* 1. *de finib. Imperii c.* 6. *p.* 29. *seqq.* Adde, quae ex illo AVBERII libro PETRVS LAMBECIVS excerpsit, *axiomata Politica Gallicana, cum ceteris Gentibus, tum inprimis Germanicae Nationi ad considerandum proposita*, & Vindobonae edidit A. MDCLXVI. (3) In his FRANCISCVS CYPAEVS ICtus libro, cui titulus: *Hiatus Cassani obstructus*, IOANNES IAC. CHIFFLETIVS & alii, quos nominat BLONDELLVS *in praefatione apologetica.* (4) Quorum meminit GREGORIVS TVRONENSIS l. 4. c. 18. vbi in not. videatur Ruinartus. (5) Loca historicorum conduxit CHIFFLETIVS *in Luminib. genealogic. ad vindic. Hisp. Lum. X.* & passim *in Luminib. Salic. ad vindic. Hisp. Lum. IIX.* Post mortem Ludouici Regis, quae in A.DCCCLXXVII. incidit, fatetur MABILLONIVS *in suppl. de re diplomat. c.* 10. §. 2. succedere debuisse Carolum patruum; at dum ipse rem ad consilium distulerit, ab Hugone

gone Duce Lunduni comprehenſum, tradente ipſum Aſcilino ſeu Adalberoni Epiſcopo, cui graues hac de re literas ſcripſerit GERBERTVS (ep. 10. cl. 2.) & apud Aurelianos in carcerem retruſum eſſe cum ſua ipſius uxore, Herbarti Treunſis Comitis filia, ex qua duos filios, Ludouicum & Carolum in cuſtodia ſuſcepiſſe dicatur. (6) In plenior. Genealog. Franciae aſſert. tom. 2. p. 280.

CAPVT II.

DE FINE SIVE SCOPO VETERVM FRANCORVM.

§. I.

Veteres Franci in virtute & gloria militari felicitatem poſuerunt.

FRancos, more veterum Germanorum, in virtute militari felicitatem ſuam collocauiſſe, apertum eſt, idemque teſtantur tot eorum irruptiones in Gallias earundemque depraedationes, nec non piraticae expeditiones (1) in longinqua etiam loca. De quibus Panegyrici & hiſtoriae Auguſtae ſcriptores paſſim. Hinc Libanius in Baſilico, ſiue Panegyrico Conſtantio & Conſtanti Impp. dicto, his Principibus gratulatur ob iugum graue Francorum ceruicibus impoſitum, quod eorum virtute iſti intra fines ſuos eſſent repreſſi, & addit: Τὸ γὰρ μὲν ἔχειν ἑτέρους ληίζεσθαι, τοῦτο ἐκείνοις δουλεία. *Etenim haec illis ſeruitus eſt, nullos habere, quos depraedentur.* Paullo ante dixerat: Οὗτοι πλήθει μὲν πάντα ἀριθμὸν ὑπερβαίνουσιν. Ἰσχῦι δὲ τῶν σφῶν πλήθους τὴν ὑπερβολὴν περιέχονται. Τούτοις, ζάλη μὲν θαλάττης, ἠθὲν ἠπείρου, Φοβερωτέρα. Κρυμὸς δὲ ἀρκτῴου, αἴσιον εὐκρασίας ἡδίων. συμφορὰ δὲ μεγίστη, βίου ἀωραγμῶν. καὶ περίας ἐνδαιμονίας, ὁ τῶν πολέμων καιρός, κἂν ἕλκος τις ἀκροτηριάσῃ, τῷ λειπομένῳ μάχονται. καὶ ὄντων κρατήντων ἡ δίωξις, δέχεται περίας. ἢ τε κρατηθῆναι συμβαίη, τῆς φυγῆς τὸ τέλος, ἀρφὴν ἐφόδου ποιοῦνται γέρα δὲ ἀπονοίας, καὶ τιμὰς θρασύτητος νομοθετήσαντες ἔχουσιν. ἀῤῥώστημά τοι ὅλως τὴν ἡσυχίαν κρίνουσι. *Hi* (Franci) *multitudine numerum pene omnem excedunt: robore autem multitudinis immenſitatem ſuperant. His maris procelloſi aeſtus non magis terrori eſt, quam continens terra; & frigus ſeptentrionale ſuauius, quam acris temperies: calamitas vero maxima eſt vita absque negotiis: & felicitatis apex belli tempora ſunt. Quod ſi quis mutilatus fuerit, parte reliqua integra praeliatur: & vincentium perſecutio non admittit finem: at ſi contigerit ut ſuperentur, extremum fugae, inuaſionis initium faciunt. Porro inſanae peruicacitatis praemia, & audaciae honores, legibus apud ipſos ſanctis obtinent: quietem otiumque omnino iudicant morbum.* Francos, quos Attuarios vocant, inquietos homines, licentius percurſaſſe extrema Galliarum, ſcribit AMMIANVS MARCELLINVS *l.* 20. *rer. Rom. c.* 10. Adde eundem *l.* 27. *c.* 8. ubi de Francis & Saxonibus.

(1) Iam ſub Gallieno & Claudio Impp. Francos, myaparonibus extimam Galliae oram praeteruectos, fretoque Gaditano mare ingreſſos, capta Tarracone, vrbe maritimarum clariſſima atque opulentiſſima, annos fere duodecim totam Hiſpaniam in poteſtate habuiſſe, & rapinis, caedibus incendiisque vaſtauiſſe, nonnullos etiam a ſociis ſpe maioris praedae diſiunctos in Africam transmiſiſſe, teſtes habemus NAZARIVM *in panegyrico*, EVSEBIVM PAMPHILVM *l.* 1. *hiſtor. tempor.* AVRELIVM VICTOREM, EVTROPIVM ac MAGNVM PAVLVM OROSIVM. Quomodo Franci, quibus a Probo, vt ipſis agrum daret petentibus, ſedes in Ponto attributae fuerant, ab Imperatore deſciuerint, contractisque nauibus Graeciam omnem tumultu perturbauerint, inde in Siciliam traiecerint, & claſſe de improuiſo ad Syracuſas applicata portum intrauerint, mox Lybiam petierint, & a Carthaginenſibus capta praeda & in naues compulſa domum redierint, iam ſupra diximus, & memorauit ZOSIMVS *l.* 1. *hiſtor.* EVMENIVS autem in oratione, quam habuit

Digitized by Google

habuit de rebus gestis Valerii Constantii, Nobilissimi Caesaris, dixit: *Francos hoc ipso temeritatis euentu ostendisse, nihil esse clausum piraticae desperationi, quo nauigiis pateret accessus.*

§. II.

Post Franci etiam ad latam dominationem & prolatandos regni fines animum conuerterunt, quod Clodouei, Clotharii & aliorum exempla nos docent. Clodoueus sane, de cuius inexplebili cupiditate historici passim testantur, vt Vesigothos bello aggrederetur, πρόφασιν (1) sumebat Arianam religionem, quam Vesigothi sectabantur: (v. GREGOR. TVRONENS. l. 2. c. 37.) quasi vero iusta belli suscipiendi causa sit, quod alter populus a recta pietate abhorreat. Ecquis enim alteri populo in illum populum aut Regem id iudicium dedit? Non male Gundebaldus (2), Burgundionum Rex, respondebat Auito Episcopo, qui ipsum ab Arianorum religione abducere volebat. *Si vestra fides est vera, quare Episcopi vestri non impediunt Regem Francorum* (Clodoueum) *qui mihi bellum iniunxit & se cum inimicis meis sociauit, vt me destrueret: nam non est fides, vbi est appetentia alieni, & sitis sanguinis populorum ostendit fidem per opera sua.* Factum autem diuina videtur prouidentia (3), vt populus Francorum, tanta felicitate vtens & fines longe lateque proferens, qui auspiciis Clodouei mores cultiores religionemque Christianam a domitis Gallis acceperat, eosdem mores eandemque religionem Alemannos, Baioarios, Thuringos, Saxones, Frisios ac vicinos populos, Paganorum religioni addictos, doceret.

Postea Clodoueus Rex & successores ad latam dominationem animum conuerterant.

(1) Praetextum religionis aduersus Saxones etiam praeferebat CAROLVS M. statuens non ante finem bello impositurum, quam Christo Saxones subiicerentur. v. Annal. Francor. a REVBERO editi ad *A. DCCLXXVI.* Quanquam Carolo aliae iustificae causae non deerant, inprimis quod Saxones antiquas Francorum terras insiderent & toties essent foedifragi. (2) Apud DACHERIVM tom. 5. spicilegii, & apud RVINART. append. opp. GREGORII TVRONENS. p. 1322. (3) Idem nobiscum sentit scriptor libri de constructione nouae Corbeiae. *Post obitum namque,* inquiens, *nobilissimi Regis Pippini, Karolus filius eius regnum obtinuit Francorum uniuersum. Cui Dominus tantam contulit virtutem atque potentiam, vt non solum Francorum regnum strenue gubernaret, sed etiam multas barbarorum gentes circumquaque subingaret. Vnde factum est, vt gentem Saxonicam, quae olim contra Francos rebellabat, non solum suo dominio subegisset, sed & mellifluo Christi nomini dicare meruisset. Nam & hunc ideo prae omnibus Christianis Regibus potentissimum in bellis fuisse credimus, quia quos suo dominio subingabat, Christi nomini dedicabat.*

§. III.

Diuitiis non aeque studebant. Testatur sane GREGORIVS TVRONENSIS *praefat. l. 5. histor.* Clodoueum, Theodorici & Clotharii patrem, cum hostilium gentium Reges interficeret regionesque subigeret, vt iam maxima Galliarum parte potiretur, *neque aurum, neque argentum* (sicut Clotharii filii, eius nepotes, aetate sua in thesauris habebant) *habuisse.* Idemque comprobat exemplum Theodorici Francor. Regis, donum catini ex argento, quod Clothario fratri dederat, per filium Theodebertum singulari arte reposcentis. Quam historiam narrat idem GREGORIVS *l. 3. hist. Francor. c. 7.*

Diuitiis non aeque studuerunt

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT III.

DE PERSONARVM ET RERVM CONDITIONE IN VETERE FRANCORVM REGNO.

§. I.

SVBIECTVM PRIMARIVM *cuiusque ciuitatis sunt* CIVES, QVORVM *apud Francos* PRIMA DIVISIO *in* originarios.

PErsonae in unaquaque ciuitate solent esse ciues, incolae & peregrini. De ciuibus primum videamus. Horum prima est diuisio in natos & factos. Nati erant originarii Franci, cum in Gallia sedes cepissent, distincti á Romanis, hoc est, Gallis, non modo nominibus (1), sed & antelationibus (2): nam cum ex iis praecipue constaret exercitus, tributorum & vectigalium, quibus Galli obnoxii erant, habebant immunitatem Franci, propterea liberi dicti, vt optime demonstrauit HADR. VALESIVS *Notit. Galliar. voce Franci liberi.* Inter Francos eminebant Salii, quod mores cultiores & linguam Latinam a Romanis essent edocti. Hos igitur libertate gauisos, non dubium est. Hinc *terra Salica*, id est, immunitate gaudens in charta Ludouici IV. A. DCCCCIX, qua Conrado Comiti Loggingowae curtem Dominicalem contulit in proprium cum terra Salica, apud BROWERVM *l.* 9. *Annal. Treuirens.* Adde aliam chartam in *l.* 1. *tradit. Fuldens.* 28. & CAROL. CANGIVM *gloss. voce lex Salica.* Et hodie adhuc Saalbücher siue *libri Salici* audiunt libri censuales bonorum liberorum Principis.

(1) Nam Franci etiam in Gallia Germanicis nominibus appellabantur. Plane vt iisdem Vandali ab Afris, Vesigothi ab Hispanis Septimanisque, Ostrogothi ab Italis & Prouincialibus, Angli a Britannis distinguebantur. Donec secutis temporibus Franci a Gallis non raro, vt vxores, sic & nomina cognominaque Latina acceperunt. v. HADRIAN. VALES. *l.* 7. *Rer. Francic. p.* 393.
(2) Francum se duplo nobiliorem putasse Romano, probat WENDELINVS *glossar. Salico voce Romanus.*

§. II.

Facti ex deuictis gentibus adsciscebantur. Illustre eius exemplum praeET factos. bent Arborichi, si vera sunt, quae de iis scribit PROCOPIVS l. 1. de Bello Gothico. *Francos cum illis coalitos magna rerum incrementa sumsisse, & Romanos milites ad prima Galliarum tutanda missos, cum non viderent viam redeundi Romam, neque hostibus, Ariano dogmate infectis, vellent accedere, se cum signis & quam tenebant regione Arborichis & Germanis ita dedisse vt sua seruarent moresque auitos retinerent permanentes ad nostra usque tempora: Nam & hodie*, inquit, *cognoscuntur legiones, in quas distributi fuere nominibus, suisque sub signis ineunt proelia, & legibus viuunt, quibus olim, habitumque Romanum seruant etiam pedum tegmine.* Vbi qui populus Arborichi, & quae eorum sedes fuerit, inter eruditos non conuenit (1). Quidam sedem quaerunt inter Scaldim & Mosam. Nobis assentiri libet HADR. VALESIO, qui *l.* 6. *Rer. Francic. p.* 278. *sequ.* Arborichos illos non alios quam Armoricos esse indicarique arbitratur, oram Lugdunensis secundae & tertiae a Sequani ortu ad ostium Ligeris promissam tenentes: nam Francos iam Christianos fuisse satis clare prodidit Procopius. Atqui tum terras inter Scaldim & Mosam Francis paruisse certum est. Alterum exemplum est

Digitized by Google

est in Saxonibus, quos ciues Francorum factos, colligere est ex EGINHARDO *vita Karoli M.* scribente, inter pacis conditiones a Rege propositas & a Saxonibus acceptas fuisse: *Vt abiecto Daemonum cultu & relictis patriis cerimoniis Christianae fidei atque religionis sacramenta susciperent, & Francis coadunati vnus cum illis populus efficerentur:* Quod POETA SAXO l. 4. de gestis Karoli M. ad A. DCCCIII. sic extulit:

Nobilis hic annus longi certamina belli,
Tandem Saxones inter Francosque peracti,
Firmo perpetuae concluſit foedere pacis,
Auguſtus Pius ad ſedem Salz nomine dictum
Venerat: Huc omni Saxonum nobilitate
Collecta, ſimul has pacis leges, inierunt,
Vt toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem Daemoniaca prius arte colebant
Decepti, poſt haec fidei ſe ſubdere vellent,
Catholicae, Chriſtoque Deo ſeruire per aeuum.
At vero cenſum Francorum Regibus ullum
Soluere, nec penitus deberent atque tributum,
Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors:
Sed tantum decimas deuina lege ſtatutas
Offerrent, ac Praeſulibus parere ſtuderent,
Ipſorumque ſimul clero, qui dogmata ſacra
Quique fidem domino placitam ritumque docerent.
Tum ſub Iudicibus, quos Rex imponeret ipſis,
Legatisque ſuis, permiſſi Legibus vti
Saxones patriis & libertatis honore.
Hoc ſunt poſtremo ſociati foedere Francis,
Vt gens & populus fieret concorditer vnus,
Ac ſemper Regi parens aequaliter vni.

Ipſe Karolus M. in diplomate fundationis Eccleſiae Bremenſis A. DCCLXXXIIX. profitetur: *ſi eos priſtina libertate donatos, & omni ſibi debito cenſu ſolutos, Deo tributarios & ſubiugatos deuote addixiſſe.* Saxones etiam cum Francis iniuiſſe conuentus regni, docet Capitulare Anni DCCXCVII. primum, a D. Ferdinando Epiſcopo Paderbornenſe editum, in praefat. c. 3. & 9. (2). Saxonici generis Comites illis praepoſitos, teſtantur Annales Francorum A. DCCLXXXII. Nec mirum, bona parte Saxonum refractariorum in Galliam translata, & Francis in eorum locum ſuffectis, qui propterea Oſtuali & Weſtuali dicti, Saxones ita Francis commixtos tam benigne habitos a CAROLO M. fuiſſe. Non eadem felicitas obtigit Alemannis. Hos enim a Clodoueo Rege Francorum ſeruituti addictos, alibi diximus (3). Et tamen Franci, qui in Alemanniam, vt tantae multitudinis populum in obſequio tenerent, migrauere, vnde pars eius in hodiernum vsque diem Franconia dicitur, nec non Epiſcopi, Abbates, Duces & Comites, cum caeteris magiſtratibus Francici generis, ciues Francorum haut dubie fuerunt, legibus, quibus olim Alemanni vtebantur, relicti. Alemannis H. CONRINGIVS *Exercit. de ciuibus Imp.* §. 22. Baioarios aequiparat. Noſtro iudicio

Digitized by Google

minus recte: Nam GREGORIVS TVRONENSIS, cuius testimonio vtitur, Baioariorum non meminit. Imo hos vltro sub Francorum imperium concessisse, ex illis, quae alibi diximus, liquere potest (4). Cui consequens, Baioarios statim ius ciuitatis Francicae nactos esse. Illud adhuc obseruandum, posteris temporibus Gallorum quoque aliquam in conferendis honoribus magistratibusque rationem habitam fuisse (5). Sic legimus Brunechildin Reginam Gallos pariter ac Francos sine discrimine ad Comitatus, ad Ducatus Patriciatusque proexisse (6), vt notauit HADR. VALESIVS (7). Postea A. DCXXXVI. in exercitu Dagoberti Regis iuxta octo Duces Francici generis, Chrumnelinus, genere Romanus (sic tum a Francis Galli vocabantur) & Wilibadus Patritius, natione Burgundio, Duces quoque numerati fuere.

(1) v. CHAPPEAVILL. in addend. tom. 2. histor. Leodiens. (2) Et apud STEPH. BALVZIVM tom. 1. Capit. p. 275. apud DVCHESN. tom. 2. p. 22. (3) v. Notit. vet. Germ. populor. p. 3. c. 3. §. 12. (4) Notit. vet. Germ. pop. part. 3. c. 2. §. 5. (5) Iam Clodoveus M. aliquos iure ciuitatis Francicae donauit in diplomate de conditione Coenobii Mitiacensis apud Aurelianos, quod DACHERIVS tom. 5. Spicil. exhibet: *Vos ergo*, inquiens, *Euspici & Maximini, desinite inter Francos esse peregrini.* (6) Quod mirari non debemus: haec enim, velut externa, quaerebat subsidia dominationis. (7) l. 17. Rer. Francic. ad A. DCV.

§. III.

Originarii prodeunt ex domo, cuius instituta considerantur inter coniuges.

Locus hic postulat, cum originarii ciues ex domo prodeant, vt de eius institutis nonnulla dicamus. Societas inter maritum & vxorem dicitur matrimonium. Huius instituta honestissima fuerunt apud Francos. Equidem primum sub Merouingicae stirpis Regibus inter Primores Francorum incestas nuptias non infrequentes fuisse, liquet ex epistola Mapinii (1), Remorum Episcopi, ad Nicetium Treuirorum Antistitem missa, ex qua discimus, regnante Theodebaldo, Theodeberti filio, Nicetium aliquos Francorum propter incesta connubia ab Ecclesiastica communione remouisse: & Childebertus II. Rex in decretione (2) data circa annum DXCV. eas ita prohibuit, vt praeteritas coniunctiones, quae incestae esse viderentur, nonnisi per praedicationem Episcoporum iuberet emendari. Sicuti Reges prorsus interdixere, vt videre est ex LL. Alemannicis *c.* 39. LL. Baiwariorum *tit.* 6. *c.* 1. Imprimis CAROLVS M. *V. Capitul.* 168. & 304. *VI. Cap.* 409. *VII. Capit.* 143. & passim. Idem Carolus in Capitulari DCCCII. *c.* 35. vetuit inire matrimonium, antequam Episcopi Presbyteri cum Senioribus populi consanguinitatem coniungentium diligenter exquirerent. In linea collaterali matrimonium gradu quarto contractum dissolutum non fuit. vid. Capit. Compendiense Pipini Regis A. DCCIII. c. 1. Quod tamen postea mutatum, nam VI. Capit. 209. est: *In quarta propinquitate carnis, quinta, sextaque non licet nubere.* Conf. *V. Capitul.* 166. Plures uno tempore uxores habere non licuit, ne quidem concubinam cum vxore. Vid. I. Capit. Pipini Regis Italiae A. DCCXCIII. c. 34. VI. Capitul. 230. 433. VII. Cap. 336. Vnde concludere licet, vxorem non habentem concubinam habere potuisse. Iudaeus Christianam, Christianus Iudaeam in matrimonium ducere non poterat. *Concil. Aurelian. II. c.* 19. *Concil. Aruernens. can.* 6. *Concil. Aurelian. III. c.* 13. Quod satis comprobatur *VII. Capit.* 59. 60. Debebat autem matrimonium per Sacerdotalem copulationem & benedictionem confirmari, vt ex Legibus Francor. alibi demonstrauimus (3). Conf.

Du-

Digitized by Google

Dufresnium & ex professo HOFFMANNVM *lib. pec. de benedict. sacerdotali.* Matrimonium non solvebatur, nisi propter fornicationem. *VI. Capitul.* 191. Cui adde causam desertionis. Vid. Capitul. Regis Pipini primum A. DCCII. c. 9. Quanquam VII. Capit. 305. generaliter propter culpam grauiorem matrimonium dicatur separari, & VI. Capit. 209. si ambo consentiant, vt ambo Deo seruiant innupti. Adhaec recte obseruauit HADR. VALESIVS (4): *morem fuisse Francis, uxores male conuenientes bona gratia dimittere, ita vt vir & vxor alterius contrahendi haberent potestatem. Hunc morem indicat, qui apud Marculfum Monachum extat, libellus repudii. Multi igitur praetexentes se cum vxoribus concorditer & mutuo amore viuere non posse, inuitas dimittebant, vt alias ducerent. Nec reges modo, qui quicquid libuerit licere sibi putant, ita faciebant: verum etiam priuati, quos uxorum suarum fastidium ceperat, beneficio legis vtebantur. Constat Beppoleni Francorum Ducis filium, praeter ceteros, tres vxores aliam post aliam intra breue spatium repudiasse. Id semper improbauit ac multorum Conciliorum decretis damnauit Ecclesia, quae nisi ob adulterium vxorem a viro dimitti vetuit, ac ne tum quidem post diuortium factum aliam, viua maecha, vxorem ducenti viro facultatem dedit, pro adulterio habens atque a communione remouens, qui duxisset.* vid. VI. Capit. 87. & VII. Capit. 73. Habebant quoque singularem diuortii causam. Decretum fuerat A. DCCLVII. „ in Synodo Compendiensi, vt, si quis filiastrum aut filiastram suam ante Episco- „ pum ad confirmationem tenuisset, ab vxore sua separaretur, & alteram non „ acciperet. Nihil statutum fuerat de feminis. Attamen quia par causa videba- „ tur, postea mulieres nonnullae fastidiosae, vt occasionem quaererent diuortii, „ proprios filios coram Episcopis ad confirmandum tenebant. Statuit autem „ concilium Cabilonense 11. habitum anno DCCCXIII. vt si qua mulier filium „ suum desidia aut fraude aliqua coram Episcopo tenuerit ad confirmandum, „ propter fallaciam suam, aut propter fraudem, quamdiu viuet, agat poeniten- „ tiam, a viro tamen suo non separetur. Nonnullae maritos suos impelle- „ bant ad istud facinus, vt ita possent ab illis discedere; vt colligi potest ex „ Flodoardo, qui lib. 3. cap. 21. refert Hincmarum Remensem Archiepiscopum „ ad Lupum Catalaunensem Episcopum scripsisse pro quodam qui dolo dece- „ ptus fuerat, vt infantem propriam, ad catechizandum teneret, item quid de „ hac re synodus decreuerit.„ Caeterum vxor post mortem mariti tertiam illorum, quae stante matrimonio acquisiuerant, acquaestus (5), vt hodie vocamus, partem ferebat (6). IV. Capit. 9. *Volumus, vt vxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partem collaborationis, quam simul in beneficio conlaborauerunt, accipiant.* Adde V. Capitul. 295. LL. Ripuariorum *tit.* 37. *c.* 2. FRANCISCVM PITHOEVM (7), ALTESERRAM (8). Vnum velut singulare addendum: Sponsum initurum sponsalia obtulisse sponsae solidum & denarium. Quem morem fuisse Francorum, dicitur in historia GREGORII TVRONENSIS epitomata c. 18. idque *secundum legem Salicam* (9), vt docemur ex formula veteri apud BIGNONIVM; & maritum postridie nuptiarum mane nouae nuptae, simul ac experrecta erat, donum (10), velut pretium delibatae virginitatis, dediisse, quod Morganegiba dicebatur. De quo pluribus videatur CAROLVS CANGIVS *Glossar. voce Morgengaba.*

(1) Apud FREHER. & DVCHESNIVM. (2) Apud BALVZ. tom. 1. Capitul. (3) Dissert. de matrimon. putativ. §. 4. tom. I. Commens. & opuscul. (4) l. 23. Rer. Francic. ad Annum DCXCVII. (5)

Gesta Dagoberti Regis c. 47. & AIMOINVS l. 4. c. 35. *Tertiam tamen partem de omnibus, quae Dagobertus Rex acquisierat, postquam Nantbildis Regina regnare coeperat, eidem reservare.* Adde MARCVLFVM l. 2. Form. 17. (6) Vnde est, quod communio bonorum hodie adhuc inter conIuges in pleriſque Europae partibus obtineat, quamuis diuersa ratione. Totum fere tractum Rhenanum consuetudinem hanc recepisse, scribit ROSENTHAL cap. 5 concl. 67. n. 4. *sequ.* & c. 10. *de feud. concl.* 5. n. 22. De ceteris Germaniae partibus, item de Belgio, de Silesia, de Gallia, de Dania, de Hispania, testantur passim ICti. (7) Gloss. ad Capit. Francor. p. 707. (8) l. 3. Rer. Aquitan. c. 18. (9) Lex Salica tit. 4. §. 1. *Qui vadium accipere vult, cum tribus testibus, qui approbare debent, tres solidos aeque pensantes & denarium habere debet.* Formula PITHOEI c. 55. *Placuit atque convenit, vt ego tibi de solido & denario secundum legem Salicam sponsare deberem.* v. WENDELINVM glossar. Salico voce Reipq. (10) Cui mori simile m habuisse Romanos, liquet ex IVVENALIS Satyra VI. inter matrimonii incommoda referentis illud, *quod pro prima nocte datur.* v. BIGNONII notas ad varias formulas.

§. IV.

Inter parentes & liberos.

De societate inter parentes & liberos nihil singulare habemus. Liberi absque consensu parentum non poterant matrimonium inire, vt alibi docuimus (1). Iam enim Charibertus Rex, vt est in Concilio Turonensi A. DLXVI. can. 20. constituit: *Vt nullus vllam puellam absque parentum voluntate trahere aut accipere praesumat.* Filiusfamilias, perinde vt apud Romanos, inscio patre, mutuam pecuniam accipere non poterat. VII. Capitul. 304. vbi mutuum dare vocatur *commodare* (2). Si parentes deficere contingeret, liberi impuberes in peculiari Regis erant cura. Capitul. Caroli M. secundum A. DCCCXIII. c. 2. *Vt Ecclesiae, viduae, pupilli, per bannum Regis pacem habeant; sin aliter, in praesentiam nostram hoc veniat, si fieri potest: sin autem, Missi nostri inuestigent, quomodo gestum.* Tutelam ipsam gessisse propinquos, liquet ex additione quarta Capitul. 119.

(1) De matrimon. putativ. §. 15. tom. 1. Comment. atque opuscul. (2) Plane vt SALVIANVS, in rebus vocum alioquin peritissimus: *Nemo sibi salui vult,* inquit, *quae non commodas.*

§. V.

Inter dominum & seruos.

De societate inter Dominum & seruum apud Francos alibi satis actum (1). Duram apud eos seruorum conditionem fuisse, inde colligas, quod *additione quarta Capitul.* 149. statutum, si quis seruum proprium absque conscientia Iudicis occidisset, sufficere, si excommunicatione vel poenitentia reatus emendaretur.

(1) Diss. de hominib. propr. sect. 1.

§. VI.

Praecipua regni domus Aula, eius institutae inter coniuges.

Iam cum Aula Regis sit domus praecipua, huius quoque instituta apud Francos considerabimus. Reges etiam imparis conditionis vxores ducebant. Vere HADRIANVS VALESIVS l. 11. *Rer. Francic. ad A. DLXVII.* Tum, inquit, *Francorum Reges, tametsi filias & sorores suas non aliis quam Regibus collocabant, ipsi tamen pulcritudinis magis, quam generis in uxoribus ducendis habuere rationem, & puellas non solum ignobiles, sed & ancillas iustis nuptiis sibi adiunxere* (1). Ita Gunt-

Digitized by Google

Guntchramnus Rex Austrigildem, cognomine Bobilam, Marcatrudis ancillam duxit. Plane vt circa idem fere tempus Charibertus Rex Merofledem, pauperis cuiusdam lanarii filiam, sed forma excellentem, & post huius mortem sororem eius Marcouefam in matrimonio habuit; (v. GREGOR. TVRONENS. l. 4. c. 25. 26. 27.) imitatus patrem suum Clotharium, qui duas vxores, sed vno eodemque tempore, sibi adiunxerat. (v. GREGOR. TVRONENS. l. 4. c. 3.) Nam Reges nefas non putabant, plures vno tempore habere vxores, aut iisdem pellices superinducere; praesertim cum nothi in regno succederent, vt infra in loco, allatis exemplis, docebimus. Apud GREGORIVM TVRONENSEM *l. 4. histor. c.* 28. Chilpericus Rex, cum iam plures haberet vxores, Galswintham, Regis Hispaniae filiam, ducturus, promisit per legatos, se alias relicturum. A. vitae B. Pipini Ducis apud DVCHESNIVM *tom.* 1. *p.* 595. de Dagoberto I. *Coepit praeter concubinas, quarum multiplex erat numerus, contra Ius Canonicum, decus regium, trium Reginarum incestis abuti complexibus.* Forte & Alpais PIPINI, CAROLI M. Patris, pellex fuit; quam repudiata ac dimissa Plectrude ductam in matrimonium, haud parum veri est simile finxisse in Principum suorum gratiam auctores, qui dominantibus Pipini posteris scripsere, ne Carolus ex pellice susceptus crederetur, neue regio generi aliqua inde nota inureretur. De quo pluribus disserit HADR. VALESIVS l. 23. *Rer. Francic. ad A. DCXCVII.* De Carolo M. in eius vita memorat EGINHARDVS, post Fastradam vxorem concubinam quandam, cuius nomen memoriae non occurrat, & post mortem Fastradae concubinas quatuor, Mathalgardim, Adeldrudin, Reginam & Adelluidam habuisse. Postea subiicit: *fuisse ei filium nomine Pipinum, ex concubina editum, cuius inter caeteras mentionem nullam fecerit.* Concubinae huic nomen fuisse Himmeltrudem, & ex ea prius natum, quam Carolus Hildegartem duceret, testatur PAVLVS WARNEFRIDI. Atqui hanc ex praeceptione genitoris sui *legitimo coniugio* fuisse copulatam Carolo, non obscure meminit Stephanus IV. Papa *ep.* 45. *Codicis Carolini.* Vnde infert COINTIVS (2), concubinas indicari ab EGINHARDO, non quae ad tempus assumptae libidinis tantum explendae gratia, sed coniugatas sine dotalibus instrumentis: tantum abest, vt concedat, eas pellices fuisse: aliam enim post aliam Carolum duxisse ostendit. Quam sententiam etiam defendendam suscepit Cordemoius.

(1) Quo pertinet quod de Dagoberto scribit FREDEGARIVS Chron. c. 58. *Nantechildem unam ex puellis de ministerio* (vt in Mss. omnibus legitur, notante Ruinarto, non monasterio, vt habent excusa exemplaria & Aimoinus) *accipiens Reginam sublimauit.* Plane vt Balthildis e ministerio in Clodouei II. thorum adscita est, vt traditur *in vita Balthildis.* (2) Ann. Eccl. ad A. DCCLXXIII. n. 2. seq. & ad Ann. DCCCIII. n. 49. sequ. ad Ann. DCCCXIV.

§. VII.

Filii Regum etiam viuis patribus Reges, filiae Reginae vocabantur. Sic GREGORIVS TVRONENSIS l. 4. c. 13. Guntharium & Chrammum, Clotharii Regis filios; Fortunatus in libro IX. Chlodobertum & Dagobertum infantes, eius ex Chilperico nepotes, Reges appellat. Sic & Brunichildis Regina Athanagildum, suum ex Ingunde filia nepotem, non priuatum modo, sed exsulem ac egentem, Constantinopolim a Graecis abductum, & Childebertum Francorum Rex

Parentes & liberos.

Rex eundem sororis suae filium in litteris Dominum gloriosum Athanagildum Regem vocat. Adde eundem GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 9. *c.* 40. *vbi Chrodieldis & Basina, quae erant Professae Monasterii S. Radegundis Pictauiensis, vna Sigiberti, altera Clotharii Regis filia, conqueruntur, secum durius agi ab Abbatissa, cum Reginae essent. l.* 10. *c.* 15. HIERONYM. BIGNONIVM (1) & CAROLVM CANGIVM (2). Plane vt apud Tragicos Antigone & Electra ἀνάσσαι *Reginae* dictae, hoc est, Regum filiae vel neptes. Filiae Regum Francorum primae stirpis nonnisi Regibus collocabantur. De quo audiamus HADR. VALESIVM *l.* 8. *Rer. Francic. p.* 432. Hic postquam narrauerat, saepe miratum se, quamobrem Totila, vir maximus, sed nondum Rex Italiae, filiae Regis Francorum nuptias nequaquam obtinuisset, *subiicit:* „ Animaduerti, moris fuisse Merouei posteris (3), filias & „ sorores suas solis Regibus collocare. Non quod priuatorum affinitatem fa„ stidirent: saepe enim ipsi formae magis, quam generis habito delectu, puel„ las ignobiles, nec ingenuas matrimonio sibi iunxere: sed quod mulierum po„ tentiam ex virorum suorum dignitate pendere, & quantum maiestatis priua„ tae nubendo Regibus quaererent, tantum regiae stirpis virgines imparibus „ iunctas amittere existimarent. Sic Theoderico, postquam, occiso Odoacre, „ Italiae Imperio potitus purpuram sumsit, Audefleda; sic Chrothildis Ama„ larico Hispaniae Regi collocata est. Sic Theodeberti soror Hermegisclo, & „ Radigeri Varnorum Regibus; Chlodosuinda Alboino Langobardorum Regi; „ Berta Chariberti & Ingobergae filia Ethelberto Anglorum Cantiorumque Re„ gi nupserunt. Sic Ingundis Sigiberti filia Hermenegildo nuptum data; Ri„ gundis Chilperici Reccaredo desponsa est: quos ambos (vt Ioannes in Chro„ nico scribit) Leouigildus eorum pater Regni consortes fecerat; Hermenegil„ dum parte etiam prouinciae donauerat. Sic Chlodosuindam sororem suam, „ Flauii Autharii Langobardorum Regis pactam, eidem Reccaredo Regi, quo„ niam a secta Ariana suo exemplo Vesigothos abduxerat, Childebertus iunior „ promisit, & Theodebertus minor Adoloaldo admodum puero, quem viuo „ ac volente patre Agilulfo, praesentibus ipsius legatis, Mediolani in Circo „ Longobardi Regem appellauerant, filiam despondit. Denique nullam Me„ rouei stirpe ortam reperiemus, quae e Regibus enupserit. Nisi forte Sca„ ribergam, vel Caribergam quandam, sororis Chlodouei filiam, ab Arnulfo, „ Comite vrbis Remorum, ac postea Episcopo ductam; aut Blithildem, Ans„ berti, nobilissimi viri, Pippini Regis tritaui vxorem, regia familia genitam „ fuisse credimus, quam mulierem, veteribus nostris Historicis ignotam, non„ nulli, vt Caroli M. posteros, Meroueo generis auctore gloriantes, adula„ rentur, Clotharii maioris; alii Clotharii posterioris liberis inseruerunt. Hucusque VALESIVS. Qui educationi liberorum praepositi erant, dicti Baiuli, hoc est, Rectores regiae iuuentae, vt cum TACITO loquamur: quod munus ad dignitatum culmen proximus fuit gradus. AIMOINVS l. 4. c. 38. *At vero quidam Otha, Berone genitus patre, sperabat, se Comitem Palatii fieri posse; eo quod Baiulus fuerat Regis Sigiberti in eius tenera aetate.* Idem AIMOINVS *l.* 4. *c.* 15. refert, Hermarium e Baiulo Ariberti Regis factum fuisse gubernatorem Palatii eiusdem. Ottonem, qui Baiulus Sigiberti ab adolescentia fuerat, contra Grimoaldum superbia tumuisse, scribit FREDEGARIVS *chron. c.* 86. conf. AIMOINVM *l.* 4. *c.* 38. A. gestor. Dagoberti Francorum Regis, qui Chlotharii II. filius fuit, c. 2. *In an-*

nis

Digitized by Google

is puerilibus positus (Dagobertus) *traditus est a genitore venerabili ac sanctissimo Arnulfo, Metensium vrbis Episcopo, vt eum secundum sapientiam suam enutriret, atque tramitem Christianae religionis ostenderet, atque ei custos & baiulus esset.* Ludouico Pio, adhuc in cunis vagienti, Carolum M. praepositisse Baiulum Arnoldum, scribit A. vitae Ludouici. Annales Bertiniani ad An. DCCCLXI. *Karolus, dimisso filio suo Ludouico sub Adalardi, Irmintrudis Reginae auunculi, baiulatione.* Et ad annum DCCCLXXIX. *Filium & aequiuocum suum Ludouicum baiulationi Bernardi Comitis Aruernici committens.* LVPVS FERRARIENSIS *ep. 64. ad Carolum Regem* Monitores, quos vulgus Baiulos, appellat. Adde Hincmari *epist. II. ad Carolum III. c. 2. 6. 7.* Annales Metenses *ad A. DCCCLXI. & DCCCLXXIX.* CAROL. CANGIVM *glossar. voce Baiulus.* Regum in liberos ius etiam inde intelligitur, quod filiorum nuptias, inscio se contractas, rescinderunt. Vt Chilpericus Rex matrimonium filii Merouei cum Brunechilde, teste GREGORIO TVRONENSE *l. 5. hist. c. 2.* & in *histor. Francor. epitomata c. 74.* Adde de Ludouico Balbo, filio Caroli Calui ab Ansgarde, ex qua iam duos sustulerat filios, ob hanc causam separato, REGINONEM, Abbatem Prumiensem, *l. 2. Chronici ad A. DCCCLXXIIX.*

(1) Ad *Marculf. formul. l. 1. c. 39.* (2) *Glossar. voce Rex.* (3) CAROLVS M. eo volendi genere, quod mixtum vocat ARISTOTELES, priuatis collocauit filias. Nam ita A. vitae S. Angilberti c. 2. Berta (filia Caroli M.) *auidissimo amore in clarissimum virum Angilbertum oculos iniecit: & quem in paterno amore super omnes mortales conualuisse nouerat, eundem sibi in sponsi titulum & amoris remedium totis affectibus prouenire praeoptabat, sed quia genitoris sensibus haec per se intimare puellaris animus trepidabat, egit tandem opportune importune, vt haec suae mentis passio patri Carolo veniret in notitiam: qui quidem moleste tulit huiusmodi votum in cara prole exortum: sed veritus ne res in peius procederet, considerans etiam domni Angilberti ingenuam a prauis nobilitatem, detulit filiae suam voluntatem: & inito consilio cum primoribus, die statuto filiam accurate ac regaliter exornatam domno Angilberto coniugem sociauit, cunctis fauentibus qui adesse poterant. Sic domnus Angilbertus a Sacerdotii sanctimonio desciscens, Regis gener effectus est; & ex toto sociatus est copulae nuptiali, duos filios Nithardum & Harnidum procreauit.* Nec verisimilitudine destituitur narratio Chronici Laurishamensis de Imma ab Einhardo Archicapellano Notarioque Imp. ducta: nam LVPVS FERRARIENSIS in ep. ad Einhardum 4. *coniugem* eius *nobilissimam* dicit, & Eginhardus ipse Lotharium *nepotem* suum videtur appellare *in ep. 34.* verbis hisce: *Quapropter admonendam censui neptitatem vestram, vt per prudentiam a Deo vobis concessam caueatis periculum vestrum.* Quod vero EGINHARDVS in vita Caroli M. nec Angilberti generi nec Immae suae inter filias Caroli M. meminerit, videtur ipse innuere, quando scribit: *Carolum M. adeas felicem, propter hoc, quod filias suas nuptum dare non voluerit, aduersae fortunae malignitatem expertum, quod tamen ita dissimularit ac si de iis nunquam aliqua probri suspicio vel fama exorta fuisset.* Merentur legi, quae in elogiis ad vit. S. Angilberti notauit IOANNES MABILLONIVS.

§. VIII.

Caeterum cum filiis Regum aut saltem in aula regia educabantur filii Optimatum. De quo iterum praeclare laudatus VALESIVS (1): „Notare, *inquit*, „conuenit, morem fuisse iam tum Proceribus Francorum, adultos liberos, „praesertim indolis rarae, formaque & ingenio excellentes, Regibus ad ministeria tradere, in Palatio omnibus liberalibus artibus, sed praecipue militaribus excolendos: quos Gregorius Aulicos Palatinos & pueros Aulicos, quidam Scholares appellant. Hinc apud scriptores rerum nostrarum saepissime „inuenio, pueros nobiles in Aulam Regiam a parentibus perductos, Regibus „obla-

Quibus cum educabantur Optimatum liberi.

Digitized by Google

„ oblatos, traditos, commendatos, in Palatio enutritos, in Aula Regis educa-
„ tos, a Principe nutritos. Hos Reges noſtri Optimatium erga ſe fidei obſides
„ habebant (2): his pignoribus Proceres in officio continebant, haud facile li-
„ benterque res nouas molituros, quam diu ipſorum filii in Regia alerentur.
„ Sic a teneris nobilitas Regibus ſuis adſueſcebat: ſic Reges noſſe, reuereri,
„ amare & comitari diſcebat, dominosque ſuos, a quibus nutriebatur, in pa-
„ rentum habebat loco, & omnibus diſciplinis Aulicos decentibus in Palatio im-
„ buebatur. Haec magnorum virorum rudimenta erant ac incrementa: hoc
„ piiſſimorum Abbatum & Sanctorum Antiſtitum, hoc clariſſimorum Ducum
„ ſeminarium: haec ſummi proceſſus vel vna erat via, vel optima. Quippe
„ iſti adoleſcentes, cum plenam pubertatem egreſſi eſſent, & ad annos circiter
„ viginti peruenisſent, aut commeatum domum reuertendi a Regibus petebant,
„ & Regiis muneribus large donati patribus reddebantur: aut ſi in aula remane-
„ re maluiſſent, multisque ibi experimentis indolem ſuam Principibus approba-
„ uiſſent, nunc ad Eccleſiaſticas dignitates, nunc ad officia Palatina, modo ad
„ militares honores, modo ad ciuiles magiſtratus promouebantur. Itaque e Pa-
„ latio tanquam e ludo plurimi Abbates & Epiſcopi ſanctitatae vitae eminentes,
„ Comites Stabuli, Theſaurarii, Referendarii, Comites Palatii, Praepoſiti Po-
„ cillatorum, Conſiliarii, Comites, Duces, Patriciique exierunt. Nec aliunde
„ ferme, quam ex puerorum Regia cohorte deligebantur, qui, poſt data vir-
„ tutis & fidei experimenta, ad magna & honorata miniſteria ſublimesque po-
„ teſtates proucherentur. Eum morem pueros nobiles nutriendi & diſciplinis
„ exercendi, nemini hactenus aut notatum, aut notum, qui & a Regibus Ma-
„ cedoniae quondam vſurpatus fuit (3), non Reges modo Reginaeque Franco-
„ rum, ſed etiam Optimates iam inde a principio Regni Francici ſeruauere, &
„ adhuc tenent. IDEM alio loco (4): Mos fuit Francis, adultos liberos non mo-
„ do Regibus, verum etiam Optimatibus tradere, belli & ſtudiorum liberalium
„ artibus excollendos. Sic Patroclum Mumioni, qui apud Childebertum Pari-
„ ſiorum Regem plurimum poterat, ad exercendum commendatum, ab eoque
„ ſedulo & amanter nutritum; ſic a Tranſobado Presbytero filium Gogoni,
„ Childeberti minoris Nutricio, traditum; ſic Arnulfum, qui poſtea Mettenſis
„ Epiſcopus fuit, Gundulfo rectori Palatii ac Conſiliario Theodeberti iunioris
„ oblatum accepimus, apud quem honeſtis diſciplinis exerceretur. Sic Chro-
„ degangus a Carolo Maiore domus educatus, ac poſtea eius Referendarius fuiſ-
„ ſe dicitur. Quem hodieque morem pueros Paedagogianos ad miniſterium
„ ſuum eligendi, & militiae rudimentis imbuendi Francorum Proceres
„ ſeruant.

(1) *Libr. 15. Rer. Francic. An. DXCI.* (2) Eundem morem in Veſigothis, rerum in Hiſpanica po-
tientibus, eximie laudat IOAN. MARIANA *l. 2. de Rege & Regis inſtitut. c. 9.* (3) Teſte AELIA-
NO *l. 14. var. hiſt. c. 49.* (4) *L. 9. Rer. Francic. ad An. DLXV.*

§. IX.

Regem & Miniſtros aulicos.

Inter miniſteria aulica (1) erant Archicapellanus, Comes Palatii, Dome-
ſticus, Referendarius, Cancellarius, Camerarius, Comes Stabuli, Praepoſitus
pocillatorum, Praepoſitus Regiae menſae. Quibus adde Manſionarium, vena-
tores

Digitized by Google

tores & falconarios, quos nominat HINCMARVS *in ep. de ordine palatii c. 16.* Magistrum ostiariorum, & Medicos aulicos, quorum plures fuisse, colligere est ex GREGORIO TVRONENSE *l. 7. hist. c. 25.* qui & l. 10. c. 15. Archiatri meminit (2). Archicapellanus erat apex dignitatum Palatinarum omnium (3). Haec dignitas eum constituebat quodammodo caput Episcoporum (4). Sic in Concilio Vernensi, anno DCCCXLIV. habito, praesedit Ebroinus Episcopus. Eandem ob causam Grimoaldus Abbas S. Galli praelatus Salomoni & Theodorico Episcopis, in volumine Capitularium Karoli Calui. Erat enim Archicapellanus Ludouici Regis Germaniae. Hic dictus aliquando Archicancellarius vel Cancellarius (5), forte quia coniuncta fuere summi Cancellarii & Archicapellani officia, vt alibi diximus (6). Munus eus fuit praeter iudicandi facultatem de rebus ecclesiasticis in aulam delatis, de quo infra, iurisdictio in clerum Palatii. HINCMARVS saepe laudata epistola c. 16. *Apocrisarius autem, quem nostrates Capellanum vel Palatii Custodem appellant, omnem Clerum Palatii sub cura & dispositione sua regebat.* Item benedictio mensae regiae. THEODVLFVS Aurelianensis l. 3. carmin. de Hildebaldo Archicapellano:

Stat benedicturus Regis potumque cibumque,
Sumere quin etiam Rex velit, ille volet.

quos inter erant Archicapellanus.

(1) Siue ministros, *per quos sacrum palatium disponebatur*, vt ait HINCMARVS saepe laudata epistola c. 16. (2) Archiatrorum Franciae Regum seriem habet CAROLVS CANGIVS *Glossar. v. Archiatri.* (3) Hinc ALCVINVS ep. 42. vocat *Primarium Palatii*: & ep. 79. vbi agit de Angilranno Archiepiscopo, *Sanctae Capellae Primarium.* HINCMARVS ep. ad Carolum Caluum de vita S. Dionysii *Abbatem sacri Palatii* & Clericorum summum. Hilduinum *Sacri Palatii antistitem* vocat AGOBARTVS in epistola ad Proceres Palatii, vt *summum Capellanum.* Ludouicus in praecepto Ludouici Pii pro Hildeboldo Episcopo Matisconensi, quod extat in Bibliotheca Cluniacensi. (4) Hinc Metropolitanis etiam mandata dabat, vt patet ex Dragonis, qui Ludouici Pii Archicapellanus erat, epistolis Formatis duabus *in gestis Aldrici, Cenomanicae Ciuitatis Episcopi, p. 142. p. 145.* Prolabi eam postea coepisse in palatio Regum Italiae, obseruauit STEPH. BALVZIVS *in not. ad Capitular. Ludouici II. Imp. tit. 2.* (5) Vt Archicapellano sociaretur summus Cancellarius, qui a secretis olim appellabatur, quemadmodum loquitur Hincmarus. Hiterius Abbas, qui Caroli M. diplomati subscripsit vt Cancellarius, Capellanus & Notarius eiusdem Caroli dicitur apud ANASTASIVM *in Hadriano I.* (6) *Diss. de fide diplom. Germ. Imp. & Reg. sect. 1. §. 14.* Add. CANGIVS *glossar. voce Capellanus, c. 5. §. 38.*

§. X.

Comitis Palatii, vt ait HINCMARVS ep. 3. c. 21. *inter cetera pene innumerabilia in hoc maxime sollicitudo erat, vt omnes legales controuersias, quae alibi ortae propter aequitatis iudicium Palatium aggrediebantur, iuste ac rationabiliter determinaret, seu peruerse iudicata ad aequitatis tramitem reduceret.* WALAFRIDVS STRABO, Ludouici Pii Imp. aequalis, libro de reb. Eccl. c. 31. *Quemadmodum sunt in Palatiis Praeceptores* (1) *seu Comites Palatii, qui secularium causas ventilant: ita sunt & illi, quos Capellanos Franci appellant, Clericorum causis praelati.* Manserunt hi sub Maioribus domus. GREGOR. TVRONENS. l. 9. c. 30. de Childeberto *Iussit abire Florentianum Maiorem Domus regiae, & Romulfum Palatii sui Comitem.* Sub Clodoueo II. Maior Domus Aega & Erchinoaldus, Comes Palatii Bertharius & Rigobertus. Adde chartam Clotharii filii Clodouei apud BIGNONIVM (2). Plures uno tempore fuisse Comites Palatii, negat H. CONRINGIVS (3

Comes Palatii.

Digitized by Google

At refragatur laudatus Bignonius, propter verba *III. Capit.* 77. & quod in tradit. Fuldensibus *t. 1. p.* 474. anno DCCCXXXIIX. sub Ludouico Rege memorantur Comites Palatii Gebawinus & Ruadhartus, adde EINHARDVM *ep. XI.* in qua legitur: Adelhardo & Gebuino, Comitibus Palatii.

(1) Extat eiusdem WALAFRIDI carmen *ad Thomam Praeceptorem Palatii* in tomo 6. Antiqu. lect. CANISII. (2) Ad *l.* 1. *formul. Marculf. c.* 21. (3) *Cens. diplomat. Ludouici c.* 8. *p.* 128. *seqq.*

§. XI.

Domesticus. Domesticus(1) non modo dignatione illustris erat, cum Comites etiam longe praecelleret, sed etiam idem muneris obibat, quod apud Orientales Imperat. Cura Palatii, atque adeo aulae Regiae curam habebat (2). Quod egregie confirmat FORTVNATVS l. 7. carm. 16.

Teudebertus enim Comitiuae praemia cessit,
Auxit & obsequiis cingula digna tuis.
Vidit vt egregios animos meliora mereri,
Mox voluit meritos amplificare gradus.
Instituit cupiens, vt deinde Domesticus esses,
Creuisti subito, creuit & aula simul.
Florebant pariter veneranda Palatia tecum,
Plaudebat vigili Dispositore domus.

A. vitae S. Arnulfi Episcopi Metensis: *Sic deinde Episcopales gestauit insulas, vt etiam Domesticatus sollicitudinem atque Primatum Palatii ac sic nolens teneret.* A. vitae S. Licinii Episcopi: *Inde factum est, vt etiam domesticam sollicitudinem atque Primatum Palatii teneret.* Erant autem plures Domestici & Praefectus eorum dicebatur Domesticus κατ' ἐξοχήν, vel Comes Domesticorum. Plane vt apud Romanos erat Comes Domesticorum, cuius meminit GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 2. *histor. c.* 9. In Orientali Imperio Μέγας δομέστικος, vt constat ex Niceta in *Ioanne Comneno.* Ex Domesticorum porro inferiorum caterua eligi solebant, qui cetera in prouinciis Palatia, villas regionis & fiscos publicos, eorumque reditus curarent (3), vel certe id nominis eiusmodi villicis attributum, vt egregie docuit CAROLVS CANGIVS (4), recensens quoque aliquos, qui id munus gesserunt. Ceterum qui functus erat munere Domestici dicebatur ex Domestico. Vt apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 7. hist. c. 15. *Leonardus ex Domestico.*

(1) Dicebatur etiam Cubicularius, vt Eberulfus apud GREGOR. TVRONENS. *l.* 7. *c.* 21. Quidam, vt BIGNONIVS, Cubicularium cum Camerario eundem facit. (2) Eosdem Regi ad placita properanti expensas parasse, innuit GREGORIVS TVRONENSIS l. 10. c. 28. (3) Vt patet ex MARCVLFI *l.* 2. *formul.* 52. (4) *Gloss. voce Domesticus.*

§. XII.

Referendarius. Referendario commissa erat cura annuli regalis(1), quo obsignabat chartas Regis, eisque postea subscribebat. GREGORIVS TVRONENSIS l. 5. histor. c. 5. *Siggo Referendarius, qui annulum Regis Sigiberti tenuerat.* AIMOINVS l. 4. c. 41.

Bea-

Digitized by Google

Beatus Audoënus Referendarius ideo est dictus, quod ad eum vniuersae publicae deferrentur conscriptiones, ipseque eas annulo Regis, siue ab eo sigillo sibi commisso, muniret seu firmaret. Vita S. Ansberti Rotomagensis Archiepiscopi: *Coepit esse aulicus scriba doctus, conditorque regalium priuilegiorum, & gerulus annuli regalis, quo eadem signabantur priuilegia.* Vita S. Agilii Abbatis c. 13. „Venerabilis „ Audoënus, cognomento Dato, praefato Regi prae cunctis aulicis amabilis, „ atque Referendarius constitutus, gestans eius annulum, quo signabantur pu- „ blice totius regni potiora signa vel edicta. Quod his verbis effert A. vitae S. „ Audoëni: S. Audoënus, cognomento Dado, auricularii locum in aula sorti- „ tur, ipse etiam ad signanda scripta vel edicta regalia, quorum ipse conscri- „ ptor erat, sigillum vel annulum Regis custodiebat.„ Alia loca profert CAROLVS CANGIVS (2), nomenclaturam quoque eorum, qui munus hocce in aula Regum obierunt, subtexens. Adde MABILLONIVM (3), qui demonstrat quoque, plures vno tempore sub Regibus Merouoadis Referendarios fuisse, & IOANNEM IACOBVM CHIFFLETIVM (4), qui sub prima Francorum Regum stirpe sigillorum custodes interiores fuisse amicos, multis exemplis confirmat, simulque docet, sub secunda stirpe Cancellarium summum regii annuli fuisse custodem. Ceterum Referendarios AIMOINVS & SIGIBERTVS dictos esse aiunt, quod ad eos decreta, edicta ac diplomata omnia referebantur, annulo Regis, quem sibi commissum seruabant, obsignanda. *Quanquam libentius crediderim*, ait HADR. VALESIVS (5), *ita vocatos, quod ad Regem referebant, quid literis contineretur, antequam oblatis subscriberet.*

(1) Erat SCHILTERVS *l. 2. de libert. Eccl. Germanicar. c. 7. §. 6.* existimans, sub Merouoadis Referendarii munus fuisse fiscale, exemplo Marci, qui Chilperici Regis Referendarius descriptiones tributorum fecerit, de quo GREGORIVS TVRONENSIS *l. 5. hist. c. 29. & c. 35. l. 6. c. 28.* Quasi vero minister aliquis non possit functioni extra ordinem adhiberi. *Conscriptiones* autem *publicas* apud Aimoinum d. l. chartas denotare regias, non census, quod putauit Schilterus, certum est. Nobiscum facit VALESIVS d. l. scribens: *Referendarios non modo diplomata literasque Principis annulo, quem gerebant, signasse, sed etiam scribere ipsos aut dictare consueuisse, vnde & saepe Notarios vocatos.* Addit: *Referendariorum erat, Regiis literis subscribere, & diem annumque, quo datae essent, annotare.* (2) *Glossar. voce Referendarius.* (3) *L. 2. de re diplomatic.* (4) *C. II. §. 3. in Anastasi Childerici I. c. 8.* (5) *L. 21. ad An. DCLXIIX.*

§. XIII.

Cancellarii in Regum Palatiis Notariorum munus obiere & chartas Regum ac praecepta descripserunt. Quam in rem plura testimonia (1) adfert CAROLVS CANGIVS (2). Addit MABILLONIVS (3): eos chartas regias a se descriptas in scriniis regiis reposuisse asseruasseque, & plerasque literas minoris momenti ipsos condidisse ac nomine suo roborasse. Plures fuisse Cancellarios, innuit GREGORIVS TVRONENSIS l. 4. de miraculis S. Martini c. 28. *Nobis*, inquiens, *cum Rege* (Childeberto) *morantibus, Claudius quidam ex Cancellariis Regalibus a febre corripitur.* Qui summo Cancellario suberant, dicebantur etiam Notarii. HINCMARVS saepe laudata ep. 3. c. 16. *Summus Cancellarius, qui a secretis appellabatur, erantque illi subiecti prudentes ac intelligentes viri, qui praecepta regia absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illis fideliter custodirent.* Cancellarius.

(1) Adde PHILIPPI LABBEI *tractatum de Cancellariis.* (2) *Glossar. voce Cancellarii.* (3) *L. 2. de re diplomatic. c. 11. §. 4.*

Digitized by Google

§. XIV.

Camerarii. Camerarii munus sic describit HINCMARVS saepe laudata epistola tertia c. 22. *De honestate vero Palatii seu specialiter ornamento regali, nec non & de donis annuis militum, absque cibo, vel potu, vel equis, ad Reginam praecipue & sub ipsa ad Camerarium pertinebat: & secundum cuiusque rei qualitatem ipsorum sollicitudo erat, vt tempore congruo semper futura prospicerent; ne quid, dum opus esset, vllatenus opportuno tempore defuisset. De donis vero diuersarum legationum ad Camerarium respiciebat, nisi forte, iubente Rege, aliquid tale esset, quod Reginae ad tractandum cum ipso congrueret.* Ex quibus intelligitur, ei thesauri & cimeliorum Regis curam incubuisse. Plures vno tempore fuisse Camerarios in Palatio Regis, discimus ex GREGORIO TVRONENSE l. 4. hist. c. 26. & l. 6. c. 45. Camerarios alicuius nominis sub primae & secundae sturpis Regibus recenset CAROLVS CANGIVS (1).

(1) *Glossar. voce Camerarii.*

§. XV.

Comes stabuli. Comitis stabuli (1) meminit idem HINCMARVS d. c. 22. Comitatus stabulorum GREGORIVS TVRONENSIS *l. 5. c. 48.* Hic regii stabuli & equorum Regis curam gerebat. REGINO l. 2. ad An. DCCCVII. *Carolus Burchardum Comitem stabuli sui, quem corrupte Constabulum appellamus, misit in Corsicam, vt eam a Mauris defenderet.* Adde GREGOR. TVRONENS. l. 5. histor. c. 48. Videtur eo nomine venire Marschalcus (2): nam lingua Germanica *Mar* equum (3), *Schalck* seruum significat. Apud Romanos dicebatur Tribunus stabuli.

(1) Comestabulus FREDEGARIO *Chronic. c.* 30. vbi de Aepporino, & *c.* 42. vbi de Herpone. (2) *Marscalcorum Regis* fit mentio in Capitulari secundo Caroli M. An. DCCCXIII. c. 10. (3) Maram lingua Celtica Germanicaque equum esse, constat ex Pausania in Phocicis, veteri glossario, LL. Baioariorum, Alemannorum, Langobardorum, apud quos stratorem lingua propria Marapahis appellari, scribit PAVLVS WARNEFRIDVS *l. 2. de gest. Langobard. c.* 29.

§. XVI.

Praepositus pocillatorum. Praepositus pocillatorum dictus Magister pincernarum (1). Annales Francorum ad An. DCCLXXXI. *Electi ac directi sunt in legationem ad Basilerium in Baioariam de parte Regis Rudolphus Diaconus atque Eberhardus Magister Pincernarum.* Ab hoc diuersus fuit *Praepositus regiae mensae* (2), cuius meminit in vita Caroli M. EGINHARDVS. Eius munus, quod hodie illius est, qui audit Dapifer, inter alia sic describere videtur Theodulfus Aurelianensis l. 3. Carminum:

Prudenter qui cuncta gerens, epulasque dapesque
Regis honoratum deferat ante thronum.

(1) Pincerna etiam dicebatur Buticularius, cui buticularum vel potus cura erat demandata, vt ait HINCMARVS d. ep. c. 23. Capitulare Caroli M. de villis c. 16. *Ministeriales nostri Seneschalcus & Buticularius.* (2) Seneschalcus etiam dictus, qualem fuisse Autulfum ex Annalibus Fr. Fuldensibus ad An. DCCCXXXVI. ADEMARO in vit. Caroli M. & SIGIBERTO discimus, quem Continuator AIMOINI l. 4. c. 78. *regiae mensae praepositum*, & REGINO PRVMIENSIS *Principem coquorum* vocat. *Potus & victus caballorum curam* ad eundem Seneschalcum respexisse, ait HINCMARVS d. ep.

Digitized by Google

d. ep. c. 23. Enim vero sub primae stirpis Regibus Senescalci regni Optimaribus, qui placitis ac Iudiciis regiis intererant, fuerunt accensiti, vt pluribus probat CAROLVS CANGIVS *voce Senescalcus*.

§. XVII.

Mansionarii munus sic describit HINCMARVS d. ep. 16. & 23. „Inter quos Mansionarii.
„ & Mansionarius intererat, super cuius ministerium incumbebat, sicut & nomen eius indicat, vt in hoc maxime sollicitudo eius intenta esset, vt tam supradicti actores, quamque & susceptores, quo tempore ad eos illo vel illo in loco Rex venturus esset, propter mansionum praeparationem, vt opportuno tempore praescire potuissent, ne aut tarde scientes, propter afflictionem familiae importuno tempore peccatum, aut hi propter non condignam susceptionem, ac si bene noluissent, cum certe non volendo, sed non valendo offensionem incurrerent.„ Qui Mansionariis praeerat, dicebatur Comes Mansionariorum. V. REGINO ad A. DCCCXCV.

§. XIIX.

Venatores & Falconarios CAROLVS M. ipse *in Capitulari de villis c.* 47. inter Venatores. Ministeriales suos memorat. Et quidem *quatuor fuisse venatores*, hoc est, Praefectos venatorum, & *quintum Falconarium*, scribit HINCMARVS *d. ep. c.* 24. & Falconarius. Adde Capitulare tertium CAROLI M. A. DCCCXI. c. 4.

§. XIX.

Magister Ostiariorum ostiariis Palatinis praerat. In Annal. Francor. Reuberian. & vita Ludouici Pii A. DCCCXXII. occurrit Gerungus quidam dignitate hac donatus, qui in FROTHARII Episcopi Tullensis ep. 2. & 4. appellatur *summus sacri Palatii Ostiarius*, & apud Wandelbertum libro de miraculis S. Goaris c. 30. *Palatii Aedilis*. Dignitatem fuisse magnam inde colligitur, quod in Annalibus Francorum Bertinianis Ann. DCCCLXXII. traditur, Carolum Calnum ea cohonestauisse Bosonem fratrem vxoris, qui postmodum Prouinciae Rex fuit, Camerarium & Ostiariorum Magistrum illum constituendo. Adde de Ostiariis GREGOR. TVRONENSEM *l.* 8. *hist. c.* 48. Magister Ostiariorum.

§. XX.

Inter viliora ministeria Palatina erant Gynaecia seu Genicia vti vocabant: in quibus ancillae regiae rei Lanariae vacabant, Geniciariae & Pensiles inde dictae. In Capitulari CAROLI M. secundo A. DCCCXIII. c. 19. est: *Foeminae nostrae quae ad opus nostrum sunt seruientes, habeant ex partibus nostris lanam & linum, & faciant sarcillos & camisolos*. Adde ei. *Capitulare de villis c.* 48. Viliora ministeria.

§. XXI.

Caeterum Reginae etiam suos Ministros habebant. Ita Wado fuit Maior domus Reginae habue-

Digitized by Google

Regunt etiam ministros aulicos.

domus Reginae Riguntis, vt refert GREGORIVS TVRONENSIS l. 7. c. 27. Idem meminit l. 5. c. 43. Vrsicini, Referendarii Vltrogothae Reginae, & l. 8. c. 32. Referendarii Fredegundis. Ex Maioribus etiam Domus primus Pipinus, Heristallius dictus, vt obseruauit HADRIANVS VALESIVS (1), more Regum superiorum, Domesticos ac Referendarios habere coepit, ac Palatina officia in priuatam domum transferre. Si tamen priuatum vocare licet eum, qui Regnum administraret, Regemque regeret ac iubere iuberet.

(1) l. 23. Rer. Fr. ad A. DCCXIV.

§. XXII.

SECVNDA DIVISIO A BONIS ANIMI, *quorsum pertinens* religio *Francorum.*

Altera ciuium diuisio est a bonis animi, corporis & fortunae. Ad bona animi pertinent virtutes, tum morales, tum intellectuales. Inter morales eminet religio. Francos ab initio fuisse Idololatras, vt ceteri Germani, certum est, & auctor ENNODIVS Episcopus Turonensis libro de vita Antonii Monachi: *eos homines aliaque animalia immolauisse, & ita vaticinari consueuisse.* Quod peperam Francis iam Christianis factis tribuit PROCOPIVS *l. 2. de bello Gothico*, recte eo nomine notatus ab HADR. VALESIO *l. 8. Rer. Francic. p. 416. l. 1.* Cum ipsemet AGATHIAS scriptor Graecus & eiusdem aeui tradat, *Francos omnes Christianos esse, rectissimeque de Deo sentire.* GREGOR. TVRONENS. *lib. 2. hist. c. 10.* scribit: *Sibi siluarum atque aquarum, auium, bestiarumque, & aliorum quoque elementorum finxisse formas, ipsasque vt Deum colere, eisque sacrificia delibare consuetos.* Religionem Christianam, post reportatam insignem de Alemannis victoriam, amplexus est, suasu Chrothildis Reginae, Chlodoueus, cum Francis sub eo militantibus amplius ter mille, sacro Baptismatis fonte ablutus. Id quod A. CCCCXCVII. factum vulgo statuunt, rectius secundum vulgarem computationem VIII. Calend. Ianuar. CCCCXVI. reiicitur. Ab eo tempore tanto ardore tantaque constantia gens illa fidem Christianam coluit, vt nulla unquam Barbarorum, qui Ariana haeresi erant infecti, (nam Sueui in Gallaecia, Vandali in Africa, Ostrogothi in Italia, Langobardi in Pannonia secunda, Gepidae in Dacia trans-Danubiana, Arii sectam sequebantur) aut alia aliunde labe se inquinari permiserint. Hinc titulus Christianissimi, quo Francorum Reges iam dudum insigniti, de quo infra in loco. Supra laudatus AGATHIAS l. 2. scripsit: *Francos multam reuerentiam pietatemque circa templa exercuisse, vtpote rectam de Deo sententiam amplexos, eademque cum Romanis sacra colentes.* Neque tamen propterea religio Christiana in vniuersum Franciae regnum introducta fuit. Sane in partibus eius Septentrionalibus & Germania transrhenana adhuc sero idololatria haesit. A. vitae S. Eligii apud DVCHESNIVM *tom. 1. p. 632.* de temporibus Dagoberti I. *Flandrenses atque Andoverpenses; Frisones quoque & Sueui, & Barbari quique, circa maris littora degentes, quos nullus adhuc praedicationis vomere exercuerat, principio hostili animo & auersa mente eum* (S. Eligium) *exceperunt.* Praesertim vero in Francia Orientali propter innatam indigenarum feritatem id vsuuenit; nisi quod in transrhenana Germania, Theoderici, Clodouei M. filii, principatu, iam Boioarios Christianae religioni accessisse legimus. Franci enim populos illos ad Christianam religionem vi adducere noluerunt. Quo nomine eos laudat AGATHIAS lib. 1. hist. "Alemannis, *inquiens*, arborum cultus & amnium colliumque

&

Digitized by Google

„ & vallium. Haec numina placant equis aliisque animalibus. Verum perpe-
„ tua cum Francis consuetudo sensus beneficiorum prudentiores emollit, trahit-
„ que in rectiora, & puto paulatim vniuersos euincet. Insanum enim illud, &
„ a ratione abhorrens opinionis, etiam ipsis sectantibus, ni stulti plane sint, in
„ aperto est, vt arbitror, vtque deprehensu, ita extinctu facile. Misericordia
„ magis ac venia, quam ira eos prosequi, par est, qui a vero sunt devii. Non
„ enim volentes errant labunturque, sed cum id, quod bonum est, expetunt,
„ iudicio decepti instant semel creditis, qualiacunque ea sint, pertinaciter.„ Haec Agathias. Secuta vero tandem conuersio circa finem seculi septimi & seculo octauo opera potissimum Monachorum. Rem imprimis aggressus S. Kilianus, cuius martyrium incidit in annum incarnationis Dominicae DCLXXXIX, vt legitur in vita S. Burchardi, ab Egilwardo scripta, Franciae Orientalis ob id Apostolus dictus. Dein Egbertus, Presbyter & Monachus Anglus, sed nutu diuino in proprium solum ab Oceano reiectus. Missi ab eo, qui periculum negotii facerent, Suidbertus, & ipse Monachus Anglicanus, cum sociis duodecim, quorum opera Boructuarii ad fidem adducti, vt & Frisiones, adiutoribus Willibrordo, Wistramno & Marcellino. His subsidiarius accessit Bonifacius cum suis, qui Thuringiam, Hassiam, Buchoniam, Sueuiam, aliasque prouincias Christi legibus imbuit, ob id etiam Apostolus Germaniae vocatus. "Primus omnium, *inquit* „ *ADAMVS BREMENSIS*, qui Australes Germaniae partes, idolorum cul-
„ tui deditas, ad cognitionem diuinae & Christianae religionis adduxit, erat
„ Winfridus, natione Anglus, verus Christi Philosophus, cui postea cogno-
„ mentum ex virtute erat Bonifacius. Et quamuis alii scriptorum, vel Gallum
„ in Alemannia, vel Heimermannum in Bauaria, siue Kilianum in Franconia,
„ seu certe Willibrordum in Frisia priores asserunt verbum Dei praedicasse: hic
„ tamen omnes alios, vt Paulus Apostolus, studio & labore praedicationis anteuer-
„ tit.„ Caeterum, non obstante religione Christiana, manere in pluribus Franciae partibus non paucae superstitionum Ethnicarum reliquiae. Argumentum eius est insigne indiculus superstitionum (1), Synodi Liptinensis A. DCCXLIII. sub Carolomanno habitae Canonibus insertus, quem D. Ferdinandus, Episcopus Paderbornensis, ex vetusto codice Palatino Bibliothecae Vaticanae erutum, in secunda Monumentorum Paderbornensium editione *p.* 336. exhibet, & LVCAM HOLSTENIVM Romae vulgasse, in miscellis antiquae lectionis Argentorati publicatis traditur. Eundem praeter Conciliorum collectores sistunt H. CONRINGIVS (2), STEPH. BALVZIVS (3) & CAROLVS COINTIVS (4), quanquam huius editio paulum diuersa a caeteris est. In Capitulari primo Caroli M. A. DCCLXIX. c. 6. est:
„ Decreuimus, vt secundum canones unusquisque Episcopus in sua parrochia
„ solicitudinem adhibeat, adiuuante Graphione, qui defensor Ecclesiae est, vt
„ populus Dei paganias non faciat, sed vt omnes spurcitias gentilitatis abiiciat &
„ respuat, siue profana sacrificia mortuorum, siue sortilegos vel diuinos, siue
„ *phylacteria* & auguria, siue incantationes, siue hostias immolatitias, quas stul-
„ ti homines iuxta Ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum marty-
„ rum vel confessorum Domini; qui potius quam ad misericordiam sanctos su-
„ os ad iracundiam prouocant.„

(1) In eo est pagana obseruatio quinta decima *de igne fricato de ligno, id est, Nodfyr.* (mendose pro eo alibi legitur *Nedfrures, Nedfri Nedfres.*) Quae superstitio nondum ubique abolita in vernacu-

Digitized by Google

nacula noſtra vocatur *Noth Feuer*, hoc eſt, ignis magna violentia excitatus, confrictu lignorum, quo vulgus agreſtium ſuperſtitioſe abutitur aduerſus creditas pecudum faſcinationes, vt deſcribit H. CONRINGIVS *epiſtol. ad Baluzium* 13. (2) de origin. iur. Germ. tom. 1. (3) Capit. p. 150. (4) Ad A. DCCXLIV. n. 8.

§. XXIII.

Et ſuperſtitio. Ad ſuperſtitionem eorum pertinebat, quod in rebus dubiis reſponſa a Sanctis peterent. Nicetius Epiſcopus in collatione cum Epiſcopis, coram Burgundionum Rege Gundebaldo Ariano, apud DACHERIVM (1). „Si rationes noſtrae non poſſunt eos conuincere, iubeat ſublimitas veſtra, vt tam illi, quam „ nos, eamus ad ſepulcrum hominis Dei iuſti, & interrogemus illum de fide „ noſtra; ſimiliter & Bonifacius de ſua, & Dominus pronunciabat per os ſerui „ ſui, in quibus complaceat. Rex attonitus annuere videbatur, ſed reclamare „ coeperunt Ariani & dicere, ſe pro fide ſua manifeſtanda facere nolle, vt fe„ cerat Saul, & ideo maledictus fuerat, aut recurrere ad incantationes & illici„ ta.„ Apud Francos quoque ſub primae ſtirpis Regibus mos erat curioſis & de coeptorum exitu ſollicitis, poſt peruigilationes precationesque, ſacras literas euoluere, & ex primo verſiculo paginae, in quam primum incidiſſent, futuri coniecturam capere. Ita Meroueus, vt memorat GREGORIVS TVRONENSIS l. 5. hiſt. c. 14. „tres libros ſuper S. Martini ſepulcrum poſuit, id eſt, Pſalte„ rii, Regum, Euangeliorum, & vigilans tota nocte petiit, vt ſibi B. Confeſſor, quid eueniret, oſtenderet, & vtrum poſſet Reginam capere.„ Addit GREGORIVS, quomodo in ſingulis libris Regum, Pſalterii & Euangeliorum, aduerſa ſibi deprehenderit. Alia exempla ſunt apud eundem *l.* 4. *hiſt.* 16. *l.* 5. *c.* 49. *in miraculis S. Hucberti Epiſcopi Tungrenſis*, *c.* 18. Adde BERNEGGERVM (2) & CAROLVM CANGIVM (3). Enimverò ſortes Sanctorum & aliae eiusmodi diuinationes damnatae ſunt Conciliis Gallicanis Agathenſi *can.* 41. Aurelianenſi I. c. 30. tandem penitus abrogatae in CAROLI M. Capitulari tertio A. DCCXXCIX. vbi cap. 4. legitur: *vt nullus in Pſalterio, vel in Euangelio, vel in aliis rebus ſortire praeſumat, nec diuinationes aliquas obſeruare.* aequo autem ritu id per ſacros libros ſortilegium fieret, docuit STEPHANVS BALVZIVS *in not. adundem locum.* Peius autem erat, quod Franci quoque Pythoniſſas conſulerent, vt diſcimus ex eodem GREGORIO *l.* 5. *c.* 14. & *l.* 7. *c.* 44. aut aues obſeruarent. De quo videatur idem GREGORIVS *l.* 7. *hiſt. c.* 28.

(1) Tom. 5. ſpecul. (2) Obſeruar. miſcellis Obſ. 27. (3) gloſſar. voce Sortes Sanctorum.

§. XXIV.

Virtutes, *vt* veracitas & pactorum fides, *quae in Francis deſiderata*, fortitudo, ani- Vt vero religione praecelluerunt Franci, ita e contrario fides pactorum in eis deſiderata. PROCOPIVS lib. 2. de bello Gothic. *nationem mortalium perfidiſſimam* dixit. SALVIANVS lib. 4. de gubernat. Dei: *Si peieret Francus, quid noui faceret? qui periurium ipſum ſermonis genus putant, non criminis.* IDEM l. 7. *Franci mendaces, ſed caſtitate venerandi.* Rurſus: *Gens perfida Franci, quae ne ad momentum quidem quieſceret.* Eumenius in panegyrico c. 11. *Quorum ſemper infida eſt mobilitas.* Et vt VOPISCVS in Probo ait: *quibus familiare ridendo fidem frangere.*

Digitized by Google

gere. Quanquam AGATHIAS *lib.* 1. *hist.* cum ob alia, quibus praediti sunt bona, tum ob mutuam inter se iustitiam & concordiam, summopere se eos mirari dicat. "Et sane, *inquit porro*, hi mihi, etsi cetera Barbari, moribus tamen videntur quam optimis praediti & maximum in modum ciuiles, nec quicquam quod a nobis faciat alienos, praeter vestitus barbariem & vocis innatae sonum linguaeque." Romani quoque Imperatores ipsi tantum fidei ac virtuti Francorum tribuerunt, vt eos saepius ac libentius quam Romanos ad muniendam Rheni ripam, & ad reprimendos non Alemannos modo, sed etiam Francos ipsos miserint. Ita Siluanum Francum Constantius Magistrum militum fecit, & in Galliam, quae ab Francis & Alemannis ferro & igne vastabatur, misit. Ita Charietto Nationis eiusdem, principatu Valentiniani, Comes per vtramque Germaniam, exercitum Francis Alemannisque oppositum rexit. De fortitudine eorum ita SIDONIVS APOLLINARIS carmine V. in quo vxor Aetii, Gaudentii communis filii laudes celebrans, virum alloquitur: mositas laborum tolerantia.

- - - *Si forte premantur,*
Seu numero, seu sorte loci, mors obruit illos,
Non timor: inuicti perstant, animoque supersunt
Iam prope post animam.

Plane vt FLORVS de Romanis, a Pyrrho Rege victis, dixit: *relictas in eorum vultibus minas, & in ipsa morte iram vixisse.* A. Gallus Panegyrici, quo victum Maxentium & receptam Italiam Constantino gratulatur, loquens de Francis, qui in Gallias eruperant, victis: "Tantam hostium captiuorum multitudinem bestiis obiicis, vt ingrati & perfidi non minus doloris ex ludibrio sui, quam ex ipsa morte patiantur? Inde est, quod cum exitum differre liceat, perire festinant: seseque letalibus vulneribus & mortibus offerunt. Ex quo ipso apparet, quam magnum sit vicisse tam prodigos sui. Facile est vincere timidos & imbelles, quales amoena Graecia, & deliciae Orientis educant, vix leue pallium, & sericos sinus vitando soli tolerantes: &, si quando in periculum venerint, liberratis immemores, vt seruire liceat, orantes. Romanum vero militem, quem qualemcunque ordinat disciplina, & sacramenti religio confirmat: aut trucem Francum, ferina sola carne distentum, qui vitam pro victus sui vtilitate contemnat, quantae molis sit superare, vel capere? quod tu, Imperator, & nuper in Italia, & in ipso conspectu Barbariae paulo ante fecisti." Laborum & frigoris fuerunt tolerantissimi. Hinc LIBANIVS, cuius alium locum, non minus huc pertinentem, iam supra *c.* 2. §. 1. produximus, *orat.* 10. *in Iuliani Imperatoris necem* de iisdem: Οἷς ταυτὸν εἰς ἡδονὴν χιών τε καὶ ἄνθη. *Quibus aeque amoena sunt nix & flores.* Ceterum accepta a Francis Christiana institutione, multos eorum sanctitate morum fuisse conspicuos, catalogi Sanctorum testantur. Quorum tamen acta multis ac prodigiosis fabulis esse conspurcata, iam dudum eruditi agnouerunt, vt liquet ex LVPI FERRARIENSIS vita S. Maximini (1). Adde quae in eandem sententiam pluribus disseruit IOANNES LAVNOIVS (2) Theologus Parisiensis peculiari libro. Nec inhospitales Franci fuere. I. Capitul. 75. *Et hoc nobis competens & venerabile videtur, vt hospites, & peregrini, & proprii susceptiones regulares & canonicas per loca diuersa habeant.* Vid. Lupum Ferrariens. ep. 11. 42. 45. 71. Adde libri de cura ecclesiarum pro miseris & pauperibus c. 8.

Digitized by Google

(1) Notat ibi egregie BALVZIVS, ineptos esse, qui solam sanctitatis notam existiment miracula: patrasse enim ea etiam a vera fide alienos. Addit: *Quapropter maximam laudem mereri mihi videntur ii, qui germana Sanctorum acta edunt, nullis fabulatorum deliriis commaculata.* (2) Cuius occasione extat lepida historia de Abbate quodam apud personatum MERVILLIVM *in miscellaneis curiosis Gallice scriptis tom. I. p. 261.*

§. XXV.

Artes intellectuales, gymnastice, nandi peritia, nautica, venatio.

Ad virtutes intellectuales pertinent artes. Has inter praecipue laudari merentur Gymnastice; audiamus iterum SIDONIVM:

Excussisse citas vastum per inane bipennes
Et plagae praescisse locum, clypeosque rotare
Ludus, & iutortas praecedere saltibus hastas
Inque hostem venisse prius. Puerilibus annis
Est belli maturus amor (1).

Hinc apud CASSIODORVM Senatorem XI. variar. I. Franci *praecipitatis saltibus praelia semper intulisse* dicuntur; nimirum quoniam hastam in hostem intortam saltu praevenire solebant. Ludis proinde equestribus sub secundae stirpis Regibus se exercebant, quorum insigne specimen datum sub Ludouico Germanico & Carolo Caluo Argentorati, descriptum a NITHARDO: "Ludos etiam hoc ordine saepe „ causa exercitii frequentabant. Conueniebant autem quocunque congruum „ spectaculo videbatur: & subsistente hinc omni multitudine, primum pari nu„ mero Saxonorum, Wasconorum, Austrasiorum, Britannorum, ex vtraque „ parte, veluti sibi inuicem aduersari vellent, alter in alterum veloci cursu rue„ bat; hinc pars terga versa umbonibus ad socios insectantes evadere se velle si„ mulabant. At versa vice iterum illos, quos fugiebant, persequi studebant: „ donec nouissime vtrique Reges cum omni iuuentute, ingenti clamore, equis „ emissis, hastilia crispantes exiliunt, & nunc his, nunc illis terga dantibus, in„ sistunt. Eratque res digna pro tanta Nobilitate, nec non moderatione, dig„ na spectaculo. Non enim quispiam in tanta multitudine ac diuersitate gene„ ris, vti saepe inter paucissimos, & notos contingere solet, alicui aut laesionis, „ aut vituperii quippiam inferre audebat.„ Add. A. vitae Ludouici Pii in fine. Reges etiam, vt se oblectarent, bestias inter se committebant, quemadmodum de Childeberto Rege memoratur (v. GREGOR. TVRONENS. l. 8. c. 36.) & postea de Pippino. Quem morem a Romanis accepisse Franciae Reges videri possunt. „ Auctor enim est HERMIAS SOZOMENVS, Gratianum Aug. aliosque Imperatores „ non populi, sed sui oblectandi causa, priuatos in Palatio ludos facere, & ve„ natores cum feris dimicantes studiose spectare consueuisse.„ Nandi quoque peritia pollebant exemplo veterum Germanorum. SIDONIVS APPOLLINARIS carm. 7.

Cursu Herulus; Chunus iaculis; Francusque natatu;
Sauromates clypeo; Salius pede; falce Gelonus.

AMMIANVS MARCELLINVS *l. 25. Rer. Rom. c. 6.* in rebus IOVIANI Imperatoris, cum de Tigride, qui iam Canis exortu tumebat, transeundo natatu, agitaret exerci„ tus: „Electi sunt, *inquit*, ad id negotium habiles (*Arctoi Germani, hoc est,*

„ *Fran-*

Digitized by Google

„ *Franci*) qui maxima prae ceteris flumina transmeare in regionibus genuinis „ a prima pueritia sunt instituti: & cum latendi copiam nocturna quies daret, „ tanquam è transenna simul emissi, spe citius ripas occupauere. Et mox: vno „ parique natatu quingenti viri transgressi tumidum flumen incolumes, custo- „ dibusque confossis reliquos consortes suos ad similem fiduciam concitantes.„ De Carolo M. in eius vita EGINHARDVS scribit: *natandi adeo peritum fuisse, vt nullus ei iuste potuerit praeferri.* Nec minus arte nautica excelluerunt. Quod iam supra allatis alia occasione exemplis demonstrauimus. Hinc EVMENIVS in panegyrico Constantii Caesaris: *nihil esse clausum Francis, quo nauigiis pateret accessus.* More etiam veterum Germanorum venatione se oblectabant. AIMOINVS I. hist. 21. in Clodoueo: *Vt moris est Francorum venatui insistere.* De Theodorico Rege Angradus monachus vita S. Ansberti: *Venationibus, vt sibi gentilitium erat, indulgens.* Auctor de gestis Dagoberti Regis c. 2. *Cum autem adolescentiae aetatem, vt genti Francorum moris est, venationibus exerceret.* EGINHARDVS vit. Caroli M. *Assiduè exercebatur equitando ac venando, quod illi gentilitium erat, quia vix vlla in terris Natio inuenitur, quae in hac arte Francos possit aequare.* Ludouicum Pium venatoriis exercitiis iocasse, testatur Teganus *in eiusd. vit. c.* 19. & A. *vitae illius A. DCCCXVII.* Sub primae stirpis Regibus Franci non aeque studuerunt equitatui, eaque in re videntur imitati Cattos, maiores suos: Nam AGATHIAS (2) scribit: Francos sua aetate equis admodum paucis vsos; quod more patrio pedestribus pugnis innutriti & quotidiana exercitatione assuefacti essent. Et Procopius II. Gothicorum memorat, Theodeberto Fr. Regi, cum exercitu in Italiam proficiscenti centum millia peditum, ense & clypeo ac securi armatorum, fuisse, equites autem perpaucos eum circa se habuisse.

(1) *Hinc* HADR. VALESIVS *l. 16. Rer. Francicar. ad A. DXCV.* agens de bello Regum Francicorum inter se: *Quibus*, inquit, *in proeliis, ac praecipue in posteriore, quid magis mirari debeam nescio, virilem in muliere* (Fredegunde) *animum, an tres impuberes Reges in aciem descendentes, & ferrum aeque arma tractantes in ea aetate, qua apud caeteras nationes puer equum regens vix possit reperiri.* (2) v. infra c. 6. §. 4.

§. XXVI.

Inter artes caeteras prudentiam ciuilem siue artem regnandi eos habuisse, praeclara eorum reipubl. instituta abunde comprobant. Quanquam diffiteri non possumus, eorum multa a Romanis mutuatos esse. Quod iam dudum AGATHIAS obseruauit l. 1. de veteribus Francis scribens: *Et politia vt plurimum vtuntur Romana & legibus iisdem: Eandem etiam contractuum & nuptiarum rationem & diuini Numinis cultum tenent.* Vt adeo huc applicari possit, quod de antiquis Romanis dixit HORATIVS:

Artes caeteras vt prudentia ciuilis, Musice, artium liberalium studium.

Graecia capta ferum victorem cepit, & artes
Intulit agresti Latio.

Seculo octauo eosdem etiam Romanos ritus in Ecclesias recepisse, docet MABILLONIVS *praefat. ad Secul.* 3. *Act. S. Ord. S. Benedicti part.* 1. *n.* 104. Musica Franci, & eorum praesertim Reges, iam inde a Clodoueo sunt delectati. Nam Clodoueus hic a Theoderico, Ostrogothorum ac Italorum Rege, citharoedum, qualem petierat, lectissimum accepit, quem inter epulas cantantem

Digitized by Google

audiret, (v. CASSIODOR. *II. var.* 41.) & Theodoricus, Auſtraſiorum Rex, eius filius, Gallum Aruernum, Senatorio Gallorum genere ortum, ob vocem praedulcem ac admodum ſuauem accerſiit, ac Clericis Palatinis adiunxit, tantique iuuenem fecit, vt poſtea in Quintiani locum ſubſtituendum curauerit, vt narrat GREGORIVS TVRONENSIS *vitis Patrum c.* 6. §. 2. Angradus quoque memorat, Clotharium, praeſentibus Principibus Optimatibusque, cantu pulſuque neruorum & flatili ſonitu tibiarum ex more fuiſſe delectatum. ADEMARVS in vita Karoli c. 8. ait *Hadrianum Papam Carolo M. dediſſe A. DCCLXXXVII. Antiphonarios S. Gregorii, quos ipſe notauerat nota Romana.* Et paulo poſt: *Omnes Franciae cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant notam Francicam.* LEIDRADVS, Archiepiſcopus Lugd. in ep. I. ad Karolum M. ſcribit: *Habeo ſcholas cantorum, ex quibus plerique ita ſunt eruditi, vt alios docere poſſint.* Caeterum cultura bonarum artium auſpiciis imprimis Karoli M. coepit. Chronicon Engoliſmenſe ad A. DCCLXXXVII. *Dominus Rex Carolus a Roma* (praeter cantores, de quibus multa commemorat) *artis Grammaticae & computatoriae magiſtros* (1) *ſecum adduxit in Franciam, & vbique ſtudium liberalium artium expandere iuſſit. Ante ipſum enim Dominum Regem Carolum nullum in Gallia fuerat ſtudium liberalium artium.* Vigebat autem in ſcholis praecipue ſtudium ſcripturae ſacrae ac Sanctorum Patrum, quae una erat Theologia eius aetatis, eo caetera ſtudia omnia referebantur: eo faciebant viam humaniores literae, artesque liberales, (2) vt probant BEDAE venerabilis *libri de arte metrica, de ſchematis ſcripturae, de indigitatione*; & RHABANI *opuſc. de inſtitutione Clericorum.* Carolus M. in epiſtola apud STEPHANVM BALVZIVM (3): „Quamobrem, *inquit*, hortamur vos, „ literarum ſtudia non ſolum non negligere, verum etiam humillima & Deo „ placita intentione ad hoc certatim deſcendere, vt facilius & certius diuina„ rum ſcripturarum myſteria valeatis penetrare.„ Idem CAROLVS M. in voces haſce erupit, teſte MONACHO SANGALLENSE l. 1. de eius geſtis c. 9. „ O vti„ nam haberemus duodecim Clericos, ita doctos, omnique ſapientia ita in„ ſtructos, vti fuerunt Hieronymus & Auguſtinus.„ Quae ipſe in literis praeſtiterit, auctores librorum de vita eius docent & ſcripta, de quibus nonnulla diximus alibi (4). Vſus autem eſt inuentore ſimul & adiutore inprimis. ALCVINO (5), cuius opera factum eſt, *vt Athenae nouae perficerentur in Francia*, vt ſcribit ipſe *ep.* 10. Vere LVPVS, Ferrarienſis Abbas, ep. 1. loquutus de Carolo M. *Cui literae eousque deferre debent, vt aeternam ei parent memoriam.* Ipſe vero Lupus in ep. ad EBRARDVM MONACHVM 35. ſcribit: „ Reuiuiſcentem in his noſtris regioni„ bus ſapientiam quosdam ſtudioſiſſime colere pergratum habeo; ſed hinc „ haudquaquam mediocriter moueor, quod quidam noſtrum partem illius ap„ petentes, inſolenter partem repudiant. Omnium autem conſenſu nihil in „ ea eſt, quod iure excipi aut poſſit aut debeat. Quare apparet nos ipſos no„ bis eſſe contrarios, dum inſipienter ſapientiam conſequi cogitamus. Etenim „ plerique ex ea cultum ſermonis quaerimus; & paucos admodum reperias, „ qui ex ea morum probitatem, quod longe conducibilius eſt, proponant ad„ diſcere. Sic linguae vitia reformidamus, & purgare contendimus; vitae vero „ delicta parui pendimus, & augemus.

(1) ADEMARVS *in vita Karoli c.* 8. vocat *Calculatores.* De Carolo M. ipſo EGINHARDVS in eius vita: *Diſcebat & artem computandi.* (2) Quo pertinebat etiam Grammatiſtice. Nam ars ſcribendorum

Digitized by Google

dorum librorum inter praecipuas eruditorum fuit numerata. Ita Waldo, Abbas S. Galli, qui sub CAROLO M. floruit, laudatur a RATPERTO, *quod scriptor esset eximius.* Item ATTEPERTVS, Monachus Noualicensis, hac ipsa aetate viuens laudatur, quod praeter scientiam literarum, qua valde imbutus erat, etiam *in recta conscriptione fuerit velocissimus.* Adde EKKEHARDVM *de casib. Monast. S. Galli p.* 19. *& p.* 21. HVGONEM MENARDVM *in not. ad concordiam p.* 815. Quid hac in re desiderauerit ALCVINVS, docet ep. 15. quam ad CAROLVM M. scripsit: *Punctorum distinctiones vel subdistinctiones, licet ornatum faciant pulcherrimum in sententiis, tamen usus illorum propter rusticitatem paene recessit a scriptoribus. Sed sicut totius sapientiae decus & salutaris eruditionis ornatus per vestrae nobilitatis industriam renouari incipit: ita & horum usus in manibus scribentium redintegrandus esse optime videtur.* (3) Tom. 1. Capit. & apud Nicol. SCHATEN. l. 8. hist. Westphal. p. 518. (4) De fide diplom. sect. 1. §. 2. (5) Hic librum edidit *de septem liberalibus artibus*, Dialogum *de Grammatica*, aliosque duos, interlocutore Carolo, *de Rhetorica & Dialectica*: quibus varios tractatus de rebus moralibus ac Theologicis adiecit. Ipse scribit ep. 1. ad Carolum: *Ego Flaccus vester secundum exhortationem & bonam voluntatem vestram, aliis per tecta S. Martini sanctarum mella Scripturarum ministrare satago: alios vetere antiquarum disciplinarum mero inebriare studeo: alios grammaticae subtilitatis enutrire pomis incipiam: quosdam stellarum ordine, seu picto cuiuslibet magnae domus culmine, inluminare gestio, plurima plurimis factus, vt plurimos ad profectum sanctae Dei Ecclesiae, & ad decorem imperialis regni vestri eruditam.*

§. XXVII.

Quod si auspiciis CAROLI M. artes liberales ita floruerunt, an dubitabimus de mechanicis? *Artes Mechanicae.*

§. XXVIII.

Quantum bona corporis attinet, APOLLINARIS laudato carmine eos ob proceritatem monstra vocat, & habitum corporis ita describit: *A BONIS CORPORIS. Vbi prosopographia Francorum & vestitus.*

Hic quoque monstra domat, rutili quibus arce cerebri
Ad frontem coma tractat iacet, nudataque ceruix
Setarum per damna nitet: tum lumine glauco
Albet aquosa acies; ac vultibus vndique rasis,
Pro barba tenues peravantur pectine cristae.
Strictius assutae vestes (1) procera coercent
Membra virum. Patet his altato tegmine poples:
Latus, & angustum suspendit balteus aluum (2).

Qua prosopographia attribuit Francis Sidonius corpora procera, validos lacertos, rutilos crines (3), caeliosque oculos, pronas in frontem tonso occipite comas, (4) tenues raso vultu barbas, Francos enim barbam rasisse, aut saltem, ne prolixior aut incomptior esset, attondisse certum est, vt satis probauit MABILLONIVS *l. 2. de re diplom. c. 16. §. 4. seq.* (5) vestes strictas, & singulos artus exprimentes, nudos poplites, latos balteos. Idem SIDONIVS *IV. ep.* 20. vestitum eorum, qui erant in Sigomeris comitatu, ita describit: *Pedes primi perone setoso talos usque vinciebantur. Genua, crura suraeque sine tegmine. Praeter hos vestis alta, stricta, versicolor, vix appropinquans exertis poplitibus. Manicae sola brachiorum principia velantes.* EVMENIVS *in laudatione Constantii Caesaris*, Francorum, qui pro Allecto Tyranno mercede pugnauerunt, *corpora barbara*, & *prolixo crine rutilantia* dixit.

(1) Hunc

Digitized by Google

(1) Hunc morem diu retinuerunt Franci Orientales. WITICHINDVS l. 2. Ottonem M. coronandum processisse, *tunica stricta, more Francorum, indutum.* (2) HADR. VALESIVS l. 12. Rer. Francic. ad A. DXXCIV. *Reges Francorum & Proceres, more militum Romanorum, gladio latus cingi consueuerunt, & maximae ignominiae loco ferebant, si discingerentur, idemque apud eos erat balteo ac dignitate nudari.* (3) HIERONYMVS in vita S. Hilarionis de quodam Candidato Constantini M. gente Franco: *Rutilus coma & candore corporis indicans prouinciam.* (4) AGATHIAS l. 1. *Subditi orbiculatim tondentur, neque prolixiorem comam alere facile permittebatur.* Permissum tamen id regni Primoribus & qui muneribus Palatinis erant conspicui. Hinc in legis Salicae *tit.* 26. Franci in duplici ponuntur discrimine, alii enim *criniti* seu *crinosi* alii *inceriniti* dicuntur. (5) Adde MARQVARDI FREHERI Φιλοπόνημα *de statura Karoli M.*

§. XXIX.

Ad bona fortunae pertinent existimatio & diuitiae. Ab existimatione distinguebantur primo in Seniores siue Maiores natu, & Minores siue iuniores.

A BONIS FORTVNAE. *Vnde distincti apud Francos in Seniores & Iuniores, siue Maiores & Minores.*

„ Seniores siue Maiores natu vocabantur, *ut optime obseruauit* HADRIANVS „ VALESIVS (1), qui postquam ciuiles aut militares magistratus gesserant, aut in „ Palatio militauerant, iam vt aetate sic dignitate prouecti, pars in vrbibus regni „ Franciae, pars in villis suis agebant, tamquam emeriti atque veterani. His „ magnus ab omnibus honor habebatur. Hi Comitum & Ducum ius dicen„ tium; hi Regum nostrorum Consiliarii, Assessores, ac Conuiuae erant. His „ inconsultis ab Regibus nihil magnae rei gerebatur. Talis fuit Cundo, (2) „ quem Fortunatus scribit a Tribunatu ad Comitiuam, a Comitiua ad Domes„ticatum peruenisse, ac demum inter potentes sedere iussum, & Sigiberti „ Regis factum esse Conuiuam. Talis fuit Hagnericus, pater Burgundofarae „ Abbatissae Euoriacensis, sanctitate vitae eximiae, quem IONAS *in vita Colum„bani* Theodeberti Austrasiorum Regis Conuiuam, virum sapientem & nobi„lem & consiliis Regi gratum, id est, Consiliarium Regis appellat. Talis „ fuit ex Senioribus Rotomagi Francis vnus supradictus, quem Fredegundis „ ad conuiuium inuitauit. Conuiuam Regis memorant veteres leges, Salica, „ aliaeque. Tales denique fuerunt viri fortiores, qui in vrbe erant Suessionica „ atque Meldensi, & a Childeberto Rege alterum filiorum eius petierunt, vt „ in *libri IX. capite XXXVI.* GREGORIVS scribit: quos *in libri III. capite „ XIIX.* Viros Fortes; Viros Fortissimos *in libri VII. capite XXXII.* „ nuncupat. Tales fuerunt Francorum Sublimes, qui Coloniam seque Theo„derico dediderunt, vt in Gestis Regum Francorum reperio: tales, quorum „ AIMOINVS *in libri II. de Miraculis S. Benedicti capite XIV.* meminit, Ande„gauae ciuitatis Nobiles. Concilium in vrbe Arvernis habitum est consensu „ Regis Theodeberti post Consulatum Paullini iunioris V.C. anno Christi DXXXV. „ cuius canon. XV. Senioribus Francis, seu Maioribus natu, qui in villis suis „ vel in Aula commorantur, praecipit Natalem Domini, Pascha & Penteco„sten in sua quemque vrbe, & apud suum quemque Episcopum celebrare. „ Quicumque etiam sunt ciues natu Maiores, pari modo in vrbibus ad Pon„tifices suos in praedictis festiuitatibus veniant. Hosce Seniores Francos GRE„GORIVS TVRONICVS Episcopus *in libri V. capite XXXIII.* Maiores natu & „ Primos apud Regem, *in capite XLIIX.* Seniores laicos, *in libri VI. capite „ XXIV.* Maiores Regis, & Dominos suos atque Seniores, *in capitulo XIX. „ libri VII.* Meliores natu regni, *in cap. XXXII.* Maiores natu Regis, *in „ capite XXXIII.* Seniores in regno, & Priores Regis, *in capite XXXVI.*

„ Seniores

Digitized by Google

„ Seniores Regni, & Regni Principes appellat, *in libri IIX. capite XXX.* Ma-
„ iores natu Laicorum. (Nam & Seniores Clerici erant.) Idem eos *in libri IV.*
„ *capite VI.* Proceres & Primos regni, *in libri V. cap. V.* Saecularium Prin-
„ cipes, *in libri IIX. capite IX.* Priores Regni, & viros Optimos, id eſt,
„ Optimates vocat. Fredegarius Seniores Francos laicos nunc Farones, id eſt,
„ nobili genere natos; nunc Proceres, nonnunquam & Leudes, & Primates
„ nominat, *liber de vita Leodegarii*, *Auguſtodunenſis Epiſcopi*, modo Optimates,
„ vt Dato in Eligio, ac Theganus, modo Nobiles, atque Patricios; Chroni-
„ con Moſſiacenſe Senatum Francorum, & Maiores natu Francorum; Hinc-
„ marus in notiſſima illa epiſtola Maiores & Seniores: quibus Minores, id eſt,
„ minorem populum opponit. Nam Senioribus iſtis Iuniores, hiſce Maiori-
„ bus Minores apud Noſtros veteres Hiſtoricos ſaepe opponuntur. Maior au-
„ tem, & Senior una res eſt. Quare Vulfoaldus pro Maiore Domus Senior
„ Domus dicitur in vita Praeiecti. *Adde* CAROLVM CANGIVM (3). „ Atque hac in re Franci diuerſum habuerunt morem a ceteris Germanis, qui diſtinguebantur in Nobiles, ingenuos, libertos, vt alibi docuimus (4). At in lege Salica Nobilium nulla fit mentio: non quod apud Francos nulli Nobiles ac viri honorati eſſent, ſed quia Nobilium nullus ordo erat a populo ſeparatus, Nobilitatis nullum in regno Francorum corpus a plebe diſtinctum. Nobiles ſane apud Francos fuiſſe (5) intelligitur ex fronte Capitularium Anſegiſi, vbi legimus: *Incipiunt Capitula Regum & Epiſcoporum, maximeque NOBILIVM omnium.* Adde II. Capit. 41. Fredegundis Regina in ſermone apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 8. hiſt. c. 29. *Conſiderate ſaepius fortes viros in bello corruere. Vnde nunc parentes* (propinqui) *eorum Nobiles effecti, opibus immenſis cunctis ſupereminent.* Idem de Andarchio, ſeruo Felicis Senatoris ſcribit l. 4. c. 47. cum ei Sigibertus Rex rogatu Lupi Ducis locum mutandi praebuiſſet: *Ex hoc quaſi Honoratum habitum.* Adde HADR. VALESIVM (6) & CANGIVM (7).

(1) *Notit. Galliar. voce Rotomagus.* Conf. *eund. voce Turnacum in calce.* (2) V. FORTVNATVS *l. 7. Carm. 16.* & cuius meminit A. vitae S. Agili Abbatis c. 1. apud CHIFFLETIVM: *Fuit quidam ex primis Palatii Optimatibus nobiliſſimis natalibus oriundus, eiusdemque Regis* (Childeberti) *conuiua & Conſiliarius, nomine Anchaldus.* Quem morem Franci a Romanis ſunſere. CLAVDIANVS in Eutrop. l. 2.

Claro quis nobilis ortu
Conuiua & Domini.

l. 1. C. Theodoſ. de Comitib. & Tribunis Scholar. *Qui & diuinis epulis adhibentur, & adorandi Principis facultatem meruerunt.* Hanc elucubratam viri, rerum Francicarum callentiſſimi, obſeruationem nuper impugnare auſus eſt A. Diſſertationis *de origine feudorum.* Obiicit illi: confundere VALESIVM Ordines regni, qui ad Placita Regum Francorum veniebant, cum claſſibus hominum in regno viuentium. Enimuero ciues praecipue aeſtimantur ex iure veniendi ad comitia & in iis ſuffragia ferendi, vt prudentia ciuilis nos docet: deinde offendat ille nobis inaequitatem illam claſſem in vniuerſo Francorum populo, de quo VALESIVS loquitur. Non negat hic, Maiores & Seniores fuiſſe nobiles, ſed certum ordinem in populo Francorum conſtituiſſe negat, & hac in re diuerſum a quibusdam Germaniae populis morem habuiſſe Francos aſſerit: nam quilibet ingenui, etiam de plebe, ſi fortiter egiſſent vel prudentiae ſpecimina dediſſent, poterant fieri Maiores ſiue Seniores. Ingenui autem erant qui nulla originis aut ſeruitutis macula coinquinabantur. Hinc apud THEGANVM eſt de geſtis Ludouici Pii c. 44. *Fecit te liberum non nobilem, quod impoſſibile eſt poſt libertatem.* Et apud GREGORIVM TVRONENSEM vit. Patr. c. 9. *ingenui* diſtinguuntur ab illis *qui nobilitate ſublimes.* (3) *Gloſſ. voce Maiores*

Digitized by Google

Maiores natu & voce Minores. (4) *Not. vet. Germ. popul. part.* 1. *c.* 3. §. 10. (5) Biturienſi Eccleſiae Remigii fato vacanti Sulpitium ſuffecit Guntchramnus Rex cum hoc elogio apud GREGOR. TVRONENS. l. 6. hiſt. c. 31. *Sulpitius vobis erit Epiſcopus; eſt enim vir valde NOBILIS & de primis Senatoribus Galliarum.* Generis laudem non tacuit FORTVNATVS l. 1. Carm. 4. in Leontio Burdegalenſi Epiſcopo:

Eccleſiae nunc iura regis venerande Sacerdos,
Altera NOBILITAS additur inde tibi.

Idem Fortunatus Felicem, Nannetenſem Epiſcopum, Aquitanum ſplendore natalium praedicat l. 3. Carm. 6.

Maxima progenies titulis ornata vetuſtis
Cuius & a proauis gloria celſa tenet:
Nam quiscunque potens Aquitanica iura ſubegit,
Extitit ille tuo ſanguine luce parens.

Franci nobili, nomine Badilonis, meminit FREDEGARIVS c. 95. Nimirum erant in Gallia, praecipueque in Aquitania, nobiliſſimae quaedam familiae, quae cum a Senatoribus Romanis originem haut dubie ducerent, Senatoriae dicebantur. Multi enim Prouinciales maxime e Gallia Romana ciuitate donati fuerunt, aliquot etiam in Senatum allecti. Vnde eis nobilitas. At nobis ſermo eſt de Nobilitate Francorum. (6) *L.* 13. *Rer. Francic. p.* 289. *ſeq.* (7) *Gloſſ. voce Honoratus.*

§. XXX.

In Eccleſiaſticos & profanos *ſiue* ſeculares.

Porro Francos non modo ſub Clodouei, ſed & Caroli poſteris in duos tantum ordines Clericorum & Laicorum, maiorum & minorum, fuiſſe diuiſos, teſtatur praeter caeteros BENEDICTVS LEVITA, in praefatione libri V. Capitulorum Caroli Magni & Ludouici Imperatorum, his verbis: *Quae ſequuntur, eadem auctoritate* (Apoſtolica) *maxima ex parte & omnium Francorum vtriusque Ordinis virorum aſſenſu ſunt roborata: id eſt, Cleri & populi;* vt ibidem loquitur. Libri VI. eorumdem Capitulorum titulus XCVI. talis eſt: *De his, qui rapinas intra Regnum faciunt. Ex Capitulis Domini Hludouici in Ingelheim anno DCCCXIX. Apoſtolica auctoritate & Synodali ſanctione, omnium videlicet Clericorum & Laicorum generaliter conſenſu atque hortatu decretis.* In libri VII. titulo CCCLXXV. *Si quis ergo Clericus aut Laicus harum ſanctionum obediens eſſe noluerit: ſi Clericus fuerit, excommunicationi ſubiaceat: ſi vero Laicus fuerit & honeſtioris loci perſona, &c.* Quid apertius? Apud THEGANVM de Geſtis Ludouici Pii, Imperator Carolus Epiſcopos, Abbates, Duces, & Comites conuocatos alloquitur, & interrogat: *placeatne eis filium ſuum Ludouicum Imperatorii nominis conſortem fieri: Quos Epiſcopos, Abbates, Duces, Comites, & Loco poſitos, ſiue Locum tenentes,* vocat ibidem THEGANVS *omnem multitudinem Pontificum & Optimatum; item Sacerdotes & populum.* Ex quo apparet, Epiſcopos quidem & Abbates Pontificum & Sacerdotum; Duces autem, Comites & Locopoſitos non Optimatium modo, ſed etiam populi appellatione deſignari, & Optimatium ſeu Nobilium, ac populi vnum tum ordinem, corpus vnum fuiſſe. Hincmarus in ſaepe laudata epiſtola: *in quo Placito generalitas vniuerſorum Maiorum, tam Clericorum, quam Laicorum, conuenichat.* ORDERICVS VITALIS de conſecratione Ludouici iunioris, filii Ludouici Craſſi, ita ſcribit in anno MCXXXIV. *Quae conſecratio quibusdam Francis vtriusque Ordinis diſplicuit. Quidam enim Laicorum &c. Quidam vero Clericorum &c.*

§. XXXI

Digitized by Google

§. XXXI.

Pauperes quidem apud Francos fuere; Verum mendicatum eos ire, non permiserunt. Nam ita I. Capit. c. 18. *de mendicis, qui per plateas discurrunt, & volumus, vt vnusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, & non permittat alibi ire mendicatum, & vbi tales inuenti fuerint, sibi manibus laborent, & nullus eis quicquam tribuere praesumat.* Ne opprimantur pauperes grauiter constitutum *I. Capitul.* 115. & *VI. c.* 282. Vbi non possumus non adferre de cura Caroli M. circa pauperes locum insignem ex Annalibus Canigonensibus & Anianensibus, quem protulit STEPHANVS BALVZIVS (1): „Anno DCCCII. recordatus piissimus Karolus Imperator misericordiae „ suae de pauperibus, qui in vniuerso imperio eius erant, & iustitias pleniter „ habere non poterant, noluit de infra palatio pauperibus vassos transmittere „ iustitias faciendum propter munera; sed elegit in regno suo Archiepiscopos „ & reliquos Episcopos & Abbates, cum Ducibus & Comitibus, quia opus „ non habebant super innocentes munera accipere, & ipsos misit per vniuer„ sum regnum, vt Ecclesiis, viduis, orphanis, & pauperibus & cuncto popu„ lo iustitiam facerent.„ Eadem leguntur in chronico Moyssiacensi, & in vetustis annalibus a Lambecio editis in libro secundo commentariorum de bibliotheca Caesarea pag. 382. nisi quod illic legitur *pauperes vassos*, pro eo, quod in superioribus annalibus legitur, *pauperibus vassos*. Add. IOANNES LAVNOIVS, Theologus Parisiensis, libro *de cura Ecclesiae pro miseris & pauperibus.* In diuites & pauperes.

(1) *Not. ad tom. 1. Capit. p. 1055. seqq.*

§. XXXII.

Tertia ciuium diuisio est a quantitate, quatenus vel pauci, vel numerosi sunt. Vbi notare conuenit, Francos *nationem frequentem*, hoc est, populosam, & *maximam*, vt a Libanio, quemadmodum supra in loco audiuimus, sic a Narse apud Agathiam *l. 1. hist.* iure appellari. Idque docent tot bella tum aduersus finitimos gesta. Nam Theodebertus, Francorum in Austrasia Rex, armata millia centum, aut etiam (vt ait Iordanes) ducenta in Italiam adduxit; & paucis post annis Theodebaldo eius filio regnante, Leudharius ac Buccelinus cum millibus hominum quinque & septuaginta eandem Prouinciam sunt ingressi. Porro etiam Clotacharius & Sigibertus ex Sueuis colonias deduxere in Saxoniam. De quo vid. GREGOR. TVRONENSIS *l. 5. hist. c. 15.* TERTIA DIVISIO A QVANTITATE. *Franci erant populosi.*

§. XXXIII.

Porro a quantitate distingui solent ciues, quatenus vt singuli & collecti in vniuersitates considerantur. Ad uniuersitates referuntur vici, siue potius vicinitates, aut villae, (quanquam vtraque vox etiam de vrbibus vsurpata, vt ostendit HADR. VALESIVS *praefat. Notit. Galliar. p. 21.*) ciuitates, prouinciae, pagi, parochiae, monasteria, scholae. Vici haut dubie plures sunt enati, quando Franci, remisso nonnihil bellandi ardore, ad bona pacis, & imprimis ad agri culturam, Distincti in vniuersitates. *Ciuitates non habebant, sed vicos incolebant.*

Digitized by Google

culturam, animum & ſtudia transtulere. Hinc AGATHIAS lib. 1. hiſt. *Sunt Franci nequaquam campeſtres aut vagi, vt fere plerique Barbarorum.* Ciuitatibus, aut, quae harum domicilia ſunt, vrbibus condendis ſtuduiſſe Francos, non apparet: nec illas, quae cis Rhenum a Romanis erant excitatae, ſed vel a Burgundis, Duce Caroco & Godegiſelo, vel ab Hunnis Duce Attila ruinam paſſae, priſtinum ſplendorem recuperaſſe, aut in maiorem excreuiſſe amplitudinem, documenta habemus. Et licet poſtea ſub Carolidis paulo melior fortuna vrbes reſpexerit, quando nobiliores Ciuitates omnes tum Epiſcopos acceperunt (nam in Synodo Vernenſi, ſub Pipino congregata Anno DCCLV. can. 1. eſt: *vt Epiſcopi debeant eſſe per ſingulas ciuitates*) adeoque eaedem aedibus ſacris & clauſtris monachorum ornatae ſunt, & pacatis Germaniae vrbibus ſine dubio commerciis maior locus apertus fuit; Reges etiam Palatia in iis conſtituere coeperunt, de quibus infra dicemus. Tamen & hanc fortunam vna cum Imperio Francorum cis Danubium quidem Vngarorum, cis Rhenum vero Normannorum in mediam Germaniam foedae & crudiſſimae incurſiones turbauerunt; vt haec fuſe proſecutus eſt H. CONRINGIVS (1).

(1) *Exercit. de vrb. Germ. §. 23. ſequ.*

§. XXXIV.

Diſtinguebantur in prouincias.

Francia vniuerſa, quantum attinet Metropolitanos & Duces, in Prouincias, quae rurſus in Pagos & parochias ſecabantur, fuit diſtincta. Et quidem ſecundum Notitiam Imperii Romani, poſt Honorii mortem ſub Placido Valentiniano, Placidae Auguſti eius ſororis filio factam, a qua parum differunt IV. Notitiae a Ducheſnio vulgatae, quae nomina regionum & Ciuitatum Galliae inſcribuntur, in Gallia fuerunt XVII. vt Viennenſis, Lugdunenſis prima, ibidem Lugdunenſis abſolute nuncupata, Germania I. Germania II. ambae ad Rhenum, Belgica I. Belgica II. Conſulares: Alpes Maritimae, Alpes Penninae & Gratiae, Maxima Sequanorum, Aquitania I. vel Aquitanica I. Aquitania vel Aquitanica II. Nouempopulana ſeu Nouempopuli, Narbonenſis I. Narbonenſis II. Lugdunenſis II. Lugdunenſis III. Lugdunenſis Senonia, alias Lugdunenſis Senonica, & abſolute Senonia Praeſidialis. Caeterum, vt obſeruauit HADRIANVS VALESIVS (1), ſuus Galliae XVII. prouinciarum numerus diutiſſime conſtitit, adeo vt ciuitas Arelatenſium, licet iam inde ab Honorio Aug. Zoſimi Epiſcopi Romani decreto metropolis facta eſſet, & ſuam ſibi Arelatenſem prouinciam, Leoni Papae Magno memoratam, ſuas ſibi vrbes ſuffragantes haberet; tamen nihilominus inter prouinciae Viennenſis ciuitates XIV. nunc penultima, nunc antepenultima, tamquam adhuc metropoli Viennae ſubiecta poneretur. Primus, aut vnus e primis Robertus Autiſſiodorenſis circa annum MCCX. Arelatenſem prouinciam a Viennenſi prouincia ſeparauit, & in Arelatenſi prouincia, cui Leo & Symmachus Epiſcopi Romani Albam, Deam, Tricaſtinos, Vaſionem, Arauſionem, Cabellionem, Auenionem, Carpentorate Maſſiliamque ciuitates prouinciae Viennenſi ademtas olim attribuerant, ſub metropoli Arelate ciuitates Seguſteronem, Arauſionem, Auenionem, Aptam, Reios, Graſſam, antea poſitas fuiſſe ait: ſua autem aetate in Arelatenſi prouincia metropolim Are-

latem

Digitized by Google

latem Auenioni, Arauſioni, Tricaſtinis, Vaſioni, Carpentorato, Cabellioni, Maſſiliae, Teloni praeſidere. E quibus Aptam, Reios, Seguſteronem, Narbonenſis ſecundae iam inde ab Honorii A. principatu fuiſſe, atque etiamnum eſſe conſtat; Graſſam vero Alpium Maritimarum. Geruaſius Tilberienſis Robertum, cui ſuppar eſt, ſequitur, & Arelatenſi Archiepiſcopo VIII. ſimiliter ſuffraganeas attribuit Maſſilienſem, Auenionenſem, Arauſicum, Vaſionenſem, Cabellicum, Tricaſtinum, Carpentoratenſem, Telonenſem: quos VIII. Epiſcopatus recentiores Roberto & Geruaſio Notitiae, & Prouinciale, quod ſcriptum legi ante annos circiter CCCCXX. compoſitum, Metropoli Arelato ſubiiciunt. Haec eſt ergo octauadecima Galliarum prouincia, nimirum prouincia Arelatenſis: quae & Viennenſis ſecunda dici poteſt, quod ex ea auulſa atque detracta ſit. In Germania notandum, circa principatum Clotharii iunioris aut Dagoberti ex Alemannia factas duas prouincias, Alemanniam in ſpecie, & Germanico nomine Auſtriam & Oſtrofranciam, modo Franciam Orientalem atque etiam Teutonicam, nonnunquam Franciam dictam, & ſuum cuique abhinc Ducem fuiſſe praepoſitum. De quo videatur idem VALESIVS (2).

(1) *Notit. Galliar. voce Lugdunum Segaſionorum.* (2) *L. 24. Rer. Francic. ad An. DCCXXX.*

§. XXXV.

Pagi dicebantur Gaw. Hinc qui eiusdem pagi erant, Pagenſes dicti. v. III. Capit. 73. IV. Capit. II. 19. & paſſim. Vbi cum HADR. VALESIO *praefat. Notit. Galliar.* obſeruari meretur, pagos alios fuiſſe maiores, totos gentium, a quibus denominantur, fines, totumque agrum deſignantes: alios minores. Quam diſtinctionem vti ipſe luculentis exemplis probat, ita eandem pluribus aliis confirmare poſſumus (1). Pagos hoſce poſt MARQV. FREHERVM & HENR. MEIBOMIVM illuſtrauit D. PAVLINI libro cuius titulus: *Geographia curioſa de pagis antiquae Germaniae.* Caeterum pagi in Vicarias ſiue Centenas diuidebantur. v. I. Capit. 10. IV. Capit. 23. & paſſim. Vnde adhuc in quibusdam Germaniae regionibus die Zenden ſuperſunt, & ſingulatim in Palatinatu, de quo MARQV. FREHERVS (2). Adde RHENANVM (3). Pagus.

(1) V. *Notit. vet. Germ. popul. part. 2. c. 2. §. 9.* (2) *Part. 1. O. P. c. 5.* (3) *L. 2. rer. Germ.*

§. XXXVI.

A pagis diſtinctae erant Parochiae, ſiue parrochiae; quippe quae intuitu Epiſcopatuum ita dicebantur. Qui enim eidem Epiſcopo ſuberant, Parochiae nomine comprehendebantur, & dicebantur parochiani. Karolomanni Capitulare I. A. DCCXLIII. c. 3. Synodus Sueſſionenſis ſub Pippino Principe habita An. DCCXLIV. c. 6. Synodus Vernenſis An. DCCLV. c. 3. c. 6. Pippini Regis Conſtitutio generalis An. DCCLXIV. Caroli M. Capit. I. An. DCCLXIX. c. 6. IV. Capit. 15. VII. Capit. 308. Quanquam parochia etiam interdum eccleſiam parochialem, ſiue diſtrictum Eccleſiae Presbyteri notauit. De quo videatur CAROLVS CANGIVS (1). Adde VOSSIVM (2), SALMASIVM (3), GONZALEZIVM (4). Parochiae

(1) *Gloſſar. voce parochia.* (2) *De primatu Papae p. 255. ſequ.* (3) *3. de vitiis ſerm. Lat. c. 32.* (4) *Add. 2. X. de parochiis.*

Digitized by Google

§. XXXVII.

Erant ins Monaſte-ria.

Monaſteriorum inſtitutum ex Oriente in Occidentem delatum, & quidem ante ſeculum IV. nulla in Italia memorantur. Primus S. Martinus in Galliam inuexit, de quo in eius vita videatur SVLPICIVS SEVERVS c. 10. Enimuero quemadmodum in Oriente, ſic in Occidente tot propemodum typi erant ac regulae; quot Eccleſiae & Monaſteria. Vt loquitur CASSIANVS *lib. 2. Inſt. c. 2.* Aliis vero pro regula erat Abbatis voluntas; aliis modus viuendi maiorum vſu & traditione confirmatus; aliis leges ſcriptae imponebantur; in vno eodemque coenobio, plures ſimul regulae ſcriptae non raro obſeruatae, detractis & aſſumtis, quae propter locorum & temporum rationem opportuna videbantur. Ita Aredius, qui vixit ſub Theodeberto, Francorum Rege, *ex propria familia tonſoratos inſtituit Monachos, coenobiumque fundauit, in quo non modo Caſſiani, verum etiam Baſilii & reliquorum Abbatum, qui monaſterialem vitam inſtituerunt, celebrantur regulae.* Vt memorat GREGORIVS TVRONENSIS *lib. 10. hiſt. Franc. c. 29.* Sub finem demum Sec. IX. monachorum nomen in varias ſcindi partes coepit. S. Benedicti, qui Sec. VI. vixit, regulam diſcipulus eius S. Maurus in Galliam intulit, *per quem omnis pene Gallia, eius* (Benedicti) *inſtitutionis ſuſcepit exordium*, vt ait S. Odilo in vita S. Maioli Abbatis Cluniacenſis. Certe CAROLO M. imperante adeo inualuit regula Benedictina, vt quaeſtionis eſſet: *vtrum aliqui Monachi eſſent, praeter eos, qui regulam S. Benedicti obſeruent. Item ſi* (an) *in Gallia Monachi fuiſſent, priusquam traditio huius regulae in has partes deueniſſet.* Quemadmodum legitur in Capitulari interrogationum ad Epiſcopos & Abbates, interrog. 12. apud SIRMONDVM *in tom. 2. Concil. Gall. p. 261.* & iam in Synodo Anni DCCXLII. ſub Childerico III. ſtatutum fuerat c. 7. *Vt monachi & ancillae Dei monaſteriales iuxta regulam S. Benedicti coenobia ſua & Xenodochia ordinarent, gubernarent, & viuere ſtuderent, & vitam propriam degere ſecundum praedicti patris ordinationem non negligerent.* Et in Synodo anni ſequentis c. 1. Abbates & Monachi receperunt regulam S. Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitae. Quod repetitum V. Capitul. 3. Add. Philippi Baſtide, Congregationis S. Mauri Monachi Benedictini, *Diſſ. de antiqua Ordinis S. Benedicti intra Gallias propagatione*, quam Sec. III. Actorum S. Ordinis S. Benedicti parti ſecundae praemiſit Mabillonius. Hinc TRITHEMIVS *in Chronico Hirſaugienſi* ſcribit: circa annum Chriſti DCCCC. alterius ordinis, quam Benedictinorum, in Europa, Germania & Gallia, nulla fuiſſe monaſteria, aſſerit, & BRVSCHIVS de monaſteriis Germaniae, loquutus de Othmaro I. S. Galli coenobii Abbate: *Accepit*, inquit, *regulam S. Benedicti, quod ea tunc ſola eſſet, & vnica Monachorum ſecta ac profeſſio.* Quin & Germania Benedictinos aliquando habuit in primariis templis Friſingenſi, Salzburgenſi, Traiectenſi ad Rhenum, Eichſtedenſi, Würzburgenſi, Bremenſi, Ratisbonenſi & Magdeburgenſi, vt probauit MABILLONIVS(1). Ceterum libero homini non licebat ſe addicere monaſterio, niſi permiſſu Regis. Nam ita Carolus M. Capitulari ſecundo An. DCCCV. c. 15. De liberis hominibus, qui ad ſeruitium Dei ſe tradere volunt, vt prius hoc non faciant, quam a nobis licentiam poſtulent (2). „Hoc ideo, quia audiuimus ali„ quos ex illis, non tam cauſa deuotionis, quam exercitu ſeu alia functione re-

„gali

Digitized by Google

„ gali fugiendo, quosdam vero cupiditatis causa ab his, qui res illorum concu-
„ piscunt, circumuentos audiuimus. Et hoc ideo fieri prohibemus.„

(1) Secul. III. Act. S. Ord. S. Benedict. & in praefat. part. I. ei. secul. n. 12. 28. sequ. (2) Laudat idem in Gothis H. GROTIVS in prolegomen. Vandalicis, *quod subditorum suorum nemini permiserit se Ecclesiis aut Monasteriis mancipare suo impermissu.*

§. XXXIIX.

In reliquis maioribus siue Cathedralibus Ecclesiis Canonicorum fuere collegia, (quae & ipsa monasteria dicebantur, vnde adhuc multis in locis Cathedrales Ecclesiae Münster audiunt) de quibus Canonicis est I. Capitul. 69. *Vt Canonici secundum regulam suam omnimodo viuant* (1), *& Episcopus eorum regat vitam, sicut Abbas monachorum.* Ea seculo VIII. primum coepisse, sunt qui existimant. At MABILLONIVS *d. praefat. n.* 106. rara ante id tempus, non tamen nulla fuisse obseruat, quoniam seculo VII. Paulus Episcopus Veroduni, Tetricus Autisiodori, Rigobertus Rhemis, Canonicos instituisse an restituisse ferantur. Collegia Canonicorum.

(1) Quae tamen certa non erat.] Igitur Ludouicus Pius Imp. regulam conscribi iussit, secundum quam Canonici viuerent, quae A. DCCCXVI. lecta & probata est in Synodo Aquisgranensi. Scribit enim ADEMARVS Cabonensis: *Aquisgrani ad hyemandum profectus est Imperator Ludouicus Pius: vbi habito Concilio, id est, Indictione decima, anno imperii sui tertio, ab incarnatione DCCCXVI. iussit fieri Regulam Canonicis, excerptam de diuersis Patrum scripturis, decreuitque eam obseruandam a Canonicis; vt sicut monachi respiciunt ad librum Regulae Sancti Benedicti, sic perlegant Amalarius diaconus, ab Imperatore iussus, collegit ex diuersis doctorum sententiis. Dedit ei Imperator copiam librorum de palatio suo, vt ex ipsis ea quae viderentur congrua exerperet. Et ita cum decretis Episcoporum qui ibi fuerunt, vita Clericorum roborata est. Nam Ludouicus, vt docet auctor Vitae eius, eum librum per omnes ciuitates & monasteria canonici ordinis sui imperii misit per manus Missorum prudentium, qui illum in omnibus supradictis locis transcribi facerent.* Adde A. disquisitionum de ordine Canonicorum Parisiis A. DCXCVII. edit.

§. XXXIX.

Scholas multi putant, cum & in ipsis Monasteriis coepisse, quos recte refutauit H. Conringius *Dissert. Academ. supplem.* 32. Primus enim Carolus M. constituit, in Monasteriis omnibus scholas habendas esse. Testatur de eo Capitul. eius primum Anno DCCXXCIX. cap. 70. ad Sacerdotes: „Vt non solum „ seruilis conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios aggregent, sibique „ socient, & vt Scholae legentium puerorum fierent, vt hi psalmos, notas, „ cantus, compotum, grammaticam per singula Monasteria vel Episcopia di- „ scerent.„ Quod insertum quoque legitur I. Capitul. 68. & II. Addit. c. 5. Adde ei. Caroli M. Constitutionem generalem ad Episcopos & Abbates A. DCCLXXVII. editam, & supra laudatam epistolam ad Baugulfum Abbatem, apud STEPH. BALVZIVM *tom. I. Capit. p.* 201. *& sequ.* Erant autem Scholae monasteriorum duplicis generis, inferiores sc. & claustrales pro Monachis; exteriores siue canonicae pro secularibus. Huius discriminis auctorem inprimis habemus EKKEHARDVM in vita S. Notkeri c. 7. *Traduntur post breue tempus Marcello scholae claustri cum B. Notkero, Balbulo & caeteris Monachici habitus pueris: exteriores vero, id* Scholae.

Digitized by Google

est, Canonicae Isoni cum Salomone & eius comparibus. Interiorum autem Scholarum fuit ratio, ne pueri Deo consecrati cum profanis commiscerentur. Quo respexit canon 42. Concil. Aquisgran. Anno DCCCXVII. *Vt Scholae in Monasterio non habeantur, nisi eorum, qui oblati sunt.* Conf. can. 42. eiusdem Concilii. vid. LOANN. LAVNOII librum *de scholis celebrioribus, siue à Carolo M. siue post eundem Carolum per Occidentem instauratis*, Lutetiae Paris. A. MDCLXXII. editum, in *cuius capite* 1. & *sequ.* prolixe probat, Parisiensem Scholam a Carolo M. institutam non esse.

§. XL.

Xenodochia & huius generis alii coetus.

Caeterum inter vniuersitates etiam referuntur, qui in coetus collecti sunt misericordiae causa in venerabilibus locis, qualia sunt iuxta II. Capitul 29. „Xenodochium (1), id est, locus venerabilis, in quo peregrini suscipiuntur. Ptochotrophium, id est, locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi homines pascuntur. Nosocomium, id est, locus venerabilis, in quo aegroti homines curantur. Orphanotrophium, id est, locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri pascuntur. Gerontocomium, id est, locus venerabilis, in quo pauperes & propter senectutem solam infirmi homines curantur. Brephotrophium, id est, locus venerabilis, in quo infantes aluntur.„

(1) A. de gestis Dagoberti Regis c. 30. *Et matriculam & Xenodochium ceteraque diuersa loca ad hoc idem instituit, vt pauperes vtriusque sexus siue etiam qui sanctorum ope sanitate donari digni fuissent, inreliquum ipsius eleemosinis sustentati qui vellent in seruitio ecclesiae ac si pro gratiarum actione permanerent.* Vbi quid matricula, vnde Matriculanii, notet, v. CAROL. GANGIVS *glossar. h. V.*

§. XLI.

A ciuibus distinguuntur incolae. *Quorsum pertinent* Iudaei.

A civibus distinguuntur incolae. Quos inter erant apud Francos Iudaei. Horum plurimos Chilpericus baptizari iussit (1), sed vt GREGORIVS TVRONENSIS l. 6. hist. c. 17. *corpore tenus, neutiquam corde, redituros ad priorem perfidiam & obseruaturos simul cum die dominica Sabbathi diem.* Et GREGORIVS Papa I. ep. 45. ad Virgilium Arelatensem & Theodorum, Episcopum Massiliae Galliarum, queritur, multos consistentium in illis partibus Iudaeorum vi magis ad fontem baptismatis, quam praedicatione perductos, & addit: „Dum quispiam ad baptismatis fontem non praedicationis suauitate, sed necessitate peruenerit, ad pristinam superstitionem remeans deterius moritur, vnde renatus esse videbatur.„ Cum Sisebutus, Vesigothorum Rex, A. DCXVI. Iudaeos, qui baptismum suscipere nollent, è Gothicis ditionibus expelleret, multi, cum Christianam religionem amplecti nollent, in Franciam, teste Adone, commigrarunt. Sunt non pauci historicorum Francicorum, qui tradunt Flauium Heraclium Imp. ad Dagobertum Regem Anno regni eius octauo, hoc est, A. DCXXX. legationem misisse, vt ad exemplum suum Iudaeos in Francia baptizandos curaret. (v. FREDEGARIVM SCHOLASTICVM *Chronico c.* 65. & alios.) Enim vero HADR. VALESIVS (2) negat id in eius Imperio factum, non contemnendis rationibus, & subiicit: „Viderint igitur historici nostri, quo modo Heraclius ab exteris Principibus con-

Digitized by Google

„ concupiuerit fieri, quod ipſe minime faciebat, vel facere parabat: aut qua „ fronte petere poterit a Dagoberto, Rege Francorum, vt Iudaeos, quot- „ quot baptizari nollent, finibus ſuis expelleret, cum ipſemet eius Gentis & ſe- „ ctae homines nec ablui coqeret, nec Imperii vrbibus ſubmoueret. Cuius „ de victoriis ex Perſis & Choſroe relatis, & de cladibus a Saracenis acceptis „ Fredegarius & Aimoinus, ne inter ſe quidem concordes, adeo ridicula refe- „ runt, nemo vt mirari debeat, commentum illud de Iudaeis eosdem ipſi affin- „ xiſſe: qui ſi forſitan ob aliquam cauſſam per vim a Dagoberto ad fidem Chri- „ ſtianam perducti ſunt, aut expulſi, ab Heraclio certe non fuerunt.„ Ceterum Iudaei per Canones multum conſtringebantur. In Aruernenſ. c. 9. & Matiſconenſi I. c. 13. vetitum, *ne populis Chriſtianis iudices praeponantur aut teolonarii eſſe permittantur.* In Pariſienſi V. c. 15. *Ne vllam militiam aut actionem publicam ſuper Chriſtianos petere a Principe aut agere praeſumant.* Mancipia quidem Chriſtiana poſſidebant (3), ſed ſi haec Iudaeis ſeruire nollent, taxato & oblato a fidelibus iuſto pretio, poterant liberari. Synod. Aurelian. IV. c. 30. Matiſcon. I. c. 16. Ne tamen Chriſtianos a Chriſtianis emerent, vetuit ſub Clothario minore Synodus Remenſis c. 11. & venditionem firmitate carituram ſtatuit. In VI. Capit. 117. eſt: *Placuit, ne iudaeis mancipia deſeruiant, vel adhaereant aliena.* & c. 318. *Praecipimus generaliter omnibus, vt mancipia Chriſtiana Paganis vel iudaeis non tradantur.* Quam inſolentes fuerint aetate ſua, docuit S. AGOBARDVS *libello de inſolentia Iudaeorum ad Ludouicum Pium Imp.* (4) contendens fruſtra a Miſſis Dominicis, „ ne Chriſtiani mancipia eis Chriſtiana venderent, vt ipſos Iudaeos Chriſtianos „ vendere ad Hiſpanias non permitterent; nec mercenarios domeſticos habe- „ re; ne feminae Chriſtianae cum eis ſabbatizarent; & ne diebus Dominicis ope- „ rarentur; ne diebus Quadrageſimae cum eis pranderent; & mercenarii eorum „ iisdem diebus carnes manducarent; ne quilibet Chriſtianus carnes, a Iudaeis „ immolatas & deglubatas, emeret, & aliis Chriſtianis venderet, ne vinum il- „ lorum biberent, & alia huiusmodi.„ Habebant etiam Magiſtrum. Vt colligitur ex AGOBARDI *epiſtola ad Nibridium, Narbonenſem Epiſcopum*, vbi meminit Eurardi cuiusdam, qui ſua aetate Iudaeorum Magiſter fuerit.

(1) Adde de Auito Epiſcopo GREGOR. TVRONENS. *l. 5. hiſtor.* 11. & IOANNEM LAVNOIVM Pariſienſem Theologum *in opuſculo de veteri more baptizandi Iudaeos & infideles*, in quo ſcribit: *Galli noſtri non crediderunt, in cogendis ad baptismum Gentilibus & Iudaeis, contra iuſtitiam peccari, arbitratique ſunt felicem eſſe neceſſitatem, quae ad meliora compellat: humanam libertatem perfici potius, quam minui; dum, ne quis ea in propriam abutatur perniciem, impeditur.* (2) l. 19. Rer. Francic. ad d. A. conf. COINTIVM Ann. Eccl. ad A. DCXXIX. n. 9. (3) Admiratus hoc GREGORIVS Pontifex ep. ad Brunechildem Reginam Francorum ſcribens: *Omnino praeterea admirati ſumus, cur & in regno veſtro Iudaeos Chriſtiana habere mancipia permittitis.* (4) tom. 1. opp. eius a BALVZIO edit. p. 62.

§. XLII.

Incolis opponuntur vagabundi. Hos Franci non tolerabant. Carolus M. Capitular. A. DCCXXCIX. c. 77. *Mangones & Cottiones qui ſine omni lege vagabundi vadunt, per iſtam terram non ſinantur vagari & deceptiones hominibus agere. Nec iſti nudi cum ferro, qui dicunt ſe data ſibi poenitentia ire vagantes. Melius videtur, vt ſi aliquid inconſultum & capitale crimen commiſerint, vt in vno loco permane-*

Incolis opponuntur Vagabundi.

Digitized by Google

maneant laborantes & seruientes & poenitentiam agentes secundum quod sibi canonice impositum sit. Mangonum adhuc nomen & rem manere apud Germanos die Mengen, scribit BEATVS RHENANVS *l. 2. Rer. Germanicar.*

§. XLIII.

SVBIECTVM SECVNDARIVM *cuiusque ciuitatis sunt* REGIO.

Subiectum secundarium cuiusque ciuitatis sunt regio, in ea habitationes & caetera bona, quae nummo plerumque metiri solemus. Quantum regionem attinet, sub Francis Germania, quam Tacitus informem esse dixit & squalidam, coepit excoli. Quod imprimis Christianae religioni acceptum ferri debet, mansuetioribus per eam factis animis, vt a nimio bellandi studio abducti animi ad agrorum culturam & structuram Vrbium se conferrent. In his, *verba sequimur* MABILLONII (1), „Monachorum labor & parsimonia rem familiarem auxit (2), pietas & religio traxit hominum frequentiam, a quibus „ concessa Monachis praedia & multa seruitiorum capita. His commissi agri „ ad excolendum, exstructae casae circum Monasteria, villae ad incolendum im„ positae, tum casae & villae in oppida & vicos conuersae.„ Ita in Franciae Orientalis & Thuringiae confinio solitudo quondam ingens erat: at postquam eo in saltu Bonifacius Monasterium Fuldense construxit, ex horrore illo emersit vrbs & regio non ingrata. Testis huius rei LVIDGERVS in actis *S. Gregorii Abbatis*, cuius haec verba: „Sturmi venerabilis Abbas, vnus ex numero illo„ rum Dei, qui ex S. Bonifacii disciplina profecti, quantum profecerunt in Ere„ mo, Bocauna silva in testimonio est, quae prope omnimodis inculta erat at„ que deserta. Nam ab Oriente vsque ad Occidentem, a Septentrione vsque „ ad Meridiem, Ecclesiis Dei & electis palmitibus Monachorum imple„ uerunt.„ Inde nomen a fago Buchoniae relictum, auctore Candido *in vita S. Egilis*. Idem praestitit Bonifacius variis in locis tam per se, quam per suos, aliique e monachis post eum. Quid enim quondam, exclamat porro MABILLONIVS, Corbeia? quid Brema? modo Vrbes in Saxonia? quid Fritislaria? quid Hersfeldum oppidum in Thuringia aut potius Hassia? quid Salzburgum, Frinsinga, Eichstadium, vrbes Episcopales in Baioaria? quid oppida S. Galli & Campidona apud Heluetios? quid numerosa alia oppida in tota Germania, horridae quondam solitudines ferarum, nunc amoenissima diuersoria hominum.

Quae primum inculta fuit apud Francos.

(1) Secul. 3. Act. Ord. S. Benedicti part. 1. praefat. n. 48. sequ. (2) WILIBALDVS in vita Bonifacii c. 8. de Monachis monasterii Ortorff in Thuringia: *Qui propriis sibi more Apostolico manibus victum sibi vestitumque instanter laborando acquisierunt.*

§. XLIV.

AEDIFICIA. *Vbi singulatim* de villis & de palatiis Regum Francorum.

De vrbibus & vicis iam actum est supra, cum de ciuitatibus & vicinitatibus ageremus. In his Reges Palatia extruere solebant. Vbi libet audire HADRIANVM VALESIVM (1). „Nullas Germanorum populi vrbes habitauere, sed vicos „ ingentes, ac magnarum vrbium similes, in quibus suam quisque familiam & „ pecus, quamplurimum poterat, alebat. Patrii moris tenaces ac memores fu„ erunt Francorum Reges. Quippe cum in Galliis consedissent, relicta incolis par-

Digitized by Google

„ parte agrorum, vicos, quos vulgo villas vocabant, alios popularibus ſuis be-
„ neficii locō dedere; alios vna cum vrbibus atque caſtellis ſibi retinuere, ibi-
„ que, quam in oppidis, commorari maluere. Quo more ſeruato, Chlodo-
„ vei quatuor filii, itemque Chlotarii, quamquam ſui quisque Regni caput cla-
„ ram & ſplendidam vrbem haberent, hic Lutetiam Pariſiorum, ille Aurelianos,
„ ac poſtea Cabillonum, alius Sueſſionas, Mediomatricos Metasue alius (2),
„ tamen in villis plerumque ſedere. Et alias quidem tum ſinguli per totum re-
„ gnum ſuum ſparſas villas poſſidebant, quas a ſe remotiores, aut paruas raro
„ vel nunquam niſi in transcurſu petebant: alias, quae maiores, aut cuiusque
„ regni capiti propiores erant, cariores habebant adibantque ſaepius, ac ob
„ id Palatiis ornabant. In regno Pariſiacorum eminebant villae Regi-
„ ae Cala, Nucetum, Nouientum, Rotoialum, quanto Luteciae vrbi
„ Regiae viciniores, tanto Regibus Pariſiorum gratiores: quibus paul-
„ lo poſt acceſſere Clippiacum, Spinogilum, Bonogilum, Romiliacum,
„ alineque. Regibus Aurelianenſibus, quae praecipuae fuerint villae, ſcire dif-
„ ficile eſt, propterea quod Chlodomeres paucis annis regnauit, & Gunt-
„ chramnus, cui pars Regni Aurelianenſis cum Burgundia obtigerat, Aurelianis
„ praetulit Cabillonum, eumque Theodoricus poſterior, Burgundiae Rex, eſt
„ imitatus. Inter Regni Sueſſionici villas fiſcales excellebant Brennacum, Com-
„ pendium, & Cotia ſilvae Cotiae cognominis, hodieque veteris palatii in ea
„ ſilua reliquias ac veſtigia oſtentans: quibus addi poſſunt Verinbare, Cariſiacum
„ Atriniacum, Cauciacum, non longe a Sueſſionis remotae. Mettenſibus Re-
„ gibus Marilegium, Ponticoque ob eandem rem praeter ceteras placuere. Has
„ villas *Auctores* rerum noſtrarum nunc villas publicas, vt diſtinguant a priua-
„ tis; *nunc quod* ad fiſcum pertinerent, fiſcos & fiſci regii villas appellant:
„ quidam *domus* aut villas fiſcales; plerique villas Regias vocant. Non pauci
„ etiam eas villas Palatii, vel Palatia cognominant (3), propterea quod Reges Fran-
„ corum ibi Palatia habere conſueuerant. Quarum aedium quae laxitas & ma-
„ gniſicentia fuerit, praeſertim Pippini poſteris in Francia regnantibus, docet
„ Eginhardus de Aquenſi regia loquens: docent Aimoini de Caſſinogilo Palatio
„ verba, & Regino atque Lambertus, qui Nouiomagum ad Vacalim, domum
„ regiam miri & incomparabilis operis, ac ingentis magnitudinis appellant.
„ Miſſum facio Marilegium, egregii operis muris excelſis inclytum. Omitto
„ Theotuatum, unum e quatuor clariſſimis ac nobiliſſimis Aquitaniae Regum
„ Palatiis, cuius hodieque ſuperſunt reliquiae in finibus Pictonum, falſo acco-
„ lis Arena dictae & creditae: quas Iuſtus Lipſius, popularium ſuorum relati-
„ one, vel potius hiſtoriae noſtrae ignorantia deceptus, inter amphitheatra nu-
„ merauit atque deſcripſit, ingenue tamen faſſus, nec ad amphitheatralia, nec
„ ad ſcenica ſpectacula aptum & factum opus illud fuiſſe videri. Quid referam
„ Engilinheimenſe Palatium centum columnis innixum, & ampliſſimum, cuius
„ Baſilicae aereos poſtes, & aurea oſtia fuiſſe tradit Hermoldus Nigellus, ex
„ milite Clericus Ludouici Pii aequalis? Hae villae ſedesque Regales plerum-
„ que ad ſilvas & flumina erant poſitae (4) oportunis & amoenis locis, vt ibi
„ venari ac nare, (quae Francis, genti Germanicae, exercitationes patriae
„ erant) piſcari quoque principes poſſent. In his villis Reges noſtri hiemare;
„ in his, ſi quies & nihil vsquam eſſet hoſtile, aeſtiua etiam agere conſueuerant,
„ aedesque circa regiam exſtructas officiis Palatinis & Proceribus aſſignabant.

Digitized by Google

„ Ibi legatos exterarum gentium audiebant, ibi rerum ſuarum pretioſiſſima „ quaeque deponebant: eo ſaepe Concilia Epiſcoporum, eo Conuentus annu„ os Optimatium indicebant. Inde ad bella proficiſci ſolebant: earumque villa„ rum fructibus ipſi cum ſuis omnibus alebantur. Quodcumque enim frumen„ ti, quod vini oleique ex cuiusque villae Regiae agro collectum erat, in vſus „ Regum conditum ſeruabatur. Ibi armenta equorum & boum, ibi magni „ pecoris greges avesque paſcebantur, vt Reges noſtri tanquam parci patres fa„ milias & frugi, cum in villam aliquam ſuam veniſſent, nihil aliunde peterent, „ ſed domi natis veſcerentur, horrei ſui frumento, cellae ſuae vino, pecore ſuo, „ ſuae cohortis auibus viuerent. Hiſce in villis agricultores, vinitores, paſto„ res, piſtores, coci, ceterique, ſuum quisque opus exercebant ſerui fiſcales „ dicti, quos alii familiam dominicam, alii Miniſteriales Regios, quidam ſer„ uos Regales appellant. Villis ſeruiſque fiſcalibus praeerant Domeſtici, iidem „ Regis Domeſtici, ac nonnunquam Maiores Domus dicti: ac plerumque ſin„ gularum prouinciarum, nonnunquam etiam plurium villis praeficiebantur. „ Vnicuique villae Regiae ſuus erat procurator, Domeſtico ſubiectus, quem „ Actorem dominicum appellabant.„ De Palatiis illis ex profeſſo egit Mabillonius de re diplomatica libro quarto integro. Cuius tamen tractatio adhuc ſuppleri poteſt. Sic neſcit vbi fuerit Goeddinga villa, cuius mentio in diplomate Carolino, vbi nullum nobis dubium, eam Goeddingam inferioris Saxoniae vrbem eſſe. Porro neſcit, vbi ſit Kirchheimium, Auſtriaci regni Palatium, cum ſit oppidum inter Sceleſtadium & Argentoratum. Voſagum verſus ſitum (5), vbi adhuc rudera ſunt Palatii (6). Omiſit Palatium Salz Caroli M. ſitum ad fl. Sala in Haſſia, de quo alibi (7), & Triburienſe (8). Mittimus alia.

(1) L. 11. Rer. Francic. ad A. DXXCIV. (2) Aut etiam Remos. Vnde Auſtraſii Reges Mettenſium & Remorum appellantur. v. GREGORIVS TVRONENS. *l. 4. hiſt. c. 23.* & ibidem RVINARTVS *in not.* (3) Curtes quoque. v. LL. Baiuvariorum tit. 2. c. 12. §. 1. c. 13. §. 1. Capitulare Caroli M. tertium A. DCCCV. c. 10. & c. 14. Capit. ſecundum A. DCCCV. c. 7. (4) l. 21. Rer. Francic. ad A. DCLXXII. ait: *Reges Francorum plerumque prope ſiluas ſuas, aut mediis etiam in ſiluis ampla & operoſa extruebant praetoria, quae Palatia vulgo dicebantur, illucque vere & autumno venationis cauſa cum coniugibus & liberis ſecedere conſueuerunt* (5). Vt RHENANVS *l. 1. Rer. Germ.* notat, qui & l. 3. ſcribit: Olim Dagoberti Francorum Regis Palatium fuiſſe non procul a Mollisheimo. Nam in vita D. Florentii Scoti Argentoratenſium legi: Dagobertum apud municipium Kirchheim dictum, ſibi domicilium fixiſſe. Annales Fuldenſes ad Annum DCCCLXXXVII. *Imperator* (Karolus Craſſus) *ad Rhenum villa Circheim veniens obuiam.* Adde MASEN *annot. 14. ad tom. 1. Ann. Treuirenſ. §. 37.* (6) Et vulgo vocatur Daberts-Saal. (7) *Notit. veter. Germ. Popul. part. 3. c. 1. & 3. in fine.* (8) In litteris permutationis A. DCCCC. ind. III. eſt apud BROVVER. in antiqu. Fuldenſ. *In regio Palatio, quod dicitur Tribure.* Et poſtea: Anno primo Ludouici Sereniſſimi Regis. In litteris donationis Hattonis, Archiepiſcopi Moguntini, A. DCCCCX. ind. XIII. vocatur Palatium Triburienſe apud WINCKELM. *Deſcript. Haſſ. part. 2. c. 2.*

§. XLV.

De tabulariis ſiue archiuis.

Caeterum iam primae ſtirpis Reges (1) in Palatio habebant locum, in quo varia erant ſcrinia diſpoſita, alia foederum atque pactorum, alia donationum, alia epiſtolarum, alia denique librorum cenſualium, qui poſtquam cenſus per totum regnum acti erant, & res hominesque deſcripti, in eum locum

Digitized by Google

cum inferebantur, ibique seruabantur. Locum istum seu chartarium thesaurum Regis (2), nonnunquam & regestum Regis appellabant, vt obseruauit saepe laudatus VALESIVS (3). Erat praeterea in Palatio amplissima bibliotheca, ex qua Ludouicus Augustus copiam librorum Amalario Diacono suppeditauit, vt is ex diuersis Doctorum sententiis regulam Canonicorum excerperet, referente ADEMARO, Monacho Eiolismensi.

(1) Tanto minus dubitari potest de secundae stirpis Regibus. In Annalibus Francorum ad A. DCCCXIII. est: *Constitutiones Conciliorum coram Imperat.* (Carolo M.) *collectas & earum exemplaria non tantum in singulis ciuitatibus, vbi habita sunt, sed etiam in archiuo Palatii haberi.* Adde vetcrem chartam apud S. Dionysium Ludouici Pii VII. Kal. Septembr. A. Imperii XIX. indict. X. An. DCCCXXXIII. (2) Dagobertus Rex, vt est in libro de gestis eius c. 40. de testamentis suis: *Ex quibus vnum Lugduno Galliae dirigimus, alium vero Parisius in archiuo ecclesiae commendamus, tertium Metis ad custodiendum domino Abboni donamus, quartum autem, quem & in manibus tenemus, in thesauro nostro reponi iubemus.* (3) L. 10. Rer. Francic. ad A. DLXXX.

§. XLVI.

Templa aliasque aedes saepe priuati exstruere solebant. Vnde ius Patronatus (1), de quo e legibus Francorum alibi diximus (2). Notandum autem templa apud Francos Ecclesias vel domus Dei appellatas fuisse. Quod pluribus testimoniis probat P. LAMBECIVS *l.* 1. *Rer. Hamburg.* Adde SERARIVM, qui *l.* 1. *Rer. Moguntin. c.* 18. notat in Hildegardis epistolarum libro extare Epistolas fratrum conuentus de domo, id est, summi Moguntini templi Canonicorum. Factum autem hoc exemplo Christianorum Imperatorum apud Romanos, qui templorum appellatione, velut Ethnicis familiari, destinato abstinebant, tantum eam vsurpantes, vbi de Paganis agitur, quemadmodum *ex tit. Cod. de paganis sacrificiis & templis* constat. Vnde adhuc hodie apud nos dicitur der Dom und Dom-Herrn. Plane vt apud Italos Duomo significat templum Cathedrale seu primarium. Neque enim audiendi SERARIVS & LEHMANNVS *l.* 2. *Chr. Spir. c.* 33. qui Domherrn a Dominis siue dominicis deriuant. Obseruandum quoque, Ecclesiis illis aedibusque sacris ius asylorum datum fuisse (3). v. Concil. Aurelianense primum A. DXI. *c.* 1. *seq.* Matisconense secundum A. DLXXXV. *can.* 8. GREGOR. TVRONENS. *lib.* 5. *hist. c.* 2. Ex quo loco apparet, ipsos Reges asyla huiusmodi violare non ausos. Quod tamen postea constitutionibus aliis insigniter temperatum (4). Vt ex Francorum LL. inprimis *III. Capitul.* 26. alibi docuimus, *de super. territ.* §. 9. Non minus notari meretur, sub primae stirpis Regibus Ecclesiam Scriptores Francicos appellasse cathedram Episcopi, maioremue ac venustiorem cuiusque ciuitatis Ecclesiam: cum ceterae omnes plerumque potius Basilicae vel Oratoria, quam Ecclesiae vocarentur (5). Extat de Basilicis disceptatio HADRIANI VALESII, quam, si libet, adire poteris. Distinguebantur autem Ecclesiae in baptismales & alias (6). Baptismales etiam matrices dictas, constat ex Vrbani I. Pontificis Romani *epist. decret. c.* 1. & in iis publicum baptisterium erat, quod nos docet *can.* 7. *Synodi Vernensis, sub Pippino Rege.* De quibus plura habet STEPH. BALVZIVS *in not. ad Capitul. Caroli M. A. DCCCIV. c.* 2.

De Ecclesiis siue templis.

(1) Libet heic transcribere insignem locum STEPHANI BALVZII ad l. 1. Reginon. de eccles. discipl. c. 23. etsi prolixus sit: Heic annotabimus, Laicos, qui fundabant & dotabant Ecclesias, sibi retinuisse

Digitized by Google

nuisse ecclesias & potestatem tribuendi beneficii cum ecclesia viduata esset tanquam patronis. Quo fiebat, vt qui ecclesias a Patronis obtinere volebat, eas vel numerata pecunia vel foedis obsequiis acquirerent. Declamat vehementer aduersus perditissimam illam consuetudinem HINCMARVS Archiepiscopus Remensis in suis capitulis tit. IV. cap. V. aperte scribens Presbyteros, qui ista faciebant, se suosque nutritos, id est, Clericos in Ecclesiis suis ordinatos & altos in maledictionem mittere *cum dato patronis proemio vobis & illis peccatum emitis.* Rursum qui fundabant Ecclesias, ea mente illas fundabant, vt Presbyteros in suis possessionibus habere possint, qui eis diuina officia ac mysteria celebrarent, vt necesse illis non esset ire ad ecclesias parocciales, intra quarum limites nouae illae ecclesiae aedificabantur, quemadmodum grauiter conqueritur Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus cap. XI. libri de priuilegio & iure sacerdotii. Ea de causa sibi retinebant, vt dixi, potestatem retinendi beneficii. Atque vt id facilius obtinerent ab Episcopis, quibus vetitum erat, ne consecrarent nouas ecclesias, donec eis constaret illas esse dotatas, aliquam agrorum suorum partem assignabant pro dote ecclesiae. Vnde facile colligitur, verissimam esse Cl. Viri Francisci de Rege Antecessoris Andegauensis coniecturam, qui existimat, fundatorem ideo appellatum esse patronum, quod quondam fuerat dominus eorum ex quibus fundata est ecclesia. Sed & ex literis Ionae Episcopi Augustodunensis, quae extant apud BALVZIVM in append. actor. veter. ad Regin. n. 8. colligimus, non absurdam esse illorum opinionem, qui putant, fundatores ecclesiarum appellatos fuisse patronos a patrocinio, quod illis praestare debent. Nam conditor Ecclesiae montis Buznini (vt est in dictis literis) hanc conditionem apponit in chartula dotis: *Ea videlicet conditione, vt dum nos vel vnus legalium heredum propinquior superstites apparuerimus, non tam iure dominationis & hereditatis, quam defensionis & protectionis in mundibardiam omni tempore vitae nostrae habere valeamus.* Certe Innocentius III. in Concilio Lateranensi c. XLV. adnotauit ius patronatus inuentum esse ad defensionis subsidium. Vt recte obseruatum est ab eodem Antecessore. Idem BALVZIVS ad I. Regino. c. 242. Concilium Triburiense c. 23. iubere, vt si plures vnius ecclesiae patroni fuerint, & conuenire inter illos non potuerat de Presbytero qui illam regat & gubernet, Episcopus ecclesiam claudat & sacrum in ea ministerium celebrari prohibeat donec patronis concordia redeat. Quod antea constitutum fuerat in Synodo Cabillonensi secunda. Agobardus libro de dispensatione bonor. c. 15. reprehendit in Patronis, quod Ecclesias etiam cum iis, quae ipsi non contulere, vendant. Vbi iterum laudatus BALVZIVS: *Origo mali istius petenda est ex concessione rerum ecclesiasticarum, quae viris secularibus facta fuerat. Nam illi Ecclesias sibi datas cum possessionibus retinebant, & ad heredes suos transferebant; vt patet ex lib. 1. Capitularium cap. CX. & libro V. cap. XLIV. Recepto autem semel hoc iure, dubium non fuit, quin, sicut inter heredes diuidi poterant, distrahi quoque & vendi possent, si res ita ferrent. Quod hodie quoque in Gallia obtinet quoad decimas quas vocant infeodatas. Eas enim possessores transmittunt ad heredes suos, aut aliis vendunt, prout animus tulerit.* (2) De superior. territor. §. 13. (3) Iam Concilio Auraficano I. Ann. CCCCXLIV. statutum fuerat: *Eos qui ad Ecclesiam confugerunt, tradi non oportere, sed loci reuerentia & intercessione defendi.* Notandum autem, non modo Ecclesiam, sed & ipsius Ecclesiae atrium & domum Episcopi, siue cohaereat Ecclesiae, siue procul absit, eo donari priuilegio in Concil. Aurelianensi, eaque tum in Codicibus tribus Lugdunensi, Tiliano & Fossatensi notari his verbis: *ab Ecclesiae atriis, vel domo Ecclesiae, vel domo Episcopi*, notante COINTIO ad A. DXI. n. 6. (4) Extat Caroli M. epistola increpatoria ad Monachos S. Martini Turonensis, iubens, vt Clericum Theodulphi Episcopi, qui ad illos post publicum Episcopi sui iudicium confugerat, poenae vt se subtraheret, ei reddant. Quam epistolam primus edidit STEPHANVS BALVZIVS *tom. 1. Capit. p. 413. sequ.* Adde FLODOARDVM *l. 3. hist. Remens. c. 21.* vbi de Hincmaro Archiepiscopo Rhemensi. (5) Vt Basilica S. Litorii & S. Martini, quas ab Ecclesia, id est, a maiore & matrice Vrbis Turonum Ecclesia, distinctas fuisse, contra Marollium ex GREGORIO TVRONENSE pluribus euincit laudatus VALESIVS *Notit. Galliar. voce Turonens.* (6) Vita S. Godehardi apud BROVERVM *c. 5. Baptismalem Ecclesiam in Australi parte ecclesiae nostrae construxit.* Gemblacensis ad A. MCXXV. *olim quippe ecclesiola lignea in eo fuerat, habens priuilegii sui dignitatem, scilicet baptisterium, sepulturam & decimam.* Baptismalis Ecclesiae meminit etiam Diploma Henrici IV. Imp. A. MXLIII. apud RHENANVM *l. 3. Rer. Germanic.*

§. XLVII.

Digitized by Google

§. XLVII.

De nummis Francorum scribit PROCOPIVS l. 3. de bello Gothico: *ex Gallicis metallis nummum cudunt aureum, nec ei, vt mos est alibi, Imperatoris Romani, sed suam inscribunt imaginem. Cum Rex ipse Persarum solitus est, argenteum quidem nummum suo fingere arbitratu, sed aureum sua signare effigie non item: neque magis Reges alii, apud quos etiam aurum nascitur.* Quod, quantum Francorum Reges attinet, iconibus ipsis probat LE BLANC eleganti libro, Gallice scripto, de monetis Francicis *L.* 1. (1) Quanquam male imputat PROCOPIO, quasi scripserit, ante concessionem Iustiniani Imperatoris Reges Franciae effigiem suam aureis nummis non curauisse imprimendam. Non inuiti tamen assentimur ei adserenti, incredibile videri, quod de Rege Persarum (qui, vt ex CASSIODORO constat *VI. var.* 7. & 32. Regis Regum titulo vtebatur) tradit PROCOPIVS: cum Vesigothos quoque Reges auream cudisse monetam, pluribus iconibus probet idem LE BLANC *d. l.* 1. *p.* 59. Caeterum CAROLVS M. constituit, vt moneta non cuderetur, nisi in Palatio: nam Capitul. secundum Anni DCCLXXXV. c. 28. quod relatum quoque est in III. Capitul. c. 13. & VI. c. 284. *De falsis monetis, quia in multis locis contra iustitiam & contra edictum nostrum fiunt, volumus, vt nullo alio loco fiat moneta, nisi in Palatio nostro; nisi forte a nobis aliter fuerit ordinatum.* Conf. eiusdem Capitulare A. DCCCIII. vbi dicitur: *Vt moneta nullo in loco percutiatur, nisi ad curtem*, hoc est, Palatium. Vnde concludit H. CONRINGIVS (2), Episcopos sub Carolo M. & Ludouico Pio ius cudendi monetam nondum habuisse. Quod refellit MABILLONIVS (3), quia hae leges priuilegiis Ecclesiarum non obstiterint; vt innuunt ipsa verba Capitularis: *Nisi forte a nobis aliter fuerit ordinatum.* Species nummorum singulatim recensere prolixum foret. Nisi quod de solidis, quorum creberrima in LL. Franciae populorum mentio occurrit, notandus Hincmari *de vita & actibus B. Remigii* locus. *Solidorum quantitas numero quadraginta denariorum computatur, sicut tunc solidi agebantur, & in Francorum lege Salica continetur. Et generaliter in solutione usque ad tempora Caroli perdurauit, sicut in eius Capitulis continetur.* v. eius Capitulare II. A. DCCCIII. c. 9. & l. 3. Capit. 30. Adde de solidi aestimatione SCHILTERVM (4).

CAETERAE RES, *quae nummo aestimari solent.*

(1) Laudatur & CLAVDII BOVTEROVE *commentarius de moneta Regum Francorum.* (v. CAR. COINTIVM ad A. DCLXXIII. n. 64.) Sed quem non vidimus. (2) De re nummaria in repub. recte instituenda §. 40. & in censura diplomat. Ludouiciani. (3) L. 3. de re diplomat. c. 1. §. 6. (4) Ex. 19. ad Digesta §. 17.

§. XLVIII.

Affines nummis sunt mensurae. Quo pertinent maltra, maldrum siue maltrium & modius. Maltra continebat quatuor modios, modius quatuor quartales. Apud EKKEARDVM iuniorem est de caf. monast. S. Galli c. 1. *de terra avenis centum maltrorum.* v. CAR. CANGIVM (1). Haec duo genera mensurarum superant adhuc in Hassia.

Cui affinis mensura.

(1) Gloss. voce Maltra, maldrum.

Digitized by Google

§. XLIX.

Distinguuntur a subiecto in sacras. Quo pertinent imagines sanctorum.

Caeterae res distinguebantur a subiecto & a modo habendi. A subiecto in res sacras, religiosas, publicas, fisci Regii & priuatorum. Ad res sacras pertinent ecclesiae, de quibus modo diximus, imagines Sanctorum & eorundem reliquiae, siue lipsana. De imaginibus obseruat MABILLONIVS (1), circa eas Latinos tribus in rebus consensisse cum Graecis. „ Primo re„ tinendas & exponendas in aedibus priuatis atque sacris Christi & Sanctorum „ Imagines ad excitandam eorum memoriam, & ad erudiendos simplices ac „ illiteratos Christianos. Secundo colendam & adorandam esse Crucem, non „ quidem adoratione summa & latreutica, ac κατὰ πίστιν, secundum fidem, quasi „ quid diuinum, aut cultu dignum ei inesse credatur; sed honoraria, id est, il„ lam salutando, aut caput inclinando vel procumbendo ad illam, mente ad „ Christum directa. Tertio etiam reliquias sanctorum congruo cultu veneran„ das esse. Quae postrema duo diserte asserunt Ionas & Dungalus in libris suis „ aduersus Claudium Episcopum Taurinensem. At vnum fuisse, in quo Franci „ a Graecis dissidebant: nimirum quod cultum etiam honorarium seu exter„ num Imagini cuilibet denegabant, non tantum absolutum, sed etiam rela„ tiuum (vt vocant) & transitorium. Denique ab Imaginum effractoribus omni„ no recedebant, tum in eo, quod illi Imagines sacras penitus abiicerent; tum „ in eo, quod Imaginum adoratores vocarent idololatras. Quod conuicium „ Latini, saltem nonnulli, Graecis impingi nolebant, ob Imaginum cultum, „ tametsi ab eis dissentirent. *Quae postquam probasset scriptorum testimoniis Ma„ billonius* §. 41. *subiicit:* Ex iis quae hucusque dicta sunt, intelligimus, quae„ nam fuerit Gallorum sententia de cultu Imaginum, & qua ratione explicari „ debeat honos ille diuinus, quem scriptor Carolinus, libellus Synodi Parisien„ sis, Agobardus & Ionas picturis sacris abrogant. Nempe sentiebant Galli „ Imagines honore moderato coli posse, eas scilicet decenti in loco collocando, „ ornando, curandoque, vt quam maxime niterent; & ne puluere sordibusue „ inficerentur. *Postea* §. 42. Quod vero opus Carolinum, libellus Parisiensis, „ & Agobardus vehementius in cultum sacrarum Imaginum inuehuntur, id fa„ ctum ex praeiudicio & praeconcepta opinione immoderati cultus, quem Graeci „ Imaginibus ita deferre censebantur, vt in eis spem suam ponerent, & inter„ num cultum adorationemque eis adhiberent. Quippe προσκυνήσεως vocabulum, „ quo vsi sunt Patres Nicaeni, vehementer Gallos offendit, ratos illam vocem „ in proposita materia legitimum sensum pati non posse: propterea quod ado„ ratio religiosa, qualiscunque sit, aut soli Deo conuenire, aut spiritalem in„ ternumque cultum, quem picturis exhibere nefas, designare videatur. Et „ oscula quidem ac thymiamatum suffitus, cereorumque accensiones Imagini„ bus citra superstitionis culpam concedi non posse putabant. Hinc Auctor Ca„ rolinus ex praeconcepto adorationis, aliorumque rituum Germanicorum „ odio longius progressus est, vt ne eum quidem honorem, qui sacris vasis „ conceditur, Imaginibus tribui pateretur, nimirum propter periculum su„ perstitionis. *De Patribus Synodi Francofurtensis singulatim notat* §. 43. Eos „ duabus offensos fuisse rebus, nempe adorationis vocabulo, & prima inter„ pretatione sententiae Nicenae, quam Carolinus Auctor attulerat. Quippe „ ipsi adorationis vocem non ferentes, omnino Imaginum adorationem & ser„ uitutem

Digitized by Google

» uirutem admittere recuſarunt, ob id ſcilicet, quod iſta vocabula cultum vni
» Deificae Trinitati competentem deſignarent. Quapropter vbi dicunt: *allata*
» *eſt in medium quaeſtio de noua Graecorum Synodo, in qua ſcriptum habe-*
» *batur, vt qui Imaginibus Sanctorum, ita vt Deificae Trinitati, ſeruitium aut*
» *adorationem non impenderent, anathema iudicarentur:* haec verba, *vt Dei-*
» *ficae Trinitati*, ab ipſis Patribus Francofordienſibus adiecta eſſe puto, vt ex-
» plicarent adorationis vocabulum; non vero quod ea legiſſent in decreto Ni-
» caeno, in quo hoc additamentum non reperitur, immo contraria omnino
» ſententia. Quo fit, vt nonnulli exiſtiment, Synodum Francofordienſem ad-
» uerſari, non Synodo Nicaenae, ſed conciliabulo Conſtantinopolitano, quod
» eodem anno (vt aiunt) coactum, ſupremum Imaginibus cultum decreuerit.
» Verum quid de hac re ſentiendum ſit, accurate docet IACOBVS SIRMONDVS in
» admonitione ad Canonem Francofordienſem.

(1) *Praefat. ad Secul. IV. Ord. S. Benedicti §. 28.*

§. L.

Reliquias Franci (1) etiam ſacris rebus accenſebant: iurabant enim ſuper eas, vt infra dicemus, & Capellani Regis easdem cuſtodiebant, vel in proeliis, ſi neceſſitas ingrueret, deferebant (2). v. V. Capit. 1. VII. Capit. 104. Libr. 1. Miracul. S. Dionyſii cap. 21. de Carolo M. proficiſcente contra Saxones: *Hic pignora beatorum Martyrum ſecum ferri fecerat, & cuſtodes clericos qui ſecum proficiſcebantur delegauerat, vti eis viciſſim ſibi ſuccedentibus debita exhiberetur religio.* Vita S. Bertharii Carnot. Epiſc. tom. I. Hiſt. Franc. p. 560. de Clothario II. Rege: *Qui audiens famam beatiſſimi Viri, ſuum conſtituit Archicapellanum, & pignora multa ſanctorum, quae ſecum deferebat, vt unos eſt Regum, ditioni illius conſtituit.* Ceterum ſeculum nonum earum comparandarum erat cupidiſſimum (3). Et reliquias.

(1) Nuncupabant etiam pignora vel pignera. v. GREGOR. TVRONENS. *l. 2. c. 6. l. 10. c. 30. & de gloria Martyr. c. 33.* AIMOINVS *l. 2. de miracul. S. Benedicti c. 19.* (2) MONACHVS SANGALLENSIS de Geſt. Caroli M. l. 1. c. 4. *De pauperibus autem ſupra dictis quendam optimum diffatorem & ſcriptorem in capellam ſuam aſſumſit, quo nomine Reges Francorum propter cappam S. Martini, quam ſecum ob ſui tuitionem & hoſtium oppreſſionem iugiter ad bella portabant, ſancta ſua appellare ſolebant.* (3) Ingenue CHRIST. BROWERVS l. 8. Rer. Treuirenſ. p. 399. edit. poſtremae: *Ea tum aetas, reliquiis vndique conquirendis auida, fas nefasque miſcebat.* Extat etiam grauis Amulonis, Archiepiſcopi Lugdunenſis, epiſtola ad Theotbaldum, Epiſcopum Lingonenſem, aduerſus impoſtores quosdam, *qui Sanctorum martyrum reliquias obtrudebant, nullis legitimis indiciis comprobantes, eas eſſe veras.* Adde Hug. Menardum *in not. ad concord. regular. p. 124.*

§. LI.

De Eccleſiaſticis rebus conſtitutio eſt CAROLI M. quae legitur VII. Capitul. 142. » Nouimus multa regna & Reges eorum propterea cecidiſſe, quia » Eccleſias exſpoliauerunt, resque earum vaſtauerunt, abſtulerunt, alienaue- » runt, diripueruntque, Epiſcopisque & Sacerdotibus, atque, quod magis eſt, » Eccleſiis eorum abſtulerunt, & pugnantibus dederunt: quapropter nec for- » tes in bello, nec in fide ſtabiles fuerunt, nec victores extiterunt, ſed terga » multi vulnerati, plures interfecti verterunt, regnaque vel regiones, & quod » peius, In Eccleſiaſticas.

Digitized by Google

„ peius, regna coelestia perdiderunt, atque propriis hereditatibus caruerunt, &
„ hactenus carent. Quae omnia vetantes, nec talia facere, nec consentire, nec
„ infantibus aut successoribus nostris exemplum dare volumus, sed quantum
„ valemus & possumus, adiuncto Leonis Papae & omnium Episcoporum, quo-
„ rum consilio vsi, hoc egimus spiritu nostro spiritui eorum per Deum & omni-
„ um Sanctorum merita prohibemus, contestamurque, ne talia faciant, & talia
„ facere volentibus consentiant; sed adiutores & defensores atque sublimato-
„ res Ecclesiarum & cunctorum seruorum Dei pro viribus existant. „ Similes constitutiones ediderunt Pipinus & Carolomannus Reges, quibus occasionem, vti arbitror, dedit Caroli Martelli Praefecti aulae factum (1), qui variis bellorum tumultibus impeditus & exhaustus, Abbatias imo & sedes Episcopales laicis hominibus concessit, & pleraque Ecclesiarum in beneficium attribuit, aut certe eo bellis occupato seculares ipsi res Ecclesiae inuaserunt impune, atque alii aliis pro lubitu tradiderunt. Qua de re conquestus est Bonifacius, Apostolicae sedis legatus, *epist. 32. ad Zachariam Papam* verbis hisce: *Modo maxima parte per ciuitates episcopales sedes traditae sunt laicis cupidis ad possidendum; vel adulteris clericis, scortatoribus & publicanis, seculariter ad perfruendum.* Eoque tandem processit mali labes, vt etiam Abbatiae siue virorum monasteria foeminis in beneficium traderentur. Sic Remigius Pipini Regis frater, Anglae cuidam, Theodari vxori, Besuense; sic Clotharius Waldradae pellici Lutrense; alii alia monasteria commiserunt. Hinc fugati tum victus inopia Monachi, coenobia in solitudinem redacta, praedia in precarium quibuslibet concessa, denique periit ordo fere omnis. Vt disserit MABILLONIVS (2), addens egregium locum Fontanellensis Chronographi, istius temporis calamitatem describentis. Conf. omnino CAROL. CANGIVM (3). Porro cum Chilpericus, Francorum Rex, oblationes Ecclesiasticas rescidisset; vt enim GREGOR. TVRONENS. lib. 6. c. 46. de eo testatur, aiebat plerumque: *Ecce pauper remansit Fiscus noster, ecce diuitiae nostrae ad Ecclesias sunt translatae, nulli penitus, nisi soli Episcopi regnant, periit honos noster, & translatus est ad Episcopos ciuitatum. Haec agens assidue, testamenta, quae in Ecclesiis conscripta erant, pleraque disrupit.* Contra alii Reges traditiones illas firmas esse voluerunt. Videatur Constitutio generalis Clotharii I. Regis apud SIRMONDVM *tom. 1. p. 318.* Leges Alemannicae c. 1. Capitularia Francorum IV. c. 19. Caeterum quaecunque Episcopus acquirebat, cedebant Ecclesiae, neque ei permissum erat, ea propinquis suis donare. *V. Capitul. 327.* In vniuersum rerum Ecclesiasticarum alienatio erat vetita. *II. Capit. 29.* Vt etiam commutationes de rebus Ecclesiarum valerent, necessaria erat interuentio auctoritatis regiae. Vt docent Caroli Calui capitula tit. 37. c. 6. & confirmationes Ludouici Pii, quarum plurimas consignauit STEPHANVS BALVZIVS *in not. ad V. Cap. 110.* Praeterea notandum, veteri Ecclesiae consuetudine, quae & in Conciliis (v. Concil. Aurelian. I. A. DXL c. 5. Triburiens. c. 13. IV. Capitul. addit. 58.) & a Romanis Pontificibus confirmata est, res Ecclesiarum quadrifariam diuisas fuisse, vt Agobardus quoque notat *de dispensatione rerum Ecclesiast. cap. 19.* Harum portionem primam pertinuisse ad Episcopum; alteram ad Clericos; tertiam ad alendos pauperes; quartam ad reparationem Ecclesiarum. Quod pluribus probat IOANNES LAVNOIVS supra laudato libro *de cura Ecclesiae pro miseris & pauperibus.*

(1) Hinc

Digitized by Google

(1) Hinc de eius damnatione fabulae Monachorum, quas referre piget. Nimirum existimabant tum nonnulli, actum prorsus de salute eius, qui vel vngue summo, vt ita dixerim, perstringere auderet bona Monasteriorum. (2) *In praefat. secul. 3. Ord. S. Benedicti part. 1. n. 3.* (3) *Gloss. voce Abba Comites.*

§. LII.

De decimis, quae ad Ecclesiam pertinebant, singulatim notandum, inter Christianos ante Cypriani tempora nullam fuisse decimarum dandarum obligationem, vt ex eius epist. 66. recte collegit NICOLAVS RIGALTIVS: *Nam decimae*, inquit, *iure quidem Mosaico debebantur, minime autem iure Christiano.* Visitatae aliquamdiu sportulae (1). Postea vero exolescente sportularum honore, intrauere in Ecclesiam decimae religionis obtentu, ac primo quidem spontanea liberalitate, quasi sportulis haut sufficientibus, oblatae; mox auare & crudeliter exactae. Apud Francos autem non multo ante Caroli M. tempora eas introductas esse, PAVLVS SARPIVS & alii tradunt. Quos erroris conuincit Constitutio generalis Clotharii I. Regis apud SIRMONDVM (2), & Concilii Matisconensis II. An. DXXCV. *can.* 5. apud eundem. Conf. CAROL. CANGIVM (3). Ceterum quod GRYPHIANDER (4) ex GOVELINO PERSONA scribit: Carolum M. decimas in partibus Saxoniae mensae regiae reseruasse, haut dubie falsum est. Nam in Capitulatione de partibus Saxoniae An. DCCXXCIIX. est c. 17. *Secundum Dei mandatum praecipimus*, vt omnes *decimam partem substantiae & laboris sui Ecclesiis & sacerdotibus donent, tam nobiles quam ingenui, similiter & liti, iuxta quod Deus vnicuique dederit Christiano, partem Deo reddant.* Quomodo dispensari debeant decimae est in *VII. Capit.* 375. Ad quas pertinent decimae.

(1) Conf. CASP. ZIEGLERVS *libro de Diaconis & Diaconissis c. 13. §. 11. & sequ.* (2) *Tom. 1. Concil. Gall. p. 318. d. tom. 1. p. 384.* (3) *Glossar. voce decimae.* (4) *De Weichbild. Saxonic. c. 30.*

§. LIII.

Res religiosae sunt sepulcra, siue loca in quae mortui inferuntur. In Concilio Arelatensi (1) VI. c. 21. I. Capitul. 153. & apud Reginonem l. 1. de Eccl. discipl. c. 124. ex Capitulis Synodalibus tit. 150. est: *Vt nullus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat.* Hinc II. Capit. 41. *Vt de sepeliendis in basilica mortuis illa constitutio seruetur, quae ab antiquis Patribus constituta est.* Sane olim lege generali veritum erat, ne quis intra ecclesias sepeliretur, vt docent leges Romanae (2), & pluribus GRETSERVS (3). Postea tamen in Synodo Moguntina sub Carolo M. habita c. 52. statutum: *Vt nullus mortuus intra ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, aut fideles Laici.* Ex quo fonte vt plurimum prodierunt possessiones, latifundia & agri, quibus ditatae & amplificatae ecclesiae. Existimarunt enim fideles, melius sibi futurum post hanc vitam, si virorum ecclesiasticorum precibus adiuuarentur. Atque vt id apud eos obtinerent, curabant inprimis corpora sua sepeliri ad Ecclesias, qua transire solebant viri Ecclesiastici, vt defunctorum memoria renouaretur. Interea res suas delegabant Ecclesiae, vt vel ex hac temporum retributione facilius homines excitarentur ad implorandam Dei misericordiam pro illis, qui dederant, quique iam Religiosas. *Vbi de sepulcris.*

Digitized by Google

defuncti erant. Teſtis Agobardus libr. de diſpenſat. eccleſiaſt. rer. c. 15. vbi ait: *plerosque fidelium pro ſepulturis multa ſacrauiſſe. v. VI. Capit.* 287. 299. 222. & *l.* 7. *c.* 199.

(1) Sic etiam Concilium Braccarenſe primum can. 36. *Item placuit, vt corpora defunctorum nullo modo intra Baſilicam ſanctorum ſepeliantur, ſed ſi neceſſe eſt de foris circa murum Baſilicae det. Nam ſi firmiſſimum hoc priuilegium vsque nunc retinent Galliae ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum cuiuslibet defuncti corpus ſit humandum, quanto magis hoc venerabilium Martyrum reuerentia debet obtinere.* In vita S. Vedaſti eſt c. 10. *Omnis ciuitas locus eſſe debet viuorum, non mortuorum.* (2) V. *l.* 6. *C. Theodoſ. de ſepulcro violato*, vbi egregia in Commentario notat IACOBVS GOTHOFREDVS. (3) *L.* 2. *de funer. Chriſtian. c.* 8.

§. LIV.

Publicas. *Vbi de aerario, tributis & vectigalibus.*

Ad publicas res pertinent aerarium, cui inferri ſolent tributa & vectigalia. Vbi obſeruandum, quod iam ſupra obſeruauimus, Francos, quicunque ingenui erant ac liberi, immunes a tributis fuiſſe (1). (v. GREGOR. TVRONENSEM *l.* 7. *hiſt. c.* 15.) At Gallis, more a Romanis tradito, etiam tributum in ſingula capita vtut filiorum familias puberum fuiſſe impoſita (2). Ceterum eccleſiae etiam de rebus ſoli tributum praeſtabant. Ita Clotharius Rex apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 4. c. 1. indixit: *vt omnes Eccleſiae regni ſui tertiam partem fructuum diſſoluerent.* Apud eundem l. 3. c. 25. Theodebertus tributum omne Aruernis Eccleſiis remiſit. Qua indulgentia quoque Childebertum Regem vſum refert l. 10. c. 7. *v. I. Capit.* 85. *III. Capit.* 86. & *IV. Capit.* 37. Monaſteria quoque erant, quae Regi debebant dona (3) & militiam, vt patet ex veteri notitia a SIRMONDO edita *in tom. III. Concilior. Galliae*, quae dein recuſa eſt a Ducheſnio; & ex Auctore inedito Annalium Anianenſium, quem laudat STEPHANVS BALVZIVS in not. ad Lupum, his verbis: *Erant etiam quaedam Monaſteria ex eis, munera militiamque exercentes.* Quale erat Ferrarienſe teſte LVPO *ep.* 32. & *ep.* 78. Praeter illa porro Monaſteria quae Regi dona militiamque debebant, erant inſuper alia, quae tenebantur ad dona tantum ſine militia. Demum nonnulla erant, quae nec dona, nec militiam, ſed ſolas orationes pro ſalute Imp. ac filiorum eius ac ſtabilitate imperii debebant. Cuiusmodi commemorantur in dicta Notitia. Adde Synodum Vernenſem An. DCCLV. HINCMAR. *op.* 14. *c.* 22. Spicilegium Dacherianum *tom.* 2. *p.* 582. De vectigalibus inſignis eſt conſtitutio Caroli M. in Capitulari ſecundo An. DCCCV. c. 13. quod inſertum II. Capit. 12. „De teloniis „ placet nobis, vt antiqua & iuſta telonea a negotiatoribus exigantur, tam de „ pontibus, quamque & de nauigiis ſeu mercatis. Noua vero ſiue iniuſta, vbi „ vel funes tenduntur, vel cum nauibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia, „ in quibus nullum adiutorium iterantibus praeſtatur, vt non exigantur. Simi„ liter etiam nec de his, qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam de vna do„ mo ſua ad aliam, aut ad palatium, ſeu in exercitum ducunt. Si quid vero „ fuerit, vnde dubitetur, ad proximum placitum noſtrum, quod cum ipſis „ Miſſis habituri ſumus, interrogetur. Et in Capitulari quinto An. DCCCVI. c. 11. *De teloniis & ripaticis, ſicut in alio Capitulari ordinauimus, teneant, id eſt, vt vbi antiqua conſuetudo fuit exigantur; & vbi noua fuerint inuenta, deſtruantur.* Caeterum quaedam res a vectigalibus erant immunes. Synodus Metenſis

An.

Digitized by Google

» An. DCCLVI. sub Pippino Rege c. 6. De teloneis vero sic ordinamus, vt » nullus de victualia aut carralia, quod absque negotio est, teloneum prehen- » dat. De saumis (4) similiter, vbicunque vadunt, & de peregrinis similiter con- » stituimus, qui propter Deum ad Romam vel alicubi vadunt, vt ipsos per » nullam occasionem ad pontes & ad exclusos, aut nauigio non teneatis, nec » propter scrippa sua ullo peregrino calumniam faciatis, nec vllum teloneum » eis tollatis. Et si aliquis hoc fecerit, qualiscunque homo hoc comprobaue- » rit, nos de sexaginta solidis triginta illi concedimus, & illi alii in sacellum » Regis veniant. « Et in Capitulari quinto Ludouici Pii A. DCCCXIX. c. 16. quod insertum IV. Capit. 59. Vt nullus ad Palatium vel in hostem pergens, vel de hoste rediens, tributum, quod Strasturas (5) vocant (in Herodiana editione mendose legitur *tracturas*, in aliis *trasturas*, *transturas*. v. CAROL. CANGIVS *gloss. voce transitura.*) vocant, soluere cogatur. Qui portoria recipiebat, dicebatur Tolonearius (6).

(1) Quae conjecta dicebantur, vt obseruat BIGNONIVS *ad 1. formul. Marculfi c. 3.* (2) Quam graue hoc tributum fuerit, colligere inde est, quod sub Balthilde Regina eiusque filio plurimi patres natis filiis mortem imprecabantur, quos sibi duplici onere futuros videbant, & eos pene nutriebant inuiti, quorum nomine tributum fisco inferre cogebantur. Quidam etiam miseros infantes exponere aut necare non dubitabant. Praeterea multi in Galliis, praesertim iudaei venalitiarii, mancipia Christiana in exteras regiones inuita vendere consueuerunt. (3) Dicebantur Eulogiae, & primum gratis dari solebant, post quasi debita sub nomine donorum a monasteriis exigebantur, vt obseruauit HADR. VALESIVS *l. 21. Rer. Francic. ad A. DCXXLV.* (4) Hoc nomine *clitellaria iumenta intelligi*, scribit B. Rhenanus l. 2. Rer. Germ. (5) Quod vocabulum est Germanico barbarum compositum ex Straſs & Steuren, & significabat contributionem ob vsum viae. Hodie dicimus Weggeld. In LL. Longobardicis l. 1. tit. 14. c. 16. vocatur tributum transitorium. (6) Meminit eius HINCMARVS *opusc.* 35. v. CAROL. CANGIVS glossar. h. V.

§. LV.

Res fisci erant, quae pertinebant ad Regem, vt pluribus probat CAROLVS CANGIVS (1). Nimirum Reges Francorum propria habebant bona. Quod in Orientali Francia apud Imperatores quoque nostros diu obtinuit. Huc etiam pertinebant forestae Dominicae. vid. *IV. Capitul. 65.* Reliqua ad fiscum regium spectantia colligi possunt ex Capitulari Caroli M. de villis, quod H. CONRINGIVS edidit, & tomo I. Capit. inseruit STEPHANVS BALVZIVS, & in charta diuisionis Ludouici Pii apud eundem BALVZIVM *d. tom. 1. p. 577.* Fisci.

(1) Gloss. voce Fiscus regius.

§. LVI.

A modo habendi res distinguuntur in beneficia (quae post feuda nuncupata) & alode siue allodia. Quae distinctio fuit Francorum propria, & ab his in alios populos deriuata. Vt propterea feudorum institutum Francis non immerito acceptum referatur, nisi quod Romani iis praeiuisse videantur. Olim etiam dicebantur fisci. Vt alibi demonstrauimus, *de feud. obl. part. 1. §. 2.* Add. CAROLVM CANGIVM *voce Fiscus & voce feudum.* Nimirum quia Reges terras fisci A modo habendi in beneficia.

Digitized by Google

Regii fidelibus ſuis concedebant in beneficia (1). Quanquam poſtea Epiſcopi quoque & Abbates & Comites aliis beneficia dederint. Hinc alii Vaſſi Dominici ſiue Imperatoris, III. Capit. 64. & 74. IV. Cap. 69. alii Vaſſi Epiſcoporum, Abbatum, Comitum. III. Capit. 51. 75. 82. IV. Capit. 69. LL. Alemannicae c. 36. Vaſſi idem quod Vaſalli. Quanquam Vaſalli interdum quoque dicerentur, qui beneficium nondum habebant, vt probauit BIGNONIVS *in not. ad Marculf. l. 1. c. 18. p. 499.* Quam ſingularis cura Caroli M. circa beneficia fuerit (2), diſcere eſt ex eius Capitul. A. DCCCVII. c. 7. Capitul. III. A. DCCCXII. c. 7. Vaſſos, qui beneficium a Rege habebant, inconſulto Rege, filias ſuas in matrimonium collocare non auſos, diſcimus ex libello de vita Godebertae virginis. Adde HADRIAN. VALESIVM (3).

(1) ALTFRIDVS vit. S. Leudgeri l. 1. *Dedit igitur Carolus* (Martellus) *Wrſſincho beneficium in confinio Freſonum.* Hincmarus in narratione de villa Nouiliaco c. 4. *Dominus Ludouicus Imperator donauit ipſum villam Nouiliacum Donato in beneficio.* Villare militi victori conceſſit Carolus M. in charta A. DCCXCV. apud STEPHANVM BALVZIVM in *appendic. act. veter. ad Capitular. n. 19.* (2) In III. Capit. 82. eſt: *Non ſolum beneficia Epiſcoporum, vel Abbatum, Abbatiſſarum atque Comitum, ſiue Vaſtorum noſtrorum, ſed etiam fiſci noſtri, deſcribuntur in breue.* Vbi obiter notandum, breues tum dici conſueuiſſe, quos vulgus hodie rotulos & inuentaria vocat. Vt ad Capitula Karoli Calui obſeruauit IACOBVS SIRMONDVS. Inde inbreuiare eſt in iisdem Capitulis. (3) L. 21. Rer. Franc. ad A. DCLXVIII.

§. LVII.

Et alodia. Alode ſiue Alodia denotabant vel res proprias quascunque, vel κατ' ἐξοχὴν auitas ſolum. Hinc crebra oppoſitio occurrit inter alodia, & noue comparata ſiue acquiſita. Vt alibi docuimus (1). Vnde ſimul pateſcit origo eius vocabuli ab Alt ſiue Ael (quae dialectus adhuc hodie in Wetterauia eſt) hoc eſt, vetus, & Od ſiue bonum. Quod itidem alio loco demonſtrauimus (2).

(1) Part. 2. de feud. oblat. §. 11. (2) D. libro part. 1. §. 2.

§. LVIII.

De quorum acquirendi modo agitur. Reſtat, vt de modis acquirendi, nec non conuentionibus dicamus. Teſtamenta Franci non vſurpabant, traditionibus inter viuos, quod in alium transferre volebant, conficientes (1), quarum modus deſcribitur *IV. Capitul. 19.* Quanquam Epiſcopi ea ſenſim introduxerunt (2), tum ad amplificanda eorum bona; tum ad manumittendos ſeruos, qui vrbes redderent frequentiores; tum etiam vt rigorem Legum, liberos naturales & filias etiam legitimas ab hereditate excludentium, teſtamentis corrigerent. v. *l. 2. formul. Marculfi c. 12. c. 17. append. ei. formularum c. 52. form. Lindenbr. c. 72. form. Baluz. c. 7. c. 28. c. 29. & alibi paſſim.* Conf. GREGOR. TVRONENS. *l. 6. hiſt. c. 36. c. 45. & l. 7. c. 7.* Ab inteſtato ſecundum LL. Salicas & alias in alode, ſiue terra paterna, filia non ſuccedebat. Nam ita Lex Salic. *tit. 62.* vt eam ope manuſcripti Regii emendauit BIGNONIVS: *De terra vera Salica nulla in mulieres hereditatis tranſeat portio, ſed virilis ſexus totam terram proprietatis ſuae poſſideat.* Lex Ripuariorum tit. 56. *Dum virilis ſexus extiterit, foemina in hereditatem auiaticam non ſuccedat.* Lex Saxonum c. 39. *Pater aut mater defuncti filiis, non filiae hereditatem relinquant.* Certe ſi quid filiae vel ſorori dederunt (quod *Phaderphium*, quaſi Vatervieh, dictum

Digitized by Google

dictum fuisse docet SCHILTERVS *Ex.* 36. *ad Digesta* §. 68.) hoc merae liberalitatis fuit. Ius vicariae successionis, quam vulgo repraesentationem vocant, introduxit Childebertus Fr. Rex A. DXCV. c. 1. vi cuius nepotes ex filio vel filia in locum parentum transierunt. vid. BALVZ. *tom.* 1. *Capit.* Traditione symbolica per festucam sc. vsos fuisse, constat ex LL. Salicis, in quibus ea *adfatomia* vocatur. De qua voce & more videatur WENDELINVS glossar. Salic. *voce adfatomia* & *voce festuca.* Praescriptio apud eos, nisi tricennaria, aut quadragenaria, non obtinuit. vid. Constitut. Clotharii I. Franc. Reg. Ann. DLIX. apud Cointium ad a. A. n. 2. *V. Capitul.* 389. *VII. Capitul.* 248. *IV. addit. ad Capitul.* 171. Inter pacta & contractus differentiam ratione obligationis haut statuerunt. Permutatio eandem quam emtio habebat firmitatem. *VI. Capitul.* 152. *VII. Capitul.* 417. Conf. *LL. Baiwariorum tit. XV. c.* 8. Contractum chirographarium ignorabant: nam vt est VI. Capitul. 149. *Pacta & placita, quae per scripturam legitime ac iustissime facta sunt, dummodo in his dies & annus sit euidenter expressus, nullatenus mutare permittimus.* Conf. eiusd. libri *VI. Capitul.* 416. & 346. & *V. Capit.* 368. *Leges Baiuuariorum tit. XV.* §. 12. & 13. Contractum peculiarem habebant precariam vel praestariam, vi cuius quis vsumfructum rei, plerumque suae, sub annuo censu ab Ecclesia consequebatur. Et quidem *praestariam* dabat Ecclesiae Rector, qui rem in praestitum concedebat, & quibus legibus eam concederet, exponebat; *precariam* petitor, qui rem precario accipiebat, qua censum & alias conditiones impositas expleturum se profitebatur. Quanquam haec duo vocabulo interdum confusa legimus, quia res, quae precario tenebatur praestata vel praestita dicebatur, id est, ad certum tempus tradita, *preslée. Lib.* 1. Antiquitat. Fuldensium apud PISTORIVM pag. 459. Lustrat quidem tria mancipia donans monasterio Fuldensi, Abbati Ratgario significat se mancipia illa donare ea conditione, *vt & ego illis, vsque dum huius vitae curricula patior, & sustentationem per vestram precariam.* Innumera ferme sunt istiusmodi exempla in his libris Antiquitatum Fuldensium & alibi. Charta Salomonis Abbatis sancti Galli apud GOLDASTVM in tomo secundo rerum Alamannicarum pag. 69. *Complacuit nobis, vt res quas nobis tradidit Ingelboldus per hanc precariam ei praestaremus.* Supra pag. 65. *praestaria in quinquennio renouata,* iuxta legem de precariis renouandis, quam REGINO refert infra cap. CCCLXV. huius libri. Precarias ergo dabant & hi qui rem praestabant. Porro pro his verbis dicebant etiam precationem, petitionem, praestationem, beneficium, vt patet ex laudatis Antiquitatum Fuldensium libris. Vsuras non permittebant. *I. Capitul.* 4. *V. Capitul.* 38. Ne exteris, inprimis Auaribus & Slauis, arma aut bruniae vendantur, constitutum *III. Capit.* 6. Conf. *c.* 75. & *VI. Capit.* 273. Qui exigebat debitum, quod compensandum erat, quasi plus petens, causa cadebat. *VII. Capit.* 303.

(1) Tradere autem vocabant guerpire, werpire, gurpire. v. CAROL. CANGIVS *glossar. his vocib.*
(2) Testamentum Perpetui, Turonensis Episcopi, cuius meminit GREGOR. TVRONENSIS *l.* 10. *hist. c.* 12. extat apud DACHERIVM *tom.* 5. Spicil. S. Aredii Abbatis, de quo idem TVRONENSIS *d. l.* 10. *c.* 29. exhibet Ruinardus *in appendic. Turon. oper. p.* 1309. *sequ.* S. Remigii CHIFFLETIVS *in disquisit. de ampulla Remensi c.* 3. A quo diuersum, quod post BRISSONIVM & AVBERT. MIRAEVM profert PONTANVS *l. c. origin. Franc. c.* 3. sed spurium & confictum, vt cum HADR. VALESIO *l.* 6. *Rer. F.* [illegible] CHIFFLETIVS. Sane meminit Neustriae, vocabuli diu post orti, vt in

Digitized by Google

CAPVT IV.

DE SVMMA POTESTATE ET SVBIECTIONE VETERVM FRANCORVM.

§. I.

Populus Francorum *a prima origine fuit sui iuris, nec Romanis.*

FRancos, cum adhuc in Germania transrhenana agerent, ἀυτεξουσίους siue sui iuris fuisse, abunde euincunt tot bella, & vicissim foedera cum Romanis. Quod igitur a IORDANE de reb. Getic. c. 34. Aetius laudatur, *rebus Romanis singulariter natus, qui Suevorum superbiam Francorumque barbariem immensis cladibus seruire Romano Imperio coegerit*, tantum eo pertinet, Francos & ex Alemannis Iuthungos, post aduersa proelia factamque pacem, Romanis contra hostes auxilium tulisse. Plane vt Meroueus, Francorum Rex, bello Hunnico fecit, & Flauius Vopiscus in libro de vita Probi Aug. scribit: *Germanos omnes*, hoc est, Francos & Alemannos, cum a Proculo solicitarentur, *Probo seruire, quam cum Proculo esse maluisse.* Apud CLAVDIANVM est de IV. Honorii Consulatu:

Ante tubam nobis audax Germania seruit.

Idem I. 1. in EVTROPIVM:

Ante pedes humili Franco tristique Sueuo
Perfruor & nostrum video Germania Rhenum.

Nisi forte hoc de cisrhenanis Franciae populis intelligendum. Panegyricus in epithalamio Maximiani & Constantini c. 8. *Huius cum fratre rursus ac saepius expeditionibus domita Germania aut boni consuluit vt quiescat; aut laetatur, quasi amica, si pareat.* Falsum autem est, quod CASSIODORVS Senator (tametsi eum & Auctor histor. Miscellae in libro XI. & Sigebertus in Chronico sunt secuti) *libro IV. historiae Tripartitae* scribit: Constantem *gentem Francorum, circa Gallias positam, ac tum Romanis infestam, oppressisse & Romano Imperio subiecisse.* Nam LIBANIVS in oratione *de rebus gestis Constantii ac Constantis Impp.* tantum dicit, Francos sine proelio domitos ac repressos a Constante, ne depopularentur amplius Gallias: & Francis, si absistant bello, seruitutis instar esse; a rapinis temperare, detrimenti. Addit LIBANIVS: ceteras Barbaras gentes, maiores ac minores, quae modo singulae per se, modo iunctis viribus, vniuersae finitimas prouincias continuis eruptionibus latrociniisque vexauerant, vbi Francos, cunctis antea terribiles, metu perturbatos, pacem petiisse atque domum rediisse compererunt, consternatas similiter, velut detracto sibi capite, quieuisse. Quare apud AVRELIVM VICTOREM, & ZOSIMVM, & in libro de vita & moribus Imperatorum dicitur Constans exterarum gentium (id est, Francorum, & Pictorum, Alamannorumque) motus compressisse, nihilque *a Barbaris metuisse: & eximia forma pueros redemtae pacis obsides ab illis accepisse.* Conf. HADR. VALESIVM (1). Quod vero in inscriptione apud Onufrium vocantur *Impp. Caesares. C. Aurelius. Valerius. Diocletianus. Iouius. & Marcus. Aurelius. Maximianus. Herculius. IIV. Imperatores. Pii. Felices. Augusti. Persici. Francici. Alemannici. Gothi-*

Digitized by Google

thici. Germanici; & in alia, quam idem Onufrius profert, *Imp. Caeſar. D. Conſtanti. Filius. Flauius. Conſtantinus. Max. Victor. ac. Triumphator. Pius. Felix. Invictus. Aug. Germanicus. Sarmaticus. Francicus. Gothicus. Vandalicus;* arrogantiae Romanorum tribui conuenit, etiam ob partam ſemel ſine imperio victoriam, eiusmodi titulos Impp. vindicantium. Quem morem Theodebertus, Francorum Rex, non modo indigne ferebat, ſed & alios vt dedecoris participes irritabat, quod, vt narrat AGATHIAS l. 1. hiſtor. *Juſtinianus Imp. Francicum ſe, Alemannicum, Gepidicum, Langobardicum ſcriberet, aliarumque etiam gentium titulis ſe iactaret, quaſi earum omnium debellator ac dominus.* Et iam ob id bello ſe accingebat, nactis in ſocietatem Gepidis atque Longobardis, vt Conſtantinopolis Vrbis expugnatione tanta Imperatoris vanitas diſueretur, cum ſubita mors eius conatum intercepit. Equidem Clodoueus a Flauio Anaſtaſio Aug. codicillos, quibus Conſulatus (hoc eſt, Patricia dignitas, vt pluribus probat HADR. VALESIVS (2)) ei deferebatur, cum tunica purpurea & chlamide coronaque aurea, gemmis diſtincta, accepit, vt GREGORIVS TVRONENSIS, HINCMARVS, RORICO ac SIGEBERTVS tradunt. Enimuero haec honoris teſſera in argumentum ſuperioritatis alicuius trahi non debet. Nam & Odoacer & Theodericus, alter poſt alterum, ab Imp. Zenone Patritiam dignitatem pro ſummo munere acceperunt. Et Sigismundus, Gundobadi filius, Burgundionum Rex, ab Anaſtaſio Auguſto Magiſter militiae ac Patritius factus, exemplo Gundiuci aui ſui & maioris patrui Chilperici, qui ſub vltimis Impp. Occidentis Magiſtri militum eſſe ac dici, quam Reges Burgundionum appellari maluerunt. Quas dignitates, vt recte vidit idem VALESIVS, conferre non Imp. decorum magis, quam petere atque accipere Regibus vtile fuit, vt ſc. gentes Occidentales, Imperio nominique Romano dudum aſſuetae, quemadmodum pleraeque tum Imperii Orientis Prouiciae a Patriciis regerentur, & nouum Barbarorum imperium minime aſpernarentur, quos Romanis officiis & dignitatibus honoratos pro Romanis eſſent habiturae. Certe poſtea Theodebertus, Childebertus & Clotharius Francorum Reges in nummis, quod ectypa eorum apud LE BLANC (3) probant, Auguſti dicti, vt tamen Romanis nihil eo nomine deberent. Praeterea vt Franci ab Imperii legibus ſe immunes profiterentur, neque Coſſ. neque indictionum rationem habuerunt, quod aliis populis in vſu erat, tantum Regum ſuorum principatu ſeriem temporum numeraſſe contenti, ceu obſeruauit MABILLONIVS (4).

(1) L. 1. Rer. Francic. ad A. CCCXLII. (2) L. 6. Rer. Francicar. p. 300. ſequ. (3) Traité hiſtorique des monoyes de France p. 52. ſequ. p. 61. (4) L. 2. de re diplom. c. 24. §. 1.

§. II.

Nec Romano Pontifici obnoxius.

Poſtquam autem Franci Chriſtianam religionem, & cum ea Romana ſacra ſuſceperunt, magna quidem Romani Pontificis apud eos fuit auctoritas, nullam tamen eidem in ſe poteſtatem permiſerunt. Ipſi Pontifices ſummo ſtudio & fauore Reges Francorum proſequebantur, odio Graecorum, ob deiectas a Leone & Conſtantino Impp. imagines, & metu a vicinis Langobardis. Hinc mirum non eſt, Ordines regni Franciae & Pipinum Zachariae Pontificis aſſenſum in exauctorando Childerico expetiiſſe (1). Nam ita Annales Francorum ad An. DCCXLIX.

Digitized by Google

DCCXLIX. in anno supra septingentesimum octuagesimo nono desinentes, apud DVCHESNIVM *tom. 2. p. 4. Zacharias Papa per Fulradum mandauit, vt Pipinus ad Regem leuaretur.* Annales Francorum ad An. DCCXLIX. qui desinunt in Anno DCCCXIV. apud eundem DVCHESNIVM: *Burgardus Wurzburgensis Episcopus, & Folradus missi fuerunt ad Zachariam Papam, interrogando de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regalem potestatem, si bene fuisset an non? Et Zacharias Papa mandauit Pipino, vt melius esset illum Regem vocari, qui potestatem haberet, quam illum, qui sine Regali potestate manebat, vt non conturbaretur ordo. Per auctoritatem ergo Apostolicam iussit Pipinum Regem fieri.* Similia traduntur in Annalibus Reuberianis ad Annum DCCXLIX. DCCL. in Annalibus Fuldensibus ad Annum DCCLII. Adde Theophanem, Byzantinum historicum, sec. IIX. Anastasium, Romanae Ecclesiae Bibliothecarium, in historia Ecclesiaca & vita Stephani II. & quae noue contra NATALEM ALEXANDRVM disputauit (2) FRIDERICVS SPANHEMIVS (3). Postea cum fama tempore Ludouici Pii esset, venire Gregorium IV. Papam, vt tam Ludouicum, quam Episcopos excommunicaret, nisi promta obedientia mandata eius implerent: inuenit Gregorius haud ignavos suique gradus memores Episcopos: itaque palam edixerunt, irritam fore eam excommunicationem & in auctorem recasuram. Insignis ea de re locus est in vita Ludovici Pii c. 14. ad Annum DCCCXXXIII. a viris doctis saepe laudatus. Aiebant Episcopi: *Si excommunicaturus aduenisset, excommunicatus abiret, quum aliter se habeat antiquorum canonum auctoritas.* Quod autem idem Ludouicus Aug. *iubente Gregorio Pontifice, cum aliorum Episcoporum iusto iudicio,* vt Nithardus scribit, Iuditham coniugem recepit, id maioris auctoritatis gratia factum, vt demonstrauit PETRVS de MARCA (4). Abhinc Nicolaus I. Pontifex iudicem egit in causa diuortii Lotharii & Thiedbergae, non sane ex priuilegio sedis suae, sed quia ab vtraque parte iudex electus erat. Nam ita ipse scribit ep. 50. & apud REGINONEM l. 2. de disciplin. eccles. c. 113. & 114. *Cum nos ex vtraque parte, id est, tam a Rege, quam Regina, fuerimus prouocati iudices.* Illud certum est, sub Carolidis Francorum Regibus Pontifices Romanos iis non modo sacramentum dixisse, sed & eorundem electionem sine Missorum regiorum praesentia factam fuisse irritam. Vt alibi fusius probatur & optime docuit STEPHANVS BALVZIVS (5). Primus Bonifacius, Vicarius Romani Pontificis per Germanias Galliasque, variis coactis Synodis, disciplinae instaurandae obtentu (quales fuere Germanica, Liptinensis, Suessionensis) id praecipue agebat, vt in Synodalibus conuentibus Episcopi confiterentur, *se vnitatem & subiectionem Romanae Ecclesiae fine tenus vitae suae velle seruare, S. Petro & Vicario eius subiici, & per omnia Petri praecepta Canonice sequi desiderare.* Vt docet eiusdem Bonifacii ep. 105 (6). Post excessum Ludouici Pii, inter dissensiones eius filiorum ferales & tot turbas, Pontifices erigere altius supercilium coeperunt. Hinc OTTO FRISINGENSIS l. 6. Chronic. 3. de excommunicatione Lotharii a Nicolao I. Pontif. facta: *Vide*, inquit, *iam regno decrescente, Ecclesiam tantae auctoritatis factam, vt etiam Reges iudicet.* Eoque non parum contulerunt spuriae illae Pseudo Isidori Mercatoris epistolae (7), de quibus infra agitur. Idem Nicolaus Pontifex, vt est in Annalibus Bertinianis ad An. DCCCLXV. *Arsenium, Ostiensem Episcopum & Consiliarium suum, cum epistolis ad Ludouicum & Carolum fratres, sed & ad Episcopos ac Proceres regnorum*

Digitized by Google

gnorum illorum ea, quae Lotharius per fratrem petierat, continentibus, non cum Apostolica mansuetudine & solita honorabilitate, sicut Episcopi Romani Reges consueuerunt in suis epistolis honorare, sed cum malitiosa interminatione transmittit. Non defuere tamen, qui se ausibus hisce opponerent. Cum enim idem Nicolaus Guntherium Colonienſem & Thetgaudum Treuirenſem excommunicaret, (v. Nicolai ad Rodulfum Bituricenſem eiusque Coepiſcopos, & Lotharii Regis epiſtolam ad Nicolaum An. DCCCLXIV. apud SIRMONDVM *tom.* 1. *Concil. p.* 238.) reſtiterunt acriter, vt literae eorum in Annalibus Francorum teſtantur. Et cum ab Hadriano Pontifice Hincmarus Remenſis iuberetur, vt Carolum Caluum, quod, mortuo fratre Lothario, is prouincias eius occupaſſet, neque ad mandata Hadriani decedere vellet, excommunicaret, non paruit HINCMARVS, ſed reſcripſit ex ſententia Conuentus Rhemenſis: *regni negotia ad Pontificem nihil attinere, nec Francos adductum iri, vt credant, ſe ſaluos eſſe non poſſe, niſi illi pareant Regi, quem Apoſtolicus commendaret.*

(1) Teſtimoniis, quae ſequuntur, adde CHILDEBRANDVM Comitem *in continuatione Chronici Fredegarii c.* 117. *in calce.* &c clauſulam veteris Codicis Dionyſiani, ipſo Pippino regnante ſcripti, quam libro GREGORII TVRONENSIS de gloria Confeſſorum ſubtexuit Ruinartus. (2) Alexandro acceſſit Ludouicus GENDRAEVS *in hiſtoria Franciae Regum primae & ſecundae ſtirpis Gallice An.* MDCC. *Pariſiis edita tom.* 2. Ante NATALEM ALEXANDRVM prolixe pro eadem ſententia diſſeruit COINTIVS *Annal. Eccleſ. ad An.* DCCLII. *n.* 16. *& n.* 41. *ad n.* 69. (3) *In hiſtor. Chriſtian. ſec.* IIX. *ſect.* 4. §. 6. (4) *L.* 3. *Marcae Hiſpanicae.* (5) *In not. ad epiſtolam Gregor. IV. quam ſubiecit operibus Agobardi.* (6) *In tom.* 6. *Concil. vniuerſ. ad An.* DCCXLII. (7) En ſpecimen inſigne! Scripſerat quondam Gelaſius Pontifex in epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem: *Duo quippe ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ſacrata Pontificum & regalis poteſtas.* Quam lectionem praeter ceteros confirmant Hincmarus, Remenſis Archiepiſcopus, & Patres Concilii apud S. Marcum habiti, immo in Concilio Pariſienſi An. DCCCXXIX. At falſarius ille id ita emendauit: *Duae quippe ſunt Imperatrices Auguſtae, quibus principaliter &c.* Vnde irrepſit in *V. Capitul.* 319. vbi hoc notauit STEPHANVS BALVZIVS.

§. III.

Igitur intra regnum Francorum ſumma rerum fuit. Num vero penes eorum Reges ſumma poteſtas extiterit, prius disquirendum eſt. Et quae primorum Ducum ſiue Regum (nam Regis Francorum nomen ante Eugenium Tyrannum apud auctores non occurrit) poteſtas fuerit, non ſatis conſtat (1). Etenim adhuc ſub Clodoueo Regem praedae partem cum militibus ſortitum, indicat hiſtoria vrcei apud GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 2. *hiſt. c.* 27. & Reges in Conciliis a populo Duces delectos, docere videtur Remigius, Remorum Epiſcopus, in Epiſtola ad Clodoueum miſſa, his verbis: *Rumor ad nos magnus peruenit, adminiſtrationem vos ſecundum rei bellicae ſuſcepiſſe. Non eſt nouum, vt coeperis eſſe, ſicut parentes tui ſemper fuerunt* (2). Quibus verbis nihil aliud, niſi fallimur, innuit Remigius, quam Clodoueum Regem in Campo Martio delegatam ſibi iterum a populo armato curam magni alicuius belli, ſummamque imperii ſuſcepiſſe. Sub Clodouei poſteris penes Ordines ac populum ſummam rerum fuiſſe, contendit HOTOMANNVS (3). Cui conſequens, regium nomen nonniſi temperamentum ariſtocratiae aut popularis poteſtatis, ſiue, vt ipſe vocat, mixtam e tribus formis rempubl. fuiſſe. Inter argumenta eius praecipua ſunt: Childericum, Clodouei M. patrem, quod nobiles matronas virginesque ad ſtuprum ra-

PENES REGES FVIT SVMMA RERVM.

Digitized by Google

peret, regno expulsum & ad necem conquisitum, in eius autem locum Aegidium Romanum, a Francis suffectum, annos octo regnauisse. Vt de eo scribunt GREGORIVS TVRONENSIS *l.2. hist.c.12.* FREDEGARIVS Scholasticus, AIMOINVS, RORICO, alii. Childericum II. insolentius se in imperio gerentem, abdicatum, & insidiis Bodilonis, quem ad stipitem alligatum virgis caedi iusserat, interfectum, quod in gestis epitomatis c.45. memoratur his verbis: *Childericum Francos valde oppressisse, hos propterea ad iram incitatos, Ingebertum videlicet & Amalbertum & reliquos maiores natu Francorum, seditionem contra ipsum Childericum excitasse.* Quae verba prope exscripsit Continuator FREDEGARII c. 95. AIMOINVS l. 4. c. 44. Theodoricum III. regno deiectum & in monasterium detrusum, de quo idem A. gestor. Francor. epitom. c. 45. & FREDEGARII continuator c. 94. Childericum III. denique vltimum Merouingicae stirpis propter inertiam regno se abdicare coactum. Quibus addit HOTOMANNVS exemplum Caroli Crassi, similiter ob ignauiam, ab Optimatibus regni, vt Sigebertus loquitur, repudiati. Eodemque pertinet exemplum Ludouici Pii An. DCCCXXXIII. Concilii auctoritate regno pulsi. Cuius exauctorationis acta apud Compendium Palatium extant apud DVCHESNIVM (4) & SIRMONDVM (5). His exemplis accedit, quod scribit GREGORIVS TVRONENSIS *l.9. histor. c.30.* post mortem Clotharii Regis populum Turonicum sacramentum dixisse, & similiter Regem cum iuramento promisisse: *vt leges consuetudinesque nouas populo non infligeret, sed in illo, quo quondam sub patris dominatione, statu vixerint, in ipso hic eos deinceps retineret.* Adhaec praecipua regni negotia in conuentibus Procerum & populi agitata, de quo infra. Enimuero argumentis hisce parum roboris inest: nam primo paucorum & quidem factiosorum facta minus recte pro permisso iure quis nominauerit, cum & Regibus, summa potestate citra controuersiam praeditis, idem ex iisdem similibusque causis accidisse legamus. Quare etiam exempla abrogati Regibus Imperii a Concilio non statim probant summam potestatem Concilii, nisi ex formula & descriptione reip. constet, iura imperii esse diuisa. Quanquam exemplum supra adductum de Chilperico deiecto & Aegidio Romano in eius locum substituto non infirmis argumentis commentitium esse probat P. DANIEL *Dissert.* 1. de quo infra. Impiam illam ac nefandam Ludouici Pii exauctorationem posteritas damnauit (6), neque quisquam hactenus infamem illam Principis optimi deiectionem excusare aggressus est. Deliberatio in conuentibus populi non semper partitionem summae potestatis, sed tantum temperationem indicat, vt ciuilis prudentiae Magistri nos docent. Apud Francos sane conuentus hi ex Optimatibus, Regi singulariter obnoxiis, puta Episcopis, Ducibus, Abbatibus, Comitibus constabant; Rex deliberanda proponebat, & quam vellet sententiam probabat, etiam in Synodis ecclesiasticis. Vt infra *c.* 5. §. 5. & 9. in loco probabitur. Iam & argumenta complura habemus, Reges solos summam rerum tenuisse. GREGORIVS TVRONENSIS *l.5. hist. c.* 19. memorat, se a Rege Chilperico increpitum respondisse: *Si quis de nobis, o Rex, iustitiae tramitem transcendere voluerit, a te corrigi potest. Si vero tu excesseris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, sed si volueris, audis: si autem nolueris, quis Te condemnabit, nisi is, qui se pronunciauit esse iustitiam?* Milites apud eundem GREGORIVM TVRONENSEM l. 2. c. 27. ad Clodoueum aiebant: *Omnia, gloriose Rex, quae cernimus tua sunt, sed & nos ipsi tuo sumus dominio subiugati. Nunc, quod tibi beneplacitum*

Digitized by Google

tum videtur, facito. ***Nullus enim*** *potestati* ***huic resistere valet.*** Quod si nunc per iura summi imperii **praecipua** ire libeat, pleraque Reges exercuisse solos deprehendemus: Synodos **enim** ecclesiasticas conuocabant; Magistratus, siue ecclesiasticos, siue profanos, **pro** lubitu suo conferebant; bella & foedera faciebant; tributa imponebant & **remittebant**, delictis veniam dabant, Episcoporum etiam excommunicationem **soluebant.** Quae & aliae testimoniis confirmare facilimum esset. In vniuersum ius circa sacra penes Reges fuit (7). Carolus M. in praefat. librorum de **non adorandis** imaginibus, & Synodus habita apud Theonis villam An. DCCCXLIX. can. 1. ait: *Ecclesiam Principibus commissam esse ad regendum.* Vnde & **Episcopi** in Synodo Parisiensi congregati An. DCCCXXIV. scribentes ad Lotharium & Ludouicum aiunt: *ipsos Principes vniuersam Dei Ecclesiam, Domino dispensante & committente, gubernare.* Iidem in eiusdem Concilii canon. 2. *Quia bene nostis,* inquiunt, *ab illo, qui solus merito & Rex & sacerdos fieri potuit, ita ecclesiam dispositam esse, vt Pontificali auctoritate & regali potestate gubernetur.* Et **Ludouicus** Pius in Capitulari An. DCCCXXIII. c. 3. quod continet admonitionem **generalem** ad vtriusque Ordinis homines, id est, Episcopos & Comites, & legitur quoque 2. Cap. 3. *Quanquam,* inquit, ***summa*** *huius* ***ministerii*** *in nostra persona consistere videatur, tamen & diuina auctoritate & humana ordinatione ita per partes diuisum esse cognoscitur, vt vnusquisque vestrum in suo loco & ordine* ***partem nostri ministerii*** *habere cognoscatur.* Adde P. DE MARCA l. 2. *de concord. regni & sacerdot. c.* 1. Sigebertus, Metensium Rex, in epistola (8) ad Desiderium 79. edita a MARQVARDO FREHERO & ANDREA DVCHESNIO: *Sic nobis cum nostris Proceribus conuenit, vt sine nostra scientia Synodale Concilium in nostro regno non agatur.* Reges constituisse Episcopos, infinitis exemplis probari potest, quorum aliqua adduxerunt HIERONYMVS BIGNONIVS (9), LARROQVANVS (10), H. CONRINGIVS (11), alii. Adde praeceptum Dagoberti Regis de Episcopali dignitate Cadurcae vrbis conlata Desiderio Thesaurario An. DCXXXVI. apud STEPH. BALVZIVM (12). Licet autem Episcopi a Rege & populo eligi, deinde a Rege probari consueuissent, tamen saepe Reges, non expectato Clericorum oppidanorumque suffragiis, per se Antistitem elegisse ac ordinandum curauisse, non pauca exempla itidem liquidum faciunt (13). Postea Carolus M. Capitul. I. An. DCCCIII. c. 2. & Capitul. An. DCCCXVI. c. 2. quod insertum *l.* 1. *Capit.* 78. Ordini Ecclesiastico assensus est, vt Episcopi per electionem Cleri & populi secundum statuta Canonica de propria dioecesi eligerentur. Enimuero laudatus BALVZIVS *in not. ad d. l. tom.* 2. *Capitul. p.* 1141. egregie docuit, eam legem in vsum non venisse, certe approbationem Regis non excluisse (14). Nec desunt exempla Episcoporum, a Regibus remotorum. v. de Clothario, Austriae & Burgundiae Rege, Lupum Episcopum Lenonicum relegante, & post in sedem suam remittente, Auctorem vitae Lupi: & notabile exemplum de Leontio, Archiepiscopo, Emerium, Vrbis Sanctionicae Episcopum, deiicere auso, apud GREGORIVM TVRONENSEM 4. *histor.* 26. Ne ieiunia quidem & supplicationes absque auctoritate Regis decernebantur. *v. I. Capitul.* 118. *VI. Capitul.* 184. Breue Capitulorum Caroli M. editum a SIRMONDO Ludouicus Pius in Capitular. Aquisgranensi tertio c. 3. Reges quoque regalia minora vsurpa-

Digitized by Google

runt (15), vt ius circa thesauros; ius circa alia ἀδέσποτα (16), de quo videatur Capitulare secundum Ann. DCCCXIII. c. 6. & HIERONYMVS BIGNONIVS (17); ius virgae decimae hereditatis, fisco inferendae, si de hereditate lis esset. v. dictum Capitulare c. 7.

(1) In LL. Salicis tit. 59. & 76. Regi ipsi praescriptum, quomodo & quatenus potestatem suam exerceat in iudicando, nempe vt contumacem extra sermonem suum, hoc est, protectionem suam, ponat, non etiam vt seuerius puniat. Et tit. 41. Si quis Waranionem, hoc est, equum non castratum, Regis furauerit, nihilo fere grauius mulctatur, quam si priuati furatus esset: huius enim mulcta sunt solidi XLV. illius LX. Et multa esse id genus exempla alia in titulis istis, quae doceant, regiam dignitatem non multum eminuisse tunc supra Proceres alios, ait GOTTEFRIDVS WENDELINVS *gloss. Salico voce Rex.* (2) VALESIVS *l. 6. Rer. Francic.* (3) *Francogall.* c. 7. & 12. 13. 14. A cuius sententia parum abest SCHILTERVS *l. 3. de libert. Eccl. Germanic. c. 8. §. 25.* praeter exempla iam adducta, vsus inprimis pace Confluentana, in loco infra §. 5. adferendo. Sed cui opponimus effatum illud ICtorum: *Quae tacite insunt, si expresse adiiciantur, nullum producere iuris effectum.* Reges enim ad illa, quae promiserunt, citra promissionem erant adstricti. (4) *Tom. 2. p. 331. seq.* (5) *Tom. 2. Concil. Gall.* (6) Agobardus, fautor praecipuus Lotharii, ab Ecclesiae Praesulatu semotus est, auctoritate Synodi, quae A. DCCCXXXV. habita est ad Theodonis villam. A. vitae Ludouici Pii ad Ann. DCCCXXXV. Idem contigit Ebboni Remorum Antistiti, itidem in Lotharii partes transgressi. (7) Ipse Bonifacius sedis Moguntinae Archiepiscopus Aulae alioquin Papali tantopere addictus *in epist. 5.* agnoscit, nullam se muneris sui partem attingere posse (erat autem Legatus Apostolicae Sedis) absque auctoritate Caroli Francorum Principis. In *epistola* 42. auctoritatem congregandi Synodos pertinere ad vnumquemque Principem in suo regno; ideoque Synodum quandam, quae a Pippino conuocata fuit, vocat *Synodum Ducis occidentalium prouinciarum.* In *epistola* 132. ait: Cupere se quidem sibi succedorem constituere, verum id non posse fieri absque voluntate Principis. *Quia hoc*, inquit, *non videtur posse fieri, si contrarius Princeps fuerit.* (8) Quae emendatior extat apud BALVZIVM *tom. 1. Capit. p. 243.* (9) *In not. ad Marculf. form. l. 1. c. 5. p. 854.* (10) *Traité de la Regale c. 1. & 2.* (11) *Ex. de Episcopor. constit. §. 21. sequ.* (12) *Tom. 1. Capp. p. 141. sequ.* (13) Ex LVPI FERRARIENSIS epistola 81. & 98. id etiam colligitur, solitos tum Principes praeficere vacantibus Ecclesiis Episcopos, inexpectata Cleri ac Plebis petitione: postea tamen imperatam electionem, qua consensum suum Clerus testaretur. Quod etiam in constituendis Abbatibus obtinuisse BALVZIVS *ad ei. ep. 11.* annotauit. (14) In Concilio Vernensi sub Carolo Caluo habito Can. 10. rogandum Regem decernitur, vt is electionem Episcopo Ecclesiae Aurelianensis, a tantis viris factam, ratam esse permittat. Vbi notat BALVZIVS: *Agnouisse ergo tum temporis Episcopos Gallicanos, ratam non esse ordinationem, quae regio consensu destituebatur.* (15) Hae vocabantur iustitiae regales. *III. Capit. 3.* (16) v. *Dissert. de superiorit. territ. §. 45. in not.* (17) *Ad l. 1. formul. Marculf. 20. p. 902. tom. 2. Concil. Gall. p. 262.*

§. IV.

Quam sub primae stirpis Regibus tandem Maiores Domus ad se traxere.

Caeterum potestas illa regia sub primae stirpis Regibus ingens naufragium passa est a Maioribus Domus, summam rerum ad se trahentibus, vt nonnisi sola regiae dignitatis species Regibus illis tandem remaneret. Maior hicce Domus (vnde Maiordomatus in Annalibus Francorum Pithoeanis ad An. DCCXLI. Fuldensibus ad A. DCCXIV.) dictus etiam Maior Domus Regiae, Moderator palatii, palatii Praefectus, vnde Praefectoria dignitas & Praefectoria administratio; palatii Praepositus, Regalis Curiae Princeps, Princeps regiminis ac Maior Domus regiae, Comes Palatinus, Comes Palatii (1), Dux Palatii, Dux Francorum (2), Dux & Maior Domus regiae Francorum, Dux & Princeps Francorum (3), Rector aulae & Subregulus (4). Quae singula veterum historicorum testimoniis confirmat CAROLVS

Digitized by Google

CAROLVS CANGIVS (5). Eundem etiam Patritium saepe appellatum, obseruauit HADR. VALESIVS (6), quoniam, quemadmodum Patritii proprie vocati, sub Regibus Francorum Provinciam Arelatensem, aut Massilienſem, aut Pagum Transiurensem, copiasque ex sua quisque Provincia contractas regere consueuerant: ita Maiores Domus Regiae totum regnum administrabant, exercitusque ex eo coactos ducere solebant. Huius initio non magna fuit potestas. Hinc apud GREGORIVM TVRONENSEM *l. 6. hist. c. 9.* Gundegesilus Domus Regiae Maior non dubitauit Episcopatum Cenomanorum dignitati suae anteferre. Deinceps ea creuit; nam vt obseruauit Auctor genealogiae Regum Francorum apud DVCHESNIVM *tom. 1. p. 795. a temporibus Clodouei, qui fuit filius Dagoberti, pater vero Theodorici, regnum Francorum decidens, per Maiores Domus coepit ordinari* (7). Certe apud Clodoueum illum Erchinoaldus non Maiorem Domus regiae, sed Regem, non ministrum, sed dominum egit; nec palatium modo, sed regna Neustriae atque Burgundiae, ac post oppressum Grimoaldum etiam Austriae administrauit. Qui Grimoaldus in Austria eandem potestatem vsurpauerat, Sigebertum haut minus fratre desidem ignauumque nactus. Causa incrementi fuit primum, quod Maior Domus ab Optimatibus Francorum eligeretur, accedente licet Regis assensu & iussione, vt probat Cangius. Deinde quod Clotharius, vt ex AIMOINO l. 4. c. 6. discimus, Maiori Domus sacramentum dedisset, vt ne cuncto, quo viueret, tempore successorem acciperet: Reges denique ipsi vel ob aetatem rebus gerendis impares essent (nam omnes fere a Clodoueo II. vsque ad Childericum Reges partim pueri, partim adolescentes, quos aetas iniuriae opportunos, prudentiae expertes & aliena opera egentes reddebat) vel sponte sua & *educationis vitio in torporem* se darent. Quod nimium exaggerant Carolingici aeui scriptores, vt secundae stirpis Regibus colorem iuris siue tituli inde accerserent. Quam in rem pluribus disseruere HADRIANVS VALESIVS (8) & CAROLVS COINTIVS (9). Quibus ex causis factum, cum summam domi militiaeque potestatem haberent, *vt dignitas eorum modice a sublimitate regia differret*, ceu loquitur A. vitae Pipini, circa tempora Dagoberti I. & filii huius Sigeberti, apud DVCHESNIVM (10), & Ebroinus Maior domus aliique post eum omnes, perinde vt Reges, titulo illustris vterentur, quod probat MABILLONIVS (11); vt vltimis temporibus non tantum Carolus Martellus praefecturam suam, quam a patre suo Pipino Heristallio acceperat, inter filios diuideret, Carolomannum dico & Pipinum; sed & hic, abdicato Childerico Rege & in monasterium detruso, regiam dignitatem ad se posterosque suos transferret, magno Principibus documento, ne, quod prudenter monuit Aristoteles, quemquam praeter iustam mensuram faciant magnum. Certe Pipinus ille, quod pater eius & auus meditari creduntur, sine motu ac strepitu perfecit. Carolomanno enim fratre Monasterium ingresso; Grippone altero fratre in ordinem redacto; Francis a bello, cum domestico, tum externo quiescentibus; Childerico Rege propter aetatem teneriorem nondum marito; reliqua Clodouei M. prole penitus extincta; cum ipse magistratum velut hereditario iure gereret, a regia dignitate & auctoritate proximum, in florenti esset aetate, natus annos duntaxat octo & triginta; duos iam filios haberet ex vxore legitima Carolum & Carolomannum; bella feliciter in Burgundia, in Aquitania, in Baioaria & Saxonia confeciſſet; animi praeterea magnitudine patri auoque esset similimus, ad-

Digitized by Google

haec Saxones & Saraceni Francis essent terrori; ad quos reprimendos bellicoso & rei militaris perito opus erat; non difficulter Optimates Francorum, suffragante inprimis Pontifice Romano, vt Pipinus Rex constitueretur, consenserunt. Caeterum cum supra dictum sit, Franciam in Austrasiam, Neustrasiam & Burgundiam fuisse diuisam, notare conuenit, vnumquodque regnum suum Maiorem Palatii habuisse, etiamsi duo aut tria illa regna quandoque sub Rege vno essent, vt series Maiorum Domus, quam infra dabimus, manifestum facit.

(1) Sed improprie, propterea, quod more Comitum in aula ius dicebant, ac de Proceribus ipsis iudicabant. (2) Nimirum quia Praefecti aulae ex Nobilissimorum ac locupletissimorum Optimatum corpore a populo eligi consueuerunt, eorumque erat, exercitus ducere ac bella gerere. Vt obseruauit VALESIVS *l. 21. Rer. Fr. ad A. DCLXIII.* (3) Ita Pippinus in Synodi Suessionensis, Anno DCCXLIV. habitae, praefatione se ipsum vocat. COINTIVS tamen ad An. DCLXXXVII. n. 6. & 7. eos per adulationem ita dictos contendit. Caeterum *A. vitae Balthildis Reginae* Erchinoaldum, quem *Principem ac Ducem Francorum* vocat, eundem *iudicem Principum* ac Regis ministrum vocat. Nimirum Maiores Domus de Proceribus, de Palatio, de Iudicibus ipsis, hoc est, de Ducibus, Patriciis Comitibusque iudicabant, ob id nonnunquam Comites Palatii, nonnunquam Patritii improprie appellati. (4) In literis Gregorii III. ad Carolum Martellum apud COINTIVM in Ann. Eccl. ad A. DCCXLI. *n. 5. sequ.* & DVCHESNIVM *tom. 3. Script. Francic.* (5) Glossar. voce Maior domus. (6) L. 21. Rer. Francic. p. 255. (7) Quem locum ita interpretatur HADRIANVS VALESIVS l. 20. Rer. Francic. ad A. DCXXXIX. *Tum primum Praefecti Regiae, penes quos ante Childeberti iunioris mortem Palatii tantummodo cura esse consueuerat, Regum Nutricii, custodes, tutoresque & Regni administratores esse coeperunt: & Aega in Neustria atque Burgundia sub Clodoneo, Pippinus in Austria sub Sigiberto Rempublicam rexerunt. Nam antea Warnacharius quidem Burgundiam, Rado, deinde Pippinus ipse sub Dagoberto adolescente Austriam administrauerat, sed vivo ac regnante eius patre Clothario.* (8) *L. 23. Rer. Franc. ad A. DCCXI.* (9) *Ad An. DCXCII. n. 6. seq. DCXCIV. n. 6. An. DCCXI. n. 5. A. DCCXV. n. 19. A. DCCXXI. n. 2. A. DCCXXXVII. n. 37.* (10) *Tom. 1. p. 594.* (11) *L. 2. de re dipl. c. 3. §. 4.*

§. V.

FINIS Regiae potestatis fuit promiscua Regis & illorum, qui regebantur, utilitas.

Ex dictis sequitur, Reges illos, vt & Maiores Domus, non modo suam, sed & populi vtilitatem primario intendisse. Quicunque enim praecipua reipubl. negotia ad populi conuentus deferunt, δεσποτικῶ siue herili potestate non consueuerunt vti. Reges ergo populos sibi obnoxios, & hi vicissim Reges mutuo amore prosequebantur. Cuius etiam indicium, quod Reges funera quoque non modo Optimatium, sed & priuatorum concomitabantur, vt de funere Eligii, Nouiomagensis ac Turnacensis Episcopi, notarunt Historici (1). Plane vt ante Chrotildis Theodoualdi & Clotharii funera prosequuta, & Theodoricus, Francorum Rex, Theodorici Abbatis exequias celebrauit. Quo more hodienum Galliae Reges abstinere, etiam IACOB. AVGVSTVS THVANVS notauit. Adde etiam, quod Episcopi Regum filios e sacro lauacro excipere consueuerant, & quod Reges Episcopos quoscunque etiam ditionis suae Dominos vocabant & eorum nomina suis praeponebant. Quod velut singulare modestiae ac demissae humilitatis exemplum in Regibus Fr. notauit laudatus VALESIVS (2). Finem autem illum abunde declarat pactio Ludouici Germanici & Caroli Calui fratrum Confluentana (3), A. DCCCLX. inita, cap. 10. » Vt nostri fideles, vnusquisque in suo ordine & statu, veraciter sint de nobis » securi, quia nullum ablinc in antea contra legem & iustitiam vel auctori-

» tatem

Digitized by Google

„ tatem ac iuſtam rationem aut damnabimus, aut dehonorabimus, aut opprime-
„ mus, vel indebitis machinationibus adfligemus, & illorum ſcilicet veraciter
„ nobis fidelium communi conſilio, ſecundum Dei voluntatem & commune ſal-
„ uamentum ad reſtitutionem ſanctae Dei Eccleſiae & ſtatum regni, & ad ho-
„ norem regium atque pacem populi commiſſi nobis pertinenti adſenſum prae-
„ bebimus; in hoc vt illi non ſolum non ſint nobis contradicentes & reſiſtentes ad
„ iſta exequenda, verum etiam ſic ſint nobis fideles & obedientes ac veri adiu-
„ tores atque cooperatores vero conſilio & ſincero auxilio ad iſta peragenda,
„ quae praemiſimus, ſicut per rectum vnusquisque in ſuo ordine & ſtatu ſuo
„ Principi & ſuo Seniori eſſe debet.„ Reges etiam, cum regnum inibant, de-
nuntiare ac profiteri ſolebant, *ſe vnumquemque pro ſuo gradu ſuaque dignitate ac perſona quantum poſſint, honoraturos & defenſuros, ac ſuum cuique ius ſeruaturos.* (v. GREGOR. TVRONENS. *l. 9. hiſt. c.* 30.) Plane vt poſtea Flaochatus, Maior domus in Burgundia, omnibus Ducibus Sacerdotibuſque Burgundiae epiſtolis atque etiam iureiurando pollicitus eſt, ſe cuique gradum dignitatemque ſeruaturum, ac perpetuo ſingulis amicum futurum, teſte FREDEGARIO, *Chron. c.* 89.

(1) V. HADR. VALESIVS l. 20. Rer. Franc. ad A. DCLIV. (2) L. 14. Rer. Francic. ad A. DXXCIIX. (3) Extat inter Cap. Caroli Calui tit. 31. apud BALVZIVM tom. 2. Capp. p. 141.

§. VI.

DEFERE-BATVR EA SVCCESSI-ONE.

Quo titulo, electionis, an ſucceſſionis Reges Francorum ad imperium peruenerint, magna inter iuniores eſt diſceptatio. Prius aſſeruit LEHMANNVS (1), FRANC. HOTOMANNVS (2), alii. Poſterius BODINVS, ARNISAEVS, GOLDASTVS (3), BALVZIVS (4), BOECLERVS (5), OBRECHTVS (6). Alii mediam iniuerunt viam, quos inter H. CONRINGIVS (7) & SCHILTERVS (8), mixtum ex ſucceſſione & electione titulum ſtatuentes. Addatur LIMNAEVS & IOAN. ISAC. PONTANVS. Mihi ſucceſſionem aſſerentium ſententia placet. Etenim AGATHIAS SCHOLASTICVS l. 1. hiſt. teſtatur, *apud Francos regnum a patre ſemper in filium tranſiuiſſe.* Poſtea cum mortem Theudeberti Franc. Regis memoraſſet, ſubdit: *Succeſſor ei fit filius Theudibaldus, quem puerum valde, quamuis agentem ſub cuſtode, ad principatum lex patria vocabat.* Deinde l. 2. hiſt. cum hic Theudibaldus moreretur, *Childebertum & Chlotarium ad ſucceſſionem pueri legem vocaſſe.* S. GREGORIVS, Papa Romanus, homilia decima in Euangelia: *In Perſarum quoque & Francorum terra Reges ex genere prodeunt.* Quem locum laudans Carolus Caluus tit. 30. cap. 1. *conſuetudinem eam olitanam*, id eſt, priſcam vocat. Anaſtaſius, Adriani II. bibliothecarius, *Francorum*, inquit, *moris eſt, Dominum*, id eſt, Regem, *ſecundum genus principari.* In carmine antiquo, quod ex libro Euangeliorum Anno DCCLXXXIIX. ſcripto produxit Andreas DVCHESNIVS (9), appellatur Carolus M.

Laude triumphator, dudum ſuper aethera notus,
Iure Patrum, ſolio feliciter inditus heres.

Adde Annales Francorum a Pithoeo editos ad Annum DCCCXVII. DCCCXXXIX. DCCCLV. Idem euincunt poſt mortem Regis patris diuiſiones regni, pro numero liberorum ex aequo factae, & pactiones inter fratres de ſucceſ-

Digitized by Google

ſucceſſione, quarum exemplum habet GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 9. *hiſtor. c.* 20. Ipſe Carolus M. diuiſionem regni in filios inſtituit teſtamento. Ex quo tamen minime ſequitur (10), eum habuiſſe regnum in patrimonio: nam CHRONICON MOSSIACENSE *ad A. DCCC.* teſtatur, Carolum habuiſſe Concilium magnum & diſpoſuiſſe de regno ſuo inter filios (11); & Annales Francorum apud REVBERVM ſcribunt actam a Carolo M. diuiſionem regni inter filios in conuentu, quem A. DCCCVI. cum Primoribus & Optimatibus Francorum inſtituit, chartamque diuiſionis Imperii a Carolo editam iureiurando ab Optimatibus Francorum confirmatam fuiſſe. Diſſentientes decepit vox *electionis*, quae ſaepe apud veteres Hiſtoricos occurrit, & ſecundum illorum temporum ſtylum denotat ſolennem inaugurationem ſubiectioniſque promiſſionem.

(1) L. 2. Chr. Spirenſ. c. 3. (2) Francogall. c. 6. (3) Libro de maioratu. (4) Not. ad tom. 1. Capp. p. 1081. (5) In reb. Carol. M. p. 19. (6) Ad Monzamban. c. 1. §. 7. (7) Annot. ad Lampad. p. 107. (8) Exercit. de Septim. §. 13. & de negotiis conuent. Imp. adde LIMNAEVM ad Capit. Caroli V. p. 49. PONTANVM l. 6. Orig. Fr. c. 10. (9) Tom. 2. p. 186. (10) Teſtamentum hoc commendationis magis vim apud populum habuiſſe, quam verae alienationis, ſcribit H. GROTIVS *l.* 1. *de I. B. & P. c.* 3. §. 13. (11) Plane vt Pipinus pater Anno DCCLXIIX. cum *conſenſu Francorum & Procerum ſuorum ſeu & Epiſcoporum* regnum aequali ſorte inter filios duos partitus eſt, vt refert A. collectionis hiſtoricae apud CANISIVM *tom.* 2. *antiqu. lect.* Conf. Annales Metenſes *ad d. A.* Idemque Clodoueum, conuocatis Francorum Optimatibus, paulo antequam decederet, feciſſe teſtatur Rorico Monachus. Nec minus conſtat de Dagoberto I. Clodouei abnepote.

§. VII.

Succedebant *autem* mares non foeminae.

Succedebant autem mares, non foeminae (1). Nusquam enim apud GREGORIVM TVRONENSEM aut alios legimus, in regni diuiſionibus foeminas in partem veniſſe; imo ſi quis Rex abſque maribus fato functus eſſet, non ipſius filias, ſed aut fratres aut nepotes ad regni ſucceſſionem acceſſiſſe. Haec prima fuit inter quatuor Clodouei M. filios regni diuidundi ratio, eademque poſt Clotharii Monarchae mortem inter ipſos filios ſeruata: Et Chariberto aut Childeberto Regibus, absque virilis ſexus liberis defunctis, non eorum filiae, ſed fratres ſucceſſerunt. Hinc Balthildis Regina, coniux Clodouei II. vterum geſtans, valde angebatur; *verens*, quae verba ſunt Audoeni vita S. Eligii, *ne filiam ederet, & ob hoc regnum ſubcumberet.* Et AGATHIAS l. 1. Παῖδες ἐκ πατρῶν τὴν βασιλείαν διαδεχόμενοι. *Filii patribus in regnum* (Francorum) *ſuccedunt.* Quod exemplo quoque non vno probat. Neque id mirari debemus, cum nobiliſſimi Francorum Salii idem in hereditatibus ſuis inſtitutum habuerint. Vt conſtat ex Lege Salica, cuius verba ſupra in loco adduximus.

(1) Contrarium defendit IOAN. IACOBVS CHIFFLETIVS *in vindiciis Hiſpanicis, & in Salicis ad vindicias illas luminibus.* Quem erudite refutauit CAROL. COINTIVS *Ann. Eccl. ad A. DLIIX. n.* 68.

§. IIX.

Matres *tamen impuberum*

Matres tamen Regem impuberum tutelam gerebant. Ita Brunichildis „ primum Childeberti filii, & poſt huius mortem, Theodeberti atque Theodo„ rici nepotum in Auſtria & Burgundia, ac eodem tempore Fredegundis in „ Neu-

Digitized by Google

„ Neustria Clotharii **tutrix erat**.„ Quanquam postea Maiores Domus, cum eorum potentia iuualesceret, tutores Regum iuxta matres haberi coeperunt. Nam ita FREDEGARIVS **c. 79. & 80.** *Aega* (Maior Domus) *cum Regina Nantechilde, quam Dagobertus* ***reliquerat***, *gubernat Palatium. Anno primo regni Chlodouei, secundo & imminente* ***tertio eiusdem*** *regni anno, condigne palatium gubernat & regnum.* Plane vt postea **Erchinoaldus** Maior Domus Regiae cum Balthilde, Clotharii matre, palatium **ac regnum** administrabat. De qua Balthilde loquuntur Gesta Regum **Francorum c. 44.** (1) *Decedente in extremis praefato Rege Chlodoueo, qui regnauit annos* ***XVI.*** *Franci* (Neustrasii & Burgundi) *Chlotarium seniorem puerum ex tribus sibi Regem statuerunt, cum ipsa Regina matre regnaturum.* Desinebat autem tutela **haec**, cum filius peruenisset ad legitimam aetatem, quae fuisse annus octauus **decimus** videtur (2). Vt colligi potest ex historia Lupi, Campanensium Ducis, **quam** narrat GREGORIVS TVRONENSIS *l. 6. c. 4. in fine*, iuncto HADR. VALESIO (3). **Ceterum** apud Francos nec matres, nec aviae, tametsi tutrices, filiis & **nepotibus regiis**, etiam pupillis, praeponebantur. Quae obseruatio eiusdem est VALESII (4).

Regum tutelam gerebant, & post iuxta eas Maiores Domus.

(1) Apud DVCHESNIVM **tom. 1. p. 717.** (2) Totidem annis etiam Longobardicis legibus definita fuit maiorennitas, & Luitprandus Langobardorum Rex legitimam aetatem, quam Rotharis a fine anni XII. initium capere voluerat, annis decem & octo circumscripsit. Vt adeo per sit verisimile, idem apud alios Germaniae populos obtinuisse. (3) L. 12. Rer. Francic. p. 230. (4) L. 16. Rer. Francic. ad A. DCII.

§. IX.

Porro adoptati quoque succedebant, vt docet exemplum Childeberti, verbis hisce adoptantis Theodebertum apud GREGOR. TVRONENS. l. 3. c. 24. *Filios non habeo, te tanquam filium habere desidero.* Et Guntchramni apud eundem TVRONENSEM *l. 7. hist. c. 33.* Childebertum, data ei in manum regia hasta, sic alloquentis: *Hoc est indicium, quod tibi omne regnum meum tradidi.* Et paulo post: *Tu enim heres in omni regno meo succede, ceteris exheredibus factis.* Add. eundem GREGORIVM *l. 9. hist. c. 20.* vbi pactum de succedendo inter illos initum exhibet. Succedebant quoque ex impare matrimonio geniti. (Solebant enim Reges nonnunquam ancillas iustis sibi nuptiis adiungere, vt supra diximus.) Hinc cum SAGITTARIVS, Vapigensis Episcopus, Regi Guntchramno obiiceret: *Filios eius regnum capere non posse, quod mater eorum ex familia Magnacharii* (id est, ex grege ancillarum Magnacharii) *quondam ascita Regis thorum adiisset;* annotauit GREGORIVS TVRONENSIS l. 5. hist. 21. *ignorasse eum, quod praetermissis nunc feminarum generibus, Regis vocitentur liberi, qui de Regibus essent procreati.* Sed nec Regum filii, concubinis aut pellicibus nati, regni successione excludebantur (1). Ita Sigibertus, tametsi ex concubina susceptus, regnum patrium adiit; & Thedoricus maior (2) & Theodebaldus (3) & Chilpericus (4), non iusto matrimonio geniti, in Franciae parte regnarunt, parentibusque suis Regibus, nemine propinquorum prohibente, successerunt. Denique Sigibertus Theodorici ex concubina filius, inuitis quidem plerisque Proceribus Austrasiorum ac Burgundionum, quibus proauia Brunichildis ob libidinem crudelitatemque odio & execrationi erat, sed vtcunque tamen in Austria & Burgundia aliquamdiu regnauit.

Succedebant etiam adoptati, ex impari matrimonio geniti, naturales & spurii.

Digitized by Google

(1) Eadem consuetudo apud septentrionales populos valuit. v. de Danis ADAM. BREMENS. *l.* 2. *hist. eccl. c.* 54. de Norvagis Snorre STVRLESONIVS *Chron. Norvag. p.* 67. *sequ.* Adde HELMOLD. 1. *Slav. c.* 51. 52. In Hispania Wandali regnarunt duo, Gontharis legitimus, Zigerichus, nothus Godigiseli, teste PROCOPIO. Est haec notabilis exceptio a doctrina H. GROTII *l.* 2. *de iure B. & P. c.* 7. §. 16. iunct §. 12. *& in not.* (2) Quem Clodoueus ex concubina, sed ante quam Christianus fuerit, suscepit. (3) Quem Theodebertus ex Deuteria matrona, viro abducta, sponsus ipse adulterio genuit. (4) Quem Chlotarius ex Aregunde vxoris suae, etiam tum viuae, sorore incesto matrimonio genuit.

§. X.

Reges inaugurabantur solenniter.

Ita succedentes Reges inaugurabantur solenniter. Fiebat hoc more Germanorum, de quo alibi diximus, Rege, quem scuto imponebant, supra se elevato. GREGORIVS TVRONENSIS l. 2. hist. c. 40. de Clodoueo post mortem Sigiberti: *Populi Sigiberto subiecti, plaudentes tam palmis quam vocibus, eum clypeo euectum, supra se Regem constituerunt.* De Sigiberto idem GREGORIVS l. 4. c. 46. *Veniente illo ad villam, cui nomen est Victoriacum, collectus est ad eum omnis exercitus, impositumque super clypeo sibi Regem statuunt.* IDEM l. 7. c. 10. de Gundoualdo, qui Chlotarii se Regis filium ferebat: *Parmae superpositus Rex est eleuatus, sed cum tertio cum eodem gyrarent, cecidisse fertur, ita vt vix manibus circumstantium sustentari potuisset.* Adde quae de Pharamundo supra diximus. Videtur autem hic mos tum obtinuisse, cum Franci armati in campo, ac velut in procinctu, Regem consalutarent. Alioquin enim Regi, quem Franci salutabant, sellae regiae impositio, hasta, quem vulgo angonem appellabant, in manus tradebatur(1). Quod & Langobardos, gentem Germanicam, feciſſe constat, a quibus Liutprandum in regali solio collocatum, & Hildebrando, cum Rex appellaretur, contum ex more traditum esse legimus, vt obseruauit VALESIVS (2). Pipinus, primus omnium Franciae Regum, Iudaeos imitatus, ac posteriores Vesigothorum Reges, vt se sacra vnctione venerabiliorem in posterum faceret, semel atque iterum inungi voluit. Quod exemplum eius successores secuti sunt. Vbi notari meretur, traditionem vulgarem, quae Hincmarum Remorum Episcopum *in vita Remigii* ac Flodoardum auctores habet, sed Avito Nicetioque Episcopis indictam, Gregorio, relatione miraculorum gaudenti, Clodouei filiis regnantibus nato, Fredegario, Auctori gestorum Francorum, ceterisque veteribus Historicis ignoratam, de ampulla Remensi, cum baptizaretur Clodoueus Rex, coelitus missa, vt fabulosam complures iuniorum & in his quoque Cordemoium explodere. Obseruatu quoque dignum, sub Merouingicae stirpis Regibus moris fuisse, vt illi, qui iam Reges erant, cum alia Franciae Regna suis adiungerent, iterum ab eorum incolis Reges appellarentur. Quod exemplis confirmat HADRIANVS VALESIVS (3).

(1) Quo pertinet, quod in A. vitae S. Leodegarii apud DVCHESNIVM *tom. 1. p.* 602. legimus de Ebroino: *Debuisse Theodoricum, conuocatis Optimatibus, vt mos est, sublimari in regnum.* Circa quam historiam notat HADRIANVS VALESIVS l. 21. Rer. Francic. p. 259. *Solebant tum Optimates Francorum ad constituendum Regem conuenire, ac in electi singuli verba iurare, tradita in manus hasta pro sceptro, excelso solio impositum debito honore venerari.* (2) L. 12. Rer. Francicar. p. 228. sequ. (3) L. 18. Rer. Francic. ad A. DCXX.

§. XI.

Digitized by Google

§. XI.

Ad externa ſummae poteſtatis, ſiue ad dignitatem, quam Maieſtatem Romani dixere, pertinent tituli, inſignia, ſymbola & huius generis alia. Igitur apud Francos, qui compotes ſummae poteſtatis erant, Reges haut dubie audiebant. Quem titulum Graeco-Romani, vt EVNAPIVS, PRISCVS, ZOSIMVS, AGATHIAS, MENANDER aliique, Francorum & in his Chamauorum Principibus tribuere non dubitarunt. Solus PROCOPIVS modo φοράγγων ἡγεμόνας aut ἡγεμόνες, modo ἄρχοντας vel ἀρχηγέτας, nunquam Βασιλέας appellauit, tanquam hoc nomen ſoli Imperatori conueniret. Poſtea cum Carolus M. Imperatoriam dignitatem in Domum ſuam transferret, Imperatores Graeci, ſiue Orientis, ei & ſucceſſoribus titulum Imperatoris aegre tribuerunt, adeo, vt non niſi belli metu Imperator Michaël leges pacis a Carolo M. quem Romanorum Imperatorem Auguſtum vocari indignabatur, dictas acceperit, quibus ipſum per legatos αὐτοκράτορα & βασιλέα appellare iubebatur; (v. Annales Francorum apud REVBERVM ad An. DCCCXII.) Baſiliusque Macedo, homo ignobilis, Saracenis & Bulgaribus obnoxius, Ludouicum Auguſtum, Caroli Aug. pronepotem, per literas monuerit, ne alienos titulos & indebita honorum vocabula vſurpare perſeueraret, ſed vnum Baſilium βασιλέα τῶν Ρωμαίων, Caeſarem Auguſtum, ſe tantummodo ῥῆγα τῶν φράγγων & eſſe, & dici oportere, meminiſſet. Cui reſcribebat Ludouicus (1): „Quia de Imperatorio nomine multa nobis ſcripſiſti, cogimur & nos „ quoque ad ſcripta tua quaedam reſcribere, ne, ſi vsque quaque ſuper hoc ſi„ luerimus, non vt contentionem vitantes, ſed quaſi ratione conuicti ab inſipi„ entibus videamur. Fruſtra cauſandum ducit prudentia tua, alios praeter ſe „ βασιλέας appellandos, niſi forte radendos ducat totius codices mundi, in qui„ bus fere cunctarum gentium Principes a priſcis temporibus & deinceps βασι„ λεῖς inueniuntur ſcripti. Illud ridere libuit, quod de Imperatorio nomine di„ xiſti, neque paternum eſſe, neque genti conuenire. Quomodo enim pater„ num non eſt, quod iam in auo noſtro paternum fuit? quomodo autem gen„ ti non conuenit, cum ſciamus ex Hiſpanorum, Iſaurorum & Cazarorum „ gente Impp. Romanos effectos. Neque enim veraciter aſſeuerabis, nationes „ has, gente Francorum, aut religione, aut virtute clariores.„ Reges Francorum quoque fratrum nomine ab exteris compellantur. Vt liquet exemplo Alarici Gothorum Regis ad Clodoueum Francorum Regem ſcribentis apud GREGORIVM TVRONENSEM 2. hiſt. 35. Perinde vt ipſi alios Reges eo titulo mactabant. Nam ita MARCVLFVS 1. formul. 9. *Domino glorioſo atque praecellentiſſimo fratri, illi Regi in Dei nomine ille Rex.* Ceterum Reges ipſi illuſtres ſe vocabant: quem tamen titulum, qua erant ciuilitate, cum Palatinis, cum Ducibus, cum Comitibus regni ſui, aliisque etiam humilioribus perſonis partiri conſueuerant, homines ditionis ſuae communi appellatione ſibi aequantes. Titulis etiam Celſitudinis, Serenitatis & ſimilibus vtebantur Reges primae & ſecundae ſtirpis, cum ſermonem de ſe ipſis inſtituebant. Carolum M. & ſucceſſores ſubinde etiam Maieſtatis titulum vſurpaſſe, alibi demonſtrauimus (2). Iidem Carolo, poſtquam Imperat. Romani titulum aſſumſit, haec a prioribus diſcrepans formula placuit, quam genuinam merito pronunciat MABILLONIVS (3): *Carolus Sereniſſimus, Auguſtus, a Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Imperator, Romanorum*

EXTERNA EORVM POTESTATIS *erant* TITULI.

norum gubernans Imperium &c. Alii eos Excellentiae, Celsitudinis, Magnitudinis, Gloriae, aliisque similibus nominibus (4) passim compellabant. Hinc *glorioſi* etiam *Domini*, *glorioſi Principes*, *Domini glorioſiſſimi*, *Praecellentiſſimi Principes* dicebantur. Titulum Christianissimi Pippino, Carolomanno & Carolo tribuerunt Pontifices Romani, vt ex eorum epistolis docet MABILLONIVS (5). Vt adeo liqueat, Impp. nostros eundem iure sibi vindicare posse (6), vt peculiari scripto ostendit Bebelius apud LAMBECIVM (7).

(1) Apud BARONIVM *ad An. DCCCLXXI. n.* 75. FRIDER. MOTELIVM *animaduerſ. ad Conſtantini themata*, & PONTANVM *l.* 5. *Francic. origin. c.* 7. (2) *De fide diplom. Germ. Impp. & Reg. ſect.* 1, §. 3. (3) *L.* 2. *de Re Diplom. c.* 3. §. 8. (4) GREGOR. TVRONENS. l. 4. c. 41. *Et ideo Gloriae veſtrae praeceptionem depoſco.* L. 9. c. 20. Felix, vnus e legatis Childeberti ad Guntchramnum Regem: *Peruenisse ad Gloriam veſtram credo.* Conf. *l.* 4. *c.* 26. *l.* 9. *c.* 20. (5) *L.* 5. *de R. D. ad Tab. XXII.* (6) A Franco-Gallorum autem Regibus tertiae stirpis titulum hunc non iure vsurpari, contendit IACOB MEYERVS *l.* 16. *Annal. Flandr. ad An. MCCCCLX.* addens: *Legimus Capetiam progeniem Chriſtiano nomini ſaepius grauiter nocuiſſe, vix vnquam profuiſſe.* (7) *L.* 2. *Biblioth. Caeſar.*

§. XII.

Inſignia. Inter insignia Regum Francorum Merouingicae familiae fuit coma prolixa. Nam ita AGATHIAS l. 1. hist. *Mos eſt*, inquit, *Francorum Regibus tonderi nunquam, ſed a pueris comam alere, quae pulcre impendet humeris, etiam frontes crinibus diuidens & in vtramque ſe ſpargentibus partem. Nec eſt, vt illa Turcorum & Auarorum, horrida, impexa, ſqualens, inque nodum indecore collecta; ſed variis medicaminibus purgari, ac pectine curari ſolet: Idque apud eos regiae gentis inſigne decusque eſt; cum priuati in orbem tonderi ſoleant, neque promittere capillum ſinantur.* AIMOINVS l. 3. c. 61. *Gundebaldus more Regum a matre ſua educatus (vti conſuetudo fuit antiquis Franciae Regibus) capitis comam gerebat profuſam*, siue vt GREGORIVS TVRONENSIS l. 6. c. 24. loquitur, *crinium flagellis per terga demiſſis* incedebat. Et cum Clotharius Gundebaldi huius comam tonderi iussisset, dixisse fertur, vt idem TVRONENSIS d. l. memorat: *hunc ego non generaui.* Et Clodoueus, vnus e liberis Childeberti Regis, dolo Fredegundis occisus, & in alueum Matronae amnis proiectus, agnitus est ex prolixa caesarie, apud eundem TVRONENSEM *l.* 8. *hiſt. c.* 10. Sicuti & postea Bertoaldus, Dux Saxonum, Clotharium Francorum Regem ex prolixa caesarie agnouit. Iam ante Merouingos Reges CLAVDIANVS panegyrico Stiliconis:

Crinigero flauentes vertice Reges.

Coronam ex auro & gemmis, qualis postea in vsu fuit, Merouingicae stirpis Reges in capite non gestarunt. Nam illius nec Gregorius Turonensis, nec Fredegarius, nec Auctor gestorum Francorum aut quisquam alius meminerunt. Et quotquot hodie supersunt nummi aurei Regum Franciae, a Meroueo genus deducentium (supersunt autem non pauci, quos vidisse se testatur HADRIANVS VALESIVS (1), inprimis Clotharii maioris, Theodeberti Senioris, Chariberti, Clotharii prioris filii, & Dagoberti) aperte docent, eos saepe simplici linea margaritarum caput cinctum habuisse, nonnunquam etiam nuda taenia fuisse contentos. Plane vt Impp. Romanos iam inde a Constantino Maximo plerumque du-

Digitized by Google

duplici aut etiam triplici linea margaritarum redimitos, interdum & pura nudaque fascia fuisse cinctos (2), nemo nescit. Ex quo intelligitur, circulum istum margaritarum istamque fasciam corona vetustiorem & nobiliorem fuisse, ac diadema Imperatorium retulisse. Carolidarum capita plerumque laureum diadema ornasse, probat MABILLONIVS (3). Clotharius, Dagoberti pater, solium ex auro & gemmis in vsum suum ab Eligio faciendum curauit. Hinc in gestis Dagoberti legimus: *Dagobertum, more Regum Francorum, in aureo solio consedisse.* Sunt nonnulli, (vt FORCATVLVS, FAVCHETVS, GVAGNINVS, alii) qui inter Regum Francorum insignia tres bufones in area viridi, eosque in Clodouei baptismo tribus aureis liliis, in area coerulea coelo demissis, commutatos fuisse, asserunt. Sed praeterquam quod ex fabulis Hunibaldi profluxit, quicquid de tribus bufonibus posteri commenti sunt, sane de coelesti illa liliorum missione ne verbum quidem in veterum Historicorum monumentis comparet. Vt propterea cordatiores Galli merito anilem fabulam vocent, aliqui etiam obseruent, nulla vnquam in sigillis lilia ante Philippum Augustum se vidisse. Quod vero IOANN. IACOBVS CHIFFLETIVS (4) pro apibus aureis pugnat, quarum trecentae in sepulcro Childerici repertae, itidem parum solidi habet.

(1) *L. 19. Rer. Francic. ad An. DCXXXVI.* (2) Talem in nummis veterum Regum, & in tribus Heraclionum, patris filiique, numismatis apud CAESAREM BARONIVM obseruamus. (3) *L. 2. de re diplom. c. 18. §. 1. & 2.* (4) *In anastasi Childerici Franc. Regis c. 11. & 12.*

§. XIII.

Symbolum Regum fuit hasta (1), quae sceptrum quoque virga & baculus *insignitur.* Vbi certum est, Carolum M. eiusque successores sceptrum aureum gessisse. *Sceptrum nostrum*, inquit idem Carolus apud Monachum Sangallensem *l. 1. de gestis Caroli M. c. 19.* in lepida historia, quam hic, nisi fallimur, de Wazzone, Archiepiscopo Treuirense, narrat, *quod pro significatione regiminis nostri aureum ferre solemus.* Idem monachus testatur, Carolum M. *virgam auream ad statum suum* (id est, ad staturam suam) *fieri iussisse.* THEGANVS c. 19. scribit, Ludouicum Pium coronam auream auro fulgentem, & baculum aureum in manu tenuisse. Ceterum Francorum Reges purpurea quoque veste vsi. Nam Faustus, oculatus testis, in libro de vita Mauri Abbatis scribit, Theodebertum Regem venisse in Monasterium Glannafolium, *regali indutum purpura. Ex quo cognoscitur*, ait HADR. VALESIVS (2), *vt Ostrogothorum in Italia, & paulo ante Vandalorum in Africa Reges, sic tum Francorum Reges in Galliis veste purpurea fuisse conspicuos; qualem postea Leouigildus in Hispania Vesigotherorum Regum primus sumsisse dicitur.* Symbola.

(1) Hanc insigne Regum Francorum extitisse, patet ex annulo Childerici I. Regis, qui in eius sepulcro cum aliis cimeliis repertus est. Ibi enim Rex repraesentatur promissis in humeros capillis, hastam in sceptri modum manu gestans. v. CHIFFLETII *Anastasin Childerici p. 96.* (2) *L. 8. Rer. Francar. p. 436.*

§. XIV.

Promissio obsequii & subiectionis fiebat iureiurando, quod dicebatur sacramentum fidelitatis. Hoc exegisse etiam Reges primae stirpis, testimonia PROMISSIO FIDEI

Digitized by Google

& subiectionis fiebat sacramento, quod etiam Clerici praestabant.

sunt apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 7. c. 7. c. 12. c. 13. & c. 26. l. 9. c. 20. c. 31. De eo multa extant Capitularia in LL. Caroli M. in Capitulari secundo Ann. DCCCV. c. 9. est: *Vt nulli alii per iuramentum fidelitas promittatur, nisi nobis & vnicuique proprio seniori ad nostram vtilitatem & sui Senioris, exceptis hic sacramentis, quae iuste secundum legem alteri debentur. Et infantes, qui antea non potuerunt propter iuuenilem aetatem iurare, modo fidelitatem repromittant.* Quod insertum quoque 2. Capitul. 8. l. 5. c. 250. Hoc iusiurandum interdum repetebatur, vt liquet ex *Capitulari tertio An. DCCCXII.* quod legitur quoque 3. *Capitul.* 88. Sacramentale promissionis, Carolo M. Imp. factae, subiunctum est Capitul II. An. DCCCII. Breuior formula est in Capitular. III. A. DCCXXCIX. c. 2. *Sic promitto ego, ille, partibus Domini mei Karoli Regis & filiorum eius, quia fidelis sum & ero diebus vitae meae, sine fraude vel malo ingenio.* Clerici quoque sacramento hoc obstringebantur. In Chronico breui An. DCCCII. apud DVCHESNIVM (1): *Carolus Imp. ad Aquis Palatium Concilium habuit, vt ei omnes generaliter fidelitatem iurarent, Monachi & Canonici* (2). *Ita & fecerunt.* HINCMARVS, Lundunensis Episcopus, in libro purificationis, quem Synodo obtulit: *Ego Lundunensis a modo & deinceps Seniori meo Carolo Regi sic fidelis & obediens secundum meum ministerium ero, sicut homo suo Seniori, & Episcopus pie victuro suo Regi esse debet.*

(1) *Tom.* 3. (2) Sacramentale ipsum habes in Concil. vniuersi Orbis appendice *tom.* 7. *p.* 1864.

§. XV.

Subditi dicebantur Leudes.

Ita subiecti dicebantur fideles Regis, item homines siue Leudes, quae vox apud GREGORIVM TVRONENSEM & alios occurrit, & in ea notione adhuc hodie apud nos vsurpatur. v. BIGNONIVS (1) & CANGIVS (2). Caeterum qui Regi se subiiciebant, dicebantur se commendare, vt docet idem CANGIVS (3). Cum autem populi a FREDEGARIO c. 15. & aliis *rebellare* dicuntur, non statim existimandum, eos in numero Prouincialium fuisse. PAPIAS: *rebelles*, inquit, *dicuntur, qui facta pace bellum mouentes sunt.* Item: *rebellis, qui facta pace redintegrat bellum.* LIVIVS ipse in hac significatione vocem illam non raro vsurpauit. Conf. Continuat. FREDEGAR. *c.* 117. 118. 128. GREGOR. TVRONENS. *l.* 4. *c.* 10.

(1) *Ad L.* 1. *formul. Marculf. c.* 4. (2) *Glossar. voce Leudes & Leodes.* (3) *Glossar. voce Commendatus.*

CAPVT V.

DE CONSVLTATIONIBVS, IMPERIIS ET IVDICIIS VETERVM FRANCORVM.

§. I.

CONSVLTATIONES] DE REBVS PROFANIS *institutae*

IN consultationibus, imperiis & iudiciis cardines cuiusque reip. quasi voluuntur. Quam in rem egregium ARISTOTELIS locum alibi (1) produximus. Consultationes apud veteres Francos etsi saepe fierent in populi conuentu, non est tamen dubitandum, Reges priuata concilia cum amicis habuisse, & quidem vt pluri-

Digitized by Google

plurimum cum Palatinorum miniſtrorum pracipuis, qui, vt HINCMARVS Opuſc. 14. c. 31. loquitur, *tam de ſtatu reip. quam de ſpeciali cuiuslibet perſona tractabant*, & legem inter ſe habebant, *vt quicquid inter ſe locuti fuiſſent, nullus ſine conſenſu ipſorum vnicuique domeſtico vel cuicunque alteri prodere debuiſſet.* Talis Angilbertus, qui ab HADRIANO Pontifice in ep. ad Carolum M. vocatur eius *familiaris & in omnibus eius conſiliis receptus.* Silentiarius ab Anſchero in vita eius dictus. Auricularius ab ALCVINO ep. 83. vt & S. Audoenus, qui ſimul erat Referendarius, ab A. in vita S. Audoeni, qui ſcribit: *auricularii locum in aula Regis ſortitum.* *in priuato Regum concilio, in quibus & de ſpiritualibus deliberatum.*

(1) *P. 1. Elem. prud. ciuil. ſect. 7. §. 1.*

§. II.

Conuentus populi dicebatur conuentus populi generalis, conuentus magnus, placitum generale, de quo multa hiſtoricorum loca cumulauit CAROLVS CANGIVS (1), interdum ſimpliciter placitum (2), vt idem CANGIVS probat, Campus Martii vel Martis, campus Madii vel Maii, Mai vel Magi, de quo laudatus CANGIVS videri poteſt. Cuius appellationis ratio eſt, quoniam Franci in patenti campo vel ſub dio (3) conuentus illos peragere ſolebant. Annales Francorum Bertiniani ad An. DCCLXVII. *Pippinus venit Bituricum uſque, ibi Synodum fecit cum omnibus Francis ſolito more in campo.* Quod Annales Francorum a REVBERO editi ita expreſſere: *Pippinus conuentum more Francico in campo egit.* Deinde quia ſub primae ſtirpis Regibus iſte conuentus Kl. Martiis indicebatur. Quod adhuc ſub Pippino Caroli M. patre obtinuit. Nam in Synodo Vernenſi ſub Pippino A. DCCLV. can. 4. ſancitum: *Vt bis in anno Synodus fiat. Prima Synodus menſe primo, quod eſt Martiis, vbicunque Dominus Rex iuſſerit in eius praeſentia.* Nam Synodi vox ibi placitum generale notat, vt demonſtrauit PETRVS DE MARCA (4), cum alias ſtrictius ſumatur. Quanquam poſtea idem Pippinus ad Kalendas Maiarum reiecerit. Nam ita A. anonymus Chronici, Nebelungi iuſſu ſcripti, ad A. DCCLXI. *Euoluto anno, id eſt, anno decimo regni ipſius, omnes Optimates Francorum ad Campo Madio pro ſalute patriae & vtilitate Francorum tractanda ad ſe venire praecepit* (Pippinus ſc.) & ad A. DCCLXVI. *vſque ad Aurelianis veniens, ibi placitum ſuum Campo Madio* (in quibuſdam exemplaribus eſt, *quod ipſe primus pro Campo Martio pro vtilitate Francorum inſtituit*) *tenens multis muneribus a Francis & Proceribus ſuis eſt ditatus.* HINCMARVS vita S. Remigii Campum Martium a Marte ſic fuiſſe appellatum dicit (5), *quem poſteriores Franci, Mai-Campum, quando Reges ad bella procedere ſolent, vocare inſtituerunt.* *Et quotannis in* PLACITIS REGNI GENERALIBVS.

(1) *Gloſſar. voce generalia placita. Voce placitum. Voce Campus.* (2) Forte a Plaz, ſiue Campo deductum. Plane vt adhuc hodie Muſterplatz diribitorium dicimus. (3) Errat BOECLERVS *in rebus Caroli M. p. 14.* appellationem campi a duellis, quae in iudiciis fieri ſolebant, & vocabulo campi non raro illis temporibus exprimebantur, repetens. (4) *L. 6. de Concord. regni & ſacerdot. c. 25. §. 5. & 6.* (5) *Apud* DVCHESNIVM *tom. 1. p. 525.*

§. III.

Finis horum conuentuum fuit, vt defectus & mala, quibus respublica hic vel illic laborabat, in publicam notitiam venirent, ac grauior eorum, quae decer- *Eorum finis.*

Digitized by Google

decernuntur, esset auctoritas. In Annalibus Francorum Reuberianis est ad A. DCCCXIV. *Habitum a Ludouico Pio Aquisgrani generalem populi conuentum, ad iustitias faciendas & oppressiones pauperum releuandas.* Iam & solenne erat, Reges in placitis hisce dona a fidelibus suis accipere. Chronicon breue ad An. DCCCVII. apud DVCHESNIVM (1): *Carolus Imperator placitum habuit ad Confflem cum Francis, & illi dederunt dona sua, & reuersi sunt ad propria.* Annales Reuberiani ad An. DCCCXXIX. de Ludouico Pio: *Wormatiae habito generali conuentu, & oblata sibi annua dona suscepit, & legationes plurimas, quae tam de Roma & Beneuento, quam de aliis longinquis regionibus venerant, & audiuit & absoluit.* Hinc vere HINCMARVS, Remorum Episcopus, in epistola 3. c. 35. scribit: *Regem Francorum quotannis in Concilio munera accipere, Proceres salutare, rarius visos alloqui solere.* De quibus muneribus audire libet HADR. VALESIVM (2): » Annua dona, quod Principi debebantur, & publice dabantur, » debita dona vel publica, nonnunquam & obsequia vulgo vocabantur, quae » Regi singulis annis Episcopi, Abbates, Optimatesque cum populo in Con» cilio offerebant, aut per suos per amicosue offerenda mittebant: quemad» modum FROTHARII, Tullensis Episcopi, ac LVPI, Ferrarienſis Abbatis, epi» stolae, rerumque Francicarum Annales indicant. Erantque Monasteria, quae » dona eiusmodi simul & milites debebant; quaedam, quae dona tantummodo » dare oportebat. Haec dona nonnulli putant fuisse pecunias vel tributa, quae » Proceres a sui quisque Comitatus Ducatusue populis exacta donorum nomine » singulis annis in Conuentu Principi offerrent. A quibus ego dissentio, nec » dubito, quin dona annua a tributis annuis in Conuentu pendendis, discre» parent, cum Episcopi Abbatesque prae ceteris ea dona conferrent, quorum » pleraſque Ecclesias & possessiones vtique tributorum immunes fuisse Princi» pum nostrorum beneficio, certum est. Langobardi, gens vt & Franci Ger» manica, eumdem morem seruauere quotannis munera Principi suo offerendi. » Nam PAVLLVS scribit, magnam multitudinem eorum, qui ad Regem Luit» prandum munuscula & xenia & singularum Ecclesiarum dona deferebant, ab » Romanis caesam aut captam esse.

(1) *Tom. 3. p. 129.* (2) *L. 23. Rer. Francicar. p. 390. & sequ.*

§. IV.

Subiectum

Conuentum hunc, qui inierint, HINCMARVS in supra laudata epistola de regno & Palatio tradit. Commemorat enim *Seniores, Clericos & Laicos*, quos & *primos Senatores & Seniores ac praecipuos Consiliarios* appellat, & de conuentu Francorum generali sic refert: *In quo Placito generalitas uniuersorum Maiorum*, (*& Minorum*, vt optime hunc locum emendauit H. CONRINGIVS (1),) *tam Clericorum, quam Laicorum, conueniebat; Seniores propter consilium ordinandum, minores propter idem consilium suscipiendum, & interdum pariter tractandum & confirmandum.* Vbi, quinam sub nomine Maiorum siue Seniorum intelligantur, iam supra exposuimus. Minores vero non tam Schulteti, iudices vel magistratus oppidani sunt, quo tendere videtur LEHMANNVS (2), quam populus vniuersus. Quod solidis satis rationibus probat H. CONRINGIVS (3). In LL. Alemannicarum principio est secundum antiqua exemplaria: *Incipit lex Aleman-*

Digitized by Google

Alemannorum, quae temporibus Chlotharii Regis vna cum Principibus ſuis, id ſunt, XXXIII. Epiſcopis, & XXXIII. Ducibus, & LXXII. Comitibus (4), *& cetero populo conſtituta.* Dagobertus Rex in praefatione Capitularis triplicis A. DCXXX. apud BALVZIVM (5): *Hoc decretum eſt apud Regem, & Principes eius, & apud cunctum populum Chriſtianum, qui infra regnum Merouingorum conſiſtunt.* In Capitular. Caroli Calui tit. 1. dicitur, *in vnum conueniſſe fideles, tam in venerabili ordine Clericali, quam & illuſtres viros in nobili laicali habitu conſtitutos.*

(1) Ex. *de ciu. Imp. Germ.* §. 32. (2) *Chr. Spir.* (3) *d. Exercitat. de ciuib. Imp. Germ.* §. 33. (4) Mirum, hic nullam Abbatum fieri mentionem. Sed notandum, prima Francorum aetate Abbates nondum id iuris fuiſſe adeptos. Quod ſub Regibus ſecundae ſtirpis mutatum, complura exempla euincunt. HINCMARVS enim d. ep. 3. c. 35. diſerte ſcribit, *Epiſcopis atque Abbatibus in Concilio populi ſua fuiſſe ſubſellia.* Idem HINCMARVS *ep.* §. *c.* 7. Ludouico Balbo ſuadet, vt cum Proceribus aliis Abbates Hugonem & Gozlinum, euocet, atque ex eorum conſilio negotia regni ordinet. Vt bene obſeruauit HERMANNVS CONRINGIVS *Exercit. de ciuibus Imp.* §. 36. (5) *Tom.* 1. *Capp. p.* 25.

§. V.

In conuentibus hiſce actum de praecipuis reipubl. negotiis. HINCMARVS in ep. 1. ad Ludouicum Balbum c. 10. *De generalibus Eccleſiae ac regni negotiis ſine generali Primorum regni conſenſu & conſilio ſecretum dare conſilium nefas.* Hic leges condebantur, renouabantur, & interdum mutabantur. Hic de bello, de pace, de foederibus conſultabatur. Hic legationes exterorum interdum audiebantur. Nonnunquam & controuerſiae Procerum aut ſociorum in his componebantur. In Annalibus Francorum Bertinianis ad An. DCCLXIV. eſt: *Tunc Rex habuit placitum ſuum ad Wormatiam, cauſamque pertractabat inter Waifarium & Taſſilonem.* Ludouicus Pius, vt ſcribit A. vitae eius A. DCCCXXIII. *in villa Franconoford Maio menſe conuentum habuit Auſtralium Francorum, Saxonum, aliarum gentium eis collimantium, in quo duorum fratrum, Wilzorum genere, certamen, quod de regno magna altercatione inter ſe vertebant, congruo fine diremit.* Tractatum in iis etiam de ſtatu eccleſiarum & monaſteriorum, liquet ex Annalibus Francorum a PITHOEO editis ad A. DCCCXIX. Obiectum

§. VI.

Forma horum placitorum, qualis fuit tempore Caroli M. ex Adalardi Abbatis Corbeienſis, propinqui & Conſiliarii Caroli M. libro de regno & ordine Palatii, in compendio expoſuit HINCMARVS ſaepe laudata epiſtola tertia. Vnde intelligimus primo ex cap. XXIX. duos unoquoque anno conuentus haberi ſolitos, quorum vnus generalis eſſet, alter vero particularis; in illo conſtituta, quae ad ſtatum regni eo in anno pertinebant; in hoc praeconſultatum de iis, quae proponi & ſtatui debebant in proximo conuentu generali. Deinde ex cap. XXXIV. Regem non modo conuocaſſe Proceres, ſed & nonnulla capitula propoſuiſſe, de quibus deliberari volebat in conuentu. Verba HINCMARI ſunt: *Proceres & primi ſenatores regni, ne quaſi ſine cauſa conuocari viderentur, mox auctoritate regia per denominata & ordinata capitula, quae vel ab* Forma.

Digitized by Google

ipso per inspirationem Dei inuenta, vel vndique sibi nunciata post eorum abscessum (id est, postremum conuentum habitum) *praecipue fuerint, eis ad conferendum vel ad considerandum patefacta sunt.* Porro ex d. cap. XXIX. Acceptis capitulis, Optimates examinasse causas, ea tamen ratione, vt penes Seniores esset maxima in censendo auctoritas, eisque iuniores consensum suum adderent: aut si iuniores interdum loquerentur, hi magis sensus suos promerent, quam vt suffragii ferendi iure vterentur. Nec omittendum hic, quod idem scripsit c. XXXV. Episcopos & Abbates seorsim a Laicis conuenisse; foris nempe, si coelum serenum esset, alias intra aedes, vt vnusquisque curiam suam haberet discretam & separatam, ad quam summo mane conueniebatur. Inter deliberandum autem interdum seorsim, interdum congregatos promsisse sententiam suam, prout ipsis videbatur, vt se ad genera causarum accommodarent. *In eorum*, inquit, *manebat potestate, quando simul, & quando separati residerent, prout eos tractandae causae qualitas docebat, siue de spiritualibus, seu etiam de commixtis.* Denique praetulisse sententiam Regem, quam aequiorem existimabat. *Donec*, inquit HINCMARVS (1) c. XXXIV. *res singulae ad effectum perductae, glorioso Principis auctoritate in sacris eius obtutibus exponerentur, & quicquid data a Deo sapientia eius eligeret, omnes sequerentur.* Hinc passim in historia Regum Francorum, praesertim secundae stirpis, occurrunt formulae: *Regem consuluisse Fideles suos, egisse negotia publica cum consultu Fidelium & Sacerdotum, cum consilio Optimatum.* Vt proinde grauiter erret HOTOMANNVS (2), affirmans, penes concilium hoc generale, etiam sub Carolo M. summam potestatem fuisse. Nec minus alii hallucinantur, asserentes, nec Regi ipsi in decretis Concilii illius mutare quicquam aut omittere fas fuisse, etsi grauissima immutati status necessitas mutationem eorum exigeret.

(1) Quod igitur idem HINCMARVS ante dixerat c. 29. *Consuetudo erat, tunc temporis trita, vt non saepius, sed bis in anno placita duo tenerentur. Vnum quando ordinabatur status totius regni ad anni vertentis spatium, quod ordinatum nullus euentus rerum, nisi summa necessitas, quae similiter toti regno incumbebat, mutabat.* Eo ipso innuit, non tam libertatem Regis, quam Procerum fuisse constrictam. Ecquis enim credat, eo animo fuisse Carolum M. eiusve successores, vt sponte se arbitrio eorum submitterent, quos ipsi tum temporis, vt Praesides singulis praeficiebant prouinciis. (2) Francogall. c. 18. Conf. Arumaeum de comitiis c. 4. n. 12. sequ.

§. VII.

Effectus, *Capitula siue Capitularia.*

Caeterum leges, quae in conuentibus hisce a Principe constituebantur, dici solebant Capitula (1), iisque postquam lecta essent, omnes subscribebant. Capitulare III. A. DCCCIII. c. 19. *Vt populus interrogetur de capitulis, quae in lege nouiter addita sunt. Et postquam omnes consenserint, subscriptiones & manuum firmationes in ipsis Capitulis faciant.* Demum eorum promulgatio & executio committebatur Episcopis & Comitibus ac Missis Dominicis. v. Capitulare Ludouici A. DCCCXXIII. c. 24. Hinc in plurima exemplaria diffundebantur. Vt ea ratione conseruari possent, & in publicum emitti. Quae omnia pluribus probauit STEPH. BALVZIVS §. 8. *ad* §. 17. doctissima ad Francorum Capitularia praefatione.

(1) Obser-

Digitized by Google

(1) Obſeruat idem BALVZIVS laudata praefatione, Capitularia & Capitula idem ſignificaſſe, niſi quod Capitularia de rebus eccleſiaſticis, Capitula de rebus ſecularibus aliquando magis vſurpata.

§. IIX.

De rebus ſpiritualibus factae conſultationes in Synodis ſtricte ſic dictis, quae propterea diſtinctae a Placitis, de quibus modo egimus. Nam ita Carolus M. Capitulari A. DCCLXXIX. c. 12. *Capitula, quae bonae memoriae genitor noſter Dominus Pippinus Rex in ſuis Placitis conſtituit, & in Synodis conſeruare voluimus.* Conf. 5. *Capitular.* 305. & 4. *addit.* 131. *Synodi habitae de rebus ſpiritualibus.*

§. IX.

Synodos haſce coiuiſſe auſpiciis Regum Francorum, iam ſupra oſtendimus, idemque euincunt complura exempla Conciliorum, ſub primae ſtirpis Regibus habitorum; vt Aurelianenſis I. vt vbi docet epiſtola Synodi ad Clodoueum Regem apud IACOBVM SIRMONDVM (1), Aruernenſis, cui, vt eſt in eius praefatione, *Childebertus Rex congregationis tribuit poteſtatem*, Aurelianenſis V.(2) in cuius praefatione legitur: *Childebertum Regem in Aurelianenſi vrbe congregaſſe in vnum Domini Sacerdotes.* Apud GREGORIVM TVRONENSEM eſt l. 8. hiſt. c. 20. *Interim dies placiti aduenit, & Epiſcopi ex iuſſu Regis Guntchramni apud Matiſconenſem vrbem collecti ſunt.* Vbi ALTESERRA notat: *A. Ch. DXXCI. Synodus Matiſconenſis congregata eſt iuſſu Guntchramni Regis. Ea aetate pleraeque Synodi Galliae Regum iuſſu ac voluntate coogregatae, & eorum ſaepius conſeſſu praeſentiaque cohoneſtatae.* De Concilio Francofurdienſi An. DCCXCIV. celebrato, quod conſtabat ex Epiſcopis prouinciarum omnium, quae Caroli M. imperio parebant, ex Germania nimirum, Gallia & Italia, teſtes ſunt Annales Francorum apud REVBERVM, eum Concilium Epiſcoporum ex omnibus regni prouinciis congregaſſe, id quod etiam non tantum primus Canon eiusdem Concilii (3) aperte profitetur, ſed & Italiae Epiſcopi, qui Synodo huic intererant, in libello ſuo aduerſus ELIPANDVM ſcribunt: *Imperii illius decreto, per diuerſas prouincias, regni eius ditioni ſubiectas, ſumma alacritate percurrente, multitudo Antiſtitum, ſacris obtemperando praeceptis, in vno collegio aggregata peruenit.* Poſtea cum idem Carolus inſtaurare politiam eccleſiaſticam integre cuperet, *iuſſu eius*, vt eſt in iisdem Annalibus ad A. DCCCXIII. *Concilia, ſuper ſtatu Eccleſiarum corrigendo, per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata ſunt: quorum vnum Moguntia, alterum Remis, tertium Turoni, quartum Cabilloni, quintum Arelati congregatum eſt. Et Conſtitutionum, quae in ſingulis* (Synodis) *factae ſunt, collatio coram Imperatore in illo conuentu* (Aquisgranenſi ſc.) *habita.* Quae poſtrema verba docent, Decreta Synodi, antequam confirmarentur, ſub examen Regis fuiſſe reuocata. Illud adhuc addendum, Synodi Sueſſionenſis A. DCCXLIV. ſub Pippino Maiore Domus celebratae (4), can. 2. qui relatus in V. Capit. 2. decretum fuiſſe, *vt ſingulis annis Synodus haberetur, ne qua populus noua haereſi inficeretur.* Ex qua Synodo ſimul intelligimus, Principem laicum eccleſiaſtico conuentui praeſediſſe. Nam quod eam propterea PAPEBROCHIVS pro ſuppoſititia habet, id infra refellemus. *Earum conuocatio erat penes Regem.*

Digitized by Google

(1) Tom. 1. Conc. p. 177. (2) d. tom. 1. p. 241. (3) Apud Sirmondum tom. 2. Concil. Gall. p. 167. (4) Apud Sirmond. tom. 1. Concil. Gall. p. 544.

§. X.

Vt & confirmatio.

Confirmatio eorum, quae in Synodis decreta erant, non minus ab arbitrio Regis pendebat. De quo, ne dubitari possit, Synodus Francofurtensis insigne argumentum praebet. In huius enim can. IV. est: *Statuit Piissimus noster, consentiente sancta Synodo.* In can. VI. *Statutum est a Domino Rege & sancta Synodo.* In can. VII. IX. X. *Definitum est etiam a Domino Rege & sancta Synodo.* Sed longe antiquissimum testimonium est in epistola Episcoporum ad Chlotouechum siue Clodoueum, quae Synodo Aurelianensi I. praefigitur: *Quia tanta ad religionis Catholicae cultum glorioſae fidei cura vos excitat, vt Sacerdotalis mentis affectu Sacerdotes de rebus neceſſariis tractaturos in vnum colligi iuſſeritis, ſecundum voluntatis veſtrae conſultationem & titulos, quos dediſtis, ea, quae nobis viſa ſunt, reſpondimus, ita vt ſi ea, quae nos ſtatuimus* ***etiam veſtro recta eſſe iudicio comprobantur,*** *tanti conſenſus Regis ac Domini maiori auctoritate ſeruandam, tantorum firmat ſententiam Sacerdotum.* In Concilii Arelatensis A. DCCCXIII. calce legitur: *Ha[illegible]igitur ſub breuitate, quae emendatione digna perſpeximus, quam breuiſſime adnotauimus, & Domino Imperatori praeſentanda decreuimus, poſcentes eius clementiam, vt ſi quid hic minus eſt, eius prudentia ſuppleatur; ſi quid ſecus, quam ſe ratio habet, eius iudicio emendetur.* Et in Synodi Moguntinae, quae eodem anno celebrata, praefatione (1): *De his tamen omnibus valde indigemus veſtro adiutorio, atque ſana doctrina, quae & nos iugiter admoneat atque clementer erudiat, quatenus ea, quae paucis ſubter perſtrinximus capitulis, a veſtra auctoritate firmentur: ſi tamen veſtra pietas ita dignum eſſe iudicauerit; & quicquid in eis emendatione dignum reperitur, veſtra magnifica Imperialis dignitas iubeat emendare.* Adde Synodum Turonensem *in praefat.* & post *can.* 51. & Cabilonensis *praefat.* & post *can.* 66. Diu ante Pippinus, Maior Domus, & Optimatium Francorum nobilissimi potentissimique, Radbodus, Helmigaudus, Aribertus, decreta Synodi Suessionensis consensu suo comprobarunt, & subscriptionibus suis firmauerunt. Sicut regnantibus in Hispania Gothis, Comites, Duces ac Proceres Synodis interesse, ac post Episcopos & Abbates subscribere consueuerant. Confer, quae contra GRETSERVM, BARONIVM & BLONDELLVM disseruit STEPHANVS BALVZIVS (2). Vnum heic appendicis loco adhuc notamus, etiam cum Francia in plures Reges diuisa fuit, Episcopos ex omnibus Francorum regnis ad concilium euocatos venire consueuisse, nec absentiam suam (vt Concilii Aurelianensis III. praefatio docet) diuisione sortis excusare potuisse.

(1) In eadem ad memoriam insigne est: *in eadem Synodo de communi collegio Clericorum & Laicorum tres factas turmas; in prima consedisse Episcopos; in ſecunda Abbates & probatos monachos; in tertia Comites & iudices, in mundanis legibus decertantes, vulgi iuſtitias perquirentes* &c. (2) Praefation. ad Capitul. §. 10. vsque ad §. 14.

§. XI.

Recensus Synodorum.

Ceterum series Synodorum, sub Clodoueo M. & deinceps celebratarum, haec est vsque ad excessum Ludouici Pii: Aure-

Digitized by Google

Aurelianenſis I. A. DXI. ſub Clodoueo Rege.

v. CAROL. COINTIVM ad d. A. a. n. 1. vsque ad n. 52.

Aurelianenſis II. ſub Childeberto & fratribus Regibus An. DXXXIII.

v. COINTIVM ad d. A. n. 6. ad n. 48.

Aruernenſis I. A. DXXXV. ſub Theodeberto Rege.

v. COINTIVM ad d. A. n. 8. ad n. 44.

Aurelianenſis III. A. DXXXIIX. ſub Childeberto Rege.

v. COINTIVM ad d. A. n. 8. ad n. 69.

Aurelianenſis IV. A. DXLI. ſub eodem.

v. COINTIVM ad d. A. n. 2. ad n. 56.

Aurelianenſis V. A. DXLIX. ſub eodem.

v. COINTIVM ad d. A. n. 21. ad n. 66.

Aruernenſis II. circa A. DXLIX. exeuntem vel DL. ſub Theodebaldo.

v. COINTIVM ad A. DXLIX. n. 69.

Tullenſis circa A. DL. ſub eodem.

v. COINT. ad d. A. n. 14.

Metenſis circa eundem A. ſub eodem.

Arelatenſis A. DLIV. ſub Childeberto Rege.

Haec potius Synodus Prouincialis fuit. v. COINTIVM ad d. A. n. 8. ad 18.

Pariſienſis I. (alias II.) circa A. DLV. ſub eodem.

v. COINTIVM ad A. DLI. n. 5. ad 8.

Pariſienſis II. (alias III.) A. DLVII. ſub eodem.

v. COINTIVM ad d. A. n. 10. n. 38.

Santonenſis A. DLXIII. ſub Chariberto Rege.

v. COINTIVM ad A. DLXII. n. 8.

Lugdunenſis I. (alias II.) A. DLXVII. ſub Guntchramno Rege.

v. COINTIVM ad d. A. a n. 3. ad 18.

Turonenſis Anno eodem ſub Chariberto Rege.

v. COINTIVM ad A. DLXVI. a n. 14. ad n. 49.

Pariſienſis III. (alias IV.) A. DLXXIII. ſub Guntchramno & fratribus Regibus.

v. COINTIVM ad d. A. n. 12. ad calcem.

Autiſiodorenſis A. DLXXIIX. ſub Chilperico Rege.

Cabilonenſis A. DLXXIX. ſub Guntchramno Rege.

v. COINTIVM ad d. A. n. 8.

Sanctonenſis circa annum eundem.

Brennacenſis A. DXXC. ſub Chilperico.

v. COINTIVM ad d. A. n. 14.

Matiſconenſis I. A. DXXCI. ſub Guntchramno Rege.

v. COINTIVM ad A. DLXXXIII. n. 11. ad 43.

Digitized by Google

Lugdunenſis II. (alias III.) A. DXXCIII. ſub eodem.
v. COINT. ad d. A. a. n. 3. ad 11.
Valentina I. (alias II.) A. DXXCIV. ſub oodem.
v. COINTIVM ad A. DXXCV. n. 10. 11.
Matiſconenſis II. A. DLXXXV. ſub eodem.
v. COINTIVM ad d. A. n. 20. ad 62.
Aruernenſis III. A. DXXCIIX ſub eodem.
v. COINTIVM ad d. A. n. 11.
Apud Sauriſiacum villam A. DXXCIX.
Apud Batauos A. eodem ſub Guntchramno Rege.
In confinio trium ciuitatum Aruerni, Gabalitani & Ruteni A. DXC.
Paictauenſis A. DXC. ſub Guntchramno & Childeberto Regibus.
Metenſis A. eodem, ſub Childeberto Rege.
v. COINTIVM ad d. A. n. 24. 25.
Nemptodorenſis A. DXCI. ſub Guntchramno Rege.
Cabilonenſis A. DCIII. ſub Theodorico Rege.
v. COINTIVM ad d. A. n. 1.
Pariſienſis IV. (alias V.) A. DCXV. ſub Clotario II.
v. COINTIVM ad A. DCXIV. n. 19. ſequ.
Matiſconenſis III. A. DCXXVII. ſub Clotario iuniore.
v. COINTIVM ad A. DCIII. a. n. 20. vsque ad n. 24.
Clippiacenſis A. DCXXIIX. ſub Clothario.
v. COINTIVM ad A. DCXXVII. n. 1.
Rhemenſis circa A. DCXXX. ſub Dagoberto II.
v. COINTIVM ad A. DCXXV. a n. 14. ad n. 62.
Clippiacenſis A. DCXXXIII. ſub eodem.
Pariſienſis A. DCXXXIIX. ſub eodem.
Aurelianenſis A. DCXLIII. ſub Clodoueo iuniore Rege.
Cabilonenſis circa A. DCL. ſub Clodoueo II.
v. COINTIVM ad A. DCXLIV. a n. 2. ad finem vsque.
Namnetenſis circa A. DCLIIX. ſub eodem.
v. COINTIVM ad A. DCLVI a n. 8. vsque ad n. 28.
Clippiacenſis A. DCLIX. ſub eodem.
Senonenſis A. DCLXXV. ſub Clothario.
v. COINTIVM ad A. DCLVII. n. 15.
Rothomagenſis A. DCXXCII. ſub Theodorico Rege.
v. COINTIVM ad A. 688. a n. 7. vsque ad n. 32.
In villa regia circa A. DCXXIV. ſub Theodorico Rege.

In

Digitized by Google

In Palatio Theodorici Regis An. DCLXXXVI. sub eodem.

Traiectensis An. DCXCVII.

v. COINTIVM ad An. DCCII. a n. 10. ad n. 21.

Germanica I. & II. Ratisbonae vel Augustae Vindelicorum A. DCCXLII. sub Carolomanno (1) Maiore Domus Regiae.

Vnam tantum agnoscit & de loco multa dubia mouet COINTIVS ad An. DCCXLIII. n. 34. ad n. 57.

Liptinensis An. DCCXLIII. sub eodem.

v. COINTIVM ad An. DCCXLIV. n. 1–6.

Suessionensis An. DCCXLIV. sub Pippino Maiore Domus.

v. COINTIVM ad An. DCCXLV. a n. 1. vsque ad n. 46.

Hanc pro genuina non agnoscit PAPEBROCHIVS, contra quem recte notat BALVZIVS ad V. Capit. 2. *Nemini hactenus ante ipsum in mentem venisse ea acta, quae in multis vetustissimis libris ac bibliothecis reperiuntur, ac tot seculorum reuerentia & vsu celebrata fuerunt, esse falsa ac supposititia.*

Germanica III. An. DCCXLV. sub Carolomanno.

COINTIVS reiicit in An. DCCXLVI. n. 1. & sequ.

Vermeriensis An. DCCLII. sub Pippino Rege.

v. COINTIVM ad An. DCCLIII. a n. 3. vsque ad n. 24.

Metensis An. DCCLIII. sub eodem.

Hanc commentitiam esse asserit COINTIVS ad An. DCCLV. n. 208. sequ.

Vernensis An. DCCLV. sub eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 182. vsque ad n. 212.

Liptinensis An. DCCLVI. sub eodem.

Compendiensis An. DCCLIIX. sub eodem.

v. COINTIVM ad An. DCCLVII. n. 73. vsque ad n. 93.

Voluicensis An. DCCLXI. sub eodem.

Attiniacensis An. DCCLV. sub eodem.

Gentiliacensis An. DCCLXVII. sub eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. n. 1. 2. 3.

Bauarica apud Dinglouingam, An. DCCLXXII. sub Tassilone.

v. COINTIVM ad An. DCCLXXI. a n. 8. vsque ad n. 59.

Narbonensis Anno, vt volunt, DCCLXXXIIX. sub Carolo M.

v. COINTIVM ad An. DCCXCI. a n. 11. vsque ad n. 48.

Ratisbonensis An. DCCXCII. sub eodem.

v. COINTIVM ad d. A. n. 3. & 10.

Francofordiensis An. DCCXCIV. sub eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 1. vsque ad n. 99.

Aquisgranensis An. DCCXCIX. sub eodem.

Aquisgranensis An. DCCCII. sub eodem.

v. COINTIVS ad d. A. n. 9. & 19.

Aquis-

Digitized by Google

Aquisgranensis An. DCCCIX. sub eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 8. vsque ad n. 19.

Arelatensis (alias VI.) An. DCCCXIII.

v. COINTIVS ad d. Ann. a n. 3. vsque ad n. 32.

Moguntina A. eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 78. vsque ad n. 134.

Rhemensis (alias II.) A. eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 33—77.

Turonensis (alias III.) A. eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 204. ad n. 257.

Cabilonensis (alias II.) A. eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 135. ad n. 203.

Attiniacensis An. DCCCXXII. sub Ludouico Pio.

v. COINTIVM ad d. Ann. n. 6. seqq.

Moguntina, Parisiensis V. (alias VI.) Lugdunensis, ac Tolosana A. DCCC XXIX. sub eodem.

de singulis v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 2. ad n. 114.

Wormatiensis Anno eodem sub eodem.

Non Synodum, sed generale placitum fuisse, contendit COINTIVS ad d. A. n. 123. ad 147.

Aquisgranensis (alias II.) An. DCCCXXXVI. sub eodem.

v. COINTIVM ad d. Ann. a n. 2. ad n. 23.

Harum Synodorum plerarumque Canones habentur in Sirmondi *tom.* 1. & 2. *Conciliorum Galliae*, & Conciliorum generalium in Gallia editorum, quorum supra in prolegomenis meminimus, tom. IV. V. VI. VII. cum notis non modo SIRMONDI, sed & BINII.

(1) Heic obseruetur, insigni temporis interuallo per annos amplius quadraginta apud Francos nullam Episcoporum Synodum habitam fuisse. Nimirum Optimatibus, inter se nunc de Principatu contendentibus, nunc externa aduersus infestas rebellesque nationes bella gerentibus, decreta Veterum Sacerdotum, quos Canones vocant, a paucis seruabantur; pleriſque ne nota quidem erant. Episcopatus maiore ex parte Laicis auaris, ac libidinosis Clericis Carolus dederat. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi non pauci coniugibus suis vtebantur, eisque mortuis alias ducebant vxores. Affirmat Bonifacius, quosdam Diaconos quaternas, quinas, ac etiam plures sibi concubinas adiunxisse. Alii stupris atque adulteriis infames erant: alii proelia inibant armati, suisque manibus hostes, etiam Christianos, interimere sustinebant.

§. XII.

Erant & Synodi Prouinciales.

Praeter has Synodos erant Synodi particulares siue Prouinciales, quae auctoritate Metropolitanorum coibant. Nam in Caroli M. Capitulari I. An. DCCLXXXIX. c. 13. & I. Capitul. 13. est: *Episcopi cum suo Metropolitano bis in anno, propter causas ecclesiae, Comitia celebrant.* Et GREGORIVS TVRONENSIS l. 6. hist. c. 20. ad Guntchramnum Regem dicebat: *iuxta consuetudinem Canonum placebat glorioſissimo nepoti vestro, vt vnusquisque Metropolis cum Prouincialibus suis con-*

Digitized by Google

coniungeretur: & tunc quae irrationabiliter in regione propria fiebant, sanctione sacerdotali emendaretur. Praeterea Episcopus poterat Synodum cogere, quam hodie Dioecesanum dicimus, olim concilium Episcopi vocabatur. Vt in V. Cap. 60. & Synodi Vernensis c. 8. In IOANNIS MABILLONII tom. I. Analector. extat titulus Capitulorum Synodalium Hildegarii, Episcopi Meldensis, in quo scriptum est: *Eum conuocasse Concilium Sacerdotum suae Dioeceseos apud Ecclesiam S. Celiniae.*

§. XIII.

Imperium est vel animatum, vel inanimatum. Illud exercebant in rebus sacris Archiepiscopi, Episcopi, Abbates; in profanis Duces & Comites; extra ordinem in vtrisque Missi Regii. Archiepiscopis (1), qui & Metropolitae (2) Archimandritae (3) & Patriarchae (4) dicti, certa ratione suberant Episcopi (5). Nam ita ex sententia Concilii Antiocheni Capitulare Caroli M. primum An. DCCXXCIX. c. 8. quod insertum I. Capitular. 8. *Ad Metropolitanum Episcopum Suffraganei respiciant (6), & nihil noui audeant facere in suis parrochiis sine conscientia & consilio sui Metropolitani, nec Metropolitani sine eorum consensu.* Huius erat Episcopum constitutum cum suis Comprouincialibus ordinare siue consecrare. Quod sub primae stirpis Regibus fuisse, docent formulae antiquae de Episcopatu apud IACOBVM SIRMONDVM (7). Cui proinde Episcopus consecratus obedientiam Canonicam promittebat, sed sine iureiurando: nam id demum Gregorius IX. Pontifex introduxit, vt obseruauit PETRVS DE MARCA (8). Notandum autem Metropolitanum eo tempore a Comprouincialibus fuisse electum, vt idem de MARCA fuse probauit *d. l. 6. c. 4. & sequ.* Deinde a Metropolitanis destinctos fuisse Primates (9). De quo ita l. 7. Capitular. 439. *Nulli alii Metropolitani appellabantur Primates, nisi illi, qui primas sedes tenent (10), & quos Sancti Patres Synodali & Episcopali auctoritate Primates esse decreuerunt. Reliqui vero, qui alias Metropolitanas sedes sunt adepti, non Primates sed Metropolitani vocentur.*

IMPERIVM ANIMATVM. Archiepiscoporum.

(1) Archiepiscopum pro Metropolitanae Sedis Episcopo serius in Francia vsurpari coepisse, obseruauit COINTIVS Annal. Eccl. ad An. DLXXXIII. n. 19. *Lege*, inquit, *subscriptiones omnium Antistitum, qui seculo sexto Concilia celebrarunt in Gallia, nullum inuenies, qui se dixerit Archiepiscopum. Quin & vocem illam nec in Gallicanis Auctoribus illius aeui, nec in publicis instrumentis probatae fidei reperies.* (2) De his notat laudatus COINTIVS, fuisse quosdam minoris dignitatis, qui quoad confirmationem Episcopalis Ordinationis & Conciliorum celebrationem Metropolitanis primi ordinis obnoxii erant, propterea quod in sua prouincia non habebant sufficientem numerum Episcoporum, a quibus ordinarentur. Quod exemplis illustrat *ad An. DIIX. n. 55. & ad An. DLXXXV. n. 61.* Huc forte etiam pertinent Episcopi quidam, propterea quod a Pontifice Romano pallio ornati essent, Archiepiscopi dicti. Quod exemplis Episcoporum Metensium & Aurelianensis probat BALVZIVS *ep. ad* CONRINGIVM 25. (3) Quod testimoniis confirmat BALVZIVS *in not. ad tom. I. Capitul. p.* 1300. (4) V. Synodi Matisconens. II. Ann. DXXCV. *praefat. & canonem vltimum.* (5) Hinc potestas eius *arx* vocatur a Dagoberto Rege in iniculo ad Sulpitium Archiepiscopum apud BALVZ. *tom.* 1. *Cap. p.* 142. Quod idem in notis illustrat. (6) Carolus Simplex in praecepto pro Ecclesia Narbonensi vocat, qui in Archiepiscopi *suffragio positi sunt*, hoc est, qui ius suffragii cum Metropolitano in Synodis prouincialibus habent. Eo alludit ARNVLFVS LEXOVIENSIS in epistola ad S. Thomam, Archiepiscopum Cantuariensem, in Gallia tum exulantem: *Quod sane contemptati, quorum ope niti, quorum muniri consilio, quorum fulciri suffragio debuissis, a vobis, velut agmine facto, discesserunt; quando maxime nominis sui rationem deberent agnoscere, & se vobis suffraganeos, non refra-*

Digitized by Google

refragatores exhibere. (7) *Tom. 2. Concil. Gall. p. 639.* (8) *L. 6. de concord. regni & sacerdot. c. 3. §. 13. seqq.* (9) De his peculiaribus libris egerunt MORINVS, THOMASSINVS & PETRVS DE MARCA, & de eorum praerogatiuis IOANNES MORINVS *l. 1. Exercit. eccl. 24.* Hi quandoque Patriarchae dicti. Ita in praefat. Concilii Matisconensis est: *Priscus Episcopus Patriarcha dixit.* Conf. GREGORIVM TVRONENSEM *l. 5. histor. c. 20.* (10) Id est, qui iudicio STEPHANI BALVZII *in not.* ciuitatibus praesunt, quae in veteribus Notitiis primum locum tenent, vt Lugdunum inter prouincias Lugdunenses, Auaricum Biturigum inter Aquitanicas, Narbo inter Narbonenses, Treuer inter Belgicas, & sic de coeteris. Quanquam HINCMARVS, qui Belgicae secundae Metropolitanus erat, se Primatem esse contendit & vnum de primis Galliae Primatibus, vt *d. l.* probat BALVZIVS.

§. XIV.

Episcoporum. *Horum homonymia.*

Episcopi vocabulum apud Francos diuersas habuit notiones, quas prae ceteris erudite exposuit MABILLONIVS (1). Traductum enim fuit primo ad Episcopos regionarios siue errantes, qui per speciem Euangelii praedicandi vbique vsurpabant licentiam ordinandi ministros sacros, propterea non semel per decreta Synodorum coerciti. v. *Synod. Vermerienſis* c. 14. *Vernenſis* c. 13. *Concil. Cabilonenſis II.* c. 43. Deinde ad praedicatores Euangelii. Ita ANSCHARIVS vita S. Willehadi, Bremensis Episcopi, notat, hunc septennio prius, quam Episcopus esset, Episcopum vocatum fuisse. Praeterea ad illos, qui munia sacra ab Episcopis gerenda in Monasteriis, quibus cellae ecclesiaeque plures subiectae essent, exercebant, vel Abbates ipsi, vel ab Abbate distincti. Quod pluribus exemplis confirmat MABILLONIVS. Proprie autem dictus Episcopus, cui parochia vna, de qua supra egimus, suberat. Quales complures & quidem octo per Saxoniam constituit Carolus M. cuius praeceptum vnum An. DCCLXXXIX. de fundatione Episcopatus Bremensis seruauit nobis ADAMVS BREMENSIS l. 1. hist. Eccl. c. 10. & tomo I. Capitular. inseruit STEPHANVS BALVZIVS: alterum Verdensis Adamo subiunxit MADERVS, ediditque H. CONRINGIVS (2). Ante Carolum M. Bonifacius Archiepiscopus A. DCCXXXI. Sedibus Episcopalibus tribus in Baioaria, Laureacensi siue Patauiensi, Salisburgensi, & Frisingensi, addidit quartam Ratisbonensem. Idem An. DCCXLII. tres Episcopatus erexit, vnum in Francia Wurtzburgi, alterum in Hassia Buraburgi (quod oppidum iuxta Fritzlariam positum fuit) tertium Erphordiae. Eodem anno exortus Episcopatus Aichstadianus. Diu autem ante in Sueuia Augustanus, Constantiensis & Curiensis instituti fuerant.

(1) *Secul. 3. act. Sanct. Ord. S. Benedicti praefat. part. 1. n. 33.* (2) *In annotam. ad l. 1. de finib. Imperii.*

§. XV.

Modus eligendi.

Electio sic peragebatur, vt bene obseruauit RVINARTVS (1): » Defuncto » Episcopo, electio successoris statim in ea fiebat ciuitate, quae erat pastore » viduata. Tum ille, in quem suffragia conuenerant, aut aliquis eius nomine, » siue alii ab ipsa ecclesia deferebant ad Regem electionis instrumenta, quae » si legitima iudicaret, nihilque in electione vitiosum aduerteret, admitte- » bat electionem; aut eam irritam reddebat, si forte ciues in personam sibi » aut regno suspectam consensissent. Rex admissa electione, scribebat ad Me-

» tropo-

Digitized by Google

» tropolitanum epiſtolam, qua ei eiuſque comprouincialibus epiſcopis nouum
» epiſcopum ordinandi poteſtatem faciebat. Haec omnia anno DXLIX. paucis
» verbis expreſſere patres Concilii V. Aurelianenſis canone 10. Cum volun-
» tate Regis, iuxta electionem cleri aut plebis, ſicut in antiquis canonibus
» tenetur ſcriptum, a Metropolitano, vel quem in vice ſua praemiſerit, cum
» comprouincialibus Pontifex conſecretur, quam regulam exſecutioni manda-
» tam fuiſſe infinita propemodum Gregorii loca probant, in quibus inſtru-
» mentum a ciuibus pro electione factum appellat conſenſum ciuium; regium
» vero diploma, praeceptum, aut praeceptionem, ſiue Indiculum. Hanc
» vero praeceptionis vocem ſic non intelligendam eſſe, vt electionem exclu-
» dat, ex Gregorio noſtro patet, qui poſt delatum ad Regem conſenſum ci-
» uium, ſuam praeceptionem eum dediſſe paſſim commemorat. Quin etiam
» licet in regiis litteris ſeu praeceptione nulla fieret electionis aut conſenſus
» praecedentis mentio, vt ex formulis Marculfi colligimus; illum tamen ci-
» uium conſenſum re ipſa praeceſſiſſe non ſolum ex Gregorio, ſed etiam ex ſancti
» Deſiderii Caturcenſis vita diſcimus, in qua quidem vita regiae litterae refe-
» runtur ad Epiſcopos &c. datae ſimul cum Indiculo ad Sulpicium metropoli-
» tanum: ſed in Indiculo Rex ne verbum quidem habet de cleri vel plebis
» electione aut conſenſu, tametſi in ſuis litteris mox laudaris hanc promotio-
» nem cum abbatum totiuſque cleri conſenſione factam fuiſſe teſtatur. Haud
» tamen diffitear, *pergit* Rvinartvs, electiones a clero & populo factas nonnun-
» quam a regibus abrogatas fuiſſe, vel quod diuiſis inter ſe electorum ſuffra-
» giis, vnaquaeque pars cum ſuo electionis inſtrumento ad Regem acceſſiſſet,
» vel quod electi perſona Regi diſpliceret. Nec etiam inficiari velim, nonnul-
» los quandoque, etiam non exſpectata cleri aut populi electione, e palatio
» in locum defunctorum Epiſcoporum a Rege fuiſſe ſubſtitutos: quos Metro-
» politani, de eorum doctrina & probis moribus a Rege ipſo facti certiores,
» conſecrabant; ſed ciuium aut cleri conſenſus, cum illi primum in vrbem
» ſuam adueniebant, rogabatur. Haec tamen conſuetudo electionum liberta-
» tem multum labefactauit. Quam Conciliis ignotam, & ſenſim ſine ſenſu
» introductam, Chlotarius II. in edictum confirmationis ſynodi V. Pariſienſis
» primus inſeri curauit anno DCXV. vt deinceps pro lege haberetur. Epiſcopo,
» inquit, decedente, in loco ipſius qui a Metropolitano ordinari debet, cum
» prouincialibus a clero & populo eligatur; & ſi perſona condigna fuerit, per
» ordinationem Principis ordinetur. Haec prima ordinationum regula, vt
» vidimus ex Concilio V. Aurelianenſi, nouam addit: vel certe ſi de palatio
» erigitur, per meritum perſonae & doctrinae ordinetur. At haec noua con-
» ſuetudo multorum in Eccleſia malorum occaſio fuit, fauendo ambitioſorum
» conatibus, maxime officialium regiorum, qui poſtea pinguiores epiſcopatus
» aucupati ſunt: & ſtatim ex laicis epiſcopi facti, eccleſiae Gallicanae ſancti-
» tatem non mediocriter imminuerunt. Alii vero pecunia & muneribus, alii
» adulationibus, aut miniſtrorum regiorum quos corruperant officiis, praecepta
» Regum adepti, Simoniacam, vt vocabant, haereſim introduxere; indeque
» tot canones aduerſus Neophytos & Simoniacos illis temporibus in Gallica-
» nis Conciliis conditos legimus, qui tamen numquam, ſicut nec Romano-
» rum Pontificum, & potiſſimum Gregorii Magni, epiſtolae, tam nefariae

Digitized by Google

» pesti eradicandae pares fuere. » Illud heic adhuc addendum: Reges Episcopatus venales habuisse. GREGOR. TVRONENSIS de vit. Patr. c. 6. §. 3. loquutus de temporibus Theodorici, Clodouei filii: *Iam tunc germen illud iniquum coeperat fructificare, vt sacerdotium aut venderetur a Regibus, aut compararetur a clericis.* Multa praeterea in historia GREGORII meminit huius consuetudinis vestigia & venalitatis exemplum.

(1) *Praefat. ad Gregor. Turonenf. §. 20. & seq.*

§. XVI.

Potestas. Potestas Episcopi se extendebat in personas ecclesiasticas parochiae suae quascunque, Abbates, Canonicos, Monachos, Sanctimoniales, Presbyteros & Clericos. V. *I. Capitular.* 69. *V. Capitul.* 27. & 328. *VI. Capitular.* 139. & 4. *addit.* 123. Clericos ordinabat (1). Si tamen laici Clericos probabilis vitae & doctrinae consecrandos obtulissent, hi nulla qualibet occasione reiici poterant. *I. Capitul.* 84. Vnde est ius patronatus, hodie adhuc vsitatum; de quo infra. Praeterea extra conscientiam proprii Episcopi non licebat Abbati vel monacho recedere a Monasterio suo, tametsi ad comitatum Regis proficisci vellet. Celebris est vox ANSELMI Abbatis Beccensis in Normannia (2): » qui, vt docet » EADMERVS in libro primo Historiae Nouorum, cum electus esset ad Cathedram Cantuarienfem, valere eam electionem negauit, donec Archiepiscopi » Rothomagensis auctoritate ipse esset absolutus a cura sui monasterii. Abbas » sum, inquit, monasterii regni alterius; Archiepiscopum habens, cui obedientiam, terrenum Principem, cui subiectionem, monachos, quibus debeo consilii atque auxilii subministrationem. His omnibus ita sum astrictus, vt nec monachos deserere possim sine illorum concessione, nec me » a Dominatu Principis mei valeam exuere sine eius permissione, nec obedientiam Pontificis mei subterfugere queam, cum salute animae meae, absque » ipsius absolutione. Sic cum Rothomagensis Ecclesia, pastore vacans, elegisset Hugonem Abbatem Radingensem, non ante tamen firma fuit haec electio, quam Salesberiensis Episcopus, in cuius potestate erat Hugo Abbas, » licentiam ei recedendi a monasterio tribuisset. Ita enim ad Honorium II. » Papam scribit Ecclesia Rothomagensis in Tomo III. Spicilegii pag. 152. Ab » Episcopo quidem Salesberiensi, sub cuius manu Abbatis officio fungebatur, » nobis eum reddi liberum & absolutum quaesiuimus, & cum libertate suscepimus. Antiquius his exemplum praebuit Alcuinus: qui licet a Karolo » Magno multum vrgeretur ad manendum in Gallia, oblatis etiam diuitiis, » fieri id non posse respondit absque consensu sui Episcopi; vt est in vita » eius ab auctore coaetaneo scripta. Idem iuris erat quoad Sanctimoniales, » vt patet ex epistola Lulli Archiepiscopi Moguntini, qui Bonifacio successit, » ad Os Witham Abbatissam: in qua conqueritur, quod ipsa moniales duas » liberas ire permiserit in regionem longinquam, sine conscientia & consilio » Lulli. Quapropter vagas illas & inobedientes feminas intra monasterium » recipi vetat. Extat ea LVLLI epistola inter Bonifacianas num. 47. *Adde* V. » Capitul. 25. & 78. VI. Capitul. 130. *Lupum Ferrarienfem* ad vitam S. Wigbrechti c. 7. » Illud quoque obseruari meretur, Antistites, simul ac constituti

Digitized by Google

ſtituti eſſent, portarum ſuae quiſque vrbis claues accepiſſe, & ſi non pace, ſaltem bello apud ſe conditas ſeruare conſueuiſſe. Vt notat HADRIAN. VALESIVS (3). Succeſſorem, quem hodie Adiutorem vocant, eligere ſibi non poterat. Hinc cum Agobardus, Leidra Epiſcopo Lugdunenſe iubente, ordinaretur in ſede Lugdunenſe materiam ie ſermonibus praebuit. Nam vt ſcribit ADO VIENNENSIS in Chronico ad A. DCCCX. Canonica auctoritas eſt, in vna ciuitate duos Epiſcopos non eſſe, nec viuente Epiſcopo ſucceſſorem ſibi debere eligere; ac idcirco vllaquaque cauſa regulae Eccleſiae praeteriri in tanto ordine fiſci non debent. Verum ceſſiſſe tandem contradictores conſtat. Poſt ſeculo decimo poſt hoc rarum non fuiſſe docuit MABILLONIVS (4).

(1) A quibus tum nonnulli Epiſcopi iusiurandum exigebant. Concil. Cabilonenſe II. canon. 13. *Dictum eſt interea de quibusdam fratribus, quod eos, quos ordinaturi ſunt, iurare cogant, quod digni ſint, & contra Canones non ſint facturi, & obedientes ſint Epiſcopo, qui eos ordinat & Eccleſiae in qua ordinantur. In formulis promotionum epiſcopalium cap. 18. §. 1.* HINCMARVS *Archi epiſcopus Remenſis ſcribens ad clerum populumque Laudunenſem de ordinatione Hedenulfi Epiſcopi Laudunenſis, inter cetera mandata, quae illi data eſſe ait ab ordinatoribus ſuis, iſtud commemorat: Ab eis etiam, quos ordinauerit, indebitum & contra ſacras regulas ſacramentum fieri non compellat.* (2) Steph. Baluz. not. ad Ferrarienſ. ep. 102. (3) L. 11. Rer. Francic. ad A. DXXCV. (4) Praefat. ad act. S. Ord. Benedict. ſec. V. §. 35.

§. XVII.

Officium Epiſcoporum deſcribitur 2. *Capit.* 4. verbis quae ſequuntur: *Officium.*
„ Sed quoniam ſcimus, quod ſpecialiter pertineat ad Epiſcopos, vt primum ad
„ ſacrum miniſterium ſuſcipiendum iuſte accedant & in eodem miniſterio reli-
„ gioſe viuant; & tam bene viuendo, quam recte praedicando populis ſibi com-
„ miſſis iter vitae praebeant, & vt in Monaſteriis in ſuis parrochiis conſtitutis
„ ſancta religio obſervata fiat, & vt vnusquisque iuxta ſuam profeſſionem ve-
„ raciter viuat, curam impendant. Preterea in Capitul. A. DCCXIX. c. 7. & 7.
„ Capit. 129. ſtatutum: Vt ſingulis annis vnusquisque Epiſcopus parrochiam
„ ſuam ſollicite circumeat, & populum confirmare, & plebes docere, & in-
„ uestigare, & prohibere paganas obſeruationes, diuinosque vel ſortilegos,
„ aut auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes ſpurcitias gentilium ſtude-
„ at. *Conf.* 7. Capitular. 465.„ Quae origo eſt viſitationam eccleſiaſticarum. Carolus M. etiam iis arma ferre & ad pugnam pergere (1) interdixit, Capitul. primo An. DCCLXIX. c. 1. iuncto l. 6. *Capitul.* 61. & 7. *cap.* 123.

(1) Idem ante ſtatutum fuerat in Concilio Germanico ſub Carolomanno, Maiore Domus, Anno DCCXLII. habito can. 11.

§. XIIX.

Enimuero Epiſcopos ab officii ſui regulis ſaepius declinaſſe, hiſtoriae & Synodi nos docent. In GREGORIO TVRONENSE l. 4. c. 37. & l. 5. c. 21. legimus: *Fuerunt in hoc proelio Salonius & Sagittarius fratres atque Epiſcopi, qui non cruce coeleſti muniti, ſed galea aut lorica ſeculari armati, multos manibus propriis, quod peius eſt, interfeciſſe referuntur.* Adde de Geroldo, Moguntino Epiſcopo, *A quo ſaepius declinauere.*

Digitized by Google

OTHLONVM *in vita Bonifacii l.* 1. *c.* 41. De Hildegario, Archiepiſcopo Colonienſe, Annales Fuldenſes *ad An. DCCLIII.* Adde alia teſtimonia apud CAROLVM CANGIVM (1). Porro Epiſcopi, qui priuatum ſucceſſum quaerebant propter ſuam quietem, iidem pro ſua quiete & voluptatibus (vt acriter conqueritur HINCMARVS *ep. XLV. c.* 16.) Chorepiſcopos ſub ſe habebant, vt interim, dum ipſi venationi, aucupationi & ceteris ſecuti oblectantes operam dabant, quod agi ſolitum a plerisque ſeculi illius Epiſcopis teſtatur AGOBARDVS, Chorepiſcopi vicem eorum in omni miniſterio epiſcopali ſupplerent, & omnino ipſos faſce leuarent Epiſcopali. Itaque Patres Concilii Meldenſis An. DCCCXLV. qui *in can.* 28. inuehuntur aduerſus Epiſcopos propter ſuam quietem ad remotiora ſecedentes; in *canone* deinceps 44. damnantes eos, qui miniſterium ſuum committunt Chorepiſcopis; malum illud ortum eſſe aiunt ex deſidia Epiſcoporum. Et antea Carolus M. meminerat *VI. Capitul.* 119. Chorepiſcopos factos eſſe ab Epiſcopis indoctis, & qui quietibus & delectationibus ſuis inhaerebant. Quam depravati Ludouici Pii tempore Epiſcoporum mores fuerint (2), teſtis eſſe poteſt Theganus *de geſt. Ludouici Imp. c.* 20.

(1) Voce *hoſtis* & voce *Exercitus Epiſcoporum.* (2) Et extat apud STEVARTIVM elegans praefatio veteris cuiusdam ſcriptoris in pſalmos ad Bathuricum Epiſcopum Ratisbonenſem, qui ſub Karolo M. vixit; in qua perſtringit acerrime Epiſcopos quosdam ſui temporis, qui cetera dediti voluptatibus ſuis per totum diem, officium ſuum recitabant partim cum ibant cubitum, partim cum ſe mane veſtibus induebant. Lubet heic referre ipſa hominis verba: *Alii vero quo, quod pudet dicere, etiam Epiſcopi, tota die conuiuiis & poculis vacantes, & pene vsque in noctis medium, vel vsque ad Gallorum cantum aut eo amplius diuerſis ſtudent potionibus ſuae ſatisfacere voluntati, iſti tales, magis ſtudentes hominibus placere quam Deo, priusquam dormitum eant, nocturnas vigilias deſidioſe perſoluentes, ſtratu mox decubant, donec iterum tempus manducandi & bibendi redeat. Surgentes vero, dum ſe veſtibus induunt, diurna peragunt officia, putantes ſibi ſufficere poſſe, ſi ſaltem quoquo modo illa decantent.*

§. XIX.

Epiſcopis & Abbatibus dati Aduocati.

Ceterum ne Epiſcopi vel Abbates profanis negotiis immiſcerentur, Advocati eis dati: De quibus VII. Cap. 392. eſt: *Pro eccleſiarum cauſis & neceſſitatibus earum atque ſeruorum Dei, excuſatores, vel Aduocati ſui defenſores, quoties neceſſitas ingruerit, a Principe poſtulentur, atque ab eo fideliter atque libenter iuxta Canonicas ſanctiones fideliſſimi dentur.* Conf. Capitulare Caroli M. ſecundum A. DCCCXIII. c. 14. Rex nimirum vel ipſe, vel per Miſſos ſuos Advocatos dabat. v. *III. Capit.* 33. & *VI. Capit.* 218. Officium eorum potiſſimum erat, iura, bona & facultates Eccleſiarum tueri, nomine Epiſcoporum & Abbatum in iudiciis comparere, actionem omnem perſequi, & iusiurandum, ſi quando res exigeret, praeſtare, vt pluribus probat CAROLVS CANGIVS *voce Aduocatus.* Adde exemplum litis, inter Archiepiſcopum Treuirenſem Abbatemque Prumienſem ventilatae coram Carolo M. apud WANDALBERTVM *in libro de miraculis S. Goaris,* vbi Prunienſis Coenobii Aduocatum, Ratbertum nomine, appellat Cauſidicum Monaſterii. Nec omittendum, duellorum ab Aduocatis ſuſceptorum in cauſis monaſterii ſui exempla extare non pauca; vnum in libro de miraculis S. Benedicti auctore ADREVALDO *c.* 25. *ſequ.* alterum in libro de miraculis S. Bertini *c.* 15. tertium in notis ad GVIBERTVM. Quae exempla obſeruauit MABILLONIVS (1).

! HERM.

Digitized by Google

HERM. CONRINGIVS (2) exiſtimat, eos etiam ſub Carolo M. iudicaſſe de Abbatum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum & reliqui minoris Ordinis Cleri controuerſis bonis. Verum loca Capitularium, quibus nititur, ſi recte inſpiciantur, id neutiquam probant. Sed nec eo tempore Subaduocatos habuere. Vtrumque diu poſt introduci coepit.

(1) Secul. 3. Act. Sanct. Ord. S. Benedicti, (2) parte 1. n. 12. Exercit. de iudic. reip. Germ. §. 35.

§. XX.

Vt Epiſcopis Abbates & Abbatiſſae, ita his Monachi & Sanctimoniales ſuberant. Hinc in I. Capitular. 69. eſt: *Epiſcopus regat Canonicorum vitam, vt Abba Monachorum.* In Concilio Aurelianenſi primo c. 19. praecipitur: *Abbates pro humilitate religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant, & ſi quid extra regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigantur; qui ſemel in anno, in loco vbi Epiſcopus elegerit, accepta vocatione conueniant. Monachi autem Abbatibus omni ſe obedientiae deuotione ſubiiciant. Quod ſi quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua euagari, aut peculiare aliquid habere praeſumſerit, omnia quae acquiſierit, ab Abbatibus auferantur, ſecundum Regulam Monaſterio profutura. Ipſi autem qui fuerint pervagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio Epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia revocentur. Et reum ſe ille Abba futurum eſſe cognoſcat, qui in huiusmodi perſonas non regulari animaduerſione diſtrinxerit, vel qui Monachum ſuſceperit alienum.* WALAFRIDVS STRABO de reb. eccleſiaſt. c. 31. *Sicut Tribuni* (1) *militibus praeerunt, ita Abbates Monachis athletis ſpiritualibus praeeſſe noſcuntur.* Et in Capitulari primo Caroli M. Anni DCCCII. c. 15. *Abbates autem & Monachi omnimodis volumus & praecipimus, vt Epiſcopis ſuis omni humilitate & obedientia ſint ſubiecti, ſicut Canonica conſtitutio mandat.* Quanquam non modo ſub Carolidis, ſed & ſub Merouingis Abbates aliqui non Epiſcopo, ſed Regi fuerint ſubiecti, dicti propterea Regales, & Monaſteria Regalia ſiue ſub regia defenſione atque tuitione poſita. Vt innumera fere Regum praecepta loquuntur. Adde Synodi Vernenſis c. 20. Capitulare Caroli M. A. DCCXCIII. c. 6. Item quae *ad mundio palatii* pertinent, vt vocantur in Capitulari ſexto Ludouici Pii Anni DCCCXIX. c. 5. Reges enim Francorum paulatim curam Monaſteriorum (2) in ſe ſuſceperant, & proinde de ſtatu monachorum & cauſis monaſteriorum, quibus regiam tuitionem impertierant, auctoritate regia cognoſcebant (3), & quoties monaſterii alicuius Abbas exceſſerat e viuis, aut ob adminiſtrationem receſſerat, Rex alium in locum eius propria auctoritate conſtituebat (4), nemine reclamante. Cuius iuris innumera prope exempla extant teſtimoniis Synodorum Epiſcoporumque firmati. Imo Abbates pro lubitu remouebant, eaque ſecularibus aut monachis committebant regenda pro arbitrio; praeterea ipſi propria auctoritate Canonicos interdum pellebant a Monaſteriis, vt monachos ſubſtituerent; hos vero, ſi res ita ferret, dein exturbabant, vt Canonicos reducerent. Quod multis exemplis probari poteſt. Adde quae congeſſit CAROLVS CANGIVS (5). Poſtea poſtulantibus Francorum Regibus, Romani Pontifices protectionem ſedis Apoſtolicae conceſſerunt quam plurimis Monaſteriis. Quod ideo factum putat BALVZIVS (6), vt quos auctoritate regia Principes a Monaſteriorum rebus ſubmouerant, religione terrerent. Sic HINCMARVS REMENSIS Epiſcopus privilegia quaedam petiit a ſede Apoſtolica, non quod ea neceſſaria eſſent, ſed vt iis

Abbatum in monachos. Multi autem Abbatum Regi fuerunt ἀμέσως ſubiecti.

Digitized by Google

iis *carnales & animales homines territi*, reuerentius se erga Hincmarum & Remensem Ecclesiam haberent; vt ad Nicolaum Papam scribit HINCMARVS. Ceterum iuxta Abbatem erat Praepositus (7). De quo Capitul. Ludouici Pii An. DCCCXVII. c. 31. *Vt Praepositus intra & extra monasterium post Abbatem maiorem reliquis Abbati subditis habeat potestatem.* Post hunc Primicerius siue Senior, & Formarius siue Magister tironum. Plane vt in puellari Monasterio Mater est Abbatissa (8); Praepolita primum post Abbatissam locum obtinet; Primiceria Senior est; Formaria ceteris praeest informandis.

(1) Quae fuerit horum dignitas sub primae stirpis Regibus, non satis constat. v. CAROL. CANGIVS *gloss. h. v.* (2) Pipinus Rex Italiae Capitulari An. DCCXCIII. c. 19. *De monasteriis & Xenodochiis, quae per diuersos Comites* (id est, Comitatus) *esse videntur, vt regalia sint, & quicunque ea habere voluerit, per beneficium Domini Regis habeat.* Hoc est, vt nemo Abbas in monasteriis, per diuersos regni Comitatus sitis, esse posset, nisi is cui Rex dederit Abbatiam. (3) Iis tamen exceptis, quae Canonum violationem respiciebant: hos enim episcopali audientiae reseruabant: Nam ita II. Capit. 8. *Abbatibus quoque & laicis specialiter iubemus, vt in monasteriis, quae ex nostra largitate habent, Episcoporum consilio & documento ea quae ad religionem Canonicorum, monachorum, sanctimonialium pertinent, peragant, & eorum salubrem admonitionem in hoc libenter audiant & obediant.* (4) Aliquando monasterium in beneficium dedit, vt supra c. 3. §. 42. diximus. Auctor Chronographus Fontanellensis vit. S. Ansegisi: *Ludouicus Pius Anno imperii sui quarto Luxouium, famosum Gallis Coenobium, ad regendum beneficii iure Ansegiso contulit.* (5) *Glossar. voce Monasteria regalia.* Addatur STEPHANVS BALVZIVS *ad Lupum Ferrarienf. ep.* 12. *p.* 351. *seq. ep.* 29. *p.* 373. *sequ. & p.* 497. (6) *Not. ad Lupi Ferrarienf. ep.* 12. (7) Siue secundus post Abbatem, vt pluribus probat MENARDVS *in not. ad Concord. Regular. p.* 169. 197. 414. (8) V. Statuta S. Caesarii §. 6. apud COINTIVM *ad A. DXXXVI. n.* 36.

§. XXI.

Ducum. Duces dicti etiam Patricii, quibus Reges Francorum, qui Burgundiam tenebant, pagum Transiurensem aliasque Burgundiae regiones (1), nec non Prouinciam Arelatensem Massilienscmque cum exercitibus ad tempus regendas commiserunt. Hinc GREGORIVS TVRONENSIS l. 4. hist. c. 24. scribit, Guntchramnum Regem, *amoto Agroecula Patricio, Celsum Patriciatus honore donasse.* Conf. c. 36. de Mummolo Patricio, *& histor. Francor. epitom. c.* 67. FREDEGAR. *Chron. c.* 17. *c.* 21. *& passim.* Apud eundem GREGORIVM *l.* 6. *c.* 11. *l.* 8. *c.* 45. dicti etiam *Rectores Prouinciae* (2). An Ducum & Comitum apud Francos, vt nomina, ita functiones quoque a Romanorum instituto originem habuerint, an potius a veteribus Germanis deriuari debeant? inter eruditos disceptatur. Nos alio loco (3) prius asseruimus cum BIGNONIO, BRVMMERO & aliis, cum certum sit, Francos in Galliam transgressos pleraque Romanorum instituta in regenda republica amplexos esse, & qui Duces, siue Herzogen, apud Germanos vocabantur, potius exercitibus praeessent, Comites autem, a Romanis ita insigniti, apud Principes prouinciarum, qui a canitie Grauen dicti, Assessorum munere fungerentur, & a Germanis ipsis Schöffen nuncuparentur. Ceterum Ducum vt & Comitum dignitatem ab initio temporariam fuisse, vel ex vno GREGORIO TVRONENSI facile intelligitur, ceu apud quem frequenter verba haec leguntur: ex Praefecto, ex Duce, ex Comite, ex Vicario: nec reticentur exempla Ducum vel Comitum remotorum, vt pluribus probauit ANT. DADINVS ALTESERRA (4). Praeterquam autem quod duces quidam singulari praerogatiua hic gaudebant, vt con-

Digitized by Google

conſtat exemplo Baioariorum, apud quos ſemper beneficio permiſſuque Regum Francorum ex Agilofingorum familia Dux creabatur; & Britannorum, qui domeſticis Regulis magis, quam Francorum Regibus parere conſueuerant; circa vltima Merouingicae familiae tempora factum eſt, cum, Pippino mortuo, Carolus Principatum Francorum velut hereditario iure debitum ſibi repetiiſſet, recepiſſetque, vt plerique nationum Franciae ditionis Duces idem ſibi licere arbitrarentur (5), & Ducatus filiis ſuis quaſi per manus traderent; tumque primum, quod a nemine obſeruatum, non temere miratur HADR. VALESIVS (6), praefecturae non perpetuae ſolum, ſed & hereditariae fierent, atque in principatus mutari inciperent. Donec Carolus M. Ducatus tantum non omnes ſuſtulit.

(1) Cur in regno Burgundiae Duces Patritii dicti, cauſas indagat CAROLVS CANGIVS gloſſar. *voce Patritii dignitas.* (2) In V. capit. 367. eſt: *Dux, qui ipſam prouinciam regit.* WALAFRIDVS STRABO, Carolingicae aetatis ſcriptor, cum in fine libri de eccleſiaſticis officiis inſtitueret comparationem principatuum ſeculi cum dignitatibus eccleſiaſticis, Metropolitanos Ducibus comparat: *quia ſicut Duces ſingularum ſunt prouinciarum; ita & illi in ſingulis prouinciis ſinguli ponuntur.* Comites vero comparat Epiſcopis, quorum non eſt adeo ampla iurisdictio ac Metropolitanorum. Ceterum Duces, vt alii Proceres, dicti etiam Principes, ſed non pagi cuiusquam aut regionis, quorum Princeps aut Dominus praeter Regem nemo erat, nemo dicebatur, vt recte notauit HADR. VALESIVS *l.* 18. *Rer. Francic. ad An. DCXXIII.* (3) *Diſſert. de origine & progreſſu ſpecial. German. rerum p.* §. 2. (4) *L.* 1. *de Ducib. & Comitib. Prouincial. Gall. c.* 5. (5) ERCHAMBERTVS Breuiario Regum & Maiorum Domus: *Illis temporibus ac deinceps Gotefredus Dux Alemannorum ceterique circumquaque Duces noluerunt obtemperare Ducibus Francorum, eo quod non potuerint Regibus Meroueis ſeruire, ſicut antea ſoliti fuerint.* (6) *L.* 25. *Rer. Francicar. p.* 536.

§. XXII.

Ducibus ſuberant Comites, & quidem ſingulis duodecim, ſi vera eſſet obſeruatio PETRI PITHOEI *I. aduerſar.* 8. quam firmare nititur auctoritate Aimoini ſcribentis l. 4. c. 4. ad An. DCCXLIIX. *Pipinum domum reuerſum Grifonem, Ducum more, XII. Comitatibus donaſſe.* At enimuero contrarium euincunt exempla non pauca, etiam apud GREGORIVM TVRONENSEM, qui inter caetera memorat l. 8. hiſtor. c. 18. Nicetium *in vrbe Auerna, Ruthena atque Vcetica Ducem ordinatum.* Eiusdem libri c. 26. *Ennodium Turonicis atque Pictauis datum eſſe.* In fragmento Chronici Ilminenſis eſt apud CANISIVM (1): Principi Noricorum nouem Comitatus Pippini tempore in Bauaria ſubfuiſſe. V. ſi libet ALTESERRAM (2), qui ex profeſſo contra PITHOEVM diſputat. Ceterum Duces non tantum rerum bellicarum curam habebant & exercitibus praeerant, ſed & ius dicebant. Vt liquet ex formulis MARCVLFI *l.* 1. *c.* 8. ex LL. Baiwarior. *tit.* 2. *c.* 10. Alemann. *c.* 42. Comites praeterea quosdam ſine Duce fuiſſe, liquet ex geſtis Dagoberti I. *c.* 36. vbi memoratur, decem Duces cum exercitibus miſſos, praeter Comites plurimos, qui Ducem ſupra non habuerint. Conf. FREDEGARIVM *Chr. c.* 78. Idque vnum fere in vſu fuit (3) ſub Carolo M. qui, ſublatis Ducibus, Ducatus ſingulos in plures Comitatus deſcripſit.

Qui non ſemper duodecim ſub ſe Comites habebant.

(1) *Tom.* 4. *antiqu. lection.* (2) *L.* 1. *de Ducib. & Comitib. Prouincial. c.* 4. (3) Fere diximus. Nam ſi credimus ANSCHIRO vit. S. Angilberti c. 2. *Data eſt Angilberto maritimae Franciae pars in Ducatum, vt ſcilicet Regis* (Caroli M.) *gener honoris faſtigio non careret.*

Digitized by Google

§. XXIII.

Comitum. Comites, qui & Grauiones (1), & interdum Duces dicti (2), non vno modo distinguebantur. In limitibus enim constituti audiebant Marchiones, etiam tempore Caroli M. vt docet Capitulare eius quartum incerti anni c. 5. apud BALVZIVM (3). Falsus enim CRANZIVS (4), veteribus vocabulum illud incompertum, & demum sub Henrico Aucupe ortum scribens. Appellati etiam *custodes limitum* in Annal. Francor. Reuberian. ad An. DCCCXXVI. & Auct. vit. Ludouici Pii ad An. DCCCXXII. *Comites limitum* ab eodem ad An. DCCCXXIX. *Comites Marcae* in Annal. Francor. Reuberianis ad An. DCCCXXII. *Comites ad custodiam maritimam Deputati* (5) IV. Capitular. 5. Reliqui simpliciter Comites nuncupabantur. Porro in V. Capitul. 207. *Comites fortiores* opponuntur mediocribus. Vbi Stephanus Baluzius *in notis* per fortiores Comites intelligit maiores, & ex Menardo illustrat exemplo Comitis Aruernorum, cum tamen in Pago Aruernio alii praeterea Comites minores fuerint. Ex maioribus postea Comites Prouinciales facti videntur.

(1) In LL. Ripuariis tit. 53. *De eo, qui Grafionem occiderit*, est: *Si quis iudicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit.* Vbi notat BALVZIVS: *Comes ergo & Grafio eiusdem dignitatis nomen est, vt alii iam obseruauerunt.* v. quae diximus *Dissert. de origine & progress. special. Germ. rerump.* §. 2. (2) Solenne id fuit aeuo Carolingico. Hinc Gerardus, qui a LVPO FERRARIENSI *ep.* 81. Comes, *ep.* 122. Dux vocatur. Vbi plura exempla annotauit STEPHANVS BALVZIVS. Equidem in praecepto Clodouei M. pro monasterio Reomaensi An. CCCCXCVI. post Duces, Comites, Domesticos, Vicarios, memorantur Graphiones Centenarii. Vnde infert COINTIVS *ad d. A. n.* 111. *sequ.* Graphiones iuri dicundo in causa rerum repetundarum & fiscalibus debitis exigendis praefuisse. Enimuero per Comites possunt intelligi, qui erant in palatio. (3) *Tom.* 1. *Capitul.* (4) 2. *Vandal.* 10. 3. *Vandal.* 16. (5) EGINHARDVS ep. 22. *Ad custodiam maritimam fuerunt.*

§. XXIV.

Vicecomitum. Comites aeuo Carolingico non raro aliis vices suas delegabant. Cum enim essent viri magnae dignitatis, quique raro discederent a latere Principis, in pagis sibi commissis viros instituebant, qui vice sua populos regerent. Dicti inde Vicarii, postea Vicecomites. 2. Capit. 28. *Habeat vnusquisque Comes Vicarios & Centenarios suos secum.* HINCMARVS *ep.* 4. *c.* 15. *Comites & Vicarii, vel etiam Decani, plurima placita constituunt.* Idem epistola pro Episcopis Galliae & Galliae c. 3. *Regum Comites in Ciuitatibus suis, & Comitum Vicarii in plebibus.* Adde GREGORIVM TVRONENSEM l. 10. hist. 5. vbi meminit Vicarii pagum iudiciaria regentis potestate. Hos Vicarios constituisse Comites ipsos, indicio est S. AGOBARDI *epistola ad Matfredum*, vt ibi notat STEPHANVS BALVZIVS (1).

(1) *Not. ad tom.* 1. *Oper. S. Agobardi p.* 80.

§. XXV.

Comiti vni plures Comitatus Plures vni Comitatus siue Comitiuae eodem aeuo non committebantur. Quod non temere laudat MONACHVS SANGALLENSIS l. 1. de gest. Caroli M. c. 14. „ Prouidentissimus, *inquiens*, Carolus nulli Comitum, nisi qui in confinio vel „ter-

Digitized by Google

„ termino Barbarorum constituti erant, plus quam vnum Comitatum aliquan- *non committebantur.*
„ do concessit. Nulli Episcoporum Abbatiam vel Ecclesias, ad ius regni per-
„ tinentes, nisi ex certissimis causis, vnquam permisit. Cumque a Consiliariis
„ suis siue a familiaribus interrogaretur, cur ita faceret, respondit: Cum illo
„ fisco vel curte illa in Abbatiola vel ecclesia, tam bonum vel meliorem Vasal-
„ lum, quam ille Comes est vel Episcopus, fidelem mihi acquiro vel facio.„
Pleramque igitur quot pagi, tot Comites; & singulis pagis suus vt plurimum Comes praeerat: ita vt pagus pro Comitatu & Comitatus pro pago promiscue sumeretur. Hinc Comes pagi apud LVPVM FERRARIENSEM ep. 24. Pagus Letticus & Comitatus Letticus in literis Caroli Calui An. DCCCLXXVII. datis in gratiam Monasterii Marcianensis.

§. XXVI.

Munus Comitum fuit, delectus militum conscribere, iisque praeesse sub Duce Prouinciae, non respondentes ad delectum cohercere. v. *Capitular. Caroli M. secundum An. DCCCXIII. c.* 14. GREGORIVS TVRONENS. *l.* 4. *c.* 30. *l.* 7. *c.* 42. Iurisdictionem, mixtum & merum imperium exercere, vt passim ex Capitularibus constat. Hinc in dicto Capitulari secundo c. 11. est: *Vt Comites, vnusquisque in suo Comitatu, carcerem habeant. Et Iudices atque Vicarii patibulos habeant.* Adde, quae infra dicemus de iudiciis. Porro rationes fisci procurare. Quare in LL. Ripuariis est c. 53. *Si quis iudicem Fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit.* GREGORIVS TVRONENSIS l. 6. c. 22. refert, Chilpericum Regem nouos Comites ordinasse, & cuncta iussisse sibi vrbium tributa deferri. Adde eundem *l.* 9. *c.* 29. & *formular. Marculfi l.* 1. *c.* 8. *in fine.* Ceterum Optimates Comitatus datis Regi muneribus consequi, vel potius emere solebant, & raro quisquam ad Ducatum perueniebat, qui Comes ante non fuisset. *Munus Comitum.*

§. XXVII.

Missorum Regiorum, qui & Dominici siue Regales appellantur, & Legati a latere in Concil. Vernensi c. 2. (1) & vita Ludouici Pii ad An. DCCCXXIV. & XXVII. & a IACOBO GOTHOFREDO (2) Tribunis & Notariis in Imperio Romano comparantur, munus erat in Missatico (3) (locis in quae missi erant) in Episcoporum, Abbatum, Comitum administrationem inquirere (4), gestorum omissorumue rationes exigere; conuentus iuridicos per prouincias agere; satisfacere desideriis & questibus Prouincialium, praesertim viduarum pupillorumue, aut si quae alia praescripta erant (Solebant enim iis agenda praescribi (5). v. Capitulare quintum Caroli M. An. DCCCVI. & Capitulare quintum & sextum Ludouici Pii An. DCCCXIX.) administrare; denique expedire omnia, quae possent; reliqua, quibus componendis impares essent, remittere ad Regem & coram de singulis ex fide referre. Quae omnia plenius ex Capitularibus condisci possunt. Tantum vnum vel alterum locum annotabimus. „ II. Capit. 26. Commemoratio, quid „ ad praedictorum Missorum legationem pertineat. Primo, vt conuentum in „ duobus aut tribus locis congregent, vbi omnes ad eorum legationem perti- „ nentes conuenire possint, & omnibus generaliter notum faciant, qualis sit eo- *Missorum regiorum siue Dominicorum.*

Digitized by Google

„ rum legatio, ſcilicet ad hoc eſſe ſe a nobis Miſſos conſtitutos, vt ſi quilibet „ Epiſcopus aut Comes miniſterium ſuum propter quodlibet impedimentum „ implere non poſſit, ad eos recurrat, & cum eorum adiutorio miniſterium ſuum „ adimpleat, & ſi talis cauſa fuerit, quae per eorum admonitionem emendari „ non poſſit, per eos ad noſtram notitiam deferatur; & ſi forte Epiſcopus aut „ Comes aliquid negligentius in ſuo miniſterio egerit, per iſtorum admonitio- „ nem corrigatur; & omnis populus ſciat, ad hoc eos eſſe conſtitutos, vt qui- „ cunque per negligentiam, aut incuriam, aut impoſſibilitatem Comitis iuſti- „ tiam ſuam adquirere non potuerit, ad eos primum querelam ſuam poſſit de- „ ferre, & per eorum auxilium iuſtitiam adquirere, & quando aliquis ad nos „ neceſſitatis cauſa reclamauerit, ad eos poſſimus relatorum querelas ad defini- „ endum remittere. Ipſi vero Miſſi non ſine certiſſima cauſa vel neceſſitate huc „ illucque diſcurrant, niſi forte quando tale aliquid in cuiuslibet miniſterio ad „ legationem ſuam pertinente ortum eſſe cognouerint, quod eorum praeſentia „ indigeat, & ſine illorum conſilio vel adiutorio emendari non poſſit. Inde ta- „ men debent eſſe ſolliciti, vt propter illorum negligentiam nihil in ſua legatio- „ ne incorrectum remaneat; ſed vbi certam & veram neceſſitatem cognouerint, „ noſtram iuſſionem adimplere non negligant. II. Capit. 28. Noſſe vos credi- „ mus, quanti ſit ponderis legatio, quam vobis commiſimus, & quam ſit pe- „ riculoſum, tantae rei curam negligere, quantam vos pro noſtra omnium com- „ muni ſalute ex noſtra obligatione ſuſcepiſſe non ignoratis. De qua re, cum „ vos interrogaſſemus, non ſic nobis reſponſum eſt, vt in eo reſponſo ſufficere „ potuiſſet ad eam diſpoſitionem, quam rerum neceſſitas ad communem vti- „ litatem pertinentium poſcere videbatur, vel qua nobis aliquod ſecuritatis ſola- „ tium afferri potuiſſet. Et hoc ideo eueniſſe perſpeximus, quia anno praete- „ rito, quando Capitulare legationis veſtrae vobis dedimus, caute vos obſeruare „ iuſſimus, ne ſine cauſa his, quos honoratos eſſe volumus, aliqua fieret in- „ iuria. Quapropter volumus vobis notum facere, qualiter nunc Domino ad- „ iuuante eandem miſſionem noſtram debeatis adimplere. Volumus, vt Miſſi „ noſtri, quos ad hoc conſtitutos habemus, vt curam & ſollicitudinem habe- „ ant, qualiter vnusquisque, qui rector populi noſtri a nobis conſtitutus eſt, in „ ſuo ordine officium ſibi commiſſum iuſte ac Deo placite ad honorem noſtrum, „ ac populi noſtri vtilitatem adminiſtret, in hunc modum cognoſcendi diligen- „ tiam adhibeant, ſi ea, quae in Capitulari noſtro, quod eis anno praeterito „ dedimus, continenter ſecundum voluntatem Dei ac iuſſionem noſtram fiant „ adimpleta. Itaque volumus, vt medio menſe Maio conueniant iidem Miſſi, „ vnusquisque in ſua legatione, cum omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comiti- „ bus ac Vaſſis noſtris, Aduocatis noſtris & Vicedominis Abbatiſſarum, nec non „ & eorum, qui propter aliquam ineuitabilem neceſſitatem ipſi venire non poſ- „ ſunt, ad locum vnum. Et ſi neceſſe fuerit propter opportunitatem conue- „ niendi, in duobus vel tribus locis, vel maxime propter pauperes populi, „ idem conuentus habeatur, qui omnibus congruat; & habeat vnusquisque „ Comes Vicarios & Centenarios ſuos ſecum, nec non & de primis Scabineis „ ſuis tres aut quatuor. Et in eo conuentu primum Chriſtianae religionis & „ eccleſiaſtici ordinis collatio fiat. Deinde inquirant Miſſi noſtri ab vniuerſis, qua- „ liter vnusquisque illorum, qui ad hoc a nobis conſtituti ſunt, officium ſibi

„ com-

Digitized by Google

» commissum secundum **Dei** voluntatem ac iussionem nostram administret in » populo, & quam **concordes** atque unanimes ad hoc sint, vel qualiter vi- » cissim sibi auxilium **ferant** ad ministeria sua peragenda. Et tam diligenter ac » studiose hanc **inuestigationem** faciant, vt omnem rei veritatem per eos cogno- » scere valeamus. **Et si aliqua** talis causa ad eorum notitiam perlata fuerit, quae » illorum auxilio **indigeat**, secundum qualitates causarum, quae in nostro Ca- » pitulari continentur, **tunc** volumus, vt illuc pergant, & ex nostra aucto- » ritate illud corrigere **studeant**. *IV. Capit.* 56. Hoc volumus, vt Missi nostri » obseruent, vt quicquid de his causis vel simul vel sigillatim emendare potue- » rint, emendent; & ea quae emendauerint, diligenter scriptis notent; & hoc » sic peragere curent, **quatinus** iuste reprehendi a quoquam nullatenus possint. » Et quae facere debent **aut** possunt, nullatenus praetermittant: immo ca- » ueant, ne, quod absit, aut gratia alicuius, aut honoris, aut timoris siue odii » causa illud, quod agere debent, omittant. Et summopere studeant, vt hoc, » quod per se efficere **non** possunt, nobis notum faciant. Et omnimodis prae- » uideant, vt per singula capitula tam verbis quam scriptis de omnibus, quae » illic peregerint, nobis rationem reddere valeant. » Consueuerat autem Mis- sis regiis dari tractoria stipendialis, vt vocatur ab AGOBARDO *libro de insolentia iudaeorum*, id est, notante ibidem BALVZIO, epistola, cuius beneficio Missi suscipiebantur & coniectum, siue pensitationem & tributum, accipiebant, quod coniectum haut dubie ab iis exigebatur, quorum causa legati mittebantur. In tractoriis vero annotari solebant, quantum cuique Misso pro conditione suppeditari oporteret, ideoque tractoriam stipendialem vocat AGOBARDVS. *V. IV. Cap.* 73. MARCVLF. *l. 2. form.* 11. *cum notis* BIGNONII. Si quis *plura de Missis* hisce scire cupit, adeat CAROLVM CANGIVM *glossar. voce Missi.* Caeterum ab iis distinguebantur Missi discurrentes, quorum munus erat mandata Principis deferre per prouincias. v. *III. Capitul.* 39. *VI. Capit.* 234. Notandum quoque heic, Reges ipsos more patrio regna, hereditario sibi iure aut armis recens quaesita, obiisse, vt de querimoniis Prouincialium cognoscerent, ac ordinauisse (6).

(1) ADREVALDVS de miraculis B. Benedicti l. 1. c. 25. *Praeterea aderant in eodem palatio, missi a latere Regis, Ionas Aurelianensis Episcopus, & Donatus Comes Milidunensium.* Conf. GREGOR. TVRONENS. *l. 4. hist. c.* 12. & *l. 5. c. 29.* Adde HIERONYM. BIGNONIVM *ad Marculfum*, & CHRISTOPH. IVSTELLVM *ad Codicem Canonum Ecclesiae Africanae.* (2) *Ad l. 1. C. Theodos. de mandat. Principum.* (3) v. CAROL. CANGIVS *voce missaticum.* (4) FLODOARDVS l. 2. hist. Remensis c. 18. scribit: a Carolo M. delegatos per omnem Galliam & Germaniam fuisse, *quo diligenter inquirerent, qualiter Episcopi, Abbates, Comites & Abbatissae per singulos pagos agerent; qualem concordiam & amicitiam ad inuicem tenerent; & vt bonos & idoneos Vicedominos & Aduocatos haberent; & vndecunque necesso fuisset, tam regias, quam Ecclesiarum Dei iustitias, viduarum quoque & orphanorum, sed & ceterorum hominum inquirerent & praeficerent; & quodcunque emendandum esset, emendare studerent, in quantum melius potuissent; & quod emendare per se nequiuissent, in praesentiam Imperatoris adduci facerent, & de his omnibus eidem Principi fideliter renunciare studerent.* Breuiter IACOB. SIRMONDVS in not. ad Capitula Karoli CALVI: *Missi Dominici dicebantur, quos Princeps extra ordinem in diuersas regni partes ad iustitias faciendas (sic enim loquebantur) cum amplissima potestate dirigebat.* (5) Quas instructiones, Missis dictatas, *Capitularia sanctionum* vocat AGOBARDVS *libro de insolentia iudaeorum*, vt ibi notauit BALVZIVS. (6) De eo ita HADR. VALESIVS l. 16. ad A. DXCII. *Solebant Reges Francorum noua Regna, quae ipsis obtigerant, mox obire, vt & prouincias, Regis obitu concussas, praesentia sua curaque firmarent, & a Proceribus ac populo iusiurandum exigerent, auditisque prouincialium querimoniis, & litibus ac controuersiis iure terminatis, cuncta componerent.* Qui

Digitized by Google

mos quoque ab antiquis temporibus Regum Suediae est, vt pluribus memorat & laudat LOCENIVS *in Antiqu. Sueogothicis.*

§. XXVIII.

IMPERIVM INANIMATVM, *Leges.*

Inanimatum imperium sunt leges. Has scriptas habuere Franci, quarum fasciculus dicebatur Pactus, forte a Germanico Pact (1), vnde Packen, quod vocabulum combinare significat. Hinc in veteribus libris lex Salica inscribitur: *Pactus Legis Salicae.* Et in prologo veteris legis Salicae: *Quicquid in pacto habebatur minus idoneum, per illos fuit lucidius emendatum.* Lex quoque Alemannorum hunc titulum habet in vetustissimo codice Monasterii Corbionensis: *incipit Pactus Lex Alamannorum.* Conf. Synodum Dinglouingensem c. 7. (2) Erant autem Leges diuersi generis. In vniuersum diuidebantur in *Ecclesiasticas & Mundanas*, vt constat ex praefatione Capitularium, vbi Stephanus Baluzivs *mundanas* leges interpretatur recte *ciuiles*, vt hodie loquimur, & clara eam in rem testimonia adfert. Deinde in vniuersales, siue ad vniuersum regnum pertinentes, & particulares: quoniam Franci deuictis aut in ditionem suam concedentibus populis leges suas relinquere solebant.

(1) Aliam deriuationem habet Ant. Dadin. Alteserra ad Decretal. Innocentii III. *Non inepte*, inquiens, *lex Regia* (siue Capitularia) *pactum Francorum dici potuit, quia leges sanctae fuere in Conventu Francorum.* Enimuero pacti vocabulum de Capitularibus non fuit vsurpatum. (2) Alia testimonia sunt apud SEPH. BALVZIVM *not. ad tit. 57. LL. Ripuar. tom. 1. Capit.* qui tamen minus recte pactum & legem pro synonymis habet.

§. XXIX.

Ecclesiasticae.

Leges ecclesiasticae conditae in Synodis (1), de quibus supra diximus. Notandum autem Franciam diu libro proprio Canonum vsam (2): at Caroli M. tempestate emersisse collectionem LXXX. Capitulorum, sub nomine Capitulorum Hadriani Papae, excerptam quidem ex antiquis Canonibus & genuinis Romanorum Pontificum epistolis, tum ex legibus Codice Theodosiano comprehensis, vel potius ex breuiario illarum legum. Sed tamen in his capitulis multa addita antiquis Canonibus, interdum vero detracta magni momenti verba deprehendi. Deinde eodem aeuo prodiisse collectionem Canonum, quae ISIDORO MERCATORI tribuitur, & confictas veterum Pontificum, CLEMENTIS nimirum, ANTERI, EVARISTI, TELESPHORI, CALLISTI, IVLII, DAMASI, & in vniuersum omnes illas, quae tempora SIRICII & INNOCENTII antecedunt, epistolas continet, ac per RICVLFVM Archiepiscopum Moguntinum Franciae illatam esse. Quae collectio quam late per Occidentem serpserit, quam alte radices egerit, & quam multis immodicam & immensam Romani Pontificis potestatem persuaserit, dici non potest. Per irruptionem enim Barbarorum & iniquitatem temporum accuratior latinae dictionis & antiquitatis, tum ecclesiasticae, tum politicae, cognitio plane erat intermortua. Hinc factum, vt fraudem nemo animadverteret, omnes sibi imponi paterentur, Doctores praesertim, quos subsecuta aetas Scholasticos appellauit. Sane ex vtraque collectione multa libris Capitularium sunt inserta, praesertim posterioribus, quae proinde apud Francos vim legum non accepisse, quatenus Canonibus antiquis aduersari deprehenduntur, recte

Digitized by Google

recte docuit PETRVS DE MARCA (3). Quod autem epistolae illae Pontificum, de quibus diximus, spuriae sint, arguit euidenter dictio omnium parilis & aeque sordida; magna vbique ἀνισοχρονία; rerum ecclesiasticarum & ciuilium ignorantia; innumeri παραχρονισμοὶ & falsa Consulatuum assignatio; item frequens vsus vulgatae versionis; tum quod ex recentioribus scriptoribus plurima decerpuntur & antiquioribus illis supponuntur; denique quod vsque in nonum seculum penitus ignoratae; vt inaestimabili diligentia a DAVIDE BLONDELLO *in Pseudo Isidoro* est ostensum. Adde quae laudatus de MARCA (4), STEPHANVS BALVZIVS (5), GEORGIVS CALIXTVS, HERMANNVS CONRINGIVS (6), STRAVCHIVS de aliis Collectionibus disseruerunt.

(1) Canonum in iis conditorum & in vniuersum Gallicanorum magnam fuisse reuerentiam apud Francos, nec modo apud hos, sed & apud Hispanos, obseruauit BALVZIVS *in not. ad Agobard. aduersus legem Gundobaldi: c.* 12. (2) Apud GREGORIVM TVRONENSEM est l. 5. hist. c. 19. Chilpericum Regem *transmisisse Episcopis librum Canonum, in quo erat quaternio nouus, annexos habens Canones quasi Apostolicos.* Fuit haec collectio Canonum DIONYSII EXIGVI. De quo CASSIODORVS, aequalis illorum temporum scriptor de diuin. lect. c. 23. *Fuit Monachus, Scytha natione, sed moribus omnino Romanus, in vtraque lingua valde doctissimus.* Mox: *Petitus a Stephano, Episcopo Solonitano, ex Graecis exemplaribus Canones Ecclesiasticos moribus suis, vt erat planus atque disertus, magna eloquentia laute composuit, quos hodie vsu celeberrimo Ecclesia Romana complectitur.* Vsum collectionis huius Dionysianae, quae complectebatur Canones viginti septem Concilii Chalcedonensis, viginti & vnum Concilii Sardicensis, centum triginta & octo Africanos, cum Decretis Romanorum Pontificum a Siricio Papa vsque ad Hormisdam, statim atque edita est, per Gallias inualuisse, probat post PETRVM DE MARCA COINTIVS *ad A. DLXXVII. n.* 12. *seqq.* addens *n.* 26. Canones quasi Apostolicos in nouo quaternione, cuius Gregorius meminit, ab Episcopis Galliarum non statim receptos, imo ne quidem descriptos fuisse cum ceteris Canonibus in eodem Codice. Caeterum quod *diximus* de canonibus Africanis mirari non debemus: nam eos magnam in Francia auctoritatem *habuisse*, pluribus testimoniis probat STEPH. BALVZIVS *in not. ad l. VII. Capitul.* 102. (3) *L. 7. de concordia regni & sacerdot. c.* 20. *§. 9. & seqq.* (4) *D. c.* 20. (5) *Praefat. ad A. Augustin. Gratian. & ad Reginonem de statu rerum in ecclesia sec. VIII. IX. X. §.* 20. *seqq.* (6) *Exercit. de indic. reip. Germ. §.* 32. 33. *c.* 1. *ad L. C. ecl.* 1.

§. XXX.

Ad leges vniuersales profanas pertinent Capitula siue Capitularia, de quibus supra egimus. Ex his praecipue Capitularium libros quatuor Ansegisus, Abbas Lobiensis (1), in ordinem digessit, eosdemque quinto, sexto, septimo libro auxit Benedictus Leuita, siue Diaconus Moguntinus, qui sub Riculfo & Auchario, Archiepiscopis Moguntinensibus, regnantibus Ludouici Pii filiis, vixit. Vbi notatu dignum, libros illos quatuor Capitularium, si non statim, saltem non diu post Germanice versos esse. Cuius versionis supersest adhuc fragmentum, a CHRISTOPHORO BROVVERO in annalibus Treuirensibus, & ante paucos annos cum aliis antiquae lectionis monumentis Argentorati editum. Profanae vniuersales.

(1) Alii Ansegiso, qui postea Senonum Archiepiscopus fuit, collectionem hanc tribuendam censuerunt; quos refellit IACOBVS SIRMONDVS *in epistola ad Constantinum Capetanum*, ratus itidem eam esse Ansegisi Abbatis Laubiensis, adductus auctoritate SIGIBERTI *in Chronico ad A. DCCCXXVII.* cui auctori TRITHEMIVS suffragatur. At MABILLONIVS *in Obseruation. praeuiis ad vit. S. Ansegisi seculo IV. Actor. Ord. S. Benedicti* Ansegisum, inquit, Abbatem inter Laubienses quaerimus, nec inuenimus. Ipse Ansegisum Abbatem fuisse Luxouiensem probat.

§. XXXI.

Digitized by Google

§. XXXI.

Ad quas etiam pertinent LL. Salicae, Ripuariae.

Legibus vniuerſalibus accenſeri etiam poſſunt Salicae & Ripuariorum: Ad eas enim reſpicere videtur EGINHARDVS in vita Karoli M. ſcribens: *Francos habere duas leges* (1). Vndenam autem dicta lex Salica, tum quo tempore & loco condita, magna inter iuniores eſt diſſenſio. Sunt enim, qui non a Francorum populo Saliis, ſed Francorum Optimatibus conditam exiſtimant; alii non ſub Pharamundo, ſed Clodoueo latam contendunt, quam ſententiam amplexi ſunt HADR. VALESIVS, & noue GABRIEL DANIEL (2). E contrario HALLIANVS, qui hiſtoriam generalem Franciae ſub Henrico III. G. R. edidit, Legem Salicam ſub Philippo Longo primum natam eſſe perſuadere voluit; alii in Germania cisrhenana, alii in transrhenana natale eius ſolum quaerunt; nec minor circa locum varietas eſt. Noue H. CONRINGIVS (3) circa Moguntiam vel Oppenhemium eas conditas ſuſpicatus eſt. Adde, quae idem alio loco contra WENDELINI librum *de natali ſolo Legum Salicarum* prolixe diſputauit. Nos primum eam antiquiſſimam eſſe aſſerimus: nam Childebertus, Auſtraſiae Rex, articulum Legis Salicae in *tit.* 61. de Chrenecruda in edicto Coloniae edito A. DXCV. aboleuit; MARCVLFVS *l.* 1. *formul. c.* 20. meminit eius verbis, quae ſequuntur: *inluſtris vir ille ſeruum ſuum nomine illum per manum illius, iactante denario, ſecundum legem Salicam dimiſit ingenuum;* & Carolus Caluus in Edicto Piſtenſi An. DCCCLXIV. c. 34. prouocauit ad Legem Salicam; Caroli quoque M. aetate eam cognitam fuiſſe, teſtiſtimonio non vno demonſtrauerunt WENDELINVS, PITHOEVS & LINDENBROGIVS. Deinde SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *in Chronic. ad* A. CCCCXXII. ſcribit, ſub Pharamundo quatuor Primores gentis, vſu rerum ac virtute praeſtantes, ex omnibus omnium conſenſu delectos, ter actis conuentibus, quos mallos vocabant, in vicis Germaniae Salichamio Bodichamio & Widichamio legem Salicam condidiſſe. Quatuor viros illos fuiſſe Wiſigaſtem, Salagaſtem, Boſogaſtem, & Widogaſtem. Quos Ado, Sigeberto vetuſtior, & A. de geſtis Regum Francorum corruptis nominibus nuncupant Wiſovaſtem, Wiſogaſtem, Arogaſtem & Salegaſtem. Quibus hiſtoricis, cum ſua haut dubie ex antiquioribus hauſerint, eousque credendum, donec aliunde contrarium conſtet, praeſertim cum praefatio antiqua legis Salicae in editione Heroldina aperte teſtetur, eam latam fuiſſe, cum gens Francorum inclyta adhuc teneretur Barbarie, hoc eſt, Paganiſmi tenebris. Iam cum ſupra euictum ſit, ante Clodoueum Salios in Germania Cisrhenana inferiore Francorum populis adſcriptos fuiſſe, & inter Francos eminuiſſe ob peritiam Latinae linguae & morum Romanorum, eccui non fiat probabile, eos ſub Pharamundo cum conſenſu ceterorum Francorum legem Latina lingua ſcribere potuiſſe? De loco non laborandum ſollicite, ceu quem ob longinquitatem temporum certo deſignare, vix poſſibile erit. Nam & noua H. CONRINGII coniectura de tractu circa Moguntiam & Oppenhemium inde collabaſcit, quoniam tempore Pharamundi, ſecus ac ipſe putauit, ea loca adhuc ſub Alemannorum ditione fuerunt (4). Ceterum notari meretur, editiones legis Salicae duas eſſe, non ordine modo titulorum, ſed & verbis ipſis diſcrepantes; alteram veterem, quam BASILIVS IOANNES HEROLDVS An. MDLVII. Baſileae, & poſt eum WENDELINVS edidit; alteram recentem, a TILIO primum publicatam, deinde a PITHOEO, LINDENBROGIO, BIGNONIO, & nouiſſime omnium

ex

Digitized by Google

ex vndecim codicibus manuscriptis antiquissimis a STEPHANO BALVZIO (5) emendatius editam, quam Carolus M. emendandam & promulgandam curauit. De legibus Ripuariorum, quas, ope quatuor veterum codicum emendatas, denuo protulit laudatus BALVZIVS (6), videatur H. CONRINGIVS (7).

(1) Vt sensit etiam Herm. Comes Nuenarius apud DVCHESNIVM tom. 1. scribens: *Duas Frances habuisse leges ipsorum auctores testantur, Salicam atque Ripuariam, quibus nullus Regum ante Karolum M. addere quicquam tentauit. Ipsarum quoque penes me exemplum fuit, ipsius Karoli M. temporibus conscriptum, in quo passim gentis vocabula, quae Latinis verbis reddi non potuerunt, vernacula Germanorum lingua exprimuntur.* (2) *L. 3. Rer. Francic. p. 119. seqq. Dissert. 3.* (3) *Ep. 8. ad Ferd. Episcop. Paderbornens. & ep. ad Baluzium 29. in fine. De Origine iuris Germ. c. 7.* (4 v. NICOL. SCHATEN *hist. Westph. l. 5. ad A. CCCCXX.* (5) *Tom. 1. Capitul. Francor.* (6) *D. Tom. 1.* (7) *De origin. iur. Germ. c. 10.*

§. XXXII.

Praeter leges hasce plerique populi regni Francici leges suas peculiares & proprias habebant, vt Alemanni, Baioarii, Burgundiones, Frisii, Saxones, Langobardi, vt eorum leges adhuc superstites testantur, de quorum historia praeclare meritus est H. CONRINGIVS libro de origine iuris. Earum aliquas, vt Ripuariorum, Alemannorum, Baiuuariorum, purgauit, emendauit & auxit Dagobertus, Francorum Rex. Maior conatus fuit Caroli M. Nam ita Annales Francorum ad A. DCCCII. apud LAMBECIVM (1): *Imperator Carolus congregauit Duces, Comites, & reliquos Christianos populos cum legislatoribus, & fecit omnes leges in regno suo legi, & tradi vnicuique hominum legem suam, & emendari vbicunque necesse fuit, & emendatam scribere, & vt iudices per scriptum iudicassent.* Cui similia scribit Chronicon Moissiacense *ad d. A.* Caeterum Romani, id est Galli, Romanis vtebantur legibus. Nam ita Clotharius Rex in Constitutione generali, data circa A. DLX. *Inter Romanos negotia causarum Romanis LL. praecipimus terminari.* Adde GREGORIVM *libro de vita Nicetii Lugdunensis*, & CAROLVM CANGIVM (2). Vbi notandum, per leges Romanas praecipue intelligi Codicem Theodosianum eiusque Breuiarium, non Iustinianeum, eorumque vsum intra certos terminos fuisse coercitum, vti alio loco (3) docuimus. *Profanae particulares.*

(1) *L. 2. Bibl. Caesar. c. 5.* (2) *Glossar. voce lex Romana.* (3) *Diss. de Consule. LL. & Iudic. §. 24.*

§. XXXIII.

Ex dictis intelligitur, magnam inter Francos varietatem iurium fuisse, de qua prudentes eorum conquesti sunt. Nam ita HINCMARVS, Archiepiscopus Remensis (1), libro de potestate Regum, c. 15. *Quando sperant aliquid lucrari* (Comites) *ad legem Romanam se conuertunt: quando vero per legem non aestimant acquirere, ad Capitula* (Caroli sc. M. & successorum) *confugiunt; sicque interdum fit, vt nec Capitula plene obseruentur, sed pro nihilo habeantur, nec lex.* Et AGOBARDVS in libro aduersus Legem Gundebadam c. 14. optauit, *vt Franci sub Rege vno vna omnes tenerentur lege; id enim valiturum profecto multum ad concordiam Ciuium Dei & aequitatem populorum.* *De harum varietate conquesti prudentes.*

(1) In com. 2. opp. Sirmondi.

Digitized by Google

§. XXXIV.

Vice legum fuerunt Praecepta Regum.

Ceterum vim siue potestatem legis habebat etiam *Praeceptum* (1) siue Diploma Regis, quod dicebatur quoque *auctoritas* (2). Sic apud GREGORIVM TVRONENSEM est l. 9. hist. c. 29. *Protinus epistolam cum auctoritate miserunt, ne populus Turonicus pro reuerentia S. Martini describeretur.* & c. 42. in epistola Reginae Radigundis: *Per auctoritates Praecellentissimorum Regum.* In Synodi Meldensis can. 71. *Vt auctoritatem, sigillo regio roboratam, more Tractoriae, Christianissimus Princeps donet singulis Episcopis.* Add. 1. *Capitul.* 82. vbi statuitur, *in ambone auctoritatem ipsam coram populo legendam.* Pertinent huc IOANN. MABILLONII libri de Re diplomatica sex, & quod eis postea addidit supplementum.

(1) THEGANVS de gest. Ludouici Pii c. 10. *Iussit supra dictus Princeps, renouare omnia praecepta, quae sub temporibus Patrum suorum gesta erant Ecclesiis Dei, & ipse manu propria cum subscriptione roborauit.* v. CAROLI CANGII *glossar. voce Praeceptum.* (2) Diploma Regis, quod ceteris praestabat, ideoque Regis, vt videtur, manu subscriptum, ac ipsius annulo sigillatum, vt colligitur ex epistola S. RADEGVNDIS *l. 9. c. 42.* Add. BIGNON. *ad. l. form. Marculf. c. 4.*

§. XXXV.

IVDICIA. *Eorum multiplex diuersitas. Erant nimirum vel*

In iudiciis Francorum considerandа, & diuersa eorum genera, & modus procedendi. Illud quod attinet, in vniuersum alia superiora erant, alia intermedia, alia inferiora: ratione obiecti autem cum haec, tum illa, vel profana, vel sacra. Superiora erant iudicia aut Regis in contentibus populi generalibus & Synodis; aut Regis tantum; aut Regis vice Archicapellani, & Comitis Palatii; tum in causis Episcoporum Pontificis Romani: intermedia erant Missorum Regiorum, & Synodorum Prouincialium: inferiora Episcoporum & Comitum. Dicemus de singulis.

§. XXXVI.

SVPERIORA *Regis* in conuentibus populi generalibus & Synodis.

In conuentibus populi generalibus (1) causas Principum siue Primorum, quales tunc fuere Duces, Episcopi, Comitum praecipui, saltem illas, quae remp. attinent, decisas fuisse, exemplis compluribus probat H. CONRINGIVS (2). Adde exemplum aliud *lib.* 1. *Traditionum Fuldens.* (1) & Clotharii, qui A. DCXIV. in villa publica Massolaco cum Proceribus residens, venire ad se Aletheum Patricium iussit, & cum se purgare non posset, obiectumque crimen refellere, de consilii sententia hominem damnauit. Tum Leodegarii, Episcopi Augustodunensis, quem Childericus Rex Anno DCLXX. suadentibus Optimatibus iussit in Monasterium Lunogiense duci, donec conuentus haberetur, ac denuo deliberaretur, quid fieri placeret. Et Tassilonis, Baioariae Ducis, cuius causam sub Carolo M. in generali conuentu populi actam, tradunt Annales Francorum Reuberiani ad A. DCCLXXXIIX. Adde FREDEGAR. *Chronic. c.* 40. Quanquam exempla non desint Regum, Optimates criminum reos incautos plerumque & inopinantes, velut hostes, armata manu opprimentium, nonnunquam etiam in Palatio suo ad ipsum ostium cubiculi regii, quod asyli loco esse debebat, occidentium

Digitized by Google

tium ſecuros; tanquam hi vinciri, & cauſa cognita iudicum ſententiis damnari, extremoque ſupplicio affici palam ſine Principum periculo non poſſent. Quod poſt exempla (4) aliquot allata miratur HADR. VALESIVS (5).

(1) Huc reſpexit MARCVLFVS 1. formul. 25. *Ergo cum nos in Dei nomine ibi in palatio noſtro ad vniuerſorum cauſas recto iudicio terminandas vna cum Dominis & patribus noſtris Epiſcopis, vel cum pluribus optimatibus noſtris illis, patribus illis, referendariis illis, domeſticis illis, vel ſeniſcalcis illis, cubicularibus illis & illo Comite palatii, vel reliquis quampluribus noſtris fidelibus reſideremus.* (2) Exercit. de iudic. Reip. Germ. §. 23. (3) Apud Piſtorium p. 474. (4) Exempla habes de Magnoualdo vno ex Optimatibus Childeberti Regis, apud GREGOR. TVRONENS. *l.* 8. *c.* 36. & de Rauchingo Duce apud GREGOR. TVRONENS. *l.* 9. *c.* 9. *l.* 13. *Rer. Francic. ad A. DXXCVI.* (5) L. 18. Rer Francic. ad A. DCXXVII.

§. XXXVII.

De aliis Primorum minoris momenti controuerſiis Rex ſolus iudicabat. In III. C. 77. „Vt Epiſcopi, Abbates, Comites & potentiores quique, ſi cauſam „ inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint, ad noſtram iubeantur venire „ praeſentiam, neque illorum contentio alicubi iudicetur, ne propter hoc pau- „ perum & minus potentum iuſtitiae remaneant. Neque vllus. Comes Palatii „ noſtri potentiorum cauſas ſine noſtra iuſſione finire praeſumat, ſed tantum ad „ pauperum & minus potentum iuſtitias finiendas ſibi ſciat eſſe vacandum.„ Ad eiusdem Regis iudicium etiam deferebantur appellationes, aut querelae ob negatam vel diu dilatam iuſtitiam. In V. Capit. 243. eſt: „Vt ſi quis voluerit dicere, „ quod ei iuſte non iudicetur, tunc in praeſentiam noſtram veniat; ali- „ ter vero non praeſumat in praeſentiam noſtram venire, pro alteri- „ us iuſtitia dilaranda. In Capitular. Ludouici Pii A. DCCCXXIX. tit. 2. c. 14. „ quod inſertum IV. Addit. ad Cap. 115. Populo autem dicatur, vt caueant, „ de aliis cauſis ſe ad nos reclamare, niſi de quibus aut Miſſi noſtri, aut Comi- „ tes iis iuſtitias facere noluerint. Enim vero ex his grauiores cauſae a Rege ipſo iudicabantur, dum is proprio ore eius dicebat (1). In dicto Cap. Anni DCCCXXIX. tit. 2. c. 14. Ludouicus pius ita ſtatuit: Hoc Miſſi noſtri notum „ faciant Comitibus & populo, quod nos in omni hebdomadarum diem, „ ad cauſas audiendas & iudicandas ſedere volumus. *De Carolo M. EGIN-* „ *HARDVS in vita eius:* Cum calcearetur & amiciretur, non tantum Comi- „ tes admittebat, verum etiam, ſi Comes Palatii litem eſſe aliquam diceret, „ quae ſine eius iuſſu definiri non poſſit, ſtatim litigantes introduci iuſſit, & „ veluti pro tribunali ſederet, lite cognita, ſententiam dixit.

Regis tantum in Primorum minoris momenti controuerſiis.

(1) Hoc in more habebant etiam Reges primae ſtirpis. A. de geſtis Dagoberti Regis c. 21. exſcribens FREDEGARII Chronicon: *Deinde Diuiona imoque Latona reſidens, aliquantis diebus tantam intentionem cum vniuerſo regni ſui populo iuſtitiae iudicandae poſuerat, vt huius deſiderio plenus, nec ſomnium caperet, nec cibo ſatiaretur, intentiſſime cogitans, vt omnes cum iuſtitia recepta de conſpectu ſuo remearent.* Adde BIGNONIVM *ad Marculf. formul. l.* 1. *c.* 25.

§. XXXIIX.

Reliquas cauſas (1), ſiue in ipſo Palatio enatae eſſent, vel per prouocationem eo deferrentur, Archicapellanus aut Comes Palatii terminabat. Audi- tus HINCMARVM *Epiſt.* 14. *c.* 19. vbi ex ADELARDI libro de ordine Palatii, qui nunc palati-

Regis vice Archicapellanus aut Comes Palatii.

Digitized by Google

aut Comitis Palatii.

non extat, refert: „Potiores in regio Palatio duos regios Miniſtros fuiſſe, Capellanum & Comitem Palatii, e quibus, inquit, praecipue duo, i. e. Apocrisarius, qui vocatur apud nos Capellanus, vel Palatii cuſtos, de omnibus negotiis Eccleſiaſticis vel miniſtris Eccleſiae, & Comes Palatii de omnibus ſecularibus cauſis vel iudiciis ſuſcipiendi curam inſtanter habebant, vt nec Eccleſiaſtici, nec Seculares prius Dominum Regem absque eorum conſultu inquietare neceſſe haberent, quousque ille prouideret, ſi neceſſitas eſſet, vt cauſa ante Regem merito venire deberet. Si vero ſecreta eſſet cauſa, quam prius congrueret Regi quam cuiquam alteri dicere, eundem dicendi locum eidem ipſi praepararet, introducto prius Rege, vt hic iuxta modum perſonae, vel honorabiliter, vel patienter, vel etiam miſericorditer ſuſciperet. *Et c.* 20. Apocriſarius quidem de omni eccleſiaſtica religione, vel ordine, nec non etiam canonica vel monaſtica altercatione, ſeu quaecunque Palatium adibant pro eccleſiaſticis neceſſitatibus, ſolicitudinem haberet, & ea tantummodo, de caeteris Regem adirent, quae ſine illo plenius finiri non potuiſſent.„ Ex quibus intelligimus, etiam Archi-Capellanum lites nonnullas, quae ad Palatium deferebantur, diſcuſſiſſe & diiudicaſſe; quam in rem videatur PETR. de MARCA (2). Nam de Comite Palatii id planum eſt, & manifeſte docet HINCMARVS *d. Epiſt. c.* 21.

(1) In III. Capit. 77. eſt: *Neque vllus Comes palatii noſtri potentiorum cauſas ſine noſtra iuſſione finire praeſumat, ſed tantum ad pauperum & minus potentium iuſtitias faciendas ſibi ſciat eſſe vacandum.* Cauſae tales dicebantur Palatinae, teſte eodem HINCMARO c. 33. & in vetere Notitia Monaſterii S. Dionyſii: *Coram Gilone Comite, qui cauſas Palatinas in vice Falconis audiebat vel diſcernebat.* (2) *L. 4. de concord. regni & ſacerd. c.* 7. §. 3.

§. XXXIX.

Pontificis Romani *in cauſis Epiſcoporum.*

Pontificis Romani iudicium, regnante Carolo M.(1) Epiſcopis delectis, aut litem inter ſe habentibus, patefactum eſt, idque auctoritate Capitulorum in collectione HADRIANI, & quia in Concilii Sardicenſis canone 5. ita ſtatutum eſſet. Vid. VI. *Capit.* 64. & 401. VII. *c.* 102. *c.* 173. *c.* 315. *c.* 412. *c.* 448. 2*do Additionum ad Capitul. c.* 12. Enimuero uti collectionem illam HADRIANI antiquis Canonibus per omnia conſentaneam non eſſe, ſupra oſtendimus; ita Concilium Sardicenſe tantum conſtituit, vt in depoſitorum Epiſcoporum arbitrio poſitum eſſet, Epiſcopum Romanum appellare, pro obtinenda cauſae reviſione, quod fuſiſſime eſt exſecutus PETR. de MARCA *de concord. regni & ſacerdotii libro ſecundo integro*, in cuius c. 20. vsque ad c. 25. oſtendit, ius iſtud nouum ex collectione HADRIANI, licet in Capitularia Francorum transſcriptum, quatenus antiquis Canonibus aduerſaretur, receptum haud fuiſſe. Vbi non poſſum non adferre exemplum HINCMARI, Archiepiſcopi Remenſis, cum Rhotardus, Epiſcopus Sueſſionenſis, quem in Synodo Prouinciali depoſuerat, & Hincmarus, nepos ſuus, quem Epiſcopum ſe perperam gerentem caſtigauerat, ad Nicolaum Papam prouocarent, & Hincmarus nepos exceſſus ſuos ſuppoſititiis illis Pontificum epiſtolis defendere conaretur. Scribebat enim Archiepiſcopus ille ad nepotem ſuum apud FLODOARDVM (2): „Quaerens adinuentiones, vt te metropolitana ſubiectione poſſes exuere, libellum de Patrum antiquorum ſcriptis, ante ſacros Nicaenae Synodi & aliorum Sanctorum canones editis, collegiſti. Deinde ex praefatis epiſtolis Romanae ſedis Pontificum, ante Nicaenam Synodum ſcriptis,

Digitized by Google

„ ptis, libellum a te collectum mihi direxisti.„ Idem HINCMARVS libro LV. Capitulorum, quem ad nepotem vel potius contra nepotem auunculus scripsit, cap. 24.„ Si „ ideo talia, quae tibi visa sunt, de praefatis sententiis & saepe memoratis epistolis col„ legisti, quia forte putasti, neminem alium easdem sententias, vel ipsas epistolas prae„ ter te habere, & idcirco talia libere te existimasti posse colligere, res mira est; quum „ de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut & de libro collectarum epistolarum „ ab ISIDORO, quem de Hispania allatum Riculfus Moguntinus Episcopus in „ huiusmodi, sicut & in Capitulis regiis, studiosus obtinuit, & istas regiones „ ex illo repleri fecit. *Addit:* De cuius ISIDORI dictis, sed & de epistola DA„ MASI, quam suae praefationi supposuit, & collectioni praeposuit, quaedam „ possem prolixius ostendere,„ nempe quod spuria sint, & illis, quorum nomina ostendunt, stolide & impudenter suppositа. Conf. H. CONRINGIVS (3).

(1) Sub primae stirpis Regibus id non licebat. Cum Salonius Ebrodunensis, & Sagittarius Vapiensis Episcopus, iniuste se a Nicetio Patriarcha & Episcopis remotos quererentur apud Guntchramnum Regem, & peterent, *sibi tribui licentiam, vt ad Papam vrbis Romae accedere debeant; Rex annuens petitionibus eorum, datis epistolis, eos abire permisit*, vt scribit GREGORIVS TVRONENSIS *l. 5. hist. 21.* Papas etiam ad inquirenda & emendanda Episcoporum facinora in Franciam neminem, nisi assensu ac mandato Regis, misisse in Gallias, aperte indicat GREGORII Pontificis epistola ad Brunichildem Reginam & Tutricem tertia A. DCL. in qua scribit: *Si Regina assentiretur atque praeciperet, se personam missurum, quae vna cum Sacerdotibus Gallicanis facinora Sacerdotum, de quibus egerat, inquirat ac emendet.* (2) L. 3. histor. Remens. c. 21. (3) Exercit. de iudic. Reip. Germ. §. 32. sequ.

§. XL.

Missorum Regiorum munus, vt late patuisse iam supra diximus, ita iudicandi facultatem quoque comprehendit. In III. Cap. 38. est: *Volumus, vt propter iustitias, quae vsque modo de parte Comitum remanserunt, quatuor tantum mensibus in anno Missi nostri legationes suas exerceant*, i. e. *in hieme Ianuario, in vernо Aprili, in aestate Iulio, in autumno Octobri; caeteris vero mensibus vnusquisque Comitum placitum suum habeat, & iustitias faciat. Missi autem nostri quater in vno mense, & in quatuor locis habeant placita sua cum illis Comitibus, quibus congruum fuerit, vt ad eum locum possint conuenire.* In l. 4. Capit. c. 66. *Vt vbicunque ipsi Missi aut Episcopum, aut Abbatem, aut alium quemlibet, quocunque honore praeditum, inuenerint, quae iustitiam facere vel noluit, vel prohibuit, de ipsius rebus viuant, quam diu in eo loco iustitias facere debent.* Hinc Episcopis aut Abbatibus, perinde ac Comitibus, a placitis Missorum abesse haut licebat, vt statutum IV. Capit. 71. A Missorum tamen sententiis licuisse appellare ad Regem, iam ante docuimus. INTERMEDIA *Missorum Regiorum.*

§. XLI.

In Synodo, quam Metropolitanus conuocabat, de causis Episcoporum, & aliorum prouocantium fuit iudicatum. In VII. Capit. 314. est: *Nullus Episcopus extra suam prouinciam ad iudicium deuocetur, sed vocato eo canonice, in loco omnibus congruo, tempore Synodali ab omnibus Episcopis comprouincialibus audiatur, qui concordem super eo canonicamque proferre debeat sententiam. Quia si hoc* SYNODORUM PROVINCIALIUM.

Digitized by Google

minoribus, tam Clericis, quam Laicis, conceſſum eſt, quanto magis de Epiſcopis ſeruari conuenit: nam ſi ipſe Metropolitanum aut iudices ſuſpectos habuerit, aut infeſtos ſenſerit, apud Primatem Dioeceſeos aut Romanae ſedis Pontificem iudicet. add. VII. Capit. 112. 171. 178. 321. Verum de appellationibus ab hiſce Synodis in cauſis Epiſcoporum iam ante dictum eſt. De cauſis quoque Clericorum inferioris ordinis tandem Metropolitanus cognoſcebat, vt tamen Regi vltima cognitio reſeruaretur. Nam ita Synodus Francofordienſis An. DCCXCIV. celebrata c. 6. *Statutum eſt a Domino Rege & ſancta Synodo, vt Epiſcopi iuſtitias faciant in ſuis parrochiis. Si non obedierit aliqua perſona Epiſcopo ſuo de Abbatibus, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Monachis & ceteris Clericis, vel etiam aliis, in eius parrochia, veniant ad Metropolitanum ſuum, & ille diiudicet cauſam cum Suffraganeis ſuis. Comites quoque noſtri veniant ad iudicium Epiſcoporum. Et ſi aliquid eſt, quod Epiſcopus Metropolitanus non poſſit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant accuſatores cum accuſato cum litteris Metropolitani, vt ſciamus veritatem rei.* Quem Canonem egregie illuſtrat P. DE MARCA (1).

(1) *L. 4. de concord. regni & ſacerdot. c. 7. §. 11. & ſequ.*

§. XLII.

INFERIORA Epiſcoporum.

Epiſcopi in Clericos & Monachos iudicia exercebant. Carolus M. Capit. I. An. DCCXXCIX. c. 27. quod relatum in I. Capit. 28. *Item in eodem Concilio* (Calcedonenſi) *praecipitur, vt ſi Clerici inter ſe negotium habuerint, a ſuo Epiſcopo diiudicentur, & non a Secularibus.* Conf. I. Cap. 3. & VI. Cap. 434. Qui ſecundum VI. Capit. 386. cauſae quaecunque ſeculares ad iudicium Epiſcoporum potuerunt deferri. Quanquam Conſtitutionem Conſtantini, quae ibidem allegatur, & habetur quoque in tit. Cod. Theodoſ. de Epiſcoporum iudicio, omnino falſam eſſe contendat IACOBVS GOTHOFREDVS, cui circa exitum ſuperioris ſeculi peculiare ſcriptum oppoſuit IOANNES LE GENDRE, Anteceſſor Pariſienſis.

§. XLIII.

Comitum.

Comites quisque in ſuo Comitatu de profanis controuerſiis conſtituebant, dicti propterea iudices publici, de quo videatur CAROLVS CANGIVS (1). His, cum ferme armorum magis, quam iurium eſſent periti, adiungebantur Aſſeſſores ſiue Scabini, quos Miſſi Regii eligebant. vid. III. *Capit.* 33. & VI. *Capit.* 218. Hinc a Schaffen ſeu creando Scabini videntur nomen nacti, vt alio loco probatum dedimus. Adde CAROLVM CANGIVM (2). Erant autem cuique Comiti plerumque ſeptem adiuncti. vid. III. *Capit.* 40. & VI. *Capit.* 238. Quanquam interdum plures, & quidem duodecim fuiſſe, colligere liceat ex Capitulari Ludouici Pii ſecundo *An. DCCCXIX. c.* 2. Exemplum iudicii Comitis & Scabinorum eius habes apud HIER. BIGNONIVM (3). Locus, in quo Comes ius dicebat, vocabatur Mallus (forte a Mahl, commeſſationibus ſeu conuiuiis, quae occaſione iudiciorum fiebant,) ſeu a malle, quam vocem notaſſe campum, indicio eſt Thietmelle, campus paluſtris, (locus proelii Francorum cum Saxonibus tempore Caroli M.) Vnde mallare, i. e. in ius vocare; mallator, i. e. actor, in

LL.

Digitized by Google

DL. Francorum & hiſtoriis frequenter occurrunt. Primum autem iudicia haec ſub dio celebrari ſolebant: at Carolus M. Capit. ſecundo An. DCCCIX. c. 13. & Ludouicus Pius Capit. ſecundo A. DCCCXIII. c. 14. quod relatum in IV. Capit. 28. iuſſit ad eam rem aedes exſtrui. Verba Capitularis Ludouiciani ſunt: *Volumus vtique, vt domus a Comite, in loco, vbi mallum teneri debet, conſtituatur, vt propter calorem ſolis & pluuiam publica vtilitas non remaneat.* Vt placita ſecularia neque in Eccleſiis, neque in atrio haberentur, ſaepe in Capitularibus conſtitutum eſt, *d.* IV. *Capit.* 28. V. *Capit.* 156. & III. *addit.* 32. Ceterum Comitibus ſuberant Centenarii, qui per centenas (de quibus ſupra) de minoribus cauſis ius dicebant. Nam ita Capit. Caroli M. tertium An. DCCCXII. c. 4. quod transſcriptum in III. Capit. 79. *Vt nullus homo in placito Centenarii, neque ad mortem, neque ad libertatem ſuam amittendam, aut res reddendas, vel mancipia iudicetur, ſed iſta aut in praeſentia Comitis, vel Miſſorum noſtrorum, iudicentur.* Conf. IV. Capit. 26. in eius appendice ſecunda c. 27. Hucusque iudiciorum genera explicuimus.

(1) *Gloſſar. voce iudices publici.* (2) *Gloſſar. voce Scabini, & cauiones.* (3) *Ad append. Marculfi c.* 1.

§. XLIV.

FORMA SIVE MODVS PROCEDENDI. *vbi* ſingularia, quantum attinet examen teſtium.

In modo procedendi hic ſingularia quaedam annotabimus. Primum eſt, teſtes ſecundum legem Baiwariorum per vtramque aurem fuiſſe tractos (1), *tit.* 15. *c.* 2. §. 1. *tit.* 16. *c.* 2. Hinc in notitia iudicii facti ab Arnone Archiepiſcopo & caeteris Miſſis Dominicis An. 2. Caroli M. Imp. apud HVNDIVM (2): *Teſtes vſu Baioariorum per aures ex vtriusque parte tracti, vt amplius examen firmum eſſet.*

(1) Hic mos adhuc ſero viguit apud Bauaros. In Chronico Reichersbergenſi ad An. MCLXII. poſtquam memoraſſet, delegationem praedii alicuius monaſterio Reichersbergenſi factam, addit: *ab ipſo Duce* (Bauariae & Saxoniae Henrico) *ac Praepoſito per aurem attracti ſunt plurimi teſtes.* In charta An. MCLXXI. *Regnante Friderico, teſtes per aures tracti*, apud HVNDIVM *Bayer. Grammenbuch part.* 1. *ſub Auenſperg. pag.* 4. Add. CANGIVS *gloſſar. voce auris.* Caeterum A. MATTHAEI *in manuduct. ad ius Canonic. p.* 463. putat, ex hoc more vocem Urkunde *inſtrumenta authentica* appellationem traxiſſe. Enimuero aliam vocis illius originem eſſe oſtendimus *Comment. de lyro ſecl.* 2. §. 23. (2) *Tom.* 3. *Metropol. Salisburg. p.* 322.

§. XLV.

Iudicium aquae frigidae & feruentis.

Alterum: Apud Francos iudicium aquae frigidae & feruentis (1) in vſu fuiſſe. De quo plura conſignauit CAROLVS CANGIVS (2). Et licet legem tulerit Ludouicus Pius Cap. An. DCCCXXIX. tit. 2. cap. 12. quod transſcriptum in IV. addit. Capit. 113. *Vt examen aquae frigidae, quod hactenus faciebant, a Miſſis noſtris omnibus interdicatur, ne vlterius fiat:* tamen exempla plura euincunt, eam legem in vſum non veniſſe, vt probat laudatus CANGIVS (3). De iudicio aquae calidae & ferri igniti videantur FRANC. PITHOEVS (4), IVRETVS, & SIRMONDVS (5).

(1) Quibus tum precibus precumque formulis vſi v. COINTIVS *ad An. DCCCXXIX. n.* 146. *ſequ.* (2) *Gloſſar. voce aquae iudicium, & voce ignis iudicium.* (3) *Gloſſar. d. l. ad libros Capitularium.* (4) *In obſeruat. ad epiſtolam Iuonis Carnotenſis* 74. (5) *In notis ad Goffridum Vindocinenſem l.* 3. *ep.* 38.

§. XLVI.

Digitized by Google

§. XLVI.

Examen crucis.

Tertium: Fuisse & examen crucis; sed & hoc Ludouicum Piũm sustulisse, liquet ex Capit. An. DCCCXVI. c. 17. quod relatum I. Capit. 102. his verbis: *Sancitum est, vt nullus deinceps quamlibet examinationem crucis facere praesumat, ne Christi Passio, quae est glorificatio, cuiuslibet temeritate contemtui habeatur.* Adde l. 3. Capit. 46. Append. II. c. 34. Synodus apud Vermer. sub Pipino Rege c. 17. Quale examen hoc fuerit, disquirunt eruditi. Placet autem STEPHANI BALVZII sententia (1), oportuisse quem immotum persistere sub cruce ad certum tempus, vt victoriam consequeretur: si persistere non posset, sed inanimis corrueret, causa cecidisse, aut pro nocente habitum. Quod probat illustri exemplo ex Vgelli Catalogo Episcoporum Veronensium (2). In libro Agobardi contra iudicium Dei est: *Iube ferrum & aquas calefieri, quas manibus inlaesus attrectem. Aut constitue cruces, ad quas stans immobilis perseuerem.*

(1) *In not. ad tom. I. Cap. p. 1155.* (2) *Tom. 5. Ital. Sacr. p. 610.*

§. XLVII.

Iusiurandum purgationis.

Quartum: Iureiurando se purgaturum, tum admissum (1), si haberet alios probatae vitae viros (2), qui simul pro ipsius innocentia iurarent. Dicti propterea Sacramentales, consacramentales, iuratores, coniuratores. In l. 4. c. 26. est: *Homo de statu suo pulsatus, si is, qui eum pulsat, ad conuincendum illum procinctum habuerit, adhibeat sibi octo Coniuratores legitimos ex ea parte vnde pulsatus, siue illa paterna siue materna sit, & quatuor aliunde non minus legitimos, & iurando vindicet libertatem suam. Quod si procinctus defuerit, assumat vndecunque 12. liberos homines & iureiurando ingenuitatem suam defendat.* In quibusdam causis pauciores quam duodecim sufficiebant, vt ex LL. Baiwariorum, Alemannorum & aliis intelligi potest. vid. CANGIVS (3). Fredegundis Regina probauit Clotharium II. esse filium Chilperici sacramento trium Episcoporum & trecentorum optimorum virorum, teste GREGORIO TVRONENSI *l. 8. hist. c. 9.* Coeterum Franci praestabant iusiurandum coram altari; tacta palla seu pallio altaris, vel posita manu super altare, & quidem maioris religionis causa super reliquiis sanctorum (4). De quo exempla sunt apud GREGORIVM TVRONENSEM *l. 4. c. 39. l. 5. c. 3. c. 14. c. 33. & c. 47.* Adde FRIDERICVM LINDENBROGIVM *Gloss.*

(1) Meminit etiam HADRIANVS VALESIVS l. 13. Rer. Francicarum An. DXXCV. his verbis: *More ac lege Francorum institutum erat, vt ad purgandam infamiam, aut ad probandam rem aliquam incertam ac dubiam, reus tangens altare, vel Euangelia Sanctorumue reliquias, primus apud iudicem conceptis verbis iuraret: ceteri ab reo electi adductique iureiurando affirmabant se credere, eum vera dixisse.* Ita Fredegundis Regina & iussu eius tres Episcopi & trecenti Optimates Lutetiam Parisiorum profecti, praesente Guntchramno, iurauere, *Clotharium puerum Chilperico Rege genitum.* (v. GREGOR. TVRONENS. *l. 8. hist. c. 9.*) Pariter Brunichildis iurauit, sibi falsa obiici, & cum suo tum etiam lectorum Procerum more Francorum se purgauit. v. GREGOR. TVRONENS. *l. 9. c. 32.* (2) Apud GREGORIVM tamen TVRONENSEM l. 7. c. 23. *iudicatum est, vt iniuriosus se insontem redderet sacramento.* Vbi nulla facta mentio Sacramentalium. De Iuditha Ludouici Pii coniuge A. Annalium S. Bertini ad A. DCCCXXXI. *Ad quod placitum* (huc Synodum apud Nouiomagum) *Domna Imperatrix, sicut iussum fuerat, veniens, & in conspectu Domni Imperatoris ac filiorum eius assistens, de cunctis se obiicientibus purificare velle aiebat. Percunctaeusque*

Digitized by Google

usque est populus, si quislibet in eam crimen obiicere vellet. Cumque nullus inuentus esset, qui quodlibet illi malum inferret, purificauit se secundum iudicium Francorum (iureiurando sc.) *de omnibus quibus accusata fuerat.* (3) *Glossar. voce iuramentum.* (4) Quae vel coram erant: Solebat enim Rex, quocunque ibat, reliquias secum deferre. Iis manus imponebatur. Vel in locis longe dissitis. Super vtrisque iurari consueuerat. De Tassilone Duce Boioariae Annales Laureshemenses ad An. DCCLVII. *Fidelitatem tam Regi Pipino, quam filiis eius Karolo & Karolomanno, iureiurando super corpus Sancti Dionysii promisit. Sed non solum ibi, verum etiam super corpus Sancti Martini & Sancti Germani, simili sacramento fidem se praedictis Dominis suis, diebus vitae suae seruaturum est pollicitus. Et de Boioariis, sic. Similiter omnes Primores ac maiores natu Boioarii, qui cum eo in praesentiam Regis peruenerant, fidem se Regi & filiis eius seruaturos in praedictis venerabilibus locis promiserunt.* Ex quo intelligitur, quid in aliis Francorum Annalibus sit: *Tassilonem iurauisse sacramenta multa & innumerabilia.*

§. XLVIII.

Quintum: Si causa dubia esset & incerta admodum, ferro inter Francos certatum, & controuersiam, more aliorum Germaniae populorum, armis fuisse disceptatam (1). De quo audire libet HADRIANVM VALESIVM (2): „Solebant „ tum Francorum Reges, atque etiam Iudices, si accusator, nullis testibus in„ nixus, aliquem capitalis facinoris obiecti conuincere non posset, vt ambo con„ grederentur, decernere. Qui pugnare ipse non valebat, propinquum suum, „ aut quem alium mercede conductum pro se pugnatorem dabat. Certamen „ a loco clauso, vbi inibatur, campus vocabatur. Reus, qui vicisset prouoca„ torem pugna, innocentiam suam satis probauisse, & falso crimine accusatus „ esse credebatur: sin cecidisset, sons habebatur. Similiter qui, vel cuius ad„ uocatus *prostratus*, aut etiam interfectus esset, is tamquam diuino iudicio „ *conuictus* supplicio afficiebatur, aut pecunia multabatur. Idem & in ciuili„ bus negotiis non raro fiebat, quae iudex si iure terminare non potuisset, iu„ bebat ferro discerni. Dies ab eo locusque constituebatur, quo die & quem „ in locum ad dimicandum sese vterque conferret. Accusator, vel actor reum „ prior petere, ictumque primum intentare consueuerat. Qui humi prostra„ tus ab aduersario erat, ne conficeretur, reum se, etiamsi non esset, victum„ que fatebatur atque proclamabat, & statim a victore exarmabatur. Nec Fran„ ci modo, sed etiam ceterae Germanicae, aut Germania profectae nationes, „ videlicet Saxones, Frisii, Burgundiones, Angli, Longobardi, Baioarii, eum „ morem seruabant ac pro lege habebant, Germanae feritati quam Christianae „ religioni conuenientiorem.„ Apud Burgundiones etiam Lex Gundobada lites certamine singulari praecepit finiri, vbi aliae probationes deessent; aduersus quam acriter, vt res postulabat, inuectus est Agobardus *libro contra iudicium Dei*, tanquam pietati Christianae & simplicitati valde contrariam. Ex quo simul intelligimus, modos hosce, de quibus iam egimus, singulariter indagandi veritatem vocatos iudicium Dei. Hinc Carolus M. in Capitulari primo An. DCCCIX. *Vt omnes iudicio Dei credant absque dubitatione.* In Synodi Francofordiensis c. 7. de Petro Episcopo est: *Exiuit eius homo ad iudicium Dei, neque per Regis ordinationem, neque per sanctae Synodi censuram, sed spontanea voluntate, qui etiam a Domino liberatus idoneus exiuit.* Certamina singularia.

Digitized by Google

(1) Exempla vide apud GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 7. *c.* 14. in Annal. Francor. Pithoeanis ad A. DCCCXX. & A. vitae Ludouici ad A. DCCCXX. & ad An. DCCCXXXI. vbi de Bernardo Comite. Adde A. MATTHAEI *libro de probat. c.* 2. *n.* 101. (2) *L.* 15. *Rer. Francicar. ad A. DXC.*

§. XLIX.

Quaestiones.

Sextum: Francos etiam quaestiones in vsu habuisse, intelligitur ex GREGOR. TVRONENS. l. 7. c. 32. vbi memorat, *iussisse Regem, Legatos Gundobaldi ad trochlear extendi, & fortissime caedi, vt si vera essent, quae dicerent, euidentius approbarent, & si aliquid doli adhuc intra pectorum arcana retinerent, vis tormentorum extorqueret inuitis.* Add. eundem l. 5. c. 29. l. 10. c. 19. vbi de Sunigisilo ait: *item tormentis addicitur ac quotidie virgis lorisque caeditur.* Adde de Mummolo Praefecto, iussu Fredegundis quaestioni subiecto, HADRIANVM VALESIVM (1), & TABOREM (2). Illud admodum singulare est, quod Annales Francorum a PITHOEO editi ad A. DCCC. notarunt: *Leonem Papam Euangelium super caput suum posuisse, & coram omni populo, inuocata S. Trinitate, se purgasse.*

(1) *L.* 11. *Rer. Francic. ad A. DXXIV.* (2) *Libr. de torturis c.* 2. §. 17.

§. L.

Poenas.

Ad procedendi modum pertinent etiam poenae. De quibus vniuerse notandum: eas more veterum Germaniae populorum raro fuisse capitales, etiam in homicidio, vt pluribus probat SCHILTERVS (1). Fures tamen, siue potius raptores, laqueo suffocatos, discimus ex GREGORIO TVRONENSE *l.* 6. *histor. c.* 8. & *de miraculis S. Martini l.* 1. *c.* 21. In criminis Maiestatis reos etiam atrocissimas poenas fuisse statutas (2), constat ex eodem *l.* 5. *c.* 19. In eo etiam confiscatio locum habebat, vt complura exempla apud GREGOR. TVRONENS. testantur, & si quis necem defuncti non vindicasset, plane vt iure Romano. v. A. *de gestis Dagoberti Regis c.* 36. & AIMOINVS 4. *hist.* 28. Ceterum rei damnati, antequam supplicio traderentur, deducebantur ad ecclesiam, & ibi publice reatum confiteri solebant. SIGIBERTVS ad A. MXCIV. *Iubente Vicedomno vocata mulier venit, & qualiter hominem occidisset, nequaquam celauit. Iudicatum est igitur, eam ignibus debere concremari, sed prius ducta ad Ecclesiam Beatae genitricis Mariae, peccatum suum coram Deo & hominibus ex ordine enarrauit.*

(1) *Exercit. ad D.* 49. §. 116. *seqq.* (2) Apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 7. c. 21. *iurauit Gunchramnus Rex Fr. omnibus Optimatibus, quod non modo ipsum* (Eberulfum) *verum etiam progeniem eius in nonam generationem deleret, vt per horum necem consuetudo auferretur iniqua, ne Reges amplius interficerentur.*

§. LI.

Singulatim quae ab Episcopis dictabantur.

De poenis Episcoporum notandum: Licuisse eis in fontes cum aliis Canonicis poenis, tum excommunicatione animaduertere. Habuit autem tum excommunicatio vim maximam. Synodus Vernensis sub Pippino habita can. 9. qui legitur quoque V. Capitul. 62. *Vt sciatis, qualis sit modus istius excommunicationis, in Ecclesiam non debet intrare, nec cum vllo Christiano cibum vel potum sumere, nec eius munera quisquam accipere debet, vel oscalum porrigere, nec in*

oratione

Digitized by Google

oratione se iungere, nec salutare, antequam ab Episcopo suo sit reconciliatus. Quod si aliquis se reclamauerit, quod iniuste sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum Episcopum venire, vt ibidem secundum canonicam institutionem diiudicetur; & interim suam excommunicationem custodiat. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus hoc minime emendare potuerit, Regis iudicio exilio condemnetur. Adde de HINCMARO, poenam excommunicationis interminante, FLODOARDVM *l.* 3. *hist. c.* 26. & plura ex Capitularibus conducentem H. CONRINGIVM (1). Excommunicationi affinis erat depositio, siue, vt hodie loquimur, degradatio aduersus Presbyteros. *Nam vnde laici excommunicantur, inde Presbyteri ab officio altaris submouentur*, ait REGINO l. 2. de reg. Eccles. disciplin. c. 406.

(1) *Exercit. de iudic. reip. Germ. §. 30.*

§. LII.

Venia delictorum pendebat a gratia Regis. GREGORIVS TVRONENSIS l. 6. c. 21. *Deinc Chilperico Regi post multa funera filiorum, filius nascitur. Ex hoc iubet Rex, omnes custodias relaxari, vinctos absolui, compositionesque negligentium fisco debitas praecepit omnino non exigi.* Apud eundem l. 10. c. 19. Chilpericus Rex Aegidio Rhemensi Episcopo remittebat poenam capitis, intercessione Episcoporum. Conf. FLODOARDVS *l.* 2. *hist. Rhemens. c.* 2. In Annal. Francorum apud REVBERVM est ad A. DCCLXXXVIII. de Tassilone Baioariorum Duce: *Noxae conuictus vno omnium assensu, laesae Maiestatis reus, capitali sententia damnatus est. Sed clementia Regis licet morti addictum, liberare curauit. Nam mutato habitu in monasterium missus est.* Episcopi excommunicationem soluebat, si is mensae regiae adhibebatur. V. Capitul. 383. Ita Praetextatus post decessum Chilperici Regis, a Guntchramno Rege susceptus & epulis eius ascitus, ad vrbem suam regressus est, teste GREGORIO TVRONENSE *l.* 7. *hist. c.* 16. & *l.* 8. *c.* 7.

Venia delictorum pendebat a Gratia siue indulgentia Regis.

§. LIII.

Appendicis loco duo subnectere libet, primum de iudicio Parium Curiae, alterum de iudiciis Westphalicis. Pares Curiae GVAGNINVS & PAVLVS AEMILIVS a Pippino vel Carolo M. institutos aiunt, vt si quis Procerum fraudis capitalis reus esset, iudicium illud exerceretur. HVNIBALDVS, eos Carolum M. in Hispaniam cum Rolando comitatos, putide fabulatur. Enimuero Parium illorum nullus aeui Carolingici Historicorum meminit. Et constat, eos sub Capetanis Regibus diu post, & quidem numero primum indefinito, lectos esse. Adde FRANC. HOTOMANNVM *Francogall. c.* 17. & CANGIVM *gloss. voce Par.*

Appendicis loco subnectuntur duo: de iudicio Parium.

§. LIV.

Iudicia Westphalica magno consensu Carolo quoque M. adscribuntur (1), sed silentibus omnibus aeui Carolingici scriptoribus. Et quis credat Carolum M. quos ciuibus regni sui adscripserat, quippe non refractarios amplius, sed cum Francogallis ita commixtos, vt nomen Saxonum non retinerent amplius, sed

De iudiciis Westphalicis.

Digitized by Google

nouum Oſt- & Weſtphalorum induerent, vt alibi ſatis probauimus, tam ſeuero iudicio voluiſſe conſtringere? Nobis veri admodum ſimile videtur, iudicia haec excitata eſſe, cum Principes & Comites regiones iam ſibi proprias feciſſent & hereditarias, vt nomine Imperatoris exercerentur. Vnde ius & poteſtas Comitum, qui iudicia ea exercebant, Comitia (2), & aliorum, qui regiones iure hereditario tenebant, Comitatus dicebantur. Accedit, iudicia haec non modo in Weſtphalia, ſed & in aliis regionibus, ſingulatim in Haſſiae loco non vno, fuiſſe. De quo ne dubitari poſſit, en diploma vnum Ruperti, Romanorum Regis: Rupertus, Dei gratia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus. » Notum facimus tenore praeſentium vniuerſis, quod ad ſupplicem petitionis » inſtantiam altigeniti Principis Hermanni, Landgrauii Haſſiae, Swagerii noſtri » dilecti, Hennen Salentin fidelem noſtrum dilectum, Frygrauium, ſeu Co» mitem liberum, in ſede Fryheholenor vulgariter nuncupata, ſita in domi» nio Zuſchen (3), conſtituimus, ipſum de dicta ſede Frygrauiatus tenore prae» ſentium inveſtimus, dantes ſibi poteſtatem liberam, ibidem de coetero iu» dicandi, & omnia exercendi, quae ad Frygrauiatus huiuſmodi officium ſpe» ctare noſcuntur: de conſuetudine ſeu de iure. Quapropter vniuerſis & ſin» gulis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Comitibus, Baronibus, No» bilibus, miniſterialibus, militibus, clientibus, ciuitatum communitatibus, & » ſignanter Frygrauiis ſeu Comitibus liberis ſub poena priuationis Frygrauia» tuum officiorum firmiter inhibemus, ne dictum Hennen in eiusmodi Fry» grauiatus officio impediant aliqualiter, vel moleſtent, ſicut noſtram indigna» tionem regiam voluerint euitare, praeſentium ſub regiae Maieſtatis noſtrae » ſigillo teſtimonio literarum. Datum Marpurg. Anno Domini MCCCCIX. » die quarta Martii, Regni vero noſtri anno Decimo. Ad mandatum Domini » Regis, Iohannes Weinheim.

(1) Auctore inprimis TRITHEMIO, qui *libro ſexto Polygraphiae* ita ſcribit: *Veritus autem Karolus, ne denuo, ſicut plures fecerant, apoſtatarent a fide, ſecretos quosdam inſtituit exploratores, quibus iudiciariam contulit poteſtatem, qui totam Saxoniam peragrantes, de fide ac moribus gentis ſecrete inquirerent diligenter, & quoscunque reperiſſent apoſtataſſe a fide, raptores, adulteros, blaſphemos, Eccleſiae ac Sacerdotum contemptores, ſeu notoriis criminibus Chriſtianam remp. perturbantes, aut populum ad Paganiſmum reuocantes vel ſollicitantes, ſine dilatione Imperiali & Regali auctoritate, impune laqueo ſuſpenderent, aut alias, vt poſſent, necarent.* (2) *Libera Comitia* eſt in charta apud NICOL. SCHATEN *l.* 14. *Ann. Paderborn. ad A. MCCCLXIII.* Plane, vt Rudolphus I. Imperator priuilegium dedit *de Comitia Burggrauiae Noribergenſis* apud LIMNAEVM *tom.* 1. *addit. ad I. P. p.* 745. Quam Comitiam Carolus IV. Imp. in A. B. extulit *dignitatem & honorem officii Burggrauii.* Et Comites Palatini ius ſuum, quod nomine Imp. exercebant in Principatibus & Comitatibus aliorum Procerum, vocabant Comitiam vel Cometiam, vt teſtantur varia diplomata apud BROWERVM *l.* 15. *Annal. Treuirenſ.* FREHERVM *part.* 1. *origin. Palatinar. c.* 2. *& p.* 81. 82. Add. Specul. Saxon. *l.* 3. 64. Ius Feudal. Saxon. *c.* 36. ARNOLD. LVBECENS. *l.* 2. *c.* 8. Hiſtor. Archiepiſc. Bremens. *ad A. MCXXXIII.* Caeſar. Heiſterbacenſem *l.* 8. *c.* 26. Vt proinde grauiter hallucinentur, etiam CAROLVS CANGIVS *in gloſſar.* qui Comitiam & Comitatum pro ſynonymis habent. (3) Non procul Fritzlaria, ſpectans ad Sereniſſimum Haſſo-Caſſellanum Landgrauium, a quo Meyſenbouchii iura in feudum tenent. Quod ſi eſt, *Fryheholenor* ibi quaerendum, non prope Marpurgum, vbi erat regiuncula **das freye Gericht Lohr** dictum. Vt putauit WINCKELMANNVS *in deſcriptione Haſſiae.* Fuerunt alia huius generis iudicia in Haſſia, de quibus egimus *Comment. de conſult. LL. & iudiciis* §. 20. *in not. pag.* 446.

§. LV.

Digitized by Google

§. LV.

Illud adhuc addendum: Apud Francos, ex veteri Germanorum more, prauam fuisse consuetudinem & iudiciorum instituto prorsus contrariam, priuatas inimicitias armis persequendo, quae nec imperio Regis nec auctoritate legum omnino prohibebatur, quamuis certis finibus coercita. Etenim quouis vulnerato aut occiso, propinqui illius & affines conueniebant, iniuriam vi & armis vlturi; Vnde bellum, quod a Francis faida appellabatur (1). Exempla extant apud GREGORIVM TVRONENSEM *l.* 7. *hist. c.* 47. & *passim.* Add. *l.* 1. *formular. Marculfi* 18. cum BIGNONII notis. Quae licentia postmodum in Capitularibus Regum saepius vetita, vix repressa fuit. Additur quoque, prauam apud Francos fuisse consuetudinem, priuatas inimicitias vi & armis persequendi.

(1) Quae vox mere Germanica est: nam Fehde adhuc hodie bellum notat. v. CAROL. CANGIVS *glossar. voce faida, faidosus.*

CAPVT VI.

DE BELLO, PACE, FOEDERIBVS, OPIBVS, ET EXISTIMATIONE VETERVM FRANCORVM APVD EXTERNOS.

§. I.

BElla Francorum, si vellemus singulatim enarrare, prolixum nimis foret. Nam Francis rarus annus a bello vacabat, vt quotiescunque id contigisset, velut res memoria digna a Francis scriptoribus notata fuerit. Plane, vt Romanae historiae auctores Ianum Geminum clausum obseruare consueuerunt. Et a primordio quidem reip. quae bella intra annos bis centum cum Romanis & vicinis Alemannis intercesserint, difficile dictu est. Romani sane scriptores & inprimis Panegyristae victorias suorum exaggerant. Et tamen multa ac magna damna eos in Galliis accepisse a Francis, vel inde coniicere possumus, quod, vt eorum depraedationes in Galliis reprimerent, in captos saeuierint; eosdem bestiis obiecerint; Reges ipsos male habuerint; ex quibus Ascaricum ac Regaisum, tanquam transfugas ac fugitiuos, turpissima ac teterrima morte affectos (1), ipsi testantur (2). Abhinc quae bella, qua ratione, & quo exitu gesta cum illis ipsis Romanis in Gallia, & post in Italia; cum Alemannis, cum Thuringis, cum Burgundis, cum Ostrogothis & Vesigothis, cum Varnis, deinde cum Saxonibus, cum Frisiis, cum Langobardis, cum Saracenis, cum Slauis, cum Hunnis & postremum cum Danis, ex supra dictis, vbi de progressu reip. egimus, liquere potest. Adde BERTHOLDVM Gallum *in Floro Francico*, bella Francorum a prima reip. origine in compendio enarrantem, quanquam multa omiserit, nec annos, nec causas eorum, vt par erat, memorauerit. BELLA FRANCORVM *cum externis.*

(1) Addendum hoc tragicis Regum post captiuitatem necidatorum exemplis, quae consignauit H. GROTIVS *l.* 3. *de I. B. & P. c.* 11. §. 7. *in not.* (2) *V. infra c.* 7. §. 1. *& in not.*

Digitized by Google

§. II.

Inter ipſos Francos. Cum vero ſupra dictum ſit, regnum Francorum ſubinde pro numero heredum in partes ſciſſum fuiſſe, diſſidia & bella, vt hiſtoriae nos docent, inter eos deeſſe non potuerunt. Quae tamen magna eos moderatione compoſuiſſe, narrat AGATHIAS l. 1. hiſt. verbis hiſce: „Antehaec & mea aetate in tres plures„ ue diuiſi Reges nunquam in bellum exarſerunt, nec patriam foedarunt ciuili „ ſanguine. Atqui vbi ius imperii controuerſum, & aequalis partium poten„ tia inflari ſolet, & crudeſcere animi, attollere ſe honorum locique principis „ appetitus, & quae aliae affectiones ſeditionum & tumultuum ſunt grauidae: „ apud ipſos tamen ſciſſis quamvis ſaepe, vt dixi, imperiis, nihil tale, ſed & „ ſi quae forte inter Reges oriantur controuerſiae, aciem quidem omnes inſtru„ unt, tanquam bellaturi ad rem armis decernendam, & obuiam alii aliis proce„ dunt: at vbi conſpicati ſunt ſe inuicem exercitus, abiecta ira ad concordiam „ redeunt, & Regibus auctores ſunt, vt iure potius certent: aut ſi id nolint, „ ipſi inter ſe ſingulari dimicent certamine, & ſuo duntaxat ipſorum periculo „ rem tranſigant: Neque enim aut aequo & bono, aut patriis inſtitutis „ conuenire; vt ipſi ob propria odia bonum publicum labefactent aut euertant. „ Ergo confeſtim ſoluunt exercitus, & reſtituta pace tuto inter ſe commeant, „ ſublatis malorum cauſis. Tanta in ſubditis cura iuſtitiae & patriae amor: in „ Regibus vero animus placidus & ſuis obſepuens. Talibus ſe moribus iamdu„ dum in imperio valido ſuſtentant, legibus ſemper iisdem, damni adeo ex„ pertes, vt pridem poſſeſſis multa adiunxerint. Nimirum iuſtitia & famae re„ ſpectus, quibus inſtitutione inſita ſunt, ſtatum praeſtant beatum ac durabi„ lem, hoſtibusque minime obnoxium. Quod ſane verum eſſe docent exempla Childeberti ac Theodoberti cum Clothario; poſtea Sigeberti, Chlotarii huius filii, cum Childerico; vtriusque cum Guntchramno; Theodorici, Clodouei abnepotis, cum Theodeberto; Theodeberti cum Clothario minore ita conciliatorum. Quanquam & poſt Chlotharii II. mortem inter filios eius bella ſaepe plus quam ciuilia exarſerint, & nefariae caedes factae. Hinc GREG. TVRONENSIS l. 5. hiſt. c. 1. *Taedet me, bellorum ciuilium diuerſitates, quae Francorum regnum valde proterunt, memorare.*

§. III.

Milites. Bella ſine milite geri non poſſunt. Obſeruandum igitur, Francos lecto, non conducto milite vſos. In Capit. primo Caroli M. A. DCCCXII. eſt: *Vt omnis liber homo, qui quatuor manſos de proprio ſuo, ſiue de beneficio alicuius, habet, ipſe ſe praeparet, & ipſe in hoſtem pergat cum Seniore ſuo: qui vero tres manſos de proprio habuerit, huic adiungatur vnus, qui vnum manſum habeat, & det illi adiutorium, vt ille pro ambobus ire poſſet.* In eodem Capitulari multa alia Miſſis hanc in rem praeſcribuntur. Adde Capit. ſecundum eiusd. anni. In Capitulari ſecundo A. DCCCXIII. c. 9. eſt: *De hoſte pergendi, vt Comiti in ſuo Comitatu, per bannum vnumquemque hominem per 60. ſolidos in hoſtem pergere bannire ſtudeat, vt ad placitum denunciatum ad illum locum, vbi iubetur, veniat, & ipſe Comes prouideat,*

Digitized by Google

deat, quomodo sint parati, i. e. *lanceam, scutum aut arcum cum duabus cordis & sagittis duodecim.* In Capitul. Wormatiensi Ludouici Pii A. DCCCXXIX. *iubentur Missi describere, qui in exercitalem possint ire expeditionem.* III. Capit. 67. sequ. statuitur de poenis eorum, qui vocati non comparent. Sed libet in compendio „ audire HADRIANVM VALESIVM (1). Solebant Reges Francorum, cum bellum „ erat exortum, interdum ex toto regno, saepius ex propinquioribus hosti re„ gionibus ad expeditionem euocare Francos, interdum & Burgundiones, ce„ terasque ditionis suae nationes. Qui Franci ob id, exceptis seruis, ab omni „ onere ac pensione immunes erant, cum Galli, qui vulgo Romani appellaban„ tur, tributum pendere consueuissent. Comites ex sua quisque ciuitate vel „ pago; Duces ex sua quisque prouincia coactas copias ad Regem, si bello „ interfuturus esset, adducebant: si abesset, aduersus hostem ducebant, & iun„ ctis viribus per se ipsi rem gerebant. Conuocatio ad bellum, voce Francica „ bannus vocabatur: si qui prospera valetudine denunciationi huicce minime „ paruissent, pecuniis, quas & ipsas bannos appellabant (2), multare consueuerant. At exercitum deseruisse apud Francos, graue erat crimen & morte expiandum, dicebaturque Herisliz siue Harisliz. De quo Capitulare Caroli M. secundum A. DCCCXII. quod transcriptum quoque in III. cap. 70. *Quicunque absque licentia vel permissione Principis de hoste reuersus fuerit, quod factum Franci Herisliz dicunt* (3), *volumus vt antiqua constitutio, id est, capitalis sententia erga illum puniendum custodiatur.* Eam ob causam Tassilo Dux Baioariorum a Synodo ad mortem damnatus fuit, vt est in Annal. Francorum apud CAROL. CANGIVM *voce Herisliz.* Ceterum milites in scaras, hoc est, globos seu cuneos, diuisi erant. Apud FREDEGARIVM est c. 37. Theodoricus *cum Scaritis tantum decem millibus accessit.* c. 74. *Scaram de electis viris fortibus.* ADEMARVS, Monachus S. Eparchii, vita Caroli M. *Quod Dominus Rex Carolus audiens in Antissidoro ciuitate, mox misit Scaram Francisca in Saxoniam, ad resistendum Saxonibus.*

(1) L. 10. Rer. Francic. ad A. DLXXVII. (2) Heribannum etiam vocabatur mulcta, quam luebat is, qui ad bellum venire contempserat. v. *III. Capitul.* 14. Capitul. Caroli M. primum *A. DCCCX. c.* 11. Conf. GREGOR. TVRONENS. *l.* 5. *hist. c.* 26. *l.* 7. *c.* 42. Ea mulcta erat sexaginta solidorum, dicebaturque plenum heribannum. Adde PVFENDORF. *l.* 8. *de Iur. N. & G. c.* 2. §. 1. (3) A voce *Heer* (exercitu) & *Schlixen* vel *Schleifen*, quod in vernacula nostra scindere siue separare significat.

§. IV.

In milite praeterea considerandae sunt arma, vbi iterum AGATHIAM *l.* 2. *historiae* audire libet. „Parabilis, *inquit*, est, quantum intelligo, gentis illius ar- *Eorum arma.*
„ matura, nec multis opificibus indigens, sed ab ipsis, quibus gestatur, facilis,
„ si quid luxatum sit, reconcinnari. Loricas & tibialia plane ignorant, intecti
„ caput plerique, pauci galeati praeliantur. Pectus & terga nudi lumbos vs-
„ que, inde feminalia induuntur ad tibias descendentia, e lino alii, nonnulli e
„ corio. Equis, nisi paucis admodum, non vtuntur (1), auito more & educa-
„ tione ad pedestrem pugnam exerciti. Ensis a femore, a sinistro latere clype-
„ us dependet; arcus, fundas & quae alia eminus feriunt, non habent, sed an-
„ cipites secures, (vulgo Franciscas, a gente cognominatas, de quibus vid. CA-

„ ROLVS

„ ROLVS CANGIVS *voce Franciſca*) & angones (2), maximorum operum inſtrumenta. „ Sunt angones haſtae neque magnae omnino, neque nimium exiguae; tales, vt & „ iaci poſſint, &, ſi conſerta manu pugnandum ſit, incuſſu validae. Pars horum „ maxima ferro obducta eſt, vix vt haſtile appareat, & id, qua terrae infigun- „ tur. In ſummo ad cuſpidis latera ſpicula prominent, hamorum in modum „ (3) ad inferna ſe deflectentia. Non temere inter pugnandum angonem emit- „ tit Francus: Si corpus intrauerit, penetrat cuſpis, nec facile ſe ea liberauerit, „ qui vulnus accepit: Prohibent enim vnci inhaerentes carni tantosque excitant „ cruciatus, vt etiamſi ceterum lethalis ictus non ſit, dolor ad interitum ſa- „ tis ſit. Quod ſi impactus ſit clypeo, dependet, & cum eo circumagitur, „ parte extima ſolum verrens, neque poteſt, qui impeditus eſt, aut euellere „ haſtam ſpiculis retinentibus, aut gladio abſcindere, quod ad lignum pertingere „ nequeat, ferro intercedente. Id ſimul conſpexit Francus, partem angonis „ infimam, inſtans ac premens pede, praegrauatum deducit clypeum, ita vt „ ferentis cedat manus, caputque eius, & pectus nudetur; Sic patentem na- „ ctus, nullo negotio interficit, aut ſecuri in frontem adacta, aut alia haſta gu- „ lam transuerberans. Talia ſunt Francis arma.„ Hucusque AGATHIAS. PRO- COPIVS *l.* 2. *Gothicor.* auctor eſt, militem Francicum gladio, cuius capulus eſſet breuiſſimus, ſcuto & vna ſecuri armari ſolitum, ſecurimque latiſſimo fuiſſe & acutiſſimo ferro, qua Francus in primo excurſu iacta, ſcuta perfringeret, hoſtesque interficeret.

(1) Perinde vt Catti, nobiliſſimi Francorum, de quibus TACITVS *de morib. Germ. c.* 30. & Salii, de quibus SIDONIVS Carm. 7. *Vincitur illic Salius pede*, id eſt, peditatu. (2) SIDONIVS IV. ep. 20. *Secures miſſiles & lanceas vncatas* appellat. Apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 2. c. 27. Clodoueus Rex luſtrans exercitum ad militem ait: *neque haſta, neque gladius, neque bipennis eſt vtilis.* (3) Hinc in vernacula noſtra adhuc hodie dicuntur Angeln, quibus piſces capiuntur.

§. V.

Belligerandi ratio.

Ceterum belligerandi ratio Francorum ſatis erat humana. Milites ſtipendiis contenti eſſe iubebantur. Apud GREGORIVM TVRONENSEM l. 2. hiſt. c. 37. Clodoueus Rex: *vt nullus de territorio Turonico aliud quam herbarum alimenta aquamque praeſumeret.* Adde leges Baiwariorum tit. 2. Conſtitutiones Ludouici Pii A. DCCCXXII. c. 15. & alias apud H. GROTIVM (1). Templis eos pepercisſe, vt qui cum Graecis eiusdem eſſent religionis, commemorat AGATHIAS *l.* 2. *hiſt.* Obſides non occidebant, ſed in ſeruitutem redigebant. GREGORIVS TVRONENSIS l. 3. hiſt. c. 15. *Multi tunc filii Senatorum in hac obſidione dati ſunt, ſed orto iterum inter Reges ſcandalo, ad ſeruitium publicum ſunt addicti.* Militi ebrio eſſe non licebat. Capitulare II. Caroli M. A. DCCCVII. c. 6. quod relatum quoque in III. *Capit.* 72. Vt in hoſte nemo parem ſuum vel quemlibet alterum hominem bibere roget. Et quicunque in exercitu ebrius inuentus fuerit, ita excommunicetur, vt in bibendo ſola aqua vtatur, quousque ſe male feciſſe cognoſcat. Ceterum illud quoque hic obſeruari meretur: Morem fuiſſe Francicis ceterisque Germaniae gentibus, vt ab his, quos aggrederentur, diem pugnae locique peterent. Id Cimbri, Germanica gens, a Mario; Clodoueus, Francorum Rex,

Digitized by Google

Rex, a Syagrio; Charibertus & Guntchramnus a Chramno fratre; Guntchramnus idem & Childebertus minor a Chilperico; Sigebertus a Chilperico fratre postulauerunt.

(1) L. 3. de I. B. & P. c. 17. §. 2. in not.

§. VI.

FOEDERA. Francos interdum Romanis fuisse foederatos, testantur historiae. Nam in auxilium iis venisse contra Attilam, Hunnorum Regem, referunt PAVLVS WARNEFRIDI l. 5. & A. *libri de vita Dagoberti Regis, Dagoberti filii*, eaque auxilia adduxisse Meroueum, scribunt GREGORIVS TVRONENSIS & SIGEBERTVS. Et de Francorum & Saxonum auxiliis locus est insignis in IVLIANI *Orat. I.* Postea An. DXXCIIX. Childebertus, Francorum Rex, cum Mauritio Aug. foedus contra Langobardos iniit (1). Vt testantur literae legationum apud MARQV. FREHERVM. Adde HADR. VALESIVM (2). Carolus autem M. foederibus iungendis & societatibus contrahendis studiosissimus fuit. Vt propterea EGINHARDVS vere scripserit: *auctam regni gloriam quibusdam Regibus & gentibus per amicitiam conciliatis.* Nota sunt eius foedera cum Adelfonso Galliciae & Austuricae Rege; cum Offa Merciorum, & Ethelredo in Northumbria Regibus; cum Obotritis; cum Aarone Persarum Rege; cum Imperatoribus denique Constantinopolitanis. Nimirum virtus & fama, praesertim militaris, tanti Regis effecerat, vt amicitia vltro ambiretur a venerantibus & timentibus. Fructus inde petebatur regni firmitas. Suberant & aliae causae, quarum gloriosissima est, *quod*, vt ait idem EGINHARDVS, *ob hoc maxime transmarinorum Regum amicitiam expetiit, vt Christianis, sub eorum dominatu degentibus, refrigerium aliquod ac releuatio proueniret.* Seruiebant etiam ista foedera negotiationum commerciis & mercaturae, cuius non postrema magnis imperiis cura est. Itaque ALCVINVS in epistola quadam apud WILHELMVM MALMESBVRIENSEM queritur valde, quod, exorto inter Carolum & Offam Merciorum Regem dissidio, *nauigatio vtrinque interdicta negotiantibus esset.*

(1) Et Mauritius hic in ep. ad Childebertum *amicitiam*, a prioribus Imppp. cum Francis iunctam, *priscam* vocat. Forte illam intelligens, quae inter Anastasium primum Imp. Orientis & Clodoueum fuit. (2) L. 14. Rer. Francic. ad d. A.

§. VII.

LEGATIONES, quarum vsus in bello & pace. In bello pariter ac pace vsus est legatorum. Hi vero *iuxta ritum Francorum mittebantur cum virgis consecratis, vt ne contingerentur ab vllo*, vt Auctor est GREGORIVS TVRONENSIS *l. 7. hist. c. 32.*

§. VIII.

EXISTIMATIO. Quanta Francorum opum, siue potentiae & virtutum fuerit existimatio, vel vnicum illud EGINHARDI in vita Karoli M. testimonium sufficere potest. *Erat semper Romanis & Graecis suspecta Francorum potentia. Vnde & illud Graecorum extat prouerbium:* Τὸν Φραγκὸν φίλον ἴσχε, γείτονα οὐκ ἔσχε. Considerari heic meretur, quod Ostrogothorum Rex Theodoricus ad Herulorum, Guarnorum, & Thuringo-

Digitized by Google

ringorum Reges de Clodoueo, Rege Francorum, quasi praesago animo scripsit apud CASSIODORVM III. var. 3. *Legatos vestros vna cum meis & fratris nostri Gundibadi Regis ad Ludouicum, Francorum Regem, destinate: vt aut de se Visigotharum conflictu, considerata aequitate, suspendat, & leges gentium quaerat: omnium patiatur incursum, qui tantorum arbitrium iudicat esse temnendum. Quid quaerit vltra, cui offertur absoluta iustitia? Dicam plane quod sentio; qui sine lege vult agere, cunctorum disponit regna quassare. Sed melius est, vt inter initia pernitiosa reprimatur assumtio: vt sine labore perficiatur omnium, quod certamen esse poterat singulorum.* Addit: *Si tanto regno* (Vesigothorum) *aliquid praeualuerit, vos aggredi sine dubitatione praesumet.* Accedit AGATHIAS l. 1. *Validos esse Francos & hostibus inexpugnabiles, finitimisque imperare: ac suorum quidem nihil amittere, quam plurima vero acquirere.* GREGORIVS MAGNVS l. V. epistola 6. *Quanto ceteros homines regia dignitas antecedit, tanto ceterarum gentium regna regni Francorum culmen antecedit.* Adderemus & illud, Valentinianum & Valentium Impp. vetuisse, vt ne Romanorum cum Barbatis esset connubium. *l. 1. C. Theodos. de nuptiis gentil.* Sed CONSTANTINVM PORPHYROGINETVM, *libro de administrando imperio*, exceptionem statuere in Francis, *propter eorum splendorem & nobilitatem*(1); nisi Constitutio Constantini, ad quam prouocat, esset fabulosa, aut certe fabulis contaminatissima. Eiusdem farinae est vaticinium in diuinis literis de Francis. De quo H. GROTIVS (2): *Admirabilis est*, inquit, *Hebraeorum stupor, qui apud Obadiam Sidon interpretantur regnum Francorum, atque eius interpretationis, nulla ratione suffultae, fiducia res magnas sibi pollicentur. Sed accidit illis, quod & aliis, vt quod vnus dixerit, credant omnes, diiudicet nemo.*

(1) Apud Iacob. Gothofredum in Comment. ad d. l. 1. in fine. (2) In annotat. ad Lucam IV. 26.

§. IX.

DVRATIO reipublicae.

Ad illa, quae accidunt ciuitatibus, pertinet etiam duratio. Iam vero si computemus tempus, quo primum Francorum nomen audiri coepit, nempe ab Anno Chr. CCXXXV. vsque ad excessum Ludouici Pii, habebimus vltra sex secula. Qua in re habent Franci, cur prae ceteris Germaniae populis gloriari possint. Quippe Ostrogothi, Heruli, Germanique in Italia; Vandali in Hispania & Africa; Burgundiones & Vesigothi in Gallia; Alani, Vandali, Sueui in Hispania; Alemanni & Thuringi in Germania; Longobardi in Cisalpina Gallia; Hunni ceterique Barbarorum per alias Imperii prouincias; breues regnorum suorum periodos habuere. Ceterum Franci veteres hebdomadas computabant per noctes, vt alibi (1) diximus. Annum veteres eosdem Francos non a Ianuario, sed a Kal. Martii (2) incipere solitos, contra HENSCHENIVM ex ipso GREGORIO TVRONENSE probauit MABILLONIVS (3). Indictionum vsus etiam sub primae stirpis Regibus fuit (4). Vt probant subscriptiones Synodorum, non vno tempore factae, apud MABILLONIVM (5), quibus adde PARISIENSEM V. Anni CCCCLXXIII. vbi in notis videatur SIRMONDVS, obseruans, Francos veram & priscam indictionum originem retinuisse, & earum exordium duxisse ex die IIX. Kalend. Octobris. Ipse COINTIVS *ad A. DI VII. n.* 5. negare non sustinuit, Marium Auenticensem indictiones in Chronico suo adhibuisse, & singulis annis Coss. praefixisse.

(1) Norit. vet. Germ. popul. part. 1. c. 4. §. 4. (2) v. CAROL. CANGIVS *voce annus.* (3) L. 2. de re diplomat. c. 23. §. 3. sequ. (4) v. CAROL CANGIVS *glossar. voce indictio.* (5) D. l. 2. c. 24. §. 2.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VII.

DE REGIBVS FRANCORVM MEROVINGICAE STIRPIS, DE MAIORIBVS DOMVS, ET DE PIPINO, CAROLO M. ET LVDOVICO PIO.

§. I.

DE Ducibus siue Regibus Francorum a prima reip. origine pauca dicere possumus. Nam tantum circa An. CCLXXXIIX. memorantur GENOBAVDES & ATECH, quorum hic cum Maximiano Augusto collocutus pacem fecit; circa An. CCCVI. ASCARICVS & REGAISVS, quos Constantinus Galliam depopulantes vicit, captosque feris obiecit (1); circa An. CCCLX. NEBIOGASTES, Chamauorum Rex, quocum Iulianus Caesar acceptis obsidibus pacem fecit; circa An. CCCLXXIIX. MALLOBAVDES (2), Rex Francorum, & Comes Domesticorum Gratiani Aug. qui Priarium & post Macrianum, Alemannorum Reges, interfecit; circa An. CCCLXXXII. PRIAMVS, cuius meminit PROSPER; circa An. CCCXXCIX. & sequentes GENOBAVDES, MARCOMERES, & SVNNO, qui in Gallias irrupere, & ex ea praedas egere. Cum *Marcomere* etiam & *Sunnone* (3) Valentinianus Aug. collocutus pacem acceptis obsidibus fecit.

Post primos siue Duces Reges Francorum, quorum obscura est memoria, regnum tenuere.

(1) EVMENIVS panegyrico ad Constantinum M. c. 10. *Adfeciſti poena temeritatis Reges ipſos Francine, qui per abſentiam patris ſui pacem violauerant: non dubitaſti vltimis punire cruciatibus: nihil veritus gentis illius odia perpetua & inexplebiles iras.* c. 11. *Haec eſt tua, Conſtantine, de Aſcaricique Regaiſique ſupplicio quotidiana atque aeterna victoria, omnibus quondam ſecundis proeliis anteponenda.* (2) Quem *bellicoſum Regem* vocat AMMIANVS MARCELLINVS l. 30. c. 3. & l. 31. c. 9. *virum bellicoſum & fortem.* (3) Postea Marcomeres a Stilicone captus missusque in Hetruriam, & Sunno eius frater, cum talem iniuriam vlcisci vellet, a suis interemtus est. Quam in rem CLAVDIANVS l. 1. de laudibus Stiliconis:

Heic non iam pulſare rebelles,
Sed vinclis punire licet. Sub iudice noſtro
Regia Romanus diſquirit crimina carcer.
MARCOMERES SVNNO que docent, quorum alter Hetruſcum
Pertulit exilium; cum ſe promitteret alter
Exulis vltorem, iacuit mucrone ſuorum.

§. II.

Post hos FARAMVNDVS citra controuersiam sub nomine Regis regnum tenuit in Francia. Quae autem temporum sint epochae, intra quas hic & successores eius regnauerint, admodum inter se iuniores, etiam qui chronologiam magna accuratione tractarunt, discrepant, vt in compendio per Tabellas docuit CAROLVS COINTIVS. De Faramundo, quem & Varamundum, & Faramodum appellant, ita scribit PROSPER AQVITANVS in Chronico:

FARAMVNDVS *electus An. CCCCXX. mortuus A. CCCCXXVII.*

Digitized by Google

Anno XXIV. XXV. XXVI. (sc. Honorii) *tricesimus nonus*
Xystus Romanam Ecclesiam regit
Solis hoc anno defectio facta.
Faramundus regnat in Francia.

Eclipsin illam Solis An. CCCCXXI. die XVII. Maii cyclo lunae quarto contigisse, obseruauit IOSEPHVS SCALIGER (1). Hinc SIGEBERTVS, BVCHERIVS, VALESIVS & LABBEVS regni eius initium collocant in An. CCCCXX. Idem VALESIVS & LABBEVS mortem in annum CCCCXXVII. reiiciunt.

(1) *L. 2. de emendat. tempor. p. 611.*

§. III.

CLODIO mortuus A. CCCCXLIIX.

Anno quinto post Honorii mortem, h. e. An. CCCCXXIIX. *Placidia tandem illata optato regno, CLODIVS regnat in Francia*, ait PROSPER in Chronico, & annos viginti regnum obtinuit. SIDONIVS Cloionem, multi Chlodionem ac Chlogionem (haut dubie a Germano Klug, quod prudentem notat) appellant. Eundem scriptor historiae Francicae, Caroli Ducis aequalis, AIMONIVS, RORICO, Auctor libri de vita Caroli M. aliique plurimi Faramundo patri successisse tradunt. GREGORIVS TVRONENSIS l. 2. hist. c. 9. *Virum gentis suae nobilissimum & regno suo perutilem vocat.* Mortem eius ponunt SIGEBERTVS, BVCHERIVS, HENSCHENIVS, VALESIVS in An. Ch. CCCCXLIIX.

§. IV.

MEROVIVS I. *mortuus A.* CCCC LIIX.

Anno quinto ac vicesimo post Honorii mortem (vt ait PROSPER in Chronico) hoc est Posthumiano & Zenone Coss. An. Chr. CCCCXLIIX. Chlodione defuncto, regnare in Francia coepit MEROVEVS, quem alius Merouium, alius Merouicum, alius Merueum appellat. Vnde primae stirpis Reges Merouingi (1), a quibusdam Merouinchi, Merouinci, Merouei dicti: Quos, vt obseruauit HADR. VALESIVS (2), in spina pilos setarum suillarum similes naturalem stirpis notam habuisse; ob idque Cristatos, hoc est, τριχοραχάτας, seu hirta spina insignes, vocatos esse tradunt LANDVLFVS SAGAX *in Historiae Miscellae libro XXII.* & GEORGIVS CEDRENVS *de vita Leonis Isauri*, ambo THEOPHANEM, quem ANASTASIVS transtulit, secuti, atque suspecti, alter Graeculus, Franco nomini infensus; alter (nisi fallimur) Langobardus, in gratiam posterorum Caroli M. Merouingos deridens. Meroueum hunc ex Chlodionis stirpe fuisse, GREGORIVS ait quosdam prodidisse. Fredegarius in epitome, Sigebertus & alii Chlodionis filium fuisse dicunt, pudendas de eius conceptione fabulas narrantes. Priscus quoque Sophista, illorum temporum aequalis, tum filios duos Regis Francorum de regno concertauisse scribit, de quo videatur idem VALESIVS d. l. qui vt & SIGEBERTVS & BVCHERIVS, eum An. CCCCLIIX. decessisse asserunt.

(1) Hinc regnum Merwungorum in praefatiuncula ad LL. Baiuuariorum, apud BALVZIVM *tom. 1. Capit.* In EGINHARDI praefat. vit. Caroli M. *Gens Merowingorum*, vbi Codices Caesarei, monente LAMBECIO, habent *Meringorum* & *Meraingorum*. ADO VIENNENSIS: *Meroueus successit, a quo Francorum Reges Merouingi sunt appellati.* (2) *L. 3. Rer. Francic. p. 145.*

§. V.

Digitized by Google

§. V.

CHILDERICVS (quem alii Hildericum, alii Hildricum dicunt, quod nomen reuera est Francicum, significat enim Huldreich) patri Meroueo in regno successit. Huius ob libidines expulsi in locum Aegidium, Magistrum militiae Romanorum in Gallia, a Francis suffectum Regem, octo annos regnum tenuisse, GREGORIVS TVRONENSIS *l. 2. hist. c. 12.* & alii prodiderunt. Verum haec & quae de amoribus cum Basina, Thuringiae Regis vxore, traduntur nobis cum GABRIELE DANIELE *Dissert. 2.* fabulas redolere videntur. Ecquis enim credat, Francos populi, perpetui fere hostis, Ducem sibi imposuisse Regem? imo quis credat, rem adeo memorabilem Historicos Romanos silentio prorsus praeteriisse, cum ea haut dubie magnam suspicandi materiam de homine Gallis praeposito in Aula Romana praebere potuisset? Iam cum Aegidius ille sub Maioriano Augusto iret in Hispaniam, vt expeditionem in Africam faceret, & tot peregrinos populos in exercitu haberet, neque PRISCVS SOPHISTA, qui circa haec tempora scripsit, neque IDACIVS Francorum aut Regis Francorum vsquam meminerunt: Idem IDACIVS anno tricesimo Seueri Augusti, hoc est An. Chr. CCCC LXIII. Aegidium mortem obiisse refert, vt profecto octo annos Francis imperare non potuerit. Vtcunque sit, Childericus Rex Francorum fuit vsque ad mortem suam (1), quae secundum Valesium & Labbeum incidit in An. Chr. CCCCLXXXI. CHILDERICVS I. *mortuus* A. CCCC LXXXI.

(1) Thesaurus eius sepulcralis inuentus Tornaci Neruiorum An. MDCLIII. quem IOANNES IACOBVS CHIFFLETIVS *insigni* Commentario illustrauit.

§. VI.

Huius filius CLODOVEVS successor in regno fuit, quindecim annos natus. Eum, vt notauit HADRIANVS VALESIVS (1), ALCIMVS ECDICIVS AVITVS, Vienennensis Episcopus, VENANTIVS FORTVNATVS Presbyter in Carminum libro IX. & quidam alii *Chlodouechum* Regem appellant. Ipse in epistola ad Ecclesiae Gallicanae Episcopos post victum Alaricum missa, Chlotouechum Regem se vocat. Similiter Episcopi, qui Felice Consule in vrbe Aurelianis conuenerunt, Dominum suum, Catholicae Ecclesiae filium, Chothouechum glorioßissimum Regem nuncupant. Idem apud CASSIODORVM Senatorem *Luduin;* & apud Iordanem *Lodoin* Rex Francorum, vtrobique corrupte pro Luduui, & Lodoui dicitur. Certe in praefatione legis Salicae *Lodoueus* pulcher, & inclytus; in libello de vita Romani, Rotomagensis Episcopi, *Ludouius;* nonnumquam in veteribus libris *Clodouius*, & cum adspiratione *Hludouuius* appellatur. AGATHIAS SCHOLASTICVS, in rerum gestarum Iustiniani Aug. libro I. hoc nomen, quod ore Graeco concipi nequibat, corrupit, & omissa littera vna pro Chlothoneo *Chlothoaeum* dixit. PAVLVS LANGOBARDVS, & FRECVLFVS, Lexouiorum Episcopus, *Ludouicum* vocant; HINCMARVS quoque de vita Remigii *Chludouuicum*, & *Chlodouuicum*, vel *Hludouuicum*, maximum omnium ante se Franciae Regum, fortissimumque; SIGEBERTVS in Chronico *Ludouuicum.* Denique Imperator Ludouicus Pius ei ipsi Principi se cognominem esse ait, apud FRODOARDVM *in Historiae* CLODOVEVS I. *siue* M. *mortuus* A. DXI. *cui succes-serunt filii quatuor.*

Digitized by Google

Remenſis lib. II. qui Auctor nunc Clodoueum; nunc *Ludouicum*, *Ludouuicum* & *Lodouicum* nuncupat: quemadmodum HERIMANNVS in Chronico *Ludouuicum*, eundem & Chlodoueum magnum Francorum Regem eſſe dicique non ſemel tradit: & AIMOINVS in hiſtoriae libro IV. Chlodoueum Dagoberti filium, *Hlodouicum* etiam vocatum ſcribit. Ex quo intelligitur, Chlodoueos Francorum Reges a Ludouicis non magis, quam Chlotharios a Lothariis diſtingui oportere. Deceſſit An. Chr. DXI. vt conſentiunt BVCHERIVS, VALESIVS, LABBEVS, COINTIVS, MABILLONIVS, cum regnaſſet annos tringinta, primus Francorum Regum Chriſtianam religionem amplexus: quem REMIGIVS in epiſtola ad Heraclium, Leonem & Theodoſium Epiſcopos, *praecellentiſſimum Regem*, *regionum Praeſulem*, *gentium triumphatorem*; GREGORIVS TVRONENSIS in praefatione libri 5. *caput*, hoc eſt, initium *victoriarum Regum Francorum*, & l. 2. hiſt. c. 12. *magnum atque egregium pugnatorem* appellat. Quanquam cum VALESIO (2) culpandus merito, ob interminatam prolatandi regni libidinem, propter quam occaſionem omnem promouendorum imperii finium, quamuis iniuſtam, auide ſemper arripuit. Ne dicamus nunc de perfidia eius in propinquos, quos in partibus Franciae regnantes, Sigebertum Claudium Coloniae Agrippinae, Regnacharium Cameraci, Regnomerem eius fratrem Cenomanis, Chararicum & alios in partibus Galliae Belgicae & Lugdunenſis, ob eandem dominandi auiditatem, & quia filiis ſuis ab eis timebat, ſi quid ſibi fatale contigiſſet, alium poſt alium dolo magis quam armis oppreſſit, & vita regnisque ſpoliauit. Succeſſere ei quatuor filii (3) THEODORICVS, quem ex concubina, antequam Crothildem duceret, ſuſceperat, CHLODOMEREM, CHILDEBERTVM & CHLOTHARIVM ex Crothilde genitos (4).

(1) *L. 5. Rer. Francic. p. 238.* (2) *L. 6. Rer. Francic. p. 316.* (3) Ex quibus *Theodoricus ſedem ſortitus eſt Mettis*, *Clodomeres Aurelianis*, *Childebertus Pariſiis*, *& Clotharius Sueſionis*, vt ſcribit FREDEGARIVS Chron. c. 30. (4) Crothildem hanc, filiam Chilperici Burgundionum Regis, NICETIVS *Rodhildem*; FREDEGARIVS *Chrotechildem*; RORICO *Chrochildem*; *Hrodildem* HERIMANNVS, aliique Chrodigildem & Chrodieldem appellant. De eius virtutibus GREGORIVS TVRONENSIS *l. 3. hiſtor. c. 18. in fine.* Fuit ſane femina omnibus virtutibus praedita; liberalis; benefica; pudica; de Chriſtiana religione optime merita; Quippe Clodoueo marito ſuo & plurimis Francorum auctor, vt, abiecta idolatria, Chriſtianam religionem amplecterentur. Mortem obiit plus quam ſeptuagenaria An. DXLIIX.

§. VII.

In Auſtraſia THEODORICVS *mortuus A. DXXXIV.* natu maior, quem alii Theudericum appellant, partem Regni paterni maiorem atque meliorem accepit, quae, quod ad Orientem eſſet, Auſtraſia dicta. Deceſſit, magnis rebus ſub patre & poſt eius mortem contra Thuringos & alibi geſtis, An. DXXXIV. Qua in re conſentiunt BVCHERIVS, VALESIVS, LABBEVS, COINTIVS. *Vir* iudicio laudati Valeſii (1) *acer*, *agilis*, *aſtutus & callidus*, *ac bellicoſus*, *omnium demum patris ſui virtutum vitiorumque conſors*, *inſidioſus ſociis*, *infidus fratribus*, *cognatis pernitioſus*. *Quippe & Chlodomerem fraude decepit*, *intercluſoque a Burgundionibus auxilium ferre noluit*: *& Clotharium*, *in ſocietatem belli aſcitum*, *per ſummum nefas interimere voluit*, *atque ante paucos menſes*, *quam decederet*, *Sigiualdum Ducem*, *propinquum ſuum*, *non ob aliud*,

Digitized by Google

aliud, credimus, ſuſpectum, quam quia potens & genere propinquus erat, occidit, vt ſublato viro, qui res nouas moliri poterat, firmius filio relinqueret regnum.

(1) *L. 7. Rer. Francic. ad An. DXXXIV.*

§. VIII.

Theodorici filius Theodebertus patri in Auſtraſia ſucceſſit, mortuus (1) ſecundum HENSCHENIVM, VALESIVM (2), LABBEVM, COINTIVM, A. DXLVIII. (3) quem MARIVS in Chronico *Regem magnum Francorum* merito appellat, cum ob regias Viri virtutes; tum (ſicuti AVRELIANVS Epiſcopus loquitur) *quod eſſet vnicus Sceptris, multiplex populis, ſolidus Regno, diffuſus imperio, ac maximus dominio:* hoc eſt, quod Regnum maximum, ac nihilo ſecius partibus inter ſe connexis bene cohaerens obtineret. Quippe ſub ditione Theodeberti fuerunt Alpium Cottiarum, Liguriae, ac Venetiae pleraque; Raetia, Vindelicia, Alamanni vna cum finitimis Sueuis, quorum ipſi nomine apud AVSONIVM & CLAVDIANVM ſaepe appellantur; Baioaria; Toringia; pars Saxonum; & Francia vetus; praeterea prouinciae Galliae Belgicae I. Remi, Catalauni, aliaeque Belgicae ſecundae vrbes; ciuitas Senonum; ſuperior, inferiorque Germania; pars Aquitaniae primae, ac Prouinciae; atque Andecaui. Vt non falſo IORDANES, aequalis eius Principis, in Libro *de origine Gothorum* ſcripſerit: Francos aetate ſua Germanorum terras obtinuiſſe. HERIMANNVS Contractus in Chronico vt Chlodoueum Magnum; ſic Theodebertum, eius nepotem, *Regem fortem* (4) cognominat. Quod cognomen Theodeberto conuenire fatebitur, qui animaduertit, Danos ab eo nauali proelio ſuperatos, Regemque interfectum; ſuſceptam vna cum patre aduerſus Toringos expeditionem: res in Septimania atque Prouincia viuo Theodorico geſtas; in Italia, quam primus Francorum Regum ingreſſus eſt, obuias Oſtrogothorum ac Romanorum copias fuſas; bellum denique Iuſtiniano Aug. ac Conſtantinopolitanis denunciatum. Theodeberti *animi maturitatem non iniucundam, miſericordiam, temperantiam, liberalitatem, conſilium ac prudentiam in dubiis rebus, conſtantiam in aduerſis, pietatem, ac beneficentiam abſentibus & nihil petentibus magna tribuentis*, laudat AVRELIANVS, Arelatenſium Epiſcopus, in epiſtola ad eum ſcripta (5), & FORTVNATVS PRESBYTER in libri II. Carmine XII. his verſibus:

Cui ſucceſſit filius THEODEBERTVS I. *mortuus A* DXLVIII.

Filia digna patris, te, Theodeberte, reformans,
Rexiſti patriam qui pietate patris:
Et comitante fide retuliſti ex hoſte triumphos,
Sed capti pretio mox redieve tuo.
Eccleſiae fultor, laus Regni, paſtor egentum,
Cura Sacerdotum, promptus ad omne bonum:
Cuius dulce iugum nullus gemuiſſe fatetur:
Viuis adhuc meritis Rex in amore tuis.

Pium, religioſum, & in dotandis eccleſiis munificum fuiſſe, docet FAVSTVS *in Libro de vita Mauri Abbatis.* Conf. GREGORIVM TVRONENSEM *L. 3. hiſt. c. 25.* Vnum ei merito obiicitur, matrimonium cum abducta a marito ſuo Deuteria contractum, ob quod *adulterum* eum vocat idem GREGORIVS in vita Nicetii. Conf. d. l. c. 22.

(1) Ictu

(1) Ictu violento rami ob arborem a tauro subuersam, vt scribit AGATHIAS, *l.* 1. At diuturno morbo consumtum, GREGORIVS TVRONENSSIS *l.* 3. *c.* 36. febre extinctum, FREDEGARIVS *hist. epit. t.* 46. referunt. (2) L. 8. Rer. Francic. ad A. DXLIIX. (3) Regnasse eum annos quatuordecim tradit Ionas illorum temporum aequalis apud Brower *l.* 6. *Ann. Treuirens. c.* 19. Adde Gregor. Turonens. *l.* 3. *c.* 37. (4) AGATHIAE L. 1. audit, *audax, inquies, periculorum, etiam vbi necesse non erat, appetens.* Mox *ingenium* eius vocat *excitatum, ferox, &, quae ad insaniam accederent, fortitudini ducens.* (5) Quae legitur apud DVCHESNIVM tom. 1. p. 851. In eadem epistola scribit: *Cedant si qua sunt mandata literis, facta priscorum supergrederis, antiquitatem exemplis, tempora meritis, maximus dominio, quia magnus in voto; felix conscientia, cum pius in vita.*

§. IX.

Nepos ex hoc Theodeberto THEODEBALDVS. *Mort. A.* DXCVIII.

Patrem Theodebertum in regno excipit Theodebaldus, ex Deuteria genitus, quem GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 4. *hist. c.* 9. Theodoualdum vocat, & dimidia parte corporis a lumbis vsque ad pedes resoluta sensim tabescentem, ita vt se inclinare non posset (siue, vt GREGORIVS loquitur, *valde infirmatum a cinctura deorsum, vt se volutare non posset*) septimo regni anno mortuum esse, *regnumque eius Chlotacharium Regem* (propatruum) *accepisse, Wldetradam* (1) *vxorem eius copulantem strato suo*, scribit. Testatur autem MARIVS in Chronico, eum post Consulatum Basilii A. XIV. indict. III. hoc est, A. DXLVIII. obiisse.

(1) Quam PAVLVS WARNEFRIDI & AIMOINVS Walderadam appellant, ac Waconis, Langobardorum Regis, ex Austrigosa filiam fuisse tradunt.

§. X.

In regno Aurelianensi CLODOMERES, *mort. A.* DXXV.

Clodomeres, Agathiae Chlotomerus, aliis Chlodomerus dictus, alter filiorum Clodouei, accepit regnum Aurelianense, interfectus in praelio cum Godomaro, Burgundionum Rege, anno tertio decimo regni sui, Iustino Aug. II. & Opilione Cos. hoc est, A. DXX. vt Auctor MARIVS in Chronico, relictis filiis tribus Theodoualdo, multis Theudualdo dicto; Gunthario siue Guntachario; & Chlodoaldo; quos ex Gundeuca (1) sustulerat, & ex quibus Chlodoaldus iram patruorum Childeberti & Chlotharii fugiens clericus factus, reliqui duo ab iisdem patruis manu Clotharii crudeliter iugulati sunt (2). A. vt videtur, DXXXIII.

(1) Quam FREDEGARIVS Gundicham, alii Godecam appellant. (2) v. GREGORIVM TVRONENSEM l. 3. c. 18.

§. XI.

In regno Parisiorum CHILDEBERTVS I. *mortuus A. DLVIII.*

Childebertus, filiorum Clodouei tertius, regnum Parisiorum sorte obtinuit. Hinc a sede regia Regem Parisiorum GREGORIVS TVRONENSIS *in libro de vita Patrocli* dixit. Decessit, si MARIO, illis temporibus suppari, credendum, indictione VI. post Consulatum Basilii V.C. anno XVII. hoc est A. DLVIII. relinquens ex Vltrogotha Regina (1) filias duas Chrotbergam & Chlotesindam. Vir non modo munificus valde in Ecclesias (2), vt pluribus probauit VALESIVS (3), ceterisque pacato Principi conuenientibus virtutibus praeditus, sed & vsu armorum

Digitized by Google

morum exercitus. Cuius rei indicio est bis intrata & subacta Burgundia; vindicata in Amalaricum Veligothorum Regem sororis iniuria; penetrata ac excisa Hispania. Quas tamen dotes omnes nimia alieni cupiditas foedauit, qua impulsus, Theodorico fratri suo Aruernos eripuit; Clodomeris fratris filios per Clotharium interemit; Theodebertum similiter, adiutore Clothario, ac mox Clotharium ipsum inuicem Theodeberti opera regno spoliare conatus est. Vt appareat verum esse, quod ait in fine libri 3. GREGORIVS TVRONENSIS, *Childebertum versutum & aduersus Clotharium Regem semper inuidum fuisse.*

(1) Vetus A. libri de vita Baldechildis. *De Vltrogotha fertur Regina, Childeberti Christianissimi Regis coniuge, eo quod nutrix esset orphanorum, consolatrix pupillorum, sustentatrix pauperum & Dei seruorum atque adiutrix fidelium monachorum.* (2) A FORTVNATO Presbytero in vita S. Germani commendatur ob largas eleemosynas. *Quadam vice*, inquit ille, *praecellentissimus Childebertus Rex cum ei, nempe Germano, direxisset sex millia solidorum pauperibus eroganda, expendens tria millia, reuertitur ad palatium, interrogatusque a Rege, si adhuc resideret, quod egenis tribueret, respondit medietatem resedisse, nec inuenisse se inopes, quibus mox totum expenderet. Cui Rex inquit, domine dona quod restitit, nam Christo largiente quod donetur non deficit. Incidens igitur aurata missoria, ac argentea vasa comminuens, quicquid primum habuit, dat Sacerdoti ne perderet. Erat ergo spectanda contentio inter Sacerdotem & Principem. Faciebant apud se de misericordia pugnam, & de pietate certamen, thesauros videlicet vt spargerent, & de suis talentis egeni ditescerent.* Idem *eundem* in libri Carm. II. Carmine XI. *pium, in aedificandis & ditandis Ecclesiis munificum, & diuini cultus adeo studiosum fuisse affirmat, vt Episcopis esset exemplo.* Praeterea Ecclesiam Parisiacam ab eo exstructam scribit his versibus:

Splendida marmoreis attollitur aula columnis,
Et quia pura manet, gratia maior inest.
Prima capit radios vitreis oculata fenestris:
Artificisque manus clausit in arce diem.
Haec pius egregio Rex Childebertus amore
Dona suo populo non moritura dedit.
Totus in affectu diuini cultus adhaerens,
Ecclesiae iuges amplificauit opes.
Melchisedech noster, merito Rex, atque Sacerdos
Compleuit Laicus relligionis opus.
Publica iura regens, & celsa Palatia seruans,
Vnica Pontificum gloria, norma fuit.
Hinc abiens illic meritorum viuit honore
Hic quoque gestorum laude perennis erit.

Ab eodem libr. VI. Carm. 4. praedicatur, *mitis, sapiens, bonus, omnibus aequus.* (3) L. 8. *Rer. Francicar. p.* 480.

§. XII.

Childeberto mortuo, ad Clotharium, filiorum Clodouei quartum & natu minimum, cui in diuisione cum fratribus Suessionicum regnum sorte obuenerat, totum Franciae regnum est deuolutum (1), mira quadam felicitate, vt fratrum Theodorici, Theodeberti ac Childeberti, quorum aut insidiis petitus, aut armis oppugnatus erat, successor fieret. Hic Radegundim primum, filiam Bertharii Thuringorum Regis, bello captam matrimonio sibi adiunxit, quae postea regium insigne sacro velamine mutauit, & virtutum ac sanctitatis fama non Galliam ac Europam modo, sed etiam transmarinas provincias impleuit. Deinde Iugundem duxit vxorem, ac vnice dilexit, feminam

In regno Suessionico CLOTHARIVS I. *ad quem monarchia Franciae post obitum fratrum deuoluta, mortuus A. DLXI.*

Digitized by Google

CLOTHARIO *huic in regno succesſerunt filii quatuor.*

nam optimam & a faſtu alieniſſimam, quae virum, *Dominum ſuum*; ſe, *ancillam eius* appellare conſueuerat. Ex ea Clotharius liberos tulit Guntharium & Childericum, quibus ambobus ſuperſtes fuit, Charibertum, Guntchramnum, Sigibertum, & Chlodoſuindam, quae Alboino, Regi Langobardorum, nupſit. Idem ex Haregunde, tertia vxore, ſuſcepit Chilpericum: ex Chunſena, quam quidam Gunſinam, alii Gunſindim vocant, Chramnum genuit. Erat autem, ſequimur iterum verba HADRIANI VALESII (2), Chlotharius, vt robuſto corpore, ita fortitudine & laboris patientia eximia. Qui praeter bella, ab Auctoribus noſtris omiſſa, duas aduerſus Burgundiones expeditiones ſuſcepit, cum Chlodomere & Childeberto fratribus priorem; poſteriorem cum Childeberto; ac omnem Burgundiam, fuſo fugatoque Godamaro Rege, perdomuit: Theodoricum in Toringiam magna manu ſecutus, Herminafridum, Toringorum Regem, vicit acie: adiunctus Childeberto Caeſarauguſtam obſedit, & totam fere Hiſpaniam Tarraconenſem depopulatus eſt: nec ſenectute ſegnior, aut in exſequendo tardior factus, Saxones rebellantes, ac tributum ipſi pendere recuſantes, ter continuo triennio aggreſſus eſt, ſubactisque vectigal impoſuit: Britannos demum, Chramno aduerſus ſe ferentes auxilium, praelio ſuperauit. Semper inuictus, niſi quod ſemel ferocia ſuorum, ſeditiose pugnam expoſcentium, in Saxonia magnam copiarum partem amiſit: ita vt ſcientia rei militaris, virtute, ac felicitate Chlodoueum parentem ſuum, & Theodoricum fratrem non modo aequauiſſe, ſed etiam ſuperauiſſe videatur. Acutum eum & callidum fuiſſe docent viratae in Thuringia Theodorici fratris inſidiae; ſiluae Arelaunenſis Childeberto ac Theodeberto obiectae concaedes; fraus fraude vindicata, cum fraudatus a Childeberto pecunia, quam Theodahadus Italiae Rex miſerat, theſauris Chlodomeris manum iniecit, ac totum Theodebaldi regnum dolo magis quam vi occupatum, adeo vt iure Childebertum fratrem natu maiorem excluſiſſe videri vellet. Ex quibus ſatis intelligitur, Clotharium primarium bellatorem fortiſſimumque Ducem & maximae in bello habitum eſſe virtutis, nec immerito in verſibus tumulo Clotharii, Guntchramni Regis filii nepotis ſui, Magnum appellatum. Pietatem eius ac liberalitatem in res eccleſiarum exemplis probat idem VALESIVS *d. l.* Enimuero virtutum eius ſplendorem obſcurauit ſaeuitia, nonnumquam cum alieni rapiendi cupiditate coniuncta, qua impulſus cognatum ſuum, fratrem Radegundis vxoris, inſontem ſpiritu priuauit; Chlodomeris fratris filios, vt debitum eis regnum occuparet, ſuapte manu interimere ſuſtinuit, ac Childeberto, pro Gunthario vitam precanti, mortem minatus eſt: Theodeberto quoque vitam Regnumque eripere voluit: Vltrogothonem Reginam, Childeberti fratris coniugem, filiasque eius innocentes in exſilium miſit: poſtremo Chramnum, rebellem quidem & malum filium, ſed tamen filium, crudeliter interfecit, nec contentus iuuenis caede, vxorem eius, immunem delictorum viri ſui, filiasque infantes occidit, credo, vt reliquos filios ſuos, quos de induſtria ſecum in Britanniam adduxerat, magnitudine poenae deterritos in obſequio contineret. Cuius tamen eum caedis breui paenituit. Quantopere praeceps in Venerem Clotharius fuerit, docent tot inceſta matrimonia contracta, Gundeuca, Chlodomeris fratris ſui vxore, ſibi coniuncta, vno eodemque tempore duabus ſororibus in torum receptis, Vuldetrada Theodebaldi coniuge domum ducta. Supremum diem

obiit

Digitized by Google

obiit Ann. DLXI. (v. COINTIVM *ad d. Ann. DLXI. n.* 3. *sequ.*) indictione IX. post Consulatum XX. Basilii, vt scribit MARIVS, diuersus in hoc a GREGORIO (3), FREDEGARIO & aliis. Filios quatuor, sicut quondam pater suus, reliquit superstites, CHARIBERTVM, GVNTCHRAMNVM, CHILPERICVM, & SIGEBERTVM, qui regnum patrium quadripartitum inter se sortiti sunt (4).

(1) AGATHIAS l. 2. *Childebertus paulo post e vita excessit, vniuersum vero Francorum imperium ad solum Clotharium est deuolutum.* AIMOINVS, postquam Childeberti nomen enarrauit, subiungit: *Eius regnum vel thesauri ad Clotharium lege redierunt.* (2) L. 8. *Hist. Francic. ad a. DLXI.* (3) Qui *l.* 4. *hist. c.* 21. eum anno regni quinquagesimo primo decessisse scribit. (4) FREDEGARIVS chr. c. 55. *Dedit sors Chariberto regnum Childeberti, Parisius sedem habens; Guntramno regnum Chlodomeris, sedem habens Aurelianis; Chilperico regnum Clotharii patris eius, cathedram habens Suessiones; Sigiberto regnum Theuderici, sedem habens Mettis.* Vbi sedem vel cathedram FREDEGARIVS appellat caput regni, vt *in c.* 64. Constantinopolim sedem Imperii. Errant autem FREDEGARIVS, GREGORIVS & alii, dum Guntchramnum regiam habuisse Aurelianis scribunt. Nam regnum quidem Clodomeris sedem ac caput habuit Aurelianos, sed viuo tantummodo Clodomere: Guntchramno regnum plane aliud, alia etiam sedes, nimirum Cabillonum in Burgundia.

§. XIII.

Ante vero ad hos quam veniamus, notare conuenit, Gundobaldum viuo Clothario Rege & post huius mortem se eiusdem filium tulisse. » Hic, » *sequimur verba* HADR. VALESII (1), cum natus esset in Gallia & diligenter edu- » catus more Regum Francorum per terga crinium cincinnos effudit, do- » ctusque litteras, & optimarum artium studiis eruditus, Childeberto maiori » Parisiorum Regi commendatur a matre petente, vt Clotharii fratris sui filium » acciperet, quem paterhaberet inuisum, nec vellet agnoscere. Childebertus, » qui & Chlotharium fratrem oderat, & nullum virilis sexus genuerat, ado- » lescentem sibi oblatum gauisus, secum retinuit. Qua cognita re Chlotharius, » nuntiis ad fratrem missis, Gundobaldum repetiit. Sic adolescens a Childe- » berto metu magis quam sponte dimissus, sine mora ad Chlotharium adduci- » tur: quem, vt vidit, negauit filium suum esse, tonderique iussit. Post » Chlotharii obitum Gundobaldus iterum capillum demisit, quod erat apud » Francos insigne Regium, atque ad Charibertum confugit, ab eoque Prin- » cipe, qui filios non habebat, benigne exceptus est habitusque fratris loco. » Nec diuturna misero quies contigit. Quippe Sigibertus arcessitum iterum » totondit, & Coloniam Agrippinensem in exsilium misit: vnde fuga elapsus » Gundobaldus, frustratusque custodes, tertium promissa caesarie, ad Narsem » Patricium in Italiam se confert. Ibi vxorem duxit, filios ex ea duos genuit: » qua mortua Constantinopolim vna cum filiis petit, & a Iustino iuniore Aug. » ac Tiberio Caesare benignissime accipitur, & relatione casuum suorum factus » est Imperatori familiarissimus. Guntchramnus Rex apud Gregorium Gun- » dobaldum pistore eodemque lanario patre natum dicit: Franci pictorem » fuisse ipsum, dum Chlotharius vixit, & a mendacio Regiae originis regnique » affectatione Ballomerem, hoc est, falsum Regem appellatum, in obsidione » Conuenarum vociferati sunt. Equidem, vt de Gundobaldo dicam, quod » sentio, existimo matrem eius, siue pistoris, siue lanarii, siue etiam vtramque » artem exercentis coniux fuit, a Chlothario, maxime in Venerem prono, adulte-

Quam viuo patre & post eius mortem se pro filio eiusdem gessit Gundobaldus.

Digitized by Google

„ adulterio cognitam esse, Gundobaldumque peperisse, quem Regis filium, vti „ erat, haberi voluerit: neque aliter adolescentem ex infima plebe, viuo Chlo„ thario, Regiis se liberis inserere, comamque promittere ausurum fuisse: „ nec Childebertum, quamuis Chlothario infestum, pro fratris filio; Chari„ bertum pro fratre eum habituros, ac caesariem per humeros effundere pas„ suros fuisse, si nihil in eo Regii sanguinis agnouissent: vt omittam, pistoris „ filio, eidemque pictori, tam accuratam educationem eruditionemque, qua„ lem contigisse Gundobaldo constat, minime conuenire. Certe cum Gundo„ baldum mater Childeberto maiori Parisiorum Regi traderet commendaretque, „ & Chlotharii fratris eius filium esse diceret, satis aperte profitebatur, eum „ se ex Chlothario concepisse. Praeterea Guntchramnus Boso, cum Gun„ dobaldum inuitaret, vt veniret in Gallias, ait, scire se omnesque Optimates „ Childeberti Regis Austrasiorum, ipsum esse Chlotarii filium: nec facile mihi „ persuaderi potest, tot Proceres nobilissimos ac locupletissimos Gundobaldo „ se adiuncturos, nomenque Regium delaturos fuisse, si pistore, vel Regiarum „ molarum procuratore patre genitum credidissent. Videtur autem Chlotarius „ Gundobaldum, quem sui seminis esse norat, pro suo agnoscere noluisse, „ propterea, quod ex adulterio procreatus erat, & quod satis multos ipse filios „ habebat iusto matrimonio susceptos, qui hunc consortem Regni ac Cohere„ dem laturi non essent.„ Hucusque VALESIVS. Ceterum cum post mortem Chilperici I. a quibusdam Francis opera Mummoli & Desiderii Ducum Ann. DXXCIV. Rex constitueretur, & vrbes non paucas occuparet, tandem A. DXXCV. a Ducibus Guntchramni Regis in vrbe Conuenarum obsessus, a suis in manus Regiorum traditus & interfectus est, & filii eius in Hispaniam, Convenis proximam, ad Lewigildum, Vesigothorum Regem, ambo confugere, vbi priuati & exsules obierunt.

(1) *L. II. Rer. Francic. ad A. DCXXCII.*

§. XIV.

In Parisiorum regno CHARIBERTVS. *Mortuus A.* DLXX.

Charibertus, qui & Haribertus dicitur, Parisiorum regnum obtinens, habuit in matrimonio Ingobergam, viuo patre ductam, ex qua Bertam genuit, nuptam Ethelberto, potentissimo Cantiorum Regi in Britannia, quem cum Episcopo Letardo religionem Christianam docuit, eandemque hac occasione Britanniae intulit. Praeter Ingobergam erant ei pellices. Theodigildis, opilionis filia, & Merofledis, pauperis cuiusdam Lanarii filia, qua mortua Marcouefam, sororem eius natu maiorem, quae religiosa veste sumpta sacram virginitate profitebatur, in matrimonium accepit. Ex quo apparet, eum pronum in Venerem sordidaeque libidinis fuisse (1). Eandem autem ob causam a Clericis sacerdotibusque increpitus, eos odio & despicatui habuit, & earum possessiones nonnunquam occupauit. Non defuerunt tamen ei virtutes. Nam VENANTIVS FORTVNATVS, qui forte initio eius regni scripsit, eum versibus hisce laudat:

Charibertus adest, qui publica iura gubernans,
Tempore praesenti gaudia prisca refert.

In

Digitized by Google

In tantum patrui se prodidit esse sequacem,
Vt modo sit tutor coniugis iste nepos:
Qui Childeberti retinens dulcedine nomen,
Eius natarum est frater, & ipse pater.
Quae bene defensae placido moderamine Regis,
In consobrino spem genitoris habent,

Mortuus sine prole masculâ (Nam Chilpericus eodem, quo pater, anno decessit) & quidem secundum calculum VALESII & LABBEI A. DLXX.

(1) Vitia Chariberti passim commemorat GREGORIVS TVRONENSIS.

§. XV.

Guntchramnus, alter filiorum Clotharii, Regno Burgundiae cum Aurelianis est potitus, Rex ob id Burgundiae dictus & Cabilloni apud Burgundiones regni sedem statuit. Primum Venerandam ancillam, quam a quodam suorum abduxerat, habuit in contubernio, ex qua tulit Gundobadum, quem post ductâ vxor Marcatrudis, Magnacharii Ducis filia, veneno tollendum curauit. Hac vero ob id aliasque causas expulsâ, eius ancillam Austrigildem, cognomine Bobilam, duxit, & ex ea Clotharium & Clodomerem suscepit, sed quos ambos subito morbo oppressos An. DLXXVII. amisit. Hinc fratris Sigiberti filium Childebertum adoptauit, & heredem reliquit, quem & tutorem Clothildis filiae suae constituit, mortuus An. DXCII. ad minimum septuagenarius, postea ob pietatem ab Ecclesia inter Sanctos relatus. Et sane in eo laudanda cura reip. Ecclesiaeque peruigil, incredibile studium non domi solum, sed etiam in *Childeberti Clotharii*que minoris regnis pacem custodiendi, ius suum cuique seruandi, praua puniendi corrigendiue. Qvanquam is vitiis ac suis veluti naeuis non caruit. Nam, libet vti verbis HADRIANI VALESII (1), „fuit timidus ac „ suspicios⁹, & credulus, adeo vt quosdam, rerum nouarum aut insidiarum „ suspectos tantum, neque conuictos, vinculis nonnumquam ac morte etiam „ affecerit. Natura idem iracundus fuit, & irae nonnumquam iniustae, nec „ innoxiae, qua mutatus ac sui dissimilis factus, aut leues noxas grauiter castigabat, aut etiam in insontes aliquando saeviebat, ita vt bonitatem suam illam „ tum exuisse videretur. Plane in Guntchramno irato Guntchramnum desiderares ac quaereres. Ille igitur ira incensus & occaecatus, animique impotens, „ in miseros medicos animaduerti iussit, tanquam Austrigildem vxorem suam „ potionibus occidissent. Ille Childeberti legatos, impudentes quidem „ ac imprudentes, sed tamen legatos, contra ius gentium foede, per „ obscenam dicti contumeliam, violauit. Ille Chundonem, Cubicularium suum, a quo Custos siluae Regiae bubalum interfectum esse dicebat, fidelem ac necessarium sibi virum, vltimo supplicio affecit. Ille Ebregisilo, quem „ Childebertus ac Brunichildis in Hispaniam ad Reccaretum legatum miserant, „ comprehenso & in conspectum suum adducto mortem minatus est, propterea quod eum, ad inuitandos in Galliam Gundobaldi filios, a Brunichilde „ cum muneribus atque mandatis missum esse suspicabatur. Adde GREGORIVM „ TVRONENSEM *libro de gloria confessorum* c. 88.

De Burgundiae regno GVNTCHRAMNVS, *mortuus Anno* DXCII.

(1) L. 25. Rer. Francic. ad A. DXCII.

Digitized by Google

§. XVI.

In Austrasia SIGIBERTVS I. *interfectus Anno DLXXV. Cui successere.*

Sigibertus, Clotharii filiorum tertius, Austrasiorum regnum nactus, a sede regia etiam Mettense cognominatum (nam Mediomatricos, vrbem opulentam & claram, alio nomine Mettas dictam, iam inde a Clodouei M. obitu Austrasiorum Reges sibi sedem delegerant) id annos quatuordecim tenuit, a fratre Chilperico, missis percussoribus, An. DLXXV. interemptus, Rex non modo pius & castus, sed & fortis, strenuus & bellicosus, vt docent Auares, valida gens & Imperio Romano terribilis, Francorum finibus non semel expulsi; Saxones, Thuringi rebelles victi atque pacati; Chilpericus ad restitutionem vrbium, quae occupauerat, pacemque compulsus; capta Augusta Suessionum, Remi ac finitima oppida, Turoni quoque ac Pictaui recepti. Conf. HADR. VALESIVS (1). Successit ei ex Brunichilde Regina, quam Medeam sui temporis vocant (2), filius Childebertus.

(1) L. 9. Rer. Francic. p. 63. (2) Post MARIANAM autem eam ex professo a calumnis vindicauit COINTIVS ad An. DCII. n. 2. DCIV. n. 7. DCV. n. 1. DCVII. n. 315. DCXI. n. 9. DCXII. n. 8. 9. & ad A. DCXIII. n. 1. 2. 6. & seq. quem sequutus CORDEMOIVS ad *A. DCXIII. & in praefat. tom. 2.*

§. XVII.

CHILDEBERTVS II. *filius. Mortuus A. DXCVI. & ex hoc nepotes.*

Childebertus, id nomen secundus, post mortem Guntchramni patrui, etiam Burgundiae regno auctus fuit, quippe ab eo adoptatus & successor constitutus (1). Vitam finiit Ann. DXCV. anno regni sui in Austria vicesimo, in Burgundia tertio, secundum VALESIVM, a quo dissentientes BVCHERIVS, HENSCHENIVS, LABBEVS, COINTIVS mortem eius Ann. DXCVI. assignant. „Qualis „ quantusque fuerit, *ait HADRIANVS VALESIVS* (2), Childebertus, haud „ facile est dicere, cum in medio iuuentae flore Francis ereptus sit, quo maxi„ me tempore virtutes & vitia cuiusque sese proferre consueuerunt. Infantiam „ pueritiamque habuit luctuosam & exercitatam. Nondum quimus Sigiber„ tum patrem suum amisit: Ipse a Parisiacis, Chilperico fauentibus, custodi„ tus, vix mortem imminentem evasit, ereptusque ex periculo opera Gundo„ baldi Ducis Regnum paternum obtinuit: Brunichildemque matrem, & In„ gundem ac Clodosuindam, sorores suas, quae fuerant relegatae, nonnisi post „ multas preces & legationes recepit. Postea hinc multis a Chilperico patruo „ suo vrbibus pagisque exutus, inde a Guntchramno meliore patruo, qui libe„ ros mares non habebat, adoptatus est, Optimatibus interim & ipsum obpueriti„ am, & Brunichildem matrem ac tutricem eius ob sexum contemnentibus. „ Mox cum Chilperico pacem fecit, & a Guntchramni amicitia totum se auer„ tit, donec restituta sibi dimidia parte Massiliae, cum eodem rediit in gratiam. „ Post Chilperici mortem iterum a Guntchramno adoptatus & heres Regni de„ signatus, recepit partem Regni Chariberti, quae patri suo sorte obtigerat, & „ Fredegundis insidiis semel atque iterum petitus est. Natus annos circiter XV. „ filium ex vxore Theodebertum tulit, ac non multo post alterum. Cum iam, „ vt aetate, sic potentia creuisset, septimumque decimum annum ageret, & ve„ teres

Digitized by Google

„ teres matris ſuae iniurias vltus eſt, & Rauchingi Ducis coniurationem oppreſ-
„ ſit; quem, ſicuti antea Magnoualdum, in Palatio ac ſub oculis ſuis iuſſit tru-
„ cidari.„ Ex quo iudicari poteſt, eum natura ſanguinarium & ad ſaeuitiam proniorem fuiſſe. HERMANNVS Comes in Chronico *Regem Francorum ſtrenuum ac fortem* vocat, ſed bella, praeſertim aduerſus Langobardos geſta (3), contrarium euincunt. Filios & ſucceſſores ex vxore Faileuba duos reliquit, Theodebertum & Theodoricum, quos inter ambos regna ſua moriens cum conſenſu Optimatum diuiſit.

(1) V. ſupra c. 4. §. 9. (2) L. 16. Rer. Francic. ad A. DXCV. (3) v. GREGOR. TVRONENS. *l. 6. hiſt. c. 42. l. 8. c. 18. l. 9. c. 25. 29. l. 10. c. 3.*

§. XIIX.

Theodebertus ex voluntate patris Auſtraſiam obtinuit. Hunc auctor, qui geſta Regum Francorum ſcripſit, & AIMOINVS a Theodorico, allectum ſub praetextu, vt theſauros paternos cum eo diuideret, immiſſis percuſſoribus, interemtum tradunt. Aſt magis credendum IONAE in vita S. Columbani a FREDEGARIO, Theodebertum bis acie ſuſum a Theodorico eſſe, ſemel prope Tullum, iterum prope Tulbiacum. De quo vltimo praelio IONAS: *Perſecutus eſt Theodebertum Theodoricus, & ſuorum proditione captum ad auiam Brunchildem duxit, quem cum aula recepiſſet, quia Theodorici partibus Brunchildis fauebat, furens* (ſc. Theodoricus) *Theodebertum fieri Clericum rogauit. At non poſt multos dies impie nimis poſt Clericatum perimi iuſſit.* Caedes haec facta anno DCXII. Quo tempore etiam Theodoricus duos Theodeberti filios Clotharium & Meroueum, quorum illum ex *Belichilde*, hunc ex Teudichilde ſuſceperat, necaſſe videtur. Et quidem *Meroueum*, eliſo ad petram cerebro, peremtum tradunt omnes; de Clothario autem loquitur FREDEGARIVS cap. 42. „Caeterum, *vt VALESIVS* (1) *probauit*, „ Theodebertus plane illo exitu fuit dignus, Wintrionis & Cautini Ducum, v-„ xoris etiam ſuae Belichildis caedibus, & Brunichildis auiae expulſione infamis: „ inquietus idem, & alieni appetens, qui & Chlotharium patris ſui fratrem pa-„ truelem non parua regni parte; & Theodoricum germanum fratrem Aleſatiis „ ac Sugintenſibus per vim dolumque ſpoliauerit.„

THEODEBERTVS II. *in Auſtria, caeſus A. DCXII.*

(1) L. 17. Rer. Francic. ad A. DCXI.

§. XIX.

Theodorico obtigit Burgundiae Regnum, quem Geſta Regum Francorum & Aimoinus veneno potum ab auia Brunichilde referunt. At IONAS *in Vita S. Columbani* de eius morte ſic ſcribit: *Theodoricus, penes Metenſe morans oppidum, diuinitus percuſſus, inter flagrantis ignis incendia mortuus eſt.* Huic ſuffragatur THEODORVS *in Vita S. Magnoaldi.* Mors haec ſecundum calculum BUCHERII, HENSCHENII, LABBEI, COINTII, incidit in A. DCXIII. Reliquit filios quatuor, Sigibertum, Childebertum, Corbum & Meroueum, ſuſceptos ex concubina. De quibus ſtatim dicemus. Mores Theodorici ſic deſcribit HADRIANVS VALESIVS (1): „Fuit Theodoricus aſper, immitis, ſanguinarius, & pacis & con-„ ſortis impatiens, Theodeberti denique, quanquam ipſe diffiteretur, germa-„ nus

THEODORICVS II. *in Burgundiae regno, mortuus A. DCXIII.*

Digitized by Google

„ nus, nisi quod eo bellicosior erat atque crudelior. Itaque & Chlotharium „ propinquum, Childeberti parentis sui fratrem quondam patruelem, victum „ acie, magna regni parte exuit, & Theodeberto fratri bellum intulit, negans „ fratrem suum esse, nec nisi caede Protadii, Maioris domus Regiae, & Opti- „ matium suorum conspiratione coactus, cum eo pacem fecit: ac tandem obictum „ cum Witterico Rege Hispaniae foedus, atque ob Alesatios & Sugintenses sibi „ per vim extortos, atque Almannorum in pagum Auenticensem eruptionem, „ iterum eundem totis regni viribus aggressus est, duobusque proeliis superatum & captum vna cum duobus paruulis filiis interemit. In quo auum suum „ Sigibertum videtur imitatus, qui Chilpericum fratrem Regno spoliauit, spo- „ liaturus & vita, si non a Fredegunde, Chilperici coniuge, esset praeventus.

(1) L. 17. Rer. Francic. ad A. DCXII.

§. XX.

Cui successit filius SIGIBERTVS II. *eodem anno mortuus.*

Mortuo Theodorico Rege *Brunchildis filium eius Sigebertum in regnum suffecit.* Verba sunt IONAE in Vita S. Columbani. Errant enim, etiam VALESIVS, qui Sigebertum hunc Francorum Regibus non accensent. Quid cum eo, fratribusque, nec non Brunchilde actum fuerit, audire libet eundem IONAM. „Clo- „ tharius memor prophetiae viri Dei Columbani, collecto exercitu, fines regni, „ quae suae ditioni debebantur, conatur recipere. Contra quem Sigebertus cum „ hostium cuneis pugnaturus aduenit, quem Chlotharius captum peremit, fra- „ tres eius duos, Theodorici filios, cum Auia Brunehilde cepit, pueros sepa- „ ratim peremit, Brunehildem vero primo ignobiliter camelo impositam, ho- „ stibus gyrando monstrauit. Postque indomitorum equorum caudis irretitam „ miserabiliter vita priuauit.

§. XXI.

In Suessionico regno CHILPERICVS I. *interfectus Anno* DXXCIV. *Cui successit*

Quartus filiorum Clotharii fuit Chilpericus, (ab auxilii copia Hulfreich in vernacula nostra dictus) cui obtigit Suessionicum regnum, A. DXXCIV. noctu a venatu rediens a sicario interfectus est, postquam viginti tres annos regnauerat. Tres duxit vxores, Andoueram, Galsuintham, & Fredegundem (1), cui FREDEGARIVS, Anonymus de gestis Regum Francorum & AIMOINVS Chilperici mariti necem imputant (2). Ex Galsuintha nullam prolem suscepit. Habuit ex Andouera tres filios Theodebertum, Meroueum, Clodoueum, & filiam Basinam. Ex Fredegunde, Dagobertum, ancilla Audouerae quinque filios Chlodobertum, Samsonem, Theodoricum, Clotharium, & filiam Rigunthem. Ex tot autem liberis superstites duntaxat patri vixerunt ambae filiae Basina & Rigunthis cum Clothario, qui paternum regnum tenuit. Circa mores eius variant. GREGORIVS TVRONENSIS l. 6. hist. c. 45. 46. *Neronem sui temporis* & *Herodem* vocat. E contrario Clementianus Fortunatus virtutes ac laudes eius ex professo est persecutus. Media via incessit HADRIANVS VALESIVS (3). Fuisse enim in Chilperico, quod vituperares, fuisse, quod laudares. Bellicosum eum & fortem fuisse docent tot bella, iniusta quidem, sed feliciter gesta, quibus semper & vbique, cum interfuit, victor, nec vmquam nisi absens victus est; tot vrbes atque regi-

ones

Digitized by Google

ones Guntchramno fratri, & Childeberto Sigiberti fratris filio ereptae; terror ac metus vtrisque tantus iniectus, vt amissa non aliter, quam legationibus reposcere ausi sint, & semel atque iterum iunctis viribus ei bellum inferre tantum cogitarint. Eundem ingenio, prudentia, & pro captu illorum temporum arte Poetica valuisse, nemo Historiae gnarus inficiari potest. Pietatis Chilperici (quam laudem FORTVNATO omissam miratur VALESIVS) GREGORIVM ipsum citare testem conuenit, apud quem dicitur Chilpericus Optimates suos, qui in Basilica Dionysii Martyris ferrum strinxerant, non ante in gratiam recepisse, quam Ragnemodo, Parisiorum Episcopo, Ecclesiaeque satisfeciissent; multa quoque post filiorum suorum Chlodoberti & Dagoberti mortem Ecclesiis atque Basilicis esse largitus & magnum Episcopis honorem habuisse. Nam & Gregorio ipsi, & Carterio, Petrocoriorum Episcopo, Maiestatis reis, crimen inficiantibus iuratisque credidit, ita vt prudentiam eius atque lenitatem omnes, qui aderant, Antistites mirarentur: & adeo bona fide cum Gregorio in gratiam rediit, vt sibi valedicentem non prius dimiserit, quam ab eo eulogias accepisset. At vitia quod attinet, fuit sane vitiorum Clotharii patris omnium heres, libidinosus, rapax, crudelis, superbus, negans se quenquam sapientiorem: libidinosus, quando plures eodem tempore pellices habuit, quas, vt Gailsuindam, Regis Vesigothorum filiam, obtineret, se dimissurum promisit; rapax & alieni appetens, quod bella cum Sigiberto & Guntchramno fratribus abunde dictarunt, quibus & totum Chariberti regnum armis occupatum abstulit, cuius tertia parte debebat esse contentus; crudelis, quando Gailsuindam & Audoueram in gratiam Fredegundis sustulit, Meroueum atque Clodoveum filios ab eadem occidi passus est, furenti vxori nimis addictus & indulgens.

(1) En characterem eius ap. HADRIANVM VALESIVM l. 16. Rer. Francic. ad A. DXCVI. VENANTIVS FORTVNATVS *Fredegundim plurimum laudat: prouidam, sollertem, cautam, vtilem aulae, ingenio pollentem, largam atque munificam, & maritis excellentem appellat: cum ea curam Reip. & Principalia onera Regem Chilpericum partiri ait, eiusque consiliis iuuari, eius opera crescere domum Regiam ac florere: moribus denique eam suis & Regni ornamentum, & Regis viri sui gloriam ac coronam factam esse. Quae etsi a Poeta adulatore dicta aut potius ficta videri possunt, tamen pleraque sunt verissima. Fuit enim Fredegundis prudens, callida atque versuta, dominandi non minus capax quam auida, cui nec ingenium ad consultandum nec ad proposita exsequenda vis & animus deesset. Quare cum in aliis discriminibus, tum maxime in bello Sigiberti gratia admodum atque periculoso Chilpericum iam Regno spoliatum, iam obsessum, iam de rebus suis ac de vita ipsa desperantem, haud muliebri facinore expediuit. Mulier, quae nec ante viri sui mortem satis vituperari, nec post eius caedem abunde laudari potest. Nam Audoueram atque Gailesuintham priores Chilperici vxores, Meroueum quoque & Chlodoueum priuignos suos oppressit, quos & nouercali oderat odio & sibi inuicem infestos esse non ignorabat. Maritum praeterea in acerbissimas grauissimorum tributorum exactiones & atrocissimas caedes impulit: Bertchramno quoque Burdigalensi Episcopo, & Landerico Maiori domus Regiae assueuisse credita est. Postquam vero Chilpericus periit, ita tutelam gessit Clotharii communis filii, tam prudenter & fortiter Regnum eius administrauit, vt virum Regem non desiderares. Augustam Suessionem, Brennacum, Lutetiam Parisiorum, aliasque ripae Sequanicae vrbes a Childeberto occupatas armis recepit: Duces ipsius Gundoaldum & Wintrionem furto fudit fugauitque: eiusdem filios ac successores paribus insidiis circumuentos superauit, tam bona mater, quam iniusta & mala nouerca. Qua mortua, intra triennium apparuit, quantum Clotharius praesidium amisisset. Quippe victus acie a Theodeberto ac Theodorico, & maxima Regni sui parte spoliatus est. Plane Fredegundem rapacem & sanguinariam fuisse indicant noua onera Francis imposita; percussores Childeberto ac Brunichildi non secus subornati; Guntchrammus ipse, cui suam & filii sui salutem post Chilperici mortem debebat, cuique tantopere erat adulata, eius petitus insidiis; & Praetextatus Rotomagensis Episcopus ante altare trucidatus; Audouera & Gailesuintha Reginae, Meroueusque & Chlodoueus indigne ac miserabiliter interemti. Quae facinora aeternas memoriae Fredegundis inusserunt notas, adeo vt de ea, non aliter quam de monstro quodam atque portento loqui nunc cuiquam liceat atque sentire.* (2) Hoc in dubium primus vocauit CLAVDIVS FALCETVS. V. HADR. VALESIVS l. 11. *Rer. Francic.* p. 187. FALCETO suffragatur COINTIVS *ad A. DXCVII. n.* 1. (3) L. 4. Rer. Franc. ad A. DXXCIV.

Digitized by Google

§. XXII.

CLOTHARIVS II. *filius, ad quem tandem vniuerſum Franciae regnum peruenit, mortuus A. DCXXXII. Cui ſucceſſit filius.*

Clotharius, aliis Clotacharius, Magnus & Medius cognominatus, patri Chilperico infans, quippe quadrimeſtris, ſucceſſit, & Theodeberto atque Theodorico patruelibus extinctis, anno DCXIII. monarchiam Francorum obtinuit. Vxores ei tres fuerunt, Haltetrudis & Bertredutis, quarum meminit A. *vitae* B. *Audoëni* apud SVRIVM, & Sichildis. Ex Haltetrude ſuſcepit Meroueum, qui puer occubuit, Dagobertum & Emmam, Eadbaldo Regi Cantauriorum nuptam; ex Gertrude tulit Charibertum, qui patri ſuperſtes vixit, idemque filium, qui puer obiit, nec non Enymiam, quae Deo virginitatem vouit. Nullam vero prolem reliquit ex Sichilde, quam, vt FREDEGARIVS c. 54. teſtatur, habuit pro moecha, imputans ei adulterium cum Boſone, quem iuſſu Regis Arnebertus Dux interfecit. Mors eius ab omnibus refertur in An. DCXXIIX. Fuit Clotharius, vt eum deſcribit FREDEGARIVS c. 42. „ Patientiae deditus, literis eruditus, „ timens Deum, Eccleſiarum & Sacerdotum magnus munerator, pauperibus „ elemoſynam tribuens, benignum ſe omnibus & pietate plenum oſtendens.„ Idem teſtatur, eum pacem habuiſſe cum vniuerſis gentibus. Subiicit: „ venatione ferarum nimium aſſidue vtentem, & poſtremum mulierum & puellarum ſuggeſtionibus nimium annuentem, atque ob hoc blasphemátum a leudibus fuiſſe.„ De infantia eius luctuoſa & pueritia, ſub Maioribus natu ac Fredegunde matre acta, in compendio egit HADRIANVS VALESIVS (1), qui addit inter laudes eius: „ Veterem Eccleſiae Gallicanae diſciplinam vimque legibus reſtituiſſe; noua aboleuiſſe vectigalia; percuſſores ac quietis publicae perturbatores ſeueriſſime puniiſſe; dediſſe denique operam, vt, quantum in ipſo erat, „ omnes bene beateque viuerent.„ Antea de eo ſcripſerat (2): „ Princeps plane animo maximus, optimus idem aequiſſimusque & virtutibus ſuis Francia „ Imp. neſcio, adeptus magis, ac meritus.„ Quam felix ſub eo Francia fuerit, idem VALESIVS (3) non tacuit: „ Tum, *inquiens*, laeta pace cuncta refouente, „ Francia viris, opibusque floruerit, omnibusque virtutum generibus, & quantam ea aetas capere poterat, variarum artium ſcientia enituit, nec vnquam „ alias plura eximiae pietatis ſanctitatisque perhibuit exempla. Tum reſtituta „ vis legibus, magiſtratibus auctoritas, ſacris ſuus honor & cultus. Tum vindicati a potentium iniuriis humiliores; decorati dignitatibus boni; mali ſupplicii ac meritis poenis affecti. Denique id vnum vere dici poteſt, ac Chlodoueo Magno ad ea tempora nunquam aequioribus imperiis paruiſſe Gallias, „ nunquam florentiore ac fortunatiore in ſtatu, nunquam meliore fuiſſe ſub Rege: quem & ob animi dotes egregias plurimum amarent ſui venerarenturque, „ & finitimi omnes populi quietum ſocium atque amicum bello laceſſere non „ auderent, pacem haud impune rupturi. Plane quicumque ſuperiorum temporum conditionem cum praeſenti Reip. tranquillitate conferebant, non magis feroces immitesque dominos iuſto Rege aut verius patre mutauiſſe, quam „ ipſi in alios mutati, & quodammodo renouati eſſe ſibi videbantur.

(1) *L. 18. Rer. Francic. ad A. DCXXXIIX.* (2) *d. l. 18. ad An. DCXV.* (3) *d. l. 18. ab initio.*

§. XXIII.

Digitized by Google

§. XXIII.

Clothario succeſſit Dagobertus filius: Hunc enim maiorem natu pater primus in regno Francorum conſortem Regni fecit, Regemque Auſtraſiorum conſtituendum curauit: at Charibertum, alterum e filiis ſuis minorem natu, immerentem exheredauit. Certe nihil ei moriens reliquit, ſiue quod graui morbo repente oppreſſus conuocare Optimates, eisque ſupremam voluntatem ſuam aperire & approbare non potuit: ſiue potius, quod Theodeberti ac Theodorici plusquam ciuilibus bellis edoctus, ſolum in Francia Dagobertum regnare maluit, quam inter ambos filios ſuos Regnum ex more diuidere, ne quid eſſet Regi a minore fratre priuato metuendum. Nam Theodoricus Theodebertum fratrem ſuum natu maiorem bis aggreſſus erat, duobusque proeliis ſuperatum & captum interemerat. Quare Dagobertus Chariberto fratri nonniſi ſolam Aquitaniae portionem conceſſit, de quo FREDEGARIVS *Chr. c.* 56. 57. Dagobertum deceſſiſſe An. DCXLIV. vulgo ſtatuunt, SIRMONDVS, VIGNIERIVS, BOLLANDVS, DVCHESNIVS, LABBEVS, ALTESERRA, alii. At primus id in dubium vocauit HADRIANVS VALESIVS (1), mortem eius reiiciens in annum DCXXXIIX. cui adhaeſit CAROLVS COINTIVS (2) & MABILLONIVS. Quibus ſe iterum oppoſuit PETRVS FRANCISCVS CHIFFLETIVS (3) *Diſſertatione de annis Dagoberti Francorum Regis eo nomine primi*, refutatus itidem a MABILLONIO in tom. 3. Analect. Diſſertationibus duabus, ex quibus prioris titulus eſt: *Diſſertatio hiſtorica de anno mortis Dagoberti I.* Alterius: *de anno & die ordinationis itemque obitus Diſiderii, Epiſcopi Cadurcenſis.* Decedenti filii duo ſuperfuere, Sigibertus & Clodoueus minorennis, ille ex pellice Ragnetrude Auſtraſia, hic ex Nanthilde iuſta vxore natus. Vt ex FREDEGARIO, ex geſtis Dagoberti & AIMOINO conſtat. De characteribus eius audiendus omnino VALESIVS (4), etſi locus ſit prolixior: „ Dagobertum, in-
» quiens, multi multis magnisque efferunt laudibus atque ſuſpiciunt: AVDOËNVS, Auctores Geſtorum Francorum atque Dagoberti, REGINO, AIMOINVS, » HERMANNVS. Fuiſſe eum aiunt fortiſſimum in bellis, ſeueriſſimum in iudiciis, » prudentem, cautum admodum & aſtutum, ſtrenuum, Eccleſiarum aedificatorem ac ditatorem, Sacerdotum fautorem, ſuſtentatorem egentium, peregrinorum exceptorem, in bonos & fideles benignum, & cum quadam manſuetudine beneuolum; rebellibus perfidisque terribilem, exterarum nationum » crebro victorem, & corporis, quo valde agili erat, exercendi cauſa equitationi ac maxime venationibus vacauiſſe; finitimis omnibus Regibus timorem » ſui incuſſiſſe, ac diffuſa in cunctas Regnorum ſuorum prouincias pace, quietum exemplo Salomonis apud Francos regnauiſſe, atque omnibus circumquaque Gentibus pacatis, ferociſſimis etiam Vaſconibus bello ſubactis deceſſiſſe, Regna ſua de externis populis ſecura, nec vlla ex parte imminuta relinquentem: quae iure prudenterque ordinauerit, ac inter ambos filios diuiſerit, ne quando de finibus ciuili bello pugnarent: eum denique peccata ſua, » ſi qua iuuentutis leuitate prolapſus admiſiſſet, piis largitionibus & patrocinio » Sanctorum, quorum ſepulcra ornare & Baſilicas ditare maxime ſtuduit, facile expiauiſſe, ac ingentes eleemoſynas Monaſteriis de fiſco ſuo primum dediſſe. Adiiciunt eundem pulcrum, magnum & inclytum Principem fuiſſe, » ita

DAGOBERTVS I. *mortuus ſecundum vulgatam ſententiam An. DCXL. IV. ſecundum alios DCXXX IIX. Cui ſucceſſerunt filii.*

Digitized by Google

» ita vt omnes ante se Francorum Reges longe superauerit; Christianissimum,
» componendae Ecclesiarum paci intentum, Regni finium tutorem & promoto-
» rem inuictum, hostibus vndique suae ditioni subiactis: inprimis acrem inge-
» nio, & animi corporisque vigore quodam igneo atque torrenti praeditum, &
» non solum popularibus iureiurando sibi deuinctis, verum etiam exteris fini-
» timisque gentibus nominis sui fama metuendum, cum quo pariter regni Re-
» gumque Francorum virtus & dignitas collapsa paullatim defecerit. Quas ego
» laudes Dagoberto haut quaquam omnes omnino conuenire, neminem Histo-
» riae Francicae gnarum negaturum puto. Quippe saltem post Chlotharii pa-
» rentis sui mortem nulli vmquam proelio interfuit, sed gerenda Ducibus bella
» mandauit: cum antea Reges Francorum copias ipsi suas ducere, & plerum-
» que hostes suos per se aggredi aut reprimere consueuissent. Praeterea vt
» vnam exstrueret ornaretque Basilicam, multas spoliauit Ecclesias: vt paucos,
» quos amabat & quorum opera vtebatur, locupletaret, plurimos per summam
» iniuriam pauperauit confiscauitque. Certe in libro de vita S. Martini Verta-
» vensis Abbatis inuenio, Coenobiis eum Sanctorum abstuliſſe dimidium pos-
» sessionum suarum, militibusque dispertiisse, vsum consilio Centulfi Aulici:
» quod tamen parum verisimile mihi videtur. Finitimas quidem gentes omnes
» adeo non pacauit aut vicit, vt a Sclauinis absens sit victus, & feroces victoria
» Barbaros Thoringiam aliasque Austriae prouincias saepe incursionibus vastan-
» tes, ferre cogeretur. Omitto Surbios ab eo ad Samonem, Sclauinorum Re-
» gem, deficientes. Praetereo Radulfum Toringorum Ducem contumacem,
» & prouinciae cui praefectus erat Regnum affectantem. In tantum a profe-
» rendis Regni terminis abfuit Dagobertus, vt illud aliqua ex parte imminutum
» filiis relinqueret. Nam Vascones Childeberti iam ante filiis Theodeberto ac
» Theodorico; iam ante Chlothario & Chariberto alteri Dagoberti ipsius patri,
» fratri alteri, victi subactique, sed mala semper fide paruerant. Britanni quo-
» que, quos & Britonnes appellant, superioribus Francorum Regibus, inpri-
» mis Chilperico ac Guntchramno obsides dederant, iurauerantque se imperata
» facturos. Nihil ergo Dagobertus supra maiores suos gessit, ab vtraque gen-
» te iusiurandum exigendo, quod more suo postmodum ruptura erat. Constat
» plane, quod Fredegarius tradit, Dagobertum in Austria per sex annos non
» minore iustitia quam fortitudine regnauisse, dum Pippini Maioris domus Re-
» giae, Arnulfi Mettensis Episcopi, aut Chuniberti Agrippinensis Antistitis
» consiliis vtitur ac regitur, atque omnibus finitimis Gentibus pariter terrori ac
» venerationi fuisse: sed postquam patre mortuo reuertit in Neustriam, eun-
» dem velut sublato censore suo, remotoque parentis metu, mutatis Consilia-
» riis, mores simul mutauisse, & ad cupiditatem libidinemque desciuisse; Ec-
» clesiarum Procerumque possessionibus manum adiecisse; tres vno tempore
» iustarum vxorum loco, plurimas pellices habuisse; Gomatrudem vxorem re-
» pudiauisse, vt Nanthildem in matrimonium acciperet, & mox neglecta Nan-
» thilde, ex puella Ragnetrude filium tulisse: plane vt mihi videatur morbum
» dysentericum ex nimia Venere contraxisse, ac incontinentia periisse. Omitto
» Sisenandum, promissa Dagoberto lance aurea statim auxiliis Francicis adiu-
» tum, & Regem Hispaniae constitutum, lancemque, quoniam non dabatur,

» per

Digitized by Google

» per legatos non semel repetitam. Omitto contentiones eiusdem cum Patre, » regiones aliquot Austriae ab eo repetentis, a quo gratis Regnum acceperat, » & paternam pietatem atque indulgentiam improbe fatigantis. Omitto Chari- » bertum parum fraterno animo a fratre acceptum habitumque, Regnis Neustriae » atque Burgundiae iure sibi debitis excluſum, & vix prouinciae Aquitanicae » aliqua parte donatum. Omitto Chilpericum, paruulum Chariberti filium, » eiusdem iussu clam interemtum, & nefando scelere receptas, quas paullo an- » te fratri dederat, Aquitaniae regiones. Ex quibus intelligitur, in Dagoberto » nonnumquam cupiditatem cum crudelitate fuisse coniunctam. Quid Chrodo- » aldum referam, cui, cum in patris ipsius sui deprecantis gratiam pollicitus » esset se parsurum, ad ostium cubiculi sui mox caput auferri mandauit? Quid » Brunulfum commemorem per summam iniuriam iussum interfici, quod so- » roris suae filium Charibertum Regem ex more facere voluisset, nec aequo » animo passus esset, Neustria Burgundiaque ab altero fratrum occupatis, alte- » rum priuatum fieri, quod e Francorum Regum filiis ante acciderat nemini. » Iam vero iracundiae & superbiae Dagoberti nullum maius afferre testimonium » possum, quam quod Arnulfo, Mettensi Episcopo, in solitudinem secedendi » ac Sacerdotii deponendi commeatum petenti, stricto gladio minatus sit, fili- » um eius se occisurum, nisi remaneret: & quod ob factam Sichario, legato » suo, sed non immerenti iniuriam, Samoni Sclauinorum Regi statim bellum » intulerit, multis futurum exitio. Timidum quoque ac diffidentem eum fuis- » se, docent Pippinus Maior domus, & ceteri plerique Austrasiorum Duces, » quamdiu patris sui superstes fuit, metu nouarum rerum in Neustria ac in Co- » mitatu retenti. Effecit igitur Dagobertus, quod a nullo antea Francorum » Rege factum obseruo, vt Austriae, quam reliquerat, eminentissima adimeret » capita, Pippinumque, quo amplius Consiliario vti nolebat, totus iam Neu- » strasiis Optimatibus addictus, procul a patria in sua potestate ac velut in libera » haberet custodia: ne sicuti post Theodorici mortem paene priuatus fecerat, » odio mutati ab ipso cum sede Consilii aliquid in Austria iam Praefectus Palatii » multo maiore cum auctoritate moliretur. Idem etiam Duces Austrasios, hoc » est prouinciarum Austriae praesides, quotquot Pippino amici, aut per se ti- » mendi erant, quos mortuo patre in Neustriam adduxerat, non dimisit, sed » tanquam eorum opera vsurus apud se remanere voluit inuitos, ne domos re- » uersi absentia sua ad defectionem incitarentur: quemadmodum nonnulli Im- » peratores Romani Proceres potentes nimis atque suspectos in Vrbe detine- » bant, & datas sibi prouincias non aliter quam per legatos regere absentes pa- » tiebantur. Laudanda in eo liberalitas fuit, laudanda in aedificiis magnificentia, » si seruasset modum. Quod ibi pluribus persequitur. »

(1) L. 18. *Rer. Francic.* (2) *Ann. Eccl. ad d. An. DCXXXIIX. n. 85. sequ.* (3) Mereatur de hoc certamine legi GERARDI DVBOIS *praefat. ad Tom. 8. Cointii Annal. Eccles.* Adde MABILLONIVM *praefat. ad Acta S. Ord. S. Benedicti Secul. 4. §. 399. sequ. & in supplemento libr. de re diplom. c. 7. §. 2.* vbi obseruat, HENSCHENIVM, qui alteram sententiam tam constanter propugnauerat, in hanc demum sententiam concessisse. (4) *L. 19. Rer. Francic. ad An. DCXXXIIX.*

Digitized by Google

§. XXIV.

In Austria SIGEBERTVS III. *mort. secundum quosdam A. DCL. secundum alios A. DCLIV. Cui succes-sit*

Sigebertus iam ab anno DCXXXIII. Rex Austrasiae a Patre Dagoberto fuerat renunciatus. Is ex coniuge, quam Imnechildam vocatam aiunt, Dagobertum filium, nihilque praeterea liberorum tulisse dicitur, quorum saltem vlla a veteribus Francicis historicis fiat mentio (1). Eius pietas, liberalitas ac munificentia laudatur a plurimis, nec facile Principem vllum reperies, qui plura & maiora, imo vero, qui tot & tanta adolescens intra pauciſſimos annos Coenobia aedificauerit, vt pluribus monstrat VALESIVS (2). Praeterea SIGEBERTVS (3) in libello de vita Sigiberti nostri, sapientiam eius Principis, prudentiam, aequitatem in omnibus, simplicitatemque cum calliditate coniunctam, integritatem vitae atque puritatem, animum Regii fastus fastigiique contemtorem ac religiosum, erga pios viros beneuolentiam & benignitatem commendat; alius columbinam eiusdem simplicitatem. Vbi laudatus VALESIVS addit: *simplicem fuisse & bonum, facile crediderim: valde callidum ac prudentem vix crediderim, qui & adolescens adhuc esset, & Grimoaldi Praefecti Palatii sui, hominis ambitiosi ac perfidi, arbitrio regi se pateretur.* Mortem Sigiberti ad A. DCL. refert VALESIVS; at BVCHERIVS & COINTIVS (4) annum DCLIV. esse contendunt, & MABILLONIVS (5) ad A. DCLVI. reuocare videtur. (6)

(1) Nam plures habuisse filios memoratur *in libro de vita S. Boniti Episcopi Arvernensis.* At vnicum reliquisse superstitem Dagobertum filium, certum est. (2) *L. 20. Rer. Francic. ad A. DCL.* (3) Qui auctor tamen non satis accuratus est. (4) *Ad Annum DCLIV. n. 5. sequ.* (5) *L. 4. de re diplomat. diplom. 19.* (6) In hac controuersia id vnum certum esse & exploratum, Sigibertum paullo ante fratrem Clodoueum obiisse, ait MABILLONIVS *d. supplemento librorum de re diplomat. c. 7. §. 3.*

§. XXV.

DAGOBERTVS II. *filius, mortuus A.* DCLXXIX.

Sigiberti filium Dagobertum, Grimoaldus Maior Domus, cui Sigibertus pater filium suum moriens commiserat ac nutriendum commendauerat, tonsum misit in Hiberniam sub custodia, vt filium suum Childebertum in Austria Regem faceret, sed irrito conatu: nam ipse paulo post perfidiae poenas dedit. Caeterum Dagoberti huius restitutionem in paternum regnum, (quae non ante A. DCLXXI. aut insequentem accidit) per complura secula latentem (1) ac ignoratam, in apertam historiae lucem reuocauere HADRIANVS VALESIVS, GODEFRIDVS HENSCHENIVS & DANIEL PAPEBROCHIVS. Tempus autem & genus mortis (nam caesus est ab inimicis An. DCLXXIX.) primus ex EADMERO, FRIDEGODO & EDDIO *vita S. Wilfridi* (2), *Episcopi Eboracensis*, nos docuit MABILLONIVS (3), cui iungendus PETR. FRANCISCVS CHIFFLETIVS (4). Caeterum Dagobertus non integro Austriae regno potitus est, tantum enim Alsatiam & transrhenanas partes ei Childericus cessit. Post cuius mortem de Belgicis prouinciis contentionem habuit cum Theodorico, eaque de causa in finibus Linganum conserto proelio dimicarunt, sed tandem pax inter eos facta, cuius conditiones ignorantur. Liberos non reliquit, vt contra HENSCHENIVM docet MASENIVS (5).

(1) Per septem enim Secula adeo eius obscurata fuit memoria, vt cum auo suo Dagoberto omnino confunderetur. (2) Locus EDDII dignus est, qui huc transcribatur: Fuit enim is aequalis & fami-

Digitized by Google

& familiaris Wilfridi rerumque ab eo gestarum testis plerumque oculatus. Verba eius sunt c. 27. *Postquam Deo amabilis Pontifex noster in FREIS hiemauerat, populum multum Domino lucratus; verno tempore adueniente coeptum iter, Deo adiuuante, ad sedem apostolicam cum comitibus carpebat, veniens ad Francorum Regem nomine DAEGBERHT, qui eum cum honore mansuetissime pro meritis eius anteactis in eum suscepit. Nam supra dictus Rex in iuuentute sua ab inimicis regnantibus in exilium proditionis pulsus, nauigando ad Hiberniam insulam, Deo iuuante, peruenit. Post annorum circulum amici & propinqui eius viventem, & in perfecta aetate florentem a nauigantibus audientes, misere nuncios suos ad beatum Wilfridum Episcopum, petentes, vt eum de Scottia & Hibernia ad se inuitasset, & sibi ad Regem emisisset. Et sic sanctus Pontifex noster perfecit, suscipiens eum de Hibernia venientem, per omnia ditatum, & viribus sociorum eleuatum, magnifice ad suam regionem emisit. Et hinc Rex beneficiorum eius memor erat, diligenter poscens, vt in regno suo Episcopatum maximum ad ciuitatem Streitburg* (Strasburg) *pertinentem susciperet: Et eum nolentem accipere, cum muneribus & donis magnis DEO DATO Episcopo suo duce ad Apostolicam sedem emisit.* Hactenus Eddii verba, quae restitutionem Dagoberti mirifice illustrant. Vbi inter alia obseruabit, Hiberniam etiam Scotiam nominari. v. SCHVRTZFLEISCH. *de regno Austras.* §. 15. Non minus illustre est EDDII testimonium de nece eiusdem Regis in c. 31. *Pergente sancto Praesule nostro ab Apostolica sede eum triumphali iudicio per Campaniam & montana transscendente, in regionem Francorum peruenit: ibique nuper amico suo fideli DAEGBERHTO Rege per dolum Ducum & consensu Episcoporum (quod absit) insidiose occiso: ex quibus vnus cum ingenti exercitu obuiauit, cogitans impie in corde suo insidias, nisi Deus restitisset ei, sodales suos omnes spoliatos aut in seruitutem redigere, aut vendere sub corona, seu rebellantes occidere, atque Pastorem sanctum nostrum anxiatum in custodia vsque ad EFRVINI Ducis reseruarg iudicium. Interrogauitque eum Episcopus, dicens: Qua fiducia tam temerarie per Francorum regionem pergis, qui dignus es morte, quia nobis Regem subsidio tuo factum exsilio emisisti? Dissipator erat vrbium, consilia seniorum despiciens; populos, vt Roboam filius Salamonis, tributo humilians; ecclesias Dei cum Praesulibus contemnens: quorum malorum poenas luens occisus; cadauer eius humatum iacet. Sanctus vero Pontifex humiliter respondit Episcopo: Veritatem dico in Christo Iesu & per Sanctum Petrum Apostolum non mentior, quia talem virum & in peregrinatione degentem, secundum Dei praeceptum Israelitico, qui accola fuit in terra aliena, auxiliatus enutriui, & exaltaui in bonum, & non in malum vestrum.* Ex quibus intelligimus, caedem hanc factione Optimatum aliquot regni Austrasiani, conspirantibus Pseudoepiscopis nonnullis, iis nimirum, qui Ebroini partibus fauebant, factam. (3) *In seculo III. Act. S. Ord. S. Bened. praef. ad part. alteram §. 7. & 8. & in seculo IV. praefat. ad part. 1. n. 202. 205. & seq.* (4) *D. Dissert. c. 20.* (5) *Annotat. 14. ad tom. 1. Annal. Treuirens. Broweri §. 34.*

§. XXVI.

Alter filiorum Dagoberti fuit Clodoueus iunior, in Neustria & Burgundia succedens, mortuo fratre & filio eius Dagoberto, vt diximus, relegato, etiam Austriam nactus, & in vniuersa Francia regnans. Auctor gestorum Francorum & ERCHANBERTVS in breuiario Regum Francorum ac Maiorum Domus eum omni *spurcitiei, gulae & ebrietati deditum fuisse* aiunt, *mulierumque corruptorem.* HERMANNVS *inertem ac insanum* semel atque iterum appellat. Quae haut dubie occasionem dederunt amplificandae potentiae Maiorum Domus. Filios ex Balthilde coniuge (1) reliquit Clotharium, Childericum ac Theodoricum. Circa obitum eius mire variant. VALESIVS in annum DCLV. COINTIVS & MABILLONIVS (2) in Ann. DCLVI. reponit. A quibus longe recedens CHIFFLETIVS (3) A. DCLX.

In Neustria & Burgundia CLODOVEVS II. *mortuus A. DCLIV. vel DCLV. vel iuxta Chifletium A.* DCLX. *Cui succedunt filii tres.*

(1) Haec post mortem mariti regnum ac palatium prudenter administravit, & cum Clotharius pueritiam egressus ad adultam aetatem peruenisset, secessit in Monasterium Kalam, ex Regina Monacha facta. Vbi ita se gessit, tot & tanta virtutum perhibuit exempla, vt omnibus Virginibus documento admirationique esset, nec ex Palatio in Coenobium veniisse, sed a teneris annis Monasticorum praeceptorum disciplinis innutrita videretur. HADRIAN. VALESIVS l. 21. Rer. Francic. ad Ann. DCLXIV. *dignissimam existimat, quae B. Radegundi comparetur.*

Digitized by Google

tur, quod exemplo eius ex captiua vel potius ex ancilla & extera Regina, e Regina Monacha facta sit, & in Monasterio a se condito vitam exegerit, atque Abbatissae, quam ipsa constituerat, dicto audiens fuerit. (2) V. *supplementum eius librorum de re diplomatic. c. 7. §. 4.* (3) D. *dissert. c. 8. in fine.*

§. XXVII.

CLOTHARIVS III. *in Neustria & Burgundia, mort. An.* DCLXXI.

Filius huius natu maximus Clotharius III. ab aliis iunior dictus, vix quadrimus Rex Neustrasiorum atque Burgundionum ab Optimatibus constitutus & sub Balthildis matris disciplina educatus, vitam finiit An. DCLXX. cum Francis imperasset annis sexdecim, vt ex Charta Chrotildis, praenobilis matronae, primus docuit MABILLONIVS (1), cum Auctor gestorum FRANCORVM, HERMANNVS, SIGIBERTVS certique veteres, puerum eum obiisse, & quatuor solummodo annos regnasse affirment; VALESIVS (2) autem, iis contrarius, quatuordecim suscepti regni annos ei tribuat (3).

(1) *L. 2. de re diplomat. c. 26. §. 6. & l. 5. ad tab. 19.* (2) *L. 21. Rer. Francic. p. 250. seq.* (3) Vt & A. vitae S. Wandregisili, scriptor eius temporis, apud quem Clotharius *quartum decimum regni agens annum* secundum viri Dei prophetiam consortiis humanis subtractus fuisse dicitur. Deinde eidem mortuo suppositum fuisse filium sub Clodouei nomine, quem Austrasiani in regnum prouexerint, anonymus in libro de vita S. Leodegarii testatur. *At qui fieri potuit,* ait MABILLON. d. supplem. c. 7. §. 5. *vt Clotharius, qui patri vix quadrimus successerat, filium habuisse dictus sit, suaderique cum aliqua similitudine veri potuerit, si quatuor duntaxat annos regnauit? alias octennis filium procreasse dicendus esset, quod vix competere potest annorum octodecim adolescenti.*

§. XXVIII.

CHILDERICVS II. *in Austrasia, interfectus An.* DCLXXIII.

Alter filiorum Clodouei iunioris Childericus II. qui aliquamdiu priuatam vitam cum fratre Theodorico sub Balthilde matre & Clothario Rege in palatio egit, viuo adhuc fratre Clothario Austrasiae praefuit, eoque mortuo, fratre vero Theodorico in Monasterium Dionysianum relegato, monarchiam occupauit, ob leuitatem, insolentiam (1), crudelitatem, libidinem aliaque adolescentiae vitia, coniuratione Procerum Neustrasiorum, insidiis praesertim Bodilonis, de quo supra, cum coniuge sua Bilthilde, quam alii Bilihildem & Bilichildem vocant, A. DCLXXIV. in autumno, cum venationi in silua operam daret, interfectus. Quam in rem fragmentum de vita S. Lantberti Fontanellensis primum Abbatis, demum Episcopi Lugdunensis, vnum nobis protulit MABILLONIVS (2). Quanquam autem Chilpericum II. antea Danielem dictum (3), vti putatur vulgo, filium reliquerit, tamen is nonnisi diu post Neustriae regnum obtinuit, vt mox dicemus.

(1) De eo HADRIANVS VALESIVS l. 21. Rer. Francic. ad A. DCXLIII. *Periit Childericus fere XXIII. aetatis, vndeuicesimo regni anno, meliorem exitum facturus, si dedisset operam, vt felicibus principatus sui initiis extrema consentirent, & vt spei, quam ex ipso cuncti conceperant, responderet. At ille a bonis & sapientibus Consiliariis ad imprudentes & malos, a virtutibus ad vitia conuersus, dum quae bono publico decreuerat infirmat, dum Neustrasios, a quibus erat euocatus nouoque regno donatus, ludibrio habet, vexat, opprimit, omnium a se alienauit animos: & dum aduersus Optimates nimia insolentia ac intolerabili crudelitate grassatur, dum quacumque de causa alios relegat, alios virgis caedit, alios interimit, exitium sibi maturauit. Denique qui Austria sua minime contentus germanitatem omnem exuerat, posthabito bonorum virorum consilio fratris sui regno manum adiecerat ac Theodoricum aliena inuidia laborantem spoliauerat, dum ea facit, propter*

Digitized by Google

propter quae Theodoricus principatu deiectus fuerat, vitam simul & regnum amisit. Non tamen Childericus liberalitatis & pietatis expers fuit. (2) *Secul. 3. Act. S. Ord. S. Benedicti praefat. ad part. 2. n. 3.* Adde quae disseruit idem *d. supplem. c. 7. §. 6.* (3) Eius instrumenta duo ex archiuo Dionysiano protulit MABILLONIVS, primarium Chilardo Abbati concessum a Chilperico, *vnum datum, quod fecit mensis Martius dies quinque anno primo regni Compendio*, in quo Chilpericus *genitorem suum Childericum, auunculos*, id est, patruos, *Chlodocharium & Theodoricum*, appellat. Alterum *datum quod fecit mensis Martius dies sexdecim, itidem anno primo regni Compendio*, in quo *Dagoberchtum proauum, auum Chlodoueum, genitorem Childericum* vocat. v. Act. Ord. S. Benedicti Secul. 3. part. 2. in adiunctis momentis historicis n. 11. & 13. & *l. 6. de re diplomat. p.* 484. vbi quinque praecepta pro Dionysiano Monasterio profert.

§. XXIX.

Tertius filiorum Clodouei & natu minimus Theodoricus III. extincto fratre Childerico II. anno DCLXXIII. imperium expetiuit, vero & potiore iure quam Heluius Pertinax Aug. pila fortunae cum HADR. VALESIO (1) dicendus. » Quippe cum Regis filius esset, atque apud Francos inter Regum filios ex » aequo regnum diuidi soleret, fratres suos Reges vidit, paterna hereditate » excluſus, & ad septimum decimum circiter aetatis annum priuatus. Fratre » demum Chlothario mortuo, ex priuato Rex factus est ab Ebroino Maiore » domus Regiae, ac paullo post iterum ex Rege priuatus, a suis desertus, com- » prehensus & tonsus, a fratre suo Childerico regno spoliatus, Monasterioque » contumelioſe incluſus. Post Childerici caedem in Regnum restitutus, ab Ebroi- » no fugatur ac thesauris exuitur (2), eumque pro Leudesio, quem fraude cir- » cumuentum amiserat, iterum Palatio suo vel potius Regno non sponte prae- » ficit, *inane* Regis nomen ipse habiturus, regnandusque verius quam regna- » turus: *oppugnatur* a Martino atque Pipino, Austriam ad ipsum pertinentem » obtinentibus. Quibus fusis fugatisque, cum Ebroino mortui in locum Wa- » ratto substitutus esset, paullo meliore, vt ita loquar, conditione vsus est, » nisi quod Gislemari eius filii ferum ac intractabile ingenium ferre coactus est. » Quo mortuo, rursus a Pippino Austrasiorum Duce oppugnatur, vincitur » acie, opibus omnibus suis, omni potestate spoliatur, ac sub iugum mitti- » tur, nihil Regium praeter nomen habiturus, & sub hostis sui manu ac veluti » sub gladio vitam acturus. De diuturnitate imperii eius diuersae sunt senten- tiae. Anno DCXC. decessisse probat VALESIVS (3). At A. DCXCVI. designat CHIFFLETIVS (4) & pluribus argumentis id confirmare nititur. In matrimonio habuit Chlotildem, quam & Rotildem vocant, quidam etiam Dodam, ex qua Clodoueum, Childebertum & Clotharium suscepit. De quo videatur omnino CONTIVS (5).

THEODORICVS III. *mortuo fratre Childerico Austrasiae regno potitus, mort. A. DCXC. vel, vt alii volunt, DCXCIV. Cui succeſſit*

(1) L. 22. Rer. Francic. ad A. DCXXCIX. (2) Nam vt apud Anonymum vitae Leodegarii scriptorem legitur, Theodorici aemuli, nimirum Ebroinus cum Austrasiis, haut dubie Belgicae vtriusque populis in Theodoricum irruerunt, in villa Nouiento tunc residentem, eiusque thesauris direptis, *quendam paruulum, quem Clotharii fuisse confinxerunt filium, in partibus Austri leuauerunt in regnum; multisque persuaserunt, Theodoricum hunc defunctum, & Clodoueum* (sic illum putatitium vocabant) *Clotharii esse filium.* (3) D. l. Eius mortem non serius A. DCXCII. contingere potuisse ait MABILLONIVS *supplem. libr. de re diplomatic. c. 7. §. 9.* quoniam Childebertus filius eius natu minor Ann. DCXCV. certissime successerit Clodoveo fratri, qui post Theodoricum patrem annos quatuor inchoatos regnauit, vt nos docet Fredegarii secundus continuator. (4) D. Dissert. c. 21. (5) Ad. A. DCXCII. n. 5.

Digitized by Google

§. XXX.

CLODOVEVS III. *nimirum duobus annis regnans*

Clodoueus hic, id nomen tertius, ſecundum opinionem CHIFFLETII ante mortem patris Theoderici vitam finiit. At hoc falſi reuincunt tot diplomata apud MABILLONIVM (1), quae meminerunt anni regni eius ſecundi & tertii.

(1) *L. 6. de re diplom. c. 15. ſequ. & c. 193. & in actis S. Ord. S. Benedict. ſecul. 3. part. 2.*

§. XXXI.

CHILDEBERTVS III. *mortuus A. DCCXI. Cui ſucceſſit*

Childebertus III. alter Clodouei filius, fratri Clodoueo ſuccedens, ab Anno DCXCV. regnauit ad An. DCCXI. (1) & quidem XVIII. Kalend. Maii, vt diſcimus ex Chronico Sancti Medardenſi. Conferatur HADR. VALESIVS (2), qui de moribus eius ita ratiocinatur: „ Aequum & bonum eum Principem fuiſſe puto. Quippe vir inclytus in Geſtis Francorum, & beatae memoriae Childebertus Rex iuſtus appellatur: in Chronico Muſciacenſi bonae memoriae Glorioſus Childebertus iuſtus. Quam ob cauſam a recentiſſimis ſcriptoribus Iuſtus cognominatur, quod tamen nequaquam videtur cognomen habuiſſe: ſicut nec Theodebertus, Chlodouei Magni nepos, nec Childebertus ac Clotharius eiusdem pronepotes, quos Hermannus Reges Francorum fortes vocat, propterea fortes ſunt cognominati. Iuſtus autem Rex Childebertus habitus eſt, ſiue quod ius in Regia ſeueriſſime dixit more maiorum: (ſi tamen tum Regibus Francorum ius dicere per Pippinum licuit) ſiue quod ex interiore vita, ex hisue quae dixit ac fecit, facile apparuit, aequi ſeruantem eum futurum fuiſſe, ſi iuris ſui fuiſſet. Forſitan etiam propterea, quod Grimoaldus iuſtus fuerat, & Neuſtriam ac Burgundiam adminiſtrauerat aequitate ſingulari, Praefecti Palatii iuſtitia ac moderatio Regi tributa eſt: vt ſolet felicitas temporum ipſis potiſſimum Regibus etiam pueris ac nihil agentibus aſſignari, quorum nimirum imperio & auſpicio cuncta geri, quorum cura cuncta ordinari firmarique putantur. Filium vnum reliquit Dagobertum.

(1) Annis ſeptendecim regnauiſſe conſtat ex vetuſtis annalibus Francorum, quibus conſentit ſecundus FREDEGARII Continuator, qui ait Childebertum regnaſſe *annos ſexdecim*, ſc. completos. Vt ex vetuſtis Codicibus hunc locum reſtituit RVINARTVS, non tantum *tredecim*, vt ante mendoſe legebatur. Extat ipſius Childeberti placitum authenticum de nundinis Dionyſianis datum apud Mamaccas die XIII. menſis Decembr. *anno* ſexto decimo regni Childeberti: alterum idem datum poſtera die apud MABILLON. l. 6. de re diplom. p. 482. ſequ. Accedit Berarii Epiſcopi teſtamentum de monaſterio Caladunno pagi Cenomanenſis, quod *tom. 3. Analect. p. 215.* inſeruit laudatus BALVZIVS. *Actum Marogilo villa in anno XVI. regnante Domno Childeberto Rege noſtro, XII. Kalend. Novembr.* (2) *L. 23. Rer. Francic. ad An. DCCXI.*

§. XXXII.

Dagobertus filius, mort. An. DCCXVI.

Dagobertus hic id nomen tertius, quem antiqui iuniorem appellant, eodem anno, quo pater obiit, regnum capeſſiuit, mortuus XIII. Kalend. Febr. A. DCCXVI. habita ratione Kalendarii recentioris annum ab Ianuario inchoantis, vt probauit MABILLONIVS (1). A quo non longe abit VALESIVS (2). At plerique veteres, vt & Chronographus Saxo A. DCCXV. eum mortuum affirmant.

(1) *Secul. 3. Act. S. Ord. S. Bened. Praefat. 2. n. 10.* (2) *L. 23. Rer. Francic. ad* A. DCCXV.

§. XXXIII.

Digitized by Google

§. XXXIII.

Huius filium Theodoricum ei succedere par erat, sed ob infantiam post-habitus est a Francis. Hinc Carolus, Maior Domus in Austria, cum Chilperico, quem & Danielem Clericum vocant, expulso, Raginfredo aut fugato cum Eudone, aut Praefecturam deponere compulso, ad Austriae principatum Neustriae ac Burgundiae imperium adiunxisset, An. DCCXIIX. Clotharium tertium Theodorici filium, inani Regis nomine donatum, a Neustriae ac Burgundiae Proceribus congregatis Regali solio ex more imponi, & se Maiorem Domus regiae constitui curauit. Quanquam is non diu in Francia regium nomen obtinuit, quippe eodem anno defunctus.

Dagoberto huic suffectus non filius Theodoricus, sed Chlotharius IV. tertius Clodouei Regis filius, mortuus A. DCCXHX

§. XXXIV.

Eo mortuo, interregnum in Francia breue quidem, sed notabile fuit. At Carolus, Maior Domus, vt sub nomine Regis minore inuidia regnaret, anno insequente DCCXIX. Chilpericum siue Danielem Clericum reuocauit & in regiam sedem restituit, vt Anonymus de gestis Regum Francorum & Appendix Fredegarii nos docent. Mortuus videtur An. DCCXXI. nam certi nihil definiri potest, de quo videatur VALESIVS(1).

(1) *L. 24. Rer. Francic. ad An. DCCXXI.*

Postea CHILPERICVS II. *vulgo Daniel Clericus dictus, Childerici III. Regis filius, mortuus* An. DCCXXI.

§. XXXV.

Chilperico mortuo, Franci Theodoricum, quem & Theodericum, Marianus Tiericum, & cognomine Kalensem, quod in Monasterio Kala(1) esset enutritus, vocant, Dagoberti filium, vix dum infantiae annos egressum, Regem sibi statuerunt A. DCCXXI. Obiit autem is supremum diem A. DCCXXXVII(2).

Demum THEODORICVS IV. *Dagoberti II. filius, mort.* An. DCCXXXVII.

(1) Erat Kala in pago Parisiano ad flumen Matronam posita iam inde a Clodouei M. liberi regia Principum Francorum insignis, ex eorum vicorum numero, quos quia fisci erant, vulgo publicos aut regios appellabant: Ibi Balthildis Regina amplissimam Basillcam cum Monasterio aedificauit. (2) Confirmat hoc Anonymus *in libro de computo Ecclesiastico*, a LABBEO in elogiis historicis p. 70. relatus, qui a *natiuitate Domini vsque ad praesentem annum, in quo Theudericus Rex defunctus est*, annum DCCXXXVII. numerat.

§. XXXVI.

Post cuius mortem interregnum quinque annorum fuit, quibus Carolus Princeps cognomento Tudes siue Martellus regnum solus administrauit vsque ad mortem suam, quae incidit in Anno DCCXLI. & post eum duo eius filii Carolomannus & Pippinus.

Cui post interregnum quinque annorum

§. XXXVII.

Abhinc Childericus III. quem & Hildericum vocant, siue Hilpericus III. regnum An. DCCXLIII. obtinuit(1), deferentibus id Carolomanno & Pippino,

Successit propin-

quus Chil-

Digitized by Google

dericus, Merouingicae ſtirpis vltimus, circa A.DCCLI. *finem initiumque inſequentis.*

quorum ille Auſtriae, hic Neuſtriae Maior Domus vocabatur. Childericum hunc non Theoderici Regis, de quo modo egimus, filium, vti vocatur in Chronico Fontanellenſi perantiquo c. 8. & in vetere ſtemmate Francorum Regum, ſed Chilperici, qui & Daniel Clericus dicitur, filium fuiſſe, demonſtrauit MABILLONIVS (2). Cui accedit priuilegium huius Hilderici (3), anno eius regni primo datum, apud eundem MABILLONIVM (4), in quo Theodoricum *parentem ſuum* appellat: nam *parentis* vocabulum ex vſu illorum temporum ſemper conſanguineum notat. Ceterum, Chilperico circa An. DCCLI. finem initiumque inſequentis a Francis exauctorato ac tonſo, Pippinus ille regnum ad ſe poſterosque tranſtulit, de quo iam ſupra, & nonnulla inferius dicemus.

(1) Probant hoc acta Synodi Sueſſionenſis, quae An. Chriſti DCCXLIV. *Childerici ſecundo* Pippini decreto habita fuit. (2) *In tomo 3. Analector.* (3) Et quod Childericus ipſe in alio praecepto pro Cenomannenſi Eccleſia Dagobertum iuniorem, qui Theodorici parens fuit, *ſobrinum ſuum*, id eſt, agnatum appellat. Quod praeceptum extat apud MABILLONIVM *tom. 3. Analect. p.* 230. (4) *L. 6. de re dipl.* 179.

§. XXXVIII.

Sequuntur MAIORES DOMVS *ſub Clothario I.* Badegiſilus, *&* Gundelandus.

Nunc quoniam Maiores Domus non modico tempore apud Reges Francorum fere τὰ πάντα fuerunt, ordo iubet, vt, antequam ad Reges ſecundae ſtirpis tranſeamus, de his pro inſtituti noſtri modo agatur, & quidem ſecundum ſeriem Regum, quam modo delineauimus. Igitur cum ſub Clothario I. dignitas haec coepiſſe videatur, Maior eius Domus memoratur Badegiſilus, Cenomanenſis poſtmodum Epiſcopus. V. GREGOR. TVRONENS. *l. 6. c. 9.*

§. XXXIX.

Sub Sigiberto I. Gogo.

Sigiberti I. in Auſtria Maior Domus fuit Gogo, homo dulcedine morum, prudentia, pietate & forma praeſtans, quem, a Chrodino Duce commendatum, Optimates Francorum deſignaſſe, ſcribunt FREDEGARIVS & AIMOINVS.

§. XL.

Sub Childeberto II. Florentianus.

Childebertus II. praeter Romulfum Comitem Palatii habebat Maiorem Domus Regiae Florentianum, de quo GREGORIVS TVRONENSIS *l. 9. c. 30.*

§. XLI.

Sub Theodeberto II. Gundulphus.

Theodeberti II. Maior Domus Regiae fuit Gundulfus, qui tamen ante eum deceſſiſſe videtur. Sunt etiam qui Arnulfum eius Maiorem Domus fuiſſe ſcribunt (1), quanquam falſo: nam Auctor libri de vita Arnulphi memoriae tradit, ex Domeſtico & Conſiliario Regis Mettenſem Epiſcopum eſſe factum.

(1) Vt PAVLVS WARNEFRIDI l. 6. de geſt. Longobard. c. 16.

§. XLII.

Sub Theoderico Warna-

Theodoricus II. Maiores Domus habuit primo Vuarnacharium, quibusdam Vuarmharium dictum, piiſſimum hominem, qui tertio eius regni anno deceſſit:

Digitized by Google

ceſſit: tum Bertoaldum (1), virum fortem atque ſapientem, qui apud Stampas quinto poſt anno ab exercitu Chlotharii interfectus eſt: deinde Protadium (2), natione Gallum, auarum & vexatorem nobilitatis, qui, cum Theodericum deterreret, ne cum fratre pacem iniret, ſeditione orta ab exercitu eſt interemtus. Anno regni Theodorici decimo Claudius (3), Gallus & ipſe, in locum Protadii ſubſtitutus, prudens, ſtrenuus, & lenis: qui viuo adhuc Theodorico obiit, ſucceſſitque ei alter Warnacharius. charius, Berroaldus, Protadius, Claudius, Warnacharius alter.

(1) V. de eo VALESIVS l. 16. ad An. DXCVIII. (2) V. de eius moribus VALESIVS d. l. 16. ad A. DCIV.
(3) V. idem VALESIVS l. 17. ad An. DCV.

§. XLIII.

Chilperici I. Maior Domus memoratur Landericus, quem eius caedis auctorem fuiſſe, vulgo creditum, de quo iam ſupra egimus. *Sub Chilperico* I. Landericus.

§. XLIV.

Clotharius II. Maiores Domus habuit Landericum primum, deinde Gundolandum, vel Godolandum, dum Neuſtria non tota, paterno regno potitus eſt. Ex quibus Gundolandum Dagoberti Principatu deceſſiſſe, Auctor Geſtorum Francorum & ADO dicunt, ac in eius locum Erchinoaldum a Dagoberto eſſe ſubſtitutum: cum conſtet, Aegam Praefectum Palatii Chlodouei Dagoberti filii fuiſſe, regnaque Neuſtriae ac Burgundiae propter aetatem pupilli procurauiſſe, eique, anno tertio Praefecturae adminiſtrationisque mortuo, Erchinoaldum in Neuſtria, Flaocatum in Burgundia (1), Maiores Domus Regiae ſubſtitutos eſſe. Poſteaquam Chlotharius, interfectis Theodorici filiis ac Brunichilde necata, Auſtriam ac Burgundiam obtinuit, & feliciter tria in vnum Francorum regna coniunxit, Radonem (2) Auſtraſiis Maiorem Domus praepoſuit. Cui Pippinus Senior ſucceſſit (3), qui vsque ad Sigiberti iunioris, Dagoberti filii, tempora peruenit: Warnacharium, qui ſub Theodorico antea in Burgundia Praefectus Palatii iam fuerat, honori ſuo reſtituit, virum de ſe optime meritum, cuius in locum mortui neminem Burgundiones ſubſtituere voluerunt. *Sub Clothario* II. Landericus, Pipinus Senior.

(1) In Auctore libelli de vita S. Sigitanni Abbatis legitur: *Flaochatum, quem Flaucadum vocat, virum praedituitem & potentem, ac in Regis Francorum Palatio prae omnibus florentem ac ſublimem, voluptatibus corporis maxime deditum fuiſſe, & per faſtum atque ſuperbiam Willibado homini Chriſtianiſſimo, a quo ipſe puer fuerat enutritus, exitium omni ratione machinari coepiſſe: qui tandem conſenſu Regis pueri malignum votum impleuerit, ac victo & interfecto Willibado, ſibimet peſſimo facinore mortem auctorauerit, & quia pro meritorum ac beneficiorum gratia talem Willibado mercedem perſoluerat, XI. poſt die exacto iure perierit.* (2) Vt ſcribit FREDEGARIVS. (3) A. Vitae B. Pippini apud Ducheſnium tom. 1. p. 595. *Clotharius cum propoſuiſſet filium ſuum Dagobertum in ampliſſimam regni partem ordinare, ſed in infirmis annis & malis aduerſibus parum fideret, hunc talem virum* (Pippinum) *prae cunctis Principibus credidit, quem teneraе aetatis Rectorem & regiae adminiſtrationis promiſorem ſtatueret. Direxit itaque eum regnandum in Auſtriam.*

Digitized by Google

§. XLV.

Sub Dagoberto qui fuerint incertum.

Dagoberti I. in tota Francia post Clotharii patris sui obitum regnantis, „ Maiores Domus qui fuerint incertum est, *ait* HADRIANVS VALESIVS (1), si ta- „ men vnum Pippinum excipias, quem tum Maiorem Domus Regiae per Au- „ strìam fuisse, sed a Dagoberto vna cum potentissimis quibusque Austrasiorum „ Ducibus, salua titulotenus dignitate sua per annos fere decem in Neustria re- „ tentum praediximus. Et Burgundiones quidem iam inde ab anno regni Chlo- „ tharii XLIII. quemquam in Warnacharii Maioris locum substituere noluerant: „ in Neustria vero sub Dagoberto nullus quoque Maior Domus Regiae videtur „ fuisse. Nam Gundolandus, Landerici successor, viuo (ni fallor) Chlothario „ obierat. Certe eius post quintum & tricesimum regni Chlotharii annum nul- „ lam Historici nostri veteres mentionem faciunt. Aega autem, nisi post Da- „ goberti, cuius Consiliarius fuerat, obitum, Praefectus Palatii per Neustriam „ non fuit. Quamquam Auctor Gestorum Francorum, ERCHANBERTVS, & „ ADO, Viennensis Episcopus, scribunt, Gundolandum Maiorem domus prin- „ cipatu Dagoberti decessisse, eique Erchinoaldum ab ipso esse substitutum: „ quorum alterum suspectum admodum ac incertum, alterum haud dubie fal- „ sum est, cum Aegam Gundolando ac Erchinoaldo medium interponi conue- „ niat.

(1) L. 19. Rer. Francic. ad An. DCXXXIIX.

§. XLVI.

Sub Sigiberto Pippinus Senior, Otto, Grimoaldus, *& antehac* Adalgyselus.

Sigibertus Praefectos Palatii, vulgo Maiores Domus dictos, habuit Pippinum Seniorem Landinensem (1), nobilitate atque opibus inter Austriae Primores facile primum. Quo A. DCXXXIX. defuncto, per tres annos Ottonem, Nutricium quondam suum. Hoc autem per Leutharium, Alamannorum Ducem, interfecto, Grimoaldus Pippini filius Palatii Praefecturam obtinuit. Ante pater eius Adalgyselo, quem aliqui Adalgisum appellant, procurationem Palatii ac Regiae Austriae commiserat, vt cum Chuniberto, Agrippinensi Episcopo, ei puero tutoris loco esset.

(1) De quo ita HADR. VALESIVS *l.* 20. *Rer. Francic. ad* A. DCXXCIX. Vir Regno, cuius munimentum ac praesidium fuit, vtilissimus, ac Regi puero, nonum aetatis annum agenti, plane adhuc necessarius, nisi Deo aliter visum esset: genere idem, potentia, ac opibus clarissimus, & (quod rarius admirabiliusque est) in summis honoribus & Principali fastigio proximis modeste demissus; pius, prudens, fortis, legum tutela, controuersiarum finis, qui & Aulae ornamento, & Optimatibus exemplo, Regibus etiam ipsis patris fuerat, defensoris, ac moderatoris loco. Hic est Pippinus, quem veteres Seniorem; recentiores a villa sua Landino Landinensem cognominant, Beatorumque numero inserunt, & cuius corpus, ex villa Landino in Monasterium Niuialense translatum, singulis annis a Clero diebus Rogationum circumferri consueuisse aiunt. Pippini vitam DVCHESNIVS tom. 1. & BOLLANDVS die 21. Februarii exhibent.

§. XLVII.

Sub Dago-

Dagobertum Grimoaldus Praefectus Palatii, cui Sigibertus Rex morien-

Digitized by Google

ens filii ſui curam commendauerat, eo tonſo & in Hiberniam relegato, filium ſuum Regem Auſtraſiis conſtituere auſus fuit, ſed mox A. DCLI. Lutetiam ad Clodoueum Regem ab Auſtraſiis adductus, in vinculis mala morte periit. Abhinc reſtituto Dagoberto, Wlfoaldus eius Maior Domus fuit, quem Anno DCXXC. exceſſiſſe vita, geſta Francorum videntur indicare. *berto* Flaochatus.

§. XLIIX.

Clodouei II. ſub quo Praefecti Regiae, penes quos Childeberti iunioris mortem Palatii tantummodo cura eſſe conſueuerat, Regum Nutricii, cuſtodes tutoresque & regni adminiſtratores eſſe coeperunt, Maiores Domus Regiae fuerunt, primum Aega, aliis Eganus ſiue Eganes, qui A. DCXLI. mortem obiit, deinde Erchinoaldus in Neuſtria, Flaochatus in Burgundia. Aegam fuiſſe tradit FREDEGARIVS c. 80. *Francum Neuſtraſium, genere nobilem, opibus abundantem, omnium Neuſtriae Procerum prudentia in rebus gerendis eminentiſſimum, mitiſſimum etiam, iuris & aequi ſeruantiſſimum, cui loquenti elegantia verba & extemporalia reſponſa ſuppeterent: ſolam fuiſſe, in qua a plurimis culparetur, auaritiam* (1). Et in libro de vita B. Burgundofarae, ab auctore aequali eius aetatis compoſito, dicitur *vir Sublimis Aegon nomine*, cui Dagobertus moriens filium ſuum Chlodoueum cum Regno commendauerat. A VALESIO (2) vocatur vir ſtrenuus & religioſus, prudens idem, planeque Principi, vix octauum aetatis annum ingreſſo, neceſſarius. Erchinoaldus autem, vt eum deſcribit HADR. VALESIVS (3) *fuit vir maxime laudabilis, ſtrenuus, mitis, bonus, ſapiens idem & cautus, non ſine ſimplicitate: erga Sacerdotes cum humili veneratione beneuolus ac benignus, ſuperbiae auaritiaeque expers: magna comitate adeuntium deſideria excipiebat, patienter quoslibet audiebat loquentes, benigne cum conueniente quemque reſponſo dimittebat. Opes (ſi dignitatem & genus hominis conſideres) mediocres nec modum excedentes habuit. Bonos a malis, humiles a potentioribus vexari ſpoliarique non eſt paſſus: nihilque ei antiquius quiete, pace & tranquillitate publica fuit. Quibus virtutibus ingentibusque dotibus eſt conſecutus, vt ab omnibus, praeſertim ab Optimatibus, diligeretur, quemadmodum Fredegarius & Aimoinus memoriae tradunt.* *Sub Clodoneo* II. Aega, Erchinoaldus, Flaochatus.

(1) Qua in re tamen ipſum exculpat HADR. VALESIVS *l.* 20. *Rer. Francic. p.* 158. (2) L. 20. Rer. Francic. ad A. DCXLI. (3) L. 20. Rer. Francic. ad An. DCXLI.

§. XLIX.

Clotharius III. Maiorem Domus initio Principatus habuiſſe creditur pleriſque Erchinoaldum, nec multo poſt, eo anno DCLV. defuncto, Ebroinum accepit, de quo mox. *Sub Clotharío* III. Erchinoaldus, Ebroinus.

§. L.

Childerico poſt mortem Wfloaldi (1) Maior Domus fuit Pippinus, Anſegiſili filius. Addunt quidam & Leodegarium (2), Auguſtodunenſem Epiſcopum, ſed perperam, vt demonſtrauit HADR. VALESIVS (3). *Sub Childerico* Wfloaldus, Pippinus.

(1) Quem antiqui Wlfardum Ducem aut Optimatem vocant. v. VALES. *l.* 21. *Rer. Francic. p.* 287.

(2)

Digitized by Google

(2) Quem Childericum Maiorem Domus conſtituiſſe dicitur ab VRSINO in eius vita, id eſt, praeclpuum Conſiliarium, vt VALESIVS *d. l.* & COINTIVS explicant. (3) L. 21. Rer. Francic. p. 265. & p. 287.

§. LI.

Sub Theodorico Ebroinus, Leudeſius, *iterum* Ebroinus, Waratto, Gislemarus, Bertharius, PIPPINVS.

Theodorico III. Maiores Domus, vt obſeruauit laudatus VALESIVS (1), quinque aut etiam ſex fuere. Primus Ebroinus (2), propter quem ſolio deiectus & tonſus eſt; deinde poſtquam regnum recepit, Leudeſius Erchinoaldi filius; paullo poſt eo occiſo, iterum Ebroinus Palatium Regnumque rexit: cui & ipſi interfecto, Waratto ſubſtituitur. Warattonem Gislemarus filius honore ac poteſtate priuauit, & breui moriens Praefecturam, ſcelere quaeſitam, patri reliquit. Succeſſit Warattoni Bertharius gener, a quo contemti Neuſtraſiorum Proceres, Pippinum ex Auſtria euocauerunt. Nonnulli aiunt, a Neuſtraſiis exulibus & profugis in bellum impulſum eſſe. Pippinus fuſo acie fugatoque Theodorico, ac Berthario mox a ſuis occiſo, Neuſtriae ac Burgundiae imperium omniumqne adeo Francorum Principatum ſub nomine Maioris Regiae domus occupauit. Eum in modum Theodoricus poſt multa bella ciuilia, poſt trium palatii ſui Praefectorum caedes, tandem in Auſtraſii hominis manus ac poteſtatem venit: & qui antea Maioribus Domus ſuae quadam ratione minor ſemper fuerat, nouiſſimi huius miniſtri velut miniſter factus eſt.

(1) *L. 22. Rer. Francic. ad A. DCXXCIX.* (2) De eo HADR. VALESIVS l. 21. Rer Francic. ad A. DCLV. *Noſtri Hiſtorici ingenium Ebroini virtutemque bellicam laudant. Ipſi etiam, qui de Leodegarii caede ſcribunt, haud dubitant fateri, famam eius per totum orbem fuiſſe diffuſam, gloriamque ei, quantam nemo ante Francorum adeptus eſſet, contigiſſe. Certe ſtrenuus admodum, fortis, incredibili in rebus gerendis celeritate praeditus, magno idem animo magnaque calliditate fuit, felix quoque acclariſſimis Francorum Proceribus adnumerandus, ſi clementer & moderate victoria ſua vti voluiſſet. Nunc dum iniurias ſuas vindicat, dum inimicos perſequitur, ſpoliat, iugulat, & ne Sacerdotibus quidem parcit, inuenit demum, qui ipſum inopinantem interficeret: & auaritia, perfidia, crudelitate conſecutus eſt, vt viuus odio eſſet plurimis, nomen mortui, tanquam Marii aut Sullae, poſteri exſecrarentur.*

§. LII.

Pippinus breuis *ſiue* Heriſtallius.

Pippinus hic, breuis & a Villa Harſtallio Harſtallienſis dictus (1), S. Arnulphi primum Ducis, poſtea Metenſis Epicopi (2) exAnſigiſilo (3) & Begga, Pippini Senioris Maioris domus in Auſtria filia, nepos, primum cum fratre Martino, poſtea ſolus in Auſtria Praefectus palatii fuit, donec proelio apud Textricium commiſſo (4), ſuperato Theodorico, Principatum ac Ducatum omnium Francorum obtinuit, & annis XXVII. menſibus VI. feliciter conſeruauit, mortuus An. DCCXIV. Laudes eius celebrant Annales Metenſes, de quibus vid. HADRIANVS VALESIVS (5). Huius autem iudicio, *Vir fuit bonorum quidem ac potentiae nimis cupidus, ſed ſtrenuus ac fortis, & pace ac bello optimus ac plane Franciae vtilis, qui rempublicam, ſub Regibus aut adoleſcentibus aut ignauis procumbentem, conſiiis armisque maxima ex parte reſtituit.* Breuiter de eo PAVLVS WARNEFRIDI l. 6. de geſtis Langobard. c. 37. edit. Elzevirianae: *Erat vir mirae audaciae, qui hoſtes ſuos aggrediendo ſtatim conterebat. Nam ſupra ſuum quendam adverſarium Rhenum transgreſſus, cum vno tantum ſatellite ſuo irruit, eumque in ſuo cubiculo reſiden-*

Digitized by Google

sidentem cum suis trucidauit. Bella quoque multa cum Saxonibus & maxime cum Rathbodo, Frisiorum Rege, fortiter gessit.

(1) Interdum etiam Senior, interdum iunior. v. COINTIVM *ad A. DCLXXI. n.* 7. (2) Cuius genealogia est ex antiqua membrana apud PITHOIVM *in annal. Franc. p.* 219. Quidam Blithildem Clotharii Regis filiam fuisse Arnulphi huius Auiam scribunt. Quos recte refellit HADR. VALESIVS *l.* 8. *Rer. Franc. p.* 468. *sequ.* & prolixius *l.* 18. *p.* 27. *sequent.* Vitam Arnulfi huius idem VALESIVS *d. l. p.* 18. *sequ.* fuse describit. (3) Hic fuit Domesticus Sigiberti Regis. Errant enim, vel potius in gratiam posterorum eius scientes prudentesque mentiuntur, qui Praefectum Palatii fuisse dicunt. Vt scribit VALESIVS *l.* 20. *Rer. Francic. ad A. DCL.* (4) De pugna hac Textriciana v. quae congessit idem COINTIVS ad A. DCXXCVII. *n.* 1. *& sequ.* (5) L. 23. Rer. Franc. ad A. DCCXIV.

§. LIII.

Pippino huic filii duo fuerunt (1), ex Plectrude Grimoaldus, ex altera vxore Alpaide Carolus, qui posteris temporibus Martellus & Tudes dictus (2). Hic partem Austrasiae obtinens, Chilpericum II. & Ragenfredum (3), Domus Regiae Maiorem, apud Vinciacum vicit An. DCCXIIX. Mox Colonia & paternis thesauris, quos Plectrudis possidebat, totaque Austria potitus, Clotharium Regem constituit umbratilem, & tandem anno eodem Chilperico expulso, Ragenfredo aut fugato cum Eudone, aut Praefecturam Aulae deponere compulso, ad Austriae suae Principatum, Neustriae atque Burgundiae imperium adiunxit, & omne Regnum Francorum, exceptis Nationibus quae defecerunt, in suam redegit potestatem & ad tempus vsque mortis, deuictis rebellibus pariter ac hostibus, fortiter retinuit. Hinc Francici Historici summis eum efferunt laudibus. Virum strenuum, fiduciae plenum, audacem, constantem, intrepidum, egregium insignemque bellatorem, ab ineunte aetate armis assuetum, ac rei militaris peritissimum fuisse aiunt: prouidum eundem, sagacem, clementem, nec paternae modo dignitatis potestatisque, verum etiam virtutis heredem, Ducem inuictum, & multis amplisque victoriis ac triumphis inclytum. Hunc cum Ducibus & Regibus, videlicet cum Chilperico ac Raginfrido in Francia; cum Ratbodo atque Poppone in Frisia; Cum Lantfrido in Alamannia; Cum Eudone eiusque filiis in Aquitania; cum *S*axonibus, cum Baioariis, cum Saracenis, aliisque Barbaris nationibus, impari plerumque manu pugnauisse, ac semper vicisse affirmant, & pacato prolatoque Regno Francorum, cunctisque finitimis Gentibus ac prouinciis aut rebellibus domitis, aut tum primum in ditionem redactis, obiisse; cum vtraque Regna diu viriliter ac nauiter administrauisset. Quae vera esse, ait HADR. VALESIVS (4), nemo nisi historiae Francicae ignarus negauerit. Nam qui signis collatis toties dimicauit, semel tantum a Ratbodo victus est. *Quod si tanto Principi suus Liuius contigisset, a quo res eius pro magnitudine enarratas explicatasque haberemus, plane non dubito, quin eum omnes aequi factorum iudices Pompeio Magno & Caio Caesari comparaturi fuerint, aut etiam praelaturi.* Mortem obiit An. DCCXLI. cum moriens principatum in tres filios ex aequo diuisisset; Carolomannum dicimus & Pippinum, quos ex Chrotrude priore coniuge susceperat, Gripponem, quem ex posteriore nomine Sonichilde genuerat. Ex quibus Carolomanno, natu maximo, Austriam, Sueuiam, quae & Alemannia dicitur, Thuringiamque tradidit: Pippino, annos viginti septem nato, Neustriam, Burgundiam Prouinciamque concessit. Gripponi partem

CAROLVS TVDES *siue* MARTELLVS.

tem aliquam Neuſtriae, Auſtriae, Burgundiaeque attribuit, ſuadente Sonichilde, eamque fratribus ſuis mediam interpoſuit.

(1) Tribuitur ei etiam filius Childebrandus. De quo varie ſcribunt. Nobis placet HADRIANI VALESII ſententia *l.* 23. *Rer. Francic. ad* A. DCCXIV. eum quidem filium Pippini, ſed incerta matre fuiſſe, quoniam eum Hiſtorici Caroli Martelli germanum ſiue fratrem vocaverunt. (2) Nam errant, qui Carolum, poſt victos acie apud Pictauos vrbem Saracenos, poſt caeſum Abderachmanem, ab omnibus Martellum appellari coepiſſe tradunt, quod vt tudes, ſiue fabrorum malleus maior, ferrum, ita ipſe ferro cuncta ſubigeret, vniuerſosque hoſtes proeliis contereret ac frangeret. Quandoquidem conſtat, a veteribus noſtris auctoribus nunc Principem, ſaepe etiam (quod idem eſt) Maiorem Domus, nonnunquam & Seniorem nuncupatum, nec alio quam aetatis aut dignitatis nomine a Carolo nepote ſuo diſtinctum. Vt oſtendit HADR. VALESIVS *d. l.* 25. *p.* 532. (3) A Chilperico illo in placito eius apud MABILLONIVM Act. Ord. S. Benedicti ſecul. 3. part. 3. in adiunctis monumentis hiſtoricis n. 12. memoratur *Warno Comes Palatii.* (4) L. 25. Rer. Franc. ad A. DCCXLI.

§. LIV.

PIPPINVS, quem Franci Regem fecerunt, abdicato Chilperico III. & in monaſterium detruſo. Cui ſucceſſit.

Ex fratribus hiſce Pippinus Carolomanno, quocum concorditer quinquennio principatum geſſerat, monacho facto, totius Franciae principatum obtinuit, & fratrem alterum Gripponem pariter tonderi iuſſit. Quanquam hic non parum negotii ei faceſſiuit: nam a Pippino deuictus & in Nouocaſtello cuſtoditus, cum, deprecante fratre Carolomanno, liberaretur, & Comitatibus villisque fiſcalibus donaretur, ad Saxones confugit, Baioarios in ſuam poteſtatem redegit, & tandem ad Waifarium Ducem Aquitanorum ſe contulit. Ceterum Pippinus, tonſo Childerico, Merouingorum Regum vltimo, & in Sithienſe S. Bertini monaſterium retruſo, A. DCCLI. vnctus & coronatus Rex eſt a Bonifacio, Romanae ſedis legato, & poſt annos tres iterum a Stephano Papa coronatus vna cum filiis, Carolo & Carolomanno. Diem ſupremum obiit Anno DCCLXIIX. IIX. Kalend. Octobr. (1) relinquens ex vxore Bertrada, quam & Bertam cognominant, femina natione Franca, Carolum & Carolomannum, quos modo nominauimus, & Gislam coenobitam, cum ex eadem genitos Pippinum, Rothaidem & Adelhaidem ante mortem ſuam amiſiſſet. ALCVINVS eum *alterum Dauidem* vocat.

(1) Hoc tempus deſignat BINIVS *in not. ad vitam Stephani Papae in tom. 6. Concil. general.*

§. LV.

CAROLVS MAGNVS.

Carolus regnum partitus eſt cum fratre Carolomanno, cui obtigit Auſtraſia & Burgundia (1) cum Aquitaniae portione. Hoc vero An. DCCLXXI. mortuo, ſummam rerum obtinuit ſolus. Deinde An. Chriſti DCCLXXIV. ſubacto Deſiderio, Longobardorum Rege, Rex quoque Italiae factus, & demum A. DCCC. d. 25. Xbris. Romae a Leone Papa coronatus Imperator. Atque hic eſt Carolus M. a quo, vt nos quidem putamus, ſtirps Franciae Regum ſecunda Carolingica dicitur, cuique prudentia cum aliis virtutibus & rerum geſtarum magnitudo etiam viuo peperere cognomenti nomen (2). Deceſſit quinto decimo Kalend. Febr. Ann. DCCCXIV (3). Characterem eius nobis dedit EGINHARTVS, cuius verba apponere libet: „Rex omnium, qui ſua aetate gentibus dominaban„ tur, & prudentia maximus, & animi magnitudine praeſtantiſſimus, nihil in

iis

Digitized by Google

„ iis, quae vel **ſuſcipienda** erant, vel exequenda, aut propter laborem detrecta-
„ uit, aut propter **periculum** exhorruit. Verum vnumquodque ſecun-
„ dum ſuam **qualitatem** & ſubire & ferre doctus, nec in aduerſis ce-
„ dere, nec in **proſperis** falſo blandienti fortunae aſſentire ſolebat. *Poſt-*
„ *ea*: Caeterum **per omne** vitae ſuae tempus ita cum ſummo omnium amore
„ atque fauore & **domi** & foris conuerſatus eſt, vt nunquam ei vel minima iniu-
„ ſtae crudelitatis **nota** a quoquam fuiſſet obiecta. Amabat peregrinos, & eorum
„ ſuſcipiendorum **magnam** habebat curam, adeo, vt eorum multitudo non ſo-
„ lum palatio, **verum** etiam regno non immerito videretur oneroſa. Ipſe ta-
„ men pro magnitudine animi huiuscemodi pondere minime grauabatur, cum
„ etiam ingentia **incommoda** laude liberalitatis ac bonae famae mercede
„ compenſaret. **Corpore** fuit amplo atque robuſto, ſtatura eminenti, quae
„ tamen iuſtam **non** excederet: nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem eius
„ conſtat habuiſſe figuram. Apice capitis rotundo, oculis praegrandibus ac
„ vegetis, naſo paululum mediocritatem excedente, canicie pulcra, facie laeta
„ & hilari; **Vnde** formae authoritas ac dignitas tam ſtanti, quam ſedenti, plu-
„ rima inerat. **Quanquam** ceruix obeſa & breuior, venterque proiectior vide-
„ retur, tamen haec caeterorum membrorum celabat aequalitas. Inceſſu firmo,
„ totaque corporis habitudine virili. Voce clara quidem, ſed quae minus cor-
„ poris formae conueniret. Valetudine proſpera, praeter quod, antequam de-
„ cederet, per quatuor annos crebro febribus corripiebatur: ad extremum vno
„ etiam pede claudicaret: & tunc quidem plura arbitratu ſuo, quam medico-
„ rum conſilio faciebat: quos pene exoſos habebat, quod ei in cibis aſſa, qui-
„ bus aſſuetus erat, dimittere, & elixis aſſueſcere ſuadebant. Exercebatur aſ-
„ ſidue equitando ac venando, quod illi gentilitium erat, quia vix vlla in terris
„ natio inuenitur, quae in hac re Francis poſſit aequari. Delectabatur etiam
„ vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens,
„ cuius adeo peritus fuit, vt nullus ei iuſte potuerit praeferri: ob hoc etiam A-
„ quisgrani regiam extruxit, ibique extremis vitae annis vsque ad obitum con-
„ tinuo habitauit: & non ſolum filios ad balneum, verum Optimates, & amicos,
„ aliquando etiam ſatellitum & cuſtodum corporis turbam inuitauit, ita vt non-
„ nunquam centum vel eo amplius homines vna lauarentur. Veſtitu patrio,
„ hoc eſt Francico, vtebatur: ad corpus camiſiam lineam, & feminalibus lineis
„ induebatur: deinde tunicam, quae limbo ſerico ambiebatur, & tibialia: cum
„ faſciolis crura, & pedes calceamentis conſtringebat: & ex pellibus lutrinis
„ thorace confecto, humeros & pectus hyeme muniebat. Sago Veneto ami-
„ ctus, & gladio ſemper accinctus, cuius capulus ac baltheus aut aureus aut ar-
„ genteus erat: aliquoties & gemmato enſe vtebatur: quod tamen nonniſi in
„ praecipuis ſolennitatibus, vel ſi quando exterarum gentium legati veniſ-
„ ſent, faciebat. Peregrina vero indumenta, quamuis pulcherrima, reſpuebat,
„ nec vnquam eis indui patiebatur: excepto quod Romae ſemel, Adriano Pon-
„ tifice petente (& iterum Leone ſucceſſore eius ſupplicante) longa tunica &
„ chlamyde amictus, & calceis Romano more formatis induebatur. In ſolen-
„ nitatibus veſte auro texta, & calceamentis gemmatis & fibula aurea ſagum
„ aſtringente: diademate quoque ex auro & gemmis ornatus incedebat; aliis
„ autem diebus habitus eius parum a communi ac plebeio abhorrebat. In po-

Digitized by Google

„ tu & cibo temperans, ſed in potu temperantior: quippe qui ebrietatem in
„ qualicunque homine, nedum in ſe ac ſuis, plurimum abominabatur. Cibo
„ enim non adeo abſtinere poterat, vt ſaepe quereretur, noxia eſſe ſuo corpori
„ ieiunia. Conuiuabatur rariſſime & hoc praecipuis tantum ſolennitatibus, tunc
„ tamen cum magno hominum numero. Coena quotidiana quaternis tantum
„ ferculis praebebatur, praeter aſſam, quam venatores verubus adferre ſole-
„ bant, qua ille libentius quam vllo alio cibo veſcebatur. Inter coenandum aut
„ aliquod acroama, aut lectorem audiebat. Legebantur ei hiſtoriae, & anti-
„ quorum Regum geſta. Delectabatur & libris S. Auguſtini, praecipue iis, quos
„ de ciuitate Dei inſcripſit. Vini & omnis potus adeo parcus in bibendo erat,
„ vt ſub coenam raro plus quam ter biberet. Aeſtate poſt cibum meridianum
„ pomorum aliquid ſumens ac ſemel bibens, depoſitis veſtibus ac calceamentis,
„ velut noctu ſolitus erat, duabus aut tribus horis quieſcebat. Noctibus ſic dor-
„ miebat, vt ſomnum quater aut quinquies, non ſolum expergiſcendo, ſed et-
„ iam deſurgendo interrumperet. Cum calcearetur, & amiciretur, non tan-
„ tum amicos admittebat, verum etiam ſi Comes Palatii litem aliquam eſſe di-
„ ceret, quae ſine eius iuſſu definiri non poſſet, ſtatim litigantes introduci iuſ-
„ ſit, & velut pro tribunali ſederet, lite cognita, ſententiam dixit. Nec hoc
„ tantum eo tempore, ſed etiam quicquid ea die cuiuslibet officii agendum, aut
„ cuiquam Miniſtrorum iniungendum erat, expediebat. Erat eloquentia copio-
„ ſus & exuberans, poteratque quicquid vellet apertiſſime exprimere. Nec pa-
„ trio tantum ſermone contentus, & peregrinis linguis ediſcendis operam im-
„ pendit: in quibus latinam ita didicit, vt aeque illa ac patria lingua orare ſit ſo-
„ litus: Graecam vero melius intelligere, quam pronunciare poterat. Adeo
„ quidem facundus erat, vt etiam didaſcali munus ſubiiſſe appareret. Artes li-
„ berales ſtudioſiſſime coluit, earumque Doctores plurimum veneratus, ma-
„ gnis afficiebat honoribus. In diſcenda Grammatica Petrum Piſanum diaco-
„ num ſenem audiuit, in caeteris diſciplinis Albinum, cognomento Alcuuinum,
„ item Diaconum de Britannia, Saxonici generis hominem, virum vndecun-
„ que doctiſſimum, praeceptorem habuit: apud quem & Rhetoricae & Diale-
„ cticae, praecipue tamen Aſtronomiae ediſcendae plurimum & temporis & la-
„ boris impendit. Diſcebat & artem computandi, & intentione ſagaci ſyderum
„ curſum curioſiſſime rimabatur. Tentabat & ſcribere, tabulasque & codicil-
„ los ad hoc in lectulo ſub ceruicalibus circumferre ſolebat, vt cum vacuum
„ tempus eſſet, manum effigiendis literis aſſuefaceret. Sed parum proſpere
„ ſucceſſit labor praepoſterus, ac ſero inchoatus. Religionem Chriſtianam,
„ qua ab infantia fuerat imbutus, ſanctiſſime, & cum ſumma pietate ac venera-
„ tione coluit, ac propter hoc mirae pulchritudinis baſilicam Aquisgrani extru-
„ xit, auroque & argento & luminaribus, atque ex aere ſolido cancellis & ianu-
„ is ornauit. Ad cuius ſtructuram cum columnas & marmora aliunde habere
„ non poſſet, Roma atque Rauenna deuehenda curauit. Eccleſiam mane & ve-
„ ſperi, nocturnis item horis & ſacrificii tempore, quando eum valetudo per-
„ miſerat, impigre frequentabat: curabatque, vt omnia quae in ea gerebantur,
„ cum quam maxima fierent honeſtate, aedituos creberrime commonens, ne
„ quid indecens aut ſordidum aut inferri, aut in ea remanere permitterent.
„ Sacrorum vaſorum ex argento & auro, veſtimentorumque ſacerdotalium

tantam

Digitized by Google

» tantam in eo copiam procurauit, vt in sacrificiis celebrandis ne ianitoribus » quidem, qui vltimi ecclesiastici ordinis sunt, priuato habitu ministrare necesse » fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendauit: erat » enim vtriusque admodum eruditus: quanquam ipse nec publice legeret, » nec nisi submisse & in commune cantaret. Circa pauperes sustentandos & » gratuitam liberalitatem, quam Graeci eleemosynam vocant, deuotissimus, » quam non in patria sua solum & in suo regno facere curauerit, verum trans » maria in Syriam & Egyptum atque Africam, Hierosolymas, Alexandriam » atque Carthaginem, vbi Christianos in paupertate viuere compererat, penu- » riae eorum compatiens, pecuniam mittere solebat. Ob hoc maxime trans- » marinorum Regum amicitiam expetens, vt Christianis, sub eorum domi- » natu degentibus, refrigerium aliquod ac releuatio proueniret.

(1) Carolo eam partem, quam olim pater Pippinus, Carolomannus eam, quam patruus Carolomannus tenuerunt, obuenisse scribit EGINHARD *in vit. Caroli M.* (2) Errat PEIRESKIVS, contendens apud P. GASSENDVM *l. 2. in eius vita*, Karolum, Pipini filium, cognomentum Magni viuum non tulisse. Cui refellendo sufficere possunt, quae habet MABILLONIVS. v. supra c. 4. §. 11. (3) Nam ita Annales Francor. a REVBERO editi ad An. DCCCXIV. *Dominus Carolus Imperator, dum Aquisgrani hyemaret, anno aetatis circiter LXXI. Regni autem XLVII. subactaeque Italiae XLIII. ex quo vero Imperator Augustus vocatus A. XIV. quinto Kalend. Febr. rebus humanis excessit.* Eadem habet Monachus Egolismensis, *vita Caroli M. ad d. A.* At ADO *in Chronico* ait: *Imperator Carolus, vir in omni dispositione Imperii strenuus, dilato imperio & pace Francis vsque quaque composita, Anno incarnationis Domini DCCCXIII. Aquisgrani moritur & sepelitur XIII. anno, postquam Imperator acclamatus est.* Quae ambae opiniones in vnum recidunt. Nam ADO orditur a Pascha, caeteri a natalitiis Domini. Ceterum vita & res eius gestae descriptae sunt *in Annal. Rer. Francic.* quae a Pipino & Carolo M. gesta sunt ab A. DCCXLI. vsque ad annum DCCCXIV. apud DVCHESNIVM *Tom. 2. p. 24. seqq.* Quos sequuntur apud eundem p. 50. seqq. Caroli M. Regis Francorum vita, ex annal. illius plebeiis ab incerto quodam scriptore composita, item apud eundem p. 68. seqq. Caroli M. Francorum Regis & Imperatoris vita per Monachum Egolismensem scripta pag. 93. seqq. Vita & conuersatio Gloriosissimi Imperatoris Caroli M. Regis atque inuictissimi Augusti edita ab EGINHARDO & p. 107. seqq. De gestis Caroli M. Regis Francorum & Imperatoris libri duo, ad Carolum Crassum Imperatorem scripti a quodam Coenobii S. Galli Monacho: Item p. 136. seqq. Annal. de gestis Caroli M. Imperatoris libri 5. carmine scripti, & primum editi a REINERO REINECCIO in Academia Iulia Professore. Sequuntur p. 198. fragmenta veterum scriptorum de gestis Caroli M. & p. 233. seqq. Annales Regum Francorum, Pipini, Caroli M. Ludouici Pii, qui ab aliis Adelmo, a quibusdam Eginhardo adscribuntur. Adde alios scriptores apud PETRVM LAMBECIVM Bibliothec. Caesareae Vindobonens. libro 2. Franzii, Advocati Reipubl. Argentoratens. vitam Caroli M. & BOECLERI res seculares in Carolo M.

§. LVI.

Carolo M. tres fuerunt filii, Carolus, Rex Francorum Orientalium, Ann. DCCCXI. celebs mortuus, quem iam DCCCX. praecesserat alter filius Pipinus, Rex Italiae, Ann. DCCXXCI. coronatus, relicto filio Bernhardo, quem Carolus M. Regem Italiae An. DCCCXIII. coronandum curauerat. Tertius Ludouicus Pius, natus An. DCCLXXX. & primum Ann. DCCXXCI. Rex Aquitaniae, postea Ann. DCCCXIII. vt consors Imperii coronatus. Demum vt Imperator a Stephano Pontifice Romano 28. Oct. A. DCCCXVI. Rhemis inunctus, factus quoque A. DCCCXVIII. post mortem Bernhardi illius, Rex Italiae. *Et huic* LVDOVICVS PIVS.

Digitized by Google

Enimuero, vt pietatem Ludouici vita eius abunde teſtatur, ita imprudentiam tantum non in omnibus rebus eius deprehendere eſt, praeſertim vero quando vivus inter filios primi matrimonii, Lotharium, Pipinum, & Ludouicum A. DCCCXVII. totum regnum diuiſit, eamque diuiſionem iureiurando omnium Regni Ordinum confirmari curauit. Cuius diuiſionis chartam ex Bibliothecae Colbertinae vetuſto Codice edidit primus STEPHANVS BALVZIVS (1). Poſtea vero animum iſtum mutauit, inductus a Iudithe, vxore ſecunda, in gratiam Caroli, ex altero iſto matrimonio geniti, vt An. DCCCXXXVII. in Generali populi Conuentu Aquisgrani aliam diuiſionem faceret, quae extat apud DVCHESNIVM (2) & apud BALVZIVM. (3) Nec ignota filiorum primi matrimonii cum patre diſſenſio, praeſertim cum Ludouicus nomen Lotharii in edictis & diplomatibus omitteret, quam excepit apertum bellum, in quo captus pater, A. DCCCXXXIII. vt ſupra diximus, publice exauctoratus eſt. Quanquam anno ſequenti priſtinae dignitati reſtitutus fuerit. Vnde poſtea diplomata ſua exordiri conſueuit: *Ludouicus repropitiante diuina gratia* &c. in eadem dignitate mortuus 20. Iulii An. DCCCXL. (4) Character eius apud THEGANVM in vita eius c. 19. hic eſt: *Erat Ludouicus Imperator ſtatura mediocri, oculis magnis & claris, vultu lucido, naſo longo & recto, & labris non nimis denſis, nec nimis tenuibus, forti pectore, ſcapulis latis, brachiis fortiſſimis, ita vt nullus ei in arcu vel lancea ſagittando aequiparari poterat; manibus longis, digitis tectis, tibiis longis & ad menſuram gracilibus, pedibus longis, voce virili. Lingua Graeca & Latina valde eruditus, ſed Graecam magis intelligere poterat, quam loqui; Latinam vero ſicut naturalem aequaliter loqui poterat. Senſum vero in omnibus ſcripturis ſpiritualem, & moralem, nec non & anagogem optime nouerat. Poetica Carmina gentilia, quae in iuuentute didicerat, reſpuit; nec legere, nec audire, nec docere voluit. Erat fortis in membris ſuis, agilis & impiger, tardus ad iraſcendum, facilis ad miſerendum. Quoties mane in cottidianis diebus ad Eccleſiam perrexerat cauſa orationis, flexis genibus fronte tetigit pauimentum, humiliter diu orans, aliquando cum lachrymis, & omnibus moribus bonis ſemper intentus. In tantum largus, vt antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum eſt; vt villas Regias, quae erant ſui & aui & tritaui, fidelibus ſuis tradidit eas in poſſeſſiones ſempiternas, & praecepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione cum ſubſcriptione manu propria roborauit. Fecit enim hoc diu tempore. Erat in cibo potuque ſobrius, & indumentis ſuis moderabilis. Nunquam aureo reſplenduit indumento, niſi tantum in ſummis feſtiuitatibus, ſic vt patres eius ſolebant agere. Nihil illis diebus ſe induit, praeter camiſiam & feminalia, niſi cum auro texta, lembo aureo, baltheo praecinctus & enſe auro fulgente, ocreas aureas, & clamidem auro textam & coronam auream auro fulgentem in capite geſtans, & baculum aureum in manu tenens. Nunquam in viſu exaltauit vocem ſuam, nec quando in feſtiuitatibus ad laetitiam populi procedebant themelici ſcurrae & mimi cum coraulis & cithariſtis ad menſam coram eo, tum ad menſuram coram eo ridebat populus, ille numquam vel dentes candidos ſuos in riſu oſtendit. Quotidie ante cibum eleemoſynarum largitionem exhibuit, & vbicumque erat, Xenodochia ſecum habebat.* Aſtronomus in operis ſui prologo *teſtatur, eam tantummodo culpam ab aemulis adſcriptam Ludouico, quod nimis clemens eſſet, quamuis in ore ſaepius haberet hoc prouerbium:*

Ne

Digitized by Google

Ne quid nimis. Obiicit alia THEGANVS c. 20.: *Omnia*, inquit, *prudenter & caute agens nihil indiscrete faciebat, praeterquam quod Consiliariis suis magis credidit quam opus esset, quod ei fecit psalmodiae occupatio & lectionum assiduitas; & aliud, quod ille non incipiebat, quia iam dudum illa pessima consuetudo erat, vt ex vilissimis seruis summi Pontifices fierent, & hoc non prohibuit.*

(1) *Tom.* 1. *Capit.* 574. *seq.* (2) *Tom.* 2. *Rer. Francic. p.* 327. (3) *D. tom.* 1. *Capit. p.* 686. (4) Alii A. DCCCXXXIX. nominant. vid. NICOL. SCHATEN. lib. 1. *Annal. Paderbornens. ad annum* DCCCXXXIX. *p.* 119. *& ad A.* DCCCXL. *p.* 122. fluctuans: Certiora nos docet COINTIVS *Annal. Eccl. ad A.* DCCCXL. *n.* 19. *sequ.* Inter Scriptores vitae eius apud DVCHESNIVM Tom. 2. p. 274. seq. sunt opus THEGANI, Chor-Episcopi Treuirensis, A. de Gestis Ludouici Pii Imperatoris, Caroli M. filii, & quae alia p. 321. seqq. ex fragmentis ad illustrationem illius historiae addidit.

LIBET HIC SVBIVNGERE

Tabulas genealogicas vtriusque stirpis Regum Francorum ex COINTII tomo septimo, quoniam sunt concinniores, etsi cum nostris non vbique conueniunt.

REGES

Digitized by Google

REGES FRANCORVM.

ab anno reparatae Salutis 382. ad annum 828.

TABVLA PRIMA
MEROVEADARVM.

I. PRIAMVS Rex Francorum, anno 382.

II. MARCOMIRES Rex Francorum, anno 389.

III. FARAMVNDVS, Filius Marcomiris, Nepos Priami, regnare coepit anno 417. obiit anno 426.

IV. CLODIO post patrem regnauit anno 426. obiit anno 446.

V. MEROVEVS patri successit anno 446. obiit anno 456.

VI. CHILDERICVS regnum suscepit anno 456. obiit anno 481.

VII. CLODOVEVS regnum iniit anno 481. factus est Christianus anno 496. obiit anno 511.

VIII.
- THEODORICVS R. an. 511. obiit a. 534.
- CLODOMERES R. an. 511. obiit an. 524.
- CHILDEBERTVS R. a. 511. obiit a. 558.
- CLOTARIVS R. a. 511. totius Franciae Monarchiam obtinuit ann. 558. obiit a. 561.

IX.
- THEODOBERTVS R. a. 534. obiit a. 548. — A
- THEODOBALDVS R. a. 524. obiit an. 526.
- GVNTHARIVS R. a. 524 obiit a. 526.
- CLODOALDVS R. an. 524. regnum amisit a. 526.
- CHARIBERTVS R. an. 561. obiit a. 567.
- GVNTCHRAMNVS R. an. 561. obiit a. 593.
- CHILPERICVS R. a. 561. obiit a. 584. — B
- SIGIBERTVS R. a. 561. obiit a. 575. — C

TABVLA

Digitized by Google

TABVLA SECVNDA
MEROVEADARVM.



Digitized by Google

TABVLA TERTIA
MEROVEADARVM.

D

XIII. DAGOBERTVS II. in Hiberniam ablegatus est a. 654. regnum Austrasiae recuperauit a. 673. obiit an. 680.

E

CLOTARIVS III. Monarcha an. 655. Childerico fratri cessit Austrasiam a. 660. obiit a. 669.

CHILDERICVS II. R. Austrasiae anno 660. Monarchiam Francorum obtinuit anno 669. obiit an. 673.

THEODORICVS III. R. a. 673. extincto Dagoberto II. Monarchiam Francorum obtinuit an. 680. obiit an. 692.

XIV.

CHILPERICVS III. post Dagobertum III. regnare coepit an. 715. obiit anno 721.

CLODOVEVS III. R. an. 692. obiit an. 694.

CHILDEBERTVS III. R. an. 694. obiit anno 711.

CLOTARIVS III. in Austrasia contra Chilpericum III. regnare coepit an. 718. obiit anno 719.

XV. DAGOBERTVS III. Childeberto III. patri successit a. 711. obiit anno 715.

XVI. THEODORICVS IV. post Chilpericum III. patruelem aui sui Childeberti III. regnare coepit anno 721. obiit anno 737.

XVII. CHILDERICVS III. Theodorici IV. filius, post anarchiam septem annorum incompletorum regnare coepit anno 743. Rex esse desiit a. 752. coelebs tum adolescentulus natus annos circiter 18.

Huc vsque Meroueadae.

GENVS

Digitized by Google

GENVS
PIPPINI REGIS.

FERREOLVS, Praefectus Praetorio Galliarum sub Honorio Augusto, aetate Faramundi Regis Francorum.

TONANTIVS FERREOLVS, Auiti Imperatoris gener, Praefectus Praetorio Galliarum an. 451. cum Attila Hunnorum Rex in Galliam irrupit.

TONANTIVS FERREOLVS II. natus est an. circiter 455.

ANSBERTVS.

S. ARNOALDVS.

S. ARNVLFVS, Doda vxore in Monasterium secedente, factus est Episcopus Metensis anno 611. obiit an. 641.

ANSIGISILVS Dux, S. Arnulphi & Dodae legitimus filius, Pippini Landensis gener, obiit an. circiter 673.

PIPPINVS, cognomento Herstallius, Maior-domus, obiit an. 714.

CAROLVS, cognomento Martellus, Maior-domus, obiit an. 741.

PIPPINVS natus an. 714. Rex Francorum coepit esse an. 752.

Digitized by Google

TABVLA PRIMA
CAROLIDARVM

ab anno 752. ad annum 828.

I. PIPPINVS regnare coepit anno 752. obiit anno 768.

II. CAROLVS patri succeſſit in partem regni anno 768. poſt fratris obitum Monarchiam Francorum obtinuit an. 771. coronatus eſt Imperator an. 800. obiit anno 814.

CAROLOMANNVS poſt patrem cum fratre regnare coepit a. 768. obiit anno 771.

III. CAROLVS II. a patre dictus eſt R. Neuſtraſiae an. 789. obiit a. 811.

PIPPINVS II. a patre dictus eſt R. Italiae a. 781. obiit a. 810.

LVDOVICVS a patre dictus eſt R. Aquitaniae an. 781. Imperator an. 813. patri ſucceſſit an. 814. Monarchiam Francorum obtinuit a. 818. viuebat adhuc a. 828.

IV. BERNARDVS ab auo Carolo dictus eſt R. Italiae a. 813. obiit a. 818.

LOTHARIVS a patre dictus eſt Rex Boioariae an. 714. relicta Boioaria dictus eſt Imperator a. 817. & Rex Italiae a. 822. viuebat a. 828.

PIPPINVS III. a patre dictus eſt R. Aquitaniae a. 814. viuebat a. 828.

LVDOVICVS II. a patre dictus eſt R. Boioariae an. 817. vivebat an. 828.

DE

Digitized by Google

DE RENOVATO ROM. GERMANICI IMPERII ET REGNI BOHEMIAE NEXV

DISSERTATIO.

SECTIO I.

DE STATV BOHEMIAE IN GERMANIA ANTIQVA ET SVB FRANCORVM REGIBVS.

§. I.

Loca, quae Bohemiae regnum tenet, Germaniae quondam antiquae accensuerunt.

REgiones, quas Bohemiae regnum tenet complectiturque, finibus Germaniae antiquae, quippe quae ad Viſtulam vsque fluv. porrigebatur, fuiſſe comprehenſas, ne dubitari quidem poteſt, & ſola vox Boiemi (Boiaemum vocat STRABO *l.* 7. *Geograph.* Boiohaemum VELLEIVS PATERCVLVS) liquidum facit. Audiamus TACITVM de ſitu, moribus & populis Germaniae c. 42. *Iuxta Hermunduros Nariſci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt: Praecipua Marcomannorum gloria viresque, atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Boiis, virtute parta. Nec Nariſci Quadiue degenerant. Eaque Germaniae velut frons eſt, quatenus Danubio pergitur. Marcomannis Quadisue vsque ad noſtram memoriam Reges manſerunt ex gente ipſorum, nobile Marobodui & Tudri genus: iam & externos patiuntur.* Ante dixerat c. 28. *Inter Hercyniam ſiluam Rhenumque & Moenum amnes, Heluetii; vlteriora Boſii, Gallica vtraque gens, tenuere. Manet adhuc Boiemi nomen ſignificatque loci veterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus.* Idem STRABO d. l. *In eadem Germania eſt & Hercynius ſaltus, & Sueuorum gentes, partim intra ſaltum habitantes; in quo eſt Boiaemum, Marobodui regia: in quam regionem ille, cum alios plures, tum populares ſuos Marcomannos tranſtulit.* Paulo poſt: *Saltus Hercynius in locis natura munitis magnum includit circulum; intra quem regio eſt habitationi egregie apta; de qua dixi.* Nimirum Boiemum contracte eſt Bohemia ex Boierhaim, Boiorum antiquorum patria, qui-

Digitized by Google

quibus pulsis, Marcomanni iisque confines Quadi ac alii populi ea ac finitima loca tenuerunt, gentes haut dubie Germanicae; quarum ob bella cum Romanis non rara apud historicos ad seculum vsque quintum est memoria. Nolumus autem de iis prolixius nunc agere, cum ex professo argumentum hocce tractauerint Clvverivs (1) & noue Bohvslavs Balbinvs (2).

(1) *L. 3. G. A. c. 30. e. 31.* (2) *L. 2. miscellan. historic. Regni Bohem. c. 1. & seq.*

§. II.

In ea a seculo quinto & deinceps immigrauere Slaui. Cuius causae traduntur.

Enimuero a seculo maxime quarto Germaniae populi circa Rhenum & Danubium effudere se in Romani Imperii partes. Cuius causa non vna fuit. Etenim Valentiniano Aug. defuncto, exitiabile consilium, quo Romanum Imperium iam tum nutans praecipiti ruina concideret, sub Valente & Gratiano erupit, recepta cis Danubium cum Gothis innumerabili Barbararum gentium multitudine, a Marcomannis & Quadis longissimo terrarum tractu ad Pontum vsque, cuius numerum comprehendere illi ipsi, qui transuexere, saepius conati, nunquam potuerunt. Quod pluribus narrat Ammianvs Marcellinvs *l. 30. Rer. Roman. c. 4. & seq.* Iam & Honorius Augustus Marcomannis, vt eos sibi addictiores haberet, agros cis Danubii ripam dederat, qui propterea Honoriani in Notitia Imperii vocantur. Eodem imperante, Fl. Stilico, Magister vtriusque militiae, bis Consul & Patricius ac Honorii socer, vt filio Eucherio imperium conciliaret, Alaricum Gothorum Regem apertis Alpibus immisit Italiae; Alanos, Sueuos, Vandalos, vnde genus ducebat, Burgundiones, multasque alias Germaniae gentes, magnis donis illectas, clam ad depopulandam Galliam euocauit, ratus, turbatis rebus, necessario milites, contemta Honorii desidia (namque is Rauennae delitescebat) Imperium ad Eucherium consciorum impulsu delaturos, seque Barbaros, vti incitasset, sic in medio spacio facile depressurum. Postremum Attila magnum agmen cum Hunnorum tum aliorum populorum, inter quos Marcomanni, Quadi, Turcilingi siue Rugi, Thuringi, Saxones, Burgundiones, Alemanni, Heruli, Pannonii, Sarmatae cum suis Regulis secum traxit, ex quibus pauci post funestissimum in Catalaunicis campis praelium rediere, & abhinc Marcomannorum Quadorumque in Annalibus memoria prorsus desiit. Sic igitur in vacuefacta ab his loca facili negotio Venedi siue Winidae (cuius, vt ait Iornandes *libro de origine actuque Getarum*, populosae nationis nomina, licet per varias familias & nomina mutentur, principaliter tamen Slauani & Antes nominantur) transierunt, & per multa secula in iis commorati sunt, mores pariter ac linguam suam iisdem importantes. Vbi e re fore minime arbitramur, vt quae Respublica, quaeque Zechi, Ducis primi, vt memoratur, posteritas fuerit, indagemus aut exponamus, cum pleraque sint incerta, & parum fidis traditionibus nitantur.

§. III.

Seculo nono Carolus M.

Caeterum Carolus M. circa seculi noni initium Bohemis, impulsu inprimis Cacani, Regis Hunnorum, iniuriis eorum irritati, bellum intulit. De quo ita

Digitized by Google

ita Annales Francorum Reuberiani ad An. DCCCV. *Eodem anno Carolus M. misit exercitum suum cum filio suo Carolo in terram Slauorum, qui Behemani vocantur, qui omnem eorum patriam depopulatus, Ducem eorum Lechonem occidit: & inde regressus in Vegesum siluam ad patrem venit in loco, qui dicitur Camp.* Altero siue sequente anno, vt est in iisdem Annalibus, *missa est manus de Baioaria & Alemannia atque Burgundia, sicut anno superiore, in terram Boboemorum, vastataque terrae non minima portione, absque vllo graui incommodo regressa.* Eadem fere scribunt Annales Laureshaimenses, Bertiniani, Fuldenses, Regino & Monachus Egolisinensis. EGINHARDVS autem *in vita Caroli M.* verbis hisce vtitur: *Saxonicum bellum suae prolixitati conuenientem finem accepit. Boboemicum quoque & Hilinonicum, quae postea exorta sunt, diu durare non potuerunt. Quorum vtrumque ductu Karoli iunioris celeri fine completum est.* Hinc euenit, quod idem EGINHARDVS de Carolo M. prodidit. *Deinde omnes Barbaras ac feras nationes, quae inter Rhenum ac Vistulam fluuios, Oceanumque & Dunubium positae, lingua quidem pene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incurrunt, ita perdomuit, vt eas tributarias effecerit. Inter quas fere praecipui sunt Welatabi, Sorabi, Abotriti, Boboemi.* Hinc de Ludouico Pio Annales Francorum Reuberiani & Fuldenses ad An. DCCCXXII. *Francofurti ad Moenum Boboemorum, Morauorum & Auarum Principum legationes audit & causas diiudicat.* Idem Ludouicus Pius in charta diuisionis An. DCCCXVII. quam STEPH. BALVZIVS *tom. 1. Capitular. Francor. p. 575.* inseruit, cap. 2. Ludouico Filio attribuit *Baioariam, & Carentanos, & Beheimos, & Auares atque Slauos, qui ab occidente parte Baioariae sunt.* Quanquam post tam grauia fratrum Regum in Francorum regno dissidia, ac turbas inde natas, vt alii Slaui, ita Bohemi quoque iugum excussisse videntur. Nam ita Annales Fuldenses ad An. DCCCLXXX. *Sclaui, qui vocantur Dalmatii & Bohemi atque Sorabi, ceterique circum circa vicini, audientes stragem Saxonum a Nordmannis factam, pariter conglobati Thuringos inuadere nituntur, & in Sclauis circa Salam fluuium Thuringis fidelibus praedas & incendia exercent. Quibus Poppo Comes & Dux Sorabi limitis occurrit, & diuino fretus auxilio eos prostrauit, vt nullus de tanta multitudine remaneret.* Hinc HELMOLDVS l. 1. Chronic. Sclauonico c. 7. *Post mortem Ludouici Regis Bohemi, Sorabi, Susi, & Slaui, quos ipse tributis subiecerat, tunc seruitutis iugum excusserant.* Multum profecto negotii Ludouico Germanico, quamdiu regnum tenuit, cum Bohemis fuit, vt Annales testantur. Non parum postea irritauit Bohemos Arnolphus Imperat. quod eos Morauis subiiceret. De quo ita REGINO, Abbas Prumiensis, ad An. DCCCXC. *Arnolphus Rex concessit Zundebolch Ducatum Bebemensium, qui hactenus Principem suae cognationis ac gentis super se habuerant, Francorumque Regibus fidelitatem promissam inuiolato foedere conseruauerant. Quae res non modicum discordiarum & defectionis praebuit incrementum: nam & Bohemi a fidelitate diutius custodita recesserunt, & Zundebolch, ex adiectione alterius regni vires non parvas accessisse sibi sentiens, fastu superbiae inflatus, contra Arnulphum rebellauit.* Quanquam deinceps Bohemos Imperatori Arnulpho conciliatos, Annales Fuldenses *ad An. DCCCXCVII.* nos docent.

Bohemos & alios Slauicae nationis populos sub ditionem suam edegit, & vectigales fecit.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

P. Piasecii errores ex dictis refelluntur, postea amplius discutiendi.

Ex dictis intelligitur, an vere scripserit PAVLVS PIASECIVS, Episcopus Praemislienſis, in Imperium & Sereniſſimam Auſtriacam Domum ſaepe iniquus ſcriptor. Verba eius ſunt: *Bohemi quoque (vt Sileſiam taceamus, quae longe poſt auulſa a Polonia, & ſponte ſua coniuncta Bohemiae, maiores retinet libertates) non poteſt dici vere & proprie feudum Imperiale, vt alia feuda Imperialia, cum non ſit ab Imperio profecta, nec vnquam fuerit vectigalis Imperii, ſed libera & volens acceſſerit ad ſocietatem Imperii, allecta conſortio dignitatis Electoris. Vnde ad indictiones & collectas Imperii nihil confert, ad gratuita onera vel defenſionem Imperii publicam non obligatur. In ſerie Circulorum ſeu tribuum, in quas Imperium eſt partitum, non numeratur, nec comprehenditur, nullumque foedus vnquam iniuit cum Ordinibus Germaniae pro defenſione Germaniae, ſeu manutenendo communi ſtatu.* Certe Bohemiam ſponte ſua acceſſiſſe Germanico Imperio, nec vnquam ei fuiſſe tributariam, falſiſſimum eſt, & ex iam dicendis amplius patebit.

SECTIO II.

DE STATV BOHEMIAE SVB SAXONICIS IMPP. ET DEINCEPS VSQVE AD CAROLVM IV. IMP.

§. I.

Slaui, & in his Bohemi, qui labascente Caroli M. Domo turbatis rebus iugum excutere coeperunt, ab Henrico Aucupe sub imperium redacti.

DEclinante Francorum Carolingicae ſtirpis regnatrice domo, Germaniae regnum non modica damna ſenſit, quando populi, nouae dominationi nondum aſſueti, praeſertim Slaui, iugum Germanorum excutere & in libertatem ſe aſſerere enixe allaborarunt, vt paulo ante diximus. Enimuero Saxonicae ſtirpis Regum atque Imperatorum virtute, prudentia atque felicitate factum eſt, vt breui ſub priſtinum obſequium redigerentur. De Henrico I. Germ. Rege WITICHINDVS, Corbeienſis monachus, *l.* 1. *Annal.* bellum Slauonicum deſcribens: *Poſthaec Pragam adiit cum omni exercitu, Bohemorum vrbem Regemque eius in deditionem accepit. Frater erat Bolislaui, qui quamdiu vixit, Imperatori fidelis & vtilis manſit. Igitur Rex Bohemias tributarias faciens, reuerſus eſt in Saxoniam.* SIGEBERTVS ad An. DCCCCXXX. *Wenzeslaus Princeps Boëmiae, in Praga vrbe obſeſſus, ſe & vrbem Regi dedit, & impoſitam Boëmiae multam tributi pecuniam ſoluit.* DITMARVS, Epiſcopus Merſeburgenſis, l. 1. Chronic. de eodem Henrico: *Regiones bas ſibi fecit tributarias: Boiemiam, Deleminciam, Obetritos, Wilci, Heuellos & Redarios.* LVITPRANDVS 3. hiſtor. 5. *Henricus, famoſiſſimus Rex, qui Boioariis, Sueuis, Lotharingis, Francis atque Saxonibus imperabat, etiam Slauorum gentem innumeram ſubiugauit, ſibique tributariam fecit.*

§. II.

Idem factum ab Ottone M.

Poſtea cum Bohemi iterum rebellaſſent, ſub iugum eos reduxit Otto M. Imp. *Rex*, ait WITICHINDVS l. 3. Annal. *proficiſcitur in militiam contra Bolizlauum, Regem*

Digitized by Google

Regem Bohemorum, & cum capienda esset vrbs, quae nuncupabatur Noua, in qua clausus obsidebatur Bolizlaui filius, prudenti Rex consilio diremit praelium, ne miles in rapiendis hostium spoliis aliquod periculum incideret. Considerata itaque virtute Regis ac innumera multitudine exercitus, Bolizlaf vrbe egressus maluit tantae maiestati subiici, quam vltimam perniciem pati. Subque signis stans, & Regem audiens, responsaque reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoria gloriosus factus Rex, Saxoniam regressus est. Antea *l. 2. Annal.* scripserat de eodem Bolizlafo: *Ex eo* (postquam bellum hoc finitum) *Regi fidelem & vtilem seruum permansisse.* Conf. Continuator REGINONIS & DITMARVS *l. 2. Chronic.* Conditiones pacis memorat FABRICIVS *l. 2. Origin. Saxonic.* vt (1.) fidem Christianam Dux amplectatur & colat: (2.) vt commissi fratricidii poenitentiam, legibus ecclesiasticis praescriptam, agat: (3.) vt exules Christianos reuocet & erepta sacra fortunisque restituat: (4.) vt tributum aliquot annorum vi retentum statim soluat: (5.) in nomen Caesaris more aliorum Germaniae Principum iuret. Hinc Othelricus Bohemiorum Prouisor siue Dux Henrico II. Imperatori, satellitem suum per Thedericum nepotem suum reposcenti, respondebat apud DITMARVM l. 7. Chronic. *Senioris* (id est, Domini) *mei iussa in omnibus sequi tam posse, quam velle, mihi admodum necesse est.*

§. III.

Quando & qua ratione partes regni Bohemiae, Silesii, Lusati & Morauí ad Imperium redierint.

Quod de Bohemiae regno diximus, etiam de partibus intelligi par est. Etenim quod Lusatiam attinet, eam sub imperio Caroli M. fuisse, ex supra dictis abunde liquet. Postea sub Ottone M. *Gero Praeses Slauos, qui dicuntur Lusiki, potentissime vicit & ad vltimam seruitutem coëgit*, vt scripsit WITICHINDVS l. 3. Annal. Abhinc Marchiones ab Imp. accepit habuitque ad annum vsque MLXXXVI. quo Henricus IV. Imperator eam Wratislao I. Regi Bohemiae tradidit, teste COSMA PRAGENSI, illis temporibus aequali, *l. 2. histor. Bohemic. ad d. A.* Quod accipiendum de Lusatia inferiori. Nam superior siue Hexapolis, quae Bohemici iuris fuit ad seculi decimi annum sexagesimum quintum, cum titulo dotis cessisset Polonis, & ab his ad Marchiones Brandenburgenses deuenisset, a Ludouico IV. Imperatore seculo quarto decimo Ioanni Bohemiae Regi reddita: Plane vt eiusdem auspiciis Lusatia inferior, ab aliis aliquamdiu occupata, ad Bohemiae regnum rediit. Nec dubitandum de Silesia. Annales Fuldenses ad Ann. DCCCLXXIV. *Sorabi & Sliusi* (qui ab aliis etiam Susi vocantur) *eorumque vicini, Tbuculpho defuncto, defecerunt, quorum audaciam Luitpertus Archiepiscopus & Rudolphus, Tbuculphi successor, vltra Salam fluuium profecti, praedis & incendiis sine bello compresserunt, & eos sub pristinum seruitium redegerunt.* Et ad A. MCCCLXXVII. *Slaui, qui vocantur Linones & Sliusi eorumque vicini, defectionem molientes, solitum dare censum renuunt, quos Ludouicus Rex missis quibusdam fidelibus suis sine bello compressit, acceptisque obsidibus nonnullis & muneribus non paucis, sub pristinum redegit seruitium.* Quomodo postea Silesia ad Polonos (qui & ipsi ad Fridericum vsque II. Imp. sub ditione Imperii fuerunt. v. HARTKNOCH. (1)) deuenerit, Ioannes autem Rex, Henrici VII. Imp. filius, eam Bohemiae regno subiecerit, & transactione cum eodem inita Casimirus M. Poloniae Rex se ea abdicarit, ab eodem HARTKNOCHIO (2) praeclare est expositum.

Digitized by Google

Moraviam quoque sub Caroli M. imperio fuisse, non minus apertum est, cum & ab Arnulpho Imp. Zuentepolcum, Regem eius vltimum, proscriptum esse, historici testentur. Huius autem regni partem, a Polonis occupatam, seculo vndecimo Vldricus & Brzetislaus Duces, fauentibus Imperatoribus, Bohemiae vindicarunt; eorumque posteros, Reges Bohemiae, Marchionatum Moraviae a Romanis Imperatoribus & Regibus in feudum siue beneficiario iure tenuisse, & ad sua vsque tempora tenere, Carolus IV. Imp. in literis inuestiturae Anno MCCCLV. ipsemet testatur apud Bohvslavm Balbinvm (3).

(1) *L. 1. de Pol. c. 2.* (2) *L. 1. de Polon. c. 3. §. 5. & 6.* (3) *L. 8. miscell. regni Bohem. part. 2. ep. 3.*

§. IV.

Iam singulatim demonstratur nexus, quo regnum Bohemiae Imperio fuit obstrictum. Nam primo Reges vel Duces Imp. se iureiurando obligarunt & regnum beneficiario iure tenuerunt.

Sed videamus singulatim, quibus nexibus Bohemiae regnum intra tempora, quae lemma sectionis huius praescribit, manserit deuinctum. Vbi primo certum est, Reges vel Duces Bohemiae Imperatoribus fuisse iureiurando obligatos, & regnum iure feudi siue beneficiario possedisse. *Lothario Imperatore, Vlricus Dux humiliter venit, homagiumque sibi cum sacramento fidelitatis exhibens, Ducatum ab eo suscepit*, teste Ottone Frisingense *l. 1. de gest. Friderici I. Imp. c.* 20. In priuilegio Friderici II. Imp. Ann. MCCXII. quod postea integrum dabimus, est: *Volumus, vt quicunque ab ipsis in Regem electus fuerit, ad nos vel successores nostros accedat, Regalia debito modo recepturus.* In laudo concordiae inter Rudolfum Romanorum, & Ottocarum Bohemiae Regem, apud Leibnitivm (1) pronunciatum: *infeudandum Regem Bohemiae & liberos eius de omnibus feudis, sc. Bohemiae, Moraviae & illis, quae ipse & progenitores sui de iure ab Imperio noscuntur hactenus habuisse.* v. literas inuesturarum Friderici II. An. MCCXXXI. Richardi I. Rom. Regis Ann. MCCLXII. Rudolphi I. Romanorum Regis Anno MCCLXXVI. Adolphi Romanorum Regis Ann. MCCXCII. apud Bohvsl. Balbinvm (2). Hinc Brzetislaus I. A. MXLII. cum Consiliariis suis & Primatibus Bohemicis prouinciam illam totam Imperatorum fiscum esse confessus est. Cuius historia cum insignis sit, libet eam verbis Aventini (3), qui prae caeteris eandem fusius narrauit, (nam Hermannvs Contractvs *in Chronic. ad An. MXLII.* Stadensis *ad A. MXLII.* Cosmas Pragensis *l. 2. histor. Boiem. ad d. A.* breuiores sunt) huc transcribere: *Caesar* (Henricus III.) *Salingstadii Proceres cogit, consilium habet, quonam pacto inimicos Boiemos vlciscatur, clademque acceptam expiet. Legati Boiemorum, qui eo quoque de pace foedereque acturi venerant, iussi sunt excedere Concilio &c. At Vratislaus, intellecta mente Caesaris, quod in se hostili animo esset, accito auxilio a Petro Rege Vngariae &c. Caesarini, superatis hostibus, coniungunt copias, vniuersam Boiemiam, &c. Boiemi tot cladibus perdomiti, anxii miserantesque fortunas suas, sibi liberisque & genti Boiemorum providere constituunt: Seuerum Pragensem Episcopum aliosque Proceres, suscepta legatione ad Caesarem proficisci mandant supplices, qui bellum iramque deprecarentur, ad clementiam prouocarent, misericordiam Caesaris implorarent ac sine vlla pactione se regnumque in illius fidem traderent, liberos Nobilissimi cuiusque, quos Caesar imperaret, obsides vltro offerrent, iuraruntque se imperata facturos, perpetuo in potestate Caesarum fore, & Ducem suum, nisi pareret, captiuum obducturum. Interea Vratislaus, diffidens rebus, tum demum veram deditionem, quam ante simularat, conatur: Consilia & insi-*

insidias suorum anteuenit, Legatos cum suppliciis ad Heinricum mittit, qui tantum ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia dederent. Vltro, quod alioqui necesse erat, Spitogneum, Ottonem, Vratislaum, Conradum, filios suos obsides dat: precibus, dono, pollicitationibus, purpuratos, quemcunque opportunum ducebat, ambit, orat, vt Caesarem sibi placarent: se imperata facturum, Reginoburgium venturum, omnes captiuos de Polonia redditurum, argenti pondo octo millia pondere Germano, hoc est, vnciarum millia ventum viginti octo pensitare pollicetur, quae vnquam vi, fraude vel alio quouis modo cuipiam ademerit, restituturum promittit. Quod si hisce pactis non staret, ius occidendi obsides Caesari foret. Continuo Hercyniuin saltum aperiri securibus, dolabris arborum ramos amputari, vallum exscindere, frutices eradicari, aggeres diuelli, fossas compleri, itinera truncis purgari iubet, quo quam latissime pateret via absque omnibus insidiis. Conditiones huiuscemodi vltro oblatae a nostris accipiuntur. Vicesimo deinde die, vbi constitutum erat, Vratislaus cum plerisque Optimatibus & amplissimis muneribus Reginoburgium venit. Caesaris, in Senatu Curuli sella cultu Regio sedentis, pedibus lachrymabundus accidit, adaperto capite, calceis pedibus detractis, corpus humi prosternit, suppliciter veniam praeteritorum orat, Boiemiam cum signo reddit, Regium nomen, Poloniam, quam occuparat, abiurat. Surgunt Purpurati, Pontifices, Dynastae, Heinricum per Christum Deum Optimum Maximum, per clementiam eius obtestantur, per superos omnes obsecrant, vt misero & scelus confitenti ignoscat. Annuit Caesar, Vratislaus iussus surgere, sacramentum solenne dicit, quae pridem verbis promiserat: reprobat semissem tributi, quod pactus fuerat: Caesar illi remisit. Et Duces Bohemici Germanos Imperatores Dominorum titulo semper honorauerunt, idque disertim memoratur de Bolislao Saeuo, vtroque Brzetislao & Friderico, postquam ad officium redierunt, domiti a Caesaribus. Quod singulatim ex historiarum monumentis confirmat GOLDASTVS (4).

(1) *Mantiss. Cod. diplomat. c. 9. b.* (2) *L. 8. Miscell. Regni Bohem. part. I. ep. 9. 10. ep. 14. ep. 19. ep. 23.* (3) *l. 5. Annal. Boiear.* (4) *L. 4. Comment. de Bohem. regno c. 10.*

§. V.

Deinde Bohemorum Duces ad Caesarum iussa non minus, quam alii Principes Imperii, arma expediuerunt, aut commeatu iuuerunt imperii exercitus. Iidem vocati ad curiam Caesaream comparuerunt, causas suas dicturi, quae omnia exemplis comprobat CONRINGIVS (1). Nec pauca habet GOLDASTVS (2). Nos aliqua addemus. De Ottone M. Imperatore, Quedlinburgi commorante, DITMARVS l. 2. Chronici: *Confluebant huc Imperatoris edicto Miseco* (Poloniae) *atque Bolislaus* (Bohemiae) *Duces.* Idem de Ottone II. l. 4. Chronici: *Miseco Polonus, & Mislus Obetritus, & Bolislaus Bohemus, Duces, confluebant auxilium sibi* (Caesari) *deinceps vt Regi & Domino cum iuramento affirmantes.* Adde de Labeslao, Duce Bohemiae, quem Fridericus Barbarossa primum Regem creauit, Ottonem Frisingensem *l. 3. de gest. Friderici Barbaross. c. 13.* Hinc etiam ad seruandam pacem publicam adstringebantur. Ita cum Conradus Imperator legem tulisset & in publicis comitiis publicasset, vt pax publica seruaretur, poena capitis in violatores sancita, hac lege Henricus III. Imp. Bohemos & Polonos aeque ac caeteros Imperii Principes teneri aiebat, teste HAGECIO *Chronic. Bohemici part. 1. ad A. MXL.* Otto IV.

Deinde iidem ad iussa Caesarum arma expediuerunt, eos commeatu iuuerunt, aut coram iis causam dixerunt.

to IV. Imperator, cum Aldenburgi ageret, *conuenere eo Miſnenſes & Ciſnenſes, Poloni quoque, Boemi & Vngari, ibique multis negotiis determinatis & pace iurata, quae in omnibus praecedentibus curiis firmata erat, Caeſar in patriam remigrauit.* Vt memorat ARNOLDVS LVBECENSIS l. 7. cap. 18.

(1) *L. 2. de finib. Imp. c. 28.* (2) *L. 2. comm. de regn. Bob. c. 14. 15. & l. 4. c. 11.*

§. VI.

Conuentibus quoque Imperii interfuere.

Non minus iidem, ſiue Duces, ſiue Reges, ſi turbida tempora excipias, conuentibus Imperii, quos indixerunt Imperatores, interfuere. Quod ſecundum ſeriem Imperatorum Henrici I. ab Ottonum temporibus praeclare deduxit GOLDASTVS (1). Hinc WIPPO, Capellanus Conradi I. Imperatoris cognomento Salici: *Res petit, vt dicam ſummorum nomina quaedam, ſeu Pontificum ſeu ſecularium Principum, qui tunc in regnis vigebant, quorum conſiliis conſueuit Francia* (id eſt orientalis, ſiue Germaniae regnum) *Reges eligere.* Commemoratis dein Archiepiſcoporum & Epiſcoporum nominibus, ſubdit: *Duces autem, Benao Dux Saxoniae, Adelbero Dux Hiſtriae, Hezilo Dux Boiariae, Erneſtus Dux Alemanniae, Lutaringiorum Dux Fridericus, Ribuariorum* (id eſt Moſellanorum, ſiue inferioris Lotharingiae) *Dux Gozelo, Cuno Wormatienſis Dux Francorum, Vdalricus Dux Boemiae.* Addit: *eos ſummis rebus adeſſe, conſulere, ſuccurrere.* Henricus IV. Imperat. in reſcripto (quod extat inter eius epiſtolas (2)) Anno MCVI. ad Principes Imperii: *Oportet nos habere, ſi vobis placeret, ſaltem tales inducias, intra quas poſſemus conuocare ad hanc eandem cauſam, vt ſint nobiſcum, Moguntinum & Treuirenſem* &c. *Ducem Magnum* (Saxoniae) *cum Duce Theodorico, & Ducem Bohemicum, & Comitem Flandrenſem cum Comite Burgundiae, qui ad praeſens negotium, vt bene ſcitis, ſunt valde neceſſarii.* Certe eodem Imperatore in Comitiis Moguntinis Ann. MLXXXV. Ann. MLXXXVI. Merſeburgenſibus An. MLXXXVII. Moguntinis Anno MXCIV. Ratisbonenſibus Anno MXCIIX. MXCIX. Moguntinis A. MC. comparuere Duces Bohemiae Vratilaus & Brezislaus, vt COSMAS PRAGENSIS eiusque Continuator & alii hiſtorici ad dictos annos annotarunt. De filio eius Henrico V. Imperatore idem Coſmae Continuator ad A. MCIX. *Dux Wladislaus, Regis Henrici vocatione, debuit in octauis Dominicis intereſſe regali Synodo Ratisbonae.* & ad A. MCXXIV. *IIX. Idus Aprilis in die paſchae Henricus IV.* (vulgo V.) *mittens epiſtolas ad omnes regni ſui Principes & Epiſcopos, praecepit, quatenus omni occaſione poſtpoſita, IV. Nonas Maii in vrbe Bamberck ad ſuam coadunarentur curiam.* Subiicit poſtea: *Principem Boemiae Regali interfuiſſe Curiae.* Sic & Lothario Saxone Imperatore Comitiis, Ratisbonae A. MCXXX. celebratis, adfuit Vdalricus Dux & decretis ſubſcripſit, & Magdeburgenſibus A. MCXXXIV. Sobieslaus, teſte HAGECIO *ad A. MCXXXV. part. 1. Chron. Bohem.* (3) Idem ad Ann. MCXCIX. memorat, Henricum Ducem Bohemiae, qui & Epiſcopus ſimul erat Pragenſis, vocatum ab Henrico VI. Imperatore ad Conuentum Principum Imperii, mandato Caeſaris paruiſſe, & ſe praeſentem, vt decebat Imperii Principem, Caeſari ſtetiſſe, conſilioque adfuiſſe. Poſtea cum A. MCC. Moguntiae & iterum Bopardiae Caeſar Philippus Comitia Principibus ſibi adhaerentibus indixiſſet, Ottocarus adfuit, Rex ab eodem creatus. Quod Chronicon Colonienſe & Hagecius ad d. A. aliique

Digitized by Google

aliique tradunt. De Conuentibus, Altenburgi Ottone IV. imperante habitis, Arnoldus Lubecensis l. 7. c. 18. *Conuenere Misnenses & Cisnenses, Poloni quoque & Boemi & Vngari, ibique multis negotiis determinatis & pace iurata, quae in omnibus curiis praecedentibus firmata erat.* De Comitiis Friderici II. Imperat. quae vt plurimum frequentarunt Reges Bohemiae, dicere nihil attinet. Post eius mortem Rudolpho Caesare, licet Ottocarus ad Comitia aliquoties conuocatus noluerit comparere, eo quod Rudolphum vitio creatum obtenderet, tamen postea in Comitiis, Erfordiae Ann. MCCLXXXIX. ab eodem Rudolpho habitis, interfuit. Wenceslaus II. Ottocari filius, ab Adolpho Caesare, inter Principes alios Misniam conuocatus, adfuit, teste HAGECIO ad d. A. Plane vt etiam Alberto Caesare A. MCCXCIX. cum ceteris Principibus Noribergae comparuit & de multis Imperii arcanis tractauit Wenceslaus, Rex Boemiae. De quo EMICHO, Wormatiensis Presbyter, HENRICVS REBDORFFENSIS, & HENRICVS STERO Altahensis. Quo minus dubitandum de Henrico VII. Imperat. cognomento Lutzenburgico, qui A. MCCCXIII. in Italia commoratus Ioannem filium Regem Boemiae suo nomine & loco delegauit ut Comitiis praeesset, in quibus etiam hic exercitui ab Ordinibus Dux praefectus fuit. De Ludouico IV. siue Bauaro Ioannes, Abbas Aulae regiae, in Part. 2. c. 2. A. MCCCXIIX. *Ioannes Rex in Egram vocatur & ad consilium inuitatur. Exiit itaque Rex & vna cum Elizabetha Regina, coniuge sua, ad Romanorum Regem ad Egram venit, & ibidem, praesentibus quibusdam Imperii Nobilibus, sua negotia pertractauit.* Nec Carolus IV. Imp. heic quicquam mutauit, imo in Imperiali Curia Regi Bohemiae locum suum assignauit A. Bulla *tit. 4. princip.*

(1) *L. 4. comm. de regno Bohemiae c. 3. & sequ.* (2) *Et apud Ioann. Wolffium cent. 2. lection. memorabil.* (3) *V. Wigul. Hundius in Metropol. Salisburgens. de fundat. Collegior. & Monasterior. per Baioar. Verb. Vndenstorff. p. 315.*

§. VII.

Er quid mirabimur, Duces ac Reges Bohemiae Comitia Imperii frequentasse, cum Pragensis & Olomucensis Episcopi olim ius sessionis & sententiae dicendae, tanquam Principes & Status Imperii immediati, aequabili cum ceteris S.R. Imperii ἀμέσοις Principibus, sine vlla Ducum aut Regum Bohemiae contradictione, habuerint. Ita A. MXCIV. cum Duce Bohemiae Cosmas Pragensis & Andreas Olomucensis Episcopi, a Caesare citati, in conuentu Moguntiae celebrato comparuerunt, Hagecio teste *ad d. A.* & cum A. MXCIIX. Imperator Henricus III. celebraret pascha Ratisbonae, iussus est Dux Bretislaus cum electo Pragensi Episcopo illuc venire. Qui tertia die post octauum pascha venit Ratisbonam, vt notauit Cosmae Pragensis continuator *ad A. MXCIX.* Quinimo iidem, cum Principes essent Imperii, & regalia sua ab Impp. nostris obtinerent, etiam onera Imperii sustinere cogebantur, tam realia, quam personalia, Imperatoresque in expeditionibus Imperii etiam extra Germaniam sequi & pro iuribus Imperii vindicandis cum copiis suis subsidiariis comitari, vt probauit GOLDASTVS (1). Atque libertatem hanc statumque in Imperio constanter retinuerunt vsque ad Friderici II. aetatem, a quo Primislaus Ottocarus, Rex praepotens, priuilegium impetrauit Episcopos Pragensem & Olomucensem propria auctoritate

Vt & Praeceres regni Bohemiae nominatimque Episcopi Pragensis & Olomucensis.

ritate inuestiendis salua tamen eorum libertate, i. e. dignitate Principis S. Imperii & Regalium iure omnimodo, vt post videbimus. Quo titulo S. R. Imperii Principis etiam A. MDCLXIX. ab Augustissimo Imperat. Leopoldo glorioſiſſimae memoriae Ferdinandus Matthias de Pilenberg Archiep. Pragensis decoratus est, teste Bohvslao Balbino. (2)

(1) *L. 2. Com. de regn. Bohem. c. 14. & seq. & l. 5. c. 4.* (2) *Dec. I. l. 6. part. 2. c. 1.*

§. VIII.

Porro Duces Bohemiae regalem dignitatem ab Imperatoribus consecuti sunt, vt & Archipincernae officium: qua occasione quoque ipsis ius creandi Impp. obtenuit.

Porro Duces Bohemiae regalem dignitatem Imperatorum beneficio nacti sunt, initio quidem personalem, postea ex priuilegio Friderici II. Imp. quod deinceps proferemus, hereditariam. Iisdemque Caesaribus etiam debent Archipincernae officium, cuius occasione eligendi quoque Imperatoris ius ipsis cum aliis Imperii Archiosficialibus obtigit (1). Equidem graue heic dubium suboriri videtur ex iure Prouinciali Saxonico l. 3. art. 57. vbi statuitur: *Regem Bohemiae, qui Pincerna est, non eligere, quia non sit Teutonicus*, siue, vt in versione Germanica habetur: der König in Böheim hat keine Wahl, dieweil Er nicht Teutsch ist. Cui consonat & eadem fere verba vsurpat Albertus Stadensis *ad A. MCCXL.* Hinc in iure Prouinciali Alemannico *c.* 155. & in quibusdam Codicibus *iuris feudalis Alemannici c.* 8. Bohemiae Regis loco ponitur Dux Bauariae, vt obseruauit Schiltervs (2). Aliae eius editiones vtrumque omittunt. Id quod pariter in iure feudali Saxonico, etiam manifeste videre est. Et liber vetustus *de beneficiis tit.* 1. §. 12. ait: *Rex, quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit ordinari, secum ibunt de iure sex Principes, qui primi sunt in eius electione, vt pateat Apostolico Regis iusta electio.*

(1) v. Borclervs *l. 6. notit. Imp. c.* 8. Mavritivs *Decad.* 15. *posit. feud. Coroll.* 1. & 2. (2) *Ad c.* 18. *Iur. feud. Alemann.* §. 3.

§. IX.

Remouetur insignis dubitatio, an ius eligendi Imp. Bohemiae Regi olim competierit.

Enimuero dubitatio haecce, vt optime & primus obseruauit Petrvs Lambecivs (1), quae crucem multis fixit, egregie tollitur ex antiqui illius iuris Germanici, vernacula nostra das Land-Recht dicti, siue iuris Prouincialis Alemannici editione Argentorati impressa, cuius verba sunt: Der Vierd ist der Künig von Böhem, des Reichs Schenck, und sol dem Künig den ersten Becher bieten. Doch ist zu wissen, daß der Künig von Böhem kein Kur hat, wann er nit ein Teutscher Man ist. Dann die vier Leyen-Fürsten sollen Teutsche Man sein von Vatter und Mutter, oder von eyntwederm. Ex quo verissime colligitur & euidentissime apparet, secundum primitiuam Imperatoris eligendi legem antiquitus fuisse in vsu, vt Rex Bohemiae haberetur pro Electore S. Romani Imperii & officio Archipincernatus fungeretur, si ipse esset natione Germanus, vel ratione vtriusque parentis, vel saltem alterutrius: Et contra vt idem non haberetur pro Electore & Archipincerna, si illi deesset vel tota, vel dimidia natalis Germanica. Quod posterius vsuenit Imperatore Friderico II. quo tempore ius illud Prouinciale Saxonicum compositum esse existimatur. Cum enim post mortem Primislai Regis filius eius ac in regno successor Wenceslaus cognomento

Digitized by Google

mento Monoculus Imperatori Friderico II. adhaereſceret, & Innocentius IV. Pontifex, qui Imperatorem oderat, A.MCCXLV. e Concilio Lugdunenſi epiſtolam ad Electores dirigeret, vt alium Imperatorem eligerent, in iisque Ducem Bauariae nominaret, vt refert MATTHAEVS PARISIENSIS *in hiſtor. Anglor. ſub Henrico III.* mota Wenceslao illi occaſione hac videtur controuerſia de Electoratu & Archipincernatu S. Rom. Imperii, tanquam nec per patrem, nec per matrem Germano, ſed reſpectu quidem paternae originis Slauo, maternae autem Hungaro, quia nempe matrem habuit Conſtantiam, Belae Regis Hungariae filiam. Certe iam A. MCCXII. Otto IV. Imperat. patri eius Primislao Ottocaro in curia Noribergenſi ex ſententia Principum regnum abiudicauerat, quod repudiata prima uxore, Marchionis de Miſnia ſorore, filiam Regis Hungari in matrimonium duxerat, vt memorat Godefridus S. Pantaleonis Monachus *in annal. ad A. MCCXII.* Quanquam Regem Bohemiae in Electione Alphonſi Caſtellae Regis partes habuiſſe, conſtet ex Vrbani IV. Pontificis Romani epiſtola ad Richardum electum Regem Romanorum apud LEIBNITIVM (2): cum ex altera parte electionem iam nominati Richardi peregiſſe Ludouicum Ducem Bauariae & Comitem Palatinum, & loco Bohemiae Regis, Henricum illius fratrem, vt Ducem Bauariae, peregiſſe nos doceat diploma Rudolphi Romanorum Regis, quod ex GEWOLDO (3) & ſupra laudato LAMBECIO (4) heic ſubiicimus: *Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus vniuerſis praeſentia inſpecturis in perpetuum declaramus, quod praeſidentibus Nobis Curiae apud Auguſtam Idibus Maii ſolemniter celebratae, & conſtitutis ibidem in praeſentia noſtra Illuſt. Principum Ottokari Regis Bohemiae Nunciis & Henrici Ducis Bauariae Procuratoribus, ſubortaque inter eos quaeſtione ſuper quaſi poſſeſſione iuris eligendi Romanorum Regem, per Procuratores praedicti Ducis H. & Illuſt. Ludouicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bauariae, filium noſtrum chariſſimum, fuit propoſitum ratione Ducatus Bauariae hoc eis competere ex antiquo. Idemque noſter filius L. coram Nobis cunctisque Principibus, Praelatis, Baronibus, Militibus & vniuerſo Populo, qui eidem Curiae adſidebant, extitit publice proteſtatus, quod praedictus Dux H. frater ipſius, olim electioni inclyti Richardi Romanorum Regis, noſtri Praedeceſſoris, vna cum ipſo praeſentialiter cum caeteris Principibus Coelectoribus interfuit, & in eum vterque dixerit legaliter votum ſuum, eundem in Romanum Regem vna cum aliis Conprincipibus ius in hoc habentibus eligendo. Deinde vero electionis tempore apud Franckenfurt de Nobis ab omnibus Principibus ius in electione habentibus concorditer celebratae, per Nuncios & Procuratores eiusdem Ducis Henrici, videlicet Henricum praepoſitum Oetingen & Fridericum Rectorem Eccleſiae de Lantshud, ipſius abſentiam, propter impedimenta legitima legitime excuſantes, praeſente venerabili Berchtoldo Babenbergenſi Epiſcopo, Procuratore praedicti Regis Bohemiae, & contradicente quidem ipſis Procuratoribus, ſed ipſius contradictione a Principibus Electoribus omnibus, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, non admiſſa, in dictum L. Comitem Palatinum Rheni, noſtrum filium, vna cum aliis Principibus omnibus, qui in Nos dixerant ſua vota, prout iam dicti Procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit compromiſſum: qui commiſſum huiusmodi in ſe recipiens, ſuo & dicti H. Ducis fratris ſui ac omnium aliorum Principum ius in electione habentium auctoritate & nomine, in Romanum Regem ſolenniter Nos elegit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bauariae Comitum Palatini Rheni ratione Ducatus pro vna in ſeptem Principum ius in electione Regis Romani habentium*

numero

Digitized by Google

numero computatis, prout etiam in praedicta Curia Auguſtenſi viuae noſtrae vocis eloquio vtrique ipſorum in praeſentia Nunciorum praefati Regis Bohemiae, videlicet Venerabili Wernhardo Seckouienſi Epiſcopo, Magiſtro Henrico Praepoſito Werden, N. Commendatore Domus Theutonicae per Auſtriam, & Wolfingo Magiſtro Hoſpitalis S. Iohannis de Murperge, ac omnium ibidem praeſentium Principum, Praelatorum ac Baronum recognouimus & recognoſcimus manifeſte. In huius rei teſtimonium & perennem memoriam praedictorum, praeſentes eis literas donauimus, noſtro Regali ſigillo, nec non ſubſcriptorum Teſtium ſigillis munitas. Qui ſunt Hartmannus Auguſt. Epiſcopus, Hiltprandus Eiſteten. Henricus Tridentinus Epiſcopus, N. de Sancto Gallo & de Augea Abbates, Rudolfus Cancellarius noſter; ex Laicis vero filius noſter Comes Palatinus Rheni Dux Bauariae, Philippus Dux Karinthiae, Meinhardus Comes Tyrolen, Fridericus Burggrauius de Nurnberg, Henricus Marchio de Burgaue, Vlricus de Helfenſtain, Ludouicus de Oetingen, Albertus & Burchardus de Hochenberg, Henricus de Furſtenberg, Tybaldus de Pirreto, & Ludouicus de Hochenberg, Comites Henricus & Berchtoldus de Niffen, Albertus de Pruckperch, Hermannus de Haginbergch, Volckmarus de Chemnaten & Marquartus filius ſuus, Winthardus ſecundus de Rorbach, Henricus de Priſingen, & alii quam plures. Actum & datum Auguſtae anno Dominicae Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, Regni vero noſtri anno ſecundo. Ex quo iam cauſam diſcimus, quamobrem ius Prouinciale Alemannicum manuſcriptum & quaedam editiones iuris feudalis Alemannici in locum Bohemiae Regis ſuffecerint Bauariae Ducem. Quod autem ius feudale Saxonicum & vetuſtus A. de beneficiis vtrumque omiſerit, & ſex tantum Electores nominauerit, forte inde eſt, quoniam Bauariae Duci in tantis turbis, quibus tum inuoluebatur Imperium, id muneris lege publica delatum haut erat, & Rex Bohemiae ius ſuum tueri non omittebat. Nam certum eſt, eum inter Electores Regis Wilhelmi fuiſſe, & poſt peractam Aquisgrani eius coronationem, cum Electores & Principes Imperii tractatum de adminiſtratione aliisque Imperii negotiis habuiſſent, primas tenuiſſe Ottocarum II. Regem Bohemiae; de quo locuples teſtis eſt Lubbertus, Abbas Egmundenſis & Vice-Cancellarius Imperatoris, *in actis Wilhelmi Caeſaris.* Conf. Chronicum M. Belgicum & IOANNEM DE BECKA *in Chronic. Epiſcoporum Traiectenſium in Ottone III. Epiſcopo pag.* 99.

(1) *L. 2. Biblioth. Caeſar. c. 8.* (2) *In prodrom. Codic. diplomatic. diplom.* (3) *Comment. de S. Rom. Imp. Septem viratu c. 10.* (4) *D. l. 2. c. 8. p. 828.*

§. X.

Rudolphus Imp. Archipincernae Electorisque dignitatem Bohemiae Regi reſtituit.

Vtcunque ſit, Rudolphus Rom. Rex in gratiam generi ſui Wenceslai Archipincernae Electoris dignitatem reſtituit, cuius diploma, quod praeter GOLDASTVM & LAMBECIVM BOHVSLAVS BALBINVS exhibet, heic itidem legi, non „ abs re putamus: „ Rudolfus, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, „ vniuerſis Sacri Imperii Romani fidelibus praeſentes literas inſpecturis gratiam „ ſuam & omne bonum. Quanto iura perſonarum prodierint in lucem notitia clariore, tanto liquidius poſteritati ſucceſſurae materia altercandi tollitur. „ Inquiſitionis igitur circumſpectae praehabita indagine, ſcrutinioque ſolerti ſcire „ deſiderauimus, quid quantumque iuris in Romano competat Imperio & in electione

Digitized by Google

» electic ne Romanorum Regis futuri Imperatoris inclyto Regi Bohemiae, Prin-
» cipi & filio noſtro chariſſimo & heredibus ipſius. Quo facto, Principum,
» Baronum, Nobilium & Procerum Imperii, nec non veteranorum communi
» aſſertione & concordi teſtimonio comperimus aſſonante, ipſum Regem Bo-
» hemiae Imperii debere Pincernam exiſtere, & ius ac officium pincernatus apud
» eum, nec non eius haeredes iure hereditario reſidere. Extitit etiam dilucide
» declaratum, praedictum Regem Bohemiae, & ſuos heredes in electione Regis
» Romanorum futuri Imperatoris cum caeteris Electoribus habere debere ad
» ſimilitudinem aliorum Electorum eligendi plenarium ius & vocem. Haec
» vero iura Electoratus & Pincernatus nedum dicto & ſuis haeredibus didicimus
» competere, ſed etiam ſuis Progenitoribus, Abauis, Atauis, Proauis, Auis
» pure pleniſſime competebant. Volentes itaque dicti Regis & haeredum ſuorum
» diſpendiis cauere, ius & officium Pincernatus in Imperio ſibi & haeredibus
» eius, & non aliis competere, & in electione Regis Romanorum futuri Im-
» peratoris habere ius & vocem clare recognoſcimus, approbamus & praeſen-
» tium teſtimonio profitemur. Si quid autem diminutionis vel calumniae,
» quod non credimus, cauilloſe, malitioſe vel ſubdole poſſit opponi, ſupple-
» mus de plenitudine poteſtatis. In cuius rei teſtimonium praeſens ſcriptum
» Maieſtatis noſtrae Sigillo fecimus communiri. Datum Erfordiae VI. Kalend.
» Octobr. Indict. III. anno Domini MCCXC. Regni vero noſtri XVII. » Ab-
hinc, vt vulgo conſtat, Carolus IV. Imp. non tantum in Aur. Bulla id ius Bo-
hemiae Regi ſtabiliuit, ſed & peculiaribus literis Gerlaci, Archiepiſcopi Mo-
guntinenſis, & Ruperti, Comitis Palatini, A. MCCCLVI. (eodem ſc. anno,
quo A. B. condita) confirmandum curauit. Quae ambae litterae extant apud
BOHVSL. BALBINVM (1).

(1) *L. 8. miſcell. hiſt. regn. Bohem. part. 1. ep. 57. 58.*

§. XI.

Iam cum vincula bene valida ſint morum & linguae ſimilitudo; & hac parte Bohemi cum Germanis connectuntur: Etenim primo probabile non eſt, primos Germanos, nullis ſuorum reliquiis relictis, emigraſſe: deinde Slaui a Germanis victi domitique ad mores victorum, vt fieri aſſolet, ſe pedetentim accommodarunt, maxime cum Duces ab Imperatoribus dati ipſis ſubinde imponerentur, factumque ea occaſione, vt e Germania non pauci in Bohemiam ſe conferrent. Praeterea leges quoque, ius nimirum Palatinum Magdeburgicum a Germanis acceperunt. Certe AENEAS SYLVIVS, locuples teſtis, quippe qui auctoritate Caeſarea legatus in Bohemiam miſſus, omnia quam diligentiſſime explorauit, diſerte ſcribit hiſtor. Bohem. c. 1. *In templis ſermone Teutonico plebes docent: in coemiteriis Bohemico ſolis mendicantibus libertas fuit, qua vellent lingua populum inſtruere: quae res palam indicat, regionem ipſam olim Teutonicam fuiſſe ſenſimque ſubintraſſe Bohemos.* Et in Germania c. 47. *Bohemia, quamuis Slavonico ſermone vtitur, ſub Imperio tamen Germano ſeſe continet, & moribus vtitur Teutonicis, & pauci ſunt inter Bohemos, ſaltem nobiles, qui non vtramque nouerint linguam, & vndique cincta eſt terra Teutonicis plebibus. Illud quoque, Germaniam eſſe Bohemiam, palam oſtendit, quod intra Eccleſias Teutonico tantum ſermone*

Ad vincula caetera accedit, quod Bohemiae regnum in finibus Germaniae continetur.

Digitized by Google

sermone instruere populum sacerdotibus permissum est: in coemiteriis autem Slauonico. Sub Carolo IV. & filio eius Wenceslao Senatum Ciuitatis Pragensis maiori ex parte e viris Germanis constitisse, testis est DVBRAVIVS *l.* 23. *histor. Bohem.* qui eodem libro quoque refert, Carolum IV. ab institutione Pragensis Gymnasii constituisse, vt in ferendis suffragiis Germani tres voces, Boioari quartam haberent. Ex quibus vtique liquet, Bohemiam intra Germaniae fines, siue hi φυσικῶς, siue πολιτικῶς considerentur, contineri. Hinc Reges Bohemiae in plerisque celebrioribus Germanicae Nationis torneamentis siue hastiludiis, a Germanis armorum Regibus solenniter vocati, semper interfuerunt, vt acta torneamentorum illorum euincunt. Praeterea iisdem in vniuerso Germanico Imperio a quibuscunque Proceribus Germaniae quascunque terras, castra, possessiones, praedia emere, comparare, vel in donum siue donationem ex quacunque causa, aut in obligationem accipere licet. v. *A. Bulla Caroli IV. tit.* 10. & confirmatio Electorum apud GOLDASTVM *tom.* 1. *Constit. Imperial. ad An. MCCCXXXV.* Quod nulli extero Regi vel Magnati, solo Papa Romano excepto, permissum esse, idem GOLDASTVS (1) obseruauit.

(1) *L.* 3. *Comment. de Boh. cap.* 1. §. 13. *& c.* 2. *in fine.*

§. XII.

Vnde quoque est, quod Bohemi ad Imperii officia fuerint promoti.

Bohemi quoque ad officia, tam ecclesiastica, quam profana, ab Imperatoribus saepenumero promoti leguntur, quod idem GOLDASTVS (1) complurib⁹ exemplis probat. Nec dubitauerunt Principes, Comites ac Nobiles Imperii a Regibus Bohemiae ditiones suas beneficiario iure deuinctas recognoscere. Quod haut dubie vt plurimum prouenit a spontanea illorum oblatione. Inter Vasallos numerantur a GOLDASTO (2), *Electores, Moguntinus, Palatinus, Saxo, & Brandenburgius; Archiepiscopus Salisburgensis, Episcopi, Bambergensis, Herbipolensis, Eichstadianus, Augustanus, Constantiensis; Archiduces Austriae & Burgundiae; Duces Bauariae, Saxoniae, Wirtenbergiae, &c. Marchiones Misniae, Landgrauii Thuringiae, Leuchtenbergiae; Principes Hennenbergenses; Burggrauii Norinbergenses; Abbates, Waldsachsensis, Ingelnheimensis, &c. Comites, Hanouiae, Schwartzenburgii in Thuringia, Wertheimii, Gleichenses, Hohnsteinii, Stolbergii, Leisneckii, Eilenburgii, &c. Barones Limburgii in Franconia, Russii Plawenses, Milchlingii in Franconia, Schoenburgii in Misnia, Wolfsteinii, Heideckii in Bauaria; Equites S. Georgii in Sueuia, &c. Ciuitates, Norimberga, Vlma, Ratisbona, &c. multique alii Principes, Praelati, Comites, Barones & Nobiles passim per Teuthoniam.* Plane vt iidem Reges a quibusdam regionum Dominis ditiones quasdam in feudum accepere. Ex eodem fonte est, quod non obstante Procerum quorundam contradictione, Rudolphus II. & Matthias Impp. processus aulicos in Bohemia continuarint, magno cum potiorum Imperii Statuum sacri profanique ordinis assensu & approbatione, vt saepe laudatus GOLDASTVS (3) notauit. Quod vero Comitia ibi non habeantur, inde est, quoniam ea ex legis sanctione in liberis & Imperii ciuitatibus celebrari oportet, nisi aliud Imp. Ordinibus visum fuerit. (vid. *A. B. tit.* 28. §. 5. *Recess. Imp. Trevirens. A.* 1512. §. *item haben*) Quanquam non desint vetera exempla Budewitzii anno MCCXXVII.

Li-

Digitized by Google

Libuſſae in Sileſia anno MCCXXIIX. Pragae anno MCCXCVII. Cadani anno MCCXCIIX. Egrae aliquoties celebratorum, quibus addi debet ſuperiori ſeculo Imperatore Rudolpho II. conuentus Ordinum Deputatorum An. MDCX. Pragae habitus, de quo videatur idem GOLDASTVS (4).

(1) *L. 3. de Regn. Boh. c. 1.* (2) *L. 1. Com. de Regn. Bohem. c. 17.* (3) *L. 1. Com. de Regn. Boh. c. 2.* (4) *d. l. 1. c. 20.*

§. XIII.

Caeterum cum ſupra non ſemel iniecta fuerit mentio diplomatis Fride- *Subiungi-*
rici II. Imp. libet id ad verbum heic appendicis loco ſubiungere: quoniam in *tur Frideri-*
eodem, quo vinculo Bohemiae Reges etiam poſt tam ampla priuilegia Imperio *ci II.*
innexi manſerint, intelligere eſt (1). Certe ex Iure Conſ. doctrina priuilegii *priuilegium.*
conceſſio ius ſuperioritatis arguit (2). „Fridericus diuina fauente gratia, Romano-
„ rum Imperator Electus, & ſemper Auguſtus, Rex Siciliae, Ducatus Apuliae,
„ & Principatus Capuae. Cum decor, & poteſtas Imperii noſtrum praeceſſe-
„ rit ſtatum, vt non ſolum caeterorum Principum dignitates, verum etiam
„ ſceptra Regalia a Noſtra conferantur Maieſtate, glorioſum reputamus, ac
„ magnificum, quod in tanto noſtrae largitatis beneficio, & aliis creſcit Regiae
„ dignitatis augmentum, nec ob hoc Eminentia noſtra aliquod patitur detri-
„ mentum. Inde eſt, quod Nos attendentes praeclara deuotionis obſequia, quae
„ vniuerſa Bohemorum gens ab antiquo tempore Romano exhibuit Imperio
„ tam fideliter, quam deuote, eo quod Illuſtris Rex eorum Ottogarus a primo
„ inter alios Princeps ſpecialiter prae caeteris, in Imperatorem Nos elegit, &
„ Noſtrae Electionis perſeuerantiae diligenter & vtiliter aſtiterit, ſicut dilectus
„ Patruus noſter piae memoriae Rex Philippus, omnium Principum habito
„ conſilio per ſuum priuilegium inſtituit, ipſum Regem inſtituimus, & confir-
„ mamus, & tam ſanctam, & dignam inſtitutionem approbamus, Regnumque
„ Bohemiae liberaliter, & absque omni pecuniae exactione & conſueta Curiae
„ noſtrae iuſtitia ſibi, ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum concedimus. Volen-
„ tes, vt quicunque ab ipſis in Regem electus fuerit, ad Nos vel ſucceſſores
„ Noſtros accedat, Regalia debito modo recepturus. Omnes etiam terminos,
„ qui praedicto Regno attinere videntur, quocunque modo alienati ſint, ei, &
„ ſucceſſoribus ſuis poſſidendos indulgemus; Ius quoque & authoritatem inue-
„ ſtiendi Epiſcopos Regni ſui integraliter, ſibi, & haeredibus ſuis concedimus,
„ ita tamen, quod ipſi ea gaudeant libertate, & ſecuritate, quam a noſtris Prae-
„ deceſſoribus habere conſueuerunt. De Noſtra autem liberalitatis munificen-
„ tia ſtatuimus, quod Illuſtris Rex praedictus, vel haeredes ſui ad nullam Cu-
„ riam noſtram venire teneantur, niſi quam Nos apud Bamberg, & Norin-
„ berg celebrandam indixerimus, vel ſi apud Merſeburg curiam celebrare de-
„ creuerimus, ipſi ſic venire teneantur. Quod ſi Dux Poloniae vocatus acceſ-
„ ſerit, ipſi ſibi ducatum praeſtare debeant, ſicut Anteceſſores ſui quondam
„ Bohemiae Reges facere conſueuerunt, ſic tamen, vt ſpatium ſex hebdoma-
„ darum veniendi ad praedictas Curias eis ante praefigatur, ſaluo tamen, quod
„ ſi Nos, vel Succeſſores Noſtros Romae coronari contigerit, ipſius praedicti

Digitized by Google

„ Regis Ottogari, vel ſucceſſorum ſuorum relinquimus arbitrio, vtrum ipſi „ nobis trecentos armatos transmittant, vel trecentas Marcas perſoluant. Ad „ huius autem conſtitutionis, & confirmationis noſtrae memoriam, & robur „ perpetuo valiturum, priuilegium per manus Henrici de Pariſiis Notarii, & „ fidelis Noſtri, ſcribi, & Bulla Noſtra Aurea iuſſimus communiri, Anno, „ Menſe & Indictione ſubſcriptis. Huius rei teſtes ſunt iſti: Archiepiſcopus „ Barenſis, Epiſcopus Tridentinus, Epiſcopus Baſilienſis, Epiſcopus Conſtan- „ tienſis, Epiſcopus Curienſis, Abbas Augenſis, Abbas S. Galli, Abbas de Vi- „ terbio, Bartoldus de Niephen Regalis Curiae Protonotarius, Comes Huldri- „ cus de Chiburgk, Comes Rudolfus de Habsburg, & Landgrauius de Alſa- „ tia. Comites Ludouicus, & Hermannus de Friburk, Comes Vernerus de „ Hohenburg, Arnoldus Nobilis de Wart, Rudolfus Aduocatus Noſter, Ru- „ dolfus de Rauensburg, Albertus de Tanhauſen Camerarius, & alii quam plu- „ res Magnates, & Nobiles, & Liberi, quorum teſtimonio hoc Priuilegium „ conſtat eſſe confirmatum. Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis „ 1212. Menſe 26. Septembris. Quindecima Indictione, Regni vero Domini „ Noſtri Friderici Illuſtriſſimi Romanorum Imper. Electi, & ſemper Auguſti, „ Regis Siciliae quindecimo. Datum in Nobili Ciuitate Baſilea, per manus „ Vlrici Vice-Protonotarii ſexto Calend. Octobris feliciter Amen. Quanquam, quod hic circa electionem Regis Bohemici dictum, Carolus IV. Imperat. in diplomate An. MCCCXLIIX. temperauit verbis hiſce (3): „ Electionem Regis Bo- „ hemiae in caſu duntaxat & euentu, quibus de Genealogia, progenie, vel ſe- „ mine aut Proſapia Regali Bohemiae maſculus vel femella ſuperſtes Legitimus „ (quod Deus auertat) nullus fuerit oriundus, vel per quemcunque alium mo- „ dum vacare contigerit dictum Regnum, ad Praelatos, Duces, Principes, Ba- „ rones, Nobiles, & communitatem Regni praefati & pertinentiarum eiusdem, „ habita cum nonnullis Regis Romani futuri Imperatoris Coëlectoribus, ac aliis „ Principibus, qui tunc temporis noſtrae Celſitudinis praeſentiae aſſiſtebant, de- „ liberatione matura, ipſorumque ſano digeſti conſilio, volumus, decernimus, „ pronunciamus, interpretamur, & praeſentis ſcripti patrocinio declaramus: „ rite, iuſte & legitime in perpetuum pertinere, ipſiusque Regis Bohemiae Ele- „ ctionem, in caſu & euentu praedictis, & non aliis, praefatis Praelatis, Du- „ cibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus, & Communitati dicti regni & „ pertinentiarum eiusdem de noſtrae Regiae Romanae plenitudine poteſtatis, ac „ ex certa ſcientia damus, concedimus, conferimus, & donamus, dictamque „ Electionem meliori, ſalubriori, & ſaniori, quo poteſt modo fieri, confir- „ mamus, & transferimus in eosdem: volentes etiam, vt quicunque in Regem „ Bohemiae electus fuerit, ad Nos & ſucceſſores noſtros Romanorum Reges & „ Imperatores accedat, ſua a Nobis & ſucceſſoribus noſtris, modo debito & ſo- „ lito regalia recepturus; non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, vſibus, ob- „ ſeruantiis, iuribus, municipalibus, vel communibus ſtatutis, ſeu edictis fa- „ ctis & editis in contrarium quibuscunque, quas & quae quantum ad haec, ac „ ſi forent nominatim & de verbo ad verbum ſcripta & praeſentibus inſerta, re- „ uocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & de dicta Romanae Regiae

„ ple-

Digitized by Google

» plenitudine potestatis decernimus, firmatis fore nullius penitus vel momenti.
» Insuper ad vniuersorum & singulorum cupimus notitiam peruenire. »

(1) V. MEVIVS *part. 3. Dec. 309. n. 9.* (2) *Apud Goldast. in append. document. p. 21. & Bohusl. Balbin. Decad. 1. l. 8. miscell. historic. Regni Bohem. par. 1. ep. 8.* (3) *Balbinus d. l. ep. 36.*

SECTIO III.

DE NEXV IMPERII ROMANO GERMANICI ET REGNI BOHEMIAE A TEMPORIBVS CAROLI IV. IMPERATORIS.

§. I.

A temporibus Caroli IV. ius Electorale Regum Bohemiae in dubium vocari coepit, postea denuo stabilitum.

A Temporibus Caroli IV. Imperat. nexus, qui olim fuit Regni Bohemiae cum Imperio R. G. paulum debilitari coepit. Equidem illi ius Electorale siue creandi Imperatoris cum Archipincernae officio Carolus IV. in Aurea Bulla *tit. 1. t. 4. §. 3. t. 6. t. 27. §. 5.* firmauerat, & peculiaribus literis Electorum singulatim confirmandum curauerat, vt supra audiuimus. Enimuero secutis temporibus non semel factum, vt Rex Bohemiae ad actum electionis Imperatoris non vocaretur, idque, vel quia ei cum Imperio non satis conueniret, vel quia schismate Hussitico infectus esset. Ita Wenceslaus Rex Bohemiae & Eximperator, nec ad Friderici Brunsuicensis mense Maio, nec ad Ruperti Palatini mense Septembri A. MCCCC. nec ad fratris Sigismundi Hungariae Regis A. MCCCCX. factam electionem vocatus fuit, vt liquet ex Decretis electionum apud LEHMANNVM (1). Et licet post mortem Sigismundi, gener eius pariter ac successor in Bohemia ac Hungariae regnis, Albertus denuo ad electionem An. MCCCCXXXIIX. rite vocaretur, tamen cum Albertus hicce moreretur, relicta vidua praegnante, Bohemi, quod essent schismatici & Hussitae, ad electionem Friderici citati haut sunt, perinde vt nec Vladislaus Polonus, Hungariae ac Bohemiae Rex, ad electionem Regis Romanorum Maximiliani I. de quo videatur HARTMANN. MAVRVS *de coronat. Caroli V. Imperat.* Quo pertinet, quod CRANTZIVS l. 8. metropol. c. 5. scribit: *Regem Bohemiae annumerant Electoribus, sed nunc, quia Nationem specialem fouet, & regnum eius est in schismate, ad electionem non vocatur.* Et hinc forte, ne Aurea Bulla Caroli IV. iure obiiceretur, obtentui sumtum, ei tum demum esse locum, si Electores ceteri inter se dissentirent, & ob suffragiorum paritatem exitus inueniri non posset. Nam ita PETRVS DE ANDLO, Canonicus Columbariensis, l. 2. de Roman. c. 2. *De consuetudine tamen*, inquit, *Rex Bohemiae ad electionem non vocatur, nisi cum vota aliorum aequalia sunt numero, & sic hodie practicatur Quod verum est, dummodo persistat in vnitate matris Ecclesiae.* Cui viro rerum nostrarum, vt ea ferebant tempora, non imperito, cum de consuetudine aeui sui testatur aperte, omnino credendum. Ἐνσήματι autem huic causam dedisse videtur Cardinalis Hostiensis (qui circa medium seculi tertii decimi vixit) *in Comment. ad cap. Venerabilem X. de Elect. & electi potestate*, postquam scripserat, Moguntino, Colonienſi, Treuirensi, Archiepiscopis, Comiti Rheni,

Digitized by Google

Duci Saxoni, Marchioni Brandenburgensi ius creandi Imperatorem competere, subiiciens: *Septimus est Dux Bohemiae, qui modo est Rex, sed iste secundum quosdam non est necessarius, nisi quando alii discordant, nec istud ius habet ab antiquo, sed de facto tenet hodie.* Quae postrema verba haut dubie scripsit in gratiam Innocentii IV. Pontificis, qui Bohemiae Regi erat infensus. Certe Innocentium illum eius loco Bauariae Ducem Electorem voluisse, iam supra innuimus. Caeterum cum, vt modo diximus, Rex Bohemiae in electione Maximiliani I. insuper haberetur, isque eam ob rem grauiter conquereretur, eo nomine cautum ipsi est antigrapho Electorum Ann. MCCCCLXXXIX. quod legitur apud Goldastvm (2). A quo tempore Reges Bohemiae ius illud ad nostra vsque tempora citra controuersiam exercuerunt, nisi quod ad condendam Capitulationem admissi non fuere. De quo videatur Limnaevs (3) & H. Conringivs (4). Ad *condendam* dicimus *Capitulationem:* nam in ea, iam confecta, reuidenda partes nonnullas esse Regis Bohemiae, idque ex more vetere, docemur actis capitulationis Matthiae apud D. Mvldnervm (5), & nostra memoria cum D. Iosepho Regi, nunc Augustissimo Imperatori, Capitulatio praescriberetur, ad monita quaedam D. Leopoldi M. vt Bohemiae Regis, Electores attenderunt & nonnulla eidem inseruerunt, quod laudatus D. Mvldnervs notauit (6). Vnde est in Capitulationis Iosephinae prooemio: **wie nicht weniger an statt und von wegen des Allerdurchleuchtigsten Römischen Kayserς** Leopoldi I. **als Königs in Böhmen** ꝛc. & sequitur: **mit denselben unsern** respectiue **Gnädigen Herrn Vattern und lieben Vettern, Oheimben und Chur-Fürsten** ꝛc.

(1) *L. 7. Chronic. Spirens. c. 74. c. 81. c. 93.* (2) *Part. 2.* **der Reichs-Satzungen** *p. 178. & ap. Limn. ad A. B. c. 12. §. 2. obs. 4.* (3) *In prolegom. capit. sect. 4. n. 7. & tom. 1. add. ad l. 3. c. 8. p. 358. sequ.* (4) *De capitul. Caesar. §. 22.* (5) *In Capitulat. harmonic. p. 23. sequ. add. p. 137. & 143.* (6) *In praefat. ad Capitul. harmonic.*

§. II.

Manste tamen vinculum feudale, & inuestituram etiam Reges ex Serenissima Austriaca Domo acceperunt.

Porro secundum A. B. Bohemiae regnum sub nexu feudali permansit, & Vladislaus Rex Ann. MCCCCLXXIII. vt narrat Dvbravivs (1), *ne omitteret reddere Caesari, quae Caesaris sunt, sed ab omni parte vt firmum stabileque regnum haberet, Viennam ad Fridericum Caesarem profectus est, vt de manu eius vexilla regni, prouinciarumque ad regnum pertinentinum, tanquam Elector Imperii, sumeret. Quae res summa cum dignitate, parique celeritate, confecta fuit, ita vt facile omnibus appareret, habitam fuisse rationem cognationis, quae Caesari cum Vladislao intercedebat, cuius mater e Domo Austriaca, Ladislai Regis soror fuerat.* Sed audiamus Fridericum III. Imperat. in literis inuestiturae, quas Anno MCCCCLXVII. Vladislao illi dedit, apud Goldastvm (2): **Wan nun als Wir in unserer Kayserlichen Maiest. gezieret gesessen seyn, für Uns kommen ist der Durchlauchtig** Wladislaus **König zu Böheim, des H. Römischen Reichs Ertzschenck und Churfürst** ꝛc. **mit seinen Panieren und Landen, zugehörenden zu der Cron und dem Königreich Böheim, gezieret mit seinem Churfürstlichen Kleid, als sich gebühret: und hat Uns angeruffen und gebeten, daß Wir Ihme das Churfürstenthum mit der Chur und dem Ertzschencken-Ambt des H. Röm. Reichs, zu der Cron zu Böheim gehörig, mit sambt seinen Marggraffschafften geistlichen und weltlichen, ertzen, bergwercken,**

gelei-

geleiten, wildbanen, waydnereyen, zollen, ehren, rechten, würden, zierden, hohen und niedergerichten, gerichtszwängen, und allen andern herrligkeiten, rechten und gerechtigkeiten, zu der gemelten Cron Böheimb gehörende, zu lehen und zu verleyen genädiglich geruheten ꝛc. Posteris temporibus obiectum fuit Ferdinando II. Imperatori, quasi inuestitura illa desierit; sed quid respnderit, iuuat verbis ipsius efferre. Nam apud LONDORPIVM (3) ita profertur: Es erschiene aus der guldenen Bull, daß das Königreich Böhmen ein Reichs-Lehen seye, über welches die Könige vom Kayser belehnet worden. Und daß da gesagt werde, von König Matthia, Ferdinando und dem Hauße Oestereich, daß Sie solche Belehnung nicht in acht genommen, seye der Wahrheit nicht gemäß, dann König Ferdinandus der erste habe von Kayser Carolo V. zu Augspurg dieses Lehen empfangen. König Matthias habe auch durch vier obriste Officianten zweymahl umb die Belehnung bey Kayser Rudolfo angehalten, und König Ferdinand habe von Kayser Matthia dem ersten Indult, nachmahlen auch die Belehnung über das Königreich Böhmen empfangen, und seyen die Originalia vorhanden. Id quod etiam liquidissime demonstrat GOLDASTVS (4). Illud adhuc addendum: cum caeterorum Electorum & Principum vexilla Caesari in actu inuestiturae porrecta in populum adstantem proiici dilacerarique consueuissent, ex priuilegio Friderici Imperat. A. MCCCCLXII. Austriae dato, Regi Bohemiae ea integra ac illaesa fuisse restituenda. Verba eius sunt (5): *Dum Rex Bohemiae a Rege Romanorum seu Imperatore regalia seu inuestituram cum solennitate & banderiis sibi conferri petierit, vt, solennitatibus expletis, banderiae ipsae Regi minime laesae, fractae aut laceratae restituantur.* In eodem priuilegio constitutum: *Quod Rex Bohemiae inuestituram & regalia sua suscipere non teneatur, nisi in metis & finibus regni sui, cum finitimis locis decem vel quindecim milliaribus Alemannicis, a regno suo & dominiis suis distantibus.*

(1) *L. 31. hist. Bohemic.* (2) In denen Beylagen dessen zwey Rechtlichen Bedencken *p.* 231. (3) *L. 4. Actor. publ. c. 14. ad A. MDCXIX.* (4) *L. 3. comment. de regno Boh. c. 14. §. 27. seqq.* (5) *Ap. Eysen. deduct. Bohem. n. 21.*

§. III.

Caeterum a Caroli IV. temporibus Reges Bohemiae rarius comparuere in comitiis. De quo iterum D. Ferdinandus II. in laudato scripto apud LONDORPIVM (1): Daß aber die Könige zu Böheimb auff Kayserliche Reichs-Täg nicht allemahl und zu allen Zeiten beschrieben worden, ist die Ursach, daß vor undencklichen vielen Jahren die Könige zu Böheimb, auch Röm. Kayser gewesen, und durch ein sonderbar Priuilegium, das sie haben, zu erscheinen nicht genöthigt sind; es wäre dann daß die Reichs-Täge zu Bamberg, Nürnberg und Merßburg fürgenommen und angesetzt würden, sondern Sie mögen darauff kommen, ob sie wollen, und sind nicht weniger Chur-Fürsten des Reichs, als auch andere. So geben sie auch keine Reichs-Anlagen und Steuren, sind durch ein sonderbar Priuilegium, wie auch die Ertzhertzogen in Oesterreich, davon entlediget, und werden deren vom Reich belehneten Fürsten mehr gefunden, die solche Steur und Hülff nicht erlegen dörffen, sondern für sich allein von ihren Unterthanen solche Anlagen fordern, einnehmen, zu ihrem Nutzen gebrauchen und anwenden, und folget hieraus darumb nicht, daß sie dem Reich nicht unterworffen seyen. Nimirum quidam Reges vel ab Imperatoribus ad Comitia haut

Rarius frequentauere Comitia Imperii.

Digitized by Google

haut vocati, vel ab Electoribus ceterisque Ordinibus non admissi fuere, quoniam inuisi erant cum ob schisma Hussiticum, tum ob peregrinitatem eorum Polonicam, qua discessionem quandam ab Imperio feciſſe Bohemi putabantur. Eoque referri debet illa Hartmanni Mavri (2) regula: *Hodie ad Comitia & conuentus Imperii ordinarios Regem Bohemiae non vocari.* Loquitur enim Maurus de sua aetate, qua Hussitici primum, dein peregrini e Polonia Reges Bohemiam inuaserant. Vt optime vidit Goldastvs (3), exempla quoque Regum, ad Imperii comitia vocatorum, annotans. Illud adhuc addi meretur, Fridericum III. Imp. GeorgioRegi regnoqueBohemiaeAn.MCCCCLXII. conceſſiſſe privilegium: *Quod Rex Bohemiae ad Curiam vocatus aut requisitus, saluoque conductu, prout moris est, prouisus, venire aliter non debeat, nisi Romanorum Regem aut Imperatorem apud Nurembergam aut Bambergam Curiam Imperialem habere contigerit & celebrare.*

(1) *D. l. 4. Act. Publ. c. 114.* (2) *In libro de coronatione Caroli V. Imp. Aquisgrani facta.* (3) *L. 4. commentar. de regno Bohem. c. 5.*

§. IV.

Sed nec conuentibus Electoralibus interfuere.

Sed nec conuentus Electorum, quos **Chur-Fürſten Tage** dicimus, iam a longo tempore frequentarunt Reges Bohemiae. Vtut enim A. Bulla Caroli IV. Imperat. *tit.* 12. qui de conuentibus hisce agit, indiscrete loquatur, & Electorum exceperit neminem, tamen insecutis temporibus mutatio hac in parte facta intelligitur, idque abunde confirmant Capitulationes a temporibus Caroli V. Imrat. vsque ad Augustissimum Imperatorem Iosephum (v. eius Capitulatio *art.* 6.) quippe quae ante Instrumentum Pacis Westphalicum tantum sex Electorum, post illud nonisi *Septem* virorum ad conuentus illos venientium, illorum scilicet, qui in principio Capitulationum nominati, meminerunt. Equidem Goldastvs (1) „ peculiari consultatione de officio Electoris Bohemiae iureque in con„ uentibus S. Romani Imperii Electorum tam Electorali in eligendo quam Col„ legiali in Consilio reipublicae sibi competente A. MDCXXVII. edita contrarium prolixe demonstrare annisus est. Verum eius sententiae praxis non assurrexit, quin fuere, qui asseuerarent, Regem Bohemiae ne volentem quidem, ad conuentus huiusmodi admittendum esse, exemplum adferentes Cardinalis Cloeselii A. MDCXII. missi Noribergam ad conuentum Electoralem. Quod nos iam suo loco relinquimus, nam non omnes idem sentiunt, eique sententiae in Academia hac contradixit Schutzius (2). Ceterum Regem Bohemiae sub vnione Electorum siue generali siue etiam illorum qui ad Rhenum particulari sunt, non contineri ipse Goldastus fatetur, & quamobrem Reges Bohemiae ad Conuentus huiusmodi vocari desierint, causas hasce adfert: *Cum Wenceslaus*, inquiens, *iste propter ignauiam & socordiam dicam an vaecordiam Imperio abdicatus, sibi in angulo Bohemiae viueret, gulae & ventri deditus, nec res Imperii amplius curaret, neue etiam ab Electoribus ad ordinarios illos conuentus Collegiales vocaretur, omnis auctoritas ad sex reliquos Electores, insuper habito Bohemo, recidere coepit, adeo vt post illam Wenceslai depositionem soli isti seuiri Archiprincipes rescripta & concessiones Caesarum Ruperti, Sigismundi & Alberti II. approbasse atque ratificasse legantur. Accessit dein, Alberto II. mortem obeunte, Reginae praegnantis viduitas, & Vladislai, seu Ladislai posthumi, impubertas, iusto & legitimo Administratore destituta, pro-*

Digitized by Google

propterea quod agnatus Fridericus III. Imperator regni administrationem recusaret, Bohemorum diffidens inconstantiae & mobilitati: & qui a Bohemis erant ordinati Gubernatores, schismati Hussitico fauerent, quod Electores Imperii abominabantur. Has omnes causas denique praegrauarunt factiosae Bohemorum electiones, quibus nunc homines a Regio sanguine alienos, vt Georgium Podiebracium Morauum & Matthiam Hunniadem Walachum ex Hungaria, nunc Witoldum ex Lituania, denique Vladislaum Iagellonem e Polonia ad regnum accirent, atque ita exteros & incapaces Collegio Electorali obtruderent. Hinc Regis Bohemiae auctoritas in Imperio nostro vilescere & negligi, contra ea sex Electorum magis atque magis crescere & sublimari occoepit. Forte etiam cum Reges Bohemiae conuentus huiusmodi, vt magis oneroſos ſibi, quam proficuos accedere neglexiſſent, ob faſtidioſam hancce negligentiam Electores ceteri nullam eorum rationem habere coeperunt. Vt viſum Limnaeo.

(1) *L. 4. de regn. Bohem. c. 7. §. 8. & 9.* (2) *Vol. 1. de Statu rei Rom. disp. 7. §. 20.* (3) *L. 4. comment. de regno Bohemiae c. 6. §. 17. sequ.*

§. V.

Praeterea nec ad tributa ſiue collectas Imperii, ſi nollent, concurrerunt Reges Bohemiae. Qua in re aduerſantem iterum habemus Goldaſtum (1), quando prolixe demonſtrandum ſuſcepit, Regem Bohemiae cum ſubiectis ſibi prouinciis Morauiae, Sileſiae, Luſatiae, Egrae & Elenbogii, contributionibus Imperii extraordinariis, tam ciuilibus quam militaribus, etiamnum hodie obnoxium manere, nec ab iis vllo vnquam tempore fuiſſe exemptum. Enimuero & heic praxi refragari certum eſt. Hinc cum in Comitiis Auguſtanis A. MDXLIIX. ageretur de matricula & rata regni Bohemiae, contrariam teſtationem interpoſuit D. Ferdinandus Rex Bohemiae (2), quam integram heic adiicere libet: Die Böhemiſche Königliche Majeſtät iſt von deroſelben verordneten Kreiß-Räthen hiebevor zeitlich erinnert, was maſſen der König zu Böheimb im jüngſten Wormbſiſchen Anſchlag befunden worden, und daß derhalben gemeiner Kreiß-Verſamlung Vorhaben were, Ihr. Königliche Maieſtät als König zu Böhmen und Chur-Fürſten von deren Landen wegen, ſo Ihr. Maieſtät, als König in Böhmen vom Reich zu Lehen tragen, in dem neuen Anſchlag auch zu belegen, inmaſſen Sie dann in dem Reformirten Anſchlag allbereit gethan. Nachdem aber ſolch Bedencken und Vorhaben Ihr. Königl. Maieſtät zu vernehmen gantz frembd geweſen, Sie hiebevor auch davon nichts gehöret noch gewuſt, ſo haben Ihr. Königl. Maieſtät Mangels halben gnugſamen Bericht, die Sache biß zu Ihrer Ankunfft in die Chron Böhmen verſchoben, und ſich allda nach fleißiger Erkundigung nichts anders erinnern noch erfahren mögen, denn daß die Stände der Chron Böhmen keiner Reichs-Anſchläge bekändlich, auch nicht geſtändig ſeyn, daß weder der angezogene Wormbſiſche noch ältere Anſchläge, mit Ihr. Königl. Maieſt. löblichen Vorfahren Königen zu Böhmen Wiſſen noch Willen geſchehen, daß ſie auch darin nicht gehalten, noch einige Hülffe geleiſtet hätten, auch endlich keine ſchuldig weren. So wiſſen auch Ihr. Königl. Maieſt. nicht zu berichten, daß Sie in Zeit ihrer Böhemiſchen Regierung, darinn doch etwan viel Reichs-Hülffen bewilliget und geleiſtet worden, je belegt, noch ümb Hülff erſucht were, noch vielweniger eine erlegt hette. Zu dem, daß ein König zu Böhmen zu einigem Reichs-Tage nicht beſchrieben würde, auch weder Stand noch Stimme im Reichs-Rath hätte.

Nec tributa amplius ſiue collectas Imperio ſoluerunt.

Digitized by Google

Darneben haben gemeine Reichs-Stände wohl zu ermessen, dieweil die Reich-Steuren bisher allein auf die Stände in den zehen Creisen bestimmet, geschlagen worden, und aber die Cron Böhmen in keinem Creis befunden würde, so ist dabey leichtlich abzunehmen, daß diese Chron mit dem Reich hievor nicht gesteweret, und darumb auch jetzt unbillig in des Reichs-Anschläge gezogen werde, so begreiffen auch die Reichs-Steweren allein die Stände des Reichs deutscher Nation, so sich des Heil. Reichs Schutz und Schirm, auch Fried und Rechtens erfrewen und gebrauchen: Ob nun gleichwohl die Königl. Maiestät, als König in Böhmen, etliche Lande und Herrschafften der deutschen Sprach und Zungen vom H. Reich zur Lehen erkennen, so haben derselben Land und Herrschafften vom Reich weder Schutz und Schirm, Fried noch Recht, sondern sind von dem Reich deutscher Nation in ein ander besonder Reich und Nation von Alters her abgesondert, und demselben nicht incorporirt, und also des Reichs deutscher Nation Bürden, Anschlägen, und Contributionibus nicht unterworffen. Zu dem, so tragen und erkennen andere mehr ausländische und frembde Potentaten, viel ansehnliche Lande und Leute, von Kayserl. Maiestät und dem H. Reich zu Lehen, die aber darumb in des Reichs deutscher Nation und Collecten nicht gezogen werden. Und demnach sich nun aus dem allen befünde, daß ein König zu Böhmen in des Reichs Anschlag nicht gehörig, auch unbillig und aus lauterm Irrsall in das vermische, und vielleicht andere mehr ältere Anschläg und Register gebracht seyn würden, so wollen sich die Königl. Maiestät als König zu Böhmen, zu gemeinen Reichs-Ständen gnädiglich versehen, daß sie ihres Vorhabens abstehen, und Ihre Maiestät nicht weniger als Deroselben Vorfahren Könige zu Böhmen, dieses Orts unbeschweret bleiben lassen werden. Was dann Ihr. Königl. Majest. als König zu Böhmen und Chur-Fürst des H. Reichs zu thun schuldig, und sonst Ständen deutscher Nation gemeinitzlich und sonderlich, zu sonderen Ehren und Freundschafft, Nutz und Frommen, und aller Wolfart erzeigen und beweisen werden, das wollen sich die Königl. Maiestät gantz gutwillig und freundlich angebotten und hierbey gemeinen Ständen unverhalten haben, daß sich die Stände Ihr. Maiest. Chron Böhmen in allen und jeden obliegen, und in Nöthen wider die Ungläubigen bißher gantz gehorsamlich, tröstlich und hülfflich erzeiget, dessen auch jetzt und künfftiglich, nicht wenniger zu thun, und an allen ihrem Vermögen nicht mangeln zu lassen, uhrbietig seyn. Num vero credendum sit Goldasto asseueranti Imperatorem, Electores, Principes ac ceteros Imperii Status, non attenta isthac Bohemorum protestatione ac contradictione, in iure Imperii asserendo perstitisse, regnique Bohemiae non in illa modo, sed cunctis subsequentibus matriculis sub certa taxa in censum retulisse, nos non temere subsistimus.

(1) *L. 2. comment. de Regno Bohemiae c. 16. 17.* (2) *Vid. Arumaeum de comitiis c. 4. n. 58. & 59.*

§. VI.

Regnum Bohemiae inter Circulos Imperii non fuit relatum.

Veriſſimum quoque est, regnum Bohemiae Circulis, in quos Imperium Romano Germanicum dispescitur, nunquam adscriptum fuisse, rursus nequicquam reluctante Goldasto, dum scribit & multis roborare argumentis allaborat, „id non minus imprudenter quam imperite adstrui. Quasi vero circulus „ Bohemicus Imperii Circulus non sit nec separatum a ceteris regnum constituat, in eoque contineatur ipse Rex, Archiepiscopus Pragensis, Episcopus Olo-

„ Olomucenſis & Vratislauienſis, Marchiones Morauiae & Luſatiae; Duces Si-
„ leſiae, Comites Glaciae, Slickii, Stein, Elnbogen &c. Ciuitates Egra, Ioa-
„ chim Vallis &c. qui olim immediata Imperii membra extiterunt, & ſuos Con-
„ uentus Circulares non minus quam reliqui in Imperio Circuli in commune ce-
„ lebrare hodieque ſolent, & a vicinis Circulis neceſſitate vrgente euocari poſ-
„ ſunt. Atqui ipſemet GOLDASTVS (1) ex LEHMANNO docet, Anno MCCCLXVII. Mergenthemii, praeſente ipſo Wenceslao Caeſare, actum eſſe, vt in Circulos Imperium diuideretur, ac in primo Imperii Circulo comprehendi debuiſſe regnum Bohemiae cum ſuis prouinciis, tum Marchiam Brandenburgenſem & Duces Saxoniae, ſed conſilia haec exitu caruiſſe, & depoſitione Wenceslai Caeſaris omnino euanuiſſe (2). Poſtea in Alberti II. Imperat. quadripartita Imperii, quam inſtituit, partitione nulla prorſus Bohemiae regni facta mentio eſt.

(1) *L. 4. de regno Bohem. c. 8.* (2) *Vid. Schilter. tom. 2. Inſt. iur. publ. tit. 19. p. 339.*

§. VII.

Vtcunque vero Reges Bohemiae, ſecundum iam deducta, rarius ad Comitia Imperii acceſſerint, nec conuentibus Electoralibus interfuerint, nec collectas Imperii amplius perpenderint, nec circulis Germanici Imperii fuerint annumerati, tamen eos nihilominus Imperii Statibus accenſendos fuiſſe, nos cum STRAVCHIO (1) omnino perſuaſi ſumus. Satis enim eſt, quod ad praecipuam de Imperii capite conſultationem fuerint admiſſi, & ius veniendi ad Comitia inque iis ſuffragium ferendi, qua velut nota eſſentiali Imperii Ordines aeſtimantur, non ſemper in actu ſecundo, vt in ſcholis loquimur, conſiſtit. Eapropter Electores ipſi ac ceteri Principes in replica A. MDCX. 28. Iunii apud LIMNAEVM (2), quam in conuentu Pragae habito Matthiae Auſtriaco, Hungariae Regi, exhibuere, eum pro Imperii Ciue agnouerunt, diſerte profeſſi: **Der König in Böhmen ſeye ein Stand des Reichs, der ſieben Chur-Fürſten einer, und des Röm. Kayſers Erbſchenck.** Et Imperator Carolus IV. in tabulis, quibus priuilegium Friderici II. auctoritate Caeſarea confirmauit, regnum Bohemiae profeſſus eſt eſſe nobilius S. Rom. Imperii membrum.

Manſerunt tamen Reges Bohemiae Cives Imperii.

(1) *Ex. 2. §. 12. Conf. D. Schweder part. ſpec. introduct. in ius publ. ſect. 2. c. 3. §. 7.* (2) *Tom. 2. addit. ad ius publ. c. 7. p. 124.*

§. IIX.

Caeterum ad vinculum Imperii ac Bohemiae regni muniendum nonnihil etiam valuit, quod Epiſcopi Bohemiae ac Morauiae, Moguntinae Metropolitanae Eccleſiae, cuius ſuffraganei fuerant, ſubducerentur. Cuius occaſionem verbis hiſce aperit Albertus Argentinenſis in Chronico A. MCCCXLVI. „Carolus, Marchio Mozauiae, in Curia (Papali Auenione) exiſtens, in odium „ Henrici Moguntini, Pragenſem Epiſcopum, ſubditum Moguntinenſi, pro„ moueri in Archiepiſcopum procurauit, & duos Epiſcopatus in Bohemia ſibi „ ſubiici, & a Moguntinenſis Eccleſiae ditione abſolui, & eidem Pragenſi ius „ coronandi Regem Bohemiae, quod antea habuit Moguntinus, concedi; iu„ rans, idioma Bohemicum a Germanico diſtinctum. De quo poſtea arguus

Caeterum in eo quoque vinculum nonnihil diminui coepit, quando Epiſcopus Pragenſis Eccleſiae Moguntinae Metro-

Digitized by Google

politanae sint inductus.

„ Ioannes Rex Bohemiae pater eius, Principibus Imperii, quod sine scitu eius „ factum esset, iurauit. „ Et THEODORICVS DE NEHEM, Episcopus Verdensis, *in Nemore Vnion. tract. 6.* postquam conquestus esset de Carolo IV. subiicit: „ Etiam in spiritualibus Episcopos tunc Boëmiae & Morauiae, Suffraganeos „ olim Moguntinensis Metropolis abinde per Clementem VI. Papam obtinuit „ separari, & exinde prouinciam in suo regno fieri singularem, & ius coro- „ nandi Regem Boëmiae, quod per prius ad Archiepiscopum Moguntinensem „ spectare conuenit, in Boëmiae tunc Archiepiscopum Pragensem transferri „ curauit.

§. IX.

Retro id confirmatum, regno Bohemiae ad Serenissimam Austriacam Domum deuoluto.

E contrario ingenti vinculo Bohemiae regnum cum Imperio Rom. Germ. coepit connecti quando felici & auspicato foedere sub mansuetudinem Austriacam concessit. Nimirum Albertus II. Dux Austriae, postea Imperator, ducta in matrimonium Elisabetha Sigismundi Imperatoris, qui simul Rex Bohemiae & Hungariae erat, filia, id primum acquisiuit, iure coniugis nixus & commendatione vltima soceri. De quo ita ANDREAS PRESBYTER RATISPONENSIS in Chronico Ducum Bauariae sub Sigismundo Imperatore: „ Omnia regna sua, ac alios „ Principatus vbicunque vnicae filiae suae, Dominae Elisabeth, eiusque marito „ Alberto Duci Austriae, ex testamento legauit, quamuis ius successionis suffe- „ cisset. Eiusdemque verba, quae eleuatis manibus & oculis lacrymosis coram „ omnibus astantibus ad Ambassiatores in regnum Bohemiae destinandos pro- „ tulit, huiusmodi fuisse memorantur; Fideles dilecti, imminere mihi video „ mortis periculum &c. Ideo vobis committo, & strictissime mando, vt non „ obstante morte mea, legationem vestram omnino perficiatis, rogetis & requi- „ ratis vniuersum regnum Bohemiae, vt filiam meam & filium admittant & sus- „ cipiant ad gubernacula & dominium regni, attentis iuribus haereditatis & „ successionis iuxta Bullam Auream, quam regnum desuper habuit, in qua ex- „ presse habetur, quod foeminae succedant sicut & filii. Et sic auus meus „ Rex Iohannes ad regnum peruenit Bohemiae & multi praedecessores sui. Si- „ militer & ego per filiam Regiam Vngariam obtinui. Attentis etiam inscri- „ ptionibus solennibus praestito pro se & haeredibus, & successoribus in pe- „ petuum seruare promiserunt: quemadmodum & literas reuersales omnium „ terrarum suarum in castro Karlstain vna cum Aurea Bulla reperietis. De qui- „ bus inscriptionibus bene tempore suo informabantur per istos nuncios filii „ mei, quos vobis adiungo. Attento etiam meo vltimo testamento eos auisan- „ do, quod si hoc fecerint, claram iustitiam fouebunt, regnum pacificabunt, „ nobis complacebunt, sibi & posteris suis benefacient, & erga totam Christia- „ nitatem honorem acquirent. „ Conferatur CVSPINIANVS (1) & DVBRAVIVS (2). Foedus etiam antiquum inter Bohemiae Reges & Austriae Duces, quod confraternitatis vocant, memorat MVTIVS (3), idque auctoritate Imperiali confirmatum, per quod alterutrius stirpi deficienti altera subrogaretur. Addatur renouatio pacti reciproci de successione Bohemica & Austriaca cum Alberto & Leopoldo Ducibus Austriae An. MCCCLXVI. apud GOLDASTVM (4). Post Ladislai, quem filium Albertus posthumum reliquerat, mortem, cum regnum aliquamdiu in-

ter

Digitized by Google

ter complures competitores fluctuasset, tandem Casimirus Rex Poloniae, cui soror Ladislai nupserat, id iure vxorio occupauit, ex cuius filio Vladislao Rege nata Anna, Regis Ludouici in Hungaria a Turcis caesi soror & haeres, marito suo Ferdinando Archiduci Austriae regnum Hungariae simul ac Bohemiae apportauit. Quae singulatim ex historiarum monumentis confirmauit GOLDASTVS (5). A cuius Ferdinandi stirpe successio in regnum illud ad hodiernum vsque tempus in Serenissima Archiducali Domo feliciter est propagata, idque magno Imperii bono, quando regnum illud, si apud exteros mansisset, haut dubie finibus Germaniae ac Imperii iam dudum excidisset.

(1) *In Caes. sub Sigismund. Imp.* (2) *L. 27. Hist. Boh.* (3). *L. 18. Chr. de rer. gest. Germaner.* (4) In denen Beylagen Zweyer Rechtl. Bedencken von der succeſſ. und Erbfolge in beeden Königreichen Hungarn und Böhmen *p.* 194. (5) *L. 6. Comment. de regn. Boh. c. 6. 7. 8. 9.*

SECTIO IV.

HISTORIAM COMPLECTENS NEXVS IMPERII ROMANO GERMANICI ET REGNI BOHEMIAE NVPER RENOVATI.

§. I.

Consultatio ea de re A. MDCX. CII. coepta, sed tum impedita.

QVantopere salus atque ornamenta Imperii curae cordique sint Augustissimo Imperatori Iosepho (cuius regimen Deus felix porro, prosperum, faustum atque fortunatum esse iubeat!) Is, praeter innumera alia exempla clarissimo documento anno proxime elapso declarauit. Fractum nonnihil aut saltem debilitatum Imperii Romano-Germanici ac Regni Bohemiae vinculum in praecedente sectione vidimus. At auspiciis Iosephinis factum est, vti illud redintegraretur. Iam anno superioris seculi supra nonagesimum secundo coeperat in Comitiis Imperii ea de re consultatio, idque occasione noni Electoratus, quanquam paulo post ob controuersias circa Electoratum huncce motas, illa interquieuerat. Prodiit tum scriptum in vernacula lingua, quod consuli potest.

§. II.

Placitum Imperii Statuum 30. Iul. A. MDCCIIX

Enimuero annus, quem nuper clausimus, vidit in iisdem Comitiis a non longa deliberatione exire placitum Imperii, cuius hic tenor est: Nachdem auch Ihro jetzt glorwürdigst regierende Kayserl. Majest. sich allergnädigst geäussert, daß Sie den, Ihro als König und Chur-Fürsten in Böhmen gebührenden Sitz und Stimm im Chur-Fürstl. Collegio zu desselben und des Heil. Röm. Reichs mehrerm splendor und Besten, bey allen ord- und extraordinari Zusammenkunfften, es seye auf Reichs- Deputations- Collegial- und andern Tägen, hinführo wiederum einnehmen, bekleiden und verführen zu lassen, allergnädigst gesinnet seyen; So ist ferner beschlossen worden, daß Ihro Kayserl. Majest. zu allergnädigstem Belieben und ꝛc. ꝛc. frey zu stellen seye, ob und wann sie, vermög Dero habenden indisputirlichen Rechts und Befügnuß, Ihren Böhmischen Sitz und Stimm, durch eine eigene, genug-

Digitized by Google

ſam bevollmächtigte Geſandſchafft bekleiden und in allen deliberationibus im Chur-Fürſtl. Collegio, bey ordinari und extraordinari Zuſammenkünfften, Reichs-Deputations-Collegial- und andern Tägen verführet, hingegen aber auch zu allen in Reichs- und Crayß oneribus & praeſtationibus publicis, auch andern Anlagen, für nun wenigſt einen Chur-Fürſtl. Anſchlag und 300. Cammer-Gulden zum Cammer-Gericht (ihren Priuilegiis fori doch unnachtheilig) übernehmen und in allen Anlagen bezahlen zu laſſen, wie weniger nicht allergnädigſt geruhen möchten, für ſich und Dero Böhmiſche Geſandte, auf Wahl-Reichs-Crayß-Deputations-Collegial- und andern Tägen auch Friedens und dergleichen Conuenten und Tractaten, wo ein König in Böheim als Chur-Fürſt, oder Dero Geſandte als Churfürſtl. in und auſſer Reichs concurriren, weder im Rang noch Ceremoniel vor andern Churfürſten oder Churfürſtl. Geſandten, ſich etwas voraus zu nehmen, noch den geringſten Vorzug zu praetendiren, ſondern in allem denen andern Churfürſten oder Dero Geſandten gleiches Tractament, Rang und Ceremoniel zu halten, zu geben und hinwiederum zu empfangen, wie dann auch von Ihro Kayſerl. Majeſt. als König in Böheim vor Dero Admiſſion ad Collegium Electorale, Ihro Churfürſtl. Gnaden zu Maynz einen ſchrifftlichen Revers unter Dero allerhöchſten Hand und Inſigel dahin auszuſtellen und zu extradiren wäre, daß S. Kayſerl. Majeſt. als König in Böheim, S. Churfürſtl. Gnaden und Succeſſoren am Chur-Fürſtenthumb und hohen Ertz-Stifft Maynz, weder jetzo noch in futurum zu ewigen Zeiten, das geringſte Nachtheil, ſo wenig in Dero, Ihrem hohen Ertz-Cancellariat allein competirenden Reichs- als im Churfürſtl. Collegio führenden Directorio, thun, Sich deſſen nicht anmaſſen, darin einmiſchen, oder Deroſelben vor oder eingreiffen, noch, daß es von denen Ihrigen geſchehe, geſtatten, oder auch durch Sich oder andere veranlaſſen wollen; Welchen Revers das geſamte Reich zu mehrer Ihro Churfürſtl. Gnaden und Dero Succeſſoren am Churfürſtenthumb und hohen Ertz-Stifft Maynz Verſicherung, durch eine abſonderliche Aſſecurations-Acte oder Declaration in gewöhnlicher Reichs-Fertigung zu agnoſciren, zu beobachten, und Sie dabey mit manuteniren hätte. Dagegen das geſamte Reich hierdurch beſchloſſen und verbindlichſt zugeſaget und verſprochen, Ihro Kayſerl. Majeſt. Cron und Königreich Böheim, ſambt allen demſelben incorporirten übrigen Landen, in des Reichs Schutz Schirm und Protection zu nehmen, und ſelbige, wie andere Reichs-Lande bey ſich ereignenden unverhofften Nothfällen, wider allen in auswärtigen unbilligen Gewalt, Inhalts der Executions-Ordnung und anderer heilſamen Reichs-Satzungen kräfftigſt zu ſchützen. Signatum Regenſpurg den 30. Junii, 1708.

(L.S.)

Churfürſtl. Maynz. Cantzley.

§. III.

Decretum S. Caeſar. Majeſt. 6. Sept. eiusdem Anni.

Placitum hocce paulo poſt S. C. Maieſtas ſpeciali decreto clementiſſime confirmauit, quod itidem κατὰ λέξιν heic ſubiungimus: Demnach die Röm. Kayſerl. Majeſt. unſer allergnädigſter Herr aus dem Ihro von des Heil. Röm. Reichs Churfürſten, Fürſten und Ständen hier anweſenden fürtrefflichen Räthen, Pottſchafften und Geſandten unterm 30ten Junii nechſthin erſtatteten allerunterthänigſten Gut-

Gutachten vernommen, welchergestalten unter Ihnen geschlossen worden, daß in die von weyland in GOtt ruhender Kayserl. Majest. Leopoldo glorwürdigsten Angedenckens dem von vielen seculis her berühmbten, und umb das Heil. Reich durch sehr ersprießliche Dienste hoch meritirten Hauß Braunschweig Lüneburg, Hannoverischer männlicher Linie, nach der Ordnung der Erstgeburth zugelegte und verliehene Churwürde zu willigen seye; So haben Sie nach dessen reiffer Erwegung an Dero geheimben Rath und höchstansehnlichen Principal Commissarium (Tit.) &c. &c. allergnädigst rescribirt, und der Reichs-Versamblung kund zu machen anbefohlen, daß Sie sothanes Gutachten in Kayserl. Gnaden approbiren und genehmhalten, mithin auch Ihres allerhöchsten Orts in oberwehnte Chur willigen, und darzu Ihre Kayserl. Authorität, Einwilligung und Bestättigung ertheilen, also und dergestalt, daß zuforderist und vor allem fest gestellt seye, und bleibe, daß gegen die Introduction dieser Braunschweigischen Chur obbenanter Linie in der Ordnung der Erstgeburth auf den Fall, wann aus dem Hauß Pfaltz, so wohl Rudolphinisch- als Wilhelminischer Linie kein Catholischer Churfürst wäre: Sondern selbige Chur an einen A. C. Verwanthen nach der in Electoratibus & Domo Palatina üblichen und ungekränckt bleibenden Ordnung und iure succedendi gefallen seyn, mithin in jetzgedachten Hause diese beede Fälle sich nach Verhängnüß GOttes würcklich zugetragen haben würde, die Hannoverische Chur-Linie aber noch stünde, alsdann den Catholischen ein votum supernumerarium verstattet, und krafft dieses würcklich in allerbester und kräfftigster Form Rechtens zugelegt seyn und bleiben, solches auch ohne einige Wider-Redt oder Hindernüß, wie die erdacht werden könte oder mögte, bey allen Reichs- und Wahl-Collegial-Deputations- und anderen Tägen oder Zusammenkünfften, wie die Catholische Churfürsten sich darüber miteinander weiters vergleichen, geführet werden, hingegen da man wegen der verlangten Substitution, worüber ferner zu berathschlagen, und darinnen, wo möglich, einen vergnüglichen Schluß zu fassen, ausbedungen, und vorbehalten bleibet, zur verhoffender Entschliessung kommen: oder auch obgedachte Hannoverische männliche Chur-Linie eher als in beyden Pfältzl. Rudolphinisch- und Wilhelminischen Linien die Catholische Churfürsten abgehen würden, oder sich auch zutrüge, daß entweder die Pfältzische Chur auf einen Catholischen künfftighin wiederum käme, oder die Braunschweig-Hannoverische Chur-Linie nach der Hand wieder abgienge, oberwehntes votum supernumerarium alsdann von selbsten cessiren und aufhören solle, und daß die Chur Braunschweig wegen aller Dero jetzt inhabenden Braunschweigischen Landen und deren Zugehörungen den Churfürsten Anschlag pro quanto Matriculari in allen Reichs- und Crayß- auch anderen praestationibus & oneribus publicis und sonsten zum Cammer-Gericht aber 300. Guld. zu Cammer-Zielleren jährlich übernehme, und auszahle, worüber wie Se. Churfürstl. Durchl. sich ohne Zweiffel willigst erklären werden, also werden auch Ihro Kayserl. Maj. gnädigst verfügen, daß Deroselben in dem Churfürstl. Collegio der behörige Sitz und Stimm ohne Verzug eingeraumbt werde. Daß übrigens Churfürsten und Stände das Ihrer Kayserl. Majest. als König in Böheimb und des Heil. Reichs Churfürsten zustehende *undisputirliche* Recht und Befügnus den Böhmischen Sitz und Stimm in allen *deliberationibus* im Churfürstl. *Collegio* bey *ordinari* und *extraordinari* Zusammenkünfften, Reichs-*Deputations*-*Collegial*- und anderen Tägen zu beglaiten und zu führen, einhellig erkennen, und dessen zu des Churfürstl. *Collegii* und gesambten Reichs mehreren *splendor* und Besten, nach Dero allergnädigsten

gnädigsten Belieben selbst oder durch genugsamb gevollmächtigte Gesandschafft sich zu gebrauchen, Ihro frey stellen, solches gereichet Deroselben zu besonderen dancknehmigen Gefallen; Und gleichwie Sie von nun an bey gegenwärtigem Reichs-Tag damit wiederum einen Anfang zu machen Vorhabens seynd, und zu dem Ende eine Gesandschafft anhero abgeordnet, also werden Sie in allen Reichs-Geschäfften ob dessen Gesätzen halten, seynd auch ferners erbiethig und declariren hiemit gnädigst, daß Sie wegen Dero Erb-Königreichs Böheimb und zugehöriger Landen nicht nur zu allen Reichs- und Crayß-*oneribus & praestationibus publicis* auch anderen Anlagen, fürdershin einen Churfürstlichen Anschlag, sondern auch zum Kayserl. Cammer-Gericht 300. Guld. auf die Maas und Weiß und mit der Befugnüs, wie andere Churfürsten übernehmen, und bezahlen lassen, auch auf Wahl-Reichs-Crayß-Deputations-Collegial- und anderen Tägen, ingleichem Friedens und dergleichen Conventen, wo ein König in Böheimb als Churfürst oder dessen Gesandte als Churfürstl. in- und ausser Reichs concurriren, sich weder im Rang noch ceremoniali vor anderen Churfürsten oder Churfürstl. Gesandten etwas voraus nehmen, noch den geringsten Vorzug praetendiren, sondern in allen denen anderen Churfürsten, oder Dero Gesandten gleiches Tractament, Rang und ceremonial halten, geben, und hinwiederumb empfangen wollen, wie Sie dann auch Ihrer Churfürstl. Gnaden zu Maynz den verlangten Revers zum Uberfluß allbereits desto williger aushändigen lassen, als weniger ein König von Böheimb Deroselben in dem Ihrem Ertz-Cancellariat allein competirenden Reichs oder auch im Churfürstl. Collegio führenden Directorio den geringsten Nachtheil oder Eingriff zu thun befugt ist, wohingegen Sie sowohl dem, in dem Reichs-Gutachten verbündlich zugesagten des Heil. Reichs Schutz, Schirm und Protection sich für Dero Cron und Königreich Böheimb, und allen demselben incorporirten Landen in allen unverhoffenden Nothfällen wider in- und auswärtige Gewalt gewiß und ungezweiffelt versprechen, als auch bedingen und reserviren, daß obiges alles im übrigen Dero Königreich Böheimb, Würde, Rechten, *Privilegiis fori*, und anderen Freyheit- und Gerechtsamben, auf keine Weiß nachtheilig- oder *praeiudicir*lich-sondern dieselbe sambt und sonders überall aufrecht und unverletzt seyn und bleiben sollen, welches dann obhöchstermeldt Ihro Hochfürstl. Eminentz der Churfürsten, Fürsten, und Ständen des Reichs, Räthen, Pottschafften und Gesandten hiemit nicht verhalten wollen, denen Sie mit freundlich geneigt und gnädigem Willen wohlbeygethan verbleiben. Signatum Regenspurg den 6ten Sept. 1708.

(L.S.) Johann Philipp *Cardinal* von Lamberg, Bischoff und Fürst zu Passau.

§. IV.

Antigraphum S. Caesareae Maiestatis Electori Moguntino exhib.

Et cum S.C. Maiestas propria sponte declarasset, Regem Bohemiae vt Electorem in classe Electorali, non vt Regem compariturum, & propterea eius renouatum ius (refrequentationem vocabant) Electori Moguntino eiusque Praesidatui fraudi haut fore, en ipsum antigraphum: Wir Ioseph &c. &c. bekennen offentlich, demnach Wir den Uns, als König zu Böheim und des Heil. Röm. Reichs Chur-

Churfürsten, gebührenden Sitz und Stimme im Churfürstl. Collegio zu dessen und des H. R. Röm. Reichs mehreren Splendor und Besten, bey allen ordinari und extraordinari Zusammenkünfften, es seye auf Reichs-Deputations-Collegial- oder anderen Tägen, hinführo wiederumben einzunehmen, bekleiden und verführen zu lassen, und zu solchem Ende einen eigenen Gesandten nacher Regensburg abzuschicken gnädigst gesinnet seyn; Von Uns aber Unseres lieben Neven, des Churfürsten zu Maynz, Liebden eine Versicherung verlangt, daß solches Ihro und Ihro Nachfolgern am Ertz-Stifft Maynz an Ihrem Directorial Recht ohne Præjuditz und Nachtheil seyn solle. So haben Wir Deroselben hierunter um so viel lieber willfahren wollen, als Wir sie bey sothanen Ihnen unstrittig zukommenden Rechten ehender zu vertheidigen, als im geringsten zu beeinträchtigen geneigt seynd. Erklären solchemnach und versichern für Uns und Unsere Nachkommen im Königreich Böheim, Seiner Liebden den Churfürsten von Maynz hiemit und in Krafft dieses Brieffs, daß Wir Deroselben und Ihren Successoren am Churfürstenthumb und Ertz-Stifft Maynz weder jetzo noch inskünfftig zu ewigen Zeiten das geringste Nachtheil, so wenig in Dero Ihrem Ertz-Cancellariat allein competirenden Reichs- als im Churfürstl. Collegio führenden Directorio thun, Uns dessen nicht anmassen, darin einmischen, oder Deroselben vor- oder eingreiffen, noch, daß es von denen Unsrigen geschehe, gestatten, oder auch durch Uns oder andere veranlassen wollen. Zu Urkund dieses Brieffs, besiegelt mit Unserem Kayser- und Königl. anhangenden gröffern Insigel, der geben ist in Unserer Stadt Wien den 14ten Monaths-Tag Augusti nach Christi ꝛc. ꝛc. im 1708ten Jahr ꝛc. ꝛc.

JOSEPH.

Wenceslaus Norbert Gl. Kinski, Regis Bohemiae supremus Cancellarius.
Iohann Wenzel Gl. Vratislau.

(L. S.)

Ad Mand. S. Caes. Regiaeque Maj. proprium.
Max. Franz von Deblin.

§. V.

Abhinc, quo abundantius prouisum esset Moguntino, ipsi quoque Status Imperii, peculiari scripto eidem cauerunt, quod itidem heic subiicimus. Als in allen dreyen Reichs-Collegiis vorkommen, daß, laut Innhalts des von Kayserl. Majest. ratificirten Reichs-Schlusses in puncto der Böhmischen Readmission, und Chur-Braunschweigischen Introduction, in das Churfürstl. Collegium, die Cron Böhmen den beliebten Revers Jh. Churfürstl. Gn. und deren Herren Successoren am Churfürstenthumb und hohen Ertz-Stifft Maynz extradiren solle, dieser auch bereits ausgehändiget worden, und nun auf die in gedachtem ratificirten Concluso Imperii zu errichten, und auszustellen habende Reichs-Assecurations-Acte, oder Declaration über gedachten Chur-Böhmischen Revers ankommen, dieses aber in förmliche Proposition und Deliberation gestellt, so ist nach der Sachen ferner reiffer Uberlegung beschlossen worden, daß folgende Assecurations-Acte, oder Declaration Jh. Churfürstl. Gnaden, und Dero Herren Successoren am Churfürstenthum, und hohen Ertz-Stifft Maynz, zu Ihrer allerseitig dermahlig- und künfftiger mehrerer Versicherung, Ihrer höchsten Ertz-Cancellariats, und davon dependirenden Reichs-Directorial-Gerechtsamen Eingangs gedachten Reichs-Schluß zufolge zu extradiren, und unter dem Churfürstl. Maynz. dermahlen gebräuchlichen Directorial-Insiegel zu fertigen seye, wie hernach folget:

Cautio ab Imperii Statibus Eidem firmata.

Digitized by Google

Reichs-Assecurations-Acte oder Declaration.

Nachdem von Ihro Kayserl. Majest. das Reichs-Gutachten vom 30ten Junii jüngsthin in der Böhmischen Readmissions- und Chur-Braunschweigischen Introductions-Sach ins Churfürstl. Collegium unterm 6ten Septembr. lauffenden Jahrs allergnädigst und dabey dieses Nomine tenus in vim Legis pragmaticæ mit ratificirt worden, daß Krafft dieses, von Jh. Kayserl. Maj. als König und Churfürst zu Böheim Jh. Churfürstl. Gnaden zu Mayntz den in dem obgedachten Reichs-Schluß angemerckten Königl. und Churfürstl. Böhmischen Revers unter Sr. Kayserl. Maj. Allerhöchsten Hand und Insiegel extradirt werden, die Cron Böheimb aber dadurch verbunden seyn solle, Jh. Churfürstl. Gnaden, und Ihren Herren Successoren am Churfürstenthumb und hohen Ertz-Stifft Mayntz, weder jetzt noch in futurum zu ewigen Zeiten das geringste Nachtheil so wenig in Dero, Ihrem hohen Ertz-Cancellariat allein competirenden Reichs- als im Churfürstl. Collegio führenden Directorio zu thun, sich dessen nicht anzumassen, darein nicht einzumischen, oder Deroselben vor- oder einzugreiffen, noch daß es von denen Ihrigen geschehe, zugestatten, oder auch durch sich oder andere zu veranlassen; Und dann dieser Revers nun auch unterm Dato Wien den 14ten Monaths-Tag Augusti obgedachten Jahrs würcklich Sr. Churfürstl. Gnaden zu Mayntz in originali extradirt worden: Als haben der Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs anwesende Räthe, Bottschafften und Gesandte, Nahmens Ihrer Herren Principalen, Committenten, und Oberen hierauf nach Innhalt, und in Krafft obangezogenen, von Kayserl. Maj. allergnädigst ratificirten Reichs-Schluß, durch gegenwärtige absonderliche, in jetztgemeldten Reichs-Schluß zugesagte, und auszustellen beschlossene Assecurations-Acte oder Declaration zu mehrerer Jh. Churfürstl. Gnaden, und Dero Herren Successoren am Churfürstenthumb, und hohen Ertz-Stifft Mayntz Versicherung obangezogenem Königl. und Churfürstl. Böhmischen extradirten Revers gleich von Jh. Kayserl. Maj. bereits obgemelter massen per Decretum Cæsareum ratificatorium geschehen, also nun auch von Reichs wegen verstandener massen, in allerkräfftigster Form Rechtens solennissime hiemit mit agnosciren, und mit beobachten wollen und sollen, auch Jh. Churfürstl. Gn. Dero Herren Successoren am Churfürstenthumb und Ertz-Stifft Mayntz dabey zu jeder Zeit kräfftig mit zu manuteniren sich verbunden, und solle sothane in vim Legis pragmaticæ, von Kayserl. Majestät, und dem Reich, durch oberwehnten Reichs-Schluß errichtete, und in selbigem fundirte Declaration hernächst per specialem paragraphum in den künfftigen Reichs-Abschied inserirt werden; Und ist diese Reichs-Declaration, von dem Churfürstl. Mayntzischen Reichs-Directorio, unter dem damahlig gebräuchigen Reichs-Directorial-Insiegel in Duplo gefertiget, denen Ständen des Reichs per Dict. publ. communicirt, das eine Original der Kayserl. Höchstansehnlichen Commission auch zugestellt, das andere aber ad acta Imperii, ad perpetuam rei memoriam zu reponiren verlangt worden, und dieses um Jh. Churfürstl. Gnaden, und Dero Herren Successoren am Churfürstenthumb und hohen Ertz-Stifft Mayntz zu allen Zeiten in Ihrem höchsten Ertz-Cancellariats-Gerechtsamen, und Churfürstl. Directorio in allen Orten und Zusammenkünfften desto besser, ausser allem Præjuditz, und von Reichs wegen sicher zu stellen. Wobey ferner beliebet und beschlossen worden, daß diese Reichs-Assecurations-Acte, oder Declaration, Jh. Kayserl. Maj. von Reichs wegen, mit dem allerunterthänigsten Ersuchen (wie hiemit beschichet)

Digitized by Google

schiehet) zu übergeben wäre, Sie allergnädigst geruhen mögten, darüber Dero Kayserl. Ratification zu mehrerer der Sachen, Jh. Churfürstl. Gnaden, und Deren Herren Successoren am Ertz-Stifft Versicherung allermildest zu ertheilen. Signatum Regenspurg den 7ten Septembr. 1708.

(L.S.) Churfürstl. Mayntzische Cantzley.

§. VI.

Caeterum quomodo Regis Bohemiae legatus cum legato Electoris Brunsuigo-Luneburgici in Senatum Electoralem introductus fuerit, sequentes literae docebunt. *Brevis historia introductionis legati Bohemici in Senatum Electoralem.*

Was massen die beyde Chur-Geschäffte am nechstverwichenen Freytag glücklich zum Ende gebracht worden, werden Ewer. E. aus demjenigen, was ich mit jüngsterer Montags-Post kürtzlich-gehorsamst berichtet, ersehen haben, und was ich bey diesem vollzogenen Actu damahls nur generaliter notiret, gibt folgendes in etwas genauer detail. Nachdem der Böhmische Gesandte, Herr Graf Kinski, am Mittwochen den 5 dieses all. hier angelanget, wurde solches von der Kayserl. Commission dem Chur-Mayntzischen Herrn Directori angezeigt, welcher, nachdem Er sich darauf mit Jh. Hochfürstl. Eminentz dem Herrn Cardinalen über den vorseyenden Actum und dessen præliminaria besprochen, Donnerstag den 6. dito die Churfürstl. Herren Gesandte zur Conferentz im Chur-Mayntzischen Quartier convocirt, bey welcher dann ein gewisser Modus und Ordnung verglichen worden, wie man die Sache auf folgenden Tag zu reguliren hätte: und als dieses abermahl per D. Directorem der Kayserl. Commission angebracht worden, wurde darauf alles veranstaltet, Tags darauf als den 7ten den Actum vorzunehmen, zugleich aber auch denen Herren Churfürstl. morgens frühe um 7. Uhren abermahl zur Conferentz im Chur-Mayntzischen Quartier, und dann denen übrigen beyden Collegiis um 9. Uhr zu gewöhnlichen Rath angesaget. Als nun die Herren Electorales über ein so anderes sich bey dieser Conferentz noch weiter besprochen, wurde gegen 10. Uhr durch den Böhmischen Legat. Secretarium der stipulirte Chur-Böhmische Revers in copia und benebenst die Vollmacht überbracht, welches gleich darauf auch von Chur-Hannover beobachtet worden; diesem vorgangen, fuhren DD. Electorales nach dem Rath, wo dann die gleichfals in dem Reichs-Schluß vom 30ten Junii bedungene Reichs-Assecurations-Acte zu Sicherstellung des Chur-Mayntzischen Reichs-Directorii und mit Agnoscirung obigen Reverses, durch die drey Reichs-Collegia per Re- & Correlatum passirt, und durch einen Reichs-Schluß bekräfftiget worden. Hiemit wurde die Zeit biß Nachmittags 3. Uhr, und ehe derselbe auf dem Rath-Hauß expedirt, biß 4. Uhr zugebracht, da dann der Herr Chur-Mayntzische Director denselben der Kayserl. Commission überbracht, und von dieser per Decretum Commissionis ratificirt worden: Gegen 6. Uhr Abends wurde dem Herrn Chur-Böhmischen Gesandten zu Rath angesagt, welcher dann auch unter Bedienung des Herrn Cardinals Livree und Kutsche mit 6. Pferden bespannt erschienen, und weilen es nur eine refrequentatio Collegii gewesen, gieng Er gleich anderen Churfürstl. Gesandten in die Rath-Stuben und wurde nur ein paar Schritt weit Derselbe vom Herrn C. M. in der Rath-Stuben empfangen, und Ihm seine Stelle a latere dextro zwischen Chur-Mayntz und Chur Pfaltz angewiesen, und also in sessione solenni über die Introduction Chur-Braunschweig votiret; Nach Endigung dieser

ſer Deliberation wurde durch das Marſchall-Amt Chur-Braunſchweig ebenfals zu Rath angeſaget, welcher darauf gegen 8 Uhr in einer mit 6. Pferden beſpannten Kutſchen und zierlichem Aufzug erſchienen. Der Herr Chur-Mayntziſche empfieng Denſelben etliche Schritt auſſer dem Vor-Zimmer, und begleitete Ihn alſo in die Rath-Stuben, woſelbſt Er Ihm die letztere ſonſt von Chur-Pfaltz innen gehabte Stelle a latere ſiniſtro angewieſen, nach hanc inde vorgangenen curialien proponirte Chur-Maynz eine gewiſſe Materie und votirten die Herren Churfürſtl. in Ihrer Ordnung, und that Chur-Braunſchweig nach deſſen Endigung eine zierliche Rede, worauf ſie aufgeſtanden und in ordine ſich auf den Re- und Correlations-Saal verfüget, wo beyde Chur-Böhmiſch und Chur-Braunſchweig Herren Geſandte von denen Fürſtl. und Städtiſchen Abgeſandten die Gratulations-Complimenten empfangen und ſich muthin gegen 9. Uhr der Actus geendiget. Sambſtag und folgende Tage ſeyn die Viſiten und Reviſiten dem Chur-Böhmiſchen reſpective abgeſtattet, und iſt Er am Montag und geſtern wieder bey Rath erſchienen, wo über ein und andere Materie ferner deliberirt worden.

Womit ꝛc. Regenſpurg den 13. Sept. 1708.

D. S. L. H. G.

IOAN.

IOANNIS NICOLAI HERTII, ICTI, COMMENTATIONVM ATQVE OPVSCVLORVM

Voluminis Secundi

TOMVS SECVNDVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO
DE
ORIGINE ET PROGRESSV SPECIALIVM
ROMANO-GERMANICI IMPERII RERVMPVBLICARVM.

§. I.

Prologus. Instituti expositio.

DE argumento hoc qui agerent, non defuere Viri etiam eruditi. Verum in pleriſque deſideres, eos temporum periodos non ſatis accurate diſtinxiſſe, nec ad fontes ipſos ſe contuliſſe, ſed qui mos eſt complurium, ius publicum, quod vocant, tractantium in vulgaribus traditionibus ſubſtitiſſe. Quibus incommodis vt mederemur, libuit ab ipſis vſque primordiis rem repetere, & fontes ipſos, hoc eſt, ſcriptores cuique tempori aequales ac proprios adire: adhaec vt euitetur confuſio, in certas epochas tractationem partiri. H. CONRINGIVS (1) ſpem libri ſingularis de origine & progreſſu potentiae Principum German. nobis fecerat. *Ego tamen fortaſſis*, inquit, *alias ſingulari libro iſtud agam: dicturus, ſi licuerit, quae prima fuerit Principum origo, quae cauſa & regiae potentiae (parua enim & nonnihil imperfecta regna ſunt Principatus) pariterque numeri eorum, quidnam aliquamdiu viribus illis obſtiterit, vel etiamnum alicubi eas remoretur, ſed & quae fuerit ante bellum nuperum, quaeue nunc ſit Principum conditio; non parum enim illa interea quoque mutauit, & quantum arbitror mutabit porro.* Verum libri huius expectatio morte Viri tanti taliumque rerum ſcientiſſimi haut dubie intercidit. Nos igitur quid hac in re poſſimus, pro virili conabimur, modo illud monuerimus, pleniorem vberioremue tractationem temporibus aliis reſeruatum iri.

(1) *Ad part. 3.* LAMPAD. *c. 5. pr.*

Digitized by Google

§. II.

Praemittitur disquisitio, functiones Ducum & Comitum a Romanis, an a veteribus Germanis profectae fuerint.

Quid specialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum nomine nobis heic veniat, quidue sub illo complectamur, alibi dictum est (1) Sub Francorum regno, quod primum in parte Germaniae consedit, & hinc Gallias, & Germaniam cum magna Italiae parte sub potestatem suam redegit, statim a prima fere origine audita sunt Ducum & Comitum siue Grauionum vocabula. Vbi inter eruditos quaestio est, functiones illae eaue dignitatum nomina ab antiquis Germanis, an a Romanis profecta sint? Prius plerique (2) etiam Hermannvs Conringivs (3), posterius Hieronymvs Bignonivs (4), Andreas Althamervs (5), & pauci alii asseruerunt. Nos existimamus, Latina Ducum & Comitum a Romanis sumpta esse, Germanica Hertzogen, Fürsten & Graffen ex vsu veterum Germanorum, quantum coniectura assequi possumus, remansisse. Etenim qui antea in prouinciis Praesidum, Proconsulum aut simili vocabulo dicti, declinantis Romani Imperii temporibus Duces appellari coeperunt & Comites. Duces in prouinciis bellicae rei vacabant, Comites etiam iuri dicundo praeerant. Duces prouinciarum fuisse liquet ex *l. 66. C. Theodosiani de cursu publico. l. vnic. C. de Comitib. & Tribun. Scholar. l. ult. C. Theod. de Comitibus rei militar.* Hinc Dux Aegypti, Armeniae, Lybiae, Mesopotamiae, Osdroenae, Rheni, Sardiniae, quorum mentio fit in vtroque Codice, locis a Barnaba Brissonio *l. IV. de Verb. Signif.* adductis. Eosdem bellicae rei & exercitibus regendis praefuisse, testatur formula Ducatus Rhetiarum apud Cassiodor. *l. VII. Variar. formular.* &c. De Comitibus per prouincias constitutis est *l. 3. C. de offic. Rectoris Prouinc.* qui prouincias regunt *Rubric. C. de Comitibus, qui prouincias regunt.* Hinc in *l. 9. C. Theodosian. de re militari* est: *Tam Duces quam etiam Comites & quibus Rheni est mandata custodia.* Exercitum habuisse & prouinciam custodiuisse, & ciuilia negotia examinauisse, docemur ex Cassiodoro *l. 6. var. Formul. c. 22. 23. 24.* vbi eos quoque iudices vocat. Non dissimilis fere ratio fuit Ducum & Comitum apud Francos; nisi quod apud hos Duces non tantum exercitui praeessent, verum & ius dicerent, vt ostendit formula apud Marcvlphvm *l. 1. c. 8.* & ex Gregorio Tvronense planum est. Quod Comitum quoque officium fuit: hinc apud iam nominatum Gregorivm Iudices & Comites promiscue dicuntur; idemque *l. 7. c. 47.* se ipsum interpretatur: *Post haec edictum a Iudicibus datum est, vt qui in hac expeditione tardi fuerunt damnarentur. Biturigum quoque Comes misit pueros suos* &c. l. 8. c. 18. *Gundobaldus Comitatum Meldensem super Guerpinum competiit, ingressusque vrbem causarum actionem agere coepit.* Ne alia nunc testimonia adferamus. Quanquam Ducibus vt plurimum Comites subessent (6), vt mox dicemus, & fisci quoque rationes procurarent. Nam ita Gregorivs Tvronens. l. 6. c. 22. *Chilpericus Rex nouos Comites ordinat & cuncta iubet sibi vrbium tributa deferri:* & l. 10. c. 11. *Eunte autem Comite, vt debitum fisco seruitium solite deberet inferre.* In LL. Ripuariorum cap. 53. §. 1. est: *si quis iudicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit.* Quod munus quoque Rectori prouinciae adscribit Cassiodorvs *l. 6. c. 21.* A Romanis igitur, vt vicinis, & quia terras ab iis quondam insessas tenebant, postea institutum hocce Ducum & Comitum mutuati sunt Franci; ceu de quibus Agathias l. 1. de Imperio & rebus gestis Imperatoris Ivstiniani diserte

Digitized by Google

diſerte ſcripſit: *Et politia vt plurimum vtuntur Romana & legibus iisdem: eandem etiam contractuum & nuptiarum rationem & diuini Numinis cultum tenent.* Equidem Germani veteres etiam magiſtratus habebant, quibus Ducum nomen indiderunt Romani, cum ipſi Germani apellarent Hertzogen, & Ducibus erant ſui comites. Enimuero Duces illi non moderabantur prouincias, ſed exercitui vel vnius vel plurium Ciuitatum praeerant, & ex virtute ſumebantur, teſte TACITO *de morib. German. c.* 7. adeoque bello poſito pari cum caeteris civibus conditione futuri. Hos qui comitabantur, maxime in praeliis, comites dicti. V. idem TACITVS *d. libro c.* 1. & 14. Qui autem per pagos vicosque ius reddebant, Principes vocitati a Romanis, eodem TACITO auctore *d. c.* 13. illos Germani vel Vorſten a praeſidendo, vel Grauen, vnde Barbaro-latinum Graviones (7), quaſi Grauen, hoc eſt, canis aſperſos dixiſſe videntur: quoniam haut dubie ſeniores ex populo ad hoc munus delecti. Quos vero Principes illi habuerunt Aſſeſſores, Comites itidem a Romanis nuncupatos, (Nam ita TACITVS *d. c.* 13. *Centum ſingulis Principibus ex plebe comites conſilium ſimul & auctoritas adſunt.* Vbi FRIDER. BRVMMERVS doctiſſima diſſertatione de Scabinis *pro centum* rectius legit *certi.*) Germani Schäffen, vnde Scabinorum nomen ſequior & barbara aetas fecit, a creando inſigniuerunt (8).

(1) Diſſertat. peculiari in Tomo 2. Vol. 1. Commentat. atque opuſculor. (2) VDALRICVS ZASIVS *in Commentar. ad vſus feudal.* & SPIGELIVS *ad l.* 1. *Ligurin. Guntheri p.* 277. vlterius progreſſi ſunt dicentes, qui libr. XII. Cod. Comites appellantur, vſurpationem Imperatorum fuiſſe ex Germanorum vſibus. (3) *Exercitat. de Ducibus & Comit.* (4) *Ad l.* 1. *formul. Marculph.* 8. (5) *Ad* TACITI *German. c.* 6. *Adde* BESOLD. *Diſſertat. de Comit. & Baron.* §. 1. (6) Diximus vt plurimum, aliquando enim Comites erant ſine Duce. In appendice FREDEGARII c. 78. de temporibus Dagoberti eſt: *Exceptis Comitibus plurimis, qui Duces ſupra ſe non habebant.* In geſtis Dagoberti l. 1. c. 36. apud DV CHESNE Tom. 1. p. 583. refertur: *decem Duces cum exercitibus miſſos praeter Comites plurimos, qui Ducem ſupra ſe non habebant.* (7) PAVLVS WARNEFRID. l. 3. hiſt. Langobard. c. 31. *Dum Dux eſſet in Tridentina Ciuitate cum Comimite Boioariorum, illi Grauionem dicunt, qui Bazanum & reliqua caſtella regebant, conflixit.* Errat igitur CORDEMOY *hiſtoire de France ſub Dagoberto ad A.* 648. Graſiones a Comitibus diſtinguens. *Il y avoit auſſi des Juges pour les affaires qui regardoient le fiſque: on les appelloit Graſions.* Sane Comites etiam fiſci curam habuiſſe, ante oſtendimus. (8) Diſſertatio de conſult. LL. & iudic. in ſpecial. Germ. Imp. rebusp. §. 16. in not.

§. III.

Statuitur PRIMA EPOCHA *Ducum & Comitum, vt & Epiſcoporum, ſub Regibus Francorum Merouingicae ſtirpis.*

Ceterum cum non eadem ſemper in Francorum regno Ducum & Comitum fuerit conditio, duas epochas ſtatuemus. Prima eſt ſub Regibus ſtirpis Merouingicae, ſiue Regno Merwungorum, vti vocatur *in praefatione LL. Ripuariorum, Alamannorum & Baiuuariorum*, quas Dagobertus II. Francorum Rex inſtauravit. Penes Reges hoſce ſumma rerum haut dubie fuit, vtut Primatum (quales erant Epiſcopi, Duces, Comites) qui in placitis, vt vocabant, publicis audiebantur, auctoritate temperata. Poteſtatis regiae inſigne teſtimonium praebet GREGORIVS TVRONENSIS *l.* 5. *hiſtor. c.* 19. memorans, ſe a Chilperico Rege increpitum, eidem reſpondiſſe: *Si quis de nobis, o Rex, iuſtitiae tramitem tranſcendere volucrit, a te corrigi poteſt: ſi vero tu exceſſeris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, ſed ſi volueris audis: ſi autem nolueris, quis te condemnabit, niſi is qui ſe pronunciauit eſſe iuſtitiam?* Reges hoſce Duces & Comites conſtituiſſe,

Digitized by Google

infinita habemus exempla; nec desunt alia horum vel remotorum, vel etiam ad mortem condemnatorum. V. GREGORIVM TVRONENS. *l.* 4. *c.* 13. de Firmino Arvernae Comite: *l.* 5. *c.* 48. de Leudaste Comite Turonense: *l.* 8. *c.* 18. de Nicetio itidem Aruernae Comite, & alibi. Apud eundem GREGORIVM crebro verba haec leguntur: *ex Praefecto*, *ex Duce*, *ex Comite*, *ex Vicario* (1). Ab iisdem Regibus Episcopos constitutos, complura euincunt exempla apud saepe laudatum GREGORIVM, quae ex eo & aliis adduxerunt HIERONYMVS BIGNONIVS (2), STEPHANVS BALVZIVS (3). DE LATROQVE (4), H. CONRINGIVS (5), & alii. Memorabile inprimis exemplum est apud eundem GREGORIVM *l.* 4. *histor. c.* 26. de Emerio, Episcopo Vrbis Sanctionicae, quem Leontius Archiepiscopus cum Episcopis suis, quod non canonice eo honore donatus fuisset, deiicere ausus fuerat; quod Charibertum Regem adeo grauiter offendit, vt iuberet Presbyterum, qui decretum illius pertulerat, a conspectu suo remoueri, plaustro spinis suppleto imponi, & in exilium protrudi, mitteretque non tantum Viros religiosos, qui pristinae dignitati Emerium restituerent, sed & Camerarios, qui Leontium mille aureis, reliquos Episcopos pro facultatibus multarent. Nec minus insigne exemplum est de Catone, qui Episcopatum Turonensem ambiuerat, *l.* 4. *histor. c.* 15. & *l.* 9. *c.* 23. est: *Referendarium cum consensu horum regalis decreuit auctoritas fieri sacerdotem:* id est Viridunensem Episcopum. De Chramlino, Episcopatu Aebreduno auspiciis Theodorici Regis deiecto, exemplum habes, quod ipse Theodoricus narrat apud MABILLONIVM (6). Add. GREGORIVM *l.* 1. *c.* 31. & 45. *in fine.* Equidem Episcopi subinde in synodis, praesertim Parisiensi, tempore Childeberti Regis A. 557. habita, contra machinati sunt, sed nihil eos effeciisse, tot exempla sunt in propatulo, & recte HADRIANVS VALESIVS (7) scripsit: *Licet Episcopi a Clero & Populo eligi, deinde a Rege probari consueuissent, saepe Reges Francorum, non expectatis Clericorum oppidanorumque suffragiis, per Antistitem elegisse, ac ordinandum curauisse.*

(1) V. ANT. DADIN. ALTESERRAM *de Ducibus & Comit. Prouincial. Gall. l.* 1. *c.* 5. (2) *In not. ad Marculf. l.* 1. *c.* 5. *p.* 884. (3) *In not. ad tom.* 1. *Capitular. p.* 1012. (4) *Traité de la regale c.* 1. *&* 2. (5) *Exercitat. de constitut. Episcopor.* §. 21. *seqq.* (6) *L.* 4. *de re diplomatic. c.* 89. (7) *L.* 14. *Rerum Francic. ad A.* 788. *p.* 369.

§. IV.

Demonstratur, Ducum potestatem posterioribus temporibus magnam fuisse, & hereditariam factam.

Potestas Ducum initio nonnisi fiduciaria fuit; at facile quis crediderit, spiritus eis creuisse & simul potentiam, postquam plures vni Comitatus subiici coeperunt, vsque adeo, vt AIMOINVS *l.* 4. *histor. c.* 4. *ad A.* 748. scripserit: Pippinum Grifonem, Ducum more, duodecim Comitatibus donasse. Quod tamen, quicquid P. PITHOEVS (1) dixerit, perpetuum haut fuisse, multa exempla euincunt apud GREGORIVM TVRONENSEM, vt *l.* 2. *c.* 20. de Eorico Gothorum Rege, Victorium Ducem super septem ciuitates praeponente: *l.* 8. *c.* 8. 10. de Nicetio in vrbe Aruerna, Ruthena atque Vretica Duce ordinato, & *eiusdem libri c.* 26. de Ennodio Turonicis atque Pictauis Duce dato. In fragmento Chronici Ilminensis, quod extat *tom. IV.* CANISII *antiquar. lection.* Principi Noricorum nouem Comitatus Pippini tempore in Bauaria subfuisse memoratur. Nec negandum, quosdam Ducum maiori vsos potestate. Ita a Regibus Francorum

Digitized by Google

corum Baioariis fuit conceſſum, vt, quem ex Agilofingis (2) (qui ab Agilofo quodam veteri Baioariorum Duce vel Rege deducebant genus) fidelem ſibi ac prudentem intelligerent, populus Boioariorum eligere poſſet, Rex auctor fieret, vt ex LL. Baioariorum diſcimus. Hinc Garibaldum & Taſſilonem, qui Duces Baioariorum erant, Reges appellat PAVLVS WARNEFRIDVS *l.* 3. *de geſtis Langobardor. c.* 10. & *c.* 31. *l.* 4. *c.* 7. & poſt hunc AIMOINVS & SIGEBERTVS. Quanquam idem PAVLVS Taſſilonem Ducem Baioariorum vt & Theodebertum vocet rectius; quoniam cum poſtea Odilo Baioariae Dux regium nomen aſſumeret, Pippinus & Carolomannus bello eum inuaſere, id quod factum Anno 743. In ſupradictis Legibus etiam reperitur, ſi quis Ducem occidere voluiſſet, aut hoſtes in prouinciam opidumue aliquod prouinciae inuitauiſſet, ei conuicto vitam & fortunas eripiendi Ducem habuiſſe poteſtatem. Epiſcopum, quem Rex conſtituiſſet, apud Regem vel apud Ducem reum poſtulari conſueuiſſe. Si Duci, qui nec ſurdus nec coecus eſſet, quique adhuc exercitum ducere & a Rege imperata facere poteſt, filius per ſuperbiam & ſtultitiam regnum, hoc eſt Ducatum, adimere voluiſſet, paterna hereditate eum excluſum fuiſſe, nihil aliud habiturum, quam quod miſericordia Rex aut pater ei dediſſet, ambos eundem in exſilium mittendi poteſtatem habuiſſe, ita vt ſi patri ſuperſtes vixiſſet, a fratribus ſua parte priuaretur: ſin fratres non haberet, aut ipſi aut cuilibet alii Ducatum conferre Regi liceret. Quae omnia poteſtatem ſolito maiorem arguunt. Mirum vt adeo non ſit, titulum *illuſtris*, quo Carolus M. vſus fuit, in dictis LL. & diplomate apud WOLFG. LAZIVM (3) a Taſſilone Baioariorum Duce vſurpatum. Ex LL. Alamannicis diſcimus, Ducem Alamannorum Dominum, Aulam *Ducis curtem* Ducis ſeu chortem, eodem quo palatium Regis nomine, appellari: Ducatum pertinere ad filium, qui rebellis non eſſet, & neminī praeterquam ei, qui a Duce iudex fuiſſet conſtitutus, ius dicere permitti. Britannos quoque domeſticis Regulis magis, quam Francorum Regibus paruiſſe, notauit PITHOEVS (4). At declinante Merouingica domo, cum Carolus Maior domus Principatum Francorum, velut hereditario ſibi iure debitum, armis repeteret reciperetque, nationum Francicae ditionis Duces idem ſibi licere ſunt arbitrati. Igitur, vt de caeteris taceamus, Eudoni Aquitanorum Duci filius nepoſque alter poſt alterum ſucceſſere (5): tumque primum, quod a nemine obſeruatum iure miratur Vir doctiſſimus HADRIANVS VALESIVS (6), Praefecturae non perpetuae tantum, verum etiam haereditariae eſſe atque in Principatus mutari coeperunt. Iam antea Maiores Domus *ad dignitatem, modica a ſublimitate regia differentem*, vt auctor Vitae Pippini circa tempora Dagoberti I. & filii huius Dagoberti loquitur (7), aſcenderunt. Cuius incrementi cauſa fuit primum, quod ab Optimatibus eligerentur, accedente licet Regis iuſſione & conſenſu, vt CAROLVS CANGIVS (8) probat: Deinde quod Clotharius, ſi credimus AIMOINO *l.* 4. *c.* 6. Maiori domus ſacramentum dediſſet, ne cuncto quo viueret tempore ſucceſſorem acciperet: Reges denique ipſi vel ob aetatem rebus gerendis impares eſſent (nam omnes fere a Clodoueo II. Dagoberti filio vſque ad Childericum Reges, partim pueri, partim adoleſcentes; quos aetas iniuriae opportunos, prudentiae expertes ac aliena opera indigentes reddebat) vel ſponte ſua vel educationis vitio, in torporem ſe darent. Quodi nimium exaggerant

Carolin-

Carolingici aeui ſcriptores, vt ſecundae ſtirpis Regibus colorem iuris inde accerſerent. Quam in rem pluribus diſſeruit CAROLVS LE COINTE (9). Quo factum, cum ſummam domi foriſque poteſtatem haberent, vt vltimis temporibus non tantum Carolus Martellus Praefecturam ſuam, quam a patre Pippino Heriſtallio hereditario iure acceperat, in filios diuideret, Carolomannum dico & Pippinum; ſed & hic, obſtetricante Pontifice Romano, abdicato Childerico Rege & in monaſterium detruſo, regiam dignitatem ad ſe poſterosque ſuos transferret.

(1) *L.* 1. *Aduerar.* 8. Aduerſus quem diſputant ANTON. DADINVS ALTESERRA *l.* 1. *de Ducib. & Comitib. Prouinc. Gall. c.* 4. & IOANN. ISAAC. PONTANVS *l.* 6. *origin. Francor. c.* 13. (2) *Gentem Nobilem Aiglolfingam* vocat FREDEGARIVS in Chronico. (3) *L.* 7. *de migrat. gent.* (4) *In obſeruat. de Comitib. Palatinis.* Conferri meretur inſignis digreſſio HADRIANI VALESII *l.* 6. *Rerum Francic. p.* 282. *ſequ.* (5) v. plur. laudatus ALTESERRA *l.* 7. *Rer. Aquitanic. c.* 7. 9. 11. 13. (6) *L.* 25. *Rerum Francicar. ad A.* 741. *p.* 536. (7) *Apud* DV CHESNE *tom.* 1. *ſcriptor. Franciae p.* 594. (8) *Gloſſar. Voce Maior Domus.* (9) *Tom.* 4. *Ann. Eccleſ.*

§. V.

SECVNDA EPOCHA *ſub Regibus Francorum ſtirpis Carolingicae. Vbi quae regiae poteſtatis, quae Ducum, Comitum, Epiſcoporum & Abbatum fuerit conditio, oſtenditur.*

Patris Pippini fortunam, quae ſecunda eſt epocha, excepit Carolus M. monarchiam ad incomparabile educens faſtigium. *Hic* (verba fere ſunt BOECLERI (1)) *ſuis auſpiciis ſupremoque arbitrio leges tulit, priuilegia dedit, ius dixit, bella ſuſcepit & depoſuit, foedera iniuit, legatos miſit & recepit. Neque enim locus occurrit, vnde conſtet auctoritatem concilii, quod ſaepe quotannuis vicibus ſolenniter cogebatur, plusquam conſiliarium fuiſſe.* Apud Francos ſane in conuentibus hiſce, qui ex Optimatibus, Regi ſingulariter obnoxiis, puta Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, conſtabant, Rex proponebat deliberanda, & quam vellet ſententiam praeferebat: Nam ita HINCMARVS *ep.* 3. *c.* 34. Optimates deliberaſſe, *donec res ſingulae ad effectum perductae glorioſi Principis auctoritate in ſacris eius obtutibus exponerentur, & quicquid data a Deo ſapientia eius eligeret, omnes ſequerentur.* Vt adeo deliberatio in conuentibus Procerum ſiue placitis, vt vocabantur, tantum regiae poteſtatis temperamentum fuerit, citra communicationem iurium imperii, quod ſaepius fieri Ciuilis prudentiae magiſtri nos docent. Praeterea in magiſtratibus mandandis prudentem obſeruauit rationem Carolus. Maiores domus ſuſtulit, Comitem Palatii reliquit, neque enim idem, vt putauit CAROLVS CANGIVS *gloſſar. voce Maior domus*, ſub Merouingis Maior domus & palatii Comes (2)) eique tantum minoris momenti lites in aulam delatas dirimere permiſit. Magnos & formidandarum opum Ducatus fregit (3), nonniſi vnum vni Comitatui & plerumque Pago (4) (nam vniuerſum Franciae regnum in Pagos ſiue Gaw (5) deſcriptum erat) Comitem praeficiens, interioribus quidem Comites ſimpliciter ſic dictos, limitaneis Marchiones (6), vt appellantur in Capitulari Caroli M. Anni incerti quarto c. 5. dicti etiam Cuſtodes limitum, Comites limitum, Comites Marcae (7). Ex quibus alii maiores (8), qui in *l.* 5. *Capitular.* 207. fortiores appellantur, alii minores. Horum ſingulorum officium erat (10), munia, quae ad Duces antea ſpectabant, exſequi, (vnde ſaepenumero obſerues, nomina Ducum & Comitum hac aetate miſceri) iurisdictionem & mixtum merumque imperium, aſſidentibus Scabinis, exercere. A latere Comitum Epiſcopos, ſibi vt inuicem adiutores eſſent, collocauit, conceſſa eis in Abbates & Clericos quoscunque

Parrochiae

Digitized by Google

Parrochiae ſuae iudicandi facultate; ſed & eorum mores iam ſeculum olentes opportune correxit (10), & quo ſacris diligentius vacarent, Aduocatos, homines vtique profanos, eis appoſuit, qui bonorum eccleſiaſticorum curam gererent, nomine Epiſcoporum & Abbatum in iudiciis compararent, actionem omnem perſequerentur, & iusiurandum, ſi quando res exigeret, praeſtarent, vt pluribus probat CAROLVS CANGIVS *Voce Aduocatus.* Cui adde exemplum litis inter Archiepiſcopum Treuirenſem Abbatemque Prumienſem ventilatae coram Carolo M. pro Cella S. Goaris apud WANDALBERTVM *in libro de miraculis ipſius Sancti*: vbi Prumienſis Coenobii Aduocatum Ratbertum appellat Cauſidicum Monaſterii. Nec omittendum, duellorum ab Aduocatis in cauſis Monaſterii ſuſceptorum exempla extare non pauca, quae conſignauit MABILLONIVS (11). Equidem Carolus M. nonnulla iura imperii, quae regalia vocamus hodie, Epiſcopis quibusdam conceſſit, vt cudendi nummos, quod laudatus MABILLONIVS (12) exemplo Cenomanenſis Epiſcopi probauit, & ius iudiciorum, quod Epiſcopo Oſnabrugenſi Wihoni in homines illius Eccleſiae dedit Carolus M. in charta Anno DCCCIII. quam ex autographo deſcriptam Monumentis Paderbornenſibus attexendam curauit immortalis memoriae Epiſcopus Ferdinandus, *confirmans eidem omne regale & ſeculare iudicium ſuper ſuos ſeruos & liddones & liberos malman & mundman & omnes vtriusque ſexus homines eidem Eccleſiae pertinentes, quos modo poſſidet, vel deinceps acquiſierit, & perpetuam de regia poteſtate abſolutionem.* Verum exempla huiusmodi rariora ſunt: ſuperioritatem autem territorialem a Carolo M. Epiſcopis datam eſſe, nullo idoneo argumento hactenus potuit demonſtrari (13), & recte negant REINER. REINECCIVS (14) & H. GROTIVS (15) Praeterea CAROLVS M. crebro per prouincias mittebat legatos (Miſſi Regii ſeu Dominici *vocabantur*; quos cum Tribunis & Notariis in Imperio Romano comparat IACOB. GOTHOFREDVS (16)) qui in Miſſatico (17) (hoc eſt, locis ad quae miſſi erant) in Epiſcoporum, Abbatum, Comitum adminiſtrationem inquirerent, geſtorum omiſſorumue rationes exigerent; conuentus iuridicos per prouincias agerent; ſatisfacerent deſideriis & querelis Prouincialium, praeſertim vero viduarum & pupillorum; denique procurarent & expedirent omnia quae poſſent; reliqua, quibus componendis pares non eſſent, remitterent ad Regem, & coram de ſingulis ex fide referrent. Caeterum munia haec, accepto ſacramento, ſolus Imperator conferebat (18), cui proinde neque materia ad liberalitatem deerat, neque homines qui promererentur. Quippe alii diuturno obſequio Epiſcopatus opimaque ſacerdotia in aula venabantur: alii aſpirabant ad Comitatus, Praefecturas & eiusmodi beneficia, quae abunde vacua in tanto Imperio ſine iactura aerarii ſiue virtutem remunerabantur, ſiue obſequia tacite alliciebant. Falluntur enim, qui putant Carolum M. Ducatus & Comitatus hereditarios feciſſe (19). Magis errant (20) qui eidem *αὐτοκρατίας* ſiue ſuperioritatis territorialis Ducum & Comitum initia accepta ferunt; cum vtrunque ſerius & quidem paulatim contigiſſe certum ſit.

(1) De reb. ſecul. Caroli M. (2) GREGORIVS TVRONENSIS *l. 9. hiſtoriar. c. 30.* diſtinguit Florentianum Maiorem domus regiae a Romulfo palatii Comite, qualis etiam fuit Tradulfus, vt idem memorat *d. l. 9. c. 12.* Chlodouei II. Praefectos palatii duos alterum poſt alterum, Aegam & Archinoaldum, & Comites Palatii Bertharium & Rigobertum fuiſſe, obſeruauit HADRIAN. VALESIVS *l. 20. Rer. Francicar. ad A. 654.* (3) Vnus ſub eo in Germania memoratur Taſſilo, Baioariae Dux, quem prius fiduciaria lege non ſemel obligatum, vltimum in

Digitized by Google

gratiam ſoceri ſui Deſiderii Longobardorum Regis rebellem, & cum Hunnis conſpirantem, propterea maieſtatis iudicio damnatum in monaſterium detruſit. V. Annales EGINHARDI, Metenſes, Nazarian. & alii ad A. 788. (4) MONACHVS SANGALLENSIS l. 1. de geſtis Caroli M. c. 14. *Nulli Comitum, niſi qui in confinio vel termino Barbarorum conſtituti erant, plus quam vnum Comitatum aliquando conceſſit. Nulli Epiſcoporum Abbatias vel Eccleſias, ad ius regium pertinentes, niſi ex certiſſimis cauſis, vnquam permiſit. Cumque a Conſiliariis ſuis ſiue a familiaribus interrogaretur, cur ita faceret, reſpondit: cum illo fiſco vel curte illa in Abbatiola vel eccleſia tam bonum & meliorem vaſallum, quam iſte Comes eſt vel Epiſcopus, fidelem mihi acquiro vel facio.* (5) In verſione Euangeliorum Gothica antiquiſſima, ex argenteo Codice a Franciſco Iunio primum vulgata, χώρα *Luc. IIX.* 25. vertitur *Gavvi.* Superat adhuc hodie vſus vocabuli. Ita dicimus Wormsgau/ Speirgau: Vnde poſtea facti Gratii. De Pagis hiſce poſt MEIBOMIVM, FREHERVM & VALESIVM, nuper ſingularem librum edidit Vir Cl. FRANCISC. PAVLINI. (6) Falſus enim eſt CRANTZIVS 3. *Vandal.* 10. & *I. Saxon.* 9. veteribus id vocabuli incognitum, & demum ſub Henrico Aucupe ortum ſcribens. Peius errat GVIDO PANCIROLL. l. *Var. Lect.* 5. ante libros feudorum id nomen reperiri negans. GEORGIVS SABINVS *libello de appellatione, ſitu, moribus ac populis March. Brandenburg.* deduxit a Nomarchiis, quae Graecis denotabant prouinciam; vnde prima ſyllaba ablata haut dubie natum ſit vocabulum Marchia. Addit primum omnium Henricum Aucupem prouincias Germaniae in Marchias deſcripſiſſe. Verum vt hoc veritati hiſtoricae repugnat, ita illud longe alienum eſt, cur enim non omnes Comites Nomarchae fuiſſent dicti? (7) Quod exemplo Comitis Aruernorum illuſtrat Steph. Baluzius *in notis ad Tom. I. Capitular. p.* 1211. (8) V. EGINHARD. Annal. ad A. 822. ad A. 826. Auctor vitae Ludouici A. 822. 829. (9) *Comes illius loci iuſſor*, eſt in Charta A. 974. *l.* 2. *Antiqu. Fuldenſ. p.* 570. (10) Inprimis ne expeditionibus bellicis intereſſent. V. Capitular. octauum A. DCCCIII. apud BALVZIVM *Tom. I. Capitul.* vbi populus Francorum in ſupplice libello ad Carolum teſtatur, ſe vidiſſe quosdam Epiſcopos in hoſtibus & praeliis vulneratos & quosdam periiſſe. Adde Capitular. Caroli M. primum A. DCCLXIX. c. I. iuncto *l. 6. Capitular.* 61. & *l.* 7. *c.* 123. Abnepotem Epiſcopum, virum ſecularis conuerſationis, duxiſſe exercitum Francorum in Sueuos Anno 712. memorat Ado Viennenſis & breue Chronicon Francorum *Tom. 3. ſcriptor. Francicor.* V. & CAROL. CANGIVM *gloſſar. voce hoſtis & exercitus Epiſcoporum.* (11) Secul. 3. Act. Ord. S. Benedicti parte 1. n. 112. (12) L. 3. de re diplomatic. c. 1. §. 6. (13) Adferri quidem ſolet exemplum S. Burchardi, Epiſcopi Würzburgenſis, cui & ſucceſſoribus Rex Pippinus Anno 752. Ducatum Francorum orientalium contulerit cum poteſtate in eo iudicium ordinandi & iudicandi ſecundum legem & conſuetudinem Francorum, confirmante id Carolo M. vt refert TRITHEMIVS *I. Annal. p.* 27. & *de origin. Francor. p.* 96. quem iuniorum plerique ſequuntur. Verum cum ſcriptores σύγχρονοι, praeſertim vitae S. Burchardi, de re adeo memorabili taceant, merito de iſta traditione dubites. V. BARON. *Annal. ad A.* 748. *n.* 1. Accedit, nonniſi diu poſt ſecutis temporibus Epiſcopos Principatum ſuum in Franconia amplificaſſe, praeſertim cum vltimus Dux Voitlandiae ſine virili prole decederet. Et ſuperiore ſeculo Godefridus primus inter Herbipolenſes Epiſcopos ſe in publicis literis Ducem Francorum ſcripſit, eundemque titulum nummis incudi curauit, idque aemulatu Alberti Marchionis Brandenburgici, qui eundem titulum ſumpſerat, vt notauit BRVSCHIVS *in Catalogo Epiſcoporum Würzb.* Adfertur quoque exemplum Campidonae, iam tempore Caroli M. in eam ſublimitatem euectae. Verum Chartam Caroli M. qua Campidonam in ſuum mundiburdium recepit, non temere vt ſuppoſititiam impugnauit PAPEBROCHIVS *ad* 30. *April. in Vit. B. Hildegardis.* (14) Ad Annal. Caroli M. l. 4. & libro de Saxonum origine. (15) C. 10. de iure ſummar. pot. circ. ſacr. §. 21. (16) Ad l. 1. C. Theodoſ. de mandat. Princip. (17) Haec & quae ſequuntur ex ipſis Capitularibus plenius condiſci poſſunt. V. 2. *Capitul.* 26. & 28. & 4. *Capitul.* 56. Egregius autem locus eſt Flodoardi *l.* 2. *hiſtoriae Remenſ. c.* 18. de Wlfario Archiepiſcopo Remenſe, Miſſo ſuper Campaniam & aliquot pagos ibi nominatos conſtituto. *Tulpinum*, inquit, *ſequitur Vulfarius, qui ab Imperatore praefato Magno Carolo Miſſus dominicus ad recta iudicia determinanda fuerat ante Epiſcopatum conſtitutus ſuper totam Camponiam, in his quoque pagis Dolomenſe ſcilicet, Vongenſe, Caſtricenſe, Stadonenſe, Catalaunenſe, Otmenſe, Laudunenſe, Vadenſe, Portiano, Tardunenſe, Sueſſionenſe, ſicut & alii quidam Deum timentes habebantur Abbates, per totam Galliam & Germaniam a praefato Imperatore delegati, quo diligenter inquirerent, qualiter Epiſcopi, Abbates, Comites & Abbatiſſae per ſingulos pagos agerent, qualem concordiam & amicitiam ad in-*

Digitized by Google

ad inuicem tenerent, & vt bonos & idoneos Vicedominos & Aduocatos haberent, & vndecunque neceſſe fuiſſet, tam regias quam Eccleſiarum Dei iuſtitias, viduarum quoque & orphanorum, ſed & ceterorum hominum inquirerent & perficerent, & quodcunque emendandum eſſe emendare ſtuderent, in quantum melius potuiſſent, & quod emendare per ſe nequiuiſſent, in praeſentiam Imperatoris adduci facerent, & de his omnibus eidem Principi fideliter renunciare ſtuderent. Reſidens igitur praefatus vir illuſtris VVlfarius ad adiuncta ſibi definienda iudicia cum quibusdam Comitibus in mallis publicis res quasdam Remenſi Eccleſiae, ſed & mancipia nonnulla vel colonos reimpetraſſe, ac legibus per Eccleſiae Aduocatos euindicaſſe reperitur. Idem Miſſus dominicus eadem tempeſtate fuit in Rhaetia, vt docet RVPERTVS *de caſibus monaſteriis S. Galli, c.* 5. (18) Formulam iurisiurandi huius habes apud PITHOEVM poſt XII. Scriptores a WECHELIO editos p. 509. (19) Solet adduci diploma ex GOLDASTO *Tom. I. Conſt. p.* 17. quo tractum in Thuringia Comitibus a Gleichen hereditario iure dedit poſſidendum; ſed Goldaſtus non eſt, cui fidem tuto commodes. Nec exemplum de Comitibus Waldeccenſibus, quod affert MYLER. *Archolog.* c. 8. §. 2. cuius veſtigia legit A. *de ſupremat. Princ. Germ. c.* 18. ſatis probatum eſt. (20) V. CARPZOV. de lege Regia c. 1. ſect. 12. n. 8. ſequ. KNICHEN. c. 1. de ſuperiorit. Territor. n. 11.

§. VI.

At non iisdem Caroli M. veſtigiis inſtitit Ludouicus Pius, cuius imprudentiam vti aliae quam multae res produnt, ita eandem inprimis inde obſeruare eſt, quod viduus inter filios primi tori totum regnum diuiſit, eamque diuiſionem iureiurando omnium regni ordinum fecit confirmari, iſtum vero animum iterum mutauit, a ſecunda vxore Iuditha inductus in gratiam Caroli ex altero iſthoc matrimonio geniti. Qua re & ſibi reique publicae ingentia mala accerſiuit, & ſemina maximarum diſcordiarum inter liberos ſparſit. Quod tot inter eos bella, eaque ſecutae pactiones abunde demonſtrant (1). Nec laudaueris in eo nimiam liberalitatem. Namſita THEGANVS, Chorepiſcopus Treuirenſis, *de geſtis Ludouici Imp. c.* 19. *In tantum largus, vt antea nec in antiquis libris nec in modernis temporibus auditum eſt, vt villas regias, quae erant ſui & aui & tritaui, fidelibus ſuis tradidit eas in poſſeſſiones ſempiternas, & praecepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione cum ſubſcriptione manu propria roborauit. Fecit enim hoc diu tempore.* Eodem Imperatore prouinciae ſalubri antea conſilio in Comitatus diſtinctae, in Ducatus redigi coeperunt, vt liquet ex annalibus Bertinianis *in rebus Anni DCCCXXIX.* memorantibus Ducatum Alemanniae (2), Ducatum Ripuariorum, interque eos medium Ducatum Heliſatiae, id eſt Alſatiae. Quod deinceps adeo inualuit, vt poſtremis Carolingicae familiae temporibus vniuerſa Germania in ſolos quinque Ducatus (3), Baioaricum, Sueuicum, Francicum, Lotharingicum & Saxonicum diuiſa eſſet; forte quia parui Comitatus ad hoſtium vndique irruentium vim repellendam inepti putabantur. Quippe a Ludouici IV. obitu, cum & Italia & Germania diſſenſionibus miſere agitarentur (4); dum quisque ſibi Imperium vindicare contenderet, Saraceni Campaniam, Samniam aliaque Italiae loca vexabant, Slaui Germaniae ab Oriente incumbebant, Hungari Italia crudeliter afflicta Germaniam, vt ante ſub deſpecta Ludouici pueritia (5), nunc demum adorti, Saxoniam, Thuringiam, Franconiam, Lotharingiam, Alſatiam, immanes graſſatores peruolabant. Eo factum, vt nihil boni & integri moris remaneret; Epiſcopi, ad veterem conſuetudinem relapſi (6), animum profanis rebus cupidius applicarent: Abbates fere omnes Epiſcoporum poteſtati ſe ſubducerent (nam poſt Carolum M. omnia Francorum

Sub hac ſtirpe declinante poteſtas Ducum & Comitum magna euaſit.

Digitized by Google

Monasteria fuisse prorsus in potestate Regum, pluribus ostendit Stephanvs Balvzivs(7)) &, quod frequens est turbatis rebus, ex praefecturis regna aut quasi regna fierent (8).

(1) De praelio apud Fontaniacum (Fontenay) commisso a filiis Ludouici Regino ad A. 841. *In qua pugna*, inquit, *ita Francorum vires attenuatae sunt ac famosa virtus infirmata, vt non modo ad amplificandos regni terminos, nec ad proprios tuendos inposterum sufficerent.* (2) Eius etiam mentio est in diplomate Ludouici Pii Monasterio Campidonae dato apud Mabillon. *Tomo 4. Analect. p.* 570. (3) Lvithprandvs 2. histor. 3. *Sub Conrado Rege*, inquit, *potentissimi Principes, Arnoldus in Baioaria, Burcardus in Suevia, Euerhardus Comes potentissimus in Francia, Giselbertus Dux in Lotharingia erant. Quos inter Henricus Saxonum & Touringorum Dux praepotens clarebat.* Antea *l.* 1. *c.* 2. *& c.* 5. meminerat Zvventebaldi, Marauanorum Ducis, Arnulpho Regi fortiter repugnantis. (4 V. Boecler. in rebus seculi Ludouici IV. & Conradi I. (5) Quippe admodum iuuenis ad imperium peruenit. Vnde ab Hepidanno *in Annal.* puerulus vocatur. (6) V. Annales Francici *ad Ann.* 849. apud Pithoevm, Baronivs *ad Ann.* 888. *sub Arnulpho n.* 2. (7) Ad Lupum Ferrariensem p. 773. (8) Gothofredvs Viterbiensis sub Arnulpho Imperatore: *Imperium diuersis modis scindebatur: cum singulae prouinciae singulos Reges nitebantur creare:* Verel nam in transiurana Burgundia Dux Rudolphus A. 888. Regem se nominari fecerat, Arnolpho Imperat. qui ipsum armis ad obsequium reducere studebat, omnium conatuum irrito. Idem constat de Arnolpho (alii Arnoldum vocant) Boioariae Duce, quem & Witichindvs *I. Annal.* diserte Regem appellat. Vulgata quoque res est de Henrico, liberae potestatis in Saxonia Duce, cui ipsi Conradus Imp. *neminem in regno aequiparem se scire*, affirmauit apud Ekkehard. *de cas. Monaster. S. Galli c.* 5. qui eodem loco circa eadem tempora notat, *Burchardum Ducem Suevorum* (qui Conrado & Henrico I. rebellauit) *Suevisam tyrannice vexisse.* De Italia Sigonivs *l.* 5. *de regn. Ital.* historiam obitu Ludouici Pii posteriorem orsus, *Tristiora*, inquit, *inde labentis indies descrescentisque apud Francos Imperii tempora subeunt; quibus quantum de Francorum dignitate potentiaque decessit, tantum Italicorum libertati amplitudinique accreuit.*

§. VII.

Tertia Epocha *sub Saxonicae, Francomicae & Sueuicae Familiae Imperatoribus, Regiae potestatis, Episcoporum, Ducum, Abbatum, Comitum, Ciuitatum, Nobilium ratio.*

Post extinctam Carolidarum regnatricem domum, quae tertia epocha est, ne contextus Imperii in Francia orientali prorsus dissolueretur, Saxonicae stirpis Imperatorum prudentia effecit. Henricus id nomen primus, Auceps quoque dictus, ad componendas reip. turbas occulta fati lege natus & factus credebatur. *Natum Ottoni* (Saxoniae Duci) *Henricum toti mundo necessarium*, ait Witichindvs *libro primo Annal.* A. vitae S. Mathildis, iussu Henrici S. Imperat. scriptae, c. 2. (1) *Post mortem*, inquit, *Conradi disponente Deo successit Henricus regali solio, bello seu pace fuerit* (melior) *incertum: Sed absque dispositione Dei accidisse, non est dubitandum.* Otto M. qui omnes boni Principis numeros impleuit, Duces Lotharingiae, Sueuiae, Boioariae & Franconiae, nimios ambitione arque vicibus aliquot rebelles, morte, exilio vel alia ratione compescuit: neque segnius se gessere successores, vt Germania ad Henricum vsque IV. domi aut foris nunquam laetius efflorverit. Praeterquam enim quod iure sanguinis (2), qui ex illa stirpe erant, & post eius interitum a Conrado Salico, ex Franconia oriundo, nati succedebant; summa rerum penes Regem siue Imperatorem erat (3), & licet in conuentibus Procerum siue placitis modo de republica, de bello, de tributis & vectigalibus consultaretur, modo leges ferrentur, modo iudicia redderentur & leges exercerentur; attamen regia potestas vbilibet vigebat & negotiosa erat. Vectigalia & caetera bona, quae regalia siue fiscalia appellari moris erat (4), pleraque cedebant aerario, ad tolerandos regiae sumtus,

ad

Digitized by Google

ad asserendum maiestatis splendorem, isto seculo sufficientia, cum adhuc ignota luxuria inter virtutes frugalitas reponeretur. Si bellum ingrueret, non miles stipendio emebatur, sed Vasalli, ob feuda ab arbitrio domini suspensa, promti & frequentes comparebant. Quippe primus Conradus Salicus a WIPPONE in eius vita memoratur, *vt militum animos sibi deuinciret, non sustinuisse, antiqua parentum beneficia vlli posterorum auferri*, & ante Henricum VI. saltem pleraque feuda adhuc fuisse personalia, non obscure GERVASIVS TILBERIENSIS prodit in libro, quem Ottoni IV. Caesari dedicatum *Otia Imperialia* appellauit, scribens: *Henricum VI. Imp. legem instituisse, vt militiae*, hoc est, feuda, *more Anglorum & Gallorum successionis iure deuoluerentur ad proximioris agnationis gradus, cum antea magis penderent ex Principis gratia.* Quin ipsi Episcopi & Abbates nonnunquam adesse cogebantur (5): Etenim hi in turbis Reip. neglectis Caroli M. & Ludouici Pii sanctionibus belli munia obire coeperant, atque Otto M. BRVNONI, Viro oppido graui & industrio (6), inde aliis Episcopis (7), Ducatus, Comitatus aliasque profanas curationes nouo more addiderat, prodito semel exemplo, vt idem facerent, successoribus auctor. Scimus ipsum a multis hoc nomine traduci; sed prudentia Viri singularis & tenacitas (8) vetant, ne sine magna causa hoc egisse credatur. Multis scilicet experimentis didicerat (9) insolentes & altiora semper spirantes Ducum animos, adeoque prouinciis maluit praeponere, quos in partibus haberet & illorum molitionibus opponeret. Nam Reges, vti Episcopos & Abbates constituebant (10), ita immorigeros remouebant, & defunctorum in mobilibus ex consuetudine heredes erant(11). At profani Duces & Comites modis omnibus studebant, vt functiones suas ad heredes suos transmitterent, nec facile voti sui damnabantur. In regno Franciae occidentalis CAROLVS CALVVS Capitulari apud Carisiacum A. 877.(12) constituit: *Si Comes obierit, filium autem paruulum habuerit, filius noster cum Ministerialibus ipsius Comitatus, & Episcopo, in cuius parrochia consistit, eundem Comitatum praeuideant donec obitus praefati Comitis ad nostram notitiam peruenist, & ipse filius eius per nostram conces-sionem de illius honoribus honoretur.* Quod forte etiam in Francia orientali factum. In Annalibus Einsidlensibus (13) est: *Anno MXV. Ernist. Dux* (Sueuiae) *sagitta occisus est, & filius eius paruulus successit.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. ad A. 1055. *Vto Marchio obiit, cui Vto iunior successit.* Hinc sunt, qui Henricum I. Regem & Ottonem M. Ducatus omnes & Comitatus hereditarios feciisse affirmant. Quod tamen displicet H. MEIBOMIO (14) & BOECLERO (15). Hic inprimis sententiae isti reuincendae exempla duo affert, vnum Arnolphi, cuius filios Otto M. excluſit: alterum Vronis, praefecturas & beneficia, quae habuerat, ex permissu Regis, quasi haereditatem dirimentis, quod tanquam singulare Luithprandus annotauit. Quibus vt alia exempla addi possunt, ita non contemnendum accedit argumentum, quod Comites eo tempore non dicti a Comitatibus (16), sed Comitatus nomen a Comitibus acceperunt. Vt proinde Duces & Comites sensim atque sensim nec vna occasione hereditarium ius consecuti videantur. Cui consequens fuit, Ducatus & Comitatus feudi more deferri. Ecquis enim credat, Imperatores adeo fuisse prodigos atque negligentes, vt nullo vinculo, ne iurisiurandi quidem, eosdem sibi obligatos retinerent! Nam errant vtique, qui Ottonem vel secundum vel tertium Imperat. Ducatus & Comitatus feudali habitu induisse existimant (17). Aeque & magis errant, qui ad Ot-

Digitized by Google

tones originem superioritatis territorialis referunt, cum certum sit potestatem regiam sub his reuiruisse. Vt enim taceam de Episcopis & Abbatibus, Ducum sane & Comitum potestas adhuc omnino dependens erat. Sed nec semper Ducatus Ducibus committebantur. Vt EKKEHARDVS *de casib. Monast. S. Galli c.* 15. suo tempore, hoc est, Henrico IV. regnante, de Francia siue Ducatu Franconiae notauit, eum fisco regio peculiariter paruisse. Adde de Baioaria LAMBERT. SCHAFFNABVRGENS. *ad A.* 1055. de Misnia Chronicon Montis Sereni *ad A.* 1196. Postquam vero Ducum opes adoleuerunt (18), Comites Palatini (19) ipsis velut a latere collocati. Id quod factum seculo XI. & deinceps (20). *Hi*, vt AVENTINVS describit (21), *vicem Caesari praesidendo Senatui principali fungebantur, fidem Imperatoris implorantibus aderant, iusque reddebant, fiscum, Augusti praedia Salica, reditus regios procurabant, Caesareum censum exigebant. Nihil citra eius auctoritatem Duci decernere aut statuere licebat. Si Reguli* (Ducem intelligit) *SCtum displicebat, intercedebant ipsi & ad Caesarem referebant.* Interdum vnus, interdum plures prouinciae vni praeficiebantur (22). Episcopatibus & Abbatis (nam Ottonum tempore multa Monasteria erant regalia, hoc est, Regi nullo intermedio subdita) a Caesare Aduocati siue Vicedomini dabantur (23), nisi priuilegio impetrassent, vt illos sibi constituerent, aut conditores Monasteriorum id ius sibi reseruassent. Hi praeter administrationem bonorum ad Ecclesiam pertinentium, ius quoque dicebant hominibus illius Ecclesiae, & alia iura exercebant. In Vrbibus regalibus (quae a praefectoriis distinguebantur) (24) loco Caesaris erant Aduocati Vrbici, Reichs-Vögte, Reichs-Schultheissen, Reichs-Cämmerer dicti, de quorum auctoritate & officio patrum quidem memoria disputatum fuit: hoc tamen ab omnibus conceditur, iudiciis praesedisse, rei nummariae, redituum, vectigalinm & aliorum iurium, ad Caesarem spectantium, curam gessisse. Quam in rem pluribus disseruit rerum Germanicarum peritissimus Vir, DANIEL HEIDERVS (25). Posteris temporibus, quando Comites Palatini, vno ad Rhenum excepto, desierunt omnes (26), per nonnullas prouincias Aduocati fuerunt dispositi; inprimis vt redituum Imperatoris curam haberent, & ius dicerent: cuius luculentum praebent testimonium iudicia prouincialia, quae in quibusdam Germaniae Imperii regionibus adhuc hodie superant. Caeterum, quibus ex causis occasionibusue per gradus & diuersa incrementa non tantum Duces & Episcopi, (sub quo nomine nunc & Archiepiscopos complectemur) sed & Marchiones, Comites Prouinciales seu Landgrauii, (quod vocabulum sec. XI. primum in Germania audiri coepit) Comites Palatini & reliqui Principes, Abbates, Burggrauii, (quorum aliqui Principum dignatione censentur (27), Comites, Barones, Ciuitates, Nobiles, ad maturitatem suam, hoc est, libertatem peruenerint, vt scire non minus volupe quam fructuosum est, ita breuiter aperiemus.

(1) *In Act. S. ad XIV. Martii.* (2) Vidit hoc recte ARNISAEVS *l. select. politic. 6. sect. 7. num.* 34. Qui dissentiunt, confundunt electionem extraordinariam cum ordinaria, & ignorant rudes illorum temporum scriptores Monachos vocabulo electionis vsos pro solenni inauguratione, v. Elem. Prudent. ciuil. *part.* 1. *Sect.* 10. §. 9. (3) De exquisita Ottonis M. & successorum potestate legendus CARDIN. CVSANVS *l.* 3. *Concord. Cathol. c.* 36. (4) *Fiscalia Regum* est apud ABBAT. VRSPERGENS. *ad A.* 1119. Henricus IV. Imp. in epistol. ad Henricum filium, *familiam etiam & praedia sua* sibi ab eo erepta conqueritur, quae in alia epistola ad Regem Celticum vocat *castella & patrimonia sua, & quae in regno conquisierat.* (5) Sigefridus II. Archiepiscopus

scopus Moguntinus inter alia accusatus apud Papam, *quod omnino inutilis esset Ecclesiae, & quod evocatus ad expeditiones Regis invitus veniret*, Archiepiscopatu submotus est, vt auctor Conradus Episcopus *in Chronic. rerum Moguntiacar. in calce.* Abbates *in militiam ire & regalitati servire tenebantur*, est in diplomate Henrici Imperat. A. 1063. pro Monasterio S. Maximini apud DV CHESNE *histor. Limpurgens. p.* 29. (6) *Bruno magnus ingenio*, est apud WITITICHIND. *l.* 1. *Annal.* vbi MEIBOMIVS *in notis* laudes eius cumulat. (7) Wilhelmo filio Archiepiscopo Moguntino, Episcopo Spirensi. v. chartam apud LEHMANN. *l.* 4. *Chronic. Spirens. c.* 3. Mindensi. v. Chronic. Mindens. *p.* 734. (8) Huius vel ludicra historia apud ECKEBARDVM minimum *de Vita Notkeri c.* 32. index esse potest. Nam cum Ottoni M. in monasterio S. Galli baculus elaberetur manu, filius ad Conradum Ducem Meranium conuersus: *Miramur*, inquit, *tam firmiter imperium tenenti baculum decidisse. Enimuero quasi leo regna tenet, neque mihi, quantumuis filio, partem vel vnam dedit.* (9) Eandem fere causam allegat WILHELMVS MALMESBVRIENSIS *libr.* 5. *de reb. gestis Anglorum*, quamobrem Carolus M. tam liberali manu bona Ecclesiis Germanicis contulerat. *Carolus*, inquit, *M. pro conmendenda gentium illarum* (i. e. Germanorum) *ferocia omnes pene terras Ecclesiis contulerat, consilioſissime perpendens, nolle sacri ordinis homines tam facile quam laicos fidelitatem domini reiicere. Praeterea. si laici rebellarent, illos posse excommunicationis autoritate & poenitentiae severitate compescere.* (10) REINERVS Monachus Leodiens. vit. *S. Wolbodini Episcopi Leodiens. c.* 1. apud HENSCHEN. Act. Sanctor. 21. April. *Directa est ad Imperatorem legatio Ecclesiae Leodiensis, alium sibi Pastorem substitui per literas virosque industrios expetentis. Erat quippe tunc regiae potestatis suae iuris, Episcopos ad suum electos arbitrium per baculum & annulum inuestire, nec non destinare Ecclesiis cum sua commendatione.* Adde HENSCHEN. *ad* 4. *Februar. ad vitam S. Remberti Archiepiscopi Bremensis* §. 4. Everhelmus Abbas in vita S. Popponis c. 8. in actis Sanct. 25. Ianuar. *Henricus* (Sanctus) *Imperat. Heriberto Colonien. Episcopo porrexit pedum Stabulensis regiminis, vtque Popponi pro successionis indicio deferret, indixit.* Monachus coaeuus in Vit. S. Adalberti c. 2. in Actis S. 23. April. *Ottonem II. dedisse Adalberio Episcopo Pragensi electo pastoralem virgam &c.* (11) *V. infra* §. 11. *in fine.* (12) *Apud* BALVZ. *tom.* 2. *Capitul. p.* 270. *conf.* MABILLONIVM *Actis Sanctor. Ordin. Bened. Saecul.* 5. *in praefat. n.* 133. (13) *Apud* MABILLON. *tom.* 4. *Analector.* (14) *In not. ad l.* 2. *Annal. Wisich.* (15) *In reb. seculi Henric. I. p.* 251. *& Ottonis M. p.* 326. (16) Haec insignis est obseruatio H. MEIBOMII *in vindiciis Billinganis*, quam confirmant infinitae chartae. In charta Ottonis II. A. 981. in pago *Scitici nuncupato in Comitatu Geronis.* Ottonis III. A. 1003. *in pago Tilethi in Comitatu Helimanni Comitis, in pago Merstern in Comitatu eiusdem Comitis &c.* Henrici III. A. 1003. *in pago Hardegoue & in Comitatu Riechperti.* Quas chartas exhibet MADERVS *in antiquitatum Brunsuicensium part.* 4. (17) v. *de feudis oblat. part.* 1. §. 15. *conf.* ZIEGLER. 1. *de iur. maiestat. c.* 28. §. 14. (18) Adde & Episcoporum. Ita Fridericus I. Imperat. in charta A. 1157. *Conradum Palatinum liberum & Capitalem Treuirensis Ecclesiae* vocat apud BROVVER. *l.* 14. *Annal. Treuirens. ad d. Annum.* (19) Interdum dicti Comites simpliciter, de quibus insignis est locus FRANC. GVILLIMANNI *l.* 4. *Habsb. c.* 2. *confer. l.* 3. *c.* 7. (20) v. *Dissertat. de consultat. legibus & iudiciis in spec. Germ. Imp. rebusp.* §. 19. (21) Adde WIGVLEVM HVNDIVM **kurtzen Auszug Historischer** obseruat. *Voce Comites Palatini.* LEVBER. *disquisit. de Stapula Saxonic. n.* 90. *n.* 661. (22) Vt Henrici IV. Imp. tempore in Bauaria (forte propter eius amplitudinem) Cuno Palatinus de Rod & filius eius, teste HVNDIO *d. l.* (23) Quorum munus *telum acerrimum id temporis aduersus ecclesiasticam libertatem* dicit CHR. BROVVERVS *l.* 14. *Annal. Treuirens. ad A.* 1139. (24) v. *infra* §. 21. (25) *Libro* **von den alten Reichs-Vogteyen/** *& in apologia.* (26) HVNDIVS part. 2. **Bayr. Stammenbuchs** p. 27. putat cum Rapotho, Comite Ottenbergensi, qui obiit A. 1249. Palatini in Bauaria munus extinctum esse. (27) v. PFANNER. *de gent. Princip. German. c.* 1. *p.* 110. *seqq.*

§. VIII.

Causarum illarum quaedam generales sunt, ad omnes aut certe plerosque regionum Dominos pertinentes; aliae speciales, quae nonnullis ad incrementa profuerunt. Inter generales causas sunt profusio bonorum publicorum & fisci ab Imperatoribus facta; discordia regni & sacerdotii, hanc inprimis secuta

Quomodo hi paulatum AD SVPERIORITATEM

TERRITORIALEM *nisi sint, causae generales afferuntur.*

secuta iuris conferendi Episcopatus & Abbatias ademtio siue potius extorsio, potestas Ducum ac Comitum hereditaria & interdum allodialis siue mancipi facta; vitia regnis successiuis, cum Imperium iure sanguinis deferretur, & rursum, cum Imperatores eligerentur, electiuis familiaria; denique diffidationes & bella ciuilia. Causae speciales sunt diuersae, ratione profanorum Principum, Episcoporum, Ducum; tum Abbatum, Comitum & Ciuitatum simul; singulatim vero Abbatum, Comitum, Ciuitatum Imperialium, Nobilium, & hos inter Equitum Marianorum & Ordinis Iohannitici. Dicamus de singulis.

§. IX.

CAVSA GENERALIS PRIMA, *profusio bonorum publicorum & fisci ab Imperatoribus facta.*

Inter generales igitur causas primo haut dubie loco poni meretur bonorum fiscalium & iurium Imperii profusio. Tantum enim abest, eam Regibus siue Imperatoribus lata lege fuisse vetitam, vt potius honesto liberalitatis nomine celebraretur, &, quicquid in Clerim conferebatur, ad expiationem animarum facere crederetur (1). Ostendunt id infinitae tabulae. *Nam*, verba sequor H. CONRINGII (2), *neque modum neque finem Reges Caesaresque donandi, alii petendi accipiendique pretiosissima quaeuis Imperii bona fecerunt* (3). *Interdum & vrgente aliqua necessitate, leui aere soluto, siue etiam vendita sunt iura & bona Imperii maxima. Sed & ne qua spes maneret restituendi in integrum, callide plerumque cautum, vt tabulae illae alienatrices Procerum quam multorum (qui sc. & ipsi studebant eiusmodi improbis rapinis) non testimonio tantum, sed & consensione roborarent, addita clausula perpetuo valiturae constitutionis.*

(1) Fide multorum diplomatum hoc probat MEIBOMIVS *relectione apologiae pro Ottone in calc. & notis in diploma Tassilonis*, verbis: *propter amorem aeternum & timorem horribilem, vt euitare valeam mansionem Diaboli.* (2) *Ad part.* 2. LAMPAD. *de Rep. Rom. Germ.* §. 12. (3) Cum Meinwercus Episcopus Paderbornensis, vt memorat A. vitae eius, sic affatus esset Henricum Claudum Imperator. *Beatus tu es, Henrice, & bene tibi erit; cui pro oblatione coelum patebit, cuius anima cum sanctis sempiterna possidebit gaudia: videte omnes populi, considerate fideles vniuersi, talis oblatio peccatorum sit abolitio: hoc sacrificium Deo acceptabile: hoc quoque fideles pro posse suae facultatis imitari studeant, vt pro temporalibus aeterna, pro transitoriis mansura obtinere valeant;* & iam accepto dono exclamasset: *Rex omnium Sanctorum retribuat tibi.* Imperator auerso vultu occulte submurmurans, *& tu*, inquit, *odium Dei omniumque sanctorum eius habeas, qui me bonis concessis cum detrimento regni spoliare non cessas.*

§. X.

SECVNDA, *discordia regni & sacerdotii.*

Altera est discordia regni & sacerdotii. Reges Francorum praesertim PIPPINVS & CAROLVS M. Pontifices Romanos amplo in Italia territorio, quanquam Principatu & ditione sibi retentis, large & effuse donauerant. Ast, vt solet, hi tanta beneficia vertere in exitium auctorum, callidis consiliis annisi, robustissimam Imperii molem, ceruicibus suis grauem, subruere, vt sibi Italiaeque non immineret amplius. Hinc GVICCIARDINVS (1) prouerbium memorat: *Proprium esse Ecclesiae, Caesares timere & odisse*, & Fridericus II. Imp. in epistola ad Cancellarium suum PETRVM DE VINEIS I. ep. 13. scripsit: *Reuera Imperialis felicitas Papali semper impugnatur inuidia.* Occasionem praebuit fracta & lacerata, post diuisionem regni auspiciis Ludouici Pii factam, Francorum potentia. Quod FRISINGENSIS obseruauit l. 6. Chronic. c. 3. sub illustri exemplo.

Vide,

Digitized by Google

Vide, inquiens, *iam regno decrescente, ecclesiam tantae auctoritatis factam, vt etiam Reges iudicet!* Paulo ante dixerat: *Iam regno Francorum multipliciter diviso, Ecclesia profecit, Nicolao summum sacerdotium gerente.* Praetextui inserviit coronatio Romana, propter quam Papae facultatem sibi arrogarunt (2) Caesares constituendi non tantum in iis, quae vere ad Caesaream pertinent dignitatem, sed simpliciter ad regiam quoque per ipsam Germaniam. Adeo, vt vniuersa coeperit regnandi potestas a Papis dependere, ceu ante Papalis a nostris Regibus dependerat. *Cumprimis vero*, verba CONRINGII (3) iterum libenter nostra facimus, *euiluere omnia pristina regia & Caesarea, ex quo Papae in eam superstitionem homines passim coniecere, vt credere coeperint, in omnem saltem Christianum orbem concessam diuinitus Papis sacram monarchiam, eamque in coelum ipsum & purgatorium inferni ignem porrectam: nec sacram duntaxat, sed temporalem quoque quam vocant, in ipsos Reges & Principes. Ex eo sane contemti Caesares, Papae adorati sunt.* Nec defuerunt artes aliae Papis, inprimis quando Imperatores quauis ratione ad bella sacra extimularunt, quibus in Palaestina siue trans mare per ducentos annos gestis dici non potest, quantum Imperatores exhausti atque eneruati fuerint. Quam in rem prae caeteris BOECLERVM (4) audire libet: *Pontifices*, inquit, *quibus inde a temporibus primi passagii praecipuis omnium consiliorum finis in stabiliendo dominatu indebito & conculcanda ciuili maiestate consistit, modo pericula sibi ab Imperatoribus aut Principibus obiecta, proposito passim negotio, velut declinare; modo curam suam pro ecclesia & religionis propagandae ardorem tam specioſi nominis iactatione ostentare; plerumque autem affectati in Principes Regesque imperii specimina sub sanctis titulis vsurpare; a sensu alienarum molitionum in ciuilibus animos hominum diuertere; genorosos & feroces spiritus, nec laturos fastigium Papalis ambitionis, veluti relegare ac egerere studuerunt: dumque vnice institutum, vim, fructum passagiorum, iniecto subinde in Principes pomo Eridos, & cupiditate suarum opum non sine iniuria aliorum domi validissime promota, impedirent: praecipui auctores, exactores, principes passagiorum voluerunt haberi. In tantum a verbis opera discrepabant. Non licet exempla adferre, quae magno numero suppetunt. Vnicum adiiciam* ABBATIS VRSPERGENSIS *verbis, quae sub finem Chronici de Friderico II. Imperatore, in passagio versanti, & Gregorio IX. Pontifice sic memorat:* Papa vero captata occasione de absentia Imper. copiosum exercitum destinauit in Apuliam, & terras Imperatoris in seruitio demorantis, nefandissimum est dicere, abstulit & sibi subegit: & cruce signatos ne transfretarent omni studio prohibuit, tam in Apulia, quam in Lombardia. *Et hic fuit, qui conuocauerat passagium, qui Imperatorem, vt susciperet, vrserat.* Vide omnino amplius CVSPINIANVM *in Friderico II.* (5) Eodem obtentu indictae annatae, nec vnquam tamen in bella illa sacra depensae (6).

(1) *In commentat. politic.* (2) Grauiter hanc in rem disserit MARSILIVS PATAVINVS *parte 2. defensoris pacis c. 26.* Gregorius X. Pontifex minatus est Electoribus, ni ipsi sibi prospicerent de capite, effecturum se, vt suo atque Cardinalium iudicio Imperator eligeretur, vt memorat A. Anonymus in fragmento ap. VRSTISIVM *part. alt. p. 93.* Pius II. Pontifex Dietericum Archiepiscopum Moguntinum deposuit, quod acriter aduersaretur iniustis Pontificum executionibus, quibus expilabantur prouinciae praetextu belli Turcici; & quod Pio flagitanti, iuramento se vt obstringeret, quo successores etiam tenerentur, non se conuocaturum Imperii Septemuiros ad communem aliquam de nouo aliquo Imperatore eligendo, aut de aliis in Im-

Digitized by Google

perio rebus constituendis deliberationem, vel ipsorum Impp. aut Septemuirorum mandato, nisi consiliis prius communicatis cum Pontifice, & huius voluntate explorata, assentiri & parere recusaret. Vt est in Chronico PEVCERI *libro quinto.* (3) *Ad part.* 2. LAMPAD. *de Rep. Rom. Germ.* §. 11. (4) *Annotat. histor. de passagiis, part.* 2. *conf.* ZIEGLERI *Episcopus miles c.* II. §. 34. P. MAIMBOVRG. *Histoire des Croisades.* (5) Adde NICOLAVM BVRGVNDVM *l.* 2. *Historiae Bauar. ad A.* 1323. de Ioanne XXII. Pontifice, populum edictis hortante, vt confluerent ad bellum sacrum. Sed addit historicus: *Consilium eius erat, in Italia abuti militantium pietate, quemadmodum euentus postea explicuit.* (6) *V. A. histor. Concil. Tridentin. l.* 1. *p.* 86. *sequ.* SLEIDAN. *l.* 4. *de statu relig.*

§. XI.

TERTIA, hanc secuta iuris conferendi Episcopatus & Abbatias ademtio, siue potius extorsio.

Ex eodem fonte profluxit tertia causa, iuris conferendi Episcopatus & Abbatias ademtio siue potius extorsio. Supra docuimus, Imperatores & Reges Romano-Germanicos per baculum & annulum constituisse Episcopos & Abbates (qua re non ritus siue signum, sed res signata seu collatio Ecclesiarum intelligebatur (1), secus quam putauerunt MARCVS ANTONIVS DE DOMINIS (2) & alii). Quod ius ut iis, quemadmodum & aliis Regibus (3), eriperent, nihil non egerunt Romani Pontifices, & tandem effecerunt, vt post tot bella ac certamina (4) Henricus V. Imperat. A. MCXXII. in Comitiis Wormatiensibus eodem cederet, non sine maximo Regiae potestatis detrimento. Antea si inciuilius se Duces gererent, *adhuc*, verba sunt NICOLAI BVRGVNDI, ICti & Consiliarii Bauari (5), *in obsequio Episcopi (adde & Abbates) erant, qui potentiae suae terrorem contumacibus obiiciebant. Vbi vero Pontifex Maximus collationes Episcopatuum non sine magna tempestate detraxit fastigio, tota virum moles exhausta est. Ceterum*, paulo pergit post BVRGVNDVS, *Ecclesiastici Electores nullo amplius beneficii vinculo, nullo amicitiae nexu Imperatori obstricti; inter corruptos seculi mores paulatim intumescere, fastigio illudere, rerum arbitrium publica fata in se transferre, principatum abdicare pro libidine, nemine aduersante: cum ferociſſimi Procerum in partes, ceteri terrore, vecordia postremum & pecunia auerterentur. Inde tot Imperatores praecipitati de culmine, alii in turbas factionesue distracti. Imperium vero ipsum continuis agitatum Pontificum procellis, foede nundinationibus expostum, donec ad vltimum externarum gentium ludibriis euilescens omne decus maiestatis amitteret. Magnatum potentia cum percelli amplius non posset, in formam principatus adulta est. Nobilium animi ab Imperatore auersi: nam & locus referendae gratiae in aula deerat, ignauumque otium infructuosae militiae praeferebant, languentibus per discordiam legibus, quae feuda eriperent bellum detrectantibus. Liberorum multitudo, quam militia exonerare consueuerat, propiore spe & vtilitate propellebatur in Ecclesiam, venatura Episcopatus sacerdotalesque dignitates. Vrbes denique Imperiales inter Pontificum Imperatorumque dissidia & foedam tempestatem illorum temporum erigentes supercilium: deinde inter se foederibus collectae, speciem quoque libertatis induerant, qua successu temporis intemperantius abuterentur in felicitatis suae auctores. Sic miser Imperator, publicis vndique viribus exutus, suo & amicorum praesidio cogebatur tueri sacratissimam dignitatem, interque summam potestatem & precarium Imperium speciem magis principatus quam vim retinebat.* Quot abhinc vinculis Pontifici Romano Episcopi & Abbates Germaniae fuerint obstricti, alibi dictum est (6). Otto quoque id nomen quartus Imperator, eo non minus allaborante Pontifice Romano

Digitized by Google

Romano, iuri, quo Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum, vita functorum bona & fortunae cum totius anni reditibus ſiue prouentibus fiſco Imperiali inferebantur, renunciauit (7). Quantopere etiam ſtuduerint Pontifices Romani, Vrbanus III. & Honorius III. vt Aduocati in Epiſcopatibus & Abbatiis abolerentur, teſtatur BARONIVS *ad An.* 1186. & Bullae tres Honorii illius extant apud AEGIDIVM GELENIVM *in hiſtoria Engelberti Colonienſis Epiſcopi* (8).

(1) Ita recte H. GROTIVS *de iure ſummar. poteſt. c.* 10. §. 23. Adde H. CONRING. *Exercitat. de conſtitut. Epiſcopor.* §. 57. (2) *L.* 6. *de Rep. Eccl. c.* 7. *n.* 116. *ſequ.* (3) Vt Angliae circa idem tempus. Nam ita WALTERVS HEMMIGFORD. l. 1. Chronic. c. 28. A. 1103. in Vol. 2. Scriptor. Anglicanor. *Anno Domini MCIII. orta eſt magna diſſenſio inter Regem & Anſelmum Cantuariae Archiepiſcopum, eo quod nollet conſentire, quod Rex daret inueſtituras Eccleſiarum. Tandem in Synodo Londinenſe, congregato Londinis Clero & Populo, adſtantibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, caeteraque multitudine maxime Magnatum & Procerum, annuit Rex & ſtatuit: vt ab eo tempore in antea nunquam in reliquum per donationem baculi paſtoralis vel annuli quisquam inueſtiretur de Epiſcopatu vel Abbatia per Regem, ſeu quamcunque perſonam.* (4) Hiſtoriam excoluerunt IVRETVS *in notis ad Ivonem Carnotenſem epiſt.* 236. H. CONRING. *d. Exercitat.* P. MAIMBVRGIVS *libro Gallico: Hiſtoire de la decadence de l' Empire*, quo machinationes Pontificum fideliter detexit, nullo alio, niſi fallimur, ſcopo, quam vt Regi ſuo per regiones a Germanico Imperio auulſas ius regaliarum adſtrueret. Addatur HVGO FLORIACENSIS *tr. de regia poteſtate & ſacerdotali dignitate p.* 54. *ſeq.* apud BALVZ. *tom.* 4. *Miſcellan.* (5) *L.* 1. *Hiſtor. Bavar.* (6) *Diſſert. de ſuperiorit. territor.* §. 12. *& in not.* (7) V. *d. diſſertat.* §. 64. *& in not.* Adde ARNOLD. LVBECENS. *l.* 3. *Chronic. Slav. c.* 16. 17. 18. (8) V. HERM. CONRING. *cenſur. diplomat. Ludouician. c.* 16. *in fine.*

§. XII.

QVARTA. *poteſtas Ducum & Comitum haereditaria, & interdum allodialis ſiue mancipi facta.*

Non minus, quae quarta cauſa eſt, quantum nocuit Imperatoriae poteſtati ius hereditatum atque allodiale in regiones, quod Duces & Comites ſibi ſubinde comparauerunt, tantum & his ac reliquorum Imperii Procerum opibus accreuit. Hereditarii iuris initium iam ſub Merouingis factum ſupra §. 4. oſtendimus. Poſtea magis magisque, perinde vt in Gallia, concidente imprimis regia auctoritate, inualuit, vt iurisdictiones fierent propriae poſſeſſionis. *Et vero*, verba ſunt H. CONRINGII (1), *plerique Comitatus paulatim facti fuerunt mere allodiales, ne filiabus quidem a ſucceſſione excluſis. Eoque potuerunt donatione, venditione, pactis dotalibus ac ſimilibus modis quam multis, alienari atque ad nouos dominos transferri* (2). *Ac profecto hac de cauſa ingens Comitatuum numerus decreuit paulatim, potiore eorum multitudine ad Epiſcopos, Principes, aut alios Comites deuoluta* (3).

(1) *Ad part.* 3. *de Rep. Rom. Germ. c.* 5. §. 29. (2) V. *Diſſertat. de ſuperiorit. territoriali* §. 58. & §. 65. (3) Extat liber ſingularis HAMELMANNI *de familiis emortuis*, & nuper vernacula lingua vulgatum eſt ſcriptum ſub titulo: Grafen-Saal. De Bauaria habemus WIGVLEI HVNDII Bayeriſchen Stammen-Buchs *partem primam*, opus ſane accuratum.

§. XIII.

QVINTA. *Vitia regnis ſucceſſiuis, cum Imperium*

Nec mirum vero ſi, quae quinta eſt cauſa, inter tot regiae poteſtatis damna, etiam vitia regnis ſucceſſiuis & electitiis familiaria ſe aperuerunt. Cum Imperium ſanguinis iure deferretur, Henrici IV. pueritia multa Pontifici & Proceribus turbandi occaſionem praebuit. *Ad gubernacula regni mulier cum puero*

Digitized by Google

Ire sanguinis deferretur, & eursum, cum Imperatores eligerentur, electuis familiaria.

magno imperii praefuit detrimento, inquit M. ADAMVS *l.* 3. *hiſtor. Eccl. c.* 33. ex quo transcripſit ALBERTVS ABBAS STADENSIS *ad An.* 1057. *Rege adhuc in pueriliibus annis conſtituto, ſinguli, quod ſibi animus ſuggeſſiſſet, facere impune poterant*, ait LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS *ad An.* 1063. Antea Auguſtae Regum impuberum tutelam gerebant, vt Theophanes, mater Ottonis III. Agnes Henrici IV. mater, vt idem SCHAFFNABVRGENSIS retulit, de illa *ad An.* 989. de hac *ad An.* 1056. Verum muliebre illud imperium forte non ita obfuit, quod putauit ADAMVS, quam poſtea, abducto per dolum & a matre auulſo Rege puero, Archiepiſcoporum, Annonis Colonienſis & Adelberti Bremenſis, regimen. Rurſus cum pro ſucceſſione vaga electio placeret, non rarae vices interregnorum, inter quae ſuo iure nominari meretur illud a morte vel exauctoratione Friderici II. longiſſimum (1), atque adeo triſte, vt ipſam illorum temporum hiſtoriam abſtulerit; nec raro, creatis per diſſidia eligentium Caeſaribus duobus, nata bella ciuilia, eaque cruenta; ſaepe emtum Imperii faſtigium (2); ſaepe Imperatores, cum tantae dignitati pares non eſſent (*quippe initia principatuum difficilima & opportuni magnis motibus tranſitus rerum*, TACITVS 1. *hiſtor.* 21.) multa regni iura & emolumenta donare (3), vendere, oppignorare, vt amicos ſibi pararent, aut arctiori nexu obſtringerent; multa in liberos aut agnatos profundere, vti naturaliter euenit. Ita quod reliquum neruorum pene exciſum fuit. Sane Septemuiris, cum libera eis cederet electio, magnum hinc ad dignitatem incrementum. Caeterum, cum incommoda electionis animaduerterentur, Henricus VI. Imperat. pactus eſt cum Imperii Principibus (4), vt ſucceſſio reſtitueretur. Sed quamobrem Innocentius Pontifex ei pactioni refragaretur, cauſam reddit GERVASIVS TILBERIENSIS in otiis Imperialibus ad Otton. IV. Imp. *tum quia permutatio beneficiorum damnoſa fieri poſſet Imperio; tum quia, ſi paruulus aut minus diſcretus iure ſucceſſionis Imperium vindicaret pendente aetatis imperfectae conſilio, totius Imperii ruina immineret: tum quia ius Romanae Eccleſiae circa confirmationem Imperatoris, aut conſecrationem, aut reprobationem, pateretur diminutionem.*

(1) ALBERT. ARGENTINENS. Chronic. circa initium: *Poſt Fridericum creuit potentia & ſuperbia ſedis Apoſtolicae, ac Minorum & Praedicatorum.* Ditmarus l. 1. Annal. p. 12. *Vae*, inquit, *populis, quibus regnandi ſpes in ſubſecutura ſobole non relinquitur, & inter ſe facta diſſenſione & longa contentione aliquod conſilium vel ſolatium cito non prouiderunt. Si in conſanguinitatis linea aliquis tali officio dignus non inueniatur; ſaltem in alio bene morigeratus, omni odio procul remoto, aſſumatur: quia maxima perditio eſt, alienigenas regnare. Hinc diſſenſio & magna libertatis venit periclitatio.* V. GOTFRIDVM MONACHVM *ad An.* 1198. (2) Rudolphus frater Ludouici IV. accepta pecunia a Duce Auſtriae contra fratrem elegit Fridericum. Teſtis REBDORF. ad An. 1314. Vt Carolus IV. eligeretur, Walderanus Colonienſis & Rudolfus Saxoniae Dux *magna pecunia ſunt corrupti*, quae verba ſunt ARGENTINENSIS *ad An.* 1346. (3) VRSPERGENSIS ABBAS in Philippo Rege. *Hic*, inquit, *eum non haberet pecunias, quibus ſalaria ſiue ſolida praeberet militibus, primus coepit diſtrahere praedia, quae pater ſuus late acquiſiuerat in Alemannia, ita vt cuilibet Baroni ſiue Miniſteriali villas ſeu praedia ruſticana vel Eccleſias ſibi contiguas obligaret. Sicque factum eſt, vt nihil ſibi remaneret praeter inane nomen Domini terrae, & Ciuitates ſeu Villas, in quibus fora habentur, & pauca caſtella terrae.* Carolus IV. paſſim hanc ob cauſam ab Hiſtoricis & ab Imperator. Maximiliano ipſo notatus. V. CONRING. *ad Lambad. part.* 2. §. 12. NEHEMIVM *l.* 2. *de Schiſm. c.* 25. *& in Nemore Vnionis.* Adde NICOL. BVRGVND. *l.* 1. *hiſtor. Bauar. ad An.* 1314. ſub exemplo Spirenſium, quibus Ludouicus priuilegia vetera confirmabat, noua adiiciebat. (4) De pactione hac videatur M. Chronicon Belgicum a PISTORIO editum p. 203. & GERVASIVS TILBERIENS. *dicto libro.*

§. XIV.

Digitized by Google

§. XIV.

Cauſis hiſce, quas hucusque memorauimus, merito annumeres ſextam, bella ciuilia ſiue diffidationes, vt vocabantur, quae per aliquot centum annos (1) Germaniam miſerrime afflixerunt. Quippe Proceres Imperii raro iure experiebantur, ſed arma ciuilia impune conferentes, lites ferro terminabant, vere χειρόδικες, vt HESIODVS appellat, qui, PROCLO interprete, τῇ δυνάμει τὸ δίκαιον τῇ διὰ τῶν χειρῶν ἀρίζεσι, *manuum vi iuſtum finiunt, violentiaque adhibita metiuntur.* Qualis igitur tum ſtatus reip. fuerit, intellectu haut eſt difficile. Certe de illis temporibus iure vſurpes, quod CICERO de Republica Romana ante Conſulatum Imperii IVLII CAESARIS dixit: *Tum imbecillus plus valuit, quam tota reſpublica.* Nec mirabuntur, qui in hiſtoriis illorum temporum paſſim legent: cum Proceres, tum Ciuitates foedera inter ſe facere; arces & munimenta ſtruere in pace tanquam ad bellum; armis proferre regiones; Comites & Nobiles bona, quae olim multa quidem & inſignia in feudum ab Imperio acceperant, in allodium conuertere; mox tamen, cum tuendis illis pares non eſſent, Principibus & maxime Epiſcopis in feudum rurſus offerre (2), infirmiores in potentiorum clientelam concedere (3). Sed veniamus ad cauſas ſpeciales. SEXTA, *diffidationes & bella ciuilia.*

(1) V. Diſſertat. *de ſuperiorit. territor.* §. 31. & *in not.* (2) Hoc compluribus exemplis probatum *libr. de feud. oblat. part.* 1. §. 6. & 8. & 16. (3) Exempla vide itidem in *Diſſert. de ſpecial. Roman. Imp. Rebuſp. ſect.* 2. §. 34. quibus complura alia addi poſſunt.

§. XV.

Principibus profanis & Comitibus haud parum profuit ad incrementa, quod iam ſub Merouingica Regum Francorum familia Carolus Martellus, Praefectus Aulae, variis bellorum tumultibus impeditus & exhauſtus, Abbatias, imo ſedes Epiſcopales laicis hominibus conceſſit, & pleraque Eccleſiarum in beneficium attribuit, aut certe eo bellis impedito ſeculares ipſi in res Eccleſiarum inuaſerunt impune, atque aliis pro lubitu tradiderunt. Qua de re conqueſtus eſt BONIFACIVS Apoſtolicae ſedis legatus ep. 23. ad Zachariam Papam his verbis: *Modo maxima parte per ciuitates Epiſcopales ſedes traditae ſunt laicis, cupidis ad poſſidendum, vel adulteris Clericis, ſcortatoribus & publicanis ſaeculariter ad perfruendum.* Idque eo proceſſit, vt etiam Abbatiae ſeu virorum Monaſteria faeminis in beneficium traderentur. Quod exemplo non vno probat, & quae diximus egregio loco Chronographi Fontanellenſis, temporis iſtius calamitatem deſcribentis, illuſtrat MABILLONIVS (1). Tales poſtea dicti Abba-Comites ſiue Abbi-Comites, nec deſierunt omnino ſub Carolidis, & deinceps (2). De Duce Alemanniae Erneſto in vita Chunradi Salici WIPPO: *Campidonenſem Abbatiam, licet contra fas & ius eſſet, liberam rem niſi liberaliter ſeruire, in beneficium accepit a Rege, & ad tutandam patriam remiſſus eſt.* Nec minus Aduocatiae inſigne emolumentum profanis Principibus & Comitibus attulerunt: ſiue eas retinerent, propter egregia iura, quae vi aduocatiae exercuerunt. At cum religio in Imperio noſtro in partes diſcederet, multa Eccleſiarum bona in iura ſeculi tranſierunt, CAVSARVM SPECIALIVM ALIAE. RATIONE *profanorum* [*Procerum.*]

Digitized by Google

& actum fere erat de Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus, nisi pax Westphalica reseruatum, quod vocant, Ecclesiasticum confirmasset.

(1) *Praefat. ad part. 1. Act. Sanct. Ordin. Bened. sect. 3. n. 111.* (2) V. plur. CAROL. CANGIVS *gloss. voce Abba - Comites.*

§. XVI.

Episcoporum.

Episcopi ferme soli Imperatorum domos diu tenuerunt, per suorum nobilitatem, sacrorum reuerentiam & literarum studia, cruda quidem, sed ab aliis neglecta. Vnde Principum mentibus infusi (1), maxima togae munia ad se traxere; vt adeo difficile iis haut fuerit, splendidas opes & regalia donationibus Imperatorum aut aliis titulis in se vertere, vel aliis e Clero in simili causa nauiter opitulari. Tanta fortuna animos addidit, vt quicquid dominationi obstare videretur, in terris sibi subiectis subigerent. Hoc proposito Würzburgensis, Bremensis (2) & alii Episcopi Comitatus omnes in suis territoriis, reliqui etiam Aduocatos, velut potentiae subsessores, satis mature sustulerunt, nullo amplius Aduocato in Episcopatu aliquo Germaniae post excessum Friderici II. Imper. superstite. (3) Iam & initio mitia erant Episcoporum imperia, vt prouerbio diceretur: *Beatam esse sub pedo Episcopali vitam;* cuius veritatem & illud confirmat, quod subiici Episcopo ciuitatem, tum temporis perinde esset, ac libertatem nanciscì. Nam ita DITMARVS *in calce l. 5. Chronic.*

Vrbs Wormacensis gaudet temporibus istis
Libertate sua, cuius manebat in vmbra.
Hactenus, atque Ducum fuerat sub lege suorum.

Quod & insignis locus Adami Bremens. *l. 2. histor. Eccles. c. 1.* de ciuitate Bremense illustrat. Vnde probabile admodum fit, Ciuitatum Imperii liberarum nomen in Germania exortum. (4) Denique nouissimis maxime temporibus non parum valuit ad potentiam Episcoporum, & vt aduersus aliorum iniurias defenderentur, plures Episcopatus (in Abbatiis id vetus fuit) in vna persona coniungi (5).

(1) Hattonem Archiepiscop. Moguntinum *cor Regis* appellat EKKEHARD. *cas. monast. S. Gall. c. 1.* De Adaldogo Hamburg. & Bremens. Episcopo, apud tres Ottones florente, STADENSIS ad An. 954. *A Regum,* inquit, *latere diuelli non potuit, vnde magnum Ecclesiae suae lucrum parauit.* De Adelberto Bremens. Archiepiscop. idem STADENSIS ad An. 1066. *Solus primatum arcemque Capitoli possedit.* conf. ad An. 1048. Liber de fundat. Monasterii Gazecensis a MADER. editus, cum Chronic. Mont. Seren. ad An. 1072. SCHAFFNABVRG. *ad An. 1063. 1066.* Addantur Rotgerus Archiepiscopus Treuirensis, Hildebertus Moguntin. ap. Henricum I. Heribertus Colonienſis apud Henricum II. Burchardus Wormatiensis apud Conradum Salicum, Gerhardus Aistedensis apud Henricum III. Anno Colonienſis apud Henricum IV. Henricus Augustanus apud Henricum V. (2) ADAM. BREMENS. l. 4. c. 5. *Solus,* inquit, *Würzburgensis dicitur in Episcopatu suo neminem consortem habere: Ipse enim tenet Comitatus suae parochiae, Ducatus etiam prouinciae gubernat Episcopus.* (conf. MEICHSNER. tom. 4. Decis. Camer. 10.) *Cuius aemulatione Praesul Bremensis* (Adelbertus) *statuit omnes Comitatus, qui in sua Dioecesi aliquam iurisdictionem habere videbantur, in potestatem Ecclesiae redigere.* conf. de Alberto STADENSEM *ad A. 1048. & ad A. 1063.* (3) V. H. CONRING. *Exercit. de iudic. Germ. §. 71.* (4) V. *Dissert. de special. Rom. Germ. Imp. Rebusp. sect. 1. §. 7.* (5) V. *dict. dissert. sect. 2. §. 30.*

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII.

Ducibus praeter dignitatis nomen amplum territorium insigne robur circumposuit. Quo factum vt saepius, etiam sub Saxoniae & Ostfrancicae stirpis Imperatoribus, contra hos insurgerent & turbas cierent (1). Nec imprudenter Saracenus Cordubae Rex, cum audisset Ioannem, Ottonis M. legatum, de potentia & prudentia Domini sui differentem, *Verum*, inquiebat (2), *cetera vtcunque approbauerim, vnum est, in quo illum* (non) *satis esse prouidum constiterit.* Quid, regerebat Ioannes, illud est: *Quod potestatem virtutis suae non sibi soli retinet, sed puss..... ubere quemque suorum propria potestate, ita vt partes regni sui inter eos diuidat, quasi inde sibi fideliores habeat & subiectiores, quod longe est. Exinde enim superbia & rebellio contra eum nutritur atque paratur. Vt nunc in genero ipsius* (Conrado Duce) *actum est: qui filio ei per perfidiam subducto publicam tyrannidem contra eum exercuit, ad hoc vt gentem externam Vngarorum per media quoque regnorum suorum depopulandum transduxerit.* Praeterea Comites obnoxios habebant (3), nec vetabantur successionis iure alios Ducatus coniungere. Equidem Conradus III. Imperator hoc iniuste fieri pronuntiabat (4), cum decessor eius Lotharius Imperator Henrico genero suo, cui Bauaria, longe tum amplissima & simul Austriam (quasi dicas orientalem eius regionem (5)) complectens, addicte parebat, Saxoniam subiecisset, vt adeo Henricus, qui ob spiritus tanta potentia inflatos superbi nomen tulit, vniuersam quoque Saxoniam & Westphaliam ab Albi ad Rhenum obtineret. Verum exempla antea non deerant (6), & post hoc Ducatus combinari non rarum, Comitatus, vt iam supra diximus, frequentissimum fuit; idque per affinitates, pactiones, confraternitates, quas vocant, haereditarias, nec non expectatiuas, hoc est, donationes Caesarum a conditione vacaturae ditionis suspensas, & alios modos. De Ducibus & Comitibus Belgii, cum pars adhuc Germanici Imperii fuerunt, audire postremum iuuabit H. GROTIVM (7). *Sed hi*, inquit, *atque illi sua virtute, prouincialium studiis, Regum socordia vix credibile est, breui quantum rem auxerint. Iam primum, cunctis benefaciendo, sibi auctoritatem & potentiam comparare; nec in bello audacia maior; quam pace religio & aequitas erant. His artibus muniti, pro praefectura perpetuam atque hereditariam ditionem obtinuere; quod eo facilius concessum est, quia ingruentibus bellis pericula promtius adituri erant, si res suas defenderent. Ea enim tempestate maria & littora pene omnia Danorum & Normannorum classibus obsidebantur.* Ducum.

(1) Quot exempla sunt sub Saxonicis Imperatoribus! Nec de Ostfrancicis dicere necessarium. V. vnum WIPPONEM *in vita Chunradi Salici* de Boleslao Duce Polonorum, de Ernesto Duce Alemannorum, Chunone Duce Franciae & Friderico Duce Lotharingorum, *p.* 431. De Chunone Duce Wormatiense & iam nominato Chunone *p.* 434. *seqq.* (2) *Apud A. Vit. B. Ioannis Abbatis Gorzienſis, primum a* SIRMONDO *editum, qui extat nunc in Actis Sanctor.* (3) De Saxonia HELMOLDVS l. 1. Chron. Slavor. c. 74. *In hac terra sola Ducis attenditur auctoritas.* Postea pulso Henrico Leone Duce, Comites Racesburgenſis, Danneburgenſis, Luchouienſis, Suerinenſis, nouo Saxoniae Duci Bernardo sese hominio obstrinxerunt, vt testatur scriptor συγχρονος ARNOLDVS LVBECENSIS *l.* 3. *c.* 1. (4) Verba STADENSIS ad An. 1135. sunt: *Conradus Albertum Marchionem in Saxoniae Ducatu firmare nitebatur, iniustum esse perhibens, quemquam Principum duos tenere Ducatus.* conf. HELMOLD. *L. Slavic.* 54. (5) Otto III. Imperat. in diplomate apud

apud AVENTIN. *l. 5. Annal. p. 317.* vocat Auſtriam *Pagum Boioariae.* Hinc Dux Auſtraſiorum apud ROBERT. de MONTE *addit. ad Sigebert. ad A. 1194.* Errat proinde HADRIAN. VALES. *Notit. Galliar. voce Auſtria*, putans ita dictam, quod limes Orientalis regni Germaniae fuerit. (6) Vt ſub Ottone II. Imper. *Otto Dux erat Alemannorum & Bavvariorum, Henrico* (qui Dux Bavvariorum fuerat) *depoſito*, vt Auctor Vit. S. Vdalrici a VELSERO editus *c. 28.* memorat. Item Otto Dux Saxoniae, cui mater tutrix Henrici IV. Imperat. A. 1062. Ducatum Bauariae ſimul contulit. (7) L. 1. Annal. Belgic. pr.

§. XIIX.

Abbatum, Comitum & Ciuitatum ſimul; ſingulatim vero.

Verum non ſemper in eodem gradu ſtetit Epiſcoporum ac Ducum potentia: itaque horum decrementum aliis, vt fieri aſſolet, ad noua incrementa viam aperuit. Etenim, vt obſeruauit H. CONRINGIVS (1), *& ſocordia & luxuria res ſuas vel parum vel nihil curantium Principum Principatus ingens damnum accepere; quodque Imperium ab ipſis, ipſi a Clero, Nobilibus, Vrbibus & miniſtris, rerum ſuarum ſatagentibus, nunc prodigis donationibus* (2), *venditione, nunc oppignoratione, nunc etiam vi paſſi ſunt.* Qua de re iam dudum conqueſtus eſt Auentinus l. IV. Annal. Boiicorum, his verbis: *Comites eorum* (loquitur de Ducibus) *Equites, Monachi, Myſtae quaeuis beneficia populi & Regulorum occupant: ipſi tamen huiusmodi munia*, (de quibus dixerat) *a ſe in Principem & egenos agricolas & ciues (quibus nihil emolumenti e fiſco aerarioue accedit) relegant.* Praeterea Epiſcopos pariter ac Duces bella, & praeſertim expeditiones in terram ſanctam, non parum attriuerunt. Adhaec Epiſcopis, vt electis, potior ſaepenumero cura fuit familiae ſuae, quam reipublicae (3); praeſertim cum ex priuilegio Friderici II. ius teſtandi accepiſſent de bonis acquiſitis (4). Et vt Epiſcopatus non parum imminuerunt mala interregnorum & eligentium factiones, ita Ducatus fregit conſuetudo ſecandi eos in minutas particulas pro numero liberorum; quo ipſo & regnantium peribat auctoritas, & impenſae augeſcebant, ſingulis Principum liberorum parem ſplendorem affectantibus. Quibus malis perſpectis, Epiſcopi & Duces res fiſci inprimis & iudicia melius ordinare, Epiſcopatus ad paucos contrahere ius eligendi, Duces & horum exemplo alii Principes a ſeculo XV. ius primi natus introducere coeperunt (5), nonnulli & vaſallis ſeruitia militaria callide remittere & eorum loco pecunias accipere, vt ab armis abducti otio tranſdarentur. Caeterum inter mala, quibus Epiſcopatus & Ducatus deprimerentur, fuit etiam arcanum aduerſus Epiſcopos & Duces quorundam Caeſarum odium, & e contrario fauor erga Abbates, Comites, Ciuitates, Nobiles, quos inuidendis ſubinde priuilegiis ornabant, certi, eos propter infirmitatem ſuam magis fore obnoxios. Vt adeo commode huc retuleris, quod de veteris Romae Caeſaribus prudenter obſeruauit TRANQVILLVS (6): *Senatus potentiam augendo ſuae ſerviiſſe.* Exemplis id probare infinitum foret (7). Vere HELMOLDVS I. Slauicor. 33. *A tempore illo* (poſt Henricum ſc. IV.) *quot regnant de ſtirpe illa, omnibus modis nituntur humiliare Eccleſias, ne reſumant vires conſurgendi aduerſus Reges, nec inferre, quae intulerunt patribus eorum.* Iam & conſidera, quid cum Henrico Leone, Duce Bauariae & Saxoniae, egerit Fridericus Aenobarbus, vt, quemadmodum loquitur Chronicon Auguſtenſe part. altera ad A. 1152. *Duces Bauariae minus deinceps contra Imperium ſuperbire valerent.* Eius ſane caſum ſecuta tot Procerum & duarum hodie adhuc celebrium Imperii Ciuitatum a Ducati-

Digitized by Google

catibus Bauariae & Saxoniae exemtio & cooptatio in numerum Imperii Statuum, vt Episcoporum, Salisburgensis, Frisingensis, Ratisbonensis, Passauiensis, Augustani; item Ducum Austriae & Meraniae (vbi nunc Comitatus Tirolis est (8)) Marchionis Stiriae, Comitis Holsatiae, Lubecae & Ratisbonae.

(1) Ad part. 3. Lamp. de Rep. Rom. Germ. c. 5. §. 26. (2) Concessis etiam interdum illis iuribus, quae ipsis ex priuilegio competebant. Exempli gratia iure cudendi nummos, quod Wilhelmus Landgravius Thur. & Marchio Misniae Senatui Salfeldensi contulit, in chartis A. 1448. & A. 1458. apud D. CHRISTIAN. SCHLEGELIVM *in schediasmate de nummis antiquis Salfeldensibus.* Ab eodem Wilhelmo accepit Iena An. 1448. dato priuilegio festo Pentecostes, vt idem SCHLEGELIVS notauit. *(3) Episcopi sunt coeci circa nepotes & alios consanguineos suos, quos quaerunt diuites reddere ex facultatibus ecclesiasticis.* Verbum est Italorum apud MENOCH. 3. *de praesumt.* 54. *num.* 4. & 5. PACIANVM *cons.* 52. *n.* 38. Marcvvardus Abbas Fuldensis de se apud BROVVERVM l. 3. Fuldens. antiquit. c. 18. *Nos clerici*, inquit, *sine Monachi, si parentum insatiabilem ambitionem explere vellemus, non sufficeret nobis ad hoc quinis cum Abbatia Episcopatus.* (4) V. Dissertat. de superiorit. territorial. §. 64. (5) V. Dissertat. de special. Germ. Imp. rebusp. sect. 2. §. 6. (6) In Tiberio c. 29. (7) V. & SPIGELIVM *in apophtegmata ab Aenea Syluio collecta.* Eodem pertinet querela Mauritii Saxonis in actione Pacis Passauiensis apud SLEIDANVM l. 24. ad A. 1552. *Admiscri quosdam in Principum Senatum, vt adaucto numero suffragiis illi vincant.* (8) Vt bene contra AVENTINVM & alios demonstrat WIGVL. HVNDIVS *part.* 1. Bayr. Stammenb. *sub Comitibus de Andechs p.* 21.

§. XIX.

Iam & ipsi Abbates, Episcoporum more, in media Regum palatia se contulerant (1). In tanta igitur opportunitate, cum teneros Regum animos saepe obsiderent, ignauum fuisset, Episcoporum imperia amplius sufferre. Quare effecerunt primum, vt in tutelam Regum (mundiburdium vocabatur) reciperentur (2): inde quibus fortuna fauit, aduocatias vel grandi pecunia redemerunt (3), vel alio modo submouerunt. Tandem, sublatis illis opum dominationisque parandae obstaculis, ἀντιφατίαν, licet non eadem omnes fortuna sibi pepererunt (4). Caeterum, Abbatum dignitati non parum velificati sunt Pontifices Romani, quando priuilegiis vel muneribus, qualia erant mitra, annulus, pedum, sandalium & manicae gemmatae, Episcopis admodum saepe aequauerunt, vt per Ordinis illius licentiam Episcopos ipsos sibi magis obnoxios haberent. Cuius consilii certissimum praebent indicium tot Monasteria per Pontifices, labefactata Impp. auctoritate, Episcopis subtracta (5). Nec omittendum, Monachos interdum, vt iura Monasteriorum vel amplificarent, vel defenderent, religioni non duxisse sibi, vt falsa sub Impp. nomine diplomata cuderent. *Neque vero*, verba sunt D. PAPEBROCHII (6), *successu caruerunt eiusmodi fraudes, non tantum seculis diu post secutis, sed illis ipsis, quibus conficiebantur temporibus, etiam apud viros alias non ineruditos, sed rerum historice pensandarum rudiores.* Quod exemplis probat. Quanquam non sit aequum, nonnullorum crimen in omnes diffundi (7). *Abbatum.*

(1) Inde aemulatus Episcoporum. V. historiam de Hadamaro Abbate Fuldense apud VRSPERGENSEM *in Ottone M. p.* 219. (2) Exempla Abbatum exemtorum passim occurrunt. v. supra §. 6. Add. MAGER. *de aduocat. arm. c.* 5. *n.* 368. *n.* 389. (3) De Abbatia Fuldensi v. praeceptum Conradi Imp. Marquardo Abbati datum apud BROVVERVM 3. *Antiquit. Fuldens. c.* 17. *v. & l.* 4. *c.* 12. (4) De Praeposito Elvvangense v. LIMNAEVM tom. 1. addit. ad *l.* 4. *I. P. c.* 7. *p.* 495. De Abbate S. Galli, Eimerani, Praeposito Einsidelensi, v. BESOLD. voce Abt / Lindaui die Außführung *p.* 52. *seq.* (5) PETR. BLESENSIS epist. 68. *Viles sunt Abbates, & miseri, qui potestatem Episcoporum*

Digitized by Google

porum prorſus non exterminans; cum pro auri uncia plerumque a ſede Romana poſſint aſſequi libertatem. V. Diſſert. *de Conſulat. LL. & iudic.* §. 17. (6) Part. 1. ad tom. 2. April. in propylaeo §. 103. & 104. (7) V. MABILLON l. 3. de re diplomat. c. 3.

§. XX.

Comitum. Comites eodem, quo Duces, modo, potentiam ſibi adſtruxiſſe, argumento ſunt Comitatus Hannoniae, Flandriae, Selandiae, Hollandiae, Burgundiae, Tirolis & alii, quamuis validis Principatibus nihilo quondam inferiores. Quos & alios ſi quis introſpexerit, deprehendet facile, ſucceſſione hereditaria, emtionibus, aliisque pactionibus in eam excreuiſſe magnitudinem. Iam & nonnulli Comitatus Ducibus a prima ſua origine nunquam ſubfuerunt, vt de Comitibus Palatinis & Landgrauiis eſt certiſſimum. Marchionibus vero ſiue Limitaneis Comitibus nonnihil prae aliis indulgendum fuiſſe, vt aduerſus Imperii hoſtes fideliores forent, facile quis crediderit.

§. XXI.

Ciuitatum Imperialium. Vrbium in Germania, praeſertim transrhenana, tenuis ſub Francorum Regibus fuit conditio. Primus in ea condendis Henricus Auceps eximie ſtuduit, quem propterea Theſeum Germaniae Herm. CONRINGIVS *Exercit. de vrbib. Germ.* vere inſigniuit. Sub huius filio Ottone M. iam earum aliquas Imperatori ἀμέσως ſubfuiſſe, quae Regales dicebantur ſiue Regalis fiſci (1), alias Ducibus & Comitibus paruiſſe, eſt certiſſimum. Nonnullarum opulentiam auxit, quod in iis domicilium ſiue Palatia haberent Imperatores, (ceu qui diu admodum certo in loco reſidere non conſueuerunt) aut conuentus Imperii Procerum haberentur. Seculo autem duodecimo plerarumque conditio coepit effloreſcere, poſtquam externis commerciis magno ſe ſtudio applicuerunt. Diuitiis igitur hinc & ſimul animis, vt fieri ſolet, creſcentibus, cum ad libertatem aſpirarent, eius parandae non vna fuit ratio, nec ſimilis ſucceſſus. Ad remouendos, qui vice Caeſarum regebant, Aduocatos (2) cauſae ſupra vniuerſim poſitae valuerunt. Vt excuterent Epiſcopos aut Duces, eorum infirmitas ex cauſis, quas ſubantea memorauimus, prognata effecit; praeſertim cum ipſae intra moenia tutae, & opibus per commercia parſimoniamque auctiores eſſent ac foederibus ſe munirent. Addenda cauſis hiſce videtur interitus familiae Hohenſtauffenſis ſiue Sueuicae in Conradino, quae vti Ducatus Sueuiae & Franconiae cum Palatinatu in poteſtate ſua habuit (3); ita eandem extinctam libertati Vrbium originem dediſſe, veriſimile facit ſolito maior Ciuitatum Imperialium (4) in illis partibus frequentia. Quae cauſa etiam eſt, quod in illis iudicia Prouincialia adhuc vigeant.

(1) Teſtimonio chartarum hoc probatum eſt in Diſſert. *de Special. Romano-Germanic. Imp. Rebusp. Sect.* 1. §. 7. *in notis.* Villae regalis fiſci appellantur a LAMBERTO SCHAFFNABVRGENS. *ad A.* 1070. (2) Fridericus Imperator Francofurti Aduocatum Imperii aboleuit, fructibus Aduocatiae Sculteti officio aſſignatis, vt eſt in charta Richardi Regis A. 1257. v. Priuilegia Francofurt. part. 1. p. 8. In quibusdam Ciuitatibus, velut Noribergae, Rotenburgi ad Tubarim, Halae Sueuorum, Northuſae, Reutlingae & alibi manſerunt tales Praefecti, ſed nonniſi nudo nomine, quippe ſoliti a ciuibus ex ipſo ciuium corpore allegi. (3) In charta A. 1102. quae Monumentis quoque rediuiuis Wurtenbergenſibus *part.* 1. *de Monaſter. Lorch. n.* 1. inſerta eſt, legitur;

Digitized by Google

tur: *Fridericus, diuina fauente clementia, Sueuorum Dux & Francorum.* CRVSIVS *l.* 8. *Annal. Sueuicor. part.* 2. *c.* 4. memorat Henricum IV. Conrado Hochenſtauffenſi, ſororis ſuae filio, Franconiam commiſiſſe, & Conradum Friderici Barbaroſſae fratrem, qui Anno 1186. obiit, Palatinum ad Rhenum, Ducem Sueuiae & Franconiae ſe nominauiſſe. Titulus enim integer fuit, ſi Cruſio credimus: **Von Gottes Gnaden Conrad / Pfaltzgraff bey Rhein / Hertzog zu Schwaben und in Francken / des H. Röm. Reichs Ertz-Truchſeß und Churfürſt / der Gottes-Häuſer Wormbs / Würtzburg / Straßburg / Speier / Fulda und Weiſenburg / Probſt und Caſten-Vogt.** De Friderico, Barbaroſſae filio, apud GVNTHERVM eſt primo Ligurinorum:

Francona rura
Herbipolimque regis.

Quomodo Friedericus ille & frater eius Conradus Ducatum Sueuiae & Franconiae nacti ſint, docet Abbas Vrſpergenſ. *ad A.* 1126. *p.* 287. Adde & quorundam Pagorum immediate Imperio ſubiectorum. v. Diſſert. *de Special. Rom. German. Imp. Rebusp. Sect.* 1. §. 10.

§. XXII.

Nobilitatis magna ſemper apud Germanos fuit exiſtimatio. In regno Francorum publicis conſultationibus, quae placita dicebantur, Nobiles interfuiſſe, ſatis probat prologus Capitularium Francorum: *Incipiunt capitula Regum & Epiſcoporum, maximeque Nobilium Francorum.* Idemque in Germanico Imperio longo tempore obſeruatum fuiſſe, non difficulter probari poteſt. At libertati eorum praecipue cauſam dediſſe interitum Ducalis Domus Hohenſtauffenſis (1), de quo paulo ante diximus, vel illud fidem faciat, quod Nobilitas Imperii in illis partibus in hunc vſque diem floreat, & Principatus eorum locorum nonniſi ſenſim in illam, qua nunc conſpiciuntur, molem excreuerint (2). Praeterea meminiſſe debemus, Principes Nobilibus ſuis nimis profecto indulgenter permiſiſſe, vt arces ſibi & aliis confugia conderent, & mutuas de ſucceſſione pactiones facerent. Hinc tot diffidationes Nobilium, vel inter ſe, vel cum ipſis etiam Principibus aut Ciuitatibus, adhuc fero (3). Acceſſit vſus torneamentorum per aliquot ſecula (4), quando ad ea ex quatuor inprimis Germaniae regionibus (vulgo die vier Landen,) Nobiles confluere, & in illis vires ſuas circumſpicere coeperunt. Quod cum ſuſpectum videretur Principibus, iam a ducentis annis torneamenta illa deſierunt. *Nobilium.*

(1) v. BESOLD. *in Diſſert. de Ordin. Equeſtr.* D. LVDOLPH. HVGO *de Statu reg. Germ. c.* 1. §. 8. D. SCHVLTZ. *l.* 1. *Inſt. Iur. publ. tit.* 10. *poſit.* 1. Diſſ. Doctiſſ. ICtus inſiuris public. prudent. c. 26. §. 5. *Ita*, inquiens, *Nobiles in Weſtphalia eſſent immediati, in terra Rhenenſi mediati: nam terra Rhenenſis tum non ad familiam Sueuicam, ſed ad Bauaricam cui poſt Henricum Leonem ſtatim conceſſa eſt, pertinuit.* Sed ſalua res eſt. Weſtphalia nunquam pertinuit ad Hohenſtauffenſem Ducalem Domum, & quod ad Rhenum fuerint Palatini Comites, inde minus recte infertur, alios Ducalem poteſtatem ibi non habuiſſe: nam Palatini agebant in Ducatibus nomine Caeſarum, & vt FREHERVS obſeruauit 1. *origin. Palat.* 11. Palatina praerogatiua modo huic modo illi ob eximia merita, aliquando etiam deceſſorum fratribus fruenda conferebatur. Quanquam & FREHERVS, vt multi alii, perperam confundat Comites Palatinos Rheni ſuperioris & inferioris, de quo alibi. Certe Palatini ad Rhenum ſuperiorem diu poſt terras, quas poſſident, acquiſiuerunt, vt eam in rem idem FREHERVS ſtatim allegabitur. (2) De Comitibus Wurtenbergicis FELIX MALLEOLVS libro de Nobilitate c. 12. *Eos cum agnatione tum cognatione & affinitate per multas ſe ſublimaſſe generationes, & praeſertim per illuſtrium & nobiliſſimarum mulierum conditiones: & taliter ſibi feciſſe terrae Principes aeſtimatione communi pares.* CRVSIVS l. 3. Annal. Sueuicor. part. 2. c. 10. poſtquam varias in Sueuia dominationes retuliſſet, *haec dominia*, inquit, *peruenere longe poſt diuerſis temporibus variis modis iuſtis ad Wurtenbergenſes Dominos, vt coniugio, hereditate*

hereditate, emtione, armis, plerisque illarum familiarum extinctis. De Palatinatu ad Rhenum videatur MARQV. FREHERVS *l. 1. Origin. Palatinor. c. 14.* De Episcopatu Wurtzburgense iam supra diximus. (3) Seculi XVI. initio Francisc. Sickingius toti Germaniae insultare fuit ausus. De eo vide HVBERT. THOMAM LEODIVM *peculiari libro.* Adde quae de Nobilibus Rosenbergiis narrat TRITHEMIVS *Chronic. Sponheim. ad A. 1469.* (4) De eorum origine in Germania, & quando quibusue ex causis desierint, bene disserit HVNDIVS *praefat.* **Bayr. Stammenbuch.**

§. XXIII.

Et hos inter Equitum Marianorum ac Ordinis Iohannitici.

Cum vero Ordo Equitum Marianus & Iohanniticus in Germania ex Nobilibus illis constet, vel verbo de illis dicemus. Heic obseruandum, falli omnino, quicunque militarium religiosorum Ordinum initia ante seculum duodecimum requirunt, vt pluribus demonstrauit D. PAPEBROCHIVS (1). Singulatim quando Ordo Marianus, qui & Teutonicus dicitur, coeperit, prolixe disquisiuit D. HARTKNOCHIVS (2) & narrationes historicorum, quae prima fronte pugnare videntur, conciliauit. Vtcunque de origine sit. Vterque ordo creuit in Germania liberalitate non tantum Imperatorum, sed & Procerum Imperii: & cum Ordo Templariorum, quemadmodum in aliis regnis, ita & in Germania extirparetur, bona horum illis maxima ex parte cesserunt. Deinde cum Marianus ordo Prussiam cum vicinis locis sibi subiiceret, ditior inde factus, non pauca emtionibus sibi comparauit. Non tamen omnia eorum bona subsunt ἀμέσως Imperio, sed quaedam regionum Dominis sunt subiecta, de quo alibi.

(1) *Ad 23. April. de S. Georgio Martyre.* (2) *Part. 2. de Pruss. c. 2.*

§. XXIV.

Dictorum αναπεφαλαίωσις, & quibus titulis superioritas territorialis in specialibus Germanici Imperii Reipsp. vallata sit, & quamobrem Magnates Galliae in aliam conditionem transierint

Atque hic ordo, haec series causarum est, per mille & amplius annos deducta. Vbi videbis superioritatis territorialis, quae velut anima est specialium Germaniae rerumpubl. infantilem aetatem, videbis adolescentiam, videbis denique virile robur. Iam & illud inde colliges, iustissimis eam titulis, munificentiae Caesareae, defensionis sui in tantis Imperii turbis, pactionum & denique inueteratae possessionis innixam esse ac munitam. Accessere confirmationes Caesareae. Primus, quantum scimus, FRIDERICVS II. Imperator iura quaedam insignia hinc Principum Ecclesiasticorum An. MCCXX. inde Statuum omnium A. MCCXXXII. duabus Constitutionibus generalibus confirmauit apud D. SCHILTERVM (1). Et ab eius excessu post interregnum Rudolphus Habspurgicus id nomen primus Imperat. non tantum priuilegia a Saxonicis & Sueuicis Imp. data, sed & quae interregni tempore occupata erant, possessoribus stabiliuit, inuesturarum literis a prioribus immane quantum differentibus (2). At iura omnia, quae Status Imperii & Regionum Domini tenent, & a Maximiliano I. ac subsecutis Imperatoribus publicis & fundamentalibus legibus sancita sunt. Equidem Imperatores nonnulli, vt Henricus IV. Conradus III. Fridericus I. aperte, alii occultis artibus, potestatem illam vt conuellerent, annisi dicuntur. Sed stetit ea hucusque inconuulsa. Caeterum, ne quis miretur, quamobrem Regibus Galliae mutatio reip. suae, quae nostrae quondam non dissimilis fuit (vt ex ANTONII DADINI ALTESERRAE libris tribus de Ducibus & Comitibus Prouincialibus Galliae intelligi potest) tam feliciter successerit, notabit: Reges Galliae nunquam Romanis

Digitized by Google

Romanis Praesulibus tantam in se permisisse licentiam; imo, cum hi Romani populi seditionibus offensi & nostrorum Imperatorum supercilium fugientes, Auenione sedem figerent, eosdem aliquandiu obnoxios habuisse; ius etiam nominandi Episcopos & Abbates pragmatica sanctione (quam impiam esse iniurioſe clamat VOLATERANVS (3)) a Leone X. recuperasse; denique regnum, non libero suffragio, sed sanguinis iure delatum, miris insuper modis auxisse, regiones, extinctis familiis vacuatas, in corpus reuocandi consuetudine (4). Quibus ex rebus sensim effectum est, vt callidi Reges (quos inter princeps facile Ludouicus XI. (5)) singulos Procerum atterendo, cunctis supercresterent.

(1) Tom. 2. Instit. iuris public. p. 110. sequ. p. 117. sequ. (2) Vide LEIBNIT. disquisit. de stap. Saxon. n. 96. & 99. (3) In Carolo V. (4) At in Imperio nostro vnum Adolphi Imperat. extat exemplum, Misniam A 1292. incorporantis Imperio. V. TRITHEM. *Chronic. Hirsaug. ad d. Annum.* Abhinc id toties sancitum Caesareis Capitulationibus, sed vano hucusque effectu, de quo queritur H. CONRING. *ad p. 2. Lampad. de Rep. Rom. Germ. §. vlt. in fine.* (5) De eo IACOB. MEYER. l. 17. Annal. Flandric. ad A. 147. *Nihil tam studebat ille Rex, quam Regulorum multitudinem regno exterminare, solitus dicere, neminem posse in Galliis regnare propter nimis magnum illorum numerum.* Et mox: *Quod maxime constat, omni ope contendebat Rex, vt omnem speciem aristocratiae tolleret: Monarchiam Galliarum teneret, solusque regnaret, extinctis duodecim Patritiis aliisque Regulis.*

§. XXV.

Coronidis loco expenditur noua Caesarini Furstnerii sententia de supremaru Principum Germaniae, eiusque origine ab antiquissimis temporibus repetita.

Poteramus heic pedem figere, nisi personatus quidam scriptor (1) explosisset omnes, qui Principes Germaniae ex magistratibus ortos hucusque docuerunt. Eius haec est sententia: *Liberrimas semper Germaniae regiones & antiquissimas familias illustres fuisse, quae illis cum territorii iure iam tum praefuerint, & quibus hodierni Principes post multas licet commutationes, seruata tamen rerum summa, successerint.* Cui probandae per multa secula stilum diffundit, vt etiam supra Caroli M. aetatem ad regnum Francorum Merouingicae familiae prolixe decurrat (2). Nos obiter reponimus: communem sententiam solidis rationibus fundatae Principum dignitati auctoritatiue nihil detrahere. Vltro etiam largimur, tales illorum esse familias, quae antiquitate cum Europaeis Regibus contendere, nonnullas etiam superare possint. Sed inde non sequitur, territorialem, quam vocamus, superioritatem tenuisse semper, etsi amplius ponatur, quod tamen dari non necesse est, non praefecturae, sed haereditario iure ditiones diu possedisse: Potest enim fieri, vt Reges vel Duces successione ad imperium perueniant, qui praeter inane nomen nihil habent, contra eligantur, in quos tota Reip. vis transfertur. Duces sub Merouingico Francorum regno huc non pertinent, quandoquidem CAROLVS M. tantum non omnes Ducatus sustulit, & praefecturas Comitum ad iustas regni leges composuit, id quod omnes testantur, qui gesta illius ciuilesque res vnquam descripserunt. In subactis armorum felicitate regionibus fatemur, aliam aliquando viam instituisse, exemplo Romanorum, qui instrumenta seruitutis habebant & Reges; quorsum referas Beneuentanum, Foroiulienſem & Spoletanum in Italia Duces, Adelfonsum, Galetiae atque Asturicae in Hispania Regem, & paucos alibi. At in toto Francorum & Germaniae regno similem viguisse disciplinam, non euincunt exempla LOTHARII & PIPINI, quando illi Bauariam, huic

Digitized by Google

Aquitaniam attribuit Carolus Pater: nisi quis in Hispanorum regno Praesides prouinciarum ideo magistratus esse neget, quia Reges agnatis suis liberiori formula prouincias subinde commiserunt. Praecipue cum ante CAROLVM M. diu moris fuisset, inter liberos aequali iure regnum diuidi. Multo minus huc quadrant Duces sub torpescente & perculsa fere CAROLI M. progenie licentius se efferentes. Quippe in turbis reip. non ius, sed violentia locum habuit; quam HENRICVS I. Rex Germaniae & OTTONES adeo non firmarunt, vt potius regni maiestatem ad summum potentiae & gloriae fastigium quasi postliminio reduxerint. Et tamen sub his iam iacta libertatis semina, quae sensim ita adoleuere; donec Episcopi, Duces, Abbates, Marchiones, Landgrauii, Comites, Barones, Ciuitates & Nobiles, ad praesentem, quam cernimus, fortunam ascenderunt; vt iam contexta rerum series, nisi fallimur, liquide ostendit.

(1) C. 5. *de supr. Pr. Germ.* (2) C. 14. 15. 16. 17.

EPISTO-

Digitized by Google

EPISTOLA AD AMICVM,

Iustas continens Vindicias

Aduersus

Nuperum Bibliothecae Iuris Gentium Europaeae Editorem.

REmitto heic, quam mecum beniuole communicasti, Amicorum optime, Bibliothecam Iuris Gentium Europaeam, hoc ipso anno, auctore D. IOH. GRÖNINGIO ICto, Hamburgi editam, in cuius discursu praeliminari cum nomen mihi meum occurrerit, & complura aliter, atque a me vel scripta, vel intellecta sunt, accepta esse animaduerterim, existimaui, cum mea, tum aliorum, qui mea fortasse non legerunt, ne praeiudicio aut credulitate sua deciperentur, interesse, vt Tibi & aliis, quibus hanc epistolam trades legendam, id singulatim demonstrarem. En verba ipsius propria: *Antequam praefamen claudam, quaedam de omissis addere conuenit. Imprimis autem praestabit nonnulla hic de sententiis celeberrimorum ICtorum, Henrici Cocceii, & Hertzii subiicere. Hic doctrinam Pufendorfii sequitur atque defensum it. Socialitas ipsi primum atque adaequatum Iuris Naturae principium videtur; atque Ius Gentium haud differre a Iure Naturae putat: Ipse in* Element. Iuris Vniuers. Sect. 2. Th. 3. *scribit*, Ius Gentium a Iure Naturae distinctum non esse, in Diss. de Lytro. Sect. 1. fortissimis, nisi valde fallor, argumentis euictum dedi. *Verum cum* cap. 10. Lib. III. Bibliothec. *Pufendorfii rationibus plenissime a me satisfactum sit, idem obiici poterit* Dn. HERTZII *argumentis, quae si fortissima fuerint, non dubito, quin eadem opera enerua reddita. Loco Iuris Gentium autem Cl. Hertzius, secutus* VLR. HVBERVM, *Ius Publicum Vniuersale substituere videtur: Quod sequentem in modum a Politica scientia & Iure Publico particulari distinguit. 1. A politica inde differre censet, quod in hac Iuris Publici scientia inueniantur, quae non ad Ciuitates qua singulas, sed qua vniuersas pertinent. 2. A Iure Publico particulari autem, quia* (a) *hoc in singulis Populis variat: Vniuersale autem ad Ciuitates omnes se extendat.* (b) *Hoc ex dictaminibus Iuris Naturalis deduci, illud voluntario, eoque scripto, vel non scripto iure constare.* (c) *Vniuersale semper Vnum ac idem esse, Particulare vero in vna Ciuitate pro Reipublicae statu semper mutari. Verum, quemadmodum iam* in Bibl. I. Gent. Exot. cap. 1. n. 24. *existentiam Iuris Publici Vniuersalis negaui, ita ne quidem nunc apparet, cur sententiam mutem, vel entia praeter necessitatem multiplicanda suadeam. Mihi potius videtur, Ius Publicum, quod dicitur Vniuersale, quatenus*

iustum

Digitized by Google

iustum Ciuitatis magnae, seu omnium Rerumpublicarum respicit, citra vllam Legem promulgatam, ad Ius Naturae & Gentium spectare. Quatenus vero vtilitatem, atque vtilia a noxiis discernendi rationes considerat, ad Politicam vel generalem, vel specialem pertinere. Nam, vt Scientia quaedam specialis atque distincta a reliquis statui queat, necesse est, vt eiusdem demonstrentur propria & domestica principia: His autem Ius publicum Vniuersale subnixum non est: Nam quod ipse Dn. Hertzius non diffitetur, illud ex dictaminibus Iuris Naturalis deducendum esse, Indeque si orirentur controuersiae circa iura Belli, Pacis & Foederum (circa eiusmodi enim publicos actus Ius Publicum Vniuersale inprimis versari dicitur) non aliunde quam ex Iure Naturae publicarum controuersiarum decisio petenda esset. Verum, in liquidis haud opus est verbis: res ipsa loquitur, non Ius, sed subiectum saltem in istis casibus mutari; neque Ius nouum induci, sed adesse modo hic applicationem Iuris ad factum. Ius Naturae & Gentium, tanquam Ius Vniuersalissimum, vsum praestat in Iure Ciuili, tam Publico quam Priuato; propriis Principiis insuper subnixo. Verum, exinde Ius Naturale non fit Ciuile, Publicum, vel priuatum: seu, haud naturam ciuilis Iuris induit, sed manet Ius Naturale & Gentium quasi per retrotractionem; Et quemadmodum Ius Ciuile priuatum Romanorum haud inde vniuersale fit, quia interpretationem quandoque ex Legibus naturalibus accipit, pari quoque ratione Ius publicum aliquod Vniuersale inde haud constituitur, quia controuersiae publicae ex dictaminibus Iuris Naturalis deducendae. Fidem datam, atque pacta foedere solenni sancita seruanda esse Ius Naturae iubet: quod si istis pactorum verbis eorumque sensu inter Summas potestates controuertatur, quaero, ex quo iure istae controuersiae decidantur, an ex Iure Publico Vniuersali, annon potius ex Iure Naturae & Gentium? posterius, vt puto, nemo in dubium facile vocabit. Quod si sit, parum ad naturam Iuris refert, an Persona naturalis vel moralis subsidio Iuris indigeat; Frustra quoque arguitur, quasi Ius publicum particulare solum voluntario Iure constet; Nam regitur etiam Iure Naturali, eiusque Principiis innititur; quod, ni fallor, iam dudum demonstrauit Ill. MAVRITIVS Diss. de Principiis Iur. Publ. *Indeque exspecto, vt quisquam Iuris Publici Vniuersalis propria Principia demonstret, & tum mutabo sententiam, aut si ista ostendi nequeant, neque noua rerum vocabula citra necessitatem inducenda erunt, sed potius ea, quae Iuris publici Vniuersalis dicuntur, sedibus suis restituenda, nempe politicae prudentiae, & Iuri Gentium Communi, quae Iuris Gentium atque Politicae doctrinae sunt.* Heic primum mihi imputatur, me doctrinam PVFENDORFII secutum esse ac defendisse, dum socialitas mihi primum atque adaequatum Iuris Naturae principium videatur. At enimuero si Dissertationem meam *de socialitate, primo iuris naturalis principio, Sect.* 1. §. 4. vel obiter introspexisset, potuisset deprehendere, me non probare rationes, quas socialitati substernit Pufendorfius, & *Sect.* 2. me non vnum principium statuere, sed tria: Deum colere, se ipsum tueri, & esse socialem; atque hoc etiam certo respectu, ad alios scilicet congeneres, primum dici posse. Conferantur dicta *in Dissert. de Collis. Legum, Sect.* 1. §. 5. 6. & 7. & *in Element. Prudent. Ciuil. part.* 1. *Sect.* 1. §. 9. Pergit D. GRÖNINGIVS, me *in Element. Iuris Vniuersal. Sect.* 1. §. 3. ius naturae & gentium pro iisdem habere, sed cum PVFENDORFII argumentis plenissime iam satisfecerit, mea eadem opera enerua reddita atque labefactata esse. Atque in Elementis Iuris, quae nunquam a me edita sunt, id non asserui, sed in commentatione de iurisprudentia vniuersali; In illa vero *de Lytro Section.* 1.

longe

Digitized by Google

longe aliis vſus ſum argumentis, quam Pufendorfius. Tempus iam mihi non permittit, vt inquiram in illa, quae in libro tertio Bibliothecae contra laudatum Pufendorfium ſunt propoſita; ſed tamen diffiteri haud poſſum, principium illud, quod ad fundandum ius gentium aſſumitur, rationem nimirum & vtilitatem communem, non eſſe tale, vt diſcrimen iuris naturae & gentium indicet; nam & in ſocialitate, ex qua pleraeque notiones iuris in natura poſiti deducuntur, continetur ratio & vtilitas humani generis. Exemplo vno id oſtendam: Fidem ſeruare haud dubie eſt Iuris Naturalis. Sed quamobrem? nullam ſane ob cauſam aliam, quam quia genus humanum ſine fidei cuſtodia non poterat conſiſtere, &, vt vere dixit ARISTOTELES, alioquin quod inter homines eſt commercium tolleretur. Ipſe *l. 3. Bibliotb. I. G. E. c. 13. §. 3.* probat HVGONIS DE ROY ſententiam, inter iura Gentium referentis, quae moribus introducta, & quae propter neceſſitatem pedetentim in Gentium vſum moresque peruaſere. Hoc vero quam friuolum ſit, & quemadmodum pleraque, quae ad ius Gentium referri conſueuerunt, bella dico, dominia, fines, contractus & alia, ex iure naturae deduci poſſint, ſatis, niſi fallor, in *d. comment. de lytro ſect. 1. §. 2. & 5.* eſt demonſtratum. Quod porro ait, me cum Vlrico Hubero iuris Gentium loco Ius publicum vniuerſale ſubſtituiſſe, fateor me non intelligere; quod enim locum non habet, ſiue quod in rerum natura non exiſtit, quomodo in eius locum id, quod reuera exiſtit, ſubſtituere poſſem? Imo vero Ius publicum vniuerſale inter gentes non obtinet, ſed tantum in ciuitatibus, qua ciuitatibus, vſum habet. Falſiſſimum vero eſt, me vnquam ſtatuiſſe Politicam in illo differre a Iuris publici ſcientia, quod in hac reperiantur, quae non ad ciuitates qua ſingulas, ſed vniuerſas pertinent. Atqui Politica, vti hodie eam vocem ſumimus, etiam ad ciuitates, non qua ſingulas, ſed qua vniuerſas ſpectat. Docet enim quid vtile ſit ciuitatibus, non in indiuiduo, vt in ſcholis loqui ſolemus, ſed vniuerſe: cum ex diuerſo Ius publicum vniuerſale, quid iuſtum ſit in ciuitatibus, inter ſummos maxime Imperantes & ſubditos, ſiue in contextu ciuitatum, non ſingularum, ſed vniuerſe demonſtrat. v. *Commentat. de iurispr. Vniuerſal. Sect. 2. §. 9.* At cur Ius publicum vniuerſale non admittendum cenſeat D. GRÖNINGIVS, videamus. Rationes eius in compendium miſſae ſunt: Entia praeter neceſſitatem multiplicanda non eſſe, & videri id potius ad ius naturale & gentium ſpectare; cumque Ius publicum vniuerſale circa publicos actus belli, pacis, foederum, verſari inprimis dicatur, ſi controuerſiae circa eos incidant, deciſionem non aliunde, quam ex iure naturae petendam eſſe: poſtremum ait, exſpectare ſe, vt quispiam iuris publici vniuerſalis propria principia demonſtret, & tum ſe mutaturum ſententiam. Atqui ipſemet ego ius publicum vniuerſale partem eſſe iurisprudentiae vniuerſalis, aperte docui, *Comment. de Iurispr. Vniuerſ. Sect. 1. §. 6. & Sect. 2. §. 7.* In *eiusdem Sectionis* §. 9. dixi, ius belli, pacis & foederum ab hac Iuris publici vniuerſalis diſciplina eſſe alienum, quippe ad ſtatum naturalem pertinens, nec diſſimulare potui, §. 18. HVBERVM impegiſſe, in nouiſſima libri de iure ciuitatis editione de talibus agentem. Iam quod propria diſciplinae huius principia ſibi demonſtrari poſtulat D. GRÖNINGIVS, facilimum eſt, ſi praeſtruamus, ius naturale aliud eſſe ſimpliciter tale, aliud ἐξ ὑποθέσεως, ſiue pro certo rerum ſtatu: ſtatum autem in humano genere triplicem, naturalem, eumque vel belli vel pacis, domeſticum & ciuilem. Vnumquemque igitur ſtatuum horum ſua habere principia, eaque propria, li-

Digitized by Google

cet ſimul in principiis vniuerſalibus, ſtatui omni communibus, fundata. Sed maneamus in ciuitate, annon ſummi imperantes in vniuerſum iura habent ſummi imperii? Vnde vero iſthaec? niſi ex principio illo: abs quorum negotiorum curatione ciuitas ſalua eſſe non poteſt, illud omne pertinet ad ſummas poteſtates: atqui ſine iure circa ſacra, leges, iudicia, &c. ſalua ciuitas eſſe non poteſt; E. Annon in vniuerſum iura ſunt propria regnorum, eorumque vel ſucceſſiuorum, vel electiuorum, vel tutoriorum, ariſtocratiarum, politiarum, rerumpublicarum herilium, mixtarum, patrimonialium, coalitarum, ſub vno capite iunctarum, ſyſtematum & his ſimilium, clientelarium, feudalium, interregnorum, tyrannidum? quarum ciuitatum vniuerſe conſideratarum natura ac indoles accurate cognita principii loco eſt ad decidendas, quae in illis oriri poſſunt & ſolent, controuerſias. Non igitur entia citra neceſſitatem multiplicat, qui iura haec vna ſerie ex contextu ciuitatum, vel iunctim cum iurisprudentia vniuerſali, vt PVFENDORFIVS *Libro* 7. & 8. *de Iure Naturae & Gent.* vel ſeparatim (quem quidem laborem iamdudum mihi ſumſi, ſed quo minus is publici iuris fieret, multa hucusque interceſſerunt) explicat & deducit, nec confundit cum iure publico particulari huius vel illius ciuitatis; vti tantum non omnibus Iuris publici Germanici ſcriptoribus ſolenne eſt, qui quando v. gr. de iure circa ſacra in Imperio noſtro disquirunt, immiſcent controuerſias, an & quale ius ſummi Imperantes circa ſacra eorumque partes habeant: item in iure circa nummos, quid poſſint ſummae poteſtates circa eorum materiam aut formam. Mitto alia. Ex his enim, Amicorum optime, abunde intelligis, quam multa mihi affinxerit D. GRÖNINGIVS. Quae ſi ex errore quodam mentis profecta ſunt, libentiſſime condono; ſin aliter, videat ipſe, quomodo iuſtitiae ſacerdotis titulum ex vero tueri poſſit. Scribebam feſtinantiſſime e muſeo,

Giſſae 24. Maii 1703.

DISSER-

Digitized by Google

DISSERTATIO

DE

FEVDIS EX ILLIS, QVAE DATA ET OBLATA DICVNTVR, MIXTIS, ut & DE PECVNIA VASALLITICA, vulgo Mann-Geld.

PRAEFATIO.

QVi iurisprudentiam feudalem Germanicam vnice ex vſibus feudorum Longobardicis eorumque interpretibus commentatoribusque addiſcere ſe poſſe perſuaſi ſunt, nae illi oppido errant atque falluntur. Nam Germania iam a temporibus Francorum beneficia, quae ſequior aetas feuda dixit, habuit; quibus conſequens eſt, fuiſſe etiam iis leges atque conſuetudines circa feuda, id quod etiam teſtantur leges Alemannorum, Saxonum & aliae, quibus eruendis & illuſtrandis eruditi hodie non temere laborant, quoniam conſuetudines in Germania ſuperſtites, quae ab vſibus Longobardicis non parum ſubinde differunt, multum inde illuſtrantur. Habemus praeterea feudorum genera Longobardis prorſus ignorata, non dicam iam de nominibus, quae Germani dudum habuerunt: vti ſunt Mann-Lehen, Kunckel-Lehen, Erb-Lehen, Gemein-Lehen, Krumſtabiſch-Lehen, Burgk-Lehen, Kuppel-Lehen oder Kauffer-Lehen, Chur-Med, Leibs-Gewinn und aufgetragen Lehen, quae enumerat Wernerus Thummermutus in Tractatu Krumbſtab ſchleuſt Niemand aus, fundamento ſecundo Archiepiſcopali n. 26. Quibus adde Seß-Lehen, Sattel-Frey-Lehen, & ſimilia. Sane, vt exemplo ſaltem vno vtamur, Longobardi feuda oblata non habuerunt in vſu, ſaltem nihil in eorum vſibus de iis occurrit, vt iam alibi eſt oſtenſum, & tamen ea in Germania noſtra fuere frequentiſſima. Quo pertinent etiam feuda ex illis, quae data & oblata dicuntur, compoſita, per Germaniam itidem non inuſitata. Quod non pauca eius generis feuda, quae in hodiernum vſque diem ſuperant, teſtari poſſunt, nec minus idem probant literae inueſtiturarum, quae in tabulariis Germaniae Procerum magno numero extant. De qua feudi ſpecie, cum nihil omnino in libris, qui de feudis magno numero extant, reperiatur, cuius cauſa haud dubie, quoniam ſcriptores illi mentem ſuam praecipue in vſus Longobardicos defixam habuere, patriarum rerum prorſus incurioſi, libuit proinde de argumento hoc ſingulari breue ſpecimen dare, &

Digitized by Google

feudi huius indolem ac naturam, quantum fieri potest, ex inuestiturarum literis monumentisque illustrare, non iniquo laturus animo, si quis, cui ad tabularia Procerum Germaniae feudalia patet aditus, plura superstruere velit.

§. I.

DEFINITIO. NOn immorabor autem explicationi, quid feudum, quid feudum datum, quidue oblatum sit, haec enim alibi cum a Dd. tum in libro *de feudis oblatis parte altera* sunt explicata. Accedimus igitur sine ambage ad definitionem, quae haec esse potest: quod feudum ex illis quae data & oblata dicuntur, mixtum, sit feudi species, qua dominus rem suam alteri offert beneficiario vinculo innectendam, & vicissim cum in compensationem qualemcunque, tum in recognitionem rei oblatae ex Camera illius, qui rem in feudum oblatam accepit, certam pecuniae summam quotannis praestandam, quod vulgo Mann-Geld vocant, stipulatur: Ex qua definitione liquet, feudum hoc partim proprium siue regulare, partim improprium siue irregulare esse, nam feudum de Camera, siue cum ex aerario vel arca domini vasallo soluitur pensio annua, consistit in pecunia: feuda autem pecuniaria impropria esse, nemo dubitat.

§. II.

SPECIES singularis & rarissima. Singularis, & fere rarissima species est, cum Dominus a futuro Vasallo bona eius coemit & vicissim iisdem eum redonat, ea lege, vt inposterum eius Vasallus sit, cuius exemplum insigne praebet FRIDERICVS II. Imperator. Hic, vt CAROLVS SIGONIVS *lib.* 17. *Rer. Italiae ad A. MCCXXVII.* memorat, Frangipanes atque alios, nobilitate opibusque in vrbe Roma praestantes, ad se vocatos, beneficiarios se instituere velle ostendit. Quod cum illi annuissent, tum omnia castra ac praedia eorum persoluto pretio coemit, ac mox eadem illis feudali sacramento adstrictis donauit. Id quod etiam narrant ALBERTVS STADENSIS, ABBAS VRSPERGENSIS, GREGORIVS PONTIFEX in epistola apud MATTHAEVM PARISIENSEM, NAVCLERVS generat. 41. MAIMBVRGIVS lib. X. histoire des Croisades ad d. An. MCCXXVII.

§. III.

ORIGO. Origo non est ex vsibus Longobardicis, his enim feuda oblata prorsus fuere incognita, vt alibi ostendimus; sed ex moribus Germanorum vnice descendit. Nimirum, cum turbata Germanici Imperii essent tempora, a seculo imprimis tertio decimo & deinceps Nobiles imprimis bona sua in feudum offerendo apud potentiores praesidium quaerebant. Ipsi regionum Domini, praesertim qui opibus pollebant, rarius, nec nisi summa necessitate, aut quia bello inferiores erant, eo adducebantur. Enimuero, cum potentiores regionum Domini plures habere Vasallos gauderent, partim quia spes erat, extinctis familiis, ad ipsos bona relapsura; partim quia eorum vsus erat in diffidationibus, quae permissae tum erant & frequentissimae, non deerant regionum Domini praesertim hisce in regionibus & in Germania inferiore, vt alios auctoramento quodam alicerent

Digitized by Google

licerent & in recognitionem rei oblatae quotannis e Camera sua certam pecuniae summam praestarent. Neque hac in re difficiles se praebebant, qui Vasalli volebant fieri: nam eo tempore vsurae propter iura Canonum in vsu non erant, & illi bonis suis interea secure fruebantur, certi, iis se non deiectum iri, si secundum leges feudales se gererent. Caeterum, CAROLVS V. Imp. Frisios non pecunia, sed alia ratione, vt bona sua in feudum sibi offerent, adducere conabatur; dicebatur enim iis, vt memorat SIMON van LEEVVVEN **in dem Roomſ Hollands Regt**, *lib. 2. c. 14.* **Es seye ja die Aufftragung anders nichts, als ob sie ihre** bonnette **oder Mütze dem Kayser auf sein Haupt setzten, und Er solche hinwiederumb abnehmend mit einer vollkommenen Sicherheit vor Sie, daß Ihnen solche inskünfftige nicht abfallen solle, Denenselben mit gröſſerer Ehre auf ihr Haupt setzte; Welches Anbieten aber die Frieſſen mit einer bescheidenen Antwort abgeschlagen mit dieſen Worten:** *Dat sy meinden en vertrovvden, dat hare bonnetten so vast en vvel op hare hoofden stonden, als den Kayser die soude kunnen, of vvilleu setten.*

§. IV.

Speciem hanc feudi non vna ratione impugnat Wernerus Thummermutus: primum enim persuadere vult, hypothecam potius censeri constitutam, quam feudum: deinde quod praestatur e Camera, ferme non respondere rei in feudum oblatae, quod exemplis probat. Sed audiamus ipsum in secundo fundamento Parium Curiae, & quidem n. 125. sequ. sub exemplo, vbi quis vniuersum patrimonium pro 35. marcis annuis **vor ein beweiſt Mann-Lehen** obtulerat, siue vt in vernacula est, **uffgetragen und uffgelangt**, ait: *Quod nihil aliud est dicere, quam feudum consistere in solo reditu 35. Marcarum annuarum, ac illas marcas, vti corpus vel commodum feudi, recipiendas & recognoscendas a Domino esse, non omnia bona; sed bona ista solum seruire pro hypotheca, vt subiecto istius reditus ita, qaod reditus sit ius quoddam separatum, ipsis bonis incumbens; sed quasi ad Dominum feudi spectans, quo iure Vasallus, tanquam a Domino ad ipsum manans, gaudere debeat; & illius solius contemplatione sit habendus pro Vasallo.* Postea n. 135. sequ. *Sicut, qui emit rem infra dimidium iusti pretii, pati debet, vt contractus rescindatur, ita qui emit censum infra iustum pretium, pati debet rescissionem contractus, ita etiam pati debet, vt vltra aequitatem, soluti census, minuat sortem, & tandem perimat capitale, & contractus resoluatur in imaginariam venditionem, & reale mutuum, in fraudem vsurarium. Et quia ex exemplis, quae ex Sandio & aliis afferuntur, constat, olim moris fuisse, huiusmodi pensiones in feudis constituere, non ad proportionem vigesimi denarii pro vno, sed ad rationem decem pro vno, & praeterea Vasallos adhuc ad grauia seruitia & iura inuestiturae obligari. Facile efficitur, Vasallos plerumque vltra dimidium iusti pretii deceptos esse, & hodie grauatos reperiri, adeoque multo iniquius esse, eosdem Vasallos, etiam ex solo defectu sexus, totam hypothecam, quasi ex lege commissoria, absque vlla sua culpa perdere, cum notissimi iuris sit, in pignoribus pactum legis commissoriae reprobari, etiam in imaginariis & simulatis, ac in fraudem legis introductis pactis & contractibus.* tot. tit. C. de lege commissoria in pignor. rescindend. & tit. de feudo dato in vicem legis commissoriae. *Ibi feudum enim non sub praetextu pecuniae, sed amore & honore Domini acquirendum est, cum nec census reseruatiuus extra Emphyteusin*

QVAESTIO *de iuſtitia.*

Digitized by Google

possit in commissum cadere. Sed haec gratis dicuntur: nam primo, qui bona sua in feudum recognoscenda offert, de hypotheca non cogitat: actus enim inuestiturae satis innuit feudum constitui. Deinde pecunia illa, quae ex Camera quotannis praestatur, non datur in compensationem rei oblatae, sed vt annua recognitio. Iam & cogitetur, seruitia, quae praesertim regionum Domini Dominis praestant, esse leuia; & spem bona oblata aliquando caduca fieri, esse incertissimam; posse enim multa secula decurrere, donec casus ille eueniat, & interea pecuniam illam a Domino praestari modico Domini emolumento. Denique in iure certum est: euentum damni & lucri incertum contractum facere licitum, qui alias videri potest illicitus; & ad alia multa ob incertitudinem in iure conniueri. v. *l.* 35. §. 4. *ibi*: *incertus fortunae exitus. C. de donationib.* vbi BRVNNEMANNVS. vid. *lib.* 1. *paroem. iur. Germ.* 43. §. 1.

§. V.

SVBIECTVM & CAVSA EFFICIENS. *primum offerens rem in feudum.*

Offerunt in feudum qui sunt rerum Domini, quique alienandi potestatem habent: nam offerre est alienare. Enimuero, cum naturalis aeque ac Romani Iuris Consulti id plena manu loco proprio tradant, tantum per saturam nonnulla annotare libet. Igitur Praelatos non posse bona Ecclesiarum immobilia in feudum offerre absque Capituli sui consensu & Apostolicae sedis gratia, diserte statuitur *in cap. fin. de bon. eccles. non alienand. in 6to* ibi: *vel recognoscendo seu profitendo ab illis tanquam a superioribus se tenere.* Sed posterius vsu Germaniae non seruatur, teste STRVVIO *cap.* 5. *Syntagm. feudal. aph.* 9. *n.* 1. ENGELIO, SCHILTERO, qui plures profert. Illud singulare est, nonnullis Ganerbinatus pactis prohiberi, ne quis partem bonorum, societati semel illatam, ab altero praeprimis potentiori in feudum recipiat. Quin & citra talia pacta recte affirmauit BESOLD. II. Conf. 49. id non licere, cum caeteris in bona societati semel innexa ius quaesitum sit. Conf. KILLINGER. *de Ganerb.* vbi prudentes vocat, qui pactis sibi diserte cauerunt, & SPEIDEL. voce **Auffgetragene Lehen. In der Hoch-Gräflichen Solmsischen vom Kayser Rudolff dem zweyten bestättigten Erb-Vereinigung** de A. 1578. est: **Ferner sollen und wollen Wir oder unsere Erben, unsere gegenwärtige oder zukünfftige Graff-Herrschafften, Land, Leut, Güther, Zinß, Renthen, wie solche Nahmen haben mögen, gäntzlich oder zum Theil nimmermehr zu Lehen machen, noch auffragen, das geschehe dann mit aller der Zeit lebendigen Graffen zu Solms gutem Wissen und Willen.** In Saxonia quoque tradunt Saxonici Scriptores, non posse quem allodialis pecuniae naturam in feudum transmutare, praeterquam illum, qui regali dignitate haereditaria praefulget. De cuius moris rationibus ipsi disputent. v. CARPZOV. *p.* 3. *Const.* 30. *def.* 10. & BERLICH. 1. *concl.* 41. *n.* 17. cum allegat. Illum, qui prohibitus est alienare bona, non posse ea in feudum offerre, docet recte BESOLDVS *d. conf.* 49. *n.* 89. *seq.* In veris & proprie dictis Ciuitatibus illum, qui summa potestate gaudet, oblationes in extraneos aut ipsos etiam ciues vetare posse, vix est dubium. Nam resp. non potest stare in tuto, vbi subditi, praeprimis eminentiores in dignitate, fortunam suam alteri debent, quam Principi. Conf. tract. *de feud. obl. p.* 1. §. *vlt.* Cum Meursanam ditionem Princeps Aurasionensis Fridericus Henricus Imperatori Ferdinando II. in feudum offerret, restitere Foederati Belgii Ordines, dictantes,

Digitized by Google

dictantes, nullum beneficium neque publice neque priuatim a Domo Austriaca accipi oportere. Sed in Germania de personis aut coetibus superioritatem territorialem habentibus idem assererem: habent enim illi ius condendi leges de bonis & illorum acquirendi modo, quod apparet, si quis leges de successionibus hic & illic diuersas & multum coarctatas inspiciat. In Gallia olim ad hanc rem regio priuilegio opus fuisse, indicio esse videtur vetus charta emunitatis apud M. ANTONINVM DOMINICVM, quam Philippus V. Rex Nobilibus Senescalliae Petracoricensis & Caturcensis indulsit, inter multa alia verba priuilegii haec sunt; *Concedimus insuper iisdem de gratia speciali, quod illos, qui tenent allodia, qui ipsa allodia de ipsis nobilibus tenere & aduocare voluerint, libere possint recipere in eorum homines de allodiis ipsis, quae tamen infra eorum omnimodam iurisdictionem existant, quorum quidem allodiorum per eos receptorum feuda tenebuntur a nobis.* Sunt tamen Vrbes Imperiales, quae priuilegio Caesareo hanc ob rem cauerunt sibi. Vid. REFORM. FRANCOF. *p. II. tit.* 3. §. 6. *& sequ.* Quo stante, an ciues Imperatori bona sua in feudum dare, & rursus ab illo lege Vasallatica accipere valeant? quaerit D. SPRENGER. *in fund. iur. publ.* sed quid sentiret, lectoris arbitrio, rationibus in vtramque partem propositis, relinquit. Nos, quid actum sit, inspiciendum putamus: deinde hic considerare vellemus art. 3. CAP. LEOPOLD. qui Caesari iniungit, ne praetextu vinculi feudalis prouinciales eximere occipiat. Parentes possunt bona sua in feudum offerre vniuersa, modo filiabus legitima maneat salua. *argum. tot. tit. C. de inofficios. donat.* V. MENOCHIVS, ROSENTHAL. CHRISTINAEVS, SPEIDEL. GRAEVEVS, & quae Saxoniae Elector *Constit. noua* 2. §. **Als ordnen. §. jedoch.** hac de re sanxit. Adde de feudo emto LVDWELLVM *tr. de succeff. feudal. qu.* 2. *pag.* 153. BRVNNEMANN. *cent.* 2. *Decis.* 16. Caeterum, si filia legitimam ex feudo consecuta est, dotem petere amplius nequit. vid. BRVNNEMANN. *ad l.* 8. *C. de inofficios. testam.* Rusticos oblatione allodii in feudum defungi posse, tradunt Dd. apud GOEDDEVM 4. *Conf. Marpurg.* 37. *n.* 867. Si (quod in Germania non rarum fuit) Vniuersitas feudum offerat, per substitutum, quem vulgo **Lehn-Träger** vocamus, fidem atque obsequia praestat, quo moriente, an feudi in alia persona fiat renouatio? quaestum nouimus. De quo videantur D. STRVVIVS *c.* 8. *Syntagm. feudal. aph.* 7. *n.* 5. *& c.* 10. *aph.* 3. *n.* 3. FELTMANNVS *de titul. honor. lib.* 1. *cap.* 45. §. 2. *& 3.*

§. VI.

Acceptans & futurus simul Dominus est is qui in recognitionem rei oblatae pensionem e Camera sua quotannis soluendam curat. Quae pensio in vernacula nostra vocatur **Manngelt**; **Mann** enim in vernacula nostra non semper virum, sed & Vasallum notat, etiam foeminam. Hinc vox **Mann-Lehen** in literis inuestiturarum foeminas non excludit, vt abunde probaui *part.* 2. *de feudis oblatis* §. 40. *p.* 558. Adde ROSENTHAL. *cap.* 7. *de feudis concl.* 36. *n.* 38. & FELTMANNVM *de feudis cap.* 2. §. 4. *sequ.* Enimuero vox **Mann-Gelt** non semper in hac notione vsurpatur, interdum enim stipendium militare notat. Olim in Germania militis mercenarii vsus non erat; huiusmodi annua igitur pensione alliciebantur, qui Vasalli futuri erant in perpetuum, & seruitia feudalia, vbi opus erat, praestare tenebantur. De quo ne dubitari possit, libet hoc

Deinde acceptans & dans pensionem annuam, cuius ambiguitas egregiis diplomatis illustratur.

Digitized by Google

hoc exemplis ex historia patria illustrare & chartas sive literas investiturarum aliquot hic attexere. En primam: Wir Wilhelm von GOttes Gnaden, Land-Graue zu Hessen, Graue zu Katzenelnbogen, zu Dietz, zu Ziegenhain und zu Nidda, bekenne vor Uns und unsere Erben uffentlich mit diesem Brieve vor alle Lüden, daß Wir dem Edeln Wohlgebohrnen unserm lieben Neve und Getreuen Gerharten, Grave zu Seyne &c. dem Eltern, zu rechtem Erbmanlehn gelyhen haben, und lyhen Jhme also in Crafft dieses Brieves, viertzig Gülten Gelts jerlicher Gülte, also daß derselbe Grave Gerhart und sin Erben sulche gemelten viertzig Gülden von Uns und unsern Erben zu rechtem Erbmanlehn, haben, tragen, verstehen und entphaen sullen, Uns und unsern Erben getreue Edelman syn, unser Bestes thun und unsern Schaden warnen, als getreue Man Jhren Herrn schuldig und pflichtig syn, wan, wo und wie dicke des not syn und sich geboren wird, und als sulcher Erbmanlehn Recht und Gewonheit ist in maißen und als derselbe gnante Graue Gerhart solich Mangelt von dem Hochgebohrnen Fürsten Herrn Henrichen etwan Lant-Graven zu Hessen unserm lieben Herrn und Vater seligen entphangen gehabt und herbracht hoit, dieselben viertzig Gülden Gelts eyn iglicher unser Rentmeister zu Marpurg, wer der zu Zeiten ist und syn wird, dem gnanten Graven Gerharten und synen Erben alle Jare uf unser lieben Frauen Tag Lichtmesse von unsern wegen geben und bezalen sal, doch so magen Wir oder unser Erben die vorgenanten viertzig Gülden Gelts ablosen mit sechs hundert guten Rinschen Gulden wan und wilch Zyt Uns des gelustet, und wan Wir solche Losunge also gethain und dem vorgnante Grave Gerharten oder synen Erben solche sechshundert gute Rinsche Gulden uffgericht und bezalt han, alsdan sullen der vorgnante Grave Gerharten oder syne Erben dy sechs hundert Gulden widderumb anlegen an eyn jerliche Gulte und Renthe, und an stede unserem Lande gelegen, so viel man dar umb belegen uud gegelden mag unzeitlich und dyselbe Renthe und Gulte dan zu rechten Erbmanlehn widderumb von Uns und unser Erben entphaen, tragen und entphangen mit treuen Eyden, Glübden und Diensten, als sulcher bewiseter Erblehin Recht und Gewonheit ist, und wie auch vorgeschrieben ist, und doch solchen Erbverbuntnis Brieve unser lieber Anher Lant-Grave Ludwig seliger und löbl. Gedächtniß dem vorgnanten Graven Gerharten gegeben und verschrieben hait, in syner Macht zu plieben. In maissen das Unsers lieben Vaters seligen Lehnbrieff auch inhelt, sünder arge List und Geverde, und des zu Urkunde haben Wir Landgrave Wilhelm obgenant Unser Jnsiegel an diesen Brieff thun hencken, der gegeben ist uff Montag nach dem Sontage Jnuocauit Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo. Sequitur altera: Jch Eitel Burckhard, von Fleckenbühl thue kund hiermit offentlich, daß der Durchl. Hochgeb. Fürst und Herr, Hr. Georg Landgr. zu Hessen &c. Mein Gnädigster Fürst und Herr, uff vorgelegte Vollmacht meines Fr. lieben Vattern Groppen von Fleckenbühl, genant Bürgel, mich mit hernach benannten Lehnstücke belehnet hat, inhalts Sr. Fürstl. Gn. Mir des wegen zugestellten Lehn Brieffs von Wort zu Worten lautet, wie volgt. Von Gottes Gn. Wir Georg Landgr. zu Hessen &c. thun kund und bekennen hieran vor Uns und unseren Erben offentl. daß Wir dem Vesten Unserm Lieben Getreuen, Groppen von Fleckenbühl genant Bürgel Sechs Gulten Manngelt so jährl. auff St. Martinstag zu Rauschenburg fallen, und in Vorjahren die von Fleckenbühl etwan Petern von St. Naborn zu Marpurg von Ein hundert Gulden Franckfurther

ther Wehrung mit des Hochgebohrnen Fürsten, Herrn Heinrichen, Landgr. zu Hessen &c. Christseeliger Gedächtnuß Bewilligung verpfändet und verschrieben, dessen Erben auch solche sechs Gulden Manngelts so lang erhoben und bekommen haben, biß Weyland der Würdige Philipps von Fleckenb. Compthur zu Cronweissenburg, dieselbe im verschienen sieben und sechtzigsten Jahr dero weniger Zahl mit Ein hundert fl. Franckfurther Wehrung wiederum an sich bracht, und Er darauff fürters von dem Hochgeb. Fürsten Hn. Ludwigen dem Eltern, Landgr. zu Hessen &c. Unserm Fr. lieben Vettern, von neuem belehnet worden, aus Gnaden Ihme Groppen von Fleckenbühl gut. Birgel zu rechten Neuen Mannlehen angesetzet, solches auch von Weyland dem Hochgebohrnen Fürsten, Herrn Ludwigen dem Jüngern Landgr. zu Hessen, Unserm Gnädigen Herrn Vetter Hochseeligen empfangen hat, geliehen haben, leihen auch Ihme hirmit und in Crafft dieses Briefs dergestalt, daß Er und seine Mannleibes Lehens Erben, bemeldte Sechs Gulden Manngelds jedes Jahrs aus unser Rentherey Rauschenberg von Uns, und nach unserm Absterben, von unserm ältisten Sohn, oder in Mangel unserer Mann Leibs Erben, von unserm fr. lieben Bruder, Herrn Johannßen Landgrafen zu Hessen und Seiner Liebden ältistem Sohn und Mann Leibs-Erben, und in Mangel deroselben von Unsern übrigen geliebten Brüdern, jederzeit dem Aeltisten und des ältesten Linie Mann Leibs Erben, und auf gäntzl. Abgang des Mannlichen Stamms, von Weyland unserm in Gott ruhenden Genedigen geliebten Herrn Vattern Landgraff Ludwigen, Hochlöblichen Christmilten Andenckens herrührend, von dem Aeltisten unseres freundl. lieben Vettern, Darmstattischer Lini, Herrn Philippsen und Herrn Friederichen, Landgraffen zu Hessen, oder deren Mannlichen Leibs Lehens Erben, Fürsten zu Hessen, alles nach dem Recht der ersten Geburth, und besag und Inhalt deren, zwischen hochseelig vermeltem Unsern gnädigen Herrn Vattern Landgr. Ludwigen, und Seiner Vätterlichen Gnaden geliebten Gebrüdern obhochgedacht uffgerichter Brüderlicher Vergleichung und Erbstatuti, und von Röm. Kayserm darauff erfolgter confirmationen, und uff den Fall unsere Fürstl. Darmstättische Lini ohne Hinterlassung Mannlichen Erben gäntzl. und allerdings erlöschen und mit Todt abgehen, und keiner übrig bleiben noch vorhanden seyn solte, alsdann von unserm Freundlichen lieben Vetter Brudern und Gevattern, Herr Willhelm Landgr. zu Hessen und nach Sr. Lbd. Ableiben, deroselben ältisten Sohn, oder in Mangel Sr. Lbd. Mannleibs Lehens Erben, Sr. Lbd. Bruder, Herrn Hermann Landgr. zu Hessen und Sr. Lbd. ältistem Sohn und Mannleibs Lehens Erben, und in Mangel deroselben, Sein Landgr. Wilhelms zu Hessen Lbd. übrigen Gebrüdern, jederzeit dem ältisten und dessen ältisten Mannleibs Lehens Erben, und uff gäntzl. Abgang des Mannlichen Stamms der Fürsten zu Hessen, den Chur und Fürsten zu Sachsen, vermög deren zwischen den Chur und Fürstlichen Häuser Sachsen und Hessen, von undencklichen Jahren hergebrachten und in Zeiten erneuerten, und von Röm. Kayserm confirmirten und bestättigten Erbverbrüderung, zum rechten Mann- und Burglehen haben, tragen, versteben, verdienen und empfahen, unser und unser Erben trewe Mann darumb seyn, unser Bestes thun und Schaden allzeit trewlich warnen, und sonsten alles anders thun sollen, als getreue Mann ihrem Herrn zu thun schuldig und pflichtig seyn, wann wo und wie dick das noth seyn und sich gebühren wird, auch solcher Lehn Recht und Gewohnheit ist, doch hierin ausgescheiden unser, unser Erben Mann und eines jeden Recht, welche Zeit aber uns gefällig, solche

Digitized by Google

sechs Gülden Manngelts mit ein hundert Gulden Franckfurther Wehrung abzulösen, soll Er oder sein Erben und Lehns-Folger dieselbe anzunehmen, auch solche ein hundert Gulden an gelegene Güther wieder anzulegen, und dieselbe Güther von Uns und unsern Nachkommenden, wie vorstehet, zu rechtem Mannlehen zu tragen und zu entpfahen schuldig, Wir oder unser Nachkommen aber, als dann vorberührter sechs Gulden Manngelds halben Jhme ferner nicht verpflichtet seyn; Inmassen Er Uns dasselbige durch seinen Gevollmächtigten also angeloben und einen laiblichen Aid zu Gott und seinem H. Wort schweren, und seinen Revers-Brieff übergeben lassen, ohne Gefehrde. In Urkund haben Wir Uns mit aigenen Handen unterschrieben, und unser Fürstl. Secret-Jnsiegel wissentl. hieran hängen lassen, Geben zu Darmstatt am 27. Tag Julii Anno Christi 1629. Gerede und verspreche demnach an statt berührtes meines Vettern, allen dem jenigen, so in diesem Lehn-Brieff geschrieben steht, treulichen nachzukommen, Jnmassen ich solches gelobt und einen leiblichen Aid zu GOtt in seine Seele geschwohren und diesen Revers-Brieff unter meiner Subscription und anhangendem Adelichen Ring-Pittschafft übergeben habe; So geben und geschehen im Jar und Tag wie obstehet. Tertia: Wir Moritz von GOttes Gnaden Landgr. zu Hessen ꝛc. Bekennen vor Uns, unsere Erben Fürsten zue Hessen und Nachkommen, daß Wir unserm Lieben Getreuen Philipps Wilhelm Freyen von Dern Georgens seel. Sohn und seinen Leibs Lehens Erben, belehnet haben und belehnen Jhn hiemit und in Crafft dieses Brieffs mit allen denen Guetern, so seine Voreltern von unserm Herrn Altvatter, auch unserm Freundl. lieben Vettern Herrn Philippßen dem Jüngern und letzl. unsrem geliebten Herrn Vatter Hochlöbl. Gedächtnuß, und Uns zu Burg Lehen getragen und zue der Niederngraffschafft Catzenelnbogen gehörig, neml. mit 20. fl. Geldes die Jhme jährl. auff Weynachten uff unserm Zoll zu St. Goar gefallen und werden sollen; Wir haben auch genanntem Freyen von Dern zue rechtem Mannlehen geliehen zu Rumsteidt fünff Säcke Haffern, Ein Limpurger Malter Korns Kueßen, Sechs Kötzen Kirschen, Zwey Pfund Heller und die Fastnachts Hüner darzu gehörend, darum nun obgenanter Philipps Wilhelm Freye von Dern und seine Leibs Lehns-Erben unser Burck Mann zu Rheinfels und unser Mann seyn soll, verbundlich mit Aydten, Hulden, Trewen, Diensten alles das zu thun, das Mann und Burckmann Jhrem Herrn von solcher Lehen wegen pflichtig seyn zu thun. Wir behalten Uns auch hierinnen bevor, daß Wir die obgenante 20. fl. welche Zeit Wir oder unsere Erben wollen, mit 200. Gülden ablösen mögen, und wann Wir die Ablösung also gethan haben, so soll gedachter Freye von Dern, und seine Leibs Lehens Erben solche 200. fl. Werth und unserm Fürstenthumb ahm nechsten gelegen sey, wiederum5 anlegen, oder seines aigenes Guths, so viel das jährlich 20. fl. tragen möge, Uns zu Lehen machen, und das dann von Uns und unsern Erben zur Lehen empfangen, und darvon thun, als sich gebühret, und im Fall der gantze Mannlich Stamm der Fürsten zu Hessen (welches Gott der Allmächtige gnädiglich verhüten wolle) Todshalben abgangen und verstorben wehre, sollen und wollen Er und seine Lehens Erben, der Chur-Fürsten zu Sachsen, Landgraff zu Düringen und Marggraven zue Mayßen und Jhren Ehelichen, Mannlichen Leibs Erben, vermög der Erbverbrüderung, gewertig und verbunden seyn, wie Uns dann solches also zu thuen obgedachter Philipps Wilhelm Frey von Dern, vor sich und seine Lehens Erben, mit Hand gebenden Treuen gelobt und vesterhaltung einen leibl. Ayd zue Gott und seinem H. Wort geschworen

und

Digitized by Google

und ſeinen Revers-Brief übergeben hat. Deſſen alles zue Urkund haben Wir an dieſen Brieff unſer Fürſtl. Inſiegel hencken und trucken laſſen, vorbehaltl. Unſer, Unſer Manne und eines jeglichen Rechten, ohne Gefehrde. Geben zue Caſſel ahm drey und zwantzigſten Monats Tag Febr. Anno Domini 1607. Quarta: Von Gottes Gnaden Wir Ludwig Landgraff zu Heſſen ꝛc. bekennen vor Uns und Unſere Erben, daß Wir unſerm Lieben Getreuen Dietrichen von Dietz und Emrichen von Dietz Gebrüdern und ihren Lehens-Erben zehen Gülden Gelds zu rechtem Mann-Lehen geliehen haben: Und Wir Ine ſolche zehen fl. gegenwertiglichen in krafft dieſes Brieffs, die Ine auf St. Mertins Tag jerlich aus und von unſern Geſellen zu Limpurg zugeſtellet und gehandreichet werden ſollen. Darum ſollen nun die genante Brüder und Vettern und ihre Lehus Erben vorther ſolche zehen Gulden von Uns und unſern Erben, und in Mangel derſelben von unſern Freundlichen lieben Brüdern Herrn Wilhelmen, Herrn Philippſen dem Jüngern, Herrn Jörgen, allen Landgr. zu Heſſen, Graven zu Catzenelnbogen ꝛc. und Irer Liebten Mannlichen Leibs Lehens Erben, vermög des väterlichen Teſtaments. Do aber unſers Mannlichen Stamms ꝛc. von allen Theilen nit mehr ſein würde, alsdann von unſern Freundl. Vettern den Chur und Fürſten zu Sachßen, vermög der Erbverbrüderung zu rechten Mann-Lehen haben, tragen, verſtehen, verdienen und entpfahen, Unſer und unſer Erben getreu Mann darum ſein, unſer Beſtes thun, und unſer Schaden allzeit getreul warnen, als getrew Mann iren Herrn ſchuldig und pflichtig ſein zu thun, wenn, wo und wie dick des not ſein und ſich gebühren wird, Als ſolcher Lehen Recht und Gewohnheit iſt, doch haben Wir Uns hierinn vorbehalten, wann Wir oder unſere Erben den gedachten Gebrüdern und Vettern von Dietz und ihren Lehens Erben hundert Gulden geben und bezahlen, das Wir dann thun mögen, welche Zeit Wir wollen, Alsdann ſollen und wollen Wir und unſere Erben ſolche zehen Gulden Manngelts fürter zu geben nicht pflichtig ſeyn, und ſollen auch alsdann ſolich hundert Gulden widderumb under uns an Erbe ſo Uns, und unſerm Fürſtenthum allerbeſt gelegen, angelegt, zu Lehen gemacht, und von den berührten Gebrüdern und Vettern von Dietz, und ihren Lehens-Erben, von Uns und unſern Erben, entpfangen und zu Lehen gemacht werden, ohne Geverde, inmaſſen ire Altern ſel. und Sie ſolche Lehen von unſern Eltern und Herrn Vatter ſeel. Löbl. Gedächtnüß vorhin uff und von dem Hauß zu Blanckenſtein entpfenglich herbracht und getragen haben. Zu Urkund haben Wir Unſer Secret Inſiegel an dieſen Brieff hencken und geben laſſen zu Marpurg Montags den 26. Aprilis Anno 1568. Quibus addimus quintam ex Schilteri Commentario ad Ius Feudale Alemannicum cap. 14. §. 5. Wir Hermann Herre von Hoenfels tunt kunt allen denen, die dieſen Brieff anſehent oder hörent leſen, das Wir und unſer Erben achtzehen Pfund Heller Gelts zu Lehn han von unſerm Herrn Abt Wilhelm und von dem Stiffte zu W. die alle Jar vallende ſint an St. Martins Tage von allem dem Gute das der Stifft zu W. zu Lansheim hat, alſo wann der vorgen. Abbt oder der Convent komment und brengent ane zwantzig zwey hundert Pfund Heller, ſo ſullen Wir oder unſer Erben in daſſelbe Gut uff unſer eigen belegen, und ſollen das vom Abbt, der dann zu der Zût ein Abbt iſt, und von dem Stiffte zu Lehn han, und ſollen ir Gut zu Lansheim ledig und los ſagen von derſelben Gulte ane allerley Geverde. Wers aber, das Wir Herman von H. oder unſer Erben der Wiſunge nicht endetdin vor St. Martins Tage, ſo ſoll unſer Herre der Abbt W. oder wer zu der Zût ein Abbt zu W. iſt, oder der Convent die achtze-

Digitized by Google

hen Pfund Geltes die Wir zu Landsheim uff allem yrme Gut han, und an St. Martins Tage vallende sint, ledig sin und loß und nicht schuldig sin zu geben, und sollen auch die ane zwantzig zwey hundert Pfund Heller inne behalten, ane Widersprechen Unser und unser Erben biß das Wir die Wisunge getun gentzlichen und gar, als davor geschrieben stat, alles ane alle Geverde. Und daß diese Dinge war sin, und veste und stete beliben, so hencken Wir unser Ingesiegel an dieser Brieff zu eime Urkunde, der da wart geben da man zahlt nach Christus Geburte Drutzehen Hundert Jahre in dem Achtzehenden, an dem Montage nach unser Frauen Tage der Erste. Quas chartas eo libentius adducere libuit, quoniam ex iis nouam feudi speciem condiscimus, primum enim improprium feudum constituitur, at exsoluta a Domino sorte degenerat id in proprium, quoniam pecunia, quae soluitur, in res immobiles impendenda est, feudi iure imposterum tenendas.

§. VII.

Forma consistit in contractu feudali (quomodocunque is appelletur) dum vnus futurus Vasallus rem suam alteri confert ab eo in feudum recipiendam, alter futurus Dominus pensionem e Camera sua quotannis praestandam promittit. Vbi tamen notandum, hanc feudi speciem differre a feudo quod Camerae dicitur; hoc enim personale esse consueuit & ad haeredes non transit, quod hic secus est, nam pensio illa offerentis heredibus soluenda est vsque dum familia eius penitus extincta fuerit. Sed libet hic formulas quasdam subnectere. Prima est ex Friderico a Sande sumta in Commentario *ad consuetudines feudales Gelriae tract.* 1. *tit.* 1. *c.* 1. *n.* 37. „Vniuersis praesentes literas visuris & audituris, ego Adam de „ Leguych Pastor in Dernauwe notum fore cupio, quod recepi ab illustri viro „ Domino Reinaldo Comite Gelriae ac Zutphaniae 70. marcas Brabantinorum „ mihi ab ipso traditas & integraliter persolutas pro eo supportaui praedicto „ Domino Comiti 33. iurnales terrae arabilis puri allodii ore & calamo sitas „ apud Leguych. Nos Reinaldus Comes recepto a praedicto Adam iuramento „ fidelitatis, dantes & deputantes sibi & suis successoribus siue haeredibus pro „ feudo, homagii 7. marcarum reditus Brabantinorum, pro quibus ipse Adam, „ & sui haeredes, aut successores praedictas 33. iurnales ratione homagii domini Gelriae & suorum haeredum tenebunt & possidebunt. Nec non ego Adam „ praedictus, aut mei haeredes, seu successores fideles haereditarie, perpetuo, „ & successiue domini Comitis Gelriae remanebimus de praedictis 7. marcis Brabantinorum. Insuper ego Adam affirmo iuramento praedicto Comiti, ista „ bona valere vltra centum marcas Brabantinorum. In cuius rei testimonium „ sigillum meum praesenti cedulae est appensum vna cum sigillis domini Ingelbrandi de Dernauwe, & Wilhelmi dicti Bessel, & nos Ingelbrandus, & Wilhelmus fatemur ad preces dicti Adae sigilla nostra appendisse in testimonium „ praemissorum. Et nos fideles praedicti domini Comitis Gelriae dicimus, „ quod ista bona praedicta valeant vltra 7. marcas Brabantinorum, nam Scabini „ de Leguych, vbi ista bona sita sunt, informarunt nos. Datum Anno Domini 1335. die Dominica ante Festum Thomae Apostoli.„ Altera ex Thvmmermvto *in secundo fundamento Parium Curiae n.* 117. Vbi quis A. MCCCCLV. bona sua per calami traditionem iuxta morem ibi receptum pro triginta quinque marcis

Forma *inprimis ex formulis cognoscitur.*

Digitized by Google

marcis annuorum redituum Domino ſuo aſſignauit feudi iure inpoſterum habenda, nam ita in inſtrumento eſt, quod ſub fictis nominibus proponit: Es hat Er Sempronio vor ſich und ſeine Erben alle Hove und Gutter in der Herrſchafft Graven H. gelegen, nichts davon ausgenohmen, vor dem Gericht zu A. Jhme Herrn H. und ſeinen rechten Erben, vor ein beweiſt Manlehen vor fünff und dreyſſig Marck Brabendiſch jährlicher Gulde und Rend auffgetragen und uffgelangt mit Hand und mit Mund, alſo daß allwege der vorgenandter Hoff und Gut, mit einander für ein Beweiß Manlehen, vor 35. Marck Brabendiſch, jährlicher Gülde und Rend von Wohlgem. Herren H. und deſſelben rechten Erben, ruren, gehn, und zu allen Zeitten, ſo dick und viel ſich das gebuirt und nott ſeyn wurde, durch Sempronium und ſeine rechte Erben empfangen werden ſollen. Tertia eſt Comitum Seynenſium, qui Friedenwaldium Sereniſſimis Haſſiae Landgrauiis in feudum obtulerunt, vt patet ex literis inueſtiturae, quas Wilhelmus Haſſiae Landgrauius Anno MCCCCXC. dedit: Wir Wilhelm von GOttes Gnaden Landgrave zu Heſſen, Grave zu Katzenelnbogen, zu Dietz, zu Ziegenhain und zu Nidda, bekennen uffentlich an dieſem Brieve geyn allermenniglichen, daß Wir dem Edlen Wohlgebohrnen Gerharten Graffe zu Seyne &c. dem Eltern unſerm lieben Neven und Getreuen, daß Schloß Fridewalt und Statt, mit allen und iglichen ihren Zugehörungen, was darzu gehöret, keynerley ausgeſcheyden, zu rechtem Manlehen gelyhin haben, und lyhen geynwortiglich in krafft dieſes Briefs, alſo daß Er und ſyn Erben das vorgedachte Schloß Fridewalt, Burg und Statt, mit ihren Zugehörungen im Vorbas von Uns und unſern Erben zum rechtin Manlehin haben, tragen, verſtehen, verdienen und entphaen, unſer Erbedelmann darum ſyn und plieben, und uns des nommermehre uffſagen umb keynerley Urſach noch umb niemants willen, unſer Beſtes thun, und unſern Schaden warnen ſullen, wo ſie das mit Ehren gethun mugen, als getreue Manne ihren Herrn von rechte pflichtig, wann, wo und wie dicke des nott ſin, und ſich geboren wirdet, wie man Lehins alt Herkommen, Recht und Gewohnheit iſt, alles inmaiſſen er das gemelt Schloß und Statt Friedenwalt vor, von dem Hochgebornen Fürſten, Herrn Heinrichen etwan Lantgraven zu Heſſen unſerm L. Herrn und Vater löblicher Gedächtnis entphengl. getragen und herbracht hoit, Wir ſullen und wullen auch den obgnanten Grave Gerharten und ſyn Erbin verteidingen, verantworten und beſchirmen, glich andern unſern Edelmanen an geverde, und die gemelde Schloß Friedewalt, Burg und Statt ſullen unſer Erben und der unſern von unſer wegen uffen Schloß ſyn und blieben, uns darus und darin zu behelffen wider allermeniglich in allen unſern Noiten, Kriegen und Geſchefften, wo ſie das mit Ehren zugelaiſſen und gethun mügen, an geverde und wich Zyt, oder wan ſie uns das Schloß Friedewalt, Burg und Statt, alſo ufthun und darzu laiſſen werden, uns des zu gebruchen, als vorgeſchrieben ſtehit; So ſullen und willen wir auch die Zyt uß, und als lange wir uns des obgenante Schloß zu vorgeſchriebener Maiſſen nuitzen und gebruchen werden, das beſtellen und verwaren laiſſen mit Thorn-Knechten, Portenern, Wechtern zu lonen und zu bekoſtigen, und uns des uf unſer Koſt, Gewyn und Verluſt auch ſie und die ihren Schadens und Ungefuges verhuten und verwaren, nach unſerm Vermögen an geverde, und wan dy Fehende geſunet iſt, ſullen und wullen wir Jhne Schloß und Statt Friedewalt vorgnant widderumb zugeben unbeſchweret, Inmaiſſen uns das vor in-

worden iſt, ane Argeliſt, Wer es auch das ſolich vorgerürt Schloß umb des Urſprung willen verloren oder gewonnen werde, das GOtt ſynen willen abwende, So ſullen noch wullen wir uns nicht ſimen noch eynen, ſie haben dan vor Irſte ihre Schloß widder, als vorgeſchrieben ſtehit, an Argeliſt und geverde. Des zu Urkunde und ſteter Haltung haben wir unſer Siegel an dieſen Brieff thun hencken, der gegeben iſt, uff Montag nach dem Sontage Inuocauit, Anno 1490, Ex altera parte Sereniſſimi Haſſiae Landgrauii ipſis penſionem annuam centum florenorum promiſerunt, quae promiſſio An. MDCLXXIX. menſe Februario a Sereniſſima Tutrice & Regente Eliſabetha Dorothea per literas inueſtiturae inſtaurata eſt, in quarum literarum calce additur: Doch behalten Wir Uns, hochbemeltem unſerm geliebten Sohn und Seiner Lbden Erben bevor, daß Wir oder Sie ſolche 100. Gülden Manngelds mit 2000. Gülden Haubt-ſumma ablöſen und erlegen mögen, welche Zeit Uns oder Ihnen das gelüſtet, bequem und eben iſt.

§. IIX.

EFFECTVS *& contrarii.*

Effectus eſt obligatio mutua inter offerentem & acceptantem & ſimul dantem, ſiue inter Dominum & Vaſallum. De qua iam agere non eſt huius loci. Pertineret etiam huc tractatio de actionibus vtrinque competentibus; de qua cum plena manu egerint feudalium rerum Scriptores, nolumus actum agere. Caeterum ſi Camera Domini ipſamet egeat, habebit excuſationem, ne quotannis penſionem annuam praeſtet, paratum enim ei eſt beneficium competentiae; quod enim vulgo dicitur apud Romanos, fiſcum ſemper cenſeri locupletem, id in Germania non obtinet. Si porro ab initio certa ſors ſiue capitale, de qua penſio ſoluenda, conſtituatur, ea exſoluta haut dubie mixtura huius feudi expirat; vti conueniſſe inter Sereniſſimos Haſſiae Landgrauios & Comites Seynenſes, iam ſupra diximus.

§. IX.

Subiicitur Reſponſum ad facti ſpeciem ſub fictis nominibus datum cum ſubiunctis diplomatis. Num. 1.

Libet nunc occaſione pecuniarum Vaſalliticarum vulgo der Manngelter, ſubnectere Reſponſum ad ficta nomina datum, ſed quae facile reſolui poſſunt in Dominos de Cronenberg, quorum domus tum penitus erat extincta, & Illuſtriſſimos Comites Solmenſes. Factum: Es haben die beyde Stämme von Dernberg, nehmlich der Flügel- und Cronen Stamm, von Graff Cunen zu Sonnenberg laut N. 1. ein gewiſſes jährliches Mann Geld dergeſtalt gehabt, daß zu welcher Zeit Er Ihnen daſſelbe auff ein oder zwey mahl ablegen und ablöſen würde, Sie es auff gewiſſe Eigenthumliche Güther und Gefälle ſo ſolch Mann Geld wohl ertragen mögen, ahnlegen, derſelben Eigenthumb Ihme übergeben, und ſo fort von Ihme zu Lehen empfangen und tragen ſolle.

Num. 2. 3. Als Er nun laut Num. 2. & 3. Anno 1466. und Anno 1471. die Ablöſung gethan, ſo haben Sie, und nahmentlich zwar, Philipps Hanß, Franck, Jacob und Hartmuth von Dernberg, mit Conſens Ihrer Eheweiber und Dero Adelz Aſſiſtenten in ſolchen zweyen Jahren, theils Ihre Allodial Güter, theils aber Ihre eigenthumliche Zehenden zu Fiſchborn, mit eydlicher Aſſeveration und Behauptung, daß dieſelbe Ihnen gantz frey, ledig und lauter eigen ſeyen, vor Schul-

Digitized by Google

Schultheiß und Schöpffen des Gerichts daselbsten, Ihme eigenthümlich übergeben und sich daraus, Ihn aber darin gesetzet.

Gleich wie sie nun so balden laut Nris 4. 5. & 6. von Ihme Graff Cu- Num: 4.
none mit solchen auff gleiche Weise und mit gleichen Worten übertragene 5. & 6.
Güter und Zehende, investiret worden; Also haben auch Ihre männliche Descendenten von Ihme und seinen Successoren, allen Graffen zu Sonnenberg, von darahn biß auff das vor 2. Jahren erfolgte Absterben des letztern Masculi, Johann Nicolaus von Dernberg, mithin über 230. Jahr lang das Lehn empfangen, gantz ohne daß iemahlen ihrer einer, von diesen Zehenden einiges Theil oder Gattung zu eximiren sich unterfangen, sondern Sie haben im Gegentheil solche Sonnenbergische Feudal-Qualität jederzeit dergestalt agnoscirt, daß also Ann. 1617. der Flügelstamm abgangen und dessen Antheil dem Cronen Stamm zugefallen, Innocentius ein vornehmer geistlicher Reichs-Fürst und seine Herrn Brüder und Vettern, alle von Dernberg des Chronen-Stamms, nachdem Sie so wohl unter sich, als auch mit denen Allodial Erben lang gestritten und dessenhalben durch die Fürstliche Räthe, die Acta genau durchgehen lassen, alle Species und partes der Zehenden laut Nris 7. & 8. in ihrer Theilung austrücklich vor Sonnenbergische Num 7. 8.
Lehen gesetzet und confirirt; Als aber neulicher Zeit der Letzte von dem Dernbergischen Manns-Stamme verstorben, und dieses Lehen Graffen Cunonis zu Sonnenberg Successoren heimgefallen, so entstehet die Frage: Ob Sie mit einer jährlichen Renthe von 170. Achtel Korns aus solchem Zehenden zufrieden seyn müssen? oder aber, ob Ihnen die in obigen Beylagen Nris 2. & 3. übertragene Theil der Zehenden selbsten, und zwar ohne Unterscheid unter den groſſen-kleinen-und Blut-Zehenden, und ohne Ausnahm einiger Gattung Fruche, vor voll gebühren, wann auch schon alle Gattungen zusammen ein Ansehnliches mehr als 170. Achtel Korn jährlich am Werth ausmachen solten? Worüber ein zu verläßiges Responsum Iuris mit Beyfügung der Haupt-Rationum Decidendi, umb die Gebühr verlanget wird.

Beylag sub Nro. 1.

Wir Otto Graf zu Sonneberg, bekennen und thun kund offenbahr in diesem Brief ꝛc. ꝛc. darzu soll Er nehmlich Graff Cuno zu Sonnenberg den Stammen von Dernberg in derselben Maas zu rechten Mann Lehen auch jährlich reichen und geben, 170. fl. Geldes, uff St. Peters Tag ad Cathedram &c. &c. Item mag auch der obgenante Cuno Graff zu Sonnenberg und seine Erben, die obgeschriebene Summen Geldes, nehmlich die 170 fl. Mann Lehen von den obgenanten von Dernberg oder ihren Erben ablösen und abkauffen mit zwey tausend und sechsthalb hundert Gulden, welches Jahres ihme beliebte, doch also, welche Zeit Unser Vetter oder seine Erben die Ablösung thun wolten, das solten Sie dem Aeltesten von Dernberg, der der Lehen Eintrager ist, ein Vierthel Jahr zuvor, vor St. Peterstag ad Cathedram, ungefährlichen zu Hauße in seinen Schrifften verkündigen, und binnen den nechsten acht Tagen nach demselben St. Peters-Tag soll von unserm Vettern Graff Cuno oder seinen Erben das Geld damit der Abkauff und die Lösung geschehen soll, kundlichen und ungefährlichen hinter dem Rath zu Francfurth gelegt werden, biß so lange, daß die von Dernberg oder Ihre Erben solches Geld mit Rath desselben unsern Vettern und seiner Erben abgelegen

legen uff ſichere Güther und Nutzen oder uff ihren eigenen Güthern, die ſolches jährlich Mann Lehen ertragen mögen, nach Erkantnuß der Gerichte, darinne Sie gelegen ſeyn, ohne Gefährde. **Dieſelbe Güther** ſollen auch Unſerm Vettern von Sonnenberg und ſeinen Erben ſeiner Graffſchafft am nechſten
NB. NB. Mann mag verlegt, beweißet und inngegeben werden, den **Eigenthumb erblichen** daran zu haben, und die von Dernberg zu Mann Lehen damit zu belehnen, inmaſſen vor unterſcheiden ſtehet, Und wehre es Sache, daß unſer Vetter von Sonnenberg, obgenant, oder ſeine Erben, die obgemeldte hundert und ſiebentzig Gulden nicht zu einmahlen ablöſen wolte, ſollen Sie Macht haben, des Geldes hundert Gülden abzulöſen, mit funffzehen hundert Gülden, und die übrige ſiebentzig Gülden mit Elffthalb hundert Gülden zu einer andern Zeit, wann Ihnen ebend. doch alles mit dem Unterſcheid vorgeſchrieben, und welche Zeit ſolche Ablöſung gantz oder eines Theils alſo geſchicht, und das Geld der Ablöſung hinter dem Rath zu Franckfurth gelegt were, ſollen unſere Vetter Cuno obgenandt und ſeine Erben, der hundert und ſiebentzig Gülden, oder ſo viel dieſes Geldes abgelöſſet und getauſcht, nach Anzahl ungefährlichen förder nicht mehr pflichtig ſind zu geben. Und des zu guter Sicherheit haben Wir Graff Cuno von Sonnenberg obgenandt, für Uns und Unſere Erben, und ich Philipp und Hanß ſein Sohn beyder Ritter, Ich Franck und Jacob Gebrüdere, und Ich Hartmann alle von Dernberg, für Uns und alle Unſere Erben, unſer ein jeglicher ſein eigen Inſiegel an dieſen Brieff gehangen ꝛc. ꝛc. Actum & datum Franckfurth ipſo die Sancti Albani Anno Domini 1463.

Num. 2.

Wier dieſſe hernach geſchriebene, mit Nahmen Philips von Dernberg, Hanß von Dernberg ſeine Söhne Ritter, Francke und Jacob Gebrüdere, und Hartmann, alle von Dernberg, bekennen mit dieſem offenen Brieff, für Uns und alle Unſere Erben, ſo als der Edle Juncker Cuno Graff zu Sonnenberg, unſer gnädiger lieber Juncker, Uns den Stämmen von Dernberg gemeinlichen zu rechtem Mann Lehen geliehen hat, hundert und ſiebentzig Gülden, jährlich uff St. Peters Tag ad Cathedram zu reichen und zu geben, doch mit Behaltnüſſe einer Ablöſunge, und Uns jetzo daſelben jährlichen Mann Lehen Gelds, hundert Gülden, mit fünffzehen hundert Gülden abgelöſt hat, die Uns dann nun mit des genandten Unſer gnädigen Junckern Radte, uff ſichern Güthern und Nutzunge, oder uff Unſer eigen Güther, die ſolch jährliche Mann Lehen Geld jährlich ertragen mögen, wieder gebühren zu verlegen, den genandt Unſern gnädigen Junckern oder ſeine Erben, darin zu vereinigen, alles nach Innhalt des Entſcheids und Lehen-Brieff klährlich darvon ſagende, alſo verlegen, beweiſen und vereigenen, obgenannte Stämme von Dernberg gemeinlich, und Unſer Jeglicher beſonder, dem obgenandten Unſern gnädigen Junckern Graff Cunen zu Sonnenberg, und ſeinen Erben und Nachkommen, für Uns und alle Unſere
NB. Erben den Eygenthumb erblich daran zu haben, recht und redlichen, in krafft dieſes
NB. Briefs, zu Fiſchborn, dieſe hernach geſchriebene Unſer eigen Güther, nehmlich Ich Hanß von Dernberg Ritter von Herrn Philips meines Vatters, min und mines Erben wegen, uff minen Hoff zu Fiſchborn, genandt Friedmanns Hoff, ſechſthalb

Digitized by Google

halb Hubs Lands Ackers darin gehörig, die mir jährlich funffzig sieben Achtel Korns tragen, Franckfurther Wehrung; Ich Francke von Dernberg verlege vor mich, mein Erbe uff min Hoff zu Fischborn, genandt Herrn Francken Hoff, dritthalb Hube Lands Ackers darin gehörig, die mir jährlich fünff und zwantzig Achtel Korns tragen, obgeschriebener Maas; Ich Jacob von Dernberg verlege vor mich und min Erben, min halben Theil ahn dem Zehenden zu Fischborn, der mir jährlich fünff und zwantzig Achtel Korns thut, obbeschriebenes Maas, und Ich Harthmuth von Dernberg verlege vor mich und meine Erben, meine zwey Theil an dem Zehenden zu Fischborn, das mir dann jährlich hundert und zwantzig Achtel Korns thut, Franckfurter Maas, alles ohngefährlich, die dann Unser gantz frey luter eigen sin, und jährlich 227. Achtel Korns davon fallen und renden, Franckfurter Wehrung; Wir und alle Unsere Erben, sollen und wollen auch uff solche Höffe und Güther, keinen Uffsatze oder Beschwehrungen setzen oder thun, damit sie einigen Abgang der Gülten haben mögten, in keine Wyse, ohne alle Gefährde, und setzen und eigen der genannten Unsern gnädigen Junckern, Graff Cuno zu Sonneberg und sin Erben in dieselben unser jetztgenandte eigen Höffe, Güther und Zehenden und uns und alle unsere Erben darüsse, vor Schultheiß und Schöffen zu Fischborn, des Gerichts, so wie desselben Gerichts Recht und Gewohnheit ist, und haben auch das gethan, mit Willen und Verhängnüß unsere Hußfrawen hernach geschrieben der genant Unser gnädiger lieber Juncker, hat auch für sich und seine Erben Uns Stämmen von Dernberg gemeinlichen und Unser Stämmen Erben, die obgenandte Güther Höffe und Zehenden, darauff die zweyhundert und sieben und zwantzig Achtel Korn Gülte gefallen und verschrieben sin, in rechter Gemeinschafft, wieder zu Mann Lehen geliehen, die auch Ich Philips von Dernberg als der Aeltiste unter Uns Stämmen und unser aller wegen in rechter Gemeinschafft, von dem obgenandten unsern gnädigen Junckern empfangen und darüber von unser aller wegen gelobt und eydlich zu GOtt und den Heyligen geschworen han, dem obgenandten Unsern gnädigen Junckern und seiner Grafschafft zu Sonnenberg getreu, gehorsamb und gewärtig zu sin, Ihren Schaden zu warnen, frommen und Bestes allezeit zu werben, und alles das zu halten und zu thun, wie obbeschrieben stehet, daß manne solche Lehen halben von Rechts oder Gewohnheit wegen schuldig sin, als auch die Aelteste unter Uns und Unsern Erben für sich und seine Mitt-Stämme zu jeglicher Zeit thun solle, so dicke das Noth geschiehet, alles nach Luthe des Entscheids und Lehen-Brieffs, unde Ich Philips, Ich Hanß sin Sone beyde Ritter; Ich Francke und Jacob Gebrüdere, und Ich Hartmann alle von Dernberg obgenandt, gereden und geloben zu guter wahren, treuen, ahn eines rechten Eyds statt, diesse Verschreibung in allen Ihren Puncten, Uns Gebührende, stete und veste zu halten, darwieder nicht zu thun, noch schaffen gethan werden, in keine Weyse sonder Argelist und Gefährde, und han des zu wahrer Urkund, Unser jeglicher sein eigen Ingeseß, für Uns und alle Unsere Erben, ahn diesen Brieff gehangen; So bekenne Ich Merge von Holffenstein Eheliche Hauß-Fraw Francken von Dernberg, Ich Agnes Stormfeder, Eheliche Hauß-Fraw Jacobs von Dernberg, und Elisabeth von Rickingen, Eheliche Hauß-Fraw Hartmanns von Dernberg, daß dieser Insatz, wie vorgeschrieben stehet, vereigent uf gelassen und mit unserm guten Willen und Verhängnüß, geschehen ist, und Wir thun auch Unsern guten Willen und Verhängnüß für Uns und alle Unsere Erben gäntzlich darzu in und mit Krafft dieses Briefs, so daß Wir oder Unsere Erben den genandten Unsern Junckern

NB. NB. NB. NB.

ckern oder seine Erben nimmermehr an den obgemelten geeigneten Güthern, Höffen und Zehenden hindern, trügen oder keinerley Zusprüche darzu haben noch behalten wollen, in keine Weyse, sonder Gefährde, und das in Urkund der Warheit, so haben Wir Merge, Agnes und Elisabeth jetzt genant, gebeten den vesten Adam von Erlebach, genant von Wylbach, daß Er sin Ingeseß für Uns ahn diesen Brieff gehangen, das Ich Adam jetzt genandt auch also von Ihr beede Willen gethan, mich erkennen. So bekenne Ich Kulmanns Henne, und Ich Peter von Ursel beede Schultheisse, Henn Kußemann Emerich Matthisen Zimmermann, Weygel Arnold, Contze Henne, Knappefritz Hußemann, Harter Hanß Görge, Hanß Henn Schneider, alle Schöffen des Gerichts zu Fischborn, daß Wir bey dieser Auffgab und Insatz gewest, und darvon Ufgab empfangen und Insatz gethan haben als des Gerichts Recht und Gewohnheit ist; Wir haben auch uff unser Eyde erkennet, und erkennen, daß die Güther, Höffe und Zehende zweyhundert und sieben und zwantzig Achtel Korn gülr, jährlich wohl ertragen mögen, ungefährlich; Und des zu wahrer Urkund und Bekandtnüß, so haben Wir Schultheiß und Schöffen des Gerichts zu Fischborn und unser jeglicher besonder, gebeten, den vesten Junckern Philips von Hattstein, Unsern lieben Junckern, daß Er sein Ingeseß für uns an diesen Brieff gehangen hat, das Ich Philips jetzt genannt auch also umb der benandten Schultheissen und Schöffen von Fischborn Bitte Willen also gethan mich erkenne. Datum Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto uff Montag nach St. Thomas Tag.

Num. 3.

Wir diesse hernach geschriebene, mit Nahmen Philipps von Dernberg, Hanß von Dernberg sin Sohn, beyde Ritter, Franck und Jacob Gebrüdere, und Hartmann alle von Dernberg, bekennen offentlich mit diessem Briefe, für Uns und alle Unsere Erben; So als der Wohlgebohrne Jung-Herr Graff Cuno zu Sonnenberg, Unser gnädiger lieber Juncker, Uns den Stämmen von Dernberg gemeinlich, zu Zeiten 170. fl. Gelds, mit Behaltnüß einer Ablösunge, geliehen, desselben Mann Lehen Gülten, dann vormals hundert Gülten mit einer Summe Haubt-Gelds, nehmlich mit 1500. fl. abgelöst sind, und Uns jetzo die übrige 50. fl. Mann Lehen Gülten mit 1050. fl. abgelöst hat, solch 1050. fl. Haubt-Gelds, Uns mit des genandten Unsers gnädigen Junckern Rath uff sichere Güther und Nutzunge, oder uff unsere eigene Güther, die solch jährlich Mann Lehen Gült jährlich ertragen mögen, wieder gebührend zu verlegen, und die benandten Unsern gnädigen Junckern oder sine Erben, darinnen zu vereinigen, alles nach Innhalt des Entscheids Lehen Briefs und
NB. Verschreibung darüber klärlich besagende; Demnach so verlegen, beweisen und vereinigen Wir obgenandte Stämme von Dernberg gemeinlichen, und unser jeglicher besonder, dem genandten Unserm gnädigen Jung-Herrn Graff Cuno zu Sonnenberg, sinen Nachkommen und Erben, für Uns und alle unsere Erben, den Eigen-
NB. thum erblichen daran zu haben, recht und redlichen krafft dieses Briefs, mit Nahmen zu Fischborn, diesse hernach geschriebene Unsere eigene Güther, nehmlich Ich Philipps von Dernberg Ritter, von min und Herrn Hanß mines Sohns und Unser Erben wegen, uff min Hoff daselbst zu Fischborn, gnandt Friedmanns-Hoff, dry Huben Land Ackers, darinnen gehörig, die mir jährlich 33½ Achtel Korn tragen,

Ich

Digitized by Google

Ich Franck von Dernberg, verlege vor mich und mine Erben uff minen Hoff auch daſelbſt zu Fiſchborn, genandt Herrn Francken Hoff, anderthalb Hube Lands Acker darzu gehörig, die mir jährlich 6½. Achtel Korn thun, Ich Jacob von Dernberg verlege vor mich und mine Erben minen Theil Zehenden zu Fiſchborn für voll deſſelben Zehenden, ich dann dem ged. mitt. gnädigen Jung-Herrn das andere Theil vormahls auch verlegt han, und ich Hartmann von Dernberg verlege vor mich und mine Erben ſechs Hüben Land Ackers, nehmlich drey Huben Lands, die in Gerhard Herrn Hoff gehören, und drey Huben Lands, die in Hoff gehören, den Hartmann Hanß Jacob jetzt inne hat, alles zu Fiſchborn gelegen, die mir dann jährlich ſechs Achtel Korn thun, ungefährlich, alles Franckfurther Maas, ſolche obgenandte Güther dann Unſer gantz frey luter eigen ſin, und ſämbtlich Jahrs hundert dreyſig drey Achtel Korn ungefährlich Franckfurther Maas renden; Wir obgenandte Stämme von Dernberg und alle Unſere Erben ſollen und wollen auch uff ſolche obgenandte Höff, Zehenden und Güther keinen Uffſatz oder Beſchwehrung ſetzen oder thun, damit ſie einigen Abgang der Gülten haben mögen, in keine Weyſe, ohn alle Gefährde, ſondern Wir ſetzen, vereignen auch mit Willen und Verhängnüß unſer Ehelichen Frawen hernach geſchrieben, dem genandten Unſerm gnädigen Junckern Graffen Cunen zu Sonnenberg, ſinen Nachkommen und Erben, an dieſelbe jetztgenandte unſere Höffe Zehenden und Güther, wie vor geſchrieben ſtehet, und Uns und alle Unſere Erben daraus vor Schultheiß und Schöffen des Gerichts zu Fiſchborn, wie deſſelben Gerichts Recht und Gewohnheit iſt, der genandt Unſer gnädiger lieber Juncker, hat auch vor ſich und ſine Erben, Uns Stämmen von Dernberg gemeinlichen, und Unſern Erben die obgenandte Höffe, Zehenden und Güther, darauff die 133. Achtel Korn gefallen und verſchrieben ſin, in rechter Gemeinſchafft wieder zu Mann Lehen geliehen, die Ich Philipps von Dernberg auch, als der Aelteſte unter Uns Stämmen, von Unſer aller wegen, in rechter Gemeinſchafft, von dem obgenandten Unſerm gnädigen Junckern entfangen, darüber von Unſer aller wegen gelobet und leiblich zu GOtt und den Heiligen geſchworen han, dem dickgenandten Unſerm gnädigen Junckern, ſinen Erben und ſiner Grafſchafft zu Sonnenberg, getreu, hold, gehorſamb und gewärtig zu ſeyn, Ihren Schaden zu warnen, frommen und beſtes allezeit zu werben, und alles das zu halten und zu thun, das man ſolcher Lehen halber ſchuldig und pflichtig ſind, als auch der Aelteſte unter Uns und Unſern Erben, für Sich und ſeine Mit-Stämme, zu jeglicher Zeit thun ſoll, ſo dick das Noth geſchickt, alles nach Lut des Entſcheids und Lehen-Briefs darüber beſagende; Dieſe Verſchreibung gerede und gelobe Ich Philipps Hanß ſin Sohn, beyde Ritter, Ich Franck, Ich Jacob, und Ich Hartmann, alle von Dernberg obgenant, in guten wahren Treuen, an eines rechten Eyds ſtatt in allen Ihren Stucken, Puncten und Articuln, uns berührende, ſtete und feſte zu halten, darwieder nichts zu thun, noch ſchaffen gethan werden, in keine Weyſe, ſonder alle Argeliſt und Gefährde. Deß alles zu wahrer Urkund, ſo hat Unſer jeglicher ſein eigen Ingeſeß, für Uns und alle Unſere Erben, an dieſſen Brieff gehangen, Wir dieſſe hernach geſchriebene, mit Nahmen, Ich Cathrin von Reiffenberg, eheliche Haußfraw Herrn Hanßen von Dernberg Ritters, und Ich Elße von Sickingen, eheliche Haußfraw Hartmauns von Dernberg, bekennen daß dieſer Inſatz, wie vorgeſchrieben ſteht, vereignet uffgelaſſen und mit unſerm guten Willen, Wiſſen und Verhängnuß geſchehen iſt, und Wir thun, auch unſern guten Willen und Verhängnüß, für Uns und alle unſere Erben, darzu gäntzlich, in und mit Krafft dieſes

NB. NB. NB. NB.

Brieffs, alſo daß Wir oder unſere Erben, den genandten unſern guädigen Juncker, oder ſine Erben, nimmermehr an den obgemelten geeigneten Güthern, Hoffen und Zehenden betrangen oder keinerley Juſpruch darzu haben noch behalten wollen, in keine Weyſe, ſonder Gefährde. Des zu Urkund, ſo haben Wir offt genandte Cathrine und Elſa gebethen, den veſten Philipps von Roderſtatt, daß er ſein Ingeſeß für Uns auch ahn dieſen Brieff hat gehangen, daß Ich Philipps jetzt genandt, auch alſo, umb Bitte willen der obgenandten Cathrin von Reiffenberg und Elſen von Sickingen, gethan han, mich bekennend, ſo bekenne Ich Peter von Urßel, und Ich Großhenn der Schneider beede Schultheiß, und Wir dieſſe hernach geſchriebene mit Nahmen Matthias Zimmermann. Cloß Zimmermann. Weigel Arnold, Schaborn Henn Cloß Schneider, Keil Orßel, Henn Kußemann, und Herte Hanß George, als Schöffen des Gerichts zu Fiſchborn, daß Wir bey dieſer Uffgab und Inſatz geweſen ſin, und davon Uffgabe entfangen, und Inſatz gethan han, als des Gerichts Recht und Gewohnheit iſt. Wir haben auch uff unſer Eyde erkandt und erkennen; daß die obgenente Höff, Zehende und Güther, ſammenthafft, ſolch Summ der 133. Achtel Korn jährlich wohl ertragen mögen, ungefehrlich. Und des zu wahrer Ur-
NB. kund und Bekantnüß, ſo haben Wir Schultheiß und Schöffen zu Fiſchborn jetztgenant, und jeglicher beſonder, gebethen, den veſten Juncker Heinrich von Clettenberg, daß Er ſin Ingeſeß für Uns an den Brieff hat gehangen, deß Ich Heinrich jetzo genandt auch alſo umb der bemelten Schultheiß und Schöffe Bitte willen gethan han, mich erkenne. Geben am Donnerſtag nach dem Heyl. Oſtertag Anno Domini 1471.

Num. 4.

Wir dieſe Nachgeſchriebene mit Nahmen Philipps von Dernberg, Hanß von Dernberg, beyde Ritter, Franck und Jacob Gebrüdere, und Hartmann alle von Dernberg, bekennen Uns offentlichen mit dieſem Brieffe, vor Uns und alle Unſere Erben, daß der Wohlgebohrne Juncker Cune Graff zu Sonnenberg Unſer gnädiger lieber Juncker, Uns Stämmen von Dernberg gemeinlichen, die Hoff, Zehenden und Güther zu Fiſchborn, damit Wir Seine Gnaden verlegt haben, zu Mann Lehen geliehen hat, die auch Ich Philipps von Dernberg Ritter, als der Aeltiſte unter Ihnen von meine und Ihrer aller wegen in Gemeinſchafft von dem benanten Junckern Cunen zu rechten Mann Lehen empfangen, ſeiner Gnaden auch drüber gelobt und Lehen Pflichte gethan han, zu halten und zu thun, alles nach Lute des benandten Graff Cune darüber beſagende Inhalt, alle Gefährde und Argeliſt hierinn gäntzlichen abgeſchnitten. Darzu Urkunde, ſo haben die Stämme von Dernberg obgenant, unſer gemein Inſiegel ahn dieſen Brieff gehangen; der geben iſt am Sambſtag nach dem Sonntag Invocavit, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

Num. 5.

Wir dieſe hernach geſchriebene mit Nahmen, Philipps von Dernberg, Hanß von Dernberg, beyde Ritter, Franck und Jacob Gebrüdere, und Hartmann, alle von Dernberg, bekennen Uns offentlichen mit dieſem Brieffe, vor Uns und alle Unſere Er-

Digitized by Google

Erben, daß der Wohlgebohrne Juncker Graff zu Sonnenberg, Unser gnädiger lieber Juncker, Uns Stämmen von Dernberg gemeinlichen, die Höffe, Zehenden und Güther zu Fischborn, damit Wir sin Gnade verlegt han, zu Mann Lehen geliehen hat, die auch Ich Philipps von Dernberg Ritter, als der Aelteste unter Ihnen, meinent, und Ihrer aller wegen in Gemeinschafft, von dem benanten Juncker Cune, zu rechten Mann Lehen empfangen, Seiner Gnaden auch darüber gelobt und Lehen Pflichte gethan han, zu halten und zu thun, alles nach Lute der Brieffe, des genandten Graff Cune darüber besagende Innhalt, alle Gefährde und Argelist hierinne gäntzlich abgeschnitten; Des Urkund so han Wir Stämme von Dernberg obgenant Unser gemein Insiegel an diesen Brieff gehangen; der geben ist am Donnerstag nach dem Heil Oster-Tag, Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Num. 6.

Copia letztern Dernbergischen Lehen-Brieffs vom 14ten Januarii 1698.

Wir Hermann Graff zu Sonnenberg, als dero Zeit ältister Graff zu Sonneberg; Bekennen offentlich mit diesem Brieff, für Uns, Unsere Erben und Nachkommen, daß Wir denen Stämmen von Dernberg gemeinlich, nach Inhalt eines Entscheids darüber besagend, zu rechten Mann Lehen geliehen haben in derselben Maaß, die Höff, Zehenden und Güther zu Fischborn, damit Sie Weyl. den Hochgebohrnen Graffen Cunen zu Sonnenberg milder Gedächtnüß, vertröst und vereinigt haben, auch laut der Beschreibung darüber besagend.

Die obbeschriebene Mann Lehen, hat der Wohl-Edle und Veste, Unser lieber getreue Johann Dernberg vor sich selbsten durch seinen hierzu gevolmächtigten N. N. zu Mann Lehen in rechter Gemeinschafft empfangen, darüber Gelübt und Eyd gethan, Uns und Unsern Erben hold, gehorsamb und gewärtig zu seyn, und alles das zu thun, das Mann Ihren Herrn von solcher Lehen wegen, von Recht oder Gewohnheit pflichtig zu thun seynd, sonder Argelist und Gefährde; Als auch hinkünfftig zu jederzeit der Aelteste von Dernberg so dick das Noth und sich gebühren wird, vor sich und seine Mittstämme, von Uns und Unsern Erben empfangen, tragen, halten und thun sollen, alles nach laut des Entscheids, zwischen wohlermeldtem Graff Cuno seel. Gedächtnüß und Ihnen begriffen, auch des Belehnungs-Brieffs, der im Revers angezogen, Wir darüber besagend innhaben. Alle Gefährde und Argelist hierinnen gäntzlich abgeschnitten. Des zu wahrer Urkund haben Wir Graff Hermann zu Sonneberg Unser Secret-Insiegel an diesen Brieff thun hängen, und solchen eigendändig unterschrieben. Gegeben den 14ten Januarii, im Jahr Christi Unsers Erlösers und Seeligmachers, Ein tausend sechshundert neuntzig und acht.

Hermann Graff zu Sonnenberg.

Digitized by Google

Num. 7.

Extract der Designation der Lehen-Güther welche die Dernbergische feudal- und allodial-Erben anno 1618. gemacht haben.

Fischborn.

Item: Drey Huben Lands Acker am Friedmanns Hoff, vermög Ufftrag-Briefs von obbemeltem 1471ten Jahr.

Item: Anderthalb Huben Lands uff Herr Francken Hoff daselbst vermög Ufftrag-Briefs von obbemelten 1471ten Jahr.

Item: Die Theil an allen Frucht- Wein- und andern Zehenden, welche Weyland Jacob von Dernberg, zu Lehen uffgetragen, vermög mehrbemelten Ufftrag-Brief, und zur Memorie anhero gesetzt, gehet sonsten Juncker Ulrich seel. ahn, und ist vor sich richtig und unzweiffentlich. Item: Ein Zwölfftheil ahn kleinen Zehenden.

Num. 8.

Extract der Theilung / so zwischen denen Dernbergischen Feudal-Erben vom Cronen Stamm nach Abgang des Flügel Stamms in die zugefallene Lehnstück den 18ten Tag Julii 1618. geschehen.

Item: Den dritten Theil ahn Frucht- und Heu-Zehenden zu Fischborn, welche Ulrich von Dernberg daselbsten innen gehabt, thut jährlich aus 10. Jahren eines gezogen ahn Korn sechtzig sieben Achtel, ahn Weitzen vier Achtel ein Mest, ahn Gersten zwey Achtel, ahn Erbsen ein Achtel anderthalb Simmern, an Wicken anderthalb Achtel, an Haffer 36. Achtel, an Heu 2. fl 3. Schilling 3. Pfenning, weil Geld vor den Heu Zehenden gelieffert wird.

Item: Ihr beyder Joh. Eberhards und Ulrichs von Dernberg ingehabte Theil am kleinen Zehenden zu Fischborn.

Item: Den sechsten Theil am Wein- Obst- und Kraut-Zehenden zu Fischborn.

Item: Und nachdem dem Schloß-Bau zu Dernberg aus jetztbemeltem dritten Theil Frucht, und sechsten Theil Wein- Heu- und Kraut-Zehenden, der zwölffte Theil gebühret, so ist derselbe zwölffte Theil, nicht angeschlagen und darbey von dem Stamm Verwandten Gevettere Hermann Daniel und desselben minder-jährigen Gebrüdere, aller von Dernberg, Vormündern, eingewilliget worden, daß Ihro Chur-Fürstlichen Gnaden und derselben jungen Vettern und Bruders Sohn Adam Philipsen von Dernberg, solchen zwölfften Theil, vom Bau zu Ihrer Gelegenheit (jedoch mit viel berührter Gevettern Vorbewust) gegen Erstattung billigmäßiger Recompens und Werths ablösen und an sich bringen mögen.

Item: Sechs Fuder Mist, sechs Cappaunen, und fünffthalb Schilling Pfenning Zins aus dem Ding-Höffischen Gefällen zu Hübschberg jährlich auf Martini fällig.

Respon-

Digitized by Google

Responsum.

Als uns Decano, Doctoribus und Professoribus der Juristischen Facultät bey Fürstl. Heßischer Universität allhier zu Giessen vorgesetzte Facti Species nebst einigen Beylagen à Num. 1. ad 8. zugefertiget und über die annectirte Frage:

Ob die Herren Graffen zu Sonnenberg mit einer jährlichen Renthe von 170. Achtel Korns zu frieden seyn müsten, oder ob Ihnen die in den Beylagen *Num.* 2. & 3. übertragene Theile der Zehenden selbsten und zwar ohne Unterscheid unter den Grossen- Kleinen- und Blut-Zehenden, und ohne Ausnehmen einiger Gattung, vor voll gebühren, wann auch schon alle Gattungen zusammen ein ansehnliches mehr als 170. Achtel Korns jährlich ausmachen solten?

Unsere in Rechten gegründete Meinung zu eröffnen ersuchet worden; So haben wir alles mit gehörigem Fleiß verlesen und Collegialiter wohl erwogen.

Ob nun wohl es das Ansehen hat, daß (1) die Herren Graffen von Sonnenberg und deren Successores, nach Absterben des letzten vom Dernbergischen Manns-Stamm, wodurch ihnen das Lehen heimgefallen, nicht mehr als eine jährliche Renthe von 170. oder so viel an Korn aus denen im Uftrags-Brief n. 2. specificirten Gütern, Höfen und Zehenden praetendiren könten, weil das Mann Lehen anfänglich in 170. fl. Mann Lehen Gelder bestanden, so Graff Cuno zu Sonnenberg und dessen Successores denen Stämmen von Dernberg alle Jahr reichen lassen, jedoch sich vorbehalten, solche jährliche Renthe zu welcher Zeit es ihnen beliebet auf ein oder zweymal mit 2550. fl. wieder abzulegen, welche Summa Geldes alsdann uf sichere Güter und Nutzen, oder auch ihre eigene Güter, die solches Mann Lehn jährlich ertragen mögen, angelegt und alsdann von ihme zu Lehen empfangen und getragen werden solten, aus welchen Worten: Die solches Mann Lehn jährlich ertragen mögen, zu schliessen, daß der Dominus feudi nur uf den Ertrag der Güter sein Absehens gehabt, damit Er uf solchen Gütern wegen des Capitals der 2550. fl. dafern das feudum apert werden solte, gnugsam versichert seyn und desselben wieder habhafft werden könne, folglich, das Gut und Zehenden zu Fischborn weiter nicht als pro sorte afficiert seye, wie dann (2.) das Wort verlegen öffters in denen Beylagen N. 2. 3. & 4. gebrauchet wird, welches mehr uf ein Pfändrecht als Eigenthumb auszudeuten, inmassen es auch N. 2. & 3. eine Verschreibung genandt wird, in verbis: und ich Philips gelobe zu wahrer guten Treuen an eines rechten Ayds statt, diese Verschreibung in allen ihren Puncten, Uns berührend, stet und vest zu halten. It. d. n. 2. die obgenandte Güter, Höfen und Zehenden darauf die 227. Achtel Korn Gulte gefallen und verschrieben sind. It. N. 3. darauf die 133. Achtel Korn gefallen und verschrieben sind.

Confer. THVMMERMVT. tract. Krumbstab schleust Niemand aus. fundam. Par. Cur. 2. n. 132. seq.

Zu welchem Ende (3.) die von Dernberg vor sich und Ihre Erben gelobet, uf solche Güter und Zehenden keinen weitern Uffatz zu machen, damit sie darauf einigen Abgang der Gulden haben möchten, Num. 2. & 3. Worzu (4.) kombt, daß ein ufgetragenes Lehn mehr in favorem Vasalli offerentis quam Domini Feudi zu interpretiren seye. Oblatio enim feudi ideo saltem fieri videtur, vt hac ratione Vasalli

Digitized By Google

ſalli in potentioris alicuius tutelam & patrocinium veniant, non vero quod velint ſibi inde praeiudicium generari, ſed vt abundantiori cautela ſibi prouideant.

Wehner. in voce **Ufgetragene Lehen**

Wvrmser. de feud. impropr. Claſſ. 3. ſect. 8. n. 6. & 7.

Strvv. in Syntagm. iur. feud. cap. 7. aph. 10. n. 2.

Zu geſchweigen daß es (5.) widrigenfalls uf ein pactum uſurarium & illicitum **hinaus lauffen würde**, ſi emtor loco vſurarum quincuncium omnes fructus indiſtincte lucrari velit.

Strick. Conſil. 2. n. 73. & ſeqq.

Es auch (6.) ſcheinet, daß die qualitas fructuum ex bonis & Decimis oblatis, **welche das Gericht erkand**, reſtrictiue ad ſortem **der 2550. fl oder aber des jährlichen Mannlehns-Geld** à 170. **fl. verſtanden werden müſſe, als worauff** tempore oblationis principaliter **geſehen worden, und alſo dem** Domino feudi tanquam emtori **ein mehrers nicht gebühre,**

Richter Vol. 2. Conſil. 94. per tot.

Ravchbar. part. 1. q. 21. n. 3.

indem die Ubergab ad Menſuram **in Abſehen der 170. fl. Mannlehen-Geldes, die ſolches jährlich ertragen mögen, geſchehen, und alſo nicht** demonſtratiue ſed reſtrictiue **auszudeuten.**

Nachdem aber ex facti ſpecie **und angehenckten Beylagen zu erſehen iſt, daß (1.) ausdrücklich** paciſcirt **worden, wann das jährliche Mannlehn-Geld** à 170. **fl. mit 2550 fl. abgelegt und abgelöſet würde, daß alsdenn ſolches uf gewiſſe eigenthümbliche Güter, angelegt, deren Eygenthum aber dem** Domino feudi **übergeben und ſo fort die Herrn von Dernberg von denen Herren Graffen von Sonnenberg zu Lehen empfangen und tragen ſolten,** laut Beylag N. 1.

Den Eygenthum NB. **erblich daran zu haben und die von Dernberg zu Mannlehen darmit zu belehnen.**

Und dann darauf (2.) erfolget, daß die von Dernberg vor ſich und ihre Erben ihre Höffe zu Fiſchborn und Antheile Zehenden daſelbſt dem Herrn Graffen Cunoni **zu Sonnenberg und deſſen** Succeſſoren **frey lauter eigen, mit conſens ihrer Ehweiber zu Lehen ufgetragen, ſich und ihre Erben daraus, den Herrn Graffen und deſſen Erben aber darein geſetzt, auch (3.) ſolche Höfe, Güter und Zehenden wieder von denſelben zu Mannlehn empfangen, den Lehnayd würcklich dahin abgeſchwohren, dem Herrn Graffen und ſeiner Grafſchafft Sonnenberg getreu, gehorſam und gewärtig zu ſeyn ꝛc. und alles zu thun, was ſich ſolcher Lehen halben von Recht und Gewohnheit wegen zu thun ſchuldig wäre; wie dann (4.) deren Ehweiber ebenmäſſig vor ſich und ihre Erben an denen zugeeigneten Gütern, Höfe und Zehenden keinerley Zuſpruch zu haben noch zu behalten, nicht allein zugeſagt, ſondern es iſt auch durch Schultheiß und Schöpffen Ufgab empfangen und Zuſatz gethan worden, nach mehrerem Inhalt der Uftrags-Brieffen** Num. 2. & 3. **daß alſo das** dominium directum **der Güter und Zehenden ſelbſt** in Dominum feudi transferiret, **und** Vaſallis vtile Dominium conſtituirt **worden.**

v. Strvv. Syntagm. iur. feud. cap. 7. aph. 10. n. 6.

Zumahlen da (5.) die Herren von Dernberg und deren Männliche deſcendenten **über 230. Jahr dergeſtalt, von denen Herrn von Sonnenberg und deren** Succeſſorn

das

Digitized by Google

das Lehn allzeit empfangen, niemahlen aber (6.) von solchen zue Lehen ufgetragenen Gütern und Zehenden etwas zu eximiren sich unterfangen, sondern (7.) hingegen solche Sonnenbergische feudal qualität jedesmals agnoscirt, dergestalt, daß als (8.) der Flügel Stamm von denen Dernbergischen feudal-Erben anno 1618. abgangen und die Güter dem Cronen-Stamm dieses Geschlecht zugefallen und wie ratione separationis bonorum feudalium ab allodialibus damahls lang gestritten worden, nicht bloß das Korn, sondern alle davon fallende Frucht, ohne Ausnahm. Item Heu, Obst, Wein, Kraut ꝛc. nebst dem Bluth-Zehenden secundum der Beylag Num. 7. 8. & 9. in ihrer Theilung von Sonnenbergischen Lehen declarirt und erkandt haben; Daß bey solchen vielen Umbständen wir keinen Zweiffel haben und billich und recht zu seyn erachten, daß denen Herren Grafen von Sonnenberg, nachdem nunmehr vor etlichen Jahren der letzte von dem Dernbergischen Manns-Stamm verstorben und das dominium vtile cum directo consolidirt worden, die übertragene Theile der Zehenden selbsten ohne Unterscheid unter dem Grossen- Kleinen- und Blut-Zehenden, auch ohne Ausnehmen einiger Gattung der Früchte zusammen weit mehrers als 170. Achtel an Werth auswerffen solten. Et ita in terminis fere casus huius responsum inter CLAVDII CANTIVNCVLAE Cons. 35. quem retulit ipse THVMMERMVT. d. supra loco n. 117. sequ.

Worgegen nicht hindert, was oben pro rationibus dubitandi angeführet worden, massen (ad 1mum) die Herrn von Dernberg nicht eine certam quantitatem fructuum, sondern den Eygenthumb der Güter und Zehenden selbsten dem Herrn Grafen von Sonnenberg zue Lehen uftragen und von demselben wieder zue Lehen empfangen haben, in verbis: Also verlegen, beweissen und vereignen thue, obgenannte Stämme von Dernberg gemeiniglich und unser jeder besonders unsern gnädigen Junckern Grafen Cuno von Sonnenberg seinen Erben und Nachkommen vor uns und unsere Erben den Eygenthumb erblich darvon zu haben Num. 2. & 3. Item Unser gnädiger lieber Juncker ꝛc. hat uns Stämmen von Dernberg die obgenande Höfe, Zehenden und Güter in rechte Gemeinschafft wieder zu Mannlehen geliehen d. N. 2. & 3. daß also weder der dominus feudi noch Vasalli bey dem Uftrag der 170. fl. jährlicher Manngelder oder uf gewisse quantität der Früchte ihr Absehens gehabt, sondern das Guth und Zehenden selbsten zum Lehn ufgetragen, wormit dann (die 2te, 3te und 4te) ratio dubitandi zugleich mit wegfällt, massen das Wort zueignen und folgende contenta erläutert wird. Appropriare enim nihil aliud est quam transferre proprietatem rei in alium vel rem allodialem transferre in feudalem.

LINDEMAN. Exerc. feudal. 2. cap. 4. n. 6.
GAIL. 2. Obs. 158. n. 4.

Hinc feuda oblata dicuntur appropriata, & quamuis a Wurmbsero & nonnullis referantur ad feuda impropria, Thom. *de feud. obl. c.* 1. §. 45. 47. *& seq.* in eo tamen retinent communem feudi naturam, quod dominium directum feudi, vtile vero remaneat penes Vasallum.

STRVV. de feud. cap. 7. aph. 10. n. 10.

Daß aber der Uftrag eine Verschreibung genand wird, ist zu verstehen de pacto & obligatione, da sich die Herrn Vasalli an Aydstatt verbunden, solche gerechte Abred stets und vest zu halten und die Güter in praeiudicium Domini feudi mit einigem Ussatz weiter nicht zu beschweren. Es ist auch (ad 5. & 6.) dieser Uftrag

Digitized by Google

nicht pro nuda emtione & venditione zu halten, in dem die Herrn von Dernberg vor dem beschehenen Ustrag der Höfe und Zehenden das jährliche Mannlehn-Geld a 170. fl. als ein Mannlehen von dem Herrn Graff Otto von Sonnenberg allschon gehabt, und solche Revenue schon ein feudum gewesen, neque requiritur in feudo emto, vt pretium correspondeat rei venditae, nec pretium, quo constituitur feudum, intrat naturam rei, Vasallus quoque gaudet hoc beneficio, quod Dominus feudi eum in suam receperit clientelam.

Struv. Syntagm. iur. feudal. cap. 1. aph. 3. n. 7.

Et vt emtio aliqua pro vsuraria iudicari debeat, tria simul requiruntur, 1. vt incipiat a mutuo, 2. subsit enormis laesio, & 3. qui credit pecuniam & eo praetextu emtionem iniit, solitus sit contractus vsurarios exercere.

H. Pist. Obs. 229. n. 1. 2. & seqq.

so sich anhero gar nicht appliciren lässet. Es haben die Herren von Dernberg dieses Lehen über 230. Jahr genossen, und aus der Schöffen Erkantnüs wohl gewust, daß das Guth und Zehenden uf 360. Achtel Korn jährlich auswerffen könne, sciens vero nemo laeditur, vielweniger sind die in feudum ufgetragene Güter mit dem Capital der 2550. fl. restrictiue uf die quantität des Korns, nach Schatzung des Gerichts, erkaufft, sondern die Güter und Zehenden selbst und deren Eygenthumb hingegen zur Lehen ufgetragen, die quantitas fructuum aber nur demonstratiue beygesetzt worden, damit Dominus feudi daraus versichert seyn könne, daß die Güter welche an statt der 2550. fl. zum Lehen ufgetragen werden, wohl jährlich 360. Achtel Korn wohl auswerffen könten, und der Dominus feudi also darbey nicht gefährde seye. Communis autem Doctorum est sententia, ad corpus rem vendi quando primo corporis fit mentio (vti hic) postea quantitatis.

Besold. part. 6. Consil. 267. n. 10.
Carpz. 5. Resp. 25. n. 3.
Stryck. de Cautel. Contract. sect. 2. c. 8. p. 30. & 32.

Neque ex contextu verborum aliud colligi potest, quam quod ipsae & praedia denominata simpliciter, quantitate fructuum non restrictiue sed demonstratiue saltem addita in feudum sint oblata, prout in rationibus decidendi fuit deductum, welches auch ferner gantz deutlich abzunehmen aus dem Wort ohngefährlichen, quia vtens hac voce non loquitur de determinato numero.

vid. Brvnneman. ad l. final. de peric. & commod. rei vend. n. 37.
Stryck. c. l. §. 30.
Besold. c. l. n. 6. & ab eo allegat.

Welches wir also V. R. W. jedoch saluo rectius sentientium iudicio hiermit berichten wollen. Urkundlich Unsers hierbey gedruckten Facultät Insiegels. So geschehen Giessen den 9ten Julii 1706.

DISSER-

Digitized by Google

DISSERTATIO

DE

COMMENTITIA APANAGII ET PARAGII DISTINCTIONE IN ROM. GERMANICI IMPERII PRINCIPATIBVS PROFANIS ET COMITATIBVS.

PRAEFATIO.

NOn semper ea, quae a magnae famae scriptoribus dicuntur, arripienda aut probanda esse, sub illustri exemplo demonstrare nobis est propositum. Pauci sunt anni, cum in iuris publici Romano-Germanici prudentiam inuehi coepit insolitum Paragii nomen, & diuersa eius ab apanagio indoles, ex *disciplina* exterorum regnorum petita; quorum applicatio quam noxia, quam *detrimentosa* solidis & vsitatis hucusque in Romano Germanici Imperii publici iuris principiis, dicam amplius, ipsi πρωτοτυπίας iuri esse queat, si ex professo ostenderemus, nos operam minime lusuros, imo veri amantibus gratiam facturos esse, existimauimus. Testamur autem publice, veritati heic vnice litatum, & nihil celebritati tantorum nominum, quae summo suo merito in Iurisprudentia veneramur, detractum iri. DEVS conatui benedicat!

§. I.

VT, quod nobis destinatum est, cognosci liquido queat, praemitti conuenit, quid exteri vocabulo apanagii & paragii intelligant. Vbi etymo non libet immorari: nam apanagium descendere ab apanare, quod barbara latinitate significat, panem siue alimenta praebere, tam evidentibus testimoniis probauit CAROLVS CANGIVS *Gloss. voce apanare*, vt non sit dubitandi locus. Sic cum eadem latinitate *Pares*, qui sunt eiusdem conditionis siue dignitatis, denotauerint, inde prouenisse paragium facile intelligitur. *Etymon apanagii & paragii.*

§. II.

Apanagium, vt definit CANGIVS *d. gloss. voce apamentum*, est, quod ad victum & in alimentum secundo genitis praestatur & conceditur a parentibus. *Apud Gallos quid* APANAGIVM.

Digitized by Google

Souſtenanee dicitur Petro de Fontanis in Conſilio c. 34. Quippe apud Gallos Baroniae ſeu maiora praedia ac feuda diuiſionem non recipiunt, ſed ad ſolum primogenitum pertinent, qui tamen tenetur aſſignare apanagium fratribus ſuis ſecundo genitis ſeu certam quandam penſionem, vti & vocatur, id eſt, penſionem in alimentum pro dignitatis ac natalium ratione.

§. III.

Quid Paragium denotet.

Paragium apud Gallos ab apanagio diſtinguitur, &, teſte laudato Cangio, notat quicquid feudale a fratre primogenito ſecundo genitis in partem hereditatis datur, qui id ab ipſo primogenito fratre tenent, plane ac ille reliquum feudum conditione absque tamen homagio (quod is pro toto feudo dominico praeſtat) vſque ad ſeptimam generationem; qua finita, omnis ſanguinis affinitas extincta cenſetur: tum enim qui excipiunt homagium praeſtant heredibus primogeniti. Iidem Galli diſtinctionem faciunt inter paragium & fratragium ſiue fratriagium, frerage ſiue frareſche, de quo prolixe diſſerens idem Cangivs *diſſert. ad* Ioinvillam 3. inter alia ſcribit: *La tenüe en parage a beaucoup de rapport avec la tenue en frerage: Tenir en pavage, ſelon Bouteillier, eſt lors que l' aîné faiſant partage à ſes puinez, lui abandonne vne partie de ſon Fief, par exemple le tiers, ou moins, ſuiuant que les Coutumes ordonnent; car alors les puinez tiennent en parage de leur aîné la partie, qui leur eſt eſt échеüe par la raiſon de parage & de ſucceſſion.* Et alors les ainez font les hommages aut chefs Seigneurs pour eux & leurs puinez, & les puinez tiennent des ainez par parage, ſans hommage. Ce ſont les termes de la Coutume de Normandie, chap. 8. art. 128. *La tenüe par parage differe de celle par frerage en ce que par la derniere, le puiné eſtoit obligé de faire hommage à ſon aîné d' abord qu' il eſtoit ſaiſi de partie du Fief ce qui n' eſtoit pas du Parageau, c' eſt à dire du puiné poſſeſſeur du Fief en parage, qui n' eſtoit obligé à l' hommage enuers ſon aîné Parages, qu' en trois cas.* Quos tres caſus ibi explicat. At Stryckivs *Diſſert. 8. de ſucceſſion. ab inteſtat. c. 11. §. 4.* paragium, quod alii partagium vocant, definit cum Choppino & aliis, *titulum, quo feudi pars minor à fratribus natu minoribus* (qui omnes tantum trientem conſequuntur) *eorumue poſteris pari iure à natu maiori poſſidetur, vt maiori fratri nec fidelitatem debeant.*

§. IV.

Ioan. Schilteri, haec ad Romani Germanici Imperii Principatus & Comitatus applicantis, doctrina excutitur.

Haec quemadmodum ad Germanici Imperii regiones transferantur, ſi-bet *ex ſuccincta expoſitione de paragio & apanagio* celeberrimi ICti D. Iohannis Schilteri (quem enim potiorem ei doctrinae Aduocatum dabimus?) audire. Conqueritur ille §. 22. apanagium cum paragio vulgo confundi: apanagium enim non eſſe ius reale, nec partem hereditatis, ſed duntaxat fructuum perceptionem debitam ex obligatione perſonali & conditione ex pacto. Ante §. 17. dixerat: apanagium in pecunia fructibusque, qui ex certis praediis aſſignentur, conſiſtere iure vſusfructus; perinde vt dotalitium atque alimenta cum vita finiantur. Conf. *l. 2. Inſt. Iur. Publ. tit. 9. §. 13.* Enimuero heic multa notari merentur. Ipſe §. 36. fatetur: *denominationem apanagii improprii* (de quo infra ex profeſſo agemus) *iam irrepſiſſe in forum, vt etiam in teſtamentis, pactis & ſententiis Principum reperi-*

Digitized by Google

reperiatur, nec nos oportere ita esse delicatos, vt eiusmodi loquendi modum eliminare velimus, aut res ipsas pro nullis habendas. Sane narrandum esse cum multis, & loquendum cum vulgo, cum verba valeant sicut nummi. Ecquis igitur priuato permisit, doctrinam antea non receptam in iurisprudentiam Germanicam introducere? Et si paragium, cur non etiam fraragium ciuitate Germanica donamus. Quod si vocabula Germanica, **Abfindung** & Deputat, examinemus, ea tam de proprio quam improprio apanagio vsurpari, in propatulo est. Quanquam LIMNAEVS *ad A. B. tit.* 25. §. 2. *obs.* 11. scribat: se non dubitare, magnam esse differentiam inter **abgetheilte und abgefundene Herrn**, de quo discrimine ipse viderit. Nam alii duo haec pro synonymis apanagiatorum habent. vid. VITRIAR. *l.* 3. *I. P. tit.* 19. §. 66. Quis vero vnquam audiit in Germania apanagium proprie sic dictum cum apanagiati vita finiri? Imo & ille, qui apanagium in pecunia aut reditibus, in certa regionis parte assignatis, accipit, ius reale nanciscitur, in heredes suos, saltem masculos, transiturum. Hinc apanagium portio & onus feudi dicitur. v. GEORG. HENRIC. SPRINGSFELD *tr. de apanagio c.* 12. *n.* 27. Nec apanagium semper debetur ex pacto; sed interdum etiam ex vltimis defuncti tabulis aut lege in conuentibus prouincialibus sancita. Et quod apanagium per prouisionem ad modum vsusfructus constitui dicimus, id duntaxat eo pertinet, apanagiatum ius alienandi non habere, quoniam, deficiente eius prole masculâ, apanagium ad domum primogeniti revoluitur. vid. MYLERVS *de Stat. & Princip. Imp. c.* 22. §. 5. Plane vt vsufructuaria regna dicimus, non quod per omnia vsusfructus naturam habeant, sed quod in iis alienandi facultas Regi sit praeclusa. Quanquam nihil vetat, ex pacto alienandi ius, saltem ex parte competere apanagiato. Ita in pactis notabilibus inter Ennoinem Comitem Ostfrisium & eius fratres quatuor, Gustauum, Iohannem, Christophorum & Carolum Ottonem A. MDCI. 26. Ianuar. maxime circa apanagia initis, in quibus vnicuique fratrum apanagiatorum 50. millia thalerorum assignantur, inter alia conuenit: **Aber gleichwohl soll in der jenigen Brüder, welche 25. Jahr alt worden seyn, freyen Willen, Macht und Gewalt beruhen, entweder von dero zu ihrer Ausrüstung verordneten, und Ihme obberührter Massen bezahlten Haupt-Summa, oder da sich dieser Fall bey seinem Leben nicht begeben von dem Uberschuß der jährlichen Leib-Renthen, nichts wenigers als von den übrigen allen seinen Güthern und Vorrath durch** Testamenta **oder andere beständige letzte Willen, wie auch durch Handlung und** Contract **unter den Lebendigen rechtmäßige** disposition, **Ordnung und Vergleichung zu treffen, daran Ihn der Regierende oder andere seine Brüder nicht zu hindern. Bey welchem** Articul **dann, Wir Uns gegen einander brüderlich vor Uns und unsere mitbeschriebene ferner beständig verpflichtet und verbunden, daß von nun an und zu ewigen Tagen, vor Uns und allen unsern Nachkommen, bey diesen Ubergaben, Handlungen und Verträgen unsers Gräfflichen Stamm-Hauses Ost Frießland und dessen regierende Herrn Wohlfahrt und Uffnehmen in acht zunehmen, und nach Möglichkeit zu befördern; Und wollen derowegen hiermit gesetzt und verordnet haben, do Wir jüngere Brüdre, wie auch alle Unsere Nachkommen einer oder mehr ohne ehelich gebohrne Leibes-Erben versterben würden, daß Unsere** Testamenta **und letzte Willen, do Wir deren einen oder mehr auffgerichtet, wie auch alle andere Handlung und Ubergaben unter den Lebendigen ferner und weiter nicht gültig seyn sollen, denn daß der dritte Theil**

Digitized by Google

aller Unser Verlassenschafft, Wir hätten dieselbe von unsern Brüdern zu unserer alimentation, Abefindung und Ausstattung, oder von andern durch Göttlichen Seegen gewonnen, erworben, ererbet und erlanget, Sie wären Erben oder Lehn, liegend oder fahrend, an den regierenden Grafen zu Ost-Frießland komme und falle/ und sonderlich der dritte Theil des ausgezehleten Vermählung und Ausstattung Geldes iure generalis & perpetui fidei commissi der Grafschafft Ost-Frießland, so lange dieselbe von jemanden Unsers Geschlechts, Stammes und Nahmens regieren wird, wiederumb zugetheilet und zum voraus gefolget werden; Jedoch do einer der verehlichten Brüder von diesem dritten Theil und fideicommisso seiner Gemahlin uff Ihr Lebenlang den Vsumfructum und nießlichen Gebrauch vermachen wolte, dasselbe soll Ihm ungewehrt seyn, und ist seine Gemahlin dabey billich zu schützen und Hand zu haben, und wann Sie verstirbt/ soll obbesagter dritte Theil pleno iure dem regierenden Grafen gefolget werden.

Würden aber einer oder mehr der verheuratheten Brüder nach dem Willen GOttes ohne ehelich erzeugte Leibes Erben, und intestat ohne Veranlassung eines letzten Willens versterben, so sollen eosdem iure perpetui & generalis fideicommissi zwey Theil des bezahleten Ausstattung Geldes und von aller anderer seiner Verlassenschafft Sie sey gelegen wo Sie wolle dem Regierenden Grafen von Ost-Frießland alleine verbleiben, aber der dritte Theil auf die nechste Erben ab intestato so viel deren Zeit seines Absterbens befunden werden, kommen und fallen, und also, auch anders nicht, soll es auch uff den Fall wann ein unverehlichter Bruder intestatus und ohne Verlassung eines beständig letzten Willens versterben möchte, mit der Succession an seinem hinterlassenen Vorrath der ersparten Leib-Renthen, und was Er sonst bey seinem Leben, durch Erb- oder andere Fälle, erworben, gewonnen und erlanget, gehalten werden.

§. V.

Paragii ab eo adductae species quatuor expendunter. Prima, *quando vltragenitus particulam territorii accipit regendam.*

Paragii quatuor species in Germanici Imperii regionibus profert laudatus Schilterus §. 28. 29. Prima est, quando ita partitio fit inter coheredes & primogenitum, vt, salua huius praerogatiua, illi acquirant terras & dominia in eas, non solum vsumfructum. Neque vero hanc speciem posse dici aut esse apanagium, quippe quod non veniat iure dominii, nec coheredis. Sed nec requiri hic, vt sint regentes Domini, hoc est, vt participes sint regiminis principalis, der ganzen Landes Regierung, quae Primogenito fortè soli competit: sufficere enim, quod gaudeant iurisdictione territoriali particulari in suos subditos: adeoque saltem iure Cancellariae aut etiam regiminis particularis. Nam in verbis nos oportere esse faciles, modo res secundum rationem & analogiam iuris intelligamus. Exemplum ponit in Sereniſſima Domo Palatina, in qua Alexander Comes Palatinus Veldentinae lineae Ann. MDXIV. testamento disposuit: Wollen auch mit dieser Constitution und Satzung des Erben die andere unsere Söhne und Töchter aus einiger Unmildigkeit nicht enterbet oder fürgangen haben, allein aus vorerzehlten Ehehafften Ursachen gethan, und die Hoff-prouision oder pension, so ihnen, alldieweilen Sie nicht versehen seynd, an statt legitimae zugeeignet haben. Nos vero speciem hanc paragii esse negamus. Etenim vbi primum genito competit superioritas territorialis siue regimen vniuersale, quicquid etiam secun-

Digitized by Google

secundogenitis de territorio attribuitur, non potest non apanagii iure censeri. Et regimen illud particulare minus recte iurisdictio territorialis insignitur, si iurisdictio est synonymon superioritatis: nam superioritatis superioritas non datur, nisi valde ἀκύρως loqui velimus. Sane regimen ὑπάλληλον siue subordinatum ius territorii non mutat, vt liquet exemplo Landsassiorum, praesertim Comitum, *qui*, vt SCHILTERVS ipse *l.* 1. *Inst. Iur. Publici tit.* 26. §. 4. post ZIEGLERVM obseruauit, *praeter ius suffragii in diaetis habere solent iurisdictionem in suos, ius subcollectandi, recipiendi nouos subditos, homagii exigendi, detractionis*, Abzug-Geld, Nachsteuer, *mulctarum, ius praelationis in liberis subditorum seruitia mercenaria subeuntibus, ius nundinarum vulgarium siue hebdomadariarum, ius pecuniae forensis, ius circa res venales, condendi statuta, ius canonis, operarum.* Frohnen, *ius defendendi aut agendi pro subditis.* Conf. *Dissert. de subiect. territ.* §. 4. *praesertim in notis.* Nimirum ex ciuilis prudentiae scitis nouimus, aliud esse statum reip. aliud administrationem eius, ex qua formam ciuitatis diiudicare minime conuenit. v. *El. pr. ciuil. part.* 1. *sect.* 6. §. 13.

§. VI.

Altera: *quando eidem iura quaedam eximia simul adiiciuntur.*

Altera species est, & quidem opimior, quoties territoriali iurisdictioni etiam alia regalia maiora adiiciuntur, veluti ius metallifodinarum, ius monetandi, aut alia. Enimuero nec hanc paragii esse speciem concedimus. Nam regalium exercitium non tollit superioritatem territorialem: quid enim frequentius est, quam in territorio alterius regalia quaedam velut seruitutes publici iuris exerceri? Et priuatos interdum tenere regalia, compluribus exemplis testatum est. Quanquam ius nummos cudendi inter iura superioritatis territorialis minus recte refertur, & ius circa metallifodinas potius regalibus minoribus adnumerari debet. De exemplis infra dispiciemus.

§. VII.

Tertia: *quando posteriori superioritatis territorialis iura communia potestas, vt cum aliqua primum geniti praerogatiua.*

Tertia paragii species esse dicitur, quoties omnimoda superioritas territorialis iuxta ratas portionum hereditariarum communicatur. Vt contigerit in Principatu Lautereck & Veldenz per pactum Marpurgense, quod vocatur, A. MDLIII. initum, de quo saepe laudatus SCHILTERVS §. 25. Et in Serenissima Domo Saxonica Electorali, in qua Ioannes Georgius I. testamento A. MDCLII. condito (quod IOANN. THEODORVS SPRENGERVS *Lucern. iuris publici c.* 2. *p.* 104. *sequ.* exhibet) quicquid praeter Electoralem Circulum territorii reliquum erat, in quatuor partes diuisit, idque honorabili institutionis titulo. Huc referri etiam potest diuisio imperii, a Ludouco Pio inter filios tres, Lotharium, Pippinum & Ludouicium A. DCCCXVII. instituta, apud STEPHAN. BALVZIVM *tom. I. capit. ad d. A. p.* 574. Insigniuntur in ea filii secundo & tertio genitus regiis nominibus, & quisque partem regni cum iure tributorum, censuum, metallorum, & cunctos honores intra suam potestatem distribuendo. Sed additur in §. 4. *Volumus, vt semel in anno, tempore opportuno, vel simul vel singillatim, iuxta quod rerum conditio permiserit, visitandi & videndi & de his quae necessaria sunt, & quae ad communem vtilitatem, vel ad perpetuam pacem pertinent, mutuo fraterno amore*

Digitized by Google

amore tractandi gratia ad seniorem fratrem cum donis suis veniant. Et si forte aliquis illorum qualibet ineuitabili necessitate impeditus venire tempore solito & oportuno nequiuerit, hoc seniori fratri legatos & dona mittendo significet; ita duntaxat, vt cum primum possibilitas congruo tempore adfuerit, venire qualibet cauillatione non dissimulet. & §. 7. *Item volumus, vt nec pacem nec bellum contra exteras & huic a Deo conseruato Imperio inimicas nationes absque consilio & consensu senioris fratris vllatenus suscipere praesumant. Impetum vero hostium subito insurgentium vel repentinas incursiones iuxta vires per se repellere studeant.* & §. 8. *De legatis vero, si ab exteris nationibus vel propter pacem faciendam, vel bellum suscipiendum, vel ciuitates aut castella tradenda, vel propter alias quaslibet maiores causas directi fuerint, nullatenus sine senioris fratris conscientia eis respondeant, vel eos remittant. Si autem ad illum de quacunque parte Missi directi fuerint, ad quemlibet illorum primo peruenerint, honorifice eos cum fidelibus Missis vsque ad eius praesentiam faciat peruenire. De leuioribus sane causis iuxta qualitatem legationis per se respondeant. Illud tamen monemus, vt quomodocunque se res in confinibus eorum habuerint, semper ad senioris fratris notitiam perferre non negligant, vt ille semper sollicitus & paratus inueniatur ad quaecunque necessitas & vtilitas regni postulauerit.* Ex quibus intelligimus, fratres vltragenitos primum geniti maiestatem comiter colere fuisse obligatos. An autem species haecce paragii nomine recte appelletur, non temere dubitamus. Etenim paragia Gallorum tantum in feudis habent locum, & in illis primogenitus solus seniori vasallagium praestat vsque ad septimam generationem, post quam ex secundo genitis nati sacramentum dicunt primogeniti posteris. At in regionibus Germaniae quam multa allodiali iure tenentur? iam & ipse Schilterus asserit §. 30. omnibus paragii speciebus commune esse ius exigendi homagii a subditis suis (quod quomodo verum sit, infra dispiciemus) sed & vicissim homagii Imperatori vel Regi praestandi ratione sui territorii immediati. Mittamus ergo vocabulum paragii & planius dicamus, esse Principatus vel Comitatus huiusmodi diuiduos, sed cum aliqua primogeniti praerogatiua.

§. VIII.

Quarta: quando postgeniti superioritatem territorialem cum iuribus omnibus & singulis nanciscuntur.

Tanto minus, si ex monito Imperatoris Iustiniani consequentia rebus nomina esse studendum, quarta species appellatione paragii commode insignietur. Esse illa dicitur, quoties ita vltragenitis portiones terrarum competunt, vt praeter superioritatem territorialem etiam eius status immediati cum voto & sessione in Comitiis Imperii & circularibus obtineant. Vnum exemplum Principatus Veldentini huc adfert D. Schilterus §. 29. At plura sunt. Illustre in Sereniſſima Domo Hassiaca habemus. In illa D. Philippus Magnanimus, vniuersae Hassiae Landgrauius, testamento An. MDLXII. facto prouincias in duodecim vncias partitus, D. Guilelmo Cassellano semissem, inferiorem nempe Hassiam & meliorem Comitatus Ziegenhainensis partem, D. Ludouico Marpurgensi tres vncias, ditionem sc. ad Lanum cum Niddae Comitatu, adscripsit, D. Philippum vero atque D. Georgium in dimidiam quadrantis, illum nempe ad inferiorem, hunc ad superiorem Cattimeliboci Comitatus partem vocauit. V. Acta Hassiaca fol. 87. Abhinc post mortem testatoris quisque cum suffragio peculiarem in Imperii Comitiis accepit. In Sereniſſima Domo Mecklenburgica An. MDCXI. inter Principes Adol-

Digitized by Google

Adolphum Fridericum & Ioannem Albertum II. per transactionem Varenholdinam ita conuenit, vt aequa sorte diuideretur patrimonium, & suum quisque Principatum obtineret, nec alter ab alterius penderet arbitrio. Vt nuper memorauit FRIDERICVS THOMAS *analect. Gustrou. period.* 3. §. 17. Alia exempla ex Sereniss. Saxonicis & Brandenburgicis Domibus, vbi Principatibus diuisis, quisque sedem cum peculiari voto in Imperii Comitiis occupauit, annotauerunt BERTRAMVS *de comitiis* §. 41. LIMNAEVS *l.* 9. *I. P. c.* 1. *n.* 54. & *tom.* 1. *addit. ad l.* 1. *p.* 75. In exemplis sane hisce nihil est paragii, nisi vocabulo ludere velimus; nam reuera facta diuisio cum superioritatis territorialis iure, etsi portionibus interdum inaequalibus.

§. IX.

Explosis ita e Germanico Imperio paragii speciebus, iam verus apanagii genius nobis indagandus est. Varias eius definitiones SPRINGSFELDIVS *c.* 1. *de apanag. n.* 40. *& sequ.* adduxit. Ipse definire maluit, assignationem prouisionalem alimoniae Principibus postgenitis factam. Mihi luculentius accuratiusque videtur posse definiri pensio, quam primogenitus vel qui de eius familia est, superioritatis territorialis compos, in pecunia vel reditibus ex certa regionis particula vltragenito huiusue heredibus praestat. Quod si per vsumfructum definias, admitti id potest, modo vsusfructus Teutonicus intelligatur, qualem vasalli habent. Caeterum ex definitione hac liquet, apanagium esse haut posse, si primogenitus summae potestatis in regno successiuo, aut superioritatis territorialis in regione Germanici Imperii non sit compos. Quod vero SPRINGSFELDIVS *c.* 12. *de apanag. n.* 9. *seq.* ait, apanagium per modum diuisionis non fieri, sed per modum prouisionis, nec consistere in quantitate certa, sed incerta, admitti vniuerse nequit. Etenim, vt a posteriori hoc incipiam, nihil frequentius est in Germania, quam vt certa pecuniae quantitas quotannis soluenda vltragenitis assignetur. SCHILTERVS *l.* 2. *I. I. P. tit.* 9. §. 13. ait, de quantitate apanagii aut conueniri per pacta familiae, aut eam constitui in vltimis voluntatibus, aut arcessi ex obseruantia. Nec insolens est, partem quandam territorii etiam per modum diuisionis, licet sine superioritatis territorialis iure, vltragenito attribui. Idque ipse fatetur cum multis aliis SPRINGSFELDIVS *c.* 8. *n.* 27.

Definitio apanagii genuina traditur.

§. X.

Idem SPRINGSFELDIVS *c.* 2. *ab init.* apanagium, velut genus analogum, siue nomen πρὸς ἓν ἢ ἀφ' ἑνὸς, dispescit in proprium & improprium. Et illud quidem ait strictam apanagii naturam retinere. At diuisionem hanc reiicit D. SCHILTERVS §. 32. *seq.* Quod non mirabitur, qui meminerit, ipsum species quasdam, apanagio adscribi solitas, ad paragium retulisse. Nimirum causatur, improprias species demum illas esse, quae formam & essentiam eandem retinent, sed naturam alterant, siue de naturalibus quaedam remittunt: atqui apanagium improprium, quod vocant, non retinere essentiam apanagii, hoc est, modum prouisionis, sed incidere in speciem contradistinctam, diuisionis sc. etsi inaequalis. Nullum enim apanagium iure diuisionis dari posse, sed per modum prouisionis. Igitur territorium, prouinciam, praefecturam, iure legitimae datam, vel titulo

Dr. diuisio in proprium & improprium. quae vindicatur.

Digitized by Google

institutionis honorabili relictam, vel per diuisionem fraternam, non habere formam vel essentiam apanagii, prouisionem sc. sed diuisionem, adeoque perperam dici apanagium. Nos contra contendimus, peti ratione hac id, quod est ἐν τῇ ἀρχῇ: nam non diuisio, sed modus diuisionis, si sc. portio diuisa cum iure superioritatis territorialis vltragenito attribuatur, essentiam apanagii tollit, vt mox liquidum faciemus. Ne dicam nunc, quam obscurum & ambiguum sit prouisionis vocabulum. Igitur retinenda diuisio haec, modo recte explicetur, & habeatur vt diuisio analogi in sua analogata, quemadmodum in scholis Dialecticorum loqui solent.

§. XI.

Quid proprium? Nimirum illud censetur apanagium proprium, cum primogenito superioritas territorialis cum omnibus suis partibus salua, pura, illibata & integra manet; quod fit, si apanagium in certa pecuniae quantitate, aut praediis latifundiisue, tantum ad fructus reditusque inde percipiendos, constituitur. Id enim Reges solent in regnis, vbi ius primi natus obtinet: Analogam autem regiae potestati superioritatem habent regionum Domini in Germania. Ita Roboamus filiis minoribus, quos per oppida limitanea distribuerat, *praebuit escas plurimas*, vt est II. Paralipom. XI. 23. vbi H. Grotius notat: *Dedit illis Panagia, vt loquuntur Galli, exemplo Abrahami.* Genes. XXIV. 6. Quod & Iosaphatus secutus legitur II. Paralipom. XXI. 3. De Electoratibus Carolus IV. Imp. Avr. Bvlla tit. XXIV. §. 2. *Primogenitus apud alios fratres & sorores se clementem & pium exhibebit continuo, iuxta datam sibi a DEO gratiam & iuxta suum beneplacitum & ipsius patrimonii facultates, diuisione, scissione seu dimembratione Principatus & pertinentiarum eius sibi modis omnibus interdicta.* Fridericus II. Imp. Duci Austriae, a se noue in Regem creato, concessit apud Petrvm de Vineis l. 8. ep. 26. *vt semper maior natu seu senior ex generatione eius in regno succedat, alii vero heredes minores natu non habeant aliud, nisi quod ex Regis gratia poterunt obtinere.* Conf. de aliis principatibus, regnis etiam, Nicol. Betsivs *de pactis illustr. famil. c.* 8. §. 7. *Elem. Pr. Civil. part.* 2. *sect.* 5. §. 10. *in notis.* Ita Ioannes Adolphus Dux Holsatiae testamento Anno MDCVIII. cauit: **Daß in denen Fürstenthumen Schleßwig Hollstein ꝛc. ꝛc. deren** incorporirten **Landen der erstgebohrne allein** succediren **und den andern Gebrüdern, wann Sie zu ihren minderjährigen Jahren gekommen, eine gewisse Gelt-** Pension, **so lang biß Dieselbige zu geistlichen** Dignitäten **befördert werden, reichen lassen solte.** Quam voluntatem secundogenitus Dux Ioannes Anno MDCXXIV. peculiari cautione confirmauit. In Serenissima Hassiaca Domo lineae Darmstadinae inter D. Ludouicum, D. Philippum & Fridericum fratres An. MDCVI. conuenit **in der Hessen-Darmstädtischer Erb-Vereinigung** apud Sprenger. *Lucern. Imp. p.* 190. *sequ.* **Daß unter Ihnen und Ihren Nachkommen Deren Linien Fürsten zu Hessen, nicht mehr als ein regierender Herr seye, die andern aber sich nach Gelegenheit der Lande mit Gelt oder in andere Wege ablegen lassen solten.** Quam pactionem Rudolphus II. Imp. An. MDCVIII. confirmauit. Mitto alia exempla. Vbi autem tale apanagium obtinet, secundogeniti quidem iisdem titulis, quibus primogenitus gaudet, vti consueuerunt. Nam suo iam tempore Ioannes a Leidis l. 29. c. 2. scripsit: *Wilhelmum & Albertum dici Duces*

Digitized by Google

in Bauaria, non quod Bauariam possiderent; sed quod sanguine Bauarorum nati essent: Ducatum enim Austriae & Bauariae hoc in se comprehendere, vt omnes de stipite eorum prodeuntes dicantur Duces vtriusque. Quanquam olim secus fuerit, vt post alios docuit Illustr. D. AB EYBEN *Disquisit. exoteric. de titulo Nobilis p. 13. seqq.* Conf. *Dissertat. de special. Germanic. Imper. rebuspubl. sect. 2. §. 11. in not.* Tamen eosdem subesse primogenito, vt regionis Domino, recte asserit D. VITRIARIVS *l. 3. Inst. Iur. public. tit. 17. §. 14. seq.* Conf. *Dissertat. de subiect. territor. §. 6.* Sane nouimus Principem, qui superiori seculo Principi agnato apanagiato concubinam, quam is in arce sua clanculum habebat, auferendam ac in ergastulum abducendam curauit. Nec obstat, apanagiatos titulis & dignitate primogenito pares esse, id enim ad aequalitatem potestatis non pertinet. Et quod in ORDIN. CAMERALI *part. 2. tit. 2.* apanagiatis ius austregarum conceditur, id singulari iure constitutum fuit, ne contra eos coram primogenito aliis aleam litis subire esset necesse.

§. XII.

Apanagium improprium quidam conuentionale vocant, non satis, vt puto, conuenienter: nam vt testamento improprium constitui, ita conuentione proprium fieri posse apertum est. Vere SPRENGER in Lucern. Imp. p. 215. *Differt*, inquit, *primogenitura & apanagium iuxta diuersa loca Germaniae tam circa modum introductionis, quam ratione iurium. Alibi introductum est ius primogenitura per testamentum, vt in Bauaria, alibi per pactum, vt in Hassia. Ratione iurium non vniformia sunt in Germania apanagia, tam respectu illius quod conceditur apanagiatis, quam & intuitu iurisdictionalium, ita vt certa regula hic poni non possit, sed res tota dependeat a pactis familiarum: alibi apanagium solum in pecunia non in terris constituitur, vt in Domo Brunsuicensi: alibi datur optio apanagiatis an quotam suam in immobilibus an in aere accipere velint, vt in Ducatu Wirtenbergico: alibi haec optio relinquitur primogenito, vt in linea Hasso-Darmstadina. Alibi plus, alibi minus habent iurisdictionis, ita tamen, vt communiter species iurisdictionis territorialis non exerceant.* Rectius id ergo definimus, vbi primogenitus quidem est Regionis Dominus, sed apanagiatus, certam regionis partem regendam accipit, & quidem interdum cum quibusdam regalibus, interdum ita, vt primogeniti superioritatis territorialis exercitium temperetur, quando cum eo in nonnullis iuribus secundogenitus concurrit. Refragatur heic iterum SCHILTERVS *d. exposit. §. 26.* & nominatim Springsfeldium, qui secundogenitum, cum terris suis etiam regalia superiora accipientem, in numerum apanagiatorum cum vulgo Doctorum retulit, sibi refutandum sumit, quoniam terrae hae cum regalibus sint territoria, aut partes totius territorii in partes diuisi; quod aduersetur naturae apanagii. Enimuero heic eadem locum habent, quae supra §. 10. reposuimus. Diuisio territorii per partes, quas hic vel ille hereditario iure administrandas accepit, nihil officit superioritati territoriali. Liquet hoc exemplo Comitum & Baronum in ditionibus Austriacis, qui licet ampla terrarum spatia cum eximiis iuribus teneant, nihilominus territoriali iurisdictioni subsunt. De Silesiae Proceribus NICOL. HENELIVS Silesiograph. c. 7. *Principes Silesiae, tam ecclesiastici, quam seculares, suis in Ducatibus & territoriis amplissimam potestatem, licet Bohemiae Re-*

Quid improprium?

Digitized by Google

gibus obnoxiam, habent: & arbitrata adeo sibi suo Consiliarios, cum equestris ordinis, tum togatos & iurisperitos legunt praefecturasque ac magistratus mandant. Quanquam illis etiam Ducatibus sua cuique priuilegia & consuetudines, in quibus Principes haud facile quid immutandum sibi censent. Baronibus liberis eadem fere quae Principibus toto Baronatu ac districtu potestas est. Conf. SCHILTER. *l.* 1. *Inst. Iuris public. tit.* 24. §. 2. Nihil dicam de Comitibus, qui Henrico Landgrauio Thuringiae & eius posteris An. MCCXLIIX. se subiecerunt. v. *Dissert. de subiect. territor.* §. 3. *p.* 370. *seq.* Sane Landsassios etiam esse posse, qui ab Imperatore regalia tenent, ostendit BENIAMIN LEVBER *disquisit. de Stapula Saxonica n.* 903. *sequ.*

§. XIII.

Huic recte accensetur, si secundo genito territorii partes cum regalibus quibusdam attribuuntur.

Illud cui dubium videri possit, si Princeps, vel Comes, vel Baro in testamento suo caueat, vt primogenitus sit Dominus regionis, **Landes-Herr**, secundo autem genito terras quasdam attribuat gubernandas cum nonnullis regalibus, vel simul etiam disponat, vt nonnisi cum huius consensu regimen in aliquibus reipubl. negotiis exerceat, annon praesumendum sit, testatorem voluisse secundogenitum in consortium superioritatis territorialis admittere? Nos id negandum existimamus. Nam coniectura, quae pro primogenito capitur, est fauorabilis: quoniam partitio frangit opes & parit facile discordiam eo acriorem, quo magis sunt propinqui, qui Principatum diuiserunt: *difficilia enim bella fratrum, & qui sine modo amarunt, iidem sine modo etiam odio habent*; vt ait ARISTOTELES *VII. Pol.* 7. E contrario ius primorum natalium opes, splendorem dignitatemque familiarum conseruat, & certamina ex diuisione ortura auertit. Testantur historici, Silesiae Principes, ortos ab Vladislao, vt numero plures, sic opibus dispares, cum iura necessitudinis inter se colere nescirent, & eo inuidentiae vsque progrederentur, vt ne ab insidiis quidem mutuis ac caedibus abstinerent, tandem in Ioannis & Caroli IV. Bohemiae Regum casses incidisse. NICOLAVS BVRGVNDVS *l.* 1. *hist. Bauar. ad An. MCCCXL.* obseruauit, legem de non secanda Bauaria saluberrimam, quae illo tempore condita fuit, a posteris negligenter habitam, magnitudinem Ducatus ita laceraſſe, vt sparsae opes in plures ingentes titulos vix aequarint. Ipsos denique inter se inimicos & aemulos, dum potentiae incrementum, quod aliunde petendum erat, a se mutuo exigerent, alienis iniuriis familiam aperuisse. Nec alienum hinc est, quod narrat IOANNES BARCLAIVS in icone animorum c. 5. *Cum aliquando de diuidendo in Saxonia principatu ageretur, & legum ac consuetudinum periti conuenirent, iisque in conclaui sedentibus adessent litigantes fratres, emotae mentis vir, sed inuoxia iucundaque insania consuetus delectare audientes, in id secretum perrupit, quem grandior natu ex Saxonicis fratribus intuens (nam is illius Aulae cibisue assueuerat) Vis autem & tu, inquit, sententiam dicere de herciscundae familiae rebus? At ille, & quidni, inquit, velim? Expectauerant omnes ab amente ridiculi leporis venustatem. Igitur rogare perseuerant, ne in tanta re suum consilium deesse pateretur. Sed ipse negabat, nisi vestis, qualem iurisperiti induebant, sibi daretur, tantae consultationi misceri; cum illa se sapientiam esse sumturum. Hilarior genius omnes inuaserat, adeo vt ipsius quoque herus non sine maximo risu iuberet, de penu sua produci suffultam pellibus togam, iniicique capienti. Quam vt ille curiose aptauit, bis terque per triclinium spatiatus,*

rogare

Digitized by Google

rogare Dominum coepit, ecquid se illa vestis deceret? Egregie, inquit. Sed superest, vt his rebus, quae inter nos agitantur, tua sapientia modum imponat. Ille breuem in se moram esse respondit, in proximum conclaue paulisper abiturum: illic se melioris sapientiae spiritus ad consilium arcessere velle. Cum eo secessisset, adduxit repente ostium, ne quis arbiter prudenti nequitiae interueniret; exuitque illam togam, & gladiolo, quo erat accinctus, ab humeris ad fimbram in longas & exiles partes exsecuit. Ita laceram cum sibi iterum iniecisset, referat fores, peruenitque ad Dominum, & intueri rursus iubet, quam ornatus incederet. Iracundia arcuit risum, quia pretiosa erat vestis, quae ita in partes perierat, &, O te vecordem, inquit, flagellisque scindendum! Nihil vero timuisti dominicae vesti furiosas manus afferre? Neque ille conterritus: Ridiculum, inquit, cum vos multo periculosius insaniatis, tam grauiter mihi irasci: Haec est vestrae fortunae imago, quam indui, multoque stolidius Saxonum Principatum perditis, quam ego hanc togam. Incolumis me decebat, ridetisque discerptam. Ita Saxonia integro corpore viget, armis & opibus grauis; cum eam autem per partes laceraueritis, nemo pristinam dignitatem agnouerit. Add. H. CONRINGIVM *Exercit. de Ducibus & Comitib. Imp. Germanic.* §. 20. vbi obseruat: plurimum vires Ducum Comitumque exhausisse Ducatuum & Comitatuum in minutas particulas pro multitudine, qui illustribus familiis nati erant, diuisionem. PVFENDORF. *l. 7. de Iur. N. & G. c. 7.* §. 11. Quae & alia mala considerantes ICti, ius primogeniturae in dubio receptum esse statuunt. KLOCKIVS *V. 3. cons.* 102. *n.* 21. *Rosenthal. c. 9. de feud. concl. 56. lit. K.* Et maxime id fauorabile, non odiosum censeri debet, quicquid dixerit NICOL. BETSIVS, nuper eo nomine refutatus a GEORGIO MELCHIORE LVDOLPHI *de introduct. iuris primogenit. part. special. aph.* 8. *n.* 10. Hinc in CAPITVLATIONE AVGVSTIS. IMP. IOSEPHI art. III. notanter constitutum est, prouisum iri, vt ne iura primogeniturae Domuum Electoralium contra aequum restringantur, in verbis: **Insonderheit auch die weltliche Churfürsten bey Ihrem** Primogenitur-**Recht und ohne dasselbe wieder die Gebühr** restringiren zu lassen &c. Quae ratio etiam in aliis Domibus Principalibus valet. Iam & ex vno alteroue regali non colligimus superioritatem territorialem, nisi alia accedant; & translata regionis particula, v. g. oppido, castro, vico cum suis iuribus ac iurisdictionibus, non censetur simul translata superioritas: quoniam haec particulis illis non inhaeret, nisi passiue; praesertim cum recepta in summis Imperii tribunalibus sit regula, ius territorii generali concessione non venire: & superioritatem territorialem, etiam in concessione generalibus verbis facta, exceptam semper intelligi: Quam in rem plura ICtorum nomina congessit *Dissert. de superiorit. territ.* §. 65. Denique ex administratione sola status reipubl. non aestimatur, vt ex prudentia ciuili discimus. Fac igitur postgenitum in exercitio nonnullorum superioritatis territorialis iurium partem facere, non is propterea superioritatem ipsam participabit: tantum temperamentum potestatis inde oritur. Plane, vt in Principatibus & Comitatibus Imperii non paucis Statuum prouincialium consensus ad indicenda tributa & alia reip. negotia adhibetur.

Digitized by Google

§. XIV.

Improprio apanagio perperam adscribuntur (1) si quis partem inaequalem, & cum ea superioritatem territorialem accipiat.

Consequens dictis est primo: perperam vulgo (v. LIMNAEVM *ad c. 25. §. 2. A. B. obs.* 11.) apanagium improprium vocari, quoties in portiones inaequales heredes instituti sunt fratres, inque territoria ipsa cum omni iure etiam suffragii in comitiis succedunt, excepto iure capitis familiae. Nam, vt recte hic iudicat SCHILTERVS *l. 2. I. I. P. tit.* 10. §. 13. haec est species diuisionis haereditariae inaequalis, & nihil de apanagii siue natura siue essentia participat. Exempla iam supra dedimus, quibus adde quae habet *Dissert. de special. Germ. Imp. rebusp. sect. 2. §.* 10. *& in not.* Et SPRENGER. *in Lucern. iur. public. c. 2. p.* 216. obseruauit, in Domo Nassouica Dillenbergensi ex dispositione conuentia Principis Ludouici Henrici receptum esse, vt secundogenitus illius habeat ditionem Drüdorf in apanagium liberum & hereditario masculinum, loco legitimae, & quidem cum omnimoda iurisdictione territoriali, vt iure collectandi, episcopali, forestae, datiorum, sequelae, aperturae, lustrationis, delectus, & quae sunt similia.

§. XV.

(2) Si in regimine indiuisa inter eius Dominos regimen per vices geratur.

Deinde hallucinari SPRINGSFELDIVM *c. 2. de apanag. n. 7. sequ.* apanagio improprio adnumerantem illud regiminis genus, vbi duo vel omnes simul alternatim inter se regentes domini sunt, diuidendo usum iurisdictionis per tempora. Quod vernacula nostra vocatur **Mutschierung**, conflata voce ex obsoleto **Mut** & **muyten** mutare, commutare, teste KILIANO in etymologico Teutonico, & *schiren*, scindere, diuidere. Vnde adhuc in Anglia superat *scyra*, regni portio. v. SPELMAN. *glossar. voce Schira.* Cuiusmodi regimen fratres Eteoclen & Polynicen ita constituisse memorat Iocasta mater apud EVRIPIDEM in Phoenissis, *vt Polynices iunior tantisper volens exularet terra, Eteocles vero manens sceptra terrae teneret, per vices mutantes annum.* Nec desunt exempla in Imperio nostro consignata a *dicta Dissert. sect. 2. §.* 13. Adde GEORG. FABRICIVM rer. memor. Saxon. vniuers. l. 2. ad A. MDLIV. vbi scribit: *Ioannes Fridericus II. & Ioannes Guilielmus, Electoris filii, parente defuncto, de hereditaria ditione, bello Germanico in angustum redacta, sic inter se conueniunt, vt quilibet eam per decennium gubernet, initio a natu maximo Ioanne Friderico II. facto.* Quin GERARDVS DE RHOO *l. 4. histor. Austriac. ad An. MCCCCVI. p.* 140. *edit. Oenipont.* memoriae prodidit, cum super Alberti V. (filii Archiducis Austriae Alberti IV. patientis siue **des Geduldigen**) tutela contentio esset inter tres eius patruos, tandem conuenisse, vt singuli per vices, menstruo quisque spatio, tutelam administrarent. Sane in huiusmodi administrationis specie vix intelligi apanagiatus potest: singuli enim sunt regionis domini, qui exercitium superioritatis tantum per vices partiuntur.

§. XVI.

Aut (3) Maior natu eius ad-

Postremum hinc sequitur, non minus errare eundem SPRINGSFELDIVM *d. l. & n.* 20. huc referentem, vbi territorium manet indiuisum, & maior natu aut senior id administrat. Nimirum, vt iam supra diximus, ex administra-

tione

Digitized by Google

tione in oculos incurrente non est iudicandum de interiore reip. constitutione: habent autem heic reliqui fratres ius *in utrum*, etsi vsus siue exercitium regiminis sit penes maiorem natu aut seniorem. Exemplis, quae *d. sect. §. 12.* adduxit, adde testamentum Sereniss. Ducis Vinariensis Ioannis Ernesti An. MDCLXXXIII. 7. April. condirum, cuius verba huc pertinentia sunt: Darbeneben ist unser beständiger Wille und Meinung, daß mehrgemelte unsere geliebte Söhne (Wilhelm Ernst und Johann Ernst) dem in unserm Löblichen Hauße Sachsen hierinnen bekannten Herkommen zu Folge, auch umb der gantz erheblichen Ursachen willen, welche beygesetztes Zweiffels Unsers in GOtt ruhenden Hochgeehrten Herrn Vatters Hertzog Wilhelm Testaments hierzu bewogen, und Wir und Unsers Theil seeligst entschlaffenen Herrn Bruder L. L. Libd. mit einander schuldiger massen beobachtet, uff begebenden seeligen Hintritt, beyde zusammen in der Gemeinschafft Unserer Ihrer Lbd. Lbd. verlassenen Lande verbleiben und eher nicht zu Theilung schreiten sollen, bis durch des Höchsten Seegen Deroselben noch so viel Lande anfallen möchten, daß Sie mit der Zeit Fürstliche Portiones machen, und zu einer erheblichen und austräglichen Landes-Theilung oder Oerterung gelangen können, gestalt Wir Ihren Lbd. Lbd. mit allem vätterlichen Ernst und Eyfer uff Ihr Christliches Gewissen wollen eingebunden haben. Indessen aber, und bis sich solcher Fall begeben möchte, ordnen und wollen Wir, daß umb besserer der Land-administration willen, Unsere beyde geliebte Söhne allhier zu Weimar, als der älteste Prince Wilhelm Ernst in der Wilhelms-Burck, der jüngere Herzog Johan Ernst in dem so genanten Garten-Hauß Rothen-Schloß und Landschafft residiren und Hof halten, jedoch keiner diesfalls vor dem andern eintzigen Vorzug haben soll, sondern die gesambte Nutzbarkeiten und Intraden (ausgenommen das Ambt Oldisleben, welches vermög Unserer Fürstl. Erb-Verträge jederzeit dem ältesten Bruder oder Vetter Unsers Fürstl. Haußes, wegen des Ihme obliegenden Directorii, folget) in zwo gleiche Portiones zu schlagen, und einem jeden zu seinem Antheil gewisse Aemter und Oerter zu assigniren, welche Er nach Möglichkeit und mit guter Menage zu nutzen und zu gebrauchen, auch solches also, so lange diese Landes-Gemeinschafft währet, unverbrüchlich und anders nicht zu halten gleichwohl solten hierunter die Land- und Tranck-Steuren nicht verstanden, sondern dieselbe allerdings gemein verbleiben und zu nichts anders als zu Abstattung der nach Unserm seeligen Abschiede noch rückständigen, und künfftigen Commun-Diener Besoldung, Tilgung der Schulden, und andern obliegenden Lands Beschwehrden angewendet, und zu solchem Ende in die gesamte Ober-Steuer-Einnahme geliefert werden. *ministrationem habeat.*

Ferner lassen Wir es des Directorii halber bey denen diesfalls, sonderlich A. 1629. 1640. 1641. 1645. und 1657. aufgerichteten Fürstl. Verträgen allerdings bewenden, und wollen Ihre Lbd. Lbd. krafft dieses uff die darinnen enthaltene Regiments-Ordnung gewiesen haben, dergestalt, daß nach Unserm seel. Abschiede Unsers ältesten Sohnes Lbd. einen Weg als den andern die gewöhnliche Landes-Fürstl. Direction nach Innhalt obangezogener Recesse, also übernehmen, und in gemeinschafftliche Nahmen führen soll, daß Se. Durchl. in wichtigen Sachen und vor allen Dingen in denen, so des Heil. Röm. Reichs und Unsers gantzen Landes Friede und Ruhe-Stand, Aufnehmen, Wohlfahrt, Nutzen und Schaden, in Friedens- und Kriegs-Zeiten nach sich ziehen, und zuförderst unsere Evangelische wahre Religion, ungeänderte Augspurgische Confession und darzu gehörigen formula concordiæ,

Kirchen

Kirchen, Hohe und Niedere Schulen, Reichs und Creyß-Händel, auch Unsers Fürstl. Hauβes und andern Fürsten-Lehn, gesambte Hand und mit Belehnschafften, Anwartungen, Erb Fälle, Erb-Verbrüderung und Erb-Vereinigung, die Erb-vereinigte Chur- und Fürsten Brandenburg und Hessen, die Jülische, Schwartzburgl. Gleichische und andere anhängige oder noch nicht anhängige Differentien. Item Erbhuldigung in Unsern hinterlassenen Landen, Erhalt- und Ordnung der Regierung, Consistorii, Rent-Cammer, Hof-Gerichte und die Universität Jena, Unsers Fürstl. Hauβes Regalien, verledigte Graf- Herrschafften und Ritter-Lehen, gewöhnliche und ungewöhnliche Steuren und Auflagen, ingleichem der Lands-Stände und Unterthanen Freyheiten und Gerechtsame, und dann insonderheit das gemeine Cammer- und Credit-Wesen anbetrifft und belangen, anderst nicht dann mit unsers jüngern Sohnes und Ihrer beeden Lbd. Lbd. gesambten Geheimen- Hof- Consistorial- Cammer-Räthen, in Landschaffts-Sachen aber mit der getreuen Landschafft Rath, nach dem mehrern Theil der Stimmen auch den Cantzley-Stylum in wichtigen Sachen wie Herkommens führen lassen soll. ꝛc. ꝛc. Quod testamentum amica pactio inter Serenissimos fratres An. MDCLXXXV. insecuta est.

§. XVII.

Digressio fit ad ius primogeniturae in Comitatu Lippiano, iam seculo quarto decimo sanctione Simonis III. Comitis in eo stabilitum.

Satis, nisi fallor, hucusque veram apanagiorum in Germanico Imperio indolem delineauimus. At cum illustrissimum rarissimumque exemplum (vix enim in Annalibus simile illo seculo de vllo Germanici Imperii Comitatu legas) Comitatus Lippiacus, praebeat, libet cum venia beneuoli lectoris heic paulum digredi, vt, quae in eo iuris primogenitorae ratio sit, dilucide intelligatur. Etenim in illo *Simon III. Comes A. MCCCLXVIII.* vt refert Nicolaus Schaten l. XIV. Annal. Paderbornens. *rogatu Richardae, Bernardi Comitis viduae, legem sanxit & in tabulas, quae supersunt, retulit, ne Comitatus quantum se trans syluam ac cis eam porrigit, unquam diuidatur, sed vni semper domino pareat. Quod si plures filii susceptι fuerint, is imperet, quem Lipstadium & Lemgouia acceptarint, ad quorum exemplum caetera oppida, Horna, Blomberga, Detmolda & Castellani Vornholtenses, Brackenses, Falckenbergenses, Blombergenses & Detmoldienses se accommodent. Quae & hoc anno festa D. Ioannis Euangelistae horum omnium sigillis confirmata sunt. Legem hanc postea Rudolphus II. & Ferdinandus II.* (legendum *III.*) *confirmarunt. Bono id consilio ad familiae potentiam firmandam factum, ne dum multi Comites adspicerentur, nullus ex his pro dignitate Comes esset.* Verba pacti vnionis, vt vocatur, siue sanctionis, vti nuper integra publicata est, ita se habent: Wy Simon Edle Mann, Juncker tho der Lippe ꝛc. Bekennet und betüget in deβem apenen Breve, vor Uns, alle Unse rechte Erven, und vor alle Unse Nachkömlinge, dat Wy umme bede Willen, Frawen Richarden Edlen Frawen Herrn Berndes Cammer-Herrn tho der Lippe, deme GOtt gnädig sy, unde umme Unses gemeinen Landes besten Willen, hebbet gesatet ewiglicken tho blievende, dat Unse vorschrevene Gemene Land und Herschop, beideuppe desse Zidt des Waldes, unde uppe jene Zidt allinck thosamende unde ungedehlet, eweglicken tho blievende und wesen schall, unde des so hebben Wy ene Gnade gegeven all Unsen Rittern, Knechten, Steden unde all denjenen, die in Unsen Lande, unde in Unser Herschop beide

beide uppe deſſe Zidt des Waldes unde uppe jene Zidt allinck thoſamende unde ungedehlet, eweglicken tho blievende und weſen ſchall, unde des ſo hebben Wy ene Gnade gegeven all Unſen Rittern, Knechten, Steden unde all den jenen, die in Unſen Lande, unde in Unſer Herſchop beide uppe deße Zidt des Waldes unde uppe jene Zidt wonet, unde under Uns beſetten ſind, dat ſe, wanner Wy nicht lenger ene ſindt, nimmermehr nicht, dan in ene Hand hülden en dörven, unde nicht dan enen Heren hebben, de der Herſchop höreden, edder rechte Erven, an welckern under den Man-Erven tho ſören, efft Se dar ſyn, edder doch rechte Erven, de Stadt von der Lippe unde de Stadt Lemgo ſich dan kehret, dar ſchall Unſe vorſchrevene Gemene Landt uppe deße Zidt des Waldes unde uppe jenne Zidt den kehren, unde des ock folgen, unde hülden, deme ſonder Irrhande, Vertog edder Wederſpräcke, unde Wy gemeinen Borgmanne von Varenholte, van Bracke, van Falckerberge, van den Blomberge, van Dethmolde, und vort mehr, Wy Borgermeiſtere und Rath-Manne unde alle Gemeinheid der Stedte tho Horne, tho dem Blomberge, unde tho Dethmolde, bekennet unde betüget in deſſem ſülvem Breve vor Uns unde vor alle Unſe Nakömlinge, wor de Stadt van der Lippe unde de Stadt van Lemgo vorgeſchreven ſich ankehret unde hüldiget, dat Wy den folgen unde hülden ſollet unde willet, ſunder Irrhande, Vertog oder Wederſpräcke, unde lovet dat an deſſene Breve an goden Truwen ſtede unde vaſt tho holdende. Were ock, dat Uns GOtt ſegede, dat Wy Juncker Simon vorgeſchreven eder Unſe Nakömlinge noch mehr Lande eder Lüde bekrechtigen konden, de ſollen alle deßen vorgeſchreven Articul unde Stücke dran unde holden ſtede und vaſt, ſunder Irrhande, Vertog edder Wedderſpraecke, ꝛc. To Tügnüſſe aller deßer vorgeſchrevenen Stücke unde Articule hebbe Wy Simon Juncker tho der Lippe vorgenamt Unſe Inſiegell vor Uns, vor Unſe Erven unde vor Unſe Nakömlinge tho deßem Breve heten gehangen, unde Wy gemeinen Borgmannen vorgeſchreven tho Bekantnüſſe und Betügniſſe deſer vorgeſchrevenen Dinge, ſo brucken Wy tho deßen Breve Unſers vorgeſchrevenen Juncker Simons Ingeſegel vor Uns unde vor Unſe Nakömlinge, wente Wy nen gemene Ingeſegell ene hebbet, unde Wy Borgermeſtere, Rath-Mannen ende de gemenen Borger der vorbenamden Stede tho Horne, tho dem Blomberge, unde tho Dethmolde hebbet ock an Tügniſſe deſſer vorgeſchrevenen Dinge Unſer Stede Ingeſegell vor Uns unde vor Unſe Nakömlinge an deßen Breff geveſtet, de geven iß na Gottes Bordt, drütteinhundert Jahr in deme achteden und ſeſtigesden Jahre in Sünte Johannis Dage des Hilligen Apoſtels und Evangeliſten. Equidem video, ſanctioni huic opponi, exemplum eius non ipſum authenticon huc usque exhibitum eſſe: deinde poſteros ab ea receſſiſſe: nam Simonis V. filios Comites, Bernardum & Hermannum Simonem, ita A. MDLIX. inter ſe diuiſiſſe Comitatum, vt hic licet ſecundo genitus Comitatum Sternbergenſem, tres partes Comitatus Swalenbergici & vicum Barrendorff cum appendicibus nec non domum & villam Schieder regenda acciperet, & in iis iura eccleſiaſtica pariter ac profana iurisdictionemque exerceret, Satrapam etiam & Cancellarium Conſiliariosque ſuos haberet, teſte BIEDERITIO *Chronic. Comitat. Lippiac. p.* 633. 634. Denique ſecundum hanc legem primogenitum non ſuccedere, ſed quem ciuitates Lemgouia & Lippa elegerint. Enimuero fruſtra diſceptatur de *διϑετία* legis, quae nunquam ante hac in dubium vocata fuit, imo publice vtrinque agnita,

Digitized by Google

maxime cum exemplum ex archiuo fuerit productum, quod in antiquis sufficit. (v. MYLER. *de Princip. Imp. c.* 47. §. 6.) Adde nec minimum νοθείας indicium in ea extare. Sed nec recessisse posteros ab hac lege, demonstrari potest: nam in pacto, quod A. MDLXIII. cum Bernardo fratre primogenito Hermannus Simon iniuit, hic illum Regentem Dominum secundum morem maiorum expresse agnouit, **als den ältesten und regierenden Herrn** NB. **krafft unserer löblichen Vorfahren uffgerichten, gegebenen und bestettigten** Priuilegien, vt verba pacti habent. Quo ipso quid quantumue primum genito reseruatum sit, iurisprudentes facile intelligunt. Certe, penes hunc secundum pacti illius expressum tenorem ἀρχεῖον siue tabularium scripturarum publicarum mansit, idem, praeter regalia in vniuersum, nominatim sibi excepit ius sequelae & contributiones, **die gemeine Land-Steuer in und von berührten Schlössern und Aembtern Schwalenberg, Sternberg und Barendorff**, ex altera parte Hermanno Simoni tantum concessa fuere **die vorberührte Schlösser und Aembter ꝛc. mit allen denselben Hohen- und Nidern-Gerichten, Ungerichten, Rechten und Gerechtigkeiten über Hals und über Hand an Dörffern und Gehöltzen, Marcken, Korn und Fleischzehenden, Zöllen, Zinssen, Mühlen, Teichen, auch Mühlen und Teichstetten, an Gelt und Korn Zinssen, Pächten, Früchten, Renthen und Gefällen, an Kühen, Rindern, Schweinen, Schaafen, sambt allen anderen Nutzungen an Bruchen, Verfällen, Aeckern, Wiesen, Weiden, Reisen, Zweigen, Wassern, Fischereyen, mit Leuten und Gütern, Auff und Absetzung aller Schlacht und Nutz, und ferner aller andern Zuhörungen, gar nichts davon außgeschlossen, auch dem Hauße und Flecken, Barrenkroppe mit deren Zubehörung.** Quae satis indicant praeter altam & bassam iurisdictionem, emolumenta & vsusfructum ex feudis, praediis reditibusue, nec non ius venandi nihil ipsi datum. Nam vox pertinentiarum regalia non comprehendit. v. D. GABRIELIS SCHVVEDERI *Dissert. de clauss. inuestiturae feudalis cum pertineutiis eiusque effectu.* KNIPSCHILD *libello de obligatione Vasalli erga dominum quaest.* 1. *n.* 229. *vbi de clauss.* **mit allen andern.** Quod vero idem Hermannus Simon Satrapam, Cancellarium Consiliariosque habuit, & id factum intuitu Comitatus Spiegelberg & Pyrmont, ceu quem post mortem Philippi, vltimi id nomen Comitis, cum huius sorore, quam in matrimonium duxerat, nactus fuit. Postremum vt successor ex filiis decessoris a Statibus Prouincialibus eligeretur, olim quidem in nonnullis regionibus moris fuit, quemadmodum exempla de Ducibus Holsatiae & de Etzardo Frisiae Comite testantur, vid. Dissertat. nostr. *de Specialib. Rom. Germ. Imp. rebusp. sect.* 2. §. 3. At sequentia tempora eam consuetudinem mutauerunt. Neque vero in Comitatu Lippiaco Ciuitates, Lemgouia & Lippa, eam potestatem sibi vnquam arrogauere, & D. Simonis VI. testamentum id sustulit, successionem, vt mox audiemus, linealem in Comitatu hoc constituens.

§. XIIX.

Quod an mutatum fuerit testamento Simonis VI. Comitis, disquiritur.

Secundum hanc igitur legem vnus regionis Dominus, ceteri fratres haut dubie apanagiati fuerunt. Quod an D. Simonis VI. Comitis Lippiaci testamento A. MDXCVII. confecto immutatum sit, nunc dispiciamus. Etenim primo secundum illud postgeniti filii partes quasdam Comitatus cum iuribus ad illas attinentibus acceperunt. Verba testamenti sunt: Simon **unserm andern Sohne vermachen Wir zu seinem Theil das Hauß Blomberg, Brack Brantorff mit ihrer**

Digitized by Google

rer Zugehör und Gerechtigkeit, die Wir Ihm auch titulo institutionis besetzen; Orten dem dritten Sohn vermachen Wir unsern Anparth des Hauses Schwalenberg, darzu Schieder und das halbe Ambt Oldenburg mit ihrer Zubehörung, darinnen Wir Ihn zum Folger und successoren auch instituiren ꝛc. ꝛc. Deinde semissem aeris alieni natu maior Bernardus, alteram semissem post geniti in se suscipere fuerunt obstricti. Praeterea hi a partibus sibi attributis homagium accipere potuerunt, doch mag ein jeder von unsern Söhnen seine Unterthanen, wie auch bey jedem Hauße angehangter Flecken und Dörffer angehörige, Ihme huldigen lassen. Postremum primogenitus conuentum prouincialem habiturus praeconsultare debuit cum vltragenitis, jedoch daß Er sich zuvor beredet mit seinen Gebrüdern, welche Ihm auch gebrüderlich beystehen, auch der Landschafft zu Nutz- in guter Eintracht das Beste rathen und befördern helffen. Ad haec cura Consistorii & Iudicii Aulici filiis omnibus aeque demandata. Daher Sie die Söhne dann das geistliche Gericht oder Consistorium, wie wir es biß daher in unsern Landen gehalten, auch sollen handhaben, auch sich eines Gewissen Orts vergleichen, wer und an was Ende es zeitlich solle gehalten werden. Das weltliche Hof-Gericht, wie es von Uns erst fundirt, soll auch nach laut unserer publicirten Ordnung vor und von unsern Söhnen und Nachkommen gehalten, dann auch mit tüchtigen Personen jedesmahl nach Nothdurfft bestellet werden. Postmodum pactionibus fraternis nonnulla clarius sunt expressa. Etenim in illa Ann. MDCXVI. inita apanagiati primogenito Regenti subiecti esse negantur, die abgetheilte Herrn seynd dem regierenden Herrn nicht unterworffen, sondern für ungemittelte freye Grafen des Heil. Röm. Reichs zu achten. Secundum eandem bona vacantia & caduca postgenitis in ipsorum districtibus attribuuntur. Iam A. *MDCXIV.* conuenerat inter eosdem, daß die abgetheilte Herrn die zugefallene Aemter und Häußer mit aller Hoher- und Nieder-Obrigkeit in Bürger- und Peinlichen-Sachen haben und gebrauchen sollen, vt & iidem collectarum, quas Prouinciales Status in conuentibus decernerent, ratam partem habeant.

§. XIX.

Enimuero nos valde dubitamus, an haec illustrissimos Vltragenitos e censu apanagiatorum (qui in transactione fraterna Anni MDCXVI. vocantur Erb-HErrn, abgetheilte, abgesteuerte HErrn) eximant. Nam, vt supra docuimus, particulam territorii cum nonnullis iuribus apanagiatum tenere nihil vetat. Et nouum non est, regionis Domino homagium, die Landes-Huldigung, alii, puta Landsassio, iuramentum fidelitatis die Erb-Huldigung praestari. v. REINKING. *l. 1. de Reg. secul. & Eccl. cl. 5. c. 4. n. 41.* D. LYNCKERVS *ad part. special. Introduct. ad ius publ.* SCHVVEDERI *sect. 2. c. 11. §. 1.* Concursus autem vltrageniti in nonnullis primum nati iuribus non ius huius delibat, sed temperat, vt infra demonstrabimus. Nec dignitas personae efficit, apanagiatum desinere esse talem. Plane, vt ratione personae immediate Imperio subiectum esse non obstat, quo minus is inter ordines alicuius regionis Prouinciales censeatur. (vid. *Dissert. nostr. de Special. Rom. Gesm. Imp. rebusp. sect. 1. §. 5.* Imo vero paulo ante nominatum Illustrissimum Testatorem pactum illud vnionis, quod vocant, ius primi natus stabiliens, tollere noluisse, satis evincit clausula testamenti iam allati: Es soll auch dies Testament den Priuilegiis, so von unsern Vor-Eltern gegeben, nichts abgebrochen, sondern so fern es also gehalten, wie hierinnen verordnet, hierdurch *Et negatur.*

Digitized by Google

confirmirt und beſtättiget ſeyn. Hinc in principio teſtamenti primogenitus D. Bernardus vt Regens Dominus, daß derſelbe zu ſeinem Land und Grafſchafften regierender Herr ſeyn ſolle, & ſi hunc ſine heredibus deficere contingat, reliqui fratres, vnus poſt alterum, in regimine territorii, in der Landes-Regierung ſuccedunt. Cui congruenter in pactione fraterna, Brüderlichen Vertrag Ann. MDCXVI. ſtatutum: Daß die hohe Landes-Obrigkeit vermöge der Elterlichen Diſpoſition bey Graf Simons Gnaden als dem erſtgebornen und regierenden Herrn, davon die auch durchaus nicht kan abgeſondert werden, verbleibe. Et in alia A. MDCXXI. eam ſubſecuta: Die Superiorität und Landes-Hoheit, auch was deren allenthalben in Geiſt und Weltlichen Sachen anhängig, aureichend, verbleibet dieſelbe bey Graf Simon und Ihrer Lbd. Erben, laut und Einhalts vorerwehnten Vätterlichen Teſtaments und darauf erfolgten Verträgen. Id quod etiam tabulis Auguſtiſſ. Imp. Rvdolphi II. A. MDXCIII. Ferdinandi III. Ann. MDCLIII. & Leopoldi M. A. MDCLXXII. luculenter eſt confirmatum. Vnde heic locum habet vulgata regula: Quicunque probat territorii ius vniuerſale, is fundatam habet intentionem quoad iura particularia eo pertinentia. Cuius ratio topica eſt, ſecundum quam a toto ad partes valet conſequentia. Reink. *l.* 1. *de R. S. & E. cl.* 5. *c.* 1. *n.* 24. Schiltervs *l.* 1. *Inſtitut. Iuris publici tit.* 24. §. *ult.* Et tanto latior extenſiorque pro primumgenito, ceu regionis Domino, capi debet interpretatio, quanto plus fauoris ius πρωτοτοκίας habet, vt ſupra pluribus demonſtrauimus. Et hinc in tabulis Imperat. Rudolphi II. quibus ius primogeniturae in Comitatu Lippiaco confirmauit, adducitur ratio: Daß die gantze Grafſchafft Lippe jederzeit zu deſto ſtattlicher Erhaltung und Fortpflantzung deſſelbigen Gräflichen Stamms und Nahmens, und umb gemeinen Landes Beſten willen, unzerſtücket und unzertheilet von dem älteſten Männlichen Leibes Lehens Erben alleinig regieret werde. Quam vniuerſalitatem praeſumtionis teſtamentum ipſum ſatis innuit verbis: So bleiben auch die Collation der Lehenſchafften und Lehens Verfälle, Land-Folge und NB. anderes was dem regierenden Herrn zukombt, als Huldigung der Stände, auch das Hoch-Gerichte, Reichs- und Creyß-Täge zu beſuchen, Beſchreibung der Ritterſchafft und Ritter-Dienſte. Quae exempli loco tantum dicta intelligi debent.

§. XX.

Simul itur per praecipua ſuperioritatis territorialis iura.

Sed eamus ſingulatim per iura ſuperioritatis praecipua. Inter ea ſunt quaedam vniuerſalia, quae cuiusque regionis partes omnes quaſi pervagantur, veluti ius conſultandi, ius imperiorum, ſub quo etiam ius legum ferendarum continetur, & ius iudiciorum. Ad ius conſultandi pertinet ius conuentus prouinciales conuocandi (vid. *Diſſertat. noſtr. de ſuper. territor.* §. 24.) de quo ita teſtamentum paternum: Der zur Zeit regierender Herr ſoll macht haben Land-Täge auszuſchreiben und zu halten. Id quod repetitum in pactione fraterna Ann. MDCXVI. wegen Ausſchreibung der Land-Täge iſt abgeredet, daß ſolches als der hohen Obrigkeit ohne Zweiffel anhängig dem regierenden Landes Herrn, deme die Stände auch gehuldiget, allein gebühre, doch mit der Milterung, daß die Land-Täge mit Vorwiſſen und Vorberedung der abgetheilten Herrn ausgeſchrieben werden. Quanquam autem addatur, προβουλίαν cum fratribus eorumque conſenſu praecede-

cedere oportere, tamen eo ipso nihil iuri decedit, plane vti Imperator ius conuocandi Status Imperii ad Comitia praecipuum habet, etsi desuper audire Electores obstrictus est. (v. *Recess. Imp. A. MDCLIV.* §. 192.) Posset etiam dici, quod fratribus & fraterno amori est datum, ad agnatos vix porrigi posse. Ius legum ferendarum spectat ad primogenitum, nisi quod in transactione Herberhausana A. MDCLXI. inter D. Hermannum Adolphum & D. Casimirum, quantum attinet leges censorias, conuenit: **So viel den** Punctum **wegen** affigirung **der** Patenten **betrifft, ist verabredet und geschlossen, wann** Mandata **in** Policey-**Sachen, als etwan in** Hochzeits-, Kindtauffs-, Tax **und dergleichen Ordnungen zu** publicir**en, welche der abgetheilten Herrn Unterthanen in Dero Aembtern mit** concerniren, **sollen selbige in des regierenden und der abgetheilten Herrn Nahmen zugleich, in den Aembtern so denselben und Dero Erben zustehen, in denen Aembtern aber die dem regierenden Landes Herrn zugehören, in dessen Nahmen allein angeschlagen und von den Cantzeln abgelesen werden.** Ius iudiciorum aestimatur potissimum ex iure extremae prouocationis. Nam, H. GROTIO docente *l.* 2. *de I. B. & P. c.* 4. §. 13. vt ab aliquo nulla ratione prouocari possit, cum persona subditi repugnat, ac proinde ad summum imperium aut eius partem pertinet. Hinc pactio fraterna A. MDCXVI. **Die Huldigung der Stände und** appellationes **von den Stadt-Gerichten, als ein unstreitiges Glied der** Superiorität, **gehören** immediate **an den regierenden Landes-Herrn Die Amt-Sassen aber und Unterthanen der abgetheilten Herren anreichend, ist für ein billiches Mittel geachtet, daß Sie an das Hoff-Gericht** prouociren, **und soll der regierende Herr dieselbe keines Weges mit Vorbeygehung der Erb-Herrn** audientz **Gerichte auf der klagenden Parthey gestracks an das Hof-Gerichte zu** citiren **und abzuladen Macht haben, sondern die Kläger an den Erb-Herrn und sein Gericht hin- und angewiesen werden.** Equidem in saepe memorato testamento partes etiam aliquae vltragenitis dictae sunt, quantum attinet iudicium ecclesiasticum (quod Consistorium vulgo vocant) & Aulicum: nimirum vt cum horum consensu locus Consistorii certus statuatur, iidem in iudicio ecclesiastico & Aulico per vices praesidendi ius habeant, & in vtroque leges (a testatore scilicet aut etiam filio eius primogenito latae) sancte obseruentur. At profecto temperamentum potestatis ius ipsum non minuit, nec ex eo formam reip. iudicamus, vt ciuilis prudentia nos docet. vid. *Element. prudent. ciuil. part.* 1. *sect.* 6. §. 13. & §. 19. *n.* 4. Hinc in pactione fraterna A. MDCXVI. statuitur: **Zum dritten das geistlich** Consistorium **und Hof Gerichte anlangend, bleibt der regierende Herr** perpetuus iudex, **Richter und** Director, **und sollen die abgetheilte Herrn** per vices **und Wechsel-weiße so wohl im Hof-Gerichte als geistlichen** Consistorio **als Erb-Herrn und** iure proprio praesidiren, **und** iustitiam administriren, **und die** Process **und Urthel in des regierenden Herrn Nahmen, wenn aber Sachen vorfallen, welche der abgesteurten Herrn Unterthanen** concerniren, **zugleich in des regierenden und abgesteuerten Herrn Nahmen dessen Unterthanen die Sachen angehen, ausgelassen und abgesprochen werden.** Certe etiam primogenitus cum vltragenitorum iurisdictione criminali concurrit: Nam ita pactio fraterna A. MDCXIV. **daß die peinliche Gerichte auch durch Graf Simons** (primogeniti) **Gnaden und Deroselben** Successo**ren verornete mit beygesetzet, die** Executio **Ihro Gnaden Graf-Simon, als Landes-Herrn, und Graf Otten, Graf Hermann und Graf Philippen als Erben zustehen, auch die Urthel in Ihren sambtlichen Gnaden Nahmen abgefaßt werden solle.**

Digitized by Google

§. XXI.

Singulatim dispicitur de homagio.

Quod si ad reliqua iura superioritatis territorialis, quae particularia sunt, oculos conuertimus, non difficile erit, ea vel ostendere, vel ex iam dictis colligere. Ita de iure circa sacra est in transactione fraterna A. MDCXVI. **zum fünfften, weilen unwiedertreiblich wahr, daß die geistliche** iurisdiction **jetziger Zeit eines der vornehmsten Stücke der hohen Landes Obrigkeit ist, so kan dieselbe auch dem regirenden Herrn keines weges entzogen werden, sonderlich weilen auch hievon in der Brüderlichen Vergleichung ausdrücklich versehen, doch daß die abgetheilte Herrn das** ius praesentandi **behalten und ohne Vorwissung und Beliebung derselben keine** reformation **angestellet werde.** Et in transactione Herberhusana A. MDCLXI. **welcher gestalt es zum Elfften mit dem** iure Episcopali **beschaffen, und daß dasselbe dem regierenden Herrn** priuatiue reseruirt **und vorbehalten, dasselbe führen das Altväterliche Testament und die Brüderliche Verträge mit mehrerm nach, dabey und von allen denen davon** dependirenden Effecten, **in so weit dieselbe darrinne nicht** restringiret **und** limitirt, **es dann verbleibet.** In eadem transactione de iure circa monetam est: **Und ob wohl zum Zehenden die Müntze als ein** Regale **dem regierenden Landes-Herren zustehet und dabey allerdings ruhig gelassen werden muß und soll, so ist doch beliebet, daß wann ein** Patent, **wegen auff dem Land oder** Communications-Tag **beschlossener Absetzung oder** reducirung **neuer Müntze** publicirt **werden soll, daß daß dann die deswegen abgefaste** Patenten **in der Erbherrn Aemtern in beyder Herrn Nahmen sollen abgelesen und verkündiget werden.** Alia iura iam non tangimus, nisi quod addendum existimamus, homagii exigendi ius primogenito per vniuersum territorium competere. Nam pactum vnionis„ de quo supra egimus, clare disposuit, vt in Comitatu Lippiaco degentes **nunmehr mehr nicht dann in ene Hand hulden en dörven und nicht den enen Herrn hebben, de der Herrschop von der Lippe en Erbe sy.** Quod itidem in tabulis Imperialibus iam supra allegatis expresse confirmatum legitur. Et cum homagium tessera sit superioritatis & insigne, vt publici iuris Doctores passim docent, ea vero primum genito superius adstructa sit, non potest non eundem homagii praestatio concomitari. Hinc cum superiori seculo controuersia circa homagium, quod a ministris D. Casimiri Comitis Lippiaco-Brackensis exigebat Comes regionis Dominus, exoriretur, in austregali iudicio ex sententia ICtorum Tubingensium A. MDCLXXXI. 7. Iunii fuit pronunciatum: **Daß Herrn Graf Casimirs Hoffräthe und andere seines gleichen** Brackische **Bediente dem regierenden Herrn das** homagium **abzustatten schuldig seyen.** Enata autem non ita pridem similis controuersia, an homagii exactio ad quoscunque Illustrissimi Comitis Lippiaco-Brackensis Consiliarios & ministros, non originarios nec domicilium habentes, recte extendatur? Quod ex parte Illustrissimi Domini Comitis regentis peculiari scripto fuit affirmatum; ex aduersa autem parte contradictum. Cardo controuersiae in eo verti videtur, an ad homagii praestationem requiratur, quem originarium esse subditum, aut domicilium in territorio habere constitutum? Quod si quis affirmandum suscipiat, posset ita disserere: Subditum non tam originem aut domicilium, quam potius pactum ciuium cum summo Imperante, idque vel expressum vel tacitum, quod inprimis

Digitized by Google

inprimis colligitur ex domicilii constitutione, efficere. vid. *Dissertat. nostr. de colliſ. legum sect.* 4. §. 4. Itaque verum quidem esse, incolam omnem esse subditum, sed non sequi, qui domicilium in regione non habet, pro subdito non habendum. Quare cum vulgata sit regula: subditos, Landsassios & incolas omnes ad homagium praestandum adstringi, post plures allegatos KNIPSCHILD. *l.* 2. *de ciuitat. Imp. c.* 9. *n.* 29. SCHWEDER *part.* 2. *introduct. ad ius public. sect.* 2. *c.* 11. §. 3. Nec officiales postgenitorum, si dicant intuitu solius officii siue muneris in regione versari, id iuste declinare posse. Finge enim Castellanum quem esse; hic in arce vel castro domicilium non nanciscitur: (v. CARPZOV. *l.* 2. *Responſ. Electoral.* 23.) at quis negabit, hunc ad homagium praestandum obligari? iam & primogeniti siue regentis Domini multum interesse, vt ministri vltragenitorum sibi quoque deuinciantur, ne in fraudem illius aliquid machinentur, neue, vt fieri solet, dissidia inter tam propinquos serant. Sed litem hanc nos aliis diiudicandam merito relinquimus.

§. XXII.

Restat vnum, vt videamus, vtrum apanagium, de quo hucusque egimus, sit proprium, an improprium? Quod posterius nos affirmandum existimamus, sed ita, cum gradus sint improprietatis, vt in remissiore gradu tale esse dicatur. Nam apanagiati habent quidem ex testamento auito & subsecuris pactionibus possessionem quarundam Comitatus partium & soluunt earum nomine aes alienum, sed sine vllo iure superioritatis. Certe iurisdictionem ciuilem & criminalem habere, mulctas pecuniarias imponere, nec non iuramentum fidelitatis, quod **Erbhuldigung** vocatur, exigere, etiam Landsassiis & Nobilibus competere consueuit; ius bona vacantia & caduca sibi vindicandi est ex regalibus minoribus. (vid. *Dissert. nostr. de superiorit. territor.* §. 52.) Quod vero iidem in nonnullis iuribus cum primogenito siue regionis Domino concurrant, id, vt supra affatim demonstratum dedimus, pertinet tantum ad administrationem, & temperamentum superioritatis territorialis efficit. Prorsus vt Prouinciales Status, qui de superioritate territoriali non participant, in quibusdam regionibus, vbi de tributis aliisue reip. negotiis agitur, audiri solent. Singulatim in hoc Comitatu D. Simon Comes An. MDXCVI. cum consensu Ordinum Prouincialium, vt subscriptiones & sigilla eorum testantur, iudicium Aulicum, **das Gräfliche Lippiſche Hofgericht**, fundauit.

Subiicitur, quale ſit apanagium, de quo hucusque actum, an proprium, an potius improprium.

§. XXIII.

Coronidis loco libet aliud exemplum subiungere. Dabit id Comitatus Catrimelibocensis inferior, in quo ex pactione inter Serenissimos Principes D. Wilhelmum V. Hass. Landgr. & D. Ernestum fratrem An. MDCLIV. inita, huic huiusque posteris apanagium constitutum. Vi pactionis huius D. Wilhelmo Hassiae Landgrauio mansit superioritas territorialis in politicis & ecclesiasticis, indeque promanans ius circa sacra in genere & in specie; ius condendi ordinationes in politicis atque ecclesiasticis; ius recipiendi appellationem a Regimine Reinfelsensi in causis ducentos florenos Hassiacae monetae excedentibus; ius recipiendi

Accedit aliud exemplum ex Haſſia.

Digitized by Google

di homagium; votum & sessio in Comitiis Imperii & Diaetis circularibus; ius conuocandi Status Prouinciales, modo Principes Reinfelsenses de eo certiores fuerint facti; ius indicendi & recipiendi collectas Imperii & Circuli, vt & prouinciales; ius vectigalium; ius sequelae; ius aperturae in arce Reinfelsensi & noua Cattimelibocensi; ius cudendi monetas; ius recipiendi Vasallagium a Vasallis, extra ditionem Comitatus Cattimelibocensis habitantibus. Ex altera parte cessa D. Ernesto dominium particulare & imperium in subditos, indeque ius ab illis recipiendi homagium, vulgo die Erbhuldigung; iurisdictio ciuilis & criminalis & assessura, si a Cancellaria Rheinfeldensi ad Regimen Cassellanum prouocetur, & sententiae, quae nomine Landgrauii Cassellani & Principum Rheinfelsensium pronuncianda, executio, ita tamen, vt summa appellabilis excedat florenos ducentos Hass. monetae; exercitium Religionis Catholicae in quatuor Comitatus locis, Rheinfels, ciuitate Goar, Schwalbacho & Nastaetto; Ius praesidii in fortalitiis Rheinfels & Cattimeliboco nouo omnibusque aliis locis Comitatus, ad recipiendum militem praesidiarium aptis; formatio delectus militaris ex subditis ad defensionem prouinciae; Iura venatica vniuersim; prouentus ex fodinis metallicis; ius conducendi, absente Landgrauio Cassellano; visitatio limitum; Ordinationum politicarum confectio ac promulgatio; ius contributionem exigendi militarem antiquam; collatio omnium in Comitatu sitorum feudorum; receptio Iudaeorum, indeque subnascentium prouentuum; ius capiendi Salmones in Rheno; ius percipiendi vectigal a mercibus & lana, quae in Comitatum inferiorem importantur, vna cum quarta parte telonii, Landgrauio Cassellano in Rheno competentis, absque Condirectorio; compendium mulctarum omnium; ius instituendi collegia & tribus; ius nundinarum. Sed libet nonnulla ex Recessu, quem nuper D. Adamvs Cortreivs *in Obs. ad Pacificationem Caesareo-Gallic. Ryswicensem art.* 45. integrum vulgauit, subtexere: Zum andern, obwohlen zu Folge jetztbemeldter Regul, Land-Graf Wilhelms Fürstl. Gnaden und Deroselben Mann-Leibes-Lehns-Erben und Nachkommenden, als alleine regierenden Fürsten, die Landes-Fürstl. Hohe Obrigkeit, in Geist- und Weltlichen Sachen, auch in der Herren Gebrüdere Vniuersal-Quarta, nochmahls allerdings verbleibet, so hat man sich doch beyderseits dahin verglichen, daß Herrn Land-Graf Erustens Fürstl. Gnaden und Deroselben Mann-Leibes-Lehns-Erben und Nachkommen, in der Nieder-Grafschafft Katzenellenbogen, darunter dann der Hessen-Cassel. Antheil an Schloß, Stadt und Ambt, Umstädte quoad politica mit begriffen, und verstanden seyn solle, über die der Orten, Krafft der vorigen Verträge, schon habende Rechten und Gerechtigkeiten, auch die Straff-Fälle und deren Bestraffung, desgleichen die Concession und Confirmation der Zünfften und Jahr-Märckten, wie nicht weniger die Land-Gräntz-Züge, und das Geleit, ausserhalb, wann der regierende Landes-Fürst in Person des Orts zugegen seyn möchte; Item, die Auffnahme der von jeden und allen ihnen fallenden Vtilium, deßgleichen die Bergwercke, samt allen Deroselben Rechten und Gerechtigkeiten, insonderheit auch die Lehns-Verleihung aller der jenigen Adelichen und andern Lehn-Güter, so von der Nieder-Grafschafft Katzenellenbogen dependiren, und in derselben würcklich gelegen, mit allen ihren pertinentien, die im Lehn-Brieff begriffen, (jedoch secundum gradus der üblichen Pflichtes-Formul) worunter aber die jenige Lehen, so zwar von jetztgemeldter Nieder-Grafschafft releuiren, aber in anderwertigen

gen territoriis ſich befinden, nicht begriffen, ſondern Herrn Land-Graf Wilhelms Fürſtl. Gnad. und Dero Nachkommen, zu conferiren vorbehalten bleiben, nicht weniger die in beſagter Grafſchafft hergekommene alte Steuer, oder alſo genandte Knecht-Gelder, wie auch die zu nothwendiger Unterhaltung der Guarniſonen gehörige Anlagen, doch daß Ihr. Fürſtl. Gnad. keine unnothwendige und übermäſſige Beſatzung halten, zuſehen, und dieſelbe alle ſolche Iura zu exerciren, und exequiren freye Hand haben ſollen. Uber das und zum Dritten ſollen Herrn Land-Graf Ernſtens Fürſtl. Gnaden, Dero Erben und Nachkommen, das Ius Praeſidii oder der Guarniſon und Beſatzung der beyden Veſtungen Rheinfels und Neu-Katzenellenbogen, ſonſt die Katze genandt, ſambt aller noch zur Zeit hierbey befindlicher Munition, Stücken, Geſchütz und Armatur, ohn einige Dero Schmälerung, und Abzug (auſſer ſo viel Herrn Land-Graf Georgens zu Heſſen-Darmſtadt Fürſtl. Gnad. davon noch competiren mag, wie auch an andern Orten, welche Herrn Land-Graf Ernſts Fürſtl. Gnad. in Dero Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen allbereit haben, oder ferners hierzu bequem befinden werden, allein gebühren und zuſtehen, jedoch mit der Bedingnüs, daß nicht allein die Oeffnung auff- und in ſolchen Veſten, wie auch denen übrigen Fürſtl Häuſern und Städten Sr. Fürſtl. Gnaden, Herrn Landgraf Wilhelmen und deren Nachkommenden regierenden Fürſten, in nothwendigen und unvermeidlichen Reichs- und Creyß-Fällen, jedoch ohne Schaden und Nachtheil Herrn Landgraf Ernſts Fürſtl. Gnad. und deren Beſatzung verbleiben, und unverweigerlich verſtattet, ſondern auch bemeldte Plätze von Herrn Landgraf Ernſts Fürſtl. Gnad. Dero Erben und Nachkommen jederzeit zu des Fürſtl. Hauſes Heſſen-Caſſel und des Vatterlandes Beſten und Verſicherung allein verwahrt und beſetzet, Inſonderheit aber keinem fremden und ausländiſchen Potentaten, unter keinerley praetext cediret oder eingeräumet werden ſollen, und weilen je zu weilen, bey gefährlichen Zeiten, beſagte Veſten und Oerter etwas ſtärcker, als bey Friedens-Zeiten ſonſt nöthig und gewöhnlich, beſetzet werden möchten, ſo wollen Herrn Landgraf Wilhelms Fürſtl. Gnad. und Dero Nachkommende regierende Fürſten geſchehen laſſen, daß Herrn Landgraf Ernſtens Fürſtl. Gn. und Deroſelben Erben und Nachkommen zu ſolchem Behuf und Defenſion der Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen, auch den Ausſchuß oder Land-Volck beſtellen und gebrauchen, und in ſo weit die Folge und Muſterung exerciren mögen, doch mit der Beding und Reſeruation, daß ſolches nicht gegen den regierenden Fürſten geſchehe, und demſelben die Urſache ſolcher Beſatzung demnechſt zu wiſſen gemacht werde, auch Ihm nicht weniger die Folge, Reiß- und Muſterung, in obbeſagter Grafſchafft, in vorfallenden Reichs-Creyß- und Land-Rettungs-Sachen, ungehindert bleibe, mit dieſer Beſcheidenheit, daß Herr Landgraf Wilhelms Fürſtl. Gn. und Dero Succeſſores den Ausſchuß ſolcher Nieder-Grafſchafft anders nicht, als durch ein Notification-Schreiben an Dero Herrn Vettern, Landgraf Ernſten und deſſen Erben, abfordere, welcher dann allezeit Ihr unweigerlich ſolle gefolget und geſchicket werden, es wäre dann Sache, daß man es etwan zur Defenſion der Nieder-Grafſchafft ſelbſt benöthiget wäre. Was zum Vierten die Collecten oder Steuren in bemeldter Nieder-Grafſchafft belanget, gleich wie dem regierenden Fürſten oblieget, ſo wohl die Reichs- Creyß- und Fräulein-Steuren an gehörige Orte zu liefern, als auch im übrigen die zur Regierung erforderte und andere Onera zu tragen, alſo bleiben auch demſelben zwar in berührter Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen fallende Reichs-Creyß-Fräulein-Land-

Digitized by Google

und Tranck-Steuren hiemit nochmals reſeruiret, jedoch dergeſtalt, daß auff Herrn Landgraf Wilhelms Fürſtl. Gn. und Deroſelben Succeſſoren in der Regierung vorgehende Notification Sr. Herrn Landgraf Ernſtens Fürſtl. Gnad. und deren Nachkommen die Reichs-Creyß-Fräulein- und Land-Steuren in offtbeſagter Nieder-Grafſchafft ſelber ausſchreiben und erheben, jedoch von den Unterthanen mehr nicht, als derſelben Portion erträgt, einfordern, und alsdann das eingebrachte Quantum zu ſambt denen darüber gehaltenen Heb- und Steuer-Regiſtern nacher Caſſel, zu der Ober-Einnahme völlig und ohne einige Exception, Compenſation und Abgang, auch ohne Verzug leſſern laſſen ſollen und wollen. Zum Fünfften ſoll in keiner Sache aus der Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen an den regierenden Fürſten, oder deſſen nachgeſetzter Regierung hinführo appelliret, noch die Appellation angenommen werden, es treffe dann die Sache über 350. fl. jetziger Franckfurter Wehrung, Haupt-Summa an, auf welchen Fall dann, dem die Nieder-Grafſchafft beſitzenden Fürſten einen Adjunctum, welcher ſolcher Appellations-Sache cum voto mit beywohnen möge, zu verordnen, jederzeit freyſtehen ſoll, die Sententz aber in Herrn Landgraf Ernſten Fürſtl. Gnad. und Dero Nachkommenden Fürſten zu Reichs-Feld-Nahme allein exequiret werden ſollen. Wie dann auch die jenige Mandaten und Ordnung ſo in weltlichen und Policey-Sachen, in der Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen nöthig befunden werden möchten, dem die Nieder-Grafſchafft inhabenden Fürſten auffzuſetzen, zwar anheim geſtellet wird, jedoch anderer geſtalt nicht, als daß er zuforderſt den Aufſatz, ante publicationem, dem regierenden Fürſten, oder deſſen nachgeſetzter Regierung zu Caſſel, ad reuidendum zu communiciren, ihm aber gleichwohl, wann darinnen nichts, ſo denen Compactis zuwider enthalten, ſelbige hernach zu publiciren, ungewehret ſeyn ſollen. Betreffend zum Sechſten, das Religion- und Kirchen-Weſen in offtverührter Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen ſoll es zwar der Evangeliſchen Lutheriſchen- und Reformirten Religion halber mit der Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen bey dem zwiſchen Heſſen-Caſſel und Darmſtadt, den 14ten April. Anno 1648. getroffenen, und durch den Frieden Schluß confirmirten Neben-Receſs allerdings verbleiben, und Herrn Landgraf Wilhelms Fürſtl. Gn. und Dero Nachkommenden regierenden Fürſten alle Iura Eccleſiaſtica & Conſiſtorialia zu exerciren, nicht weniger auch die jetzt- und künfftige Pfarrer und Schul-Diener, allein in deſſen Pflicht ſeyn und genommen, und ſo viel deren der Lutheriſchen Religion zugethan, entweder zu Marburg, oder zu St. Goar, von eines jeden Orts Superintendenten und Miniſterio, die Reformirten aber zu Caſſel examiniret und ordiniret, und alsdann in beyder, nehmlich des Regierenden, und des zu Rheinfels ſich haltenden Fürſten Nahmen inſtallirt, und aufgeführt, und im übrigen die in der Nieder-Grafſchafft vorfallende Conſiſtorial-Sachen von dem Fürſtlichen Conſiſtorio zu Caſſel erörtert und expediret werden, und ſoll dabey den Fürſten zu Rheinfels frey ſtehen, einen der Reformirten Religion zugethanen Adjunctum zu Caſſel zu beſtellen, welcher in denen die Nieder-Grafſchafft betreffenden Conſiſtorial-Fällen, dem Conſiſtorio beywohnen und ein Votum führen möge. Was aber das Catholiſche Religions-Exercitium belanget, iſt um Friedens und Einigkeit willen, auch zu Abwendung allerhand Weiterung dieſer Paſſus dahin reſoluiret und verglichen worden, daß Herrn Landgraf Ernſtens Fürſtl. Gn. und Dero Mann-Leibes-Lehens-Erben und Nachkommende in der Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen nicht alleine das freye Exercitium Catholicae Religionis auf dem Schloß Rheinfels, wie

auch

Digitized by Google

auch ſonſt auff allen ihren Reſidentz und Ambthäuſern, wann Sie ſelbſt oder Dero Gemahlin und Fürſtl. Kinder perſönlich ſich darauff befinden, vor ſich neben Ihrer Fürſtlichen Hofſtatt ruhig und unperturbiret gebrauchen und behalten, ſondern auch die öffentliche Ubung ſelbiger Religion an nachfolgenden zweyen Oertern in der Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen, nehmlich zu Naſteten und Schwalbach anſtellen, und zwo Kirchen auff Ihren Koſten, zu deren Behuff daſelbſt, doch ohne Beſchwehrung der Evangeliſchen Unterthanen aufferbauen und anrichten, Sie ſollen ſich auch darzu ohne Unterſcheid der Orden ſolcher Geiſtl. Kirchen- und Schul-Diener gebrauchen, und bedienen mögen, welche Ihnen gefällig ſeyn, und ſoll Ihnen und den Ihrigen darin kein Eintrag geſchehen, jedoch alles mit folgenden Conditionen, daß keine Collegial-Kirchen noch Clöſter oder Seminaria auſſerhalb einer gemeinen Kinder-Schul an jedem Ort, wo die Kirchen verwilliget, für die Catholiſche Jugend, in der Nieder-Grafſchafft daraus gemacht, und ſonſten angeordnet, ſo dann dieſe Catholiſche Religions-Ubung in der Niederu-Grafſchafft, ohne einige Verhinderung und Eintrag der Evangeliſchen Reformirten und Lutheriſchen Kirchen und Schulen, getrieben, und denenſelben, die ihnen bißhero zugeſtandene Gebäude, Hoſpitalien, GOttes-Kaſten, milde Stifftungen, Stipendia, Intraden und Beſoldungen, nichts davon ausgenommen, in keine Weiſe noch Wege geſperret, auffgehalten oder entzogen, ſondern vielmehr ſchleunig darzu verholffen, und ſie dabey gegen männiglich gehandhabet, auch weder Lutheriſche oder Reformirte Unterthanen und Beamten oder deren Kinder, Diener und Geſinde, die Catholiſche Kirchen oder Schulen zu beſuchen, und der Catholiſchen Religions-Ubung, in oder auſſer der Kirchen in einige Wege, wieder ihren Willen, beyzuwohnen noch Fürſchub darzu zu thun, oder auff die Catholiſche Feſte und Feyertage zu feyren, per directum oder per indirectum gezwungen und geheiſſen, oder da ſie ſolches unterlaſſen, in einige Wege beſchwert, vielweniger die Prediger in ihrem Ambt, es ſey in der Kirchen, auff der Cantzel, oder auſſerhalb derſelben auff einige Weiſe turbiret, noch ihnen gegen die Catholiſche Religion in Lehr und Ceremonien, mit geziemender Beſcheidenheit und mit gebührendem Reſpect der Fürſtl. Obrigkeit, daſelbſt zu reden, zu ſchreiben, oder zu predigen, verwehret werden, ſondern da man ſich etwa, über Zuverſicht, dißfalls oder ſonſten, gegen einem oder dem anderm Pfarrherrn und Schulmeiſter, in Religion, Kirchen- und Schulſachen zu beſchweren vemeinete, die Sache zuforderſt von dem Superintendenten zu St. Goar, oder auch derſelben Wichtigkeit oder Beſchaffenheit nach, von dem Fürſtl. Conſiſtorio zu Caſſel vorgenommen und unpartheyiſch erörtert werden. Allermaſſen dann auch keinem Catholiſchen Ordinario und Dioeceſano in berührter Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen einige weitere Iurisdictio Eccleſiaſtica nicht geſtattet werden ſolle, als nur allein über die daſelbſt ſich befindende Catholiſche Geiſtliche, und zwar nur über das jenige, ſo die Religion ſelber concerniren thut, und von ihren ſanctionibus und officiis dependiret und herrühret, und damit in beſagter Nieder-Grafſchafft bey dieſem Religions-Spalt umb ſo vielmehr, alle künfftige Irrungen verhütet bleiben mögen; So wollen und ſollen auch Herrn Landgraf Ernſten Fürſtl. Gn. und Ihre Mann-Leibs-Lehens-Erben die der Reformirten und Lutheriſchen Religion zugethane Unterthanen der Religion halber nicht anfechten noch den Einzug Stadt- und Dorff-Dienſt wehren, oder auch von Ehren oder andern Politiſchen Aemptern und Dienſten begriffene Leuthe, aus Reſpect der Religion ihrer Dienſt und Aempter entſetzen, desgleichen

Digitized by Google

ſollen auch weder Burgermeiſter und Rath in denen Städten und auff dem Lande, noch auch die Kirchen-Vorſteher und Seniores ſchuldig und gehalten ſeyn wieder ihren Willen und Belieben, Catholiſche Perſohnen, in ihre Gerichte, Aempter und Collegia auf- und anzunehmen, ſondern hierinne freye Hand haben und behalten, jedoch ſollen derentwegen auch die Catholiſche von der Stadt- und Dorff-Dienſten nicht excludiret ſeyn, entgegen ſollen und wollen auch Herrn Landgraf Wilhelmi Fürſtl. Gn. und Dero Erben und Nachkommen, Sr. Herrn Landgrafen Ernſt Fürſtl. Gn. und Dero Erben und Nachkommen, auch Dero Angehörige Beamt- und Bedienten, Geiſt- und Weltliche, ſo wohl die Unterthanen und Einwohner, welche ſich zu der Catholiſchen Religion freywillig bekennen, und ihrem Exercitio Religionis, in ſo weit Ihnen daſſelbe, Krafft dieſes Vergleichs, zugelaſſen, Glauben, Kirchen-Ceremonien, Haab- und Güter nicht turbiren, ſondern bey denſelben ruhig laſſen, auch ihrer keinem verwehren, zu der Catholiſchen Religion frey und gutwillig ſich zu begeben, oder dero Kirchen und Capellen zu beſuchen, und der Catholiſchen Sacrament, Kinder-Lehr, und Ceremonien ſich zu gebrauchen, wie nicht weniger, ſo auſſer denen zum Catholiſchen offentlichen Exercitio beſtimmten Oertern eine Catholiſche Perſon verſtirbet, ſo ſoll ſolcher die Begräbnüs auff dem Gottes-Acker des Orts nicht verſaget, ſondern nach Inhalt des Inſtrumenti Pacis ungehindert zugelaſſen ſeyn. Zum ſiebenden, iſt ferner abgeredet, daß Herrn Landgraf Ernſts Fürſtl. Gnaden und Deroſelben Mann-Leibes-Lehns-Erben und Nachkommen, in der Nieder-Grafſchafft Katzenellenbogen, ſich keiner andern oder mehrern, als deren obſpecificirter maſſen einverwilligter und verglichener Iurium & actuum ſuperioritatis auff einige Weiſe anmaſſen, die übrige aber, als Seſſio und Votum auff Reichs-Creyß-Viſitations-Deputations- und andern dergleichen Tägen; Item, die Reichs-Creyß-Fräulein-Land- und Tranck-Steuren, ſo dann auch aber anders nicht, als auff obengeſetzte Maaß, das Geleit, die Folge, Muſterung und Reiſe, desgleichen die Müntz Gerechtigkeit, Pflicht der Lehn-Leute, auſſer was dißfalls Herrn Landgraf Ernſts Fürſtl. Gn. angedeuteter maſſen concediret, wie nicht weniger die Beſchreib- und Erſcheinung der Land-Stände des Orts, zu denen allgemeinen und abſonderlichen Land- und Communications-Tägen, jedoch, daß Herr Landgraf Ernſtens Fürſtliche Gnaden dieſelben ſelbſt notificiret, und alsdann von Sr. Fürſtl. Gn. gedachte Land-Stände in der Niedern Grafſchafft Katzenellenbogen hierzu beſcheiden und unweigerlich ſollen hingeſchickt werden. Item, die Haupt-Land-Ordnung, in Iuſtitz- und Kirchen-Sachen; Item, die Land-Huldigung, doch nach Inhalt dieſes Vertrages, und was weiter in vorgehenden Articulis in einem und andern, ſonderlich auch in puncto Religionis & Eccleſiaſticorum, ausdrücklich reſeruiret und determiniret worden, wie nicht weniger, was ſonſten an der Land-Fürſtl. Superiorität, vermöge der vorigen Haupt- und Neben Verträge, den regierenden Fürſten zuſtändig, und Herrn Landgraf Ernſts Fürſtl. Gnad. obverſtandener maſſen nicht überlaſſen iſt, Herrn Landgraf Wilhelms Fürſtl. Gn. und Deroſelben Mann-Leibes-Lehens-Erben und Nachfolgern, in der Regierung allein vorbehalten ſeyn und bleiben, deßgleichen auch die Adminiſtration und Direction des Rhein- und Wein-Zolls, jedoch daß Ihme Herrn Landgraf Wilhelms Fürſtl. Gn. auf Herrn Landgraf Ernſts Fürſtl. Gnad. Antheil über die ordinari Befreyung, keine weitere Zoll-Befreyung, ohne deren Wiſſen und Bewilligung, ertheilen, auch die Zoll-Schlüſſe zu gehörigen Zeiten jährlich vor ſich gehen laſſen ſollen, wie auch des Hohen Hoſpitals Grünau Hochgedachtes Herrn Landgraf Wilhelms Fürſtl. Gn. und deren nachfolgenden regierenden Fürſten, mit und beneben den regierenden Fürſten der

Heſſen-

Digitized by Google

Hessen-Darmstädtischen Linie, nach Inhalt deren dißfalls zwischen beyden Fürstl. Theilen auffgerichteten Compactaten, wie bißhero also auch noch ferner allein zuständig seyn und bleiben, und darinn beyder regierenden Fürsten keine weitere Hinderung und Eintrag geschehen; Hingegen aber sollen und wollen vor Hochermeldeten Herrn Landgraf Wilhelms Fürstl. Gn. oder Dero nachfolgende regierende Fürsten, auch Herrn Landgrafen Ernsts Fürstl. Gn. ꝛc. bey Derοselben obspecificirter Gestalt überlassenen actibus superioritatis, wie auch bey dem Exercitio ihrer Hohen- und Niedern Obrigkeit, mero & mixto Imperio & Iurisdictione, so wohl in Criminal- als Ciuil-Sachen geruhig lassen, und darin unter dem Vorwandt der Ihro obbesagter massen reseruirten Superiorität keinen weitern Eintrag zufügen, weniger Herrn Landgraf Ernst Fürstl. Gn. und Dero Descendenten in der Niedern-Grafschafft Katzenellenbogen, mit Werbung, Einquartierung, oder Durchzügen, durch sich oder durch andere beschweren und belegen, es wäre denn in nothwendigen Reichs-Creyß- und Land-Rettungs-Fällen, jedoch mit diesem ausdrücklichen Beding, daß bevorab was die Land-Rettungs-Fälle betrifft, der Niedern-Grafschafft Katzenelenbogen an Einquartierung, Extraordinari-Contributionen, und dergleichen Krieges-Oneribus ein mehrers nicht zugemüthet noch aufgebürdet werde, als was es derselben zu ihrem Antheil nach Proportion des vierdten Theils, so den sämbtlichen Herrn Gebrüdern, wegen der von dem Fürstenthum Hessen Cassel inhabenden Quartae an Land und Leuten, in dergleichen Fällen beyzuschiessen oblieget, erträgt, doch daß auch auff den Unterhalts-Last der beyden Vestungen Rheinfels und Katz gehörige reflexion genommen, und was auf die nothwendige Guarnison-Verpflegung gehet, zuvorderst abgezogen werde. Zum Achten, was denen Herren Brüdern Landgraf Friderich und Landgraf Ernsts Fürstl. Fürstl. Gn. Gn. andere jetzo schon inhabende zu ihrer Quarta in dem Nieder-Fürstenthum Hessen und denen darzu gehörigen Graf- und Herrschafften gelegene Aembter, wie auch die jenigen, so Sie oder Ihre Erben, nach GOttes Willen, über kurtz oder lang, von Dero Herrn Brudern, Landgraf Hermans Fürstl. Gn. ererben möchten, anbelangt, ob wohl auch in denselben die Hohe Landes-Fürstliche Obrigkeit in Geist- und Weltlichen Sachen, Hochbenandten Herrn Landgrafen Wilhelms Fürstl. Gn. zustehet; So haben Sie doch vor sich, Dero Männliche Leibes-Erben und Nachkommen, auch dieses bewilliget, daß ihnen darinnen die sonsten in dem Haupt-Vergleich, de dato den 12. Februar. 1627. dem regierenden Fürsten reseruirte Straff-Fälle, und derselben Bestraffung zustehen, nicht weniger auch die Pfarrer und Schul-Diener, in des regierenden Fürsten, und zugleich auch des jenigen Fürsten, in dessen zugehörige Orte die Pfarr- und Schul-Bestallung geschicht, Nahmen insgesambt, auffgeführet und installiret, desgleichen von keinem Bescheid und Urtheil, so von Dero Räthen und Beambten ertheilt worden, an den regierenden Fürsten oder dessen Regierung appellirt, noch die Appellation auf- und angenommen, und darüber erkandt werden soll, es treffe dann die Haupt-Summa über 200. fl. Hessischer ꝛc. Ferner und zum Neunten, überlassen auch Herrn Landgraf Wilhelms Fürstl. Gnad. Ihren Herrn Vettern, Herrn Landgraf Friderichen, und Herrn Landgraf Ernsten Fürstl. Fürstl. Gn. Gn. den vierdten Theil, an Gülden- oder Wein-Zoll, durchs gantze Land. Ex quibus intelligimus, apanagium quidem esse constitutum, quoniam Serenissimo Landgratio Cassellano superioritas territorialis cum praecipuis eius aliisque iuribus signate reseruata fuit; sed tamen id in nonnullis degenerare propter exercitium insignium iurium, quod Serenissimis Apanagiatis fuit concessum.

DISSERTATIO
DE
ECCLESIIS FILIABVS.

§. I.

Ecclesiae distinguuntur in matrices & filias.

ECclesias, qua notant coetus hominum docentium discentiumque verbum Dei, certo in loco, vrbe vel prouincia consistentes, distingui in matrices & filias, notum est. Ita in cap. antiqua 23. X. de priuileg. & excess. priuilegiat. dicitur: *Romanam Ecclesiam super omnes alias ordinariae potestatis obtinere principatum, vtpote matrem vniuersorum Christi fidelium & & magistram.* Quanquam ZIEGLERVS *ad l. 1. Instit. Lancellot. tit. 5. §. 5.* doceat, Romanam Ecclesiam matrem ecclesiarum omnium dici haut posse, siue maternitas accipiatur ratione doctrinae ex ea in alios propagatae, siue ratione potestatis. Sane THEODOSIVS Imperat. *l. 6. C. de SS. Eccles.* eadem Episcopo Constantinopolitano concessit πρεσβεῖα, quae tum habebat Episcopus Romanus. Enimuero vti ARISTOTELES I. *Pol. 1. in calc.* obseruauit, colonias similem formam, quam habet ciuitas matrix, propter cognationem solere induere; ita idem quoque vsu venit in ecclesiis Cathedralibus, Romanae Ecclesiae subiectis: nam & hae matrices appellantur, quia matres sunt & magistrae ecclesiarum omnium dioeceseos & maxime ecclesiarum collegiatarum. Hinc Clemens III. Pontifex in *cap. venerabili 22. de Verbor. significat.* rescripsit: *per matricem ecclesiam se velle cathedralem intelligi, non Romanam.* Addatur CAROLVS CANGIVS *glossar. voce, ecclesia mater,* & *voce, ecclesia principalis.* Nimirum Romana ecclesia, quae omnium est mater, prima matrix vocatur: cathedrales vero respectu illius secundae matrices, & respectu totius Episcoparus primae audiunt. GONZALEZ *ad d. cap. 22. de V. S. n. 2.* Demum lata notione Ecclesiae omnes, quae sub se habent alias, dictae matrices. *c. ad audientiam 3. X. de ecclesiis aedificand. cap. ex transmissa 10. X. de praescript. cap. praeterea 10. X. de transact. Clement. I. de sententia excommunicat.* Atque hoc in Germania perfrequens est, & propterea in parochiis mater in vernacula nostra **Haupt- oder Mutter-Kirche**, filia **eine** Filial-**Kirche** vocitatur. De cuiusmodi Ecclesiis quaedam exercitii gratia in medium proponere visum fuit.

§. II.

Definitio ecclesiarum filiarum.

Est autem hoc loco ecclesia filia, quae alteri ecclesiae parochiali, velut digniori, appendicis instar certo modo est adiuncta. Vbi notandum, ecclesiam

Digitized by Google

fiam filiam esse ex illo genere nominum, quae relata dicuntur, adeoque duas requiri ecclesias, vnam principem, alteram huic adiunctam: Deinde coniunctionem (quam vnionem vocant canones. v. *can. & temporis* 48. *cauſ.* 16. *quaeſt.* 1. *cap. quia* 2. *X. de religioſ. domib. cap. ſicut vnione* 8. *X. de exceſſ. Praelator.*) diuersimode se habere. Plane vt ciuitatum diuersarum coniunctio non vno ratione fit, quod ex professo docui *Dissert. de modis conſtit. ciuit. ſect.* 1. §. 8. & *in Element. Prud. ciuil. part.* 1. *ſect.* 12. §. 4. & singulatim *Dissert. de ſpecialib. Germ. Rebusp. earumque variis ſpecieb. & figur. ſect.* 2. §. 29. 30. 31. Docent autem Canonum Doctores tribus modis fieri vnionem. Primo, quando ecclesiae duae in vnum veluti corpus confunduntur & coalescunt, ita ut vna ecclesia ex duabus fiat. *cap. cum dilectus* 6. *X. de his quae vi metusue cauſa. cap. reuolentes* 3. *X. de ſtatu monachor.* Quo casu qui Canonici sunt in vna ecclesia, in alia quoque Canonici existunt, & priuilegia data vni ecclesiae competunt etiam alteri. Vt vulgo docetur in *cap. nouit.* 1. *X. de ſede vacante.* Secundus modus est, cum ecclesiae ita connectuntur, vt vna sit superior & principalis, altera inferior & accessoria: quo casu inferior ecclesia amittit nomen, suppressum & extinctum per vnionem, induitque nomen eius, cui vnita est, & per consequens eius priuilegiis gaudet. *d. c.* 3. *X. de ſtatu monachor.* sed non amittit iura propria, quae transeunt in ecclesiam, cui vnita est, *cap. quia monaſterium X. de religioſ. domib.* fitque ea subiectio per modum vnionis; alioquin sola subiectio non facit vnionem. *cap. paſtoralis de donation.* Tertio fit vnio ecclesiarum, quando vtraque manet aeque cathedralis vel parochialis, & neutra alteri subiicitur: quo casu vnus erit Rector vtriusque & quaelibet ecclesia habebit iura sua & priuilegia, nec vlla alterius priuilegiis gaudebit. Ita Glossa *in canon. & temporis cauſ.* 16. *quaeſt.* 1. quam gregatim sequuntur Canonistae, & inter eos Gonzalez. *ad c.* 8. *de exceſſ. Praelator. n.* 3. Quae nunc accuratius examinare non vacat.

§. III.

Ad nostrum institutum pertinet, si dicamus primo vnitarum Ecclesiarum generi posse accenseri in Germania paroecias rusticanas, quae **eingepfarrte Gemeinden oder Dorffſchafften** audiunt; ad alterum vero genus referendas ecclesias filias, de quibus nunc nobis sermo est. Heic obseruandum cum Avgvstino Barbosa *part.* 1. *de officio & parte parochi c.* 1. duplici modo hoc secundum genus vnionis fieri, dependenter sc. ac independenter, vti loquitur. Illud contingit, quando ecclesia quaedam parochialis propter distantiam locorum (si verbi gratia excreuit multitudo fidelium in nouas distantesque longius habitationes, nec vnum sufficit ministerium ac templum) in duas diuiditur, & alia vere parochialis, iuribus cunctis atque insignibus particularis ecclesiae gaudens, ex eadem fundatione adornatur, sed ea lege, vt adiungatur denuo accessorie priori, cui originem suam debet. Idem poterit in eadem ciuitate accidere, vt vnica aede ministerioque in plenam sacrorum administrationem populo numerosiori non sufficiente, alia exaedificetur ecclesia, dicta copulandi ratione obseruata. Quo casu haec filialis aut natiua vocari solet, atque Vicarii opera apud Catholicos regitur. Quod, vti notauit D. Slevogtvs *Dissert.* 1. *de vnione eccleſ. & benef. c.* 3. §. 3. aliter fit in nostris ecclesiis, Vicarios ignorantibus, ideoque vix

Diuisio prima in natiuas & adscititias.

vix est, vt vnio eiusmodi illic deprehendatur. Nisi forsan ministerium idem noua in aede praestet operam, aut reuerentiae quoddam ac honoris vestigium, vt coloniarum olim erga matrices ecclesias, aut ecclesiastica iurisdictio remaneat. Hoc fit, vbi vna ecclesia alteri eo, quo supra diximus, modo sponte adiungitur.

§. IV.

Divisio altera in illas, quae propriam aedem habent, vel non habent

Porro non tantum illae ecclesiae appellatione filiarum veniunt, quibus a communi cum matre ministerio separatim suis in aedibus sacra administrantur, & in vernacula nostra dicuntur Filialen **oder** Filialisten, **welche selbst eigene Kirchen haben**; sed etiam quibus propria aedes non est, & propterea matricem ecclesiam adire, ibique sacris interesse coguntur. Equidem de his non temere aliquis dubitet, an nomen filiarum tueri queant. Sed non deest, quid in alteram partem dicatur: etenim dum qui alteri ecclesiae accedunt, iam coetum constituunt, & proprium ecclesiae ministrum habere poterant, hactenus ecclesiis filiabus eos accenseri nihil vetat. Iam & bene monuit D. Slevogtvs *dissert. 3. de vnion. eccles. c. 1. §. 7.* ecclesiam particularem, quae distincta prorsus a reliquis qua ministerium fuit, ea conditione adiungi posse cum alia, vt sacrorum quidem vsum communem; sed tamen iura ministerium instituendi, examinandi, remouendi propria conseruet, neque ad alteram eo, quod vnitur, transferat. Sunt enim distinctissima, communis ministerii & aedium sacrarum vsus, itemque potestas legitime ista constituendi, neque posito vno necesse est alterum poni. Addit: Exempla non deesse & in vicinia sua inueniri reseruatae iurisdictionis in ecclesiis vnitis, communi aede sacra cum primaria vtentibus. Quo ita composito, ecclesiae vnitae, quatenus quidem vno ministerio vnaque aede sacra vtuntur, vnum quasi corpus & vna ecclesia sunt: quatenus autem distincta cernuntur, eatenus nec corpus vnum, nec vna etiam ecclesia vocari queunt. Si igitur alterutra distincta adhuc manfit qua iura constituendi ministerium, quaque iurisdictionem ecclesiasticam, hoc respectu peculiaris quoque ecclesiae nomen meretur. Quamobrem causa non est, cur eadem subiecta potiori, quae matris loco habetur, filia vocari nequeat.

§. V.

Divisio tertia in baptismales & capellas.

Sunt praeterea ecclesiae filiae tantum intuitu quorundam actuum. Ita apud Francos ecclesiae baptismales erant (quae etiam dictae matrices, vt liquet ex Vrbani I. Pontificis *epistol. decretal. c. 1.*) & capellae. In baptismalibus publicum baptisterium erat, vt legitur in *cap. 7. Synodi, quae apud Vernam habita est sub Francorum Rege Pippino*, & dicebantur tales, vt ab aliis distinguerentur, quae baptisteria non habebant. Putat autem Iosephus Vicecomes, vnicam tantum ecclesiam baptismalem in vnaquaque ciuitate fuisse vetustis temporibus, ad quam omnes baptizandi conuenire tenebantur, vt patet etiam ex vetusta narratione, quae extat apud Chiffletivm *parte 2. Vesontionis cap. 26. p. 163.* Quod non solum in ciuitatibus, sed etiam in vicis obtinuisse, colligitur ex *canon. 48. Synodi Meldensis.* Burchardus confirmat *l. 3. c. 22.* ex quodam Concilio Aquisgranensi, si vera fides: *Plures baptismales ecclesiae in vna terminatione esse non possunt,*

Digitized by Google

possunt, sed vna tantummodo cum subditis capellis. GRATIANVS citat ex Concilio Toletano *can.* 53. *cauſ.* 16. *quaeſt.* 1. Capellarum antiquitus ſubiectarum eccleſiis eſt mentio in *cap.* 2. *epiſtolae Hincmari ad Clerum & plebem Laudunenſem*, quae extat inter formulas promotionum epiſcopalium *tit.* 18. apud STEPHAN. BALVZ. *tom.* 2. *Capitul. Francor. p.* 624. In capellis illis, quae etiam oratoria dicebantur veteribus ſynodis & Patribus, baptiſterium fieri non licebat, vt ex Gregorii M. epiſtolis probat laudatus BALVZIVS *d. tom.* 2. *p.* 1064. vbi addit: qui ad oratoria illa ſiue capellas per annum conueniebant, ter in anno ad matrem eccleſiam venire debuiſſe, vt pluribus Conciliis ſancitum ſit, eamque ſanctam inſtitutionem diu viguiſſe vſque ad ſeculum Chriſti vndecimum.

§. VI.

Caeterum cum eccleſiae filiae potiſſimum aeſtimentur ex copulatione ſiue vnione, quam vocant; haec vero actus ſit, quatuor cauſas habens, non melius quam ſecundum cauſarum ſeriem Eccleſiarum filiarum indoles conſiderari poterit, modo prius de earundem origine dixerimus. In *canon.* 3. *cauſ.* 10. *quaeſt.* 3. qui depromptus eſt ex Concilio Toletano XVI. A. DCXCIII. in Hiſpania celebrato, eſt: *Sed & hoc neceſſario inſtituendum deligimus, vt plures eccleſiae vni nequaquam committantur Presbytero: quia ſolus per totas eccleſias nec officium valet perſoluere, ne populis ſacerdotali iure occurrere, ſed nec rebus earum neceſſariam curam impendere: ea ſc. ratione, vt eccleſia, quae vſque ad decem habuerit mancipia, ſuper ſe habeat ſacerdotem; quae vero minus decem mancipia habuerit, aliis coniungatur eccleſiis.* Add. can. 1. cauſ. 21. quaeſt. 1. Idem apud Francos obtinuit. Etenim Chrodogangus, Epiſcopus Metenſis, qui ſub Pippino Rege floruit, ſic edixit in cap. 63. Regulae Canonicorum: *Presbyter non amplius quam vnam eccleſiam habeat, ſicut & vir vnam vxorem.* Quod ſancitum quoque eſt in canon. 7. Synodi Nannetenſis his verbis: *Sicut enim Epiſcopus non plus poteſt habere, quam vnam ciuitatem, & vir vnam vxorem; ita Presbyter vnam tantum eccleſiam.* In Capitulari Herardi, Archiepiſcopi Turonenſis, c. 49. *Vt Presbyter non amplius quam vnam eccleſiam habeat; ſicut & vir vnam vxorem.* Item l. 6. Capitul. Francor. c. 75. *Quapropter omnibus placuit, vt nullus Presbyter amplius quam vnam eccleſiam ſibi vindicet. Quia ſicut quisque ſecularis non amplius quam vnam habere debet vxorem; ita & vnusquisque Presbyter non amplius, quam vnam habere debet eccleſiam.* Add. REGINONEM *l.* 1. *de eccleſ. diſciplin. c.* 254. & Capitula Guilberti Epiſcopi in interdictis *c.* 2. apud BALVZ. *appendic. actor. veter. ad Capitular. Francor. n.* 7.

Origo. Olim Presbytero non licuit praeeſſe pluribus eccleſiis, etiam in Francorum regno.

§. VII.

Vtcunque vero hoc in vniuerſum ita conſtitutum fuerit, tamen variis ex cauſis aliud ſubinde inualuiſſe, & canones & experientia docent. Cauſae hae ad capita duo reduci poſſunt, neceſſitatem & vtilitatem. Pertinent huc paucitas hominum, de quo in *d. canon.* 3. *cauſ.* 10. *quaeſt.* 1. Locorum opportunitas ac vicinitas. Gregorius Pontifex can. 48. cauſ. 16. quaeſt. 1. *Et temporis qualitas & vicinitas nos locorum inuitat, vt Cumanam atque Miſenatem vnire debea-*

Aliquando tamen id admiſſum fuit variis ex cauſis, quae reciderunt in neceſſitatem.

Digitized by Google

vel vtilitatem. Vnde simul intelligitur Finis.

debeamus ecclesias: quoniam nec longo itineris spatio a se seiunctae sunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, vt singulos, sicut olim fuit, habere debeant sacerdotes. Paupertas ecclesiae. v. *can. postquam* 49. *cauſ.* 16. *quaest.* 1. *cap. quia* 2. *X. de religios. domib.* Neque tamen negari nequit, πλεονεξίαν interdum coniunctioni huiusmodi dedisse locum. Ea sane in coniunctione plurium beneficiorum saepius deprehensa fuit, vt questus in Concilio Tridentino testari possunt apud Pavl. Servitam *histor. Concilii Tridentini l.* 2. *pag.* 425. *sequ. edit. Lipsiens.* Atque ex hisce etiam finis, cur ecclesiae filiae fiant, satis intelligitur. v. Carpzov. *l.* 1. *Iurispr. Consistor. def.* 156.

§. IIX.

Causa Effectrix *ecclesiarum filiarum.*

De causa efficiente multa dicere, non est opus. Nam constat, ecclesiarum inferiorum vnionem pertinere ad Episcopum in sua dioecesi, ceu in qua is tantum potest, quantum Pontifex in vniuersis. Idque passim tradunt Canonistae, modo consensus Capituli accedat & Patroni. v. plur. Slevogt *de vnion. eccles. Diss.* 2. *cap.* 1. §. 5. 13. 15. Add. *Concil. Tridentin. Sess.* 24. *c.* 15. Finckelthavs. *de iure patronat. c.* 5. *n.* 58. D. Lyncker *decis.* 1322. Vicarii Episcoporum generales eam potestatem sibi asserere nequeunt. *c.* 3. *de officio Vicarii in sexto.* Nec Abbates; *Clement. in agro* 1. §. *ad haec* 6. *de Statu Monachor.* nisi in ipsis ecclesiis iura quasi Episcopalia exerceant, plenamque dispositionem habeant. Gloss. *in Clementin. I. verbo proprii, de rebus eccles. non alien.* Apud Evangelicos, vt ius omne circa sacra regionum Domini iure sibi vindicant, ita eorum quoque auspiciis coniunguntur Ecclesiae. In Saxoniae Electoratu id iuris datum est supremo Consistorio Dresdensi, velut Senatui Ecclesiastico. v. Carpzov. *l.* 1. *Iurispr. Consistor. def.* 155. Ziegler. *ad l.* 1. *Lancellot. Instit. Iur. Canon. tit.* 19. §. 3.

§. IX.

Obiectvm *sunt illa, in quibus fit combinatio. Vbi proponuntur* regulae, & quaestiones.

Obiectum sunt illa, in quibus fit combinatio cum matrice ecclesia. Vbi decantata est illa regula: *Filia sequitur matrem.* Quae tamen non tam iure nititur, quam potius consuetudine loquendi, adeoque nisi intra terminos suos coerceatur, admittenda non est, vt recte vidit D. Slevogtvs *d. tr. Diss.* 3. *c.* 1. §. 7. Potius pro regula statuendum: Quaecunque finis vnionis non includit, ea etiam ab ecclesia matrice, velut propria, peti ac sumi nequeunt: Et retro, quicquid sub fine continetur, siue abs quo finis obtineri nequit, matrici Ecclesiae recte adscribitur. Nam finis pro mensura est in moralibus. Hinc sacerdos siue Presbyter in loco ecclesiae matricis, velut dignioris, residebit; si ecclesia filia non habet propriam aedem, eius participes principalem siue matricem ecclesiam adire & sacris interesse debent; proinde eodem in loco conueniunt, **haben einen gemeinen Kirchengang**, vt vulgo loquimur, audiunt diuinum verbum, percipiunt sacramenta, pariterque coemiterio in commune vtuntur. Cui porro consequens est, quoniam ecclesia filia gaudet communione vtilitatum, etiam ferendis oneribus, quae illarum intuitu incumbunt, subtrahere sese haut posse; obligari igitur ad exstruendi templi, vel instaurandi ac conseruandi communes sumtus, ad comparandam Ecclesiastae dignam habitationem, & id genus alia.

Digitized by Google

alia. v. CARPZOV. *l.* 2. *Iurispr. Consistor. definit.* 343. & *definit.* 344. *vbi de distributione illarum collectarum.* conf. *l.* 1. *Def.* 187. *vbi de salario.* SLEVOGT. *d. c.* 1. §. 11. Ante omnia tamen ad pacta ac leges respiciendum: Quod si vero ecclesia filia propria vtitur aede, ad onera illa non tenebitur: Non enim, inquit CARPZOV. *d. l.* 2. *def.* 345. filiastarum interest, aedem matricis ecclesiae reparari vel non; cum diuinum prosequantur ac celebrent cultum in templo proprio, verbum ibi a Parocho praedicatum audientes, infantes suos baptizari facientes, & ad sacram coenam accedentes: cumque tum in fabricam templi sui sumtus impendere necesse habeant, iniquum omnino foret, alio adhuc onere contributionis ipsos grauari. Alicubi tamen locorum hoc oneris habent Ecclesiae filiae, quod vel per integrum annum vel certis temporibus equo aduehendum Ecclesiae ministrum curare debeant. Ita in Ordinatione Ecclesiastica Vinariensi, cuius locum profert SLEVOGTVS *Diss.* 3. *c.* 2. §. 6. constitutum: **Weilen auch in den** Visitationibus **befunden, daß zwischen Pfarren und denen** Filialen **sich deßwegen Irrungen zutragen, daß die Pfarrer, wann Sie auff den** Filialen **predigen sollen/ ein Pferd Ihnen zu schicken begehrt, die** Filialen **aber sich dessen geweigert, als soll es hinführo dergestalt hiemit gehalten werden, daß von Fastnacht biß Martini die Pfarrer auf ihre** Filialen **zu gehen verbunden seyn sollen; aber von Martini an biß auff Fastnacht sollen die** Filialen **dem Pfarrer auff Begehren und Andeuten ein Pferd auff ihre Kosten und ohne des Kastens Beschwerung schicken.** Expendamus heic aliquot quaestiones, si ecclesia mater & filia diuersos patronos aut dominos agnoscunt.

§. X.

Prima: *An patroni, qui ecclesiam filiam fundauit, partes aliquae sint in nominando & praesentando ecclesiae ministro?*

Prima est: An patroni, qui ecclesiam filiam fundauit, partes aliquae sint in nominando & praesentando ecclesiae ministro? Quod affirmandum haut dubie: nam per coniunctionem patrono ius suum non potuit detrahi, neque is, consentiendo in eam, illud abdicasse censendus est. Et hoc consuetudine obtinet in Saxonia. Hinc, mortuo pastore, patronus matricis ecclesiae significare debet patrono ecclesiae filiae, & quidem per literas, nouum pastorem in suggestu sistendum ac audiendum esse. Vt testatur FINCKELTHAVSIVS *de iure patronat. c.* 5. *n.* 64.

§. XI.

Altera: *An in ecclesia filia Domino regionis, vel iurisdictionem ecclesiasticam habenti, ius circa sacra maneat saluum?*

Secunda est: An in filia ecclesia Domino regionis, vel iurisdictionem ecclesiasticam habenti, ius circa sacra maneat saluum? Quam nos quidem citra dubium affirmandam esse existimamus: nam ius circa sacra est vnum ex praecipuis regalibus; iam vero certissima iuris publici est regula: ius territorii generali concessione non venire, & superioritatem, etiam in concessione generalioribus verbis facta, exceptam semper intelligi. v. *Dissert. de superiorit. terr.* §. 65. Et, vt recte vidit D. SLEVOGTVS *de vnion. eccles. Dissert.* 3. *c.* 1. §. 7. si perpendamus, ecclesias eo proposito copulari, vt ministerium commune habeant, obseruemusque causas ad finem istum compellentes, nulla necessitas apparet, quae ecclesiam particularem, in idem corpus cum altera non coalescentem, qua iurisdictionem

Digitized by Google

nem quoque subdi depoſcat. Imo Gregorius Pontifex in *cap. quia Monaſterium 2. X. de religioſ. domib.* quod vulgo ad vnionem in ſecunda ſignificatione referunt, conſtituit: *Ipſum monaſterium ſic tuae nos ordinationi commiſiſſe cognoſcas, vt tamen iurisdictionem illic non Epiſcopus Surrentinus, in cuius ciuitate monaſterium tuum eſt ſitum, ſed Nucerinus, cuius eſt Dioeceſis, habeat. Nam ſic huius loci ordinationem diſponimus, vt tamen iura ſingulis Epiſcopis inuiolata ſeruemus.* Atque hanc ſententiam inter Catholicos Hoſtienſis ac Panormitanus tuentur, nec minus apud Proteſtantes communis ac perpetuus Conſiſtoriorum vſus idem confirmat. Quanquam id interdum pactis etiam expreſſe definitur, vt ſcilicet controuerſiae omni occaſio ſic praecludatur, teſte laudato Slevogto, vbi inter alia adfert Receſſum Hennebergenſem, in cuius §. 2. conſtitutum legitur: **Dieweil aber etliche Haupt-Kirchen in einem und anderer** Filial **in einem oder andern Fürſtlichen Antheil gelegen ſeyn möchten, ſo ſolls zwar bey der** Dependentz **und alten gerechtſame ſolcher Kirchen und** Filialen **gelaſſen werden, das** exercitium iurium Epiſcopalium **aber in dem** Filial, **dem** Domino territorii, **darinnen es befindlich, verbleiben, und der Pfarrer in der Haupt-Kirchen, ſo viel das** Filial **anbelanget, nach Verordnung des** Conſiſtorii, **welches der Lands Fürſt der** Filialen **beſtellet, ſich zu halten und zu achten ſchuldig ſeyn.** Hinc vſum parochiae communis territorii iurisdictionem minime concludenter probare, eſt apud Thom. Michaelem *de iurisdict.* §. 55. conf. Besoldvs *conſ.* 258. *n.* 53. *ſequ.* & Harpprecht. *conſ.* 12. *n.* 51. *ſequ.* Equidem videtur dubitatio aliqua inde ſuboriri, quod matrix eccleſia ſuperior, filia inferior dicatur, & quod tritum verbum ſit, filiam ſequi matrem. Enimuero & patronus ſuperior eſt, eidemque vox imperandi interdum tribuitur, neque tamen is iurisdictionem ſiue imperium proprie dictum in clientem exercere poteſt. Et quouſque filia eccleſia ſequatur matrem, iam ſupra explicuimus. Dictis conſequens eſt, cauſas eccleſiaſticas & matrimoniales, quae exiſtunt in eccleſia filia, dominum ſiue Epiſcopum matricis eccleſiae ad forum ſuum trahere haut poſſe. An vero parochum eccleſiae matricis vocandi aut examinandi Domino ſiue Epiſcopo eccleſiae filiae ius aliquod competat, conuentionibus non vno modo determinari conſueuit, vt pluribus docuit Slevogtus *d. l.* Id ad ius patronatus regium in eccleſia filia pertinere negatur in D. Heroldi *conſilio deciſiuo* 46. Quod nos tum demum verum eſſe, aut praeſumendum exiſtimamus, ſi eccleſia filia propriam aedem non habeat. Cur enim Dominus territorii, in quo matrix eccleſia eſt, parochum ibi habitantem, hoc in caſu iurisdictioni Domini eccleſiae filiae ſubieciſſe cenſeatur, nulla praeſumendi cauſa eſt. Quam tamen praeſumtionem ad caeteras cauſas eccleſiaſticas, in eccleſia filia obuenientes, extendendam non eſſe arbitramur, vtut ita viſum fuerit D. Slevogto *d. l. p.* 126.

§. XII.

Tertia: An ſi mortuus ex territorio, in quo filia eccleſia eſt,

Tertia eſt: An, ſi mortuus ex territorio, in quo filia eccleſia eſt, ad matricem eccleſiam, in altero territorio exiſtentem efferatur, opus ſit, vt venia a regionis domino impetretur. Nimirum recepti in Germania moris eſt, vt cadauera demortuorum transuehere haut liceat, niſi id prius ſignificetur magiſtratui eius loci, pretium etiam ſoluatur, & interdum reuerſales dentur. v. Besold. *theſaur.*

Digitized by Google

thesaur. practic. voce **Durchführung der Verstorbenen.** Henricvs Hahnivs *ad Wesenbec. tit. de religiosis, n. 5. Dissert. de superioritat. territorial.* §. 22. Vbi, quod ecclesiam filiam attinet, existimari poterat, quoniam eius paroecianis, sub alio regionis domino degentibus, commune coemiterium praebetur, deductionem funeris tacite indultam esse. Enimuero recte heic saepe laudatus D. Slevogtvs *d. dissert. 3. c. 1. §. 9.* obseruauit, exstare exempla prohibitae ductionis, vsque dum speciatim de eo magistratui satisfactum. Cuius hanc adfert rationem, quod Consistorium minime censeatur, concessione vnius iuris caetera aeque indulsisse, quae saeparata adhuc perdurant, & ne dari quidem a Consistorio possunt. At exigere a ducturis, vt denuncient prius transuectionem, vt impetrent veniam, vt leui pensione transitum emant, omnino a sepeliendi iure seiunctum, atque ciuili tantum magistratui proprium est, cui Consistorium praeiudicare nequit. Licet enim Principis nomine admittat vnionem, ac cum ea coemiterii quoque vsum: non tamen permittere sibi plus debet, quam accepit a Principe; & hic ipse haut creditur, introducto passim circa funerum ductionem iuri derogasse. Atque hoc, quod de Consistorio intuitu Protestantium iam dictum est, intelligi etiam de Episcopo siue Dioecesano non temere vult; quippe qui pariter Ciuili magistratui, quicquid huic iuris competebat, adimere ac restringere haut potuit.

ad matrimem eccle-siam, in alterо territorio exi-stentem effectu, opus sit impetrare veniam a regionis domino.

§. XIII.

Veniamus ad formam. Vbi occurrit vnio filiae ecclesiae cum matrice, qua constituitur, qua constituta est, & qua probanda. Ad modum constituendi pertinent leges, conuentiones & praescriptio. Leges locum habent, vbi matris & filia sunt sub vno imperante. Conuentiones fiunt quam maxime, quando matrix & filia subsunt diuersis dominis. Solent autem pacta, si vlla in re, certe heic infinitis modis variare. Vidimus iam supra exempla. Sed libet heic vno id demonstrare. Ecclesia filia communem cum matrice ecclesia habet ecclesiae ministrum; verum vbi ea propria aede vtitur, minister ille conciones habet vel alternis per dies sacros vicibus, vel apud filiam die dominica a meridie, aut etiam mane, non vero diebus profanis per hebdomadam. Alicubi viceversa qui sunt de ecclesia filia die dominica adire debent ecclesiam matricem, & a meridie ludimagister praelegit ipsis sacra; per hebdomadam vero in aede sua audiunt diuini verbi praeconem. Caeterum vbi praescriptione fit filia, immemorialem desiderari, complures ICti tradiderunt. v. Mascardvs *de probat. conclus.* 587. Praeterea ad modum constituendi etiam pertinet, quod ad causas curate sit attendendum, num habeantur ad vnionem sufficientes: nec enim absque iusta & legitima causa, ad eam deuenire licet. Carpzov. *l. 1. Iurispr. Consistor. def.* 156. *n.* 3.

Forma constituendae filiae ecclesiae.

§. XIV.

Ita constituta filia, quia communem cum matrice ecclesia verbi diuini ministrum habet, comem ei reuerentiam debet. *Cap. ad audientiam 3. X. de ecclesiis aedificand.* ubi Pontifex ait: *competens in ea honor ecclesiae matrici seruetur.* Quod vero dicitur vulgo: filiam cum matrice ecclesia vnione subiectiua, siue

Constitutae.

Digitized by Google

quae subiectionem inferat, coniungi, v. Slevogt. *de vnione eccleſiar. Diſſert.* 1. *c.* 3. §. 3. *& paſſim*, cum ſalis grano accipiendum. Nam ſupra abunde euicimus, coniunctione eccleſiae filiae iurisdictionem eccleſiaſticam non ſimul translatam cenſeri. Subiectio ergo improprie dicitur intuitu reuerentiae, quam filia, velut inferior, ſacro matricis eccleſiae miniſterio debet.

§. XV.

Probandae. Interdum dubitatio incidit, num quae eccleſia ſit filia. Vbi exiſtimamus, potius praeſumendum, eccleſiam aequaliter iunctam eſſe, niſi diuerſum doceatur. Probationes autem illae ſumi poſſunt, vel ex inſtrumentis, vel ex fama communi & ſeniorum teſtimoniis. Quae ſi defuerint, vbi habitatio parochi eſt, vel vbi inveſtitura facta prior, mater ſiue principalis habebitur; altera, velut minor ſiue digniori annexa, acceſſoria erit. Ita A. 1629. menſe Iulio Conſiſtorium Electorale Lipſienſe iudicabat apud Finckelthavsivm *c.* 5. *de iure patronat. n.* 62. **Weilen ſolche Beruffung nicht nach B. ſondern allezeit nach D. geſchehen, allda der Pfarrer auch ſeine Wohnung hat und alle** Inueſtituren **geſchehen, ſo wird D. vor die Haupt-Kirche/ B. aber vor das** Filial **billich gehalten. V. R. W.** Adde Menochivm *6. praeſumt.* 72. & quos profert Carpzovivs *l.* 2. *Iurispr. Conſiſtor. def.* 343. *n.* 5. *ſequ.*

§. XVI.

Contraria. Reſtat, vt dicamus breuiter, quomodo Eccleſiae filiae eſſe deſinant. Hoc autem vt plurimum fit diſſolutione. Vbi praenotandum, eam non carere difficultate. Licet enim mala, quae ex communione oriri ſolent, heic quoque non raro deprehendantur, & inuitus nemo in communione permanere teneatur: tamen ex altera incommodum eſt, quod miniſtro, ad eccleſiam matricem pariter ac filiam vocato, aliquid ex ſeparatione decedat. Apud D. Lynckervm *Deciſ.* 1158. pronunciatum: **Dieweilen aber die** vnio **zwiſchen beeden Gemeinden viel und lange Jahre beſtanden: darüber richtige Vergleiche getroffen, auch Rechtskräfftige Beſcheide ergangen, und eben ſo treffliche Urſachen zur** Separation **nicht vorhanden, ſo werde es/ wann nicht beyde Gemeinden zu der Sonderung belieben tragen, bey den Herkommen, Verträgen und Abſchieden billich gelaſſen; Immittelſt aber der jenigen Neuerungen halben, worüber ſich eine gegen die andere zu beklagen, an gehörigem Ort Hülffe geſucht.** Apud eundem *Deciſ.* 1322. conſideratum: **Alldieweilen die Pfarre zu Angſtett** (eccleſia matrix) **einmahl ein Recht an die** Intraden **zu Grefenau** (eccleſiae filiae) **erlanget, welches derſelben ſo ſchlechterdings nicht zu entziehen, zumahlen auch beeder Kirchen** Epiſcopi **ſich alſo verglichen, und dahero zum wenigſten ſich würde mit der Angſtettiſchen Pfarr, wegen des Abgangs, auff hinlängige weiſſe abgefunden werden müſſen, ſo mag derowegen die Trennung beyder Kirchen dergeſtalt nicht ſtatt finden.** Neque tamen dubitandum, ſi cauſae idoneae adſint, poſſe diſſolutionem fieri. Puta ſi ceſſet cauſa, ob quam copulatio facta, aut magna incommoda eccleſiam filiam vrgeant. v. omnino Finckelthavs. *de iure patron. c.* 5. *n.* 63. Apud Catholicos id iuris eſt

apud

Digitized by Google

apud Episcopum. In Concilio Tridentino sess. 21. c. 4. hac de re ita statuitur: *Vt in iis ecclesiis, in quibus ob locorum distantiam seu difficultatem parochiani sine magno incommodo, ad percipienda sacramenta & diuina officia audienda, sine magno incommodo accedere non possunt, nouas parochias, etiam inuitis rectoribus, iuxta formam Constitutionis Alexandri, quae incipit;* Ad audientiam, *constituere possint; illis autem sacerdotibus, qui de nouo erunt ecclesiis nuper erectis praeficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus, ad matricem ecclesiam quomodocunque pertinentibus, &, si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quae sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam, quacunque reseruatione, generali, vel speciali, vel affectione super dictis ecclesiis, non obstantibus.* Apud Euangelicos id residet apud regionis dominum, iuris circa sacra compotem, &, cui ab hoc committi solet, Consistorium. Patronus eam potestatem sibi arrogare non potest, vt ex supra dictis facile constat, licet, vbi eius interest, is consensum quoque suum impertiri debeat. Caeterum vbi ecclesia filia in hoc se tantum separat, vt, cum antea communi aede vsa fuisset, nunc propriam habeat, res ita temperanda est, vt propter auctos labores minister Ecclesiae pensationem aliquam propterea recipiat. v. Nicolai *resolut. casuum iuris dubior. cap.* 11.

DE

Digitized by Google

DE IACTITATA VVLGO *ORD. CISTERCIENSIS* LIBERTATE AC EXEMPTIONE A SVPERIORITATE ET ADVOCATIA REGIONVM IN S. R. G. IMPERIO DOMINORVM

DISSERTATIO.

PROLEGOMENA.

§. I.

Ordinis Benedictini in Francorum Regno & abhinc in Romano-Germanico Imperio antiquitas.

TRalatitium est, Monasteria Ordinis S. Benedicti caetera omnia, vt olim in Francorum Regno, ita nunc in Romano-Germanico Imperio antiquitate superare. Etenim S. Benedicti, qui Seculo sexto vixit, regulam discipulus eius S. Maurus in Galliam intulit, *per quam omnis pene Gallia eius* (Benedicti) *institutionis suscepit exordium*, vt ait S. ODILO (1). Abhinc regula Columbani (2) ex Britannia, quam primus in Paraeneticis veteribus Goldastus, & nouissime ex antiquis Codicibus MSS. emendatiorem LVCAS HOLSTENIVS (3) edidit, cum illa coaluit. Et S. BONIFACIVS (4), *cum praedicatione sua multos Thuringorum, Hessorum, Austrasiorum & Boioariorum populos ad fidem rectam conuertisset, monasteria vtriusque sexus instituit Germaniae, quae ceremoniis Benedicti initiauit*, vt praeter AVENTINVM (5) memoriae prodidit MARIANVS SCOTVS (6). Certe CAROLO M. (7) imperante adeo inualescebat Regula Benedictina, vt *quaestionis esset, vtrum aliqui Monachi essent, praeter eos, qui regulam S. Benedicti obseruant? Item si* (an) *in Gallia Monachi fuissent, priusquam traditio regulae S. Benedicti in has partes deuenisset?* Quemadmodum legitur in Capitulari interrogation. ad Episcopos & Abbates (8). Et iam in Synodo An. DCCXLII. sub Childerico III. statutum fuerat (9): *Vt Monachi & ancillae Dei Monasteriales iuxta regulam S. Benedicti coenobia & Xenodochia sua ordinarent, gubernarent & viuere studerent, & vitam propriam degere secundum praedicti patris ordinationem non negligerent.* Et in Synodo anni sequentis (10): *Abbates & Monachi receperunt regulam S. Patris Benedicti, ad restaurandam normam regularis vitae* (11). Quod repetitum (12). Add. PHILIPPI BASTIDE, Congregationis S. Mauri Mona-

Digitized by Google

Monachi Benedictini, Dissertationem (13), quam seculi tertii actis Ordinis S. Benedicti parti primae praemisit MABILLONIVS. Hinc TRITHEMIVS (14) scribit, circa annum Christi nongentesimum alterius Ordinis, quam Benedictinorum, in Europa, & nominatim in Germania & Gallia nulla fuisse monasteria. Idem S. Benedictum *Institutorem & Principem Occidentalium Monasteriorum* (15) appellat (16). Alium locum v. apud CABOET. (17) Et BRVSCHIVS (18) loquutus de Othmaro primo S. Galli Coenobii Abbate, *accepit*, inquit, *Regulam S. Benedicti, quod ea tunc sola esset & vnica Monachorum secta & professio.* Quin & Germania Benedictinos aliquando habuit in primariis templis, Frisingensi, Saltzburgensi, Traiectensi ad Rhenum, Eistedensi, Würtzburgensi, Bremensi, Ratisbonensi & Magdeburgensi, vt probauit MABILLONIVS (19).

(1) *In vita S. Maioli, Abbatis Cluniacensis.* (2) Hic circa finem Seculi sexti Pictos in Britannia fidem Christianam docuit. (3) *Codic. regular. part. II.* (4) Monachus hic Anglicanus (Vinfrido antea nomen erat) a Pontifice Episcopatu primum donatus, deinde titulo & insignibus Archi-Episcopi Moguntini ornatus: postremo Episcopos creandi & concilia cogendi, quibus ipse solus, vt Legatus sedis Romanae, praeesset, nactus est potestatem. De eodem ex Willibaldo MABILLONIVS refert: *Bonifacius, dum per longos viarum anfractus ingentium populorum adisset confinia, iam ad praefatum Francorum Principem (Karolum) venit & venerabiliter ab eo susceptus literas praedicti Romani Pontificis sedisque Apostolicae Karolo detulit eiusque Dominio & patrocinio subditus ad obsessas antea Hessorum metas cum consensu Karoli Ducis rediit &c.* In Actis sanctor. ad 5. Iunii An. 754. *in vita S. Bonifacii* eadem formula *sub Dominio* (quae verba sponte omittit BARONIVS, *sub ditione* aiens) occurrit ap. laudat. MABILLON. pag. 40. d. l. (5) *Lib. 3. Annal. Boior. p. 169.* (6) Coenobia Benedictinorum deinceps in tantam creuere multitudinem, vt numerum triginta septem millium (absque Praeposituris & sanctimonialium Monasteriis, quae numerum quindecim millium excedebant) attigisse, tradat CAROLVS STENGELIVS, eiusdem Ordinis Monasterii SS. Vdalrici & Afrae Augustae Vindelicorum professus, *Praefat. in Monasteriologiam.* Ex quibus Romana sedes, iam Trithemii temporibus, *Pontifices ex interuallo habuit decem & octo; Cardinales plusquam ducentos; Archiepiscopos in diuersis Ecclesiis mille sexcentos, Episcopos fere quater millia; Abbates insignes, qui doctrina & scriptis claruerunt, vel vita, quindecim millia septingentos. Canonizatos autem & Sanctorum catalogo insertos quindecim millia sexcentos.* In Lib. de script. Eccles. p. 49. (7) *Lib. 2. Act. 6. ad A. 719.* (8) *Interrog. XII. tom. II. Concil. Galliae p. 261.* (9) *Cap. 7.* (10) *Cap. 1.* (11) Erant scilicet antiqua illa Benedictinorum Monasteria scholae publicae, & duplici quidem fini constitutae; primum vt religiosi & personae Deo dicatae eruditiores fierent: dein etiam vt seculares procerumque & nobilium liberi studiis sapientiae ac liberalium artium doctrina ibi imbuerentur. Vid. MIRAEVM *L. 2. de Origine Monaster. c. 1.* Quo spectat Constitutio KAROLI M. L. 1. Capitular. c. 72. *Vt scholae legentium puerorum fiant; psalmos, notas, cantus, computum, Grammaticam, per singula Monasteria discant.* Et L. 5. Capitular. tit. 95. *dignum est, vt filios suos donent ad scholas, siue ad Monasteria vt fidem Catholicam recte discant & orationem Dominicam, vt domi alios edocere valeant.* Add. PAVLVS LANGIVS, Monachus Benedictinus in Chronico Citizensi, Tom. I. Rer. Germ. IOH. PISTORII inserto, pag. 763. *Priscis temporibus*, inquiens, *vtpote Caroli Magni & Ottonum, dum ordo noster Ecclesiam Dei mirum in modum doctrina & sanctimonia illustraret, studium sapientiae permaxime in eo viguit. Et haec vnica fuit & maxima causa, quod Monachi eligebantur in Episcopos. Tunc enim literarum Gymnasia erant in Coenobiis, & potissimum in celebrioribus Archisteriis, Fuldensi videlicet, Hirsfeldensi, Corbeiensi, Weisseburgensi, Prumiensi, Tuicensi, Gemblacensi, Hirsaugiensi & Treuerensi: Tacendo de Italiae, Hispaniae, Galliae, caeterarumque prouinciarum; praecipue Cassinensi, Cluniacensi, Floriacensi, & similibus florentissimis coenobiis, in quibus Monachi & Abbates claruere. in omni scibili doctissimi, qui & multa praeclara ad vtilitatem legentium & fidei defensionem, carmine & prosa ediderunt opuscula, quae vsque in praesens extant, & extabunt, in salutem per secula credentium. Nusquam enim eo tempore per Germaniam instituta literarum Gymnasia, imo & aliquot post seculis Academiae, vel (vt aiunt) Vniuersitatis nomen illustre in omni pene Occidentis imperio incomertum fuerat. Praeter enim Romanum vetustissimum, & Parisiense tunc nouum, vtpote Karoli M. iussu, opitulamine & authori-*

Digitized by Google

authoritate per noſtros Doctores Monachos fundatum, nullum in hiſtoriis aliud vniuerſale legimus extitiſſe ſtudium. Perinde Reges & Principes caeterique Nobiles, ad diſcendum Dei timorem cum literis, liberos ſuos Monachis intra claustra tradiderunt inſtituendos, quorum plerique manentes ſub regula, diſciplinae magiſterio in viros creuerunt ſanctiſſimos: alii per parentes reuocati, moderatores Reipublicae ſtrenui & prudentiſſimi facti ſunt. (12) *Lib. 5. Capitular. c. 3.* (13) *De antiqua Ordinis S. Benedicti intra Gallias propagatione.* (14) *In Chronico Hirſaugienſi.* (15) In Oriente Monaſticam rationem ab Aegyptiis primo didicerunt. Floruit deinceps, medio nempe Seculo IV. Magnus Baſilius (vt taceam Ioh. Caſſianum, B. Auguſtinum &c.) Caeſareae Cappadociae Epiſcopus; ex cuius praeceptis ac inſtitutis etiamnum pendent, quotquot vel hodie haud exiguo numero ſuperſunt Graecorum Monachi: quorum vitam eleganter depingunt Christoph. Angelvs, *libello de ſtatu & ritibus Eccleſiae Graecae, cap. 27. & ſeqq.* Metrophanes Critobvlvs *in Confeſſione Eccleſiae Orientalis cap. 19.* Iacobvs Goarvs, *in notis ad Graecorum Euchologion pag. 120. Edit. Paris.* (16) *In lib. de ſcript. Eccleſ. pag. 49. edit. Paris. 1512.* (17) *In Append. p. 126.* (18) *De Monaſteriis Germaniae.* (19) *In praefat. Actorum Ord. S. Benedicti d. Secul. 3. n. 28. ſeq.*

§. II.

Huius propago eſt Ciſtercienſium familia, circa ſeculi vndecimi extrema condita, & quibus auſpicibus.

Enimuero cum affluentibus opibus luxus, vt fieri ſolet, creſceret, heic idem accidit, quod ſublato Carthaginis metu Romanis contigiſſe memorat Velleivs Paterculvs (1), *non gradu, ſed praecipiti curſu, a virtute deſcitum, ad vitia transcurſum; vetus diſciplina deſerta, noua inducta, in ſomnum a vigiliis, a labore ad voluptates, a negotiis in otium conuerſa monaſteria.* Vt adeo Seculo XI. laxatae & fatiſcenti Coenobiorum diſciplinae ſuccederent alii Monachorum Ordines (2), velut CAMALDVLENSIVM, per S. Romualdum; VALLIS VMBROSAE, per Ioh. Gualbertum; GRANDIMONTENSIVM (3), per Stephanum; vid. Miraevs (4). CARTVSIANORVM, per Brunonem inſtituti; Theod. Petreivs (5), Miraevs (6). CANONICORVM REGVLARIVM B. AVGVSTINI, *qui ſub Ivone magiſtro in Eccleſia B. Quintini Beluacenſi coepit florere;* Hartm. Sched. (7) quorum regulam & PRAEMONSTRATENSIVM Ordo, circa annum Chriſti MCXX. (8) auctore Nortberto, poſt Magdeburgenſi Archiepiſcopo, inſtitutus, amplecti voluit. Robertus de Monte ſub anno MCXX. Aut. Magni Chron. Belgic. (9) Plane vt Benedictinis fratribus ſuos debet natales (10) ORDO CISTERCIENSIS. Vbi libet audire P. Angelvm Manriqve, Profeſſorem Salmanticenſem, Concionatorem Regium ac Ciſtercienſis familiae in Hiſpaniarum obſeruantia Generalem, qui Annales Ciſtercienſium, tomis quatuor ab A. aerae Chriſtianae MXCIIX. ad An. MCCXXXVI. deductos, ita auſpicatur: *Annus erat humanae ſalutis milleſimus nonageſimus octauus, Vrbano huius nominis ſecundo praeſidente Eccleſiae Henrico III. Imperium gubernante* (11), *cum e Moliſmo* (nemore quodam terrae Lingonenſis, vbi Robertvs cum fratribus nonnullis iam olim domicilium oratoriumque conſtruxerat) *ſeptem Viri imprimis Sancti, iam nominatus* Robertvs (Patria Normannus, genere Nobilis (12), de quo plura tradunt Martyrologium Romanum cum Baronio; Svrivs (13), Molan. (14) 29. Aprilis die memoriae illius dicato, Otto Molismenſis Abbas (15), Avbertvs Miraevs & ipſe Manriqve cum aliis). *Albericus, Odo, Ioannes, Stephanus Laetaldus Petrusque accenſi animis & flagrantes ad omne bonum, quo firmiora ſolidioraque conceptae vitae fundamenta iacerent, adiere Lugdunum, atque Hugoni, illius Eccleſiae Praeſuli, & Apoſtolicae ſedis tunc Legato exponunt ſupplices, ſe Moliſmi degentes*

Digitized by Google

gentes post varios casus collapsam instauraſſe diſciplinam, & pene abolitam obſeruantiam ſanctae regulae moribus fratrum, vtcumque retuliſſe: nec ſupereſſe quid vltra faciendum, quibus in peccandi licentiam ſemel lapſis, non peccare pro virtute eximia erat. Tum ad maiora vocatos detineri, ſi caeteris praecurrant, ſingulares, ſi coambulent, deſides futuros. Mediocritati Moliſmi relinqui multos, quibus caeteri poſſent commendari: ſibi maiora certamina deberi; non vt melioribus, ſed magis contumacibus; adeoque coërcendis duriori fraeno. Denique propoſiti ſui eſſe, locum quaerere ſeruandae regulae per omnia accommodatum, ſine vlla diſpenſatione aut indulgentia. Orare tantum, vt ſancto & pio operi Apoſtolicae auctoritatis robur adiiciat, & ſui iuuaminis impendat fulcimentum. Quid Legatus tunc reſponderit, ſequens epiſtola apud laudatum MANRIQVE docebit:

Hugo Lugdunenſis Epiſcopus & Apoſtolicae ſedis Legatus, Roberto Molismenſi Abbati & fratribus cum eo, ſecundum regulam Sancti Benedicti, DEO *ſeruire cupientibus.*

Notum ſit omnibus de ſanctae matris Eccleſiae profectu gaudentibus, vos & quosdam filios Veſtros Molismenſis Coenobii fratres, Lugduni in noſtra praeſentia adſtitiſſe; ac regulae Beatiſſimi Benedicti, quam illuc vsque tepide ac negligenter in eodem Monaſterio tenueratis, arctius deinceps ac perfectius inhaerere velle *profeſſos fuiſſe. Quod quia in loco praedicto pluribus impedientibus cauſis conſtat adimpleri non poſſe; nos vtriusque partis ſaluti, videlicet inde recedentium, ac illuc commorantium, prouidentes, in locum alium, quem Vobis Diuina largitas aſſignauerit, declinare; ibique ſalubrius ac quietius Domino famulari, vtile duximus fore. Vobis ergo tunc praeſentibus Roberto Abbati, fratribus quoque, Alberico, Oddoni, Ioanni Stephano, Laetaldo & Petro; ſed & omnibus quot regulariter & communi conſilio vobis ſociare decreueritis, hoc ſanctum propoſitum ſeruare, ex tunc conſulimus, & vt in hoc perſeueretis, praecipimus, & auctoritate Apoſtolica per ſigilli noſtri impreſſionem in perpetuum confirmamus.* Hucusque Legatus.

(1) *Lib. 2. ſub init.* (2) Ab illo tempore tanta hominum eius vitae & inſtituti flagrantium multitudo erat, vt ei nullus ſatis magnus Monaſteriorum numerus ſufficeret. Hinc defatigata hominum munificentia Seculo XIII. Ordines Monachorum mendicantium extitere, qui Pontificum gratiam prae caeteris ſibi manciparunt. Fulcrum inſigne eos eſſe ſedis Apoſtolicae, prudentiores iamdudum obſeruauere. (3) Hos ad Ciſtercienſes refert SARTORIVS fatulo 3. (4) *Orig. S. Benedict. cap. 4. & ſeq.* (5) *Bibliothec. Cartus.* (6) *In Orig. Cartus. Colon. 1609.* (7) *Citron. Norimb. p. 193.* (8) Annum MCXXXI. nominat Chronic. Andrenſ. Monaſter. tom. 9. Spicileg. p. 420. (9) *P. 145.* (10) Sicuti quoque Monaſteria Ordinis Cluniacenſis profeſſionis Benedictinae fuere, de quibus audiamus MEIBOMIVM in Chronico Monaſterii Bergenſis p. (nouior. edit.) 297. vbi ait: *Odo primus Cluniacenſis in Burgundia Abbas, animaduertens regulam a Diuo Benedicto Monachis olim praeſcriptam, plane antiquatam, minimeque obſeruari amplius, id ſibi negotium datum credidit, vt fugientem quaſi ſiſteret, obſcuratam illuſtraret, ſuoque Collegio, & ſi fieri poſſet, aliis etiam commendatiorem redderet. Quod inſtitutum cum ex animi ſententia ceſſiſſet, collapſi Ordinis Benedictini inſtaurator, iuxtaque ſocietatis Cluniacenſis auſpex habitus eſt. Huius familiae ritus & conſuetudines deſcripſere vnus & alter, a quibus peti poſſunt. Quia vero Cluniacenſes religioſius, quam alii Monachi viuere crederentur, ei ſectae a loco nomen inditum eſt, quae poſtea ob nouitatem longe lateque diſſeminabatur. Trithemius numerat vltra 70. Monaſteria, quae cum Cluniacenſibus & Hirſaugienſibus ſocietatem inierant eosdemque ritus ſequebantur. Sed hanc Ordinis reformationem obſcurauit* Burſfeldenſis *in Saxonia nata, de qua ſuo loco aliquid dicendum veniet. Cluniacenſe coenobium, ne hoc diſſimulemus, condidit* Berno Comes Burgundus & Abbas Gigniacenſis *anno 895. teſtis Sigebertus & Trithemius Chronico Hirſaugienſi.*

Digitized by Google

(11) MANRIQVIVS ex Italorum sententia HENRICVM III. dicit, quem Germani IV. nominant. Chronic. Andrensis Monaster. tom. 9. spicil. p. 376. *Anno verbi incarnati MXCVIII. Vrbani autem Papae noni, Henrici vero Imperatoris quarti Anno XLII. porro Philippi Regis Francorum XXXVIII. & Willelmi Anglorum Regis II. anno VI. dilectus a Deo Cistercienſis ordo ſumpſit initium.* (12) Hic verus Auctor est Cistercienſis Familiae. Male ergo Scriptores Anglici, quos sequitur IOH. LETZNERVS *in deſcript. Coenob. Haynenſis*, hunc honorem Stephano Britanno tribuunt. Caeterum fata Roberti magnam habuere vicissitudinem. Tribus lustris in seculo peractis susceperit habitum regularem in Monasterio Cellensi, a quo non procul erat Abbatia Tornodorensis, cui mox Robertus, iamdum celebris, praeficitur. Monachis autem illius Abbatiae immorigeris sese praebentibus Cellam reuertitur; deinde Colonensibus Eremitis Apostolico decreto datus. Vbi crescente fratrum numero de Molismo meditari coeperat. Cuius origo, incrementa & occasus, qui ortum praebuit Cistercio, legi merentur apud. MANRIQV. *all. loc.* (13) *Tom. 2.* (14) *In addition. ad Vſuardum Vvionem in Martyrologio Monaſtico.* (15) *In eius vita.*

§. III.

Sic Apostolico praesidio munitis venia etiam a profano Principe ac territorii Domino impetranda fuit. Igitur ad Odonem, tunc Burgundiae Ducem, mittebantur Roberti supplices literae, quarum exemplar infra in loco referemus. Nec minus ille pronus assurrexit fratrum petitioni, locum solitudinis deuotioni Monachorum idoneum eligere eos iubens. Hi suo stipati comitatu (viginti & vnus Monachi erant, vt notat ex A. Exordii MANRIQVE (1)) ad Eremum tunc solis feris inhabitatam (2), quae Cistercienſium antiquitus dicebatur (3), (vt ex veteri charta donationis probat idem (4)) se contulerunt, ibique Monasterium de sectarum arborum lignis suis manibus fabricarunt. Vnde Gualtero, Episcopo Cabilonensi, illius loci Dioecesano, baculum Pastoralem Roberto conferente, mox surrexit *Abbatia & Archi-Coenobium Cistercii* (5); Gall. Cisteaux siue Citeaux, quinque circiter leucis ab antiqua Burgundionum Diuione distans; a quo postea vniuersus Ordo nomen est sortitus: nam explodenda sunt vtique alia etyma (6), quae dictus Autor retulit (7).

(1) *Tom. I. ad An. MXCIIX. c. 2. n. 2.* (2) Etiam in hoc B. Benedictum imitabantur, quem non in Ciuitatibus, nec in castellis aut villis, sed in locis a frequentia hominum remotis coenobia construxisse constat. Hinc ad montium radices pleraque Cistercienſium Monasteria sita deprehenduntur. (3) Siue a Cisternis, quibus abundabat, (vid. IONGELINVM *in Notit. Abb. Ord. Ciſterc. pag. 6.*) siue a iuniorum palustrium densitate, quos Gallice *Ciſtels* dicunt, vt praecipue ex GVILLERMO PARADINO *de antiquit. Stat. Burgund.* tradit MANRIQVE cit. loc. (4) *Cit. cap. n. 5.* (5) Hermannus Monachus de miraculis S. Mariae Laudunensis ad Bartholomaeum Episcopum l. 3. c. 7. semel atque iterum *Ciſtellenſe* Coenobium vocat. (6) Vt illud de voce coelitus audita: CIESTAVVS, quod significasset: *Hic ſtate.* Aut quasi Cistercium, sanctum tertio, siue ter sanctum indigitaret locum. Caeterum & Cartusienses dicti a loco primum habito, Catoriſſio, siue Caturiſſio; (Gallice *Chartrouſe.*) Vnde HADRIANVS VALESIVS eos potius *Caturſienſes* nuncupandos existimauit, quemadmodum etiam legitur in Chronico MSS. Anno MLXXXVI. coepit Ordo Caturſienſis. v. VALES. *pag. 82. ſeq.* (7) *cit. loc. n. 3.*

§. IV.

Poſtea late ſe diffundens &

Atque haec incunabula sunt late se abhinc diffundentis per Christianum Orbem Cistercienſium familiae, & distinctae a Benedictinis non vno modo. Nam illi primum arctius ac perfectius D. Benedicti regulam a semet obseruari: hos

Digitized by Google

hos leuiori officio defungi iactitant. Hinc passim audiunt, Ordo D. Benedicti, sub reformatione Cistercienſi. Illi praeterea griſeo cucullo, at lucidiori, intra clauſtra velantur, vnde der Graue Orden, item Orden von Citell; vti vocatur in diplomate Ludouici IV. Imperat. A. 1338. apud Editorem (1). Extra eorum pomoeria bicolores, picarum inſtar, incedunt, nigro ſcapulari & ſericeo eiusdem coloris cingulo candidum amiculum diſtinguente: His ater veſtitus ſeruatur, hinc ORDO NIGER. Adde de reliquis, veſtitum quod attinet, minutiis, MANRIQVE (2). Sane non paruus inter vtrosque iam a longo tempore (ceu controuerſia indicat, A. MCXXXII. circa decimas cum Cluniacenſibus vehementer agitata; quam late recenſet MANRIQVE (3)) extitit aemulatus (4); poſtquam hi tanto plus incrementi decedere ſibi animadverterunt, quo pinguioribus fortunis illi a profanis hominibus cumularentur. Vbi non poſſumus praeterire inſignem narrationem LAMBERTI SCHAFFNABVRG. (5) Quomodo e Monaſterio Lausheimenſi ab Archiepiſcopo Moguntino ſubmotis Benedictinis Monachi Ciſtercienſes introducti fuerint, id prolixe expoſuit GEORG. HELVVICH (6). Poſtremo in hoc differunt, quod Ciſtercii Abbas ſuperior generalis totius Ordinis habeatur, inque Galliis perpetuo commoretur; propterea titulum, *Chriſtianiſmi Regis in Burgundiae Senatu primi Conſiliarii nati; vniuerſi ordinis Capitis & ſuperioris Generalis*, ferens. Plane vt Praemonſtratenſes quoque Generalem ſuum ibidem habent. Nam vt MAIMBOVRG (7), *Les Generaux de Ciſteaux, & de Premonſtré exercent encore aujourdhui leur jurisdiction ſur tous les Religieux des autres Royaumes.* Sed reliquorum ordinum, adeoque & D. Benedicti, Generales Romae degunt, idque callidiſſimo Pontificum conſilio in morem abiit.

a Benedictinis non vno modo diſtincta.

(1) *In Document. Wurtenb. rediuiu. part. 2. pag. 154.* (2) *Ad A. MCLII. c. 2. & 3.* (3) *Ad d. An. c. 1. & ſeq.* (4) Vsque adeo, vt & locis & cauillis ſe inuicem vellicare nec dum hodie deſiſtant. Quorſum, ſi placet, referas, quod legitur in MENAGIANIS pag. 52. *Vn Bernardin auoit prié vn Benedictin ſouper. Comme ils faiſoient ceremonie pour le* Benedicite; *le Bernardin dit*, Benedictus benedicat. *Le Benedictin continuant le compliment, dit croyant bien dire*, Bernardus bernardet. (5) *Ad A. 1070.* (6) *Antiq. Lauersheimens. ad A. 1247. p. 194. ſeq.* (7) *L. 3. Hiſtoire des Croiſad. ad An. MCXIX.*

§. V.

Caeterum vt Ordo hic eo, quo diximus, modo ſtabilitus proceſſu temporis illuſtria ſumpſiſſet incrementa, ita quotquot eius ſunt per Vniuerſum Orbem Monaſteria, ab illa matre ſeu inſtitutrice, aeque quatuor primis Ciſtercii filiis, Firmitate, Pontigniaco, Clariualli ac Morimundo ortum ducunt. I. FIRMITAS (*la Ferté*) ad fluuium Gronam, in Dioeceſi pariter Cabilonenſi (*Chalons ſur Saone*) & Ducatu Burgundiae fundata A. C. MCXIII. per Sauarium, eiusque filium Guilelmum, Dominos de Vergy. Huius Monaſterii propago extenditur in Italiam & pauca Galliae Coenobia. 2. PONTINIACVM, (*Pontigny*) in Dioeceſi Autiſiodorenſi, (*Auxerre*) fundabatur A. MCXIV. a Theobaldo Campaniae Comite ad fluuium Ionam in allodio Hildeberti, Canonici Autiſiodorenſis. Eius linea cernitur in Gallia, Italia & Hungaria. 3. CLARAVALLIS, (*Clairvaux*) ad fluuium Albam in Comitatu Campaniae & Dioeceſi Lingonenſi (*Langres*) fun-

Quomodo primum in Gallia t

Digitized by Google

data A. MCXV. a Theobaldo Campaniae Comite instante Diuo Bernhardo, qui ab anno MCXIII. ad A. MCXLIX. Monasterio illi vt Abbas praefuit, & Cistercienſem familiam (v. Marc. Anton. Marsil. (1)) mirum in modum dilatauit (2), ſiquidem viuo ſe centum & ſexaginta amplius monaſteria excitata vidiſſe perhibetur, teſtibus Baronio (3) & Spangenbergio (4). Ad Claraeuallenſem Lineam ſpectant omnia Coenobia Regnorum Angliae, Scotiae, Hiberniae, Sueciae, Norwegiae, Belgii: & potiora Galliae, Italiae, Hiſpaniae; nec non plura Hungariae, Daniae, aliorumque Regnorum. 4. MORIMVNDVS, (*Morimond*) in Baſſigneyo, Campaniae Franciae regione, confinia Lotharingiae & Comitatus Burgundiae attingens, Dioeceſeos Lingonenſis, fundata eſt A. MCXV. ab Odolrico de Agrimonte, eiusque coniuge Adelina, Dominis de Choiſeul, cuius lineae ſunt omnia Monaſteria Regnorum Bohemiae, Morauiae, Sileſiae, Luſatiae, Miſniae, Poloniae, Auſtriae, Saxoniae, Bauariae, Pomeraniae, Meckelenburgi, Rugiae, &c. & plurima Regnorum Galliae, Italiae, Hiſpaniae & inſulae Cypri: Ab hac deriuantur quinque *Equeſtres Militiae Ciſtercienſes* (5); nempe de Calatraua, Alcantara, de Auis, Monteſa, & de Chriſto: quibus addunt ſextam, Sanctorum Lazari & Mauritii in Sabaudia. Inſuper Coenobia quamplura Regni Franciae; nonnulla etiam Italiae, Angliae, Daniae, originem ſuam ipſi Ciſtercio ἀμέσως accepto ferunt: vt adeo in vniuerſum quinque lineas a matre & quadriga filiarum recenſitarum deſignare liceat; quarum cognitionem ſummopere neceſſariam ducit, multumque ad intellectum aliorum prodeſſe affirmat Iongelinvs (6).

(1) *De Eccleſ. reditib. c.* 16. *n.* 23. (2) Vnde Ciſtercienſes iam olim Bernhardinos quoque vocatos eſſe, teſtatur Iongelinvs *in Notit. Abbat. Ord. Ciſt. L.* 3. *pag.* 29. (3) *Tom. XII. Annal.* (4) *Part.* 1. des Adelſp. *L.* 12. *c.* 8. (5) Templarii quoque Milites olim norma & Legibus Ciſtercienſium vſi leguntur, ap. Iongel. *lib.* 10. *pag.* 12. Horum excidium in vulgus notum eſt. Quanquam cauſas eius varii varias tradant. Libet hic Ivsti Lipsii ſententiam annectere: *Certiſſimum*, inquit, *habetur, quod Clemens V. Pontifici maximo euenit: qui cum Templarios coetum religioſum, & din bonum atque vtilem, Viennae in Concilio damnaſſet, & in ſodales ferro atque igne paſſim vel animaduertiſſet: a pluribus eorum citatus ad tribunal ſuperum, paulo plus anno poſt obiit, quaſi ad Vadimonium obeundum a ſupremo Praetorio accerſitus. Sub idem tempus (quod admirationem auget,) in eadem cauſa Philippus Rex Galliae: cui bono damnationes illae fuiſſe putabantur, opibus ad eum translatis & confiſcatis. Si a caſu, miremur: ſi a Deo, vereamur.* (6) *In Notitia Abbatiarum Ord. Ciſt. p.* 35.

§. VI.

Et hinc in Germania incrementi?

Singulatim de Germanis notandum, eos, ceu quorum ab omni tempore, ex quo Chriſtiana ſacra amplexi ſunt, celebrata in clerum eſt liberalitas, Nationibus aliis cedere noluiſſe, quin magnae laudi duxiſſe ſibi, excitare huius ordinis monaſteria (1), & in ea ſe munificos exhibere. Cuius rei non tantum Hiſtoria, ſeculi praeſertim duodecimi, luculentiſſima praebet teſtimonia, ſed & praeſens aeuum complura Griſei Ordinis Coenobia, ſua non minus antiquitate, quam magnificentia conſpicua, paſſim adhuc locorum oſtendat. Praeclara enim admodum de Ordinis illius ſanctitate erat opinio. Hinc Lodemia, Duciſſa Bauariae, in charta A. MCCXXXII. apud Wigvlevm Hvndivm (2): *Ciſtercienſis Ordo inter religiones caeteras, quaſi ſtella matutina, fulget in medio nebulae, & quaſi ſol*

Digitized by Google

fol Domum Domini, ſanctam videlicet Eccleſiam, illuminat. Add. IONGEL. (3) vbi Henricus IX. Dux Bavariae Coenobium Kalten-Haßlach d. Ordin. in tantum dilexiſſe & fouiſſe dicitur, vt quicunque ipſum in aliquo offendiſſet, pupillam oculi eius tangere crederentur, V. idem IONGEL (4). vbi Innocentius IV. Ciſtercienſes ſic alloquitur. *Veſtra Religio in oculis hominum gratioſa, vt columba mitis & humilis, & electa, pulchra per totum aſpicitur, omnem a ſe rugam enormitatis abiiciens, &c.* A Lucio III. appellatur *gratus & timentibus Deum acceptus Ordo, ſacer & famoſus, ac virtutum meritis rutilans, ſanctitatisque odore flagrans, atque in Eccleſiae corpore membrum nobiliſſimum* &c. RVDOLPHVS I. Romanor. Rex in priuilegio Monaſterio Walckenredio dato A. MCCXC. ap. ECKSTORMIVM (5): *Ciſtercienſis ordinis dilectorum deuotorum noſtrorum inſignis religio, velut odor agri pleni, cui Dominus benedixit, ſuauitatis oblectamento nos reficit.* Magnus Epiſcopus Hildeſienſis in Charta A. 1443. qua Sanctimonialibus Ord. Ciſtercienſis, remotis Sanctimonialibus S. Auguſtini, conceſſit Monaſterium Derenbergh. ita ait: *Gratulantes ad memoriam reuocamus, qualiter vitis generoſa Ciſterc. Ordo multiplicauit ſuauitatem odoris, & in florem honoris, & honeſtatis, longe lateque palmites virtutum expandit, ac multiplicatum fructum in vitam aeternam feliciter reportauit, eiusque ideo titulus per diſpenſationem diuinam adeo ſit inſignis, quod vbique venerabilis habeatur, eo quod varius ſegnis inueniatur, vel diſſolutus totaliter aut proſtratus.* Alia complura hanc in rem habet SARTORIVS (6). De Ciſtercienſium Monaſteriis in Epiſcopatu Paderbornenſi vid. SCHATEN. (7) Notari autem heic conuenit, Imperii Romano-Germanici Proceres, Duces, Marchiones, Comites, Barones &c. ab eo tempore, quo Ciſtercienſis Ordo innotuit, ipſique crebris fundationibus huic propagando operam dederunt, ſuis iam legibus viuentes, non adminiſtratoria amplius, vt Carolingorum aetate, ſed propria poteſtate polluiſſe, illamque Maieſtatis aemulam Superioritatem, iam ſub Ottonibus pullulaſcentem, in ſua quemlibet ditione tam circa ſacra, in partibus non paucis, quam profana negotia conſtanter exercuiſſe, vti mox ex profeſſo demonſtratum dabimus. Ac quemadmodum iſtud dubii nihil habet in prioribus, qui excellentiori potentiae & dignitatis gradu emicantes, iura tam inſignia qualibet occaſione quaeſita facilius tutari poterant: Ita diuerſum de reliquis, ſaltem ob inaequale faſtigium, pronunciare velle nefas & impium foret. Deinde Nobiles immediatos, quorum liberalitati haud modica Ciſtercienſis Ordinis incrementa tribuunt Annales, ſolus Vaſallagii nexus (8), quo aliis ab antiquo tenebantur Imperii Ordinibus, deterioris conditionis eſſe non patitur. Certe olim ad Comitia ac Diaetas Imperii vocatos, ſuum inibi ſuffragium libere tuliſſe conſtat. Et quanquam hodiernis temporibus in vniuerſum poteſtas illorum commode definiri haud poſſit: non pauci tamen ſublimia territorii iura in locis ſibi ſubiectis independenter (9) exercent. Quod fuſius demonſtrare alterius eſt loci.

(1) Primum erat in Alemannia Coenobium *Veteris Campi*, Germ. Aldefeld / vulgo *Camp*, a Frederico Archiepiſcopo Colonienſi A. MCXXII. fundatum. Situm hoc eſt in confinio Cliuiae & Geldriae, non procul a Rhenoberga, centum plus minus Monaſteriorum foecundiſſima Mater, vid. IONGEL. *Lib. 2. pag. 3.* LEZNERVS in tr. *de Monaſterio Heina* ita ait: Solches Cloſter iſt wegen der Gelegenheit deſſelben Orts Olda Camba genennet worden/ jetzund aber heiſſet es Oldenberge. (2) *Metrop. Salisburg. tom. 3. p. 333.* (3) *Lib. 3. p. 16.* (4) *Lib. 1. pag. 6.* (5) *Chronic. Walckenredens. p. 110.* (6) *In Ciſtercio bis tertio tit. 26.* (7) *Lib. 16. Annal. Paderborn. p. 597.* (8) Imo nec illud officit, quando reſpectu certorum bonorum aliis ſubiecti

ſunt

sunt & homagium praestant. vid. omnino Illustris SECKENDORFFIVS vom teutschen Fürsten-Staat / *in addition.* §. 14. confer. nostra *Dissert. de Subiect. Territ.* §. 3. (9) Respectu scil. Imperii Statuum singulorum. de quo hic sermo est.

§. VII.

Propositum operis.

Nobis vti in praesens animus est iura, quae Regionum Domini vi superioritatis aut Aduocatiae in Cistercienſium Monasteriis sibi vendicant, professa opera expendere, ita argumenti huius praestantia postulare videtur, & ipsa bonae μεθοδειας efflagitat ratio, vt ex suis fontibus & genuinis causis accurate singula deducamus. Quamobrem hic allubuit ordo, vt tripartita Sectione defuncturi, prima quidem proponeremus, quaenam ab antiquis temporibus Regionum Dominis circa sacra competierit facultas: altera, quo fulcro sustentetur iactitata passim Cistercienſium Libertas aut Exemptio ab omni, maxime profana iurisdictione (1): tertia denique Ius Aduocatiae in Monasteria Ord. Cistercienſis simulque naturam atque indolem propriam Aduocatiae explicatam daremus. In vniuersum summae nobis curae fuit, veritati litare: atque nihil horum nisi certissimis argumentis adstruere, quae bonam partem Ordinis huius aut Romanae Ecclesiae sacris addicti Scriptores suppeditauere. Si aliquando, licet rarius, ad singularia digressi sumus, id vnice illustrandae materiae causa & citra fraudem cuiusquam factum volumus. Quod si vero grauitas argumenti obstitit, quo minus, quae dici poterant aut debebant, traderemus omnia; aequum Lectorem in bonam partem id interpretaturum non temere confidimus. Annue, o Deus, coeptis! Dirige viam, moderare cursum, vt in Tui Sanctissimi Nominis gloriam haec nostra quantulacunque vergat opella.

(1) Vocabulum Iurisdictionis heic & alibi non in sensu Iuris Romani capimus, sed pro ipsa superioritate territoriali, quam priscis temporibus denotasse apud Scriptores iam dictum in Sect. II. §. 27. circa fin.

SECTIO I.

DE

IVRE CIRCA SACRA *, QVO REGIONVM DOMINI IN ROMANO GERMANICO IMPERIO IAM AB ANTIQVIS TEMPORIBVS VSI.

* Sumitur hic Ius circa sacra pro ipsa superioritate territoriali, quatenus negotia sacra, atque vniuersum regimen Ecclesiasticum, quod vocant externum, ea pro obiecto habet. Multi Ius Episcopale, quamquam minus recte, appellant. Nam probe tenendum, quicquid Regionum Domini in sacris olim Iuris habuere & adhuc hodie habent, illud iisdem competere vi ipsius superioritatis territorialis. Et in hoc praecipue aemulatur Maiestatem, siue potestatem summam, quae Iura comprehendit omnia, sine quibus beatitudo Ciuilis & salus Reipublicae obtineri nequit. Quorsum ante omnia referas oportet curam religionis, cultus Diuini, ac rerum sacrarum.

§. I.

Summa potestas in quibus

Summam potestatem, intuitu eorum qui reguntur, maxime spectari in constitutione Magistratuum, in legibus ferendis, in Iudiciis & tributis indicendis,

Digitized by Google

cendis, rerum ciuilium peritis abunde constat. Hinc THVCYDIDES tribus rebus Ciuitatem, quae vere sit Ciuitas, describit, αὐτόνομον, αὐτόδικον, αὐτοτελῆ, *suis vtentem legibus, iudiciis, vectigalibus.* ARISTOTELES (1) tres facit partes in administranda Republica, vnam quae consultat de publicis rebus, τὸ βουλευόμενον περὶ κοινῶν; alteram quae in imperiis cernitur, τὸ περὶ τὰς ἀρχάς; tertiam quae ad Iudicia pertinet, τὸ δικάζον. Quae si ad Regionum Dominos applicemus in Romano-Germanico Imperio, magna eos & multa Iura circa personas & res Ecclesiasticas siue circa sacra iam olim habuisse (2) apertissimum fiet. *iuribus praecipue consistat?*

(1) *IV. Polit.* 15. (2) Falsa enim multorum est persuasio, ante tempora transactionis Passauiensis & Pacis Religiosae nihil iuris in sacris sibi vindicasse Regionum Dominos. Caeterum qualis hodie tam in Regionibus Romanae, quam Augustanae professionis Dominorum circa sacra sit potestas, prolixe satis per singula membra explicatum est in Nostra dissert. *de super. territ.* §. 12. & 13.

§. II.

Et in vniuersum quidem Iura circa res profanas & sacras coniungi posse non iniuste, exemplo Archiepiscoporum & Episcoporum Germaniae satis intelligitur, qui, vt quondam Maccabaei in Iudaeorum Republica, *tanquam Reges sunt & Principes & Pontifices gladio vtentes vtroque*, vt loquitur THEODORVS WIE, Theologus Augustinianus Saxonicus (1), de Magno Oeconomico Constantiensi Concilio, nuper auspiciis Sereniſſimi Ducis Brunsuicensis a D. de HARDT vulgato. Quin in profanos etiam Principes iura illa conferri posse, liquet exemplo Eugenii IV. Romani Pontificis, A. MCCCCIV. Ducatum Cliuensem cum omnibus & singulis personis, Collegiis, Capitulis, Monasteriis, Ecclesiis & locis quibuslibet ecclesiasticis, Dominiis, terris &c. ab omni iurisdictione, potestate & superioritate spirituali Colonienſis Archiepiscopi & Monasteriensis Episcopi eximentis ac liberantis, horumque iura Adolpho Duci Cliuensi eiusque filio primogenito Ioanni tribuentis in literis, quas in Mantissa Codicis Iuris Gentium Diplomatici ante hos duos annos edidit Illustris LEIBNITZIVS (2). Vnde simul intelligitur, quo iure Ioannes, Cliuiae Dux & Comes Marcanus, in edicto A. MDIIX. die Iubilate promulgato, conquestus fuerit, *quemadmodum cum iurisdictione spirituali in suis prouinciis agatur contra sibi subiectos, tam Laicos, quam Clericos; cum tamen secundum statuta & antiquam consuetudinem id facere prohibeantur.* Tritum quoque sermone & vetus prouerbium fuerit: *Ducem Cliuiae esse Papam in suis terris*; teste GERARDO FELTMANNO (3). Quanquam & alii Principes eodem axiomate vsi leguntur, vt Georgius Dux Saxoniae, Catholicae religioni alioquin addictissimus, qui in controuersia circa Balliuam Thuringensem, Teutonico Ordini competentem, ipsi mota, non semel in actis dictitauit: **Er wäre in seinem Lande selbsten Pabst, Kayser und Teutscher Meister**; Vt obseruauit ICtus meritissimae famae D. SAMVEL STRYKIVS (4). In literis Alphonsi, Romanorum Regis, apud laudatum LEIBNITZIVM (5), quibus inuestiit Fridericum, Ducem Lotharingiae, *quintum* huic *vexillum datum* memoratur *in signum & inuesturam pro regalibus Imperatoriis in Monasterio S. Petri Metensis, & in alio Monasterio S. Martini Metensis, & quod debeat habere custodias Ecclesiarum in Ducatu suo.* Martinus Episcopus & Capi- *VNIVERSE ostenditur, quam luculenta iurisdictio in sacris iam ab antiquis temporibus Regionum Domini habuerint.*

Digitized by Google

& Capitulum Brixienſe in formula appellationis contra Cardinalem Cuſanum a Nicolao V. Papa ad Vniuerſale Concilium, variis Felicis Malleoli operibus (6), inſerta, profitentur: *Eccleſiam Brixienſem cum omnibus ſuis fructibus, reditibus, ſub mero ſimiliter & mixto imperio, nec non aduocatione & tuitione Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini Sigismundi Ducis Auſtriae, Styriae, Carinthiae, & Comitis Tyrolenſis, & in huiusmodi Comitatus diſtrictu conſtitutam: & niſi Paſtor Eccleſiae vacantis praedicti huius Principis beneficentia, voluntatis quoque gratia nunc & in futurum fuerit munitus, eius nequaquam poſſe conſiſtere paſtoralem dignitatem.* Hinc titulus olim fuit, vt refert Wigvleivs Hvndivs (7): *Nos Meinhardus Tyrolenſis & Goritiae Comes, Aquilegienſis, Tridentinenſis & Brixienſis Eccleſiarum Aduocatus:* & cum poſtea Dux Carinthiae fieret: *Meinhardus DEI gratia Carinthiae Dux, Tyrolis Comes, Tridentinenſis & Brixinenſis Eccleſiarum Aduocatus.* Aduocati autem voce non deſignari nudum defenſorem, infra ex profeſſo demonſtrabimus. Quanta & quam inſignia iura Haſſiae Landgrauii habuerint, & nunc habeat Bauariae Dux, pluribus patet ex noſtra *Diſſert.* (8) Et ſane cum Regionum Domini Eccleſias vel ipſi fundauerint dotauerintque, vel fundatas dotataſue ab Imperatoribus cum iuribus in territoria acceperint, ius & aequum poſtulauit, vt iura Patronatus & Aduocatiae ipſis manerent ſalua. Hinc Baldvs (9) non fruſtra monuit: *Cum Reges ſint Patroni in Epiſcopatibus* (10), *hoc facere pro Ducibus Alemanniae, idque menti infigendum.* conf. Mager. *c.* 8. *de advoc. armat. n.* 428. Et cum Vrbanvs Pontifex id nomen tertius iniquum eſſe pronunciaſſet, vt in praediis & hominibus Eccleſiarum Laici pro Aduocatis ſe gererent, voluiſſetque, ſicut libera voluntate ſiue donatione Imperatorum vel Principum eſſent fundatae, ita a Praelatis ipſis res Eccleſiaſticas adminiſtrari; Fridericus Imperator in Comitiis Geilnhuſae A. MCLXXXVI. celebratis oppoſuit, *quod ex longa antiquitate vſus in conſuetudinem vertiſſet, imo ipſa conſuetudo a progenie in progeniem deſcendens quaſi iuſta traditione roboraſſet, haud ita facile mutari poſſe*, apud Arnoldvm Abbat. Lubecenſ. (11) Vides heic ab Imperatore ad conſuetudinem, imo praeſcriptionem prouocari, nec id temere: nam Regionum Dominos vi immemorialis vſus ius, quale Reges Galliae habent, circa res & perſonas Eccleſiae obtinere poſſe, ex profeſſo docuit, & prolatis religionis ſuae ſcriptorum auctoritatibus comprobauit D. Anton. Gvilielmvs Ertel (12). Quibus vero libertatibus & iuribus circa ſacra Galliae Reges gaudeant, prolixum foret, ſi vellemus exequi, & libri ipſorum magno numero de argumento hoc ſcripti loquuntur. Sed videamus ſingulatim, quae iura iamdudum exercuerint Regionum Domini.

(1) *In hiſtoria Concil. Conſtantienſis prof. l.* 4. *diſtinct.* 11. *in tom. I.* (2) *Diplomate* 34. & 35. (3) *De Iure in re & ad rem c.* 5. §. 11. (4) *De Iure Papali Principum Evangelic. c.* 1. §. 10. (5) *Part.* 1. *Cod. Diplomatic.* 13. (6) *Fol.* 194. (7) Bayertſch. Stammbuchs *part.* 1. *tit.* Graffen und Herrn von Görtz/Tyrol &c. *p.* 75. (8) *De ſuperioritate Territ.* §. 11. *p.* 207. & *ſeq.* & *p.* 210. (9) *Ad cap. quando de iudiciis in fine.* (10) Im Reichs-Abſch. de anno 1524. zu Nürnberg gehalten werden Regionum Domini Schützer und Schirmer des Glaubens genannt / confer omnino *Receſſ. Imp. de anno* 1525. §. Und nachdem. *Receſſ. Imp. Spirenſ. de anno* 1526. §. Demnach. & *Rec. Imp. de anno* 1529. Addat. das Bedencken apud Hortled. Von Urſach des Teutſch. Kr. *l.* 1. *c.* 2. Et *l.* 10. *c.* 27. *n.* 713. Expreſſa pacta inter Electorem Moguntinum, Saxonem & Haſſiae Landgrauios anno 1528. inita idem pluribus confirmant. (11) *L.* 3. *Chronic. Slav. c.* 18. (12) *Exercitat. de Iure Principum* 60.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Ius constituendi Episcopos & Ministros Sacrorum haud dubie praeclarum est ius. Non dicemus nunc de Episcopis Germaniae: hos enim in suis regionibus ministros sacrorum ordinare extra omne est dubium; quin aliqui etiam Ius constituendi & confirmandi Episcopos sibi vendicant. Qua in re insigne est priuilegium Philippi II. Romanorum Regis Saltzburgensi Archiepiscopo A. MCXCVIIII. apud HENRIC. CANISIVM (1). »Dignum praeterea duximus praesenti inserere priuilegio, qualiter ex scripto Domini Alexandri Papae, huius »nominis secundi, insuper ex priuilegio Henrici Regis venit nobis in cognitio»nem, quod Gebehardus Iuuauen. idem Saltzburgens. Archiepiscopus de »commissarum sibi animarum prouisione sollicitus, eo quod Episcopatum suum »in montanis situm prae nimia Parochiae amplitudine & viarum difficultate »per se solum regere non sufficeret, ab vtraque dignitate, Apostolica scilicet »& Regia impetrauit, quod liceret ei infra Parochiam suam adiutorem sui »operis Episcopum & sedem Episcopalem constituere. Placuit igitur eidem »Archiepiscopo Gebehardo, vt indulto Apostolico & regio vtens, in loco, qui »dicitur Gurca, apud Ecclesiam Sanctae Mariae, Cathedram Episcopalem »faceret, & concessum est ei per vtriusque potestatis, Ecclesiasticae scilicet ac »secularis, clementiam, vt eidem nouae sedi, potestatem parochiae suae & »de praediis ac decimis, quantum conueniens videtur, attribueret, & ad eandem sedem Episcopum ex sua consideratione ordinaret, ea videlicet ratione, »vt Episcopatus ille Saltzburgensi Ecclesiae, & eius Archiepiscopo nunquam »subtrahatur, & nullus ibi unquam Episcopus, siue per inuestituram, siue »alio quocunque pacto constituatur, nisi quem Archiepiscopus Salisburgensis, »quicunque pro tempore illic fuerit, eligat, inuestiat & consecret, quod quo»modo sacra praedicti Papae Alexandri & Regis Heinrici auctoritate firma»tum dignoscitur: Nos idipsum, cum praemissae conditionis integritate, no»stra quoque Imperiali auctoritate confirmamus, ac ita ratum ac inconuulsum »omni deinceps aeuo permanere iubemus, vt contra hunc honorem & com»moditatem Saltzburg. Archiepiscopi nulli vnquam Ecclesiae aut personae »liceat se erigere, aut scriptum aliquod huic rei aduersum impetrare vel pro»ferre.« Cuiusmodi iura etiamnum hodie non tantum in Gurcensem, sed & Chimescensem, Seccouiensem & Lauantinum Episcopos exerceri, ex ZEILERO obseruaui (2). De profanis autem Principibus illustria habemus Documenta. Iam ab HENRICO AVCVPE, Rege Romanorum, Bauariae Dux Arnolphus, qui aliis Arnoldus appellatur, Ius constituendi Episcopos in Bauaria, quae tum latissime patebat, & Austriam complectebatur, obtinuit: Verba Henrici Regis apud LVITPRANDVM (3) sunt: *Aequum iustumque nobis videtur, vt quod praedecessores non habuere tui, tibi concedatur, scilicet, quatenus totius Boioariae Pontifices tuae subiacent ditioni, tuaeque sit potestatis, uno defuncto alterum ordinare* (4). Idem etiam post fatalem transactionem inter Calixtum Pontificem & Henricum V. Imperatorem de inuestitura Laica ex imperiali donatione in terris vltra Albim Iure belli occupatis sibi sumsit Henricus Leo, Dux Saxoniae. Verba diplomatis Friderici Imperator. apud IOACHIM. IOANNEM MADERVM in libro de vetustat. sanctimon. atque Maiestat. Ducum Brunsuicens. & Luneburgens. inter diplomata XII. subiuncta

SINGVLARIM (1) *in Constitutione Episcoporum aliorumq; Ecclesiae Ministrorum.*

Digitized by Google

iuncta p. 121. sunt: *Ipsi & omnibus sibi in hac prouincia succeſſuris concedimus inueſtituram trium Epiſcopatuum Aldenburc, Michelenburc, Razesburg, vt quicunque in locum Epiſcoporum ibidem ſubrogandi ſunt, a manu ipſius, quod Regii Iuris eſt, tanquam noſtra recipiant.* De eodem Helmoldvs (5): *Facta poſtulatione obtinuit apud Caeſarem auctoritatem Epiſcopatus ſuſcitare, dare & confirmare in omni terra Slauorum, quam ipſi vel primogenitores ſui ſubiugauerunt in clypeo ſuo & iure belli* (6). Dux Moſellarum Epiſcopatum dedit filio ſuo, vt teſtis eſt Sigebertvs (7), id quod ſolo Aduocatiae iure factum iudicat Chiffletivs (8). Apud Walafridvm Strabvm (9) Duci Sueuiae non modo Aduocati, ſed & Epiſcopi Conſtantienſis conſtituendi poteſtas adſcribitur. Duces Pomeraniae Epiſcopum Caminenſem, Capitulares & Praelatos nominauiſſe ſemper, teſtis eſt Matth. Stephani (10). Add. Schvrff. (11) Marchio Magdeburgenſis habuit Ius eligendi Praepoſiti Collegiatae Eccleſiae a ſe extructae in ſolo recens parto a Paganis, vt videre eſt apud Innocent. (12) Idem Ius Flandrenſis Comes in Eccleſia Sicliuienſe ſibi vindicabat (13). Adde alia exempla apud Hortleder (14). Plane vt in Gallia Duces & Comites iure inueſtiturarum & Regalium vſos probat Petr. de Marca (15). Ant. Dad. Alteserra (16). Illud adhuc notandum, etiam Ius Regaliae (17), ſeu facultatem reditus primi anni, vna cum relicta penu & mobilibus decedentium Epiſcoporum Paſtorumque fiſco applicandi, acerrime Regionum Dominos defendiſſe. Conf. D. Schilter. (18)

(1) *Tom. II. antiquae lectionis p. 499.* (2) *In L. 2. paroem. Iur. Germanicar. paroem. 2.* (3) *L. 2. hiſtor. tom. 7. in tomo* Revberi *vnic.* (4) Non ſolum in electionibus & confirmationibus perſonarum Eccleſiaſticarum, ſed & in delictis earum coercendis inſignia iura exercent hodienum Bauariae Duces. Vid. *Concordata de A.* 1583. ſub auſpiciis Gregorii XIII. Papae inter Bauariae Ducem & Archiepiſcopum Salisburgenſem, nec non Epiſcopos Ratisbonenſem, Freiſingenſem, Paſſauienſem, Chiemeſcenſem &c. inita, quae hanc in fine adiectam habent clauſulam: „Et „ haec ſunt, de quibus inter Reuerendiſſimos, Coadiutorem Metropolitanum, aliosque iſtius „ prouinciae (Bauariae) Epiſcopos ac Sereniſſimum Ducem, amicabiliter & placide conuentum „ eſt in iis, quae eccleſiaſticae Iurisdictionis eſſe cenſebantur: In quae quidem concordata „ *eatenus conſentit* pientiſſimus *Princeps, vt tamen in caſibus non expreſſe ſpecificatis ſibi Ius ſuum* „ *reſeruet: ac, quod iam eſſe teſtatiſſimum vult, etiam in expreſſis caſibus eousque conuentis ſta-* „ *bitur, dum Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, quod liberaliter pieque pollicentur, & ſua Sereni-* „ *tas plane confidit, ita rem per ſe vel ſuos adminiſtrabunt*, ut Catholicae Religionis profectus „ ac *circa Clerum eccleſiaſticae diſciplinae neruus conſeruari poſſit.* Sin quid ſecus ipſi aut remiſ- „ ſius egerint, vel etiam aliquas praetactarum conuentionum ſupra memorato inſtituto & fini „ propoſito minime deſeruire oſtenderit *ſequens vſus, certiſſimus LL. & conſiliorum explorator,* „ Princeps pro ſua pietate & publica ſalutis cura *de opportunis & efficacibus remediis vigilantiſ-* *ſime curabit.* „ Add. & alia Concordata d. A. 1587. Vtraque exhibet Ertelivs in Atlante Bauarico, p. 2. ſect. 12. (5) *L. 1. Chronic. Slauor. c. 87. edit. Bangertin.* (6) *Conf. L. 2. c. 9.* (7) *Ad A. MIX.* (8) *In Alſatia vindicata c. 2.* (9) *L. 1. c. 16. & c. 18.* (10) *L. 3. de iuriſdict. p. 6. c. 9. n. 9.* (11) *1. Conſ. 72.* (12) *3. Reg. Epiſtol. 21.* (13) *C. 1. de Re iudic. in III. collect.* (14) *Lib. 5. de cauſ. Belli Germ. c. 15. ſeq.* (15) *L. 8. de Concordia Regni & Sacerdot. c. 25. & in addit.* (16) *L. 1. de Ducib. & Comit. Prouinc. Gall. c. 7.* (17) Varias huius Iuris ſignificationes vid. ap. Osiandrvm in Diſſ. de Iure Regaliarum. Sic & Angliae Reges illud exercent. vid. Edvardi Chamberlaine *L'Etat de l'Angleterre pag. 270.* ibi: *D'autant que le Clergé paye au Roy le Revenu de la premiere Année de tous les Benefices ſpirituels, que l'on appelle The Firſt fruits, & tous les ans les dismes, il a été jugé raiſonnable, de les decharger de toutes les autres taxes.* Vid. tamen infra notata ad §. 19. ſect. II. (18) *De Libertat. Eccleſ. German. L. 5. & 6. §. 1. & 4.*

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Iuris Legum ferendarum circa personas & res Ecclesiasticas illustre praebet argumentum Ivs PROVINCIALE SAXONICVM (1). *Apostolicus nullam Decretalem in nostri iuris Ciuilis & feudalis condere potest praeiudicium.* **Der Pabst mag kein Recht setzen/ do Er Unser Land-Recht oder Lehen-Recht mit ärgern möge.** Quod quidem male admodum habuit GREGORIVM XI. Papam, & Bullam propterea Auenione ex Gallia non tantum CAROLO IV. Imperatori, verum etiam Moguntinensi, Colonienſi, Bremensi, Magdeburgensi, Pragensi & Rigensi Archiepiscopis, eorumque suffraganeis passim publicandam transmisit, qua multa illius iuris capita damnantur (2), vt memorauit H. CONRINGIVS (3). Abhinc idem CAROLVS IV. Imperator An. MCCCLIX. siue vt alii scribunt, An. MCCCLXXVII. Constitutionem edidit apud GOLDAST. (4) apud PISTOR. (5) BENIAMIN LEVBER. (6) NICOL. SCHATEN (7) ex quo eam hic integram subiicimus:

(1.) *In Legibus ferendis; vbi adducitur Caroli IV. Imperator. Constitutio, qua Leges quasdam & ordinationes a Dominis Regionum latas irritas facere conatus est.*

Carolus diuina fauente elementia Romanorum Imperator, semper Augustus, & Bohemiae Rex ad perpetuam rei memoriam. Etsi Imperialis clemencia, quorumlibet deuotorum fidelium, quos sacrum Romanum ambit Imperium, ex officii debito teneatur necessitatibus, & iniustis operationibus consulere, & de opportunis remediis prouidere, ad illos tamen permaxime dirigitur nostrae mentis affectio, quos indebite pati cognoscimus, quorumcunque oppressionibus status Ecclesiasticae libertatis, quem semper nostris temporibus augeri volumus, nonnihilum minuitur & minus debite pergrauatur. Sane ad Imperialis Maiestatis audientiam pro parte bonorabilium praelatorum, Canonicorum & Praelatorum Clericorum inferioris Saxoniae, Magdeburgensis, Bremensis, & vicinorum locorum, ac prouinciarum insinuatione querulosa specialiter est deductum, quod seculares quidam in potestatibus & officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites, Barones & alii Domini temporales, nec non Consules Ciuitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores dictarum Magdeburgensis & Bremensis prouinciarum, timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum & locorum religiosorum libertates & priuilegia condiderunt, eisdemque publice & de facto insistere praesumpserunt, contra legitimas, ciuiles & canonicas sanctiones, vt puta, quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferantur. Nec non Clerici in sacris constituti ad agendum seu testificandum in ciuilibus & maxime piis causis aliquatenus admittantur: Quodque excommunicati laici, & publice denunciati in ciuili foro minime repellantur. Item praedicti Domini temporales, consules & rectores per secularem potestatem res & bona Clericorum occupant & arrestant. Oblationes fidelium diminuunt & restringunt. Exactiones & taillas indebitas de bonis & reditibus Ecclesiarum exigunt & extorquent. Possessiones Ecclesiarum & personarum earundem deuastant incendiis & rapinis. Contractus inter Clericos & Laicos factos legitime ad libros ciuitatis, villarum & locorum recusant inscribere ac sigillare. Donata & legata ad fabricas & Ecclesiarum structuras contra voluntatem Praelatorum & aliorum, quorum interest, vsurpare praesumunt contra iustitiam, in fraudem &

Digitized by Google

odium Clericorum. De bonis etiam & in rebus Clericorum, quas non causa negotiationis, sed pro vsibus propriis per terras ducunt, seu duci faciunt, telonium exigere & recipere non verentur. Et confugientes ad Ecclesias & coemeteria inde extrabere contra sanctiones imperiales praesumunt. Quae omnia & quaelibet obinde secuta, cum per sacras, ciuiles & canonicas sanctiones expresse reprobata sint, & in fraudem Ecclesiasticae libertatis de facto praesumpta, de Principum, Ducum, Comitum, Baronum fideliumque nostrorum consilio ex certa scientia & imperiali auctoritate cassamus, irritamus, annullamus, cassaque & irrita, & nullius momenti penitus dicimus, & expresse pronunciamus. Praecipientes sub indignatione imperialis banni vniuersis & singulis dictarum Magdeburgensis & Bremensis prouinciarum, & locorum vicinorum Dominis temporalibus, Consulibus, potestatibus & in officiis publicis constitutis, quatenus mox visis aut intellectis praesentibus dicta ipsorum statuta & ordinationes, sicut in praeiudicium Ecclesiasticae libertatis edita sunt, omnino reuocent, & de luce tollant: quodque secundum ea non iudicent amplius, nec sententias dictent, aut eisdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet per se, & contra Ecclesiasticam libertatem potiantur. Item pronunciamus & declaramus imperiali auctoritate, quod quicunque Laicus, cuiuscunque status vel conditionis extiterit, ausu sacrilego & propriae temeritatis audacia sacerdotem vel clericum secularem vel religiosum diffidauerit, proscripserit, captiuauerit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit, aut in carcere detinuerit, ac huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptauerit, vel fauorem in his praestiterit, praeter poenas a sacris Imperialibus & Canonicis sanctionibus eis inflictas sint ipso facto infames & omni honore priuati, nec ad placita vel consilia nobilium aliquatenus admittendi. Volumus etiam, hortamur, & requirimus Episcopos & Praelatos, Canonicos, vt hanc nostram legem & constitutionem in Synodis & Ecclesiis publicari procurent, ne in praemissis excedentes per simulatam ignorantiam suas malitias valeant excusare. Nulli ergo omnino hominum liceat nostrae cassationis, irritationis, annullationis, nec non pronunciationis & declarationis paginam quouis ausu temerario infringere, aut eis quomodolibet contraire, sub poena quinquaginta marcarum puri auri, quas ab eo, qui contra fecerit, totiens quotiens contra factum fuerit, irremissibiliter exigi volumus, & earum medietatem nostri imperialis aerarii siue fisci, residuam vero partem iniuriam passorum vsibus applicari. Signum Serenissimi Principis & Domini Caroli IV. &c. Testes huius rei sunt &c.

Enimuero vtcunque CAROLVS IV. pro studio suo in Papam & Clerum omnem Constitutionem illam ediderit, dubitari sane potest, an ea Regionum Dominos inueterata possessione iam subnixos potuerit tenere? cum non Lege Imperii Vniuersali in Vniuersorum Imperii Procerum & Statuum conuentu, sed tantum testibus quibusdam fuerit lata. Nec profecto euentus respondit; nam Constitutionem hanc parum imo nihil curasse Regionum Dominos, ostenditur apud SCHATEN (8). Et non ita pridem insignis controuersia de Iure circa Leges inter Pontificem & Lotharingiae Ducem adhuc orta, vt testatur MERCVRE (9).

(1) *Lib. 1. art. 1.* (2) Ecco REPKOVIVS de Speculo Saxonico *in praefat.* canit: Ich stehe zu Rom wie ein Wild / das die Hunde bellen an &c. vid. GRYPH. *de Weichb. Sax. c. 47.* HORTLEDER *de C. B. G. c. 1. §. 25. & 53.* B. STRAVCHIVS *in Amoenit. Iur. Can. §. 6. c. 8.* (3) *De orig. Iur. German. c. 31.* (4) *Tom. 2. Constit. Imperial. in Chronico Mindens.* (5) *Tom. 3. scriptor. rer. Germ. p. 746. seq.* (6) Magdeburg. Stapel-Unfug *n. 985.* (7) *L. 13. Annal. Paderbornens. ad An. 1359.* (8) *L. 15. Annal. Paderborn. ad a. 1403. p. 479.* (9) *Histor. & Politiq. ad annum 1703.*

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Etenim quod legem primo loco positam & reprobatam, *ne vlla bona temporalia in ecclesiasticam libertatem transferantur*, & postea, *ne oblationes fidelium deminuantur & restringantur*, attinet, praeterquam quod Canonistae non pauci statuta huiusmodi probant: vid. HIERONYM. DE CAEVALLOS (1), THOMAS SANCHEZ (2), SIGNOROL DE HOMEDEIS (3), IOANN. MAVRITIVS (4), COLER. (5) CAROL. MOLINAEVS (6). Praxis Imperii ei omnino refragatur; quandoquidem apertum est, in Augustissimo Camerae Iudicio secundum statuta illa pronunciari, vt testatur WEHNERVS (7), GAILIVS (8), KLOCKIVS (9). Accedunt tot exempla Statutorum in Germania, quibus alienatio illa vel restricta vel adempta, nisi Dominus regionis eam permitteret, quam concessionem amortizationem barbare vocant. v. Nostra Dissert. (10) quibus add. Edictum MAXIMILIANI & FERDINANDI I. An. MDXV. & An. MDXXIV. LEOPOLDI 20. Octobr. MDCLXIX. Statuta Viennensia titul. **Klösterlicher Eingang.** Statuta Iuliacensia, notante D. SCHILTERO (11).

Enumerantur praecipua exempla ab eo allata.

(1) *Comm. opinion. quaest. 899. n. 107.* (2) *Conf. Moral. c. 4. dub. 57. n. 7.* (3) *Conf. 21. n. 18. & 19.* (4) *In solenni repetit. L. un. C. quo loco mul. mun. agnosc. p. 58. & seq.* (5) *Ad cap. Clerici 9. de foro comp. n. 35.* (6) *Ad auth. item nulla communitas C. de Episc. & Cler.* (7) *Voce* Ewigkeit. (8) *2. Obs. 32. n. 5. 6. 7.* (9) *De contribut. c. 12. n. 89. seq.* (10) *De superiorit. territ. §. 11. p. 205. & in not.* (11) *L. 2. Inst. iur. Canon. tit. 6. §. 6.*

§. VI.

Quod porro reprobat statutum, ne Clerici in sacris constituti ad agendum & testificandum in quibuslibet, & maxime in piis causis, aliquatenus admittantur, si vocabulo *agere* intelligit *patrocinari*, aduersantem habet ipsum HONORIVM *in cap. vlt. X. ne Clerici vel Monachi.* Quanquam GRATIANVS *in c. obseruandum. 15. quaest. 2.* generali Ecclesiae consuetudine receptum esse & moribus approbatum scribit, vt Clerici more Aduocatorum patrocinium impendant. Sed quid vetat, consuetudinem non satis bonis rationibus nixam mutare? De testimonio Clericorum in causis piis v. FARINAC. (1) Quanquam & hoc immutabilibus rationibus non nitatur. Plane vti nec illud, quod excommunicatos Laicos & publice damnatos in foro ciuili repellendos putat. Nam excommunicatio non priuat quenquam dominio iure Naturali, gentium aut ciuili, sed excommunicatum a beneficiis Ecclesiae propriis tantum excludit, vt bene docet ZIEGLERVS (2).

(1) *De testib. quaest. 60. n. 459.* (2) *Ad L. 3. Lancellot. Instit. I. C. tit. 2. §. 13.*

§. VII.

Amplius damnat CAROLVS, temporales Dominos, Consules & Rectores per secularem potestatem res & bona Clericorum occupare & arrestare. Enimvero si realis actio instituitur, profani Iudicis iurisdictionem hodie fundatam esse, iudicatis summorum Imperii Tribunalium apertum est, apud MYNSINGER. (1) GAIL. (2) add. CARPZOV. (3).

(1) *1. Obs. 37.* (2) *1. Obs. 37. n. 4.* (3) *Decis. illustr. 217.*

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Displicet quoque CAROLO, exactiones & taillas de bonis & Ecclesiae reditibus indebite exigi & extorqueri. Nec refragabimur, si tantum damnat iniustas exactiones. At bona Ecclesiastica a tributis prorsus esse immunia, nullam habet rationem. Romani Imperatores secus existimauerunt, vt constat *ex L. 11. & L. 21. C. de SS. Ecclesiis.* In regno Francorum KAROLVS M. constituit (1), *vt de rebus, vnde census ad partem Regis exire solebat, si ad aliquam ecclesiam traditae sint, aut tradantur propriis haeredibus, aut qui eos retinuerit, vel illum censum persoluat* (2). In eodem Regno tantum Ecclesiae vnicuique mansus integer absque alio seruitio attribui debebat, secundum CAPITVLARE LVDOVICI PII (3), & CONCILIVM WORMATIENS. (4) vnde fluxit 1. *Capitular.* 85. Certe immunitatem illam tantum iuris esse positiui, fatentur FRANCISC. VICTORIA (5), DOMINICVS SOTO (6), IOH. MEDINA (7), COVARRVV. (8) ALVAR. VALASCVS (9). LVDOVICVS MOLINA (10). Non destitisse Germaniae Proceres a more suo, liquet ex Reformatorio in CONCILIO CONSTANTIENSI (11) & ex executoriis Carolinae Constitutionis pro libertate Ecclesiastica per IOHANNEM OSTIENSEM, Vice-Cancellarium, nomine Constantiensis Concilii concessus (12). Hodie autem extra controuersiam est, & ex LL. Imperii constat, bona ecclesiastica extraordinariis tributis omnino subiacere. De quo alibi prolixius. Interim Nobis adducere libet, quae Imperator Ferdinandus ad Cardinalem Legatumque Moronum scripsit, nempe, se neque qua Imperatorem, neque qua Archi-Ducem, vnquam assensurum, vt in Concilio Verba fiant de reformanda Iurisdictione Principum, neque de auferenda ipsis auctoritate, qua auxilia & contributiones impetrent a Clero. v. A. histor. Concil. Trident. (13) Nec hoc loco omittere possumus, in Ducatu Bauariae bona monasteriorum omnia censeri inter bona Camerae, atque ita Abbatibus & Monachis nonnisi demensum dari, quod reliquum est, cedere Fisco Ducali: Idemque obtinere in ditione Tirolensi, vt obseruauit CONRINGIVS (14). Quod de vectigalibus constituit Carolus, non terruit postea Colonienses, quo minus An. MCCCLXIX. plebiscito vetarent, ne inposterum frumentum, vinum, caeteraeque Cleri merces, a tributis liberae essent, vt post alios memorauit NICOL. SCHATEN (15). Plura iam non dicemus de Carolina illa Constitutione, praesertim cum de Iure asylorum, quod vltimo loco tangitur, satis egerimus in Nostra Dissert. (16).

(1) *Capitulari III.* A. DCCCXII. *c.* 11. (2) *Confer.* 3. *Capitul.* 86. & 4. *Capitul.* 37. (3) An. DCCCXVI. *c.* 10. (4) *c.* 50. (5) *De potestate Ecclesiastica relect.* 1. *quaest. vlt.* (6) *In* 4. *sentent. distinct.* 25. *quaest.* 2. *art.* 2. (7) *De restitut. quaest.* 15. (8) *Practic. quaest. c.* 31. *n.* 2. (9) *Consultat.* 100. *n.* 9. & 10. (10) *Tom.* 1. *de iustit. & iure tract.* 2. *Disp.* 31. *n.* 11. (11) *Cap.* 38. & 39. *in tom.* 4. *eiusd. concil. part.* 10. (12) A. MCCCCXVI. *in tom.* 4. *part.* 8. *p.* 562. *seq.* (13) *p.* 1324. (14) *Ad part.* 3. *Lampad. p.* 231. (15) *L.* 14. *Annal. Paderborn. ad d. A.* (16) *De superior. territ.* §. 11. *p.* 206. *seq.*

§. IX.

Iuri Legum ferendarum affine

Caeterum affine ferendi Leges iuri est Ius Placiti, quod vocant, vt ne liceat vlla Pontificis Romani mandata, bullas aut gratias Apostolicas publicare, non data prius a Domino Regionis licentia. Quod dudum in Germania vsitatum fuit.

Digitized by Google

fuit. Nam ita Natio Gallica in declaratione de annatis non soluendis, in CONCILIO CONSTANTIENSI edita (1): *In Alemannia in certis Dioecesibus & Prouinciis percipit aliquid* (Pontifex Romanus) *in aliis vero nihil: Imo vero non admittuntur literae Apostolicae, nisi quantum placet Episcopis, qui recusant in denegando* VIDIMVS. In Belgio hoc ius moribus vsitatum antiquitus, quo clarius ac conspectius foret, CAROLVS Caesar & mandatis publicis, quae An. MDXXXI. Senatui Hollandiae dedit, & Edicto A. MDXLV. inseruit, teste H. GROTIO (2). Estque hoc Ius alibi quoque vsitatum, idemque Ecclesiastici Iuris Consulti defendunt. v. VASQVEZ (3) SALGADO. (4). Pertinet huc controuersia inter Consilium Comitatus de Reckheim & Abbatem belli reditus Leodii, ante aliquot annos in Augustissimo Camerali Iudicio agitata, de qua v.d. Nostra Dissert. (5)

est ius Plaviti, quod vocant.

(1) *C. 4. in tom. 1. Concil. Constanc. part. 15.* (2) *In libro cui titulus: Ordinum Hollandiae ac Westfrisiae pietas.* (3) *De Iurisdict. Ecclesiast. aduersus Magistr. c. 6.* (4) *De retent. Bullarum c. 2. n. 5. seq. & in tr. de Iure Belgarum circa Bullar. Pontif. execution.* (5) §. 11. p. 208.

§. X.

Ius Iudiciorum etiam Regionum Dominos, qua Aduocatos, in homines & res Ecclesiarum exercuisse dubitari nequit. Licet enim quidam subsistant adhuc de Carolingicis temporibus in Regno Francorum; attamen a Seculo X. & deinceps Aduocatos Ecclesiarum Iurisdictionis fuisse compotes & de fructibus Iurisdictionis participasse, infinita exempla euincunt. In Literis Eberhardi Archiepiscopi Salisburgensis apud A. Chronic. Reichersperg. ad Ann. MCLXII. ad Henricum Bauariorum & Saxonum Ducem ita: *Quantum attinet ad possessionem legitimam cum omnibus, quae ad ipsum pertinent,* ***nostri est Iuris,*** *at quantum ad regimentum seculare,* ***vestram respicit Celsitudinem.*** Itaque Monasteria S. licet habeant speciale territorium, attamen de territorio Magistratus vel Domini, in quo sita, sunt. Abbas (1) IASON (2) WESENBEC. (3) DECIVS (4) BOER. (5) Anno MDCXXX. id fusius deductum in scripto Argentinensis Ciuitatis. vid. MEYERI LONDORP. supplet. & continuat. (6) Porro, Monasteria non tantum in, sed & de territorio Ciuitatis, in quo sita sunt, esse, docuit GABRIEL (7) KNICHEN (8). DECIANVS (9), vbi statuit, *sententiam Alciati, asserentis Ecclesiam non esse de territorio Magistratus secularis, non subsistere.* Quod Ciuitas Francofurtensis in actis Commiss. Caesareae attinentibus Monasterium *Mariae Magdalenae ad poenitentes* fusius deduxit. De quo autem infra plura dicendi occasio in loco se offeret. Neque vero nunc libet vlterius de Iure circa sacra, quo Domini iam ante secula aliquot vsi, differere, cum illa, quae hucusque diximus, proposito nostro sufficiant.

(3) *In Iudiciis exercendis.*

(1) *In cap. cum contingat de foro compet. n. 29.* (2) *In l. 3. pr. de acquir. poss. n. 36. 37.* (3) *Consil. 4. n. 7. 71. 93.* (4) *Concil. 528. n. 2.* (5) *Decis. 31. n. 32.* (6) *Part. 3. l. 1. n. 56. ad A. 1629.* (7) *L. 1. concl. 9. tit. de probation.* (8) *De Iure Superior. territ. c. 4. n. 439.* (9) *In tr. crimin. l. 6. 30. n. 15.*

Digitized by Google

SECTIO II.

QVA

CISTERCIENSIVM ARGVMENTA PRO LIBERTATE A SVBIECTIONE TERRITORIALI DISCVTIVNTVR.

§. I.

Proponitur PRINCIPS QVAESTIO: *Num Cistercienſis Ordinis Monaſteria diuinis humanisque legibus ab omni poteſtate maxime ciuili ſint libera prorſus & exempta? Pro aiente ſententia afferuntur* ARGVMENTA, *& quidem* PRIMVM *ab exemptione Clericorum & Eccleſiarum in uniuerſum. Cui probandae rationes ſubſternuntur.*

HIs ita melioris *παιδείας* ergo praemiſſis ad quaeſtionem principalem, num Ciſtercienſis Ordinis Monaſteria, diuinis humanisque legibus ab omni poteſtate, maxime Ciuili, & a ſuperioritate territoriali in ſpecialibus Romano-Germanici Imperii Rebuspublicis, ſint libera prorſus & immunia? accedimus. Quod Ciſtercienſes quidem Monachi nullo negotio probare ſe poſſe arbitrantur, quintuplici potiſſimum argumento freti. PRIMVM ponunt in generali libertate tam perſonarum quam rerum Eccleſiae. Vbi quae ad probationem ex ſacro Codice afferri ſolent, ceu dudum exploſa, ſponte praeterimus. Reliqua eo recidunt; Clerum ac Sacerdotes ab omni aeuo, ſi hiſtoriam conſulas, liberos fuiſſe a ciuili poteſtate. In primitiua Eccleſia ſolos presbyteros curam Religionis & exterius Eccleſiae Regimen habuiſſe; eosque ſolos in controuerſiis momenti maioris conuentus & Synodos indixiſſe. Epiſcopos ſeu Pontifices Romanos temporibus etiam ſaeuiſſimae perſecutionis condidiſſe ſtatuta, ne Clerici coram Magiſtratu Ciuili ſe conuenirent. Eadem ſtatuta conuerſis tandem ad fidem Imperatoribus maiori robore donata fuiſſe in generalibus Conciliis, (puta Nicaeno, Chalcedonenſi, Carthaginenſi, Mileuitano & Agathenſi. vid. *Can.* 4. 17. 26. 43. 46. 27. *ſeqq. cauſ.* 11. *quaeſt.* 1.) quibus etiam Imperatores paruiſſe conſtet. Ipſum Conſtantinum in Nicaena Synodo eorundem obſeruantiam conteſtatum eſſe, & indignum credidiſſe, vt ipſe Laicus Epiſcopos & Sacetdotes, Miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei, iudicaret. Etiam a ſequentibus Imperatoribus egregiis Conſtitutionibus immunitati venerabilis Ordinis proſpectum eſſe. v. *L.* 22. *L.* 5. *C. de SS. Eccl. L.* 2. *C. de Epiſc. & Cleric. L.* 33. §. 7. *eod.* AVTH. FRIDERICI: *Item nulla Communitas. C. de SS. Eccl.* Et quae ſunt ſimilia plura. De rerum Eccleſiae immunitate id magis expeditum eſſe contendunt. Suis adeo legibus viuere Monaſteria, nec vnquam fuiſſe DE territorio Regum, Regionumue Dominorum, quanquam IN territorio exiſtant. Idipſum non modo vtriusque iuris interpretes vniformi tradere calamo, v. BESOLD. (1) ſed etiam euidentiſſimis firmari rationibus. Quandoquidem (I.) Loca Sacra, Eccleſiae, Monaſteria Deo per Epiſcopum dicata, iuris ſint diuini, hinc extra commercium hominum & poteſtatis ſecularis poſita; per §. 7. & 8. *Inſt. de R. D. L.* 1. *D. eod.* WESENB. (2) adeo vt ſacrilegium committere dicatur, quicunque iſta violenter vſurpat. *C. quisquis. c.* 17. *q.* 4. *L.* 9. §. 1. *ibidemque* Gl. *D. ad L. Iul. peculat.* BOERIVS (3) MARTA (4). Dein (II.) inconcuſſa & ex ipſo Iure Naturali fluens regula dictet, quod bona res & patrimonia ſequantur perſonam & conditionem perſonae, vt propterea res & perſonae Eccleſiaſticae inter ſe cohaerentes diuerſo iure cenſeri nequeant. arg. *L.* 22. *D. de Vſucap.* MARANTA. (5) BESOLD.

Digitized by Google

SOLD. (6) MARTA (7). Adhaec (III.) Episcopis regulariter competat superioritas in Ecclesiis & Coenobiis suarum Dioeceseon, per *varr. cann.* add. SCHVRFF. (8) MAGERVS (9). Diuersos igitur Status vnius rei vel iuris in solidum Dominos esse non posse. *L.* 5. §. 15. *D. Commodat.* Gail. (10) Vsque adeo vt sine consensu Dioecesani nihil iuris fundator sibi in bonis Ecclesiae collatis reseruare queat. Postremum (IV.) bona Monasteriis piisue locis collata statim ipso iure eximantur a iurisdictione seculari. v. MAGER. (11) vbi e MODEST. PISTOR. (12) refert: **Wann gleich einer eine Kirch selbst bauet, fundirt und dotirt, so überkommt er doch dardurch keine Gerechtigkeit zu denen Kirchen-Gütern; sondern was er vorhin für Gerechtigkeit gehabt an den Gütern, so er der Kirchen gegeben, die verleuret er; und so bald die Güter einmahl** ad pios vsus **und zu einer Kirchen und Stifft gewandt, so werden Sie, nach Ordnung der Rechten,** diuini iuris, **und gehören nicht mehr den Leyen zu, sondern seynd gar** extra commercium hominum. Conf. EVERH. IVNIOR. (13) Atque hoc in Regionum Dominis minorum opum minus etiam dubii habere, putat MAGERVS (14).

(1) *Consil.* 172. *n.* 5. *& seq.* (2) *Ad d. tit. D. de rer. diuis. n.* 6. (3) *Decisione* 254. *in pr.* (4) *De Iurisdict. p.* 2. *c.* 11. *n.* 15. (5) *Conf.* 37. *n.* 6. (6) *D. l. n.* 7. (7) *D. lib. p.* 4. *c.* 49. *n.* 4. (8) *Cone.* 1. *conf.* 48. *n.* 1. *seq.* (9) *De aduocatia armata c.* 6. *n.* 487. *& c.* 9. *n.* 669. 671. (10) 1. *observ.* 61. *n.* 8. (11) *de aduoc. arm. c.* 16. *num.* 45. *&* 46. (12) *Conf.* 43. *n.* 11. *vol.* 1. (13) *Conf.* 23. *n.* 32. *vol.* 1. (14) *D. c. n.* 64.

§. II.

SECVNDO peculiari iure Monachi Cistercienses istam sibi libertatem vendicant. Nam si Ordinis sui primariam in propagandis domibus rationem attendamus, eiusdem institutionem ac normam requirere praecise, vt fundanda & exstruenda Monasteria, inprimis ab omni seculari dominio & Episcopali etiam Iurisdictione prorsus eximantur, atque in spiritualibus sub solius Generalis Ordinis & summi Pontificis obedientia, in secularibus vero sub solius Imperatoris, vel Regis Romanorum tutela existant, id quod ex Compilatore Cistercienſium priuilegiorum KLOCKIVS (1) sequentibus indicat: **Welcher im Heil. Röm. Reich ein Closter des Heil. Ordens von Cistertz stifften oder bauen wil, der mus (vermög deren von Bäpsten und Königen stattlicher** confirmirten **diß Ordens** Institution, Capitulation & Chartae Charitatis) **zuvor zum Bischoff, und dann auch zu dem weltlichen Fürsten des Landes kehren, ihren** Consens **und vollwort werben, daß Sie gestatten und zugeben wollen, daß** in spiritualibus **das künfftig** exstruendum monasterium **niemands andern dann dem** Generali Ordinis & summo Pontifici, **in Weltlichen aber auch niemands andern dann nur der Kayserl. oder Königl. Maiest. unterthänig, gehorsamb und wärtig seyn dörffe, vor und ehe der Bischoff oder der Lands-Fürst und Landherr den Orth befreyen, und aus geistlichen und weltlichen** Iurisdiction **loß und ledig zehlen, fangt man kein Closter an zu bauen, oder Mönche darein zu setzen. Und mit dieser weiß,** intention **und** caution **kommen und gehen die Mönche und Ihre Leut in das neue Closter, gantz** franc **und frey, keines** Ordinarii **Bischoffen, Lands-Fürsten oder Herrn** Iurisdiction **vorhin unterworffen oder zugewandt: sondern mit ihrem Closter, Leut und Güter fürhin** & perpetuo sub speciali tutela & Aduocatia S. Sedis Apostolicae

Singulatim ALTERVM, *ab originaria & primitiua Ordinis huius institutione.*

Digitized by Google

ſtolicae, & S. Caeſ. vel Rom. Regiae Mai. conſtituti, habiti, retenti atque reſeruati.

(1) *P. 5. Annotat. in fronte probat.*

§. III.

Tertium a priuilegiis Papalibus, quae multiplicia ſunt.

Et cum norma haec Coenobiaque condendi ratio variis a Sede Apoſtolica indultis priuilegiis corroborata ſit, TERTIVM in iſtis praeſidium collocant. Inter priuilegia illa non poſtremum eſt, quod habetur in Edicto Gregorii P. apud Manriqv. (1) *Ne vllus Epiſcopus, aut quilibet, cuiuscunque dignitatis aut praeeminentiae exiſtat, regularem electionem Abbatum ipſius Ordinis impediat, aut in eo quomodolibet ſe ingerat.* Quam Ciſtercienſis familiae primam exemptionem veluti fundamentum ac baſin fuiſſe, vt plures poſtea religiones eodem beneficio mactarentur, teſtis eſt idem Manriqve d. l. Accedit alterum non minus inſigne, ab Vrbano P. vniuerſo ordini conceſſum, ap. eund. Manriqv. (2) vbi diſerte legitur: *Paci quoque & tranquillitati veſtrae prouidere volentes, diſtrictius prohibemus, ne quis vos ad ſaecularia iudicia prouocet: ſed ſi quis ſibi putauerit aliquid in vos de iure competere, ſub eccleſiaſtico iudice experiendi habeat facultatem. Nullus etiam vos, vel fratres veſtros ad Concilia, Synodos, aut aliquos forenſes Conuentus ire, VEL IVDICIO SAECVLARI DE SVBSTANTIA VESTRA PROPRIA VEL POSSESSIONIBVS SVBIACERE COMPELLAT; nec ad domos veſtras accedat cauſa ordines celebrandi, Chriſma faciendi, cauſas tractandi, aut aliquos publicos conuentus conuocandi,* &c. Iam & a tributis & vectigalibus ſe liberos iactant Ciſtercienſes, per *cap. RECOLENTES. 3. X. de Stat. Monach.* Sane complura eorum Monaſteria ſpecialibus a Sede Romana conceſſis gaudent immunitatibus, vt ne collectis, theloniis, vectigalibus, gabellis &c. cuiquam iſta grauare fas ſit. De decimis ſingulatim notandum, ab initio Ciſtercienſis Ordinis Monaſteria ex praediis ſuis, ad ſoluendas eas, quibus debebantur, citra diſcrimen fuiſſe obligata. Id quod Manriqvivs ex A. Exordii M. eleganter exponit: *Decimas quoque aiebant a ſanctis Patribus (qui organa fuerunt Spiritus Sancti, quorumque ſtatuta transgredi ſacrilegium eſt committere) in quatuor portiones diſtributas; vnam ſcilicet Epiſcopo, alteram Presbytero, tertiam hoſpitibus ad illam Eccleſiam venientibus, ſeu viduis & orphanis, ſeu pauperibus aliunde victum non habentibus, quartam reſtaurationi Eccleſiae. Et quia in hoc computo perſonam Monachi, qui terras ſuas poſſidet, vnde & per ſe, & per pecora ſua laborando viuat (3), non reperiebant, IDEO HAEC, VELVTI ALIORVM IVS, INIVSTE SIBI VSVRPARE DETRECTABANT. Ecce huius ſeculi diuitiis ſpretis, coeperunt noui milites Chriſti cum paupere Chriſto pauperes inter ſe tractare, & cogitare, quo ingenio, quo artificio, ſeu quo exercitio in hac vita, ſe hoſpitesque diuites & pauperes ſuperuenientes (quos & Chriſtum praecipit ſuſcipere D. Benedicti regula) ſuſtentarent;* &c. vid. Idem (4). Donec A. MCXXXII. non abſolutam, ſed limitatam & ad Cluniacenſes, Nigri habitus, reſtrictam a Pontifice impetrarent exemptionem. Summam eius rei cum impellente cauſa breuiter enarrat Baronivs ad A. MCXXXI. *Innocentius*, ait, *cum Cluniacenſium diuitias aſpexiſſet, atque Claraeuallenſium extremam intuitus paupertatem, ſecundum illud Apoſtolici 2. Cor. 8. Abundantia Veſtra inopiam aliorum ſuppleat, ſtatuit, ne Ciſtercienſes Monachi,* VT

HACTE-

Digitized by Google

HACTENVS FACTVM ESSET, *decimas persoluerent Cluniacensibus. Sicque illarum pensitatione eos reddidit absolutos.* Mox tamen isthanc exemtionem latius extensam ab Innocentio atque in omnes generaliter concessam esse Cistercienſibus, Manriquius obseruat ex literis Papalibus in *Tom. IV. Annal. ad Annum MCXXXII. c. 1. n. 5.* relatis. Vbi hospitalitatis obtentum Pontifex exemptioni decimarum specioſe addidit, quo acceptabiliorem concessionem redderet, communis quasi causa, quippe vt cunctas Cistercienſium congregationes noua complectebatur exemtio, sic ab exemtisin posterum aduenae indistincte omnes hospitio erant suscipiendi. Sed hanc liberalitatem cum aliis sanioribus Ordinis Institutis tractu temporis obsoleuisse, experientia docet.

(1) *Tom. ad A. MCXIV. c. 3. n. 7.* (2) *Tom. III. ad A. MCLXXXVI. c. 5. n. 5.* (3) Initio, qui Monasteria ingrediebantur, ne aliis graues existerent, opus faciendo vitam sustentarunt. MANRIQVIVS eleganter de primitiui Cistercii Patribus *Tom. I. ad A. MCI. c. 3. n. 8.* scribit: *Cum quodcunque aliud vitae genus de alieno sudore victum habeat; si mendicet gratuito, oblatum, sin minus, debitum: id unum Viris sanctis electum est, quo de proprio vel aliis prouiderent. Strictior fortasse paupertas mendicans; sed laborans vtilior et glorioſior. Quippe vt vtrique necessaria suppetant, illa, quae habet, accipit, haec facit: illa ditatur aliorum detrimento, saltem terreno: haec velut bona diuinitus oblata, taliter sibi & caeteris lucratur, vt nulli pereant. Denique illa charitatem praestolatur, haec exercet; primo dum alios a proprio onere leuat, dein dum subuenit.* (4) *Tom. I. ad A. MCI. c. 1. n. 2.*

§. IV.

QVARTO constitutionibus Imperatorum superbiunt, quibus, si non integro Ordini, quod fieri neque potuit, neque debuit, saltem in Germania plerisque Cistercienſium Monasteriis eadem iura firmata sint atque intacta plane relicta. Summo nimirum studio Augustissimos Imperatores eo incubuisse, vt secundum formam primariae institutionis sarta tectaque seruetur Cistercienſium libertas. vid. priuilegia ap. MAGER. (1) sparsim; & ap. Editorem Documentor. Würtemb. Rediuiuor. (2) add. BRVSCH. (3) Luc. ECKSTOR. (4) Adhaec ob illicitas malorum hominum inuastationes in specialem suam protectionem & mundiburdium recepisse illorum monasteria fere omnia; quo factum, vt subalterna Regionum in Germanico Imperio Dominorum potestas ipso quasi iure conciderit ac extincta fuerit, ceu tuto asserere conatur d. Editor *locis modo allegatis* & alibi passim. Certe non pauca sui Ordinis Coenobia vtriusque iurisdictionis exercitium a Caesaribus confirmatum tenere, vt idem per exempla declarat (5) verbis: **Zu dem seind unter solchen Clöstern etliche anzutreffen, welche den Blutbann, und hohe oder** malefitzische **Obrigkeit, in allen** gradibus, **durch ihre Beambte zu** exerciren, **von den Römischen Kayser und Königen** nominatim **erlangt.** ꝛc. **So gebührt dem** Praelaten **zu Herren Alb alle hohe und niedere Obrigkeit zu Derdingen.** ꝛc. **So bestättigt König Friderich der** III. **wie auch Kayser** CARL **der** V. **dem Gotts-Hauß Königsbrunn das Hals-Gericht und Blutbann zu Stainhaim. So** priuilegirt **König** WENCESLAVS **das Closter Maulbrunn dergestalt,** *quod in villa ipsorum Auvvesheim Iurisdictionem temporalem, ex nunc, in antea perpetuis temporibus, per officiatum, seu officiatos ipsorum laicos, exercere possint & valeant: & punire delinquentes quemadmodum villis eorum Oetisheim, & Wormberg habere, tenere, exercere & punire noscuntur.* **Wie dann eben dieser König, Schultheß,**

QVARTVM *a priuilegiis Imperialibus.*

Digitized by Google

Richtern undt Gemain zu Oberaißheim verkindet, daß Ihre Maiestät dem Abt und Conuent zu Maulbrunn verginnet haben, daß sie durch die Ihrige die Leut daselbst gesessen, besseren und peinigen mögen. So verginnet auch König Friderich der Dritte, *quod Abbas & conuentus in villa ipsorum Mülbusen, iuxta Enciam sita, iurisdictionem temporalem, ex nunc &c. exercere possint, & valeant, & punire delinquentes &c.* welches ingleichen Maximilianvs I. bestettigt.

(1) *C. 5.* (2) *In Monast. Albae Dominorum, Bebenhusano, Fontis Regii & Mulifontano &c.* (3) *Centur. 1. Chronol. Monast. Germ.* (4) *Chronic. Walkenred.* (5) In Summarisch. *Extract.* der Würtenberg. Clöster *Priuileg. pag. 88. seq.*

§. V.

Qvintvm *a liberalitatibus & concessionibus illorum qui Ordinis huius Monasteria fundarunt.*

Denique QVINTO his tot tantique momenti priuilegiis insigne robur inde accedere, quod luculenta satis exempla suppetant, vnde pateat, Regionum Dominos exstruentes ac dotantes monasteria huius Ordinis admodum in more habuisse, vt illis iurisdictionem realem & patrimonialem, quandoque & merum Imperium largiter conferrent. Idque si non expressis verbis perpetuo factum intelligatur, ex eo sufficienter elici, quoties castrum aut vniuersitas alia cum omnibus iuribus, pertinentiis &c. coenobio concessum. Referunt huc forte chartam Conradi Senioris, Domini de Weinsperg, qui cum consensu heredum suorum dedit Ann. MCCCXI. Conuentui de Liechtenstern, Ord. Cist. **aigentlich und frylich** (vt verba instrumenti habent ap. Aut. Deduct. Lindauiensis (1)) **alle ihr Lüt und all ihr Gut, und all ihr Recht und alles ihr Wingelt, und all ihr Pfenning Geld, besucht und ohnbesucht, die sie haben oder heiten in den Wiler zu Dindibach und in derselben Marck, es si in Holtze oder in Felde, es si an Akker oder an Wingarten, oder an Wisen oder an Waide, wo die gelegen, oder wie sie geheissen sint, also, daß si und all ir Nachkommen in demselben Closter, dieselben Lüt, Gut und Recht, und auch das Wingelt und das Pfennig-Geld sulen haben und niessen frilich und aigenlich mit allem Recht, und mit allem Nutzen, als ander ihr fri aigen Gut, und mit allem dem Recht, als wirs hergebraucht haben, ꝛc. und zu einer mehrern Sicherheit darüber, so verziehe ich mich eigenlich, ꝛc. Aller der Aigenschafft und aller der Recht die ich hätte, ꝛc. an denselben Lüten, Güten und Rechten, ꝛc. Also daß ich kein Recht noch Ansprach daran noch darzu haben sollen.** Sic omni exceptione maiora esse, quae leguntur in charta Rudolphi Comitis de Tubingen de Ann. MCCCI. ap. Editor. Documentor. Wurtenbergic. (2) *Nouerint tam praesentes quam futuri, quod nos accedente consensu omnium quorum intererat, nostra, liberorum, & heredum nostrorum vtilitate pensata, & vt venerabilium in Christo Abbatis, & Conuentus Monasterii in Bebenhusen, cui progenitores nostri fundationis posuere lapidem primitiuum, futuris rerum obuiemus dispendiis, nos, nostrosque liberos procreatos, & procreandos heredes, & successores vniuersos eidem Abbati, & conuentui, ac adhibita verborum ac gestuum solennitate debita, & consueta obligauimus, & obligamus, sacramento praestito corporali, quod siluam Schainbuch cum omnibus iuribus, pertinentiis, & attinentiis suis quocunque nomine censeantur, nec in parte nec in toto vllo vnquam tempore vendemus, permutabimus, obligabimus, alicui in feudum conferemus aut resignatam alii, vel aliis conferri procurabimus vel aliquo alienationis titulo, a nostra alienabimus potestate. Omnesque donationes, venditiones, concessiones, acqui-*

Digitized by Google

acquisitiones, iura, IVRISDICTIONES, libertates, & consuetudines, in dicta, ac circa dictam siluam, in omnibus finibus, & terminis &c. ab eisdem possessas &c. ratificamus, confirmamus, approbamus, &c. In literis fundationis Monasterii Albae Dominorum A. MCXLIIX. Berchtoldum Dominum de Eberstein eodem fere modo dispositisse: (ap. cit. Edit. in Monast. Alb. Dom. (3)) *Sunt autem haec bona, quae contulimus ipsi clausiro, quod fundauimus, videlicet bona nostra in Ottersweylre, cum suis pertinentiis vniuersis, hominibus, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis, & aliis almeindis. Cum eodem iure, honore, vtilitate, & libertate, sicut ad nos hactenus pertinebant. Item contulimus clausiro in Alba memorato, ad vsus fratrum ibidem in perpetuum degentium, montes, valles, syluas cum pertinentiis vniuersis, pascuis, pratis, agris, cultis & incultis, aquis & aquarum decursibus,* **Boscho**, *& plano, viis & inuiis, itibus & reditibus, vtilitatibus cunctis quesitis & inquesitis, sine qualibet exceptione vel contradictione cuiuscunque, cum omni iure & libertate, sicut ad nos hactenus pertinebant, circa ipsum Monasterium, dextrorsum, sinistrorsum, retrorsum & antrorsum sita, secundum terminos subnotatas.* &c. Vbi cit. Editor. in suis, quas addere solet, notationibus (4), subiunxit: *Cum illustris Dominus Fundator, bona huic Monasterio collata, cum eodem Iure, Honore, (hoc est* **Herrlichkeit** *& omnimoda iurisdictione,* SPEIDEL (5) BESOLD. (6)) *vtilitate, & libertate, sicut ad illum pertinebant, tradiderit; Fundator autem ille, Imperio Romano immediate subiectus erat: sicut adhuc hodie, eius illustres Posteri, inter status Imperii recensentur.* (Sed iam deficiunt.) *Exinde sequitur, d. Monasterium Albae Dominorum, cum omnibus suis bonis, per hancce abdicationem a fundatore, nullo reseruato iure factam omnimodam pariter immunitatem acquisiuisse. Quae certe primogenia Libertas, adeo forte taleque substruit fundamentum assertae huius Monasterii Libertatis, vt is, qui contrarium asserat, illud liquidissime, & ita probare debeat, quemadmodum in Iurisdictionalibus, Ecclesiasticis, ac Beneficialibus, etiam cum in possessorio versamur, de Iure necessum reputatur.* KNICHEN. (7) Postremo sub nomine Pertinentiarum non tantum multa corporalia bona, tam feudalia quam allodialia; sed & pleraque iura incorporalia, veluti superioritatem, Iurisdictionem, **Obrigkeit, Gebott, Verbott, Ambts-Verwaltung, Jagd, Fischerey, Schäfferey, Zehenden, Pension, Zinß, Herrlichkeit, Dienstbahrkeit, Gerechtigkeit**, & alia similia venire docente MEICHSNERO (8).

(1) *P. 852.* (2) *In Monast. Bebenhus. pag. 392.* (3) *Pag. 122.* (4) *Pag. 130.* (5) *In not.* (6) *In thes. pract. verbo* **Ehr.** (7) *De iure superiorit. cap. 5.* (8) *In Dec. Cam. tom. 3. Dec. 13. n. 24.*

§. VI.

Haec fere sunt, quae specioſe vrgent Cistercii fratres. Vbi praemittimus, in Gallia, Hispania aliisque Regnis ea parum valitura: in Imperio autem nostro obstare omnino superioritatem territorialem, non heri aut hodie demum natam, sed a longis temporibus, etiam iuribus circa sacra compluribus, vt supra tradidimus, conspicuam. Est sane in Imperio nostro vulgatissima regula: Ius in territorium, velut totum quid, habentem, ius in partes, hoc est, homines & res omnes, quae intra territorii limites sunt, habere censeri, nec alium ab onere probandi iactatam eius possessionem immunem facere: quin titulum siue titulatam, vt vulgo loquuntur, possessionem edere compelli, ceu pluribus

Antequam ad argumenta haec progressus fiat, praestruitur fundamentum, ab vniuersalitate Imperii

Digitized by Google

Civilis in territoria eorumque partes omnes.

bus docui in Dissert. (1) Add. MYLER. (2) vbi hoc ad Monasteria extendit Excell. D. SCHWEDER. (3) Et si, quod statuit MAGERVS (4) in Monasteriis illis & Collegiis, quae Episcopo etiam in temporalibus subiecta sunt, ac in quibus Episcopus habet **Lands-Fürstliche Obrigkeit**, Praelati instar Landsassiorum habentur, cur non ob identitatem iuris Profanorum Dominorum territoria eodem Iure censerentur? Verum age, quid roboris habeant Cistercienſium argumenta pro libertate, quae vulgo iactitatur, paulo pressius expendamus.

(1) *De superiorit. terr. §. 79. & de quasi possidente prob. Sect. 2. §. 7.* (2) *De Princip. Imper. c. 37. §. 2.* (3) *Introduct. in Ius publ. part. special. Sect. 2. c. 10. §. 13.* (4) *C. 6. num. 539.*

§. VII.

Abhinc dispicitur de ARGVMENTO AIENTIVM PRIMO, *& demonstratur Clericos non esse exemptos, idque secundum iura omnia & ex traditis Dd. etiam Catholicorum*

Et primo quidem loco ingredi nolumus ab aliis iam prolixe ventilatam de Clericorum exemptione controuersiam. Tantum dicimus, exemptionem illam repetendam esse e iure vel naturali, vel gentium, vel positiuo, siue hoc diuinum sit, siue humanum. Atqui secundum iuris naturalis principia societati ciuili cuiuis ex natura finis ius in singulas eius partes competit. Si vero mores gentium intuemur, Gentilium sacerdotes sub potestate ciuili fuisse, nunquam dubitatum. Iure diuino (1) exemptionem Clericorum niti, iamdudum ante reformata sacra animose negauit IOANNES PETRVS DE FERRARIIS (2): *Nam naturaliter, inquit, a principio mundi omnes Clerici, nedum Laici, erant sub potestate & iurisdictione Imperii, sed ipsorum Imp. dulcedine ac benignitate fuerunt Clerici sub potestate Papae & beneficium hoc tanquam ingrati sciunt male cognoscere.* Ante ipsum pluribus idem probauit MARSILIVS PATAVINVS, qui sub LVDOVICO BAVARO scripsit (3), postea COVARRVVIAS, ICtus Hispanus (4), & alii, ne iam adducamus Scriptores Euangelicos, quos inter vnus instar omnium erit ex Theologis D. GERARDVS (5), ex Politicis ARNISAEUS (6). Quod si vero a facto humano deducatur illa exemptio, considerandum, quale id sit, pactum, leges, an aliud quiddam? Pacta seruanda esse facile liquet, nisi ex delicto ius sit ea frangendi. Ast leges, vti voluntate summorum Imperantium constituuntur, ita absque iniuria refiguntur. Quanquam & leges Imperii Romani exemptioni isti decantatae e diametro refragantur. Instituta vero & vsus veteris Ecclesiae pro absoluta & immutabili norma nequaquam habenda sunt in ea Republ. cui Christiani Magistratus & incorruptae religioni addicti praesunt. Nam quae cogente necessitate vsurpantur, dum ex tempore capiendum est consilium, illa, vbi suo munere summi Imperantes funguntur, euanescunt. Sane statuta, quorum facta mentio, ea, quae tum erat, rerum conditione, ceu fundamento, nitebantur. Quae cum postea longe aliam faciem induisset; nec iam quicquam erat causae, cur bicipitem efficere Reip. statum oporteret. Deinde si vera & genuina Conciliorum Decreta a falsis (7) canones, authenticos a suppositiis atque adulterinis rite discernamus, diuersum plane docebimur. Illud addendum, quosdam inter Catholicos ipsos subiectionem Clericorum in profanis rebus non negare, vt FARINACIVS, CHRISTINAEVS & alii apud REINKING. (8) aut saltem, qua ciues & membra sunt Reipubl. vt HIERONYMVS DE CAEVALLOS (9), PETRVS DE MARCA, Archiepiscopus Parisiensis (10), eapropter districtuales subditos nuncupari a ICtis, quos profert MEVIVS (11). Imo Clericos in conscien-

tia

Digitized by Google

tia teneri ad seruandas leges Ciuiles, quae pro salute totius communitatis feruntur, & quorum materia communis est clericis cum aliis laicis, communi consensu receptum scribit SVAREZIVS (12). Sed claudamus controuersiae huius disceptationem verbis MARCI ANTONII DE DOMINIS, Episcopi Spalatini (13), *si placet Clericos omnes nullo excepto esse partes & membra Reipubl. Politicae quatenus homines sunt; vel ergo membra sunt bona illius corporis & partes illi vnitae: vel membra putrida, ab eo dissecta & separata: hoc sanae mentis nemo dixerit: illud vero facit, vt suo capiti necessario cohaereant, eique perfecte in humanis subiiciantur. Quis vero negabit, caput habere perfectum regimen in omnia sui corporis membra? Perfectum vero regimen non erit penes Regem, qui caput est humanae Politiae, in ea membra, in quae rem coactiuam non potest exercere: & sic respectu alicuius partis sui corporis non haberet omnia necessaria requisita, quae ad caput quodcunque pertinent: atque ita illa & eius essent membra, & non essent, quae est contradictio manifesta. Hinc vero est, quod* ETIAM DATIS PRIVILEGIIS EXEMPTIONVM ADHVC REGES RETINEANT SVAM IVRISDICTIONEM *in omnes Clericos: & exemptiones huiusmodi nihil aliud sunt, quam merae & simplices delegationes, quibus quae Clericos concernunt Iudicia, vel omnino vel aliqua committuntur Episcopis a Principe, vt nomine & auctoritate ipsius Principis illa non a Laicis, quod poterat & solebat fieri, sed ab Episcopis, tanquam Iudicibus delegatis, & in fauorem & reuerentiam Cleri clementer indultis exerceantur.*

(1) Iuo Carnotensis, qui ineunte seculo XII. vixit, ep. 49. non ausus fuit exemptionem illam a iure diuino deriuare, sed a Regum Decretis & Ecclesiasticis sanctionibus eam repetiit. (2) *In praxi titul. 30. gl. 7. n. 2. seq.* (3) *Part. 2. defens. pac. c. 4. 5. & seq.* (4) *Practic. quaest. 31. n. 2.* (5) *De Magistrat. Polit. §. 440. & seq.* (6) *Libro de exempt. Clericorum.* (7) Quae in Decreto habentur, & Auctorum suorum nomina praeferunt, in plurimis falsi, mendacii, errorum & detortae contra mentem auctorum sententiae arguunt post ANTON. AVGVSTINVM, CASAVBONVS, BLONDELLVS, TABOR & alii. De Canonistis autem, seu Decreti interpretibus vetus BALDI querela est: *Omnia istos ad molendinum suum trahere;* Et ZASII, qui non sine bile ait: *Eos semper aduersus nos pugnare longioribus armis.* vid. Nostra Dissert. *de Paedia Iuris publ. Vniuers. §. 15.* Add. CONRING. *de prud. Ciuili, cap. 14. pag. 320. & sequ.* (8) *L. 3. de Regim. secul. & Eccl. cl. 1. c. 1. n. 32.* (9) *Practic. quaest. 89. n. 61.* (10) *Lib. 2. de Concordia sacerdot. & Imperii cap. 7. num. 1. & 8.* (11) *Part. 6. Decis. 261.* (12) *L. 3. de Legib. c. 34. §. 6.* (13) *L. 6. de Republ. Ecclesiastica c. 6. n. 63.*

§. VIII.

Quae autem in hoc PRIMO Cistercienſium ARGVMENTO fulciendae libertati rerum bonorumque Ecclesiasticorum omnium subiectae sunt rationes, non difficulter eliduntur. Nam, vt singula percurram, quando loca sacra, Ecclesiae, Monasteria, Deo per Episcopos dicata, diuini iuris atque extra commercium esse perhibentur, id procedit tantum in rebus principaliter & immediate Deo consecratis: non vero in iis, quae cultum diuinum mediate promouent, diuersis sc. piorum locorum, nec non personarum, ad ea pertinentium, vsibus inseruiendo. Harum enim proprietas est Ecclesiae *arg. l. 14. C. de SS. Eccles.* illarum vero nullius. *d. §. 7. Inst. de rer. diuis.* Adhaec ipsi Catholici bona ecclesiastica triplicis generis agnoscunt. Alia diuino cultui esse consecrata & per

Examinantur rationes fulciendo primo argumento subiunctae.

Digitized by Google

Episcopum Deo dicata: (Sacra rectius dicuntur;) vti sunt Templa, oratoria, sacra vasa. Alia spectare quidem ad Ecclesiam, verum haud consecrata; ac esse vel corporalia, vt aedes Parochiales, mansiones, agros, vineas, syluas, prata, fundos & praedia: vel incorporalia, vt annuos reditus, decimas, canones, census, & quae alias a fundatoribus piisue hominibus ad Ecclesiae cultusque diuini conseruationem, ministrorum vero Deo famulantium sustentationem donata & oblata cernimus. Tertii denique generis esse Clericorum bona quae dicuntur Patrimonialia, vel temporali titulo, v. g. haereditate, legato, donatione, contractu; vel spiritualibus functionibus acquisita. Iam quod haec attinet, apud ipsos in confesso est, ea minus proprie Ecclesiasticorum bonorum nomine venire, neque eundem fauorem aut eadem Priuilegia, quae hisce competunt, illis quoque tribuenda esse. v. Pavlvs Laymann. (1) Lvd. Engel. (2) Adde Eybenivm (3). Ex quo manifeste apparet, fallaciam generis committi, quando ab vnius Speciei qualitate & forma ad alias diuersae indolis illatum est. Quin ipsimet sibi iugulum confodiunt, dum extra commercium ac diuini iuris esse istiusmodi bona contendunt, & tamen ea vendendo, permutando, pene dixissem donando, libere in alios transferunt. Postremo & hoc tenendum, qualisqualis rerum harum sit conditio, id non eo porrigi oportere, vt, si extra commercium sint, simul extra Principis superioritatem & iurisdictionem constituta esse intelligantur, quoniam ius huius in omnia, quae territorii finibus continentur, fundatum esse aut saltem praesumi, supra abunde euincimus. Reliquae rationes sua sponte ruunt. Nam in secunda gratis dicitur, bona, res & patrimonia sequi personam. Ius Naturale, ad quod temere prouocatur, hanc regulam prorsus ignorat: siquidem a personis ad res, vbi diuersa harum ratio est, nunquam efficaciter arguitur. Everardvs (4). Et qualitas personae (etiam principalis) rerum conditionem immutare nequit, nec etiam accidentia de subiecto in subiectum migrant. Meichsn. (5) Hinc Nobiles praedia rustica acquirentes iurisdictioni Praefectorum coguntur se submittere, vt tradit Modestin. Pistor. (6) Menoch. (7) Klockivs (8). Add. Mevivs (9). Gratis etiam supponitur id, quod est in principio, dum personas aeque ac res Clericorum ciuili potestati regulariter subiectas esse, antea probatum dedimus. Vnde simul ad tertiam parata est responsio. Siue enim primordia rerum & nascentis Ecclesiae sortem; siue Graecorum Impp. aut etiam Francorum Saxonumque tempora ad Hennicvm IV. vsque perpendas, nunquam Episcopis absoluta quaedam potestas, nedum Praesuli Romano Hierarchia illa dictatoria competiit: Verum si quam habuere, ea plane subordinata atque ad nutum Imperantium fuit composita. Id quod in Gallia hodienum cernitur; quandoquidem Episcopatus, Abbatiae &c. solo Regis arbitrio collatae, tam arcto obsequii vinculo adstringuntur, vt contra huius Maiestatem, decreta, tributorum indictionem &c. Clerus ne hisce quidem audeat. conf. omnino Marc. Ant. de Dominis (10). Porro quam postea nacti sunt, ad curam spiritualium (11), & quae sunt Legis Dioecesanae, restricta est facultas, vt adeo a spiritualibus ad temporalia iura atque a choro ad forum, h. e. a potestate Ecclesiastica ad superioritatem profanam, tanquam a separatis & diuersis male iterum inferatur. v. Matth. Steph. (12) Chokier (13). Caeterum heic monendi sunt Fratres Cistercienses, magis e re fore illorum, si argumenti huius nexus infringatur, quippe alias maximo

nisu

Digitized by Google

nisu studentium, qua ratione Dioecesin Ordinariorum ac qualecunque Imperium abs se amoliantur. confer supra (14). Quod denique in ratione quarta ex HOSTIENSI MANDELLVS (15) atque ex hoc MAGERVS (16) vrgent: Loca & territoria, quae donantur Ecclesiae, non posse amplius a seculari Principe donatore onerari, cum restrictione rursus insigni est accipiendum. **Es ist zwar in gemeinen Rechten gegründet** (inquit Autor (17)) **daß ein jeglicher Ort, darauff man eine Kirche oder Kloster bauet, des vorigen Herrens Eigenthumb, und allem weltlichen Gebrauch alsobald** ipso iure **entzogen, zumahlen auch der geistlichen** Iurisdiction **eines Bischoffs, in dessen** Dioecesi **es gelegen, unterwürffig gemacht:** (Et sic intelligendi textus quos allegat. MOD. PISTOR. (18) MAGER. (19) *qui duo insuper eas ad superioritatis quoque abdicationem generaliter producunt; sed male*, sunt verba d. Autoris) **Wie nicht weniger mit allen seinen Zugehörigen geistlichen Personen und zeitlichen Gütern der Politischen Beschwerungen, Auffschlag und Dienstbarkeit befreyet wird.** *tot. tit. X. de immunit. Eccles.* DAN. VENATOR. (20) PAVL. DE CITAD. (21) **Es thut aber doch nichts destoweniger solcher Ort Kirchen oder Closter noch unter der Layschen Oberkeit und Landsherrlicher** Superiorität, **darinnen es situirt und zuvor gewesen, (es werde dann ein anders ausdrücklich ausgedingt und bewilliget) verbleiben; wie die Rechtslehrer mit der mehrern Hand** statuiren. Cui consona tradit Autor (22) ibi: **Obwohlen sonsten** priuata rerum dominia vi & virtute consecrationis & dedicationis **verschwinden, so hat es doch mit der weltlichen** Superiorität **und** Iurisdictionalien **eine weit andere und solche Bewandnuß, daß dieselbe ohne genugsame ausgedruckete rechtmäsige** Renunciation, **von dem** dedicirten fundo, ex sola dedicatione, **sich nicht verliehren; welche** Renunciation **in allwege muß erwiesen und zur Nothdurfft beygebracht werden, auser deren das** ante fundationem Monasterii **hergebracht- und Krafft Kayserlicher Belehnung** continuirte exercitium Iurisdictionis **für nachgesehen nicht kan angezogen oder gehalten werden, von welcher** Renunciation **der weltlichen** Superiorität in literis fundationum **gar nichts zu finden.** Quamuis enim Ecclesia suo modo spectet ad Ecclesiasticos: nihilominus recte dicitur, esse eam quoque de territorio & Iurisdictione Domini secularis: sicut nec inde, quia locus sacer est, colligitur, quo minus sit in territorio Principis, vt antea monstrauimus. Adstipulatur HIERON. SCHVRF. (23) vbi inter alia tradit, Ecclesiam non habere territorium, nisi respectu Clericorum. Hinc Clerici ac Praelati de districtu temporali esse dicuntur. FR. MARC. (24) VALASC. (25) SVRD. (26) & HÖPPING. (27) Et sane quae hactenus dicta, multo magis in Principe inferiore, h. e. Duce vel Comite obtinere (contra MAGERVM) tradit KNICHEN (28), quippe cuius concessiones strictissimi iuris sunt, SICHARD. (29) KNICH. (30) idemque in castro cui territorium adhaeret, duplex habere ius dicitur; vnum tanquam castri Dominus, alterum tanquam Dux vel Comes. Vnde illud tantum in donatarium transire, hoc vero ossibus ipsius firmum manere necessum est, ceu multis enucleauit & vel sexcentis auctoritatibus stabiliuit SVRD. (31) Sed satis de primo argumento.

(1) *Theol. mor. lib. 4. Tract. 9. c. 6. n. 10.* (2) *In Colleg. Vniuers. Iur. Canon. lib. 3. tit. 49. §. 2. n. 14.* (3) *Elect. feudal. c. 10. §. 3. & 4. cum mult. alleg.* (4) *In loc. ad pers. ad res.* (5) *Tom. 1. L. 1. Dec. 6. n. 16.* (6) *Vol. 2. cons. 9. n. 48.* (7) *Cons. 444. n. 22.* (8) *1. cons. 28. n. 374. seq.* (9) *Part. 4. Dec. 104.* (10) *Loco supr. all. §. VII. in f.* (11) Iura quae Episcopi habent, ad quatuor capita reuocari vulgo solent, ordinem, legem dioecesanam, iurisdictionem & dignitatem. Cuius distinctionis multa cum confusione a Dd. traditae, origo incerta est, & primus quidem ali-

quam eius mentionem fecit HONORIVS P. *in cap. dilectis*, 18. *de Offic. Iudic. Ordinar.* Eam supervacuam esse & commentitiam, erudite docuit ZIEGLERVS *L. 3. de Episcop. c. 2.* (12) *De Iurisdict. Lib. 3. p. 1. c. 1. n. 1.* (13) *tr. de Advoc. quaest. 47. n. 2.* (14) §. 11. (15) *cons. 62. n. 29.* (16) *cit. loc.* (17) Der Lindautschen Ausführung. (18) *Vol. 1. cons. 43. n. 11. cons. 54. n. 26.* (19) *De Advoc. c. 16. n. 64. seq.* (20) *in analys. lib. 3. tit. 49.* (21) *tr. de iur. Patron. part. 2. n. 64.* (22) *Deductionis Iurium Palatino Neoburgicorum in Monasterium Kaysersheim. Ord. Cisterc. p. 76.* (23) *cont. 2. cons. 21. per tot.* (24) *p. 1. dec. 455. n. 8.* (25) *Dec. 100.* (26) *Dec. 129. in pr.* (27) *Dissert. de protect. s. Advoc. iure th. 12. lit. c. in not.* (28) *De iur. territ. c. 1. n. 265.* (29) *cons. 6. n. 9. & seq.* (30) *d. c. n. 266.* (31) *cons. 275.*

§. IX.

Dispicitur de ARGVMENTO SECVNDO, *& ostenditur frustra provocari ad primitivam institutionem.*

Nunc ad Cistercienſis Ordinis propria & ſpecialia argumenta progrediamur. Igitur quod SECVNDO LOCO de norma & inſtitutione Ordinis ſui primitiua ad omnem ſuperioritatem & Epiſcopalem & ſecularem excludendam proferunt, non de nihilo eſſet, ſi tenoris eiusmodi priuilegia non tantum Papalia, ſed & Imperialia, Ordini ſub eius auſpicia data extarent. Iam vero KLOCKII vnius, qua illi nituntur, auctoritas valde eſt ſuſpecta, quoniam ipſa praetenſorum priuilegiorum verba non adducit, ſed in genere ſolum enunciat, **vermög deren von Päbſten, Kayſer und Königen ſtattlicher** confirmirter **diß Ordens** Inſtitution, Capitulation **und** Chartae Charitatis &c. Sane priuilegia Pontificum iuxta & Impp. quae ſolertiſſimus eorum indagator ANG. MANRIQVE ſuis Annalibus ſolicite inſeruit, praeter iſta: *ſecundum formam Ordinis Veſtri &c.* nihil clamant: quorum adeo natura cum non niſi ſtrictiſſimam admittat interpretationem, nunquam impediuit Regionum Dominos, quo minus in eiusdem Ordinis monaſteria ſtrenue Iura ſuperioritatis exercerent. Charta vero Charitatis (1), quae primas Ciſtercii LL. continet, (v. MANRIQVE (2)) in prologo temporalium quidem rerum exactionem vetat, ſed verbis nimis generalibus, tantoque minus praeiudicaturis Regionum Dominis, quanto magis conſtat, Chartam illam ab ipſis Ciſtercienſis Ordinis Abbatibus fuiſſe conditam, quibus adeo facile fuit, pro lubitu quaeuis diſponere.

(1) V. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS in Chronogr. ad An. MCVII. vbi dictam Chartam in compendium redegit, de exemptione autem nihil meminit: imo *ſcriptum*, inquit, *illud Chartam Charitatis competenter voluit nominari* (Stephanus), *quod ea tantum, quae ſunt charitatis, tota eius ſeries redoleat.* (2) *Ad An. MCXIX. c. 4.*

§. X.

Deinde demonſtratur, ſecundum Benedicti regulam Ciſtercienſibus interdictam bonorum temporalium adminiſtrationem.

Deinde ſi prima Ciſtercii ſtatuta intuemur, contrarium plane deprehendimus, Monachis videlicet Ciſtercienſibus rerum temporalium adminiſtrationem per regulam Benedicti, quam arctius a ſe obſeruari gloriantur, omnem prorſus interdictam eſſe. Vid. MANRIQVE (1) vbi de Inſtitutoribus Ordinis ex A. Exordii Magni iſta refert: *Quia nec in regula, nec in vita S. Benedicti eundem Doctorem legebant poſſediſſe Eccleſias, vel altaria, ſeu oblationes aut ſepulturas, vel decimas aliorum hominum, ſeu furnos, vel molendina aut villas, vel ruſticos, nec etiam foeminas Monaſterium eius intraſſe, nec mortuos ibidem, excepta ſorore ſua ſepeliſſe: ideo haec omnia abdicauerunt, dicentes: vbi Beatus Pater Benedictus docet,* VT MONACHVS a SAECVLARIBVS ACTIBVS SE FACIAT ALIENVM, *ibi li-*

Digitized by Google

liquido teſtatur haec non debere verſari in actibus vel cordibus Monachorum, qui nominis ſui etymologiam, haec fugiendo, ſectari debent. Hinc ALEXANDER III. Pontifex, Decretali A. MCLXXV. ſcripta *in c.* RECOLENTES. 3. *X. de ſtat. Monach.* Abbates vniuerſi Ordinis Ciſtercienſis ſecularibus bonis ſtudioſe nimis inhiantes grauiter increpabat: *Laeditur hinc ordo veſter penitus & vitiatur, nec eſt haec mutatio dexterae excelſi, ſed potius de dextera in ſiniſtram, qui relicto ſeculo ſub paupertatis habita Deo militare decreuerunt, negotiis denuo ſecularibus implicentur. Inde eſt, quod & vobis ab aliis, qui foris ſunt, contentiones & litigia ſuſcitentur, & abbatibus in cauſis forenſibus occupatis & plurimum in commiſſis domibus & tepor Ordinis & diſſolutio naſcitur charitatis. &c.* Sane cum tota haec Decretalis, tum Doctiſſ. ABBAS MANRIQVE eius occaſione (2) late, & alibi ad nauſeam monſtrat, primitiui Ciſtercii fratres in conſtituenda norma ſtatutisque Ordinis formandis neutiquam fuiſſe ſolicitos de abdicanda poteſtate ſuperiorum & poſſeſſionibus cum omnigena iurisdictione immoderate quaerendis: Sed qui poſtea talia meditabantur, non ſine graui nota a matre degeneraſſe. *Dolendum plane noſtris* (ait idem MANRIQVIS (3) (*dominia, homines Vaſallitio iure ſubiectos* (*quae eatenus alicubi admiſſa, ſed parce tamen, & velut cum formidine; atque pallianda magis, quam poſſidenda;*) *ex tunc iam plena manu publiceque ſuſcepiſſe Ciſtercienſium: vt ſemel habitis, quamuis cum ſcrupulo, forte & cum ſcandalo, in habendorum exemplar tranſeuntibus; deinceps vero ſtrictioris paupertatis vinculis ruptis, nihil iam recuſare, forſan & plura maioraque ambire licitum reputaret, imo honeſtum. Subiicit num.* 3. *Ergo quae dudum creuit ſub paupertate Stephani phantatio, inox ſub diuitiis labore comparandis* (*id eſt, cultura agrorum & paſtu pecorum, ab initio permiſſis,*) *conſeruabatur: cum primum ad altiora ſe extendit aemula Principum, minitari ruinam viſa eſt, quam ſolis, quibus ſcatebat, Sanctorum meritis differre ad tempus potuit, non impedire.* Quod ſi prolatis nondum acquieſcant cenſuris, ſuum audiant BERNHARDVM, acri ſtylo increpantem eos ſimul qui Epiſcopis, quique Politico Magiſtratui obſequium detrectant. *Non ita Chriſtus, ille ſiquidem,* (ait (4) ad Archipraeſulem Seſſonenſem Henricum,) *dedit vitam, ne perderet obedientiam,* QVA VT ISTI CAREANT, TOTVM FERE SVVM SVORVMQVE VICTVM EXPENDVNT: *quid eſt hoc praeſumptionis, o Monachi? ſi quid patimini propter iuſtitiam beati* SECVLARITATEM CONTEMNITIS? *ſed ſecularior nemo Pilato, cui Dominus adſtitit iudicandus.* Ipſe porro in alia ad Ludouicum VII. Galliae Regem, Godefrido Lingonenſium Antiſtiti Pontificalia denegantem, (vid. MANRIQVE (5)) ſcripta Epiſtola Regiam in Clerum ſui Ordinis poteſtatem ſanctam eſſe & inuiolabilem ingenue fatetur, dum ſic eam auſpicatur: *Si totus Orbis aduerſum me coniuraret, vt quippiam molirer aduerſus Regiam Maieſtatem: ego tamen Deum timerem, & ordinatum ab eo Regem offendere temere non auderem. Neque enim ignoro, vbi legerim: Qui poteſtati reſiſtit, Dei Ordinationi reſiſtit.* Rom. 13. Et infra pergit: *Terra veſtra eſt, & in hoc plane cognoſcimus & dolemus dedecus Regni Veſtri, quod Vos iure abhorrere mandaſtis, ſi non fuerit, qui defendat. Nam in quo alio Regia Maieſtas recte in eo, quod factum eſt, imminuta dicatur? Electio rite celebrata eſt, electus fidelis eſt.* NON AVTEM ESSET FIDELIS, SI VESTRA ET NON PER VOS HABERE VELLET. Idem BERNARDVS (6) iudicandi munus a ſuo ordine prorſus exiſtimauit

Digitized by Google

alienum. Verba eius sunt: *Cum dicat Dominus ac Magister, se non esse constitutum inter duos Iudicem, non debet seruo & discipulo indignum videri, si non iudicet vniuersos. Ergo in criminibus*, NON IN POSSESSIONIBVS POTESTAS VESTRA; *quoniam propter illa, non propter has accepistis claues Regni coelorum. Quae nam Tibi videtur maior potestas, dimittendi peccata, an praedia diuidendi? nulla comparatio.* HABET HAEC INFIMA ET TERREA POTESTAS IVDICES SVOS, REGES ET PRINCIPES, QVID FINES ALIENOS INVADIS?

(1) *Ad An. MCI. Tom. I. c. 1. n. 2.* (2) *Tom. II. ad An. MCLXXI. cap. 7.* (3) *d. l. n. 2.* (4) *In Epist. 42.* (5) *Tom. I. ad An. MCXXXIIX. c. 9. per tot.* (6) *L. 3. Consideration. ad Eugenium.*

§. XI.

Opponuntur exempla contraria magno numero, & confessiones huius Ordinis Monasteriorum.

Praeterea repugnat Annalium fides, magno numero exempla nobis sistentium, quae praetensam formam aut normam Ordinis Cistercienſis explodere sunt idonea. Vt rem ab ouo deducamus, sciendum est, cum Robertus Auctor Ord. relicta Molismo A. MXCIIX. ad Cistercium transmigrasset, eum, vt ab Odone, Duce Burgundiae Gallicae, (qui sanguinem ab Hugone Capeto traxit,) locum solitudini suae impetraret, Stephanum fratrem misisse, cum literis supplicibus (apud BRITONEM (1)) huius tenoris:

Illustrissimo Duci Odoni, Robertus Abbas Molismensis Ecclesiae, & qui cum eo Domini obsequium concupiscunt, salutem & foelicitatem.

Pietatem & gratiam donatam vobis a Domino agnoscentes, NOLVMVS ABSQVE BENEPLACITO CELSITVDINIS VESTRAE ALIQVID INNOVARE, *quamuis antiquum sit, & non nouum, in virtutis apprehensionem currere. Quapropter noueritis de aliquorum sociorum nostrorum consensu, quibus data est gratia agnoscendi se ipsos, iuxta sanctissimae regulae praecepta, in vera paupertate & conscientiae sinceritate viuere statuisse. Et quia reliquos in eandem sententiam adducere non potuimus, & eosdem & eorum regimen dimittere, & cum his, qui vestigia nostra, imo potius sancti Patris Benedicti sequi voluerint, ad Eremum migrare decreuimus. Quia vero vestrum in nos animum saepissime experti sumus, & nunc contra insurgentes procellas experiri oportet: de omnibus vos certiores facimus, orantes Dominum & Patrem gratiarum, quod vos & domum vestram incolumes conseruet. Amen.*

Voti compos factus est Robertus. Fratrum etiam feruore delectatus Otho, necessariis omnibus diu illis prospexit. Iam autem egregie notat MANRIQVE (2): AB ILLO DIE VSQVE AD TEMPVS HOC, DVCIBVS BVRGVNDIAE, TANQVAM PATRONIS LOCI (imo Dominis superioribus) CISTERCIVM SVBEST, *a quibus etiam & stemmata accepit. Parmam bicolorem distinctam transuersis fasciis, in parma maiori inclusam, coloris coerulei, quam aurea lilia Gallica sparsa decorant. Haec Ducum Burgundiae insignia perantiqua baculo Pastorali superaddito Cistercium sibi vsurpauit ab eo tempore.* MABILLONIVS in editione S. Bernardi Abbatis primi Claraeuallensis operum An. MDCXC. notauit: „Claraeuallensis Monasterii insigne, quod in scuto nigro baltheum auri siue „ argenti minii ductu gemino tessellarum exhibet, non esse deriuatum, vt quibusdam visum, a Bernardi insigni gentilio, sed ex Ducum Campaniae fami-

„lia,

Digitized by Google

„ lia, ex quibus Hugo Clarem Vallem fundauit, ſenas vero faſcias ex auro &
„ cyano ſextiuiſas obliquatas in margine purpureo, quod Ciſtercienſis Ordinis
„ Symbolum, a Burgundiae Ducum familia petitum eſſe, quorum beneficiis
„ Ordo Ciſtercienſis fundamenta ſua debet.„ Acta Erudit. Lipſ. (3) Porro idem MANRIQVE (4) de Coenobio Buxienſi Lineae Claraeuallenſis refert: *Sita eſt Buxia in Engolismenſi Comitatu eoque ſpectans ad Comitem:* Gallia enim temporibus illis in plures Ducatus & Comitatus diuiſa ſyſtema potius Rerumpublicarum, quam Regnum repraeſentabat. v. ANT. DAD. ALTESERRA (5). Verum ne extra oleas vagemur, iam in ipſis Germaniae finibus ſubſiſtere placet. Equidem a Regionum Dominis Seculo XII. & poſtea complura Ciſtercienſis Ordinis Monaſteria exſtructa, fundata, egregiisque reditibus aucta ſubinde ac dotata fuiſſe ſupra docuimus. Verum quantacunque fuerit erga hunc Ordinem Fundatorum liberalitas, ea tamen abdicationem ſuperioritatis territorialis, maxime ſi nulla ſpecialis mentio in chartis fundationum deſuper facta, nequaquam arguit aut infert. Itaque communes regulae, quas infra (6) adducemus, etiam Ciſtercienſes iure meritoque ſtringent, donec ſuam praerogatiuam validioribus teſtimoniis ac exemplis, quam hactenus factum, aſſertum eant. Sane Fundatores Monaſterii **Kayſersheimb** (quod reliquis Germaniae Coenobiis Familiae Ciſtercienſium addictis poſſeſſionem ac prouentuum amplitudine palmam haud dubie praeripiet) iura territorii, eidem minime, conceſſa ſibi poſterisque reſeruaſſe, Auctor (7) operoſe contendit, inter alia ſic ſcribens: **Iſt von denen Herrn** Fundatorn (**Graffen Henrich von Lechsgmünd, welcher** in Anno MCXXXV. **nebſt ſeiner Gemahlin und Sohn dieß Cloſter geſtifftet und erbauet**) **nicht zu** praeſumiren, **daß ſie gemeint geweſen ſeyn ſolten, die** Ciſtercienſer, **als welche ohne das keine weltliche** poſſeſſiones, **vielweniger** Ius Imperii & Magiſtratus **haben, ſondern ſich der Armuth befleiſſen ſollen, mit der** Iurisdiction contra inſtituta Regulae Benedicti **zu begaben oder zu ſublimiren; bevorab weilen zu ſolcher Herrlichkeit viel andere** ſolennitates **und** requiſita, **als in den Worten des Stifftbrieffs zu finden, erfordert werden.** De Monaſterio Eberacenſi, incluto pariter & pagis & villis abundante, docuit Auctor (8): **Daß das Hochſtifft Würtzburg und deſſen regierende Herren gleichſam bey Aufferſtehung deſſelben Cloſters ſobalden das** competirende **Landsfürſtliche** Territorial-**Recht** exercirt **und Ebrach ſolches zu ſeinem groſſen Nutzen angeruffen und erkennet, ꝛc.** quod per exemplum veteriſtiſſimum declarat: nempe Gebhardum Epiſcopum Monaſterio praedicto a Nobilibus de Saudrach ſeruitutem viae & itineris poſtulanti iam in Anno MCLIV. vt Dominum Regionis ius dixiſſe ſub hac formula: „ Dum *Eccleſiarum ſub noſtro regimine conſiſtentium* paci & quieti
„ ſolerti ſtudio prouidemus &c. *rem ipſam aequiſſimae definitionis ordine* rite ter-
„ minauimus &c. & chartam hanc ex DEI Omnipotentis *& officii noſtri auctori-*
„ *tate confirmauimus.*„ De Monaſterio Brumbach **im Mayngaw**, quod Illuſtriſſimos Comites Werthemenſes agnoſcit Fundatores, Autor (9) ſequentia refert: **Es ſind dazumahl** (cum ſcil. in Germania paſſim exſtruerentur huius Ordinis Coenobia) **auch die regierende beede Graffen von Wertheim Wolffgang und Diether, aus Chriſtlicher Einfalt bewegt worden, Ditherum** den erſten Abt zu **Maulbronn zu erbitten, etliche ſeiner** Convent-**Brüder zu Uffricht- und Stifftung eines neuen Cloſters in das Mayngaw zu verordnen, und verſchicken.** Et paulo

in-

Digitized by Google

inferius: **Wie nun daſſelbe in der Grafſchafft** territorio, **Obrig- und Herrlichkeit, unfehlbahr erbaut, gelegen, und damit rings-weiß umbfangen, auch zu nechſt, und nicht über eine Stund von dem Stamm-Hauß Wertheim** ſituirt **iſt: Alſo hat auch ein jeder regierender Grave zu Wertheim, auſſer denen** ex fundatione & dotatione **erlangten Rechten** indiſtincte **alle Bottmäſigkeit daſelbſten, wie an allen andern Orten der Grafſchafft, ohne Männiglichen Eintrag, von unverdencklichen Jahren** abſolute **geübt,** exercirt **und hergebracht.** Et hoc exemplum adeo euidens eſt, vt ipſummet Magervm (10) fàteri coegerit, Principibus aliisque fundatoribus iure territorii poteſtatem Iurisdictionalem competere in huius quoque Ordinis Monaſteria. Quae aſſertio quemadmodum cum ſupra poſito Klockiano principio, a Magero defenſo, conciliari queat, certe non videmus. Adde de Engelthalio Ord. Ciſt. Monaſterio in Wetterauia, Meichsner. (11) De Monaſterio **Seeligenthal,** Ord. Ciſt. in Dioeceſi Ratisbonenſi, Iongelinvm (12) vbi Chartam fundationis profert, in qua Lodemia, Duciſſa Bauariae, claris verbis diſpoſuit: *vt filius eius Dux & ſucceſſores bonorum Monaſterii* ***perpetui ſint Iudices ac defenſores.*** Ann. MCCXXXII. Plura autem exempla tradimus in ſequentibus ſparſim, cumprimis in calce huius Sectionis. Non ergo dubitandum, quin etiam Ciſtercienſes, inſtar aliorum Clericorum Legibus & ſtatutis (quae pereximium reſervatae ſuperioritatis Κριτήριον praebent. v. ſupra (13)) Regionum Dominorum in Rom. Germ. Imperio ab antiquis temporibus fuerint obſtricti, niſi ſpeciali gratia exſolutionem huius nexus impetrarint. En exemplum amortizationis, de qua Sectione prima dictum, etiam Ciſt. Ord. Monaſterio datae ex autographo heic inſertum:

Ludouicus Dei gratia Monaſterienſis Eccleſiae Epiſcopus. Vniuerſis preſentes litteras viſuris & audituris ſalutem & attendere infra ſcripta. Cupientes & Volentes religioſis perſonis, prepoſito Abbatiſſe & Conuentui Sanctimonialium in Caldern, Ordinis Ciſterc. gratiam facere ſpiritualem, concedimus eis, vt quecunque perſona ipſis & ipſo conuentui aliqua bona, ſiue mobilia vel immobilia in noſtra Iurisdictione & dominio ſita dare, legare, tradere, vendere aut mutare decreuerit; ſeu voluerit, poterit libere, licite & ſecure; & ſi qua bona emere voluerint aut decreuerint, hoc admittimus, & admiſiſſe regnoſcimus, NON OBSTANTE INHIBITIONE NOSTRA ALIIS RELIGIOSIS FACTA, *fauorabiliter, per preſentes munimine patentius ſigillatas. Datum Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Viceſimo, in craſtino Tiburtii Martyris.*

Similia hinc inde tradit Editor documentorum Würtenberg. ſub Monaſteriis huius Ordinis; cumprimis in Monaſt. Bebenhuſ. N. I. & V.

(1) *L. 1. c. 3.* (2) *Add. A. MXCIIX. Tom. I. c. 3. §. 8.* (3) *Supplement. 1. p. 567.* (4) *Tom. I. ad An. MCXLIII. c. 6. n. 2.* (5) *De Ducib. & Comit. Prouinc. Galliae.* (6) *§. 26. huius Section.* (7) *Deductionis Palatino-Neoburgenſis p. 77.* (8) *Cauſae Herbipolenſis.* (9) des Wertheimiſchen Gegen-Berichts/ *cap. 3. pag. 39.* (10) C. 10. *de Advoc. arm. n. 478. conf. c. 9. n. 443.* (11) *Tom. 1. L. 1. Dec. 41.* (12) *Lib. 3. Notit. Abbat. pag. 12.* (13) *Sect. 1. §. 4.*

§. XII.

Rurſus non deſunt exempla, quae liberam & ſponte factam Abbatum Conuentuumque huius Ordinis confeſſionem ſubiectionis territorialis verbis ſatis

Digitized by Google

tis dilucidis ostendant. Inter vetustiora postremum non est, (licet implicite magis confessionem talem exhibeat,) quod Illustriss. Comitum Solmensium Deductioni contra Coenob. Ord. Cist. Arnsburg cum aliis (1) annexum reperimus, & sic habet:

Wir Bruder Johann Abt, und der Conuent gemeinlich des Closters Arnsburg Cistercier Ordens zu Mayntzer Bistumb gelegen, thun zuwissen allermenniglich, daß wir einen versegelten Brieff inhan/ versegelt mit Unsir Gnädigen Herren und Stiffter Insiegele der von Worten zu Worten lud/ als hernach geschriben stet. Wir Bernhard und Johann Graven zue Solms Gebrüdere, Eberhard von Eppenstein Herr zu Königstein, Werner von Eppenstein Herr zu Müntzenberg, alle Gevettere, Entbieten allen Steden, Schlessern, Dörffern, und sust eyme jglichen zu dem dieser Unsir Brieff komet, unsern freundlichen gruß und gonst zuvor. Ehrsamen besondere und guten Freunde, Als uch woil wissentlich seyn mag, wie daß uff den Sontag nach dem heiligen Ostertage gelegen, alß man singet in der heiligen Kirchen Vocem iucunditatis, Kirch weyhunge, groiß Applaß und gnad zu Arnsburg in dem Closter ist, solich Closter Unsir Aldern gestiffret han, und Uns nu als Stifftern und Herren des Lands zusteet, Als hat iß sich von Jahren zu Jahren gemacht, alß dan gedachte Geistliche daselbst zu Arnsburg zu der vorgenandten Zyt Applas und gnade gesucht han, und noch Jährlichs suchen und daselbst kommen syn, daß uff den vorgenanten Sontag etliche Tage vor und nach groiß Marckt und ander wesen, daselbst vor dem Closter im Hayne, entstanden ist, Also seynd die Ehrsahme Geistliche Herrn Apt und Conuent, Uns Liebe besondere und Andächtige, bey Uns gewest, uns klägelich geklagt und fürbracht, wie daß von alters solich Marckt entstanden, und solich löblich Applas in einen Marckt gewandelt, und so ingerissen sy in der heiligen Zyt, in der Crütz Wochen, alß man dan Gott me dan zu andern gezyden dienen, bekehrde leisten und vor gebrechen der heiligen Christenheid bitten solle, groiß Sünde, unzemlich Wercke, alß mit offenbahrer Unküschheit, Spielen, Dantzen, Steten, und andern sachen gescheen, so vele, daß is alles zu lang zuschryben were, und Uns angeruffen alß Ihr Stiffter und Herrn dazu zurathen und zuhelffen, so daß Gott durch solich ergernde Wercke nicht erzernet werde, und soliche abstellen wullen, Also synd wir durch die vnsern woil bericht und verstehen, daß solich ir anbrengen wahr ist, und synd dadurch so ferre beweget, so daß wir wit rathe Unsir Räthe und Lieben Getrewen, Gott zu lobe und ehren, und auch umb bette willen der obgenanten Herren, solchen Marckt, keuffen und verkeuffen uf die vorgenante Zyt daselbst zu Arnsburg gantz abgethan han, und abethun, und bieten und gebieten damit, so hoch Wir mögen und Uns geböret, daß fürter niemand me zur vorgenanten Zyt und an vorgenanter stat eynige Kauffmannschafft, wie der syn mag, mit keuffen oder verkeuffen haben noch thun soll in keine wyße: Man soll auch daselbst kein Brod, Wyn, Fleisch noch andere spyße keuffen noch verkeuffen, sondern wer das vorgenant Applas sust suchen wil, der mag is woil thun, und mag eßen und tranck zu syn notdurfft mit ihme bringen, alß eine gelust. Wir wollen auch nymand da im Hayne schützen noch schirmen, als wir bißhero gethan han, und wer is das jemand über solich Unsir bieten und gebieten eynche Kauffmannschafft daselbst zu der vorgenanten Zyt thun wulde oder thäte, is wer mit Brod, Wyn, Fleisch oder ander Kauffmanschafft, groiß

oder kleyn, nichts vsgeschieden, was der oder die daselbst keuffen wulden oder verkeuffen, das wollen wir enen thun nehmen, und sie dazu bueßen, so hoch wir mügen. Ehrsamen besondere und guten Freunde, Want ihr nun woll versteet, daß Wir solcheß, alß vorgemelt ist, Gott zu lobe und zu ehren und im besten abgethan han; Hierumb, so bieten wir euch allen und einem iglichen, zu dem diser vns Brieff komet, dis gütlich und im besten zu versteen und gutwillig hierinne zu bewysen, den albern das zu verkondigen und zuwissen thun, sich ynnach wyßen zurichten, und diß Uns brieffs abschrifft nehmen, und dem Botten den besegelden brieff wiedergeben, da thut Ihr Uns danck und willen an, und wullen das mit allem gutem gern verschulden und uch dancken. Gegeben under Unserm Insiegel uff sent Jacobs Tag des heyligen Apostels. Anno Dni Millesimo Quadringentesimo quadragesimo primo. Deß zu Bekendnüsse han wir Bruder Johann Apt und Conuent Erstgenand unser Insiegel an diesen Brieff gehangen. Datum Anno Dni MCCCDXLI. die Laurentii.

Sic apud Autorem Causae Herbipolensis chartas quamplurimas cernere licet, vbi Monasterii Eberacensis Abbates Episcopum Herbipolitanum appellant: Ihren und des Closters gnädigen Landsfürsten, Erb-Schutz- und Schirm-Herrn. ꝛc. (2) Ihres Closters und der Unterthanen rechten Erb-Schutz- und Schirm-Herrn (3): vbi de integro Conuentu simul profitetur Iohannes Abbas: Daß alle des Closters Hintersassen je und allwege in Seiner Fürstlichen Gnaden zu Würtzburg und derselben Vorfahren Erb-Schutz- und Schirm gewesen ꝛc. Gemeinen Auflag, Atzung, Reiß, Folg und anders mit Seiner Fürstl. Gnaden Stifft und sonst mit niemand getragen. ꝛc. ꝛc. Et paulo inferius: Dieweil nun Ew. Fürstl. Gnaden Stifft je und allwege des Closters hintersassen erblich versprochen hat, und sie auch gemeine Aufflag mit andern Ew. Fürstl. Gnad. Verwandten getragen, will Uns nicht gehühren Unsern Pflichten nach Sie in andere Obrigkeit und Pflicht zu geben, ꝛc. Porro: Nachdem Ihro Röm. Kayſ. Majest Unser Allergnädigster Herr, Uns und Unser Closter, zu dem Wir in Ew. Fürstl. Gnaden, derselben Vorfahren und Stifft gnädigem Schutz und Schirm, viel länger dann Menschen Gedencken reichen mag, gewest, uff jüngstgehaltenem Reichs-Tag zu Wormbß, Ew. Fürstl. Gnaden derselben Nachkommen und Stifft von neuem und Erblich in Schutz und Schirm geben und befohlen, Uns auch darbey durch ein offen Kayserl. Mandat gebieten lassen, solchem Befehl gehorsamlich zu geleben, und auff Ew. Fürstl. Gn. insonderheit in Unsern obliegenden und Beschwernüssen ein Auffsehens zu haben, deme Wir in aller Unterthänigkeit Gehorsamb zu leisten Uns schuldig wissen und erkennen: Als ersuchen Wir Ew. Fürstl Gn als Unsern, Unsers Closters, und desselben Güther und Hintersassen Erb-Schutz- und Schirm-Herrn, unterthänig bittend. ꝛc. ꝛc. (4) Similia memoriae prodidit exempla Autor Deductionis Palatino-Neoburgensis (5) vbi Georgius Abbas cum Conuentu Monasterii Kaysersheim A. MCCCCLIX. Comitem Palatinum Ludouicum sic alloquitur: Nun, gnädiger Herr, seynd die Güter an den Enden zu Egweit gelegen, da Ew. Fürstl. Gn. der recht Lands Fürst und Herr ist; So bitten wir Ew. Fürstl. Gn. mit demüthigem Fleiß unterthänigklich, als Unsern gnädigen Lands-Fürsten, Herrn und Schirmer, Ew. Fürstl Gn. wolle uns ꝛc. handhaben ꝛc Idem Autor (6), ubi Wendelinus Abbas & Confratres ita: Da wir allezeit und noch geneigt

seynd

seynd, Unserm gnädigen Herrn und Lands-Fürsten auch Schutz- und Schirm-Herrn Gehorsamb und Unterthänigkeit zu beweisen, all unser Vermögen zu Sr. Fürstl. Gnaden zu setzen. ꝛc. ꝛc. d. Autor (7) vbi Georgius Abbas A. MDIC. sic scribit: Dieweil ich Ew. Fürstl. Gn. für Meinen gnädigen Herrn und Lands-Fürsten erkenne, Bitte ich Ew. Gnaden in aller Unterthänigkeit, Sie wolle mich und mein Gottshauß, bey Ew. Fürstl. Gn. und Deroselben Fürstenthumb, dem Hauß zu Bayern, darbey Ich undt mein Conuent bitten zu bleiben, gnädiglich in Schutz und Schirm behalten und handhaben.

Aliud exemplum ab A. MDIV. de Congregatione Mulifontana Ord. Cist. tradit Editor document. Würtemb. (8) suae alias intentioni omnino contrarium:

Wir Bruder Michel Abt zu Mulbronn, und Prior, und Conuent daselbs, Speyrer Bistums Citteller Ordens, bekennen mit diesem Brieff für uns, und unsere Nachkommen, und offenparen menigklichen, daß Wir inn versamelten Capittel mit zeitlichem Vorrath vnnsers Herrn Vatters und Visitators zu Muirenburg umb merers vnnsers Nutz willen, und grossen Schaden zuverhüetten, auch zu wider inkomuug vnnsers Gotshauß einhellig zu desselbigen Unnsers Gotshauß Mulbronnen und den Dörffern darzu gehörig, nemblich Knüttlingen, Rutt, Ettisheim, Wurmßheym, Wyssach, Flacht, Eselbronn, Wurmberg, Wymsshaym, Glatbach, Upptingen, Roßwag, Lamersheym, Dürmentz, Mulacker, Elbrönn, Durr, Entzberg, Kusselbronn, Buschlat, Dieffenbach ꝛc. ꝛc. Die und andere so vnns zustenndig sünd, und so vill Wir daran haben, So der Durchleuchtig Hochgeborn Fürst und Herr, Herr Vlrich Hertzoge zu Wirttemberg und zu Teck, Grave zu Mümppelgart. ꝛc. vnnser Gnediger Herr im uffrechten redlichem Krieg vnns an und ingenommen hat, den gedachten vnnsern Gnedigen Herren Hertzog Vlrichen, Seiner Fürstlichen Gnaden Erben und Nachkommen des Fürstenthumbs Wirttemberg, zu rechtem Erplichem Schutz- und Schirm-Herren, uff Römischer Königklicher Majestät Mandat, uff und angenommen haben, nemen auch hiemit uff und an gedachten Unsern Gnedigen Herren, und seiner Fürstlichen Gnaden Erben und Nachkommen, zu rechtem Schutz- und Schirm-Herren unwiderrufflich mit und inn krafft diß Brieff, bey unnsern Wirden, Eren, Glüpten und Eyden, so Wir hierumb für uns und unnsere Nachkhommen getan haben, gedachtem vnnserm Gnedigen Schutz- und Schirm-Herren versprechende trew, und holdt zu sein, Jrn Frommen schaffenn und fürderen, Schadenn warnenn und wendenn sollen, und wollen, nach unserm Vermögen unnß keines andern Schutz- und Schirm Herren über das Closter Mulbronn, und vorgemelte Dörffer zu gebrauchen, suchen, uff oder annemen, nach Jnnhalt des Mandats vnns von Königlicher Majestat zugeschickt, Vnd nach dem gemelter unser Gnediger Herr, Hertzog Vlrich unns aus Gnaden, die an und ingenomen Dörffer mit Jr zugehörigem Nutzen und Froudiensten, inn vnnser, und vnnsers Gotshauß handen, geben unnd gestellt hatt, doch mit vorbehaltnus weltlicher Oberkeit, Gelayten, wildpennen, hochen unnd nydern Gerichten, Bussen unnd Frevelln, davon und andern Herrlickheiten gereden, unnd versprechen, wie Wir obenn bey vnnsern rechten trewen, und im Wort der Warheitt, Sein Fürstlich Gnad, dero Erbenn, und Nachkomen, unverhindert Ruwigklich bey dem allem, wie

Digitized by Google

obgemelt pleiben laſſen, und nach unſern Vermögen dabey handhaben, und darzu alles das zu thun, ſo Wir vormals vnſerm Schutz- und Schirm-Herren gethan haben, alles getreulich und ungeferrlich, doch mögen Wir unſere Rhennt, Gült, Zinß, Mannſteur, Gefell, Hauptrecht, Frohndienſt, ſteur vnnd ander, vnnſer Gerechtigkeit gegen vnnſern Verwandtenn, inpringen, mit Gepotten, und Verpotten, wie unß nutzlich anſicht, deßhalb Glüpt, Eyde, unnd Huldigung eynem Jedem Abbt von Mulbron, wie bißher von gemelten Dörffern und Leütten geſchehen ſoll, darzu vnns gemelter vnſer Gnediger Herr durch ſein Amptleut, und Vögt, der Wir dann ſeinen Fürſtlichen Gnaden eynen in unſerm Cloſter haltenn, beholffen ſein ſollen, alles getreulich unnd ungeferrlich, deß zu vrkund haben wir Bruder Michel, unſer Abbtey, und Wir Prior und Conuent unſer gemein Inſigel offenlich thun hencken an diſen Brief, der geben iſt zu Mulbronn uf Montag nach des hailigen Evangeliſten Sant Lucas Tag, nach der Geburt Chriſti unſers lieben Herren, als man zallt tauſend fünffhundert und vier Jare.

Cum prolato hactenus exemplo Mulifontano pene coincidit expreſſa Recognitio Abbatis Coenobii Brumbacenſis, Ord. Ciſt. in Franconia, ditionis Werthemianae. Sed & hanc annectere, prout eam tradit Auctor des Wertheimiſchen Gegenberichts, operae pretium erit.

Wir Marcus Abbt und der Conuent gemeiniglich des Cloſters Brumbach, Ciſtertzer Ordens, bekennen offentlich mit dem Brief, daß unß uff heut dato ein Kayſerlich Mandat, welches datum ſtehet den ſieben und zwantzigſten Tag des Monats Aprilis nach Chriſti Geburt gezehlt, fünffzehenhundert und im acht und vierzigſten Jahr, an Abbt, Abtiſin, Probſt, Priorn und Conuent der Gottshäuſer und Klöſter, ſo von alters her zu der Graffſchafft Wertheim und Herrſchafft Breyberg gehört, und in derſelbigen Graffſchafft und Herrſchafft hohen und nidrigen Obrigkeit gelegen, und dem Wohlgebohrnen Unſrem Gnädigen Herrn Grafe Micheln zu Wertheim, Schirms halben zuſtendig ſeyndt, von dem Allerdurchleüchtigſten, Großmächtigſten, unüberwindlichſten Fürſten und Herrn, Herrn Carln dem V. Römiſchen Kayſer zu allen Zeiten Mehrern des Reichs, Unſerm Allergnädigſten Herrn außgangen, verkündt worden iſt, ungefehrlich inhaltende, was wolgemeltem Unſerm Gnedigen Herrn, als Schirm-Herrn, und ſeiner Gnaden Vormund ſolcher Clöſter halben vor Ihrer Kayſerl. Majeſt. gebotten worden ſey, in welchem Mandat Ihr. Kayſerl. Mayeſt. Unß gleichergeſtalt mit ernſt ufferlegen, unſers theils demſelbigen auch zugehorſamen. Weil Wir dann Uns der Röm. Kayſerl. Maieſtät in dem und andern ſchuldig erkennen zu gehorſamen, ſo haben Wir Uns ſolchem Kayſerl. Mandat unſers theils, underthäniglich und gehorſamblich zu geleben erbotten, und thun ſolches hiemit auch in Krafft diß Brieffs (doch dem Kloſter an ſeinen Priuilegien, Freyheiten, und alten hergebrachten Gerechtigkeiten in allweg nichts benommen) den Wir zu Urkundt mit Unſer Abtey und Conuents Inſigell wiſſentlich beſiegelt haben, uff den zwantzigſten Tag des Monats Auguſti, nach Chriſti Geburt, gezehlt, fünffzehenhundert acht und vierzig Jahr.

Vides adeo euidentiſſima ſubiectionis teſtimonia. At vocabulum Schirm-Herrn heic & ſupra idem operari ac Lands-Herrn ex ipſa literarum connexione, Mandatiſque Imperatoriis Maximiliani I. & Rudolphi II. (vid. infra §. XXIV.) liquidiſſime probatur. (1)

Digitized by Google

(1) *Sub N. IV.* (2) *Num. 22. Document. Adiunctor.* (3) *Num. 23.* (4) *Confer. Num. 24. 25. 26. 27. 28. & 29. Document. cauſae Herbipol. annex.* (5) *Pag. 234.* (6) *Pag. 244.* (7) *Pag. 279.* (8) *D. Monaſt. docum. 32. pag. 861.*

§. XIII.

Additur, libertatem Coenobiorum non niſi abſurde aſſeri, cum dicantur exempta.

Poſtremum libertas illa Ciſtercienſis Ordinis monaſteriorum originaria non niſi abſurde aſſeritur. Nam ſi iuxta praetenſam formam & normam Ordinis Ciſtercienſis omnia eius Coenobia a prima ſui origine libera extitere ab iurisdictione ſeculari, quid opus fuiſſet exemptione, frequentibus adeo ſolicitationibus impetranda? Enimuero quod MAGERVS (1) exiſtimat, *dari monaſteria per ſe exempta*, (id quod ante ipſum, cumprimis de Ciſtercienſibus, nominatim adſtruxit KLOCK. *loc. ſupra dicto* §. 6.) Idem (2) *iſtam exemptionem non praeſupponere, ſubiectionem aliquam fuiſſe praeuiam; ſed ſolum intelligi per praeſeruationem, ne ſcil. impoſterum alicui ſubiiciatur:* vigilantis ſomnium eſſe videtur. Siquidem (I.) repugnat rationi, cum priuatio praeſupponat habitum, EVERH. (3) & ſpecialis exemptio vel priuilegiata libertas praeſupponit obligationem *L. 18. D. de teſtib. L. 4. D. de Iuſt. & Iur.* MEICHSN. (4) non enim dici poteſt liberatus, qui nunquam fuit obligatus *L. 116. D. de verb. Obl. L. 96. de condition. & demonſtr.* EVERH. (5). (II.) Allata a MAGERO exempla nihil omnino probare, erudite oſtendit A. **der Lindauiſchen** Deduct. & quod Coenobium Murenſe attinet, allegatus STVMPFFIVS (6) plane contrarium prodit referens: **Dieſer Zeit** (Anno MLXXXI.) **haben Apt Willipert von Hirſau und Abt Sigefried von Schaffhuſen, Graff Wernhern von Habſpurg beredt, daß Er zu Muri die Bauren von dem Cloſter abſonderte, und daß hindan ſatzte, dann es hievor ein Dorff war, damit die Münch ihr Weite und Ruh hättind, von der Welt ein abgeſondert Leben zu führen, bemelte zween Aebt bewegetend auch ehegedachten Graffen dahin, daß Er das Cloſter frey von hand, und den München fahren ließ, kein Anſprach mehr daran hätte, alſo thät Graff Wernher und entzog ſich aller bißher gehabter Rechtung und Regierung am Cloſter, und übergab den München allen Gewallt.** Quis quaeſo, niſi obeſae naris, dicat hanc exemptionem non praeſupponere ſubiectionem? (III.) Compilatorem priuilegiorum Ciſtercienſium perperam huc trahit MAGERVS, cui exemptio a ſeculari poteſtate ne quidem in mentem venit, ſed de ea ſolum loquitur, quae ab Eccleſiaſtica Epiſcoporum Iuriſdictione Ordinem, vt perſuaſum eſt multis, reddit immunem. Teſtimonium ſat luculentum huius rei exhibet MANRIQVIVS (7): *Conradus Leontorius* ait, (*ſeu quicunque fuit, qui priuilegiis a Iohanne Abbate collectis notas addidit*) *haec altius repetit, nempe a Ciſtercio ſub Roberto Patre condito, & Decretum approbandum a Dioeceſanis in eum putat referendum eſſe, quippe Ciſtercium ab eorum imperio eximens, & ne unquam admittat non exemptum.* Diuina (*inquit, & de hoc Decreto loquitur, & modo profeſſionis noſtrae conſuetae*) prouidentia ſanctos Patres, Robertum & eius fratres inſpirante & dirigente, Ciſtercium & vniuerſa eius membra in ſumma libertate & exemptione ab ordinariorum ſubiectione nata & continuata fuerunt. *Quinimo addit, preſſius an ſubtilius?* Et cum exemptae dicuntur, (*ſc. Monaſteria Ciſtercienſia*) exemptio non praeſupponit ſubiectionem aliquam fuiſſe praeuiam, ſed ſolam praeſeruationem, ne in ſubiectionem ruerent. Sic ſuo modo accipiendo exemptionem, ſicut glorioſa Virgo Maria a peccati originalis macula quando-

Digitized by Google

que exempta dicitur, quamuis ab illa totaliter immunis, & praeseruata semper fuerit, quia tota pulchra, & sine macula, aut ruga. *Sed in praesenti* (pergit ingenue MANRIQVIS) *non vacat haec discutere, sic vt neque cum aliis disputare, qui verba protectionis Apostolicae, tutelaeque ad exemptionem trahunt, & nostros ab initio exemptos putant, quia ab initio sub ea protectione, quasi idem esset, protegere, & eximere: aut singula Coenobia, quae protecta, soli Romano Praesuli subiecta censenda forent.* At vero vtrumque falsum esse, cum hinc eluceſcit, quod professio Abbatum Cist. Ord. iurato olim sub Episcopis facta. MANRIQVIS (8). De quo infra suo loco. Tum etiam ex *c. si Papa* 10. *de priu. in 6to.* vbi diserte statuitur, vtut Papa in aliquo priuilegio & scriptura exemptionis, seu libertatis Ecclesiasticae, narret, aliquam Ecclesiam ad Ius seu proprietatem Rom. Ecclesiae pertinere; non tamen inde probari illius Ecclesiae exemptio, nisi aliter doceatur. *Add. gl. ad c. haec quippe cauſ.* 1. *qu.* 6. (IV.) Idem MANRIQVIS subiectionem arguit sui Ordinis, quam exemptio a potestate seculari praesupponat, dum ad A. MCLXXI. (9) sequentia memoriae prodidit: *Hoc ipso anno, si Britoni credimus, semel admissis subditis. qui nostris Vasallitio iure subiicerentur, cumulatae exemptiones in Lusitania; nec solum a tributis & vectigalibus, sed, quod miveris, bellicosa aetate, ab impugnandis hostibus, nisi Rex ipse in castris versaretur, eximebantur. Quod priuilegium ab Alphonso Rege concessum Ecclesiae S. Iohannis de Tarauca, mox ad alias pertransiens, maxime ad Alcobatiam, Regiam domum, & quae ab initio Lusitanas opes, ac superbam potentiam prae se ferebat, & ad Salcedam, illi subaequalem; aliena oppida vacuabat habitatoribus, quos ad terras Cistercii transferebat: & confluebant Ciues vndequaque cupidine exemptionum cum aliorum iactura; sed cum ingenti augmento vectigalium, atque aliorum redituum, crescentium ex contribuentium multitudine.*

(1) C. 9. n. 430. (2) N. 441. (3) *In loc. a priu. ad hab.* (4) *Dec.* 26. *n.* 2. *tom.* 3. (5) D. *l. n.* 1. (6) *Chronic. Heluet. Lib.* 7. *c.* 9. (7) *Tom. I. ad Ann. MCXIV. c.* 3. *n.* 4. (8) *Tom. I. ad Ann. MCXIV. c.* 3. *n.* 2. (9) *Cap.* 7. *n.* 2. *Tom.* 2.

§. XIV.

Exemptionem autem liquido probandam esse.

Caeterum heic omittendum non est, vt exemptio omnimodam a Superioritate Domini Territorialis operetur liberationem, requiri, vt euidentissimis in dubio contra impetrantem explicandum esse, tradit BRVNNEM. (1) Et si verba eius nimis sint generalia, ad aptum & habile subiectum illa restringi necesse est; etiamsi nullam alias paterentur restrictionem, arg. *L.* 11. §. 1. *D. de muner. & honor.* ZASIVS (2), MASCARD. (3) Sunt enim huiusmodi exemptiones a Iurisdictione perquam odiosae, BEROI. (4) adeoque nec de loco ad locum, nec de casu ad casum, nec de persona ad personam extendendae: quod etiam DE EXEMPTIONIBVS IN CORPORE IVRIS CLAVSIS, vt suas nominare solent Cistercienses, subaudiri cupit ERASM. a CHOCKIER (5), cum aliis. Sic immunitas vel exemptio concessa Monasterio post exemptionem accesserunt. BEROI. *d. l.* Vnde mirum haud subeat, priuilegiatos & exemptos nihilominus de Prouincia seu districtu Dominorum temporalium intelligi, propterea quod sufficiat, eos in aliquibus distringi posse. vid. *C. principes* 20. *cauſ.* 23. *qu.* 5. Plura adducit FELIN. (6) Add. omnino MARC. ANTON. DE DOM. *loco supra in §. VII. relato.*

(1) *Conſ.*

Digitized by Google

(1) *Conf.* 35. *n.* 9. *in fin.* (2) *Conf.* 12. *n.* 79. *lib.* 1. (3) *De probat. vol.* 3. *concl.* 1151. *num.* 18. & 20. (4) *Conf.* 24. *n.* 9. 10. 11. (5) *Tr. de iurisd. ordin. in exempt. p.* 1. *qu.* 4. *n.* 7. *seqq.* (6) *Ad c. Rudolphus v. districtus X. de Rescript.*

§. XV.

Ad TERTIVM argumentum cardinale Ciſtercienſium tranſeuntes inſiciari nolumus, illorum priuilegia a Papis ſubinde impetrata eximia eſſe, nec Sacris Ordinibus omnibus communia. Sibi enim prae caeteris ſedem Apoſtolicam amore deuinciri, ſaepiuscule gloriantur Ciſtercienſes apud MANRIQV. paſſim. Cuius rei ſpecialior cauſa haec fuit, quod in feralibus olim bellis Gibellinorum cum Guelphis Pontificum partes immoto animo amplexi fuerint Ciſtercienſes, aliisque modis ſuam ibi nauarint operam; vid. A. **des Werth. Gegenberichts** (1), vbi narrat, Abbatem Brumbacenſem, cum FRIDERICVM I. Imp. ſequeretur (2), haereſeos damnatum ac fulmine Pontificio petitum eſſe. Tantum autem in quaeſtione verſatur, vtrum Pontifex iuribus Principum aliorumque Dominorum in Germania derogare potuerit? Quod nos ſupra *Sect. I.* negauimus. Eo pertinent complura haud parui ponderis grauamina (3), a Roman. German. Imperii Proceribus A. MDXXII. antequam de religionis negotio diſceptaretur, publice, in Comitiis Norimbergae habitis, aduerſus Sedem Romanam Oratori eius oblata: quorum haec ſumma fuit: » Non tam Imperii quam » ſingulorum ſtatuum graue in tentatis exemptionibus verſari praeiudicium. » Ita enim fieri, vt quando collatio pecuniaria pro Imperii neceſſitate viritim » ſtatibus indicitur, monaſteria publicis oneribus exempta immunitate perpe» tua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus Epiſcopis ac Defenſoribus ſuis » (quod antehac facere neceſſum habebant) non porrigant, per quam technam » Imperii Romani attenuentur nerui, ac decreſcant plus iuſto vires. Itaque » praefata onera exemptionum abroganda, tollenda emendandaque, ac MONA» STERIA EPISCOPORVM ET DEFENSORVM ORDINARIAE IVRIS» DICTIONI RELINQVENDA FORE. Vt vel inde Imperium Rom. per » Sedem Apoſtolicam ita eneruatum, vires priſtinas eo celerius recuperare » queat &c. » Conf. MAGER. (4) Vnde ſimul apparet, num a cordatioribus calculum mereatur Editor Monumentor. Wurtemb. quando ex male applicata *Clem. Paſtoralis. de ſentent. & re iudic.* elicere ſatagit, Imperii intereſſe, plurimos eſſe immediate ſubiectos (5). Praeterea obſeruandum, cum Ordo Ciſtercienſium a primo ſuo inſtituto multum deflexerit, ceſſante cauſa exiſtimandum, ipſa priuilegia ceſſare. Vt enim eſt in Gloſſa *in cap. ſuggeſtum 9. X. de decimis*, verſibus licet incomptis:

Indultum tollit contemptus, crimen, abuſus,
Oppoſitum factum, damnum, tempus variatum.

v. BENIAMEN LEVBER. (6) Autor Diſcurſus **von denen Reichs-Vogteyen** (7). Vidit hoc argumentum Richardus Archiepiſcopus Cantuarienſis ad Ciſtercienſes ſcribens apud PETR. BLESENSEM ep. LXXXII. *Si Dominus Papa indulgentia ſpeciali quandoque priuilegiauit Vos, dum Ordo Veſter in paupertate gaudebat, dum in vſus egentium ſuae tenuitatis viſcera libenter effundebat, potuit toleravi ad tempus, licet in eom-*

In TERTIO ARGVMENTO *diſpicitur in vniuerſum, quid in Regionibus Rom. Germ. Imperii valeant priuilegia Papalia.*

Digitized by Google

munem redundaret inopiam, quod causa necessitatis fuerit introductum. Nunc autem quando vestrae possessiones multiplicatae sunt etiam in immensum, priuilegia haec potius ambitionis quam religionis instrumenta censentur. Quem locum haut dubie in oculis habuit Ioannes Saresberiensis (8) scribens: *Primo quidem, dum religio paupertate gaudebat, & in aliorum necessitates aut vsus effundebat viscera inopiae suae, indulta sunt priuilegia possessionibus, quae, necessitate cessante, & fugitante caritate, potius auaritiae quam religionis instrumenta censentur.* Felin. Faber. Monachus Vlmensis (9) ita ait: *Tandem lapsante feruore charitatis perdita fuit & abiecta Charta Charitatis & Religio Cisterciensium remissionem passa in defectum lapsa fuit sicut & caeterae religiones.*

(1) *Pag.* 39. (2) Nimium fraena mordebant illa tempestate Cistercii fratres; ea propter ex Imperio proscripti. Rem sic exponit Meibomivs: *Adriano P. R. ad plures abeunte, in ecclesia ortum est schisma pernicioſum, duobus a dissentiente purpuratorum collegio in demortui locum substitutis. Erant illi Victor IV. & Alexander III. Cum hoc faciebant Ecclesiae Orientis, Antiochena & Hierosolymitana, & praeterea totius ferme Europae. Victorem tutabatur Fridericus Barbarossa Imp. & cum eo nonnulli ex Ordinibus Imperii: respuebant & auersabantur omnino Cisterciensis familiae Monachi, & horum praesides, numero circiter DCC. Mirum quantum cellumies ista animi addiderit Alexandro, quantum negotii crearit Imperatori. Noluit cordatus Princeps tolerare effrenem lasciuientium monachorum petulantiam, ideo, aut cum Victore facere, aut relictis ergastulis suis Imperii finibus excedere Cisterciensibus serio & seuere mandauit. Pertinaces & obstinati homines magno numero in Franciam, vbi tutus isti factioni receptus, exulatum abiere. Pauci, qui domi remanserunt, tempori seruire rebusque se praesentibus accommodare coacti sunt.* In Chronico Marienthal. *Tom. III. Rer. Germ. attexto.* Eandem historiam breuiter narrat Crantzivs *l. 6. Saxoniae c. 18. p. 424.* (3) Vid. ap. Schiltervm *de Libert. Eccles. Germ. L. 7. c. 2. pag. 859. seq.* & Illustr. Seckendorffivm *in Hist. Lutheranismi p. 7. & 8.* & Addition. *ad Lib. 1. part. altera. pag. 11. seq.* (4) *C. 10. n. 398. & 472.* (5) *in Monast. Maulbron. p. 859.* (6) Magdeburg. Stapel-Unfueg. *n. 1626.* (7) *In fundament. lit. eeee. seq.* (8) *Lib. 7. de nugis Curialium c. 21.* (9) *L. 2. histor. Sueuor. p. 290.*

§. XVI.

Singulatim de edicto Gregoriano, quo Cistercienses ab Episcoporum Iurisdictione exempti.

Singulatim de Edicto Gregoriano, quod Cistercienses a Iurisdictione Episcoporum eximit (1), notandum, vniuersalem eius in Germania obseruantiam ostendi nunquam potuisse (2), quin potius alicubi (3) in pristino mansisse vigore iuratam professionem (4), quam olim Episcopis facere huius Ordinis Abbates stricte tenebantur. Formulam Manriqvivs (5) sic exhibet: *Ego N. Abbas, subiectionem, reuerentiam & obedientiam a Sanctis Patribus institutam secundum regulam S. Benedicti, tibi Domine Episcope, tuisque successoribus canonice substituendis, saluo ordine nostro, perpetuo me exhibiturum promitto.* Sic in Pomerania Abbates Cistercienses & Praemonstratenses Ordinis Episcopis fuisse subiectos & propterea in Synodis comparere oportuisse ac locum inter Praelatos inueniisse obseruauit Egidivs **von der** Mylen (6) ap. Rangonem *in origin. Pomeran.* Exemptionem autem illam Papalem aegre admodum tulisse B. Bernhardum, supra innuimus §. X. idemque (7) ad Eugenium Pontificem Rom. non dubitauit scribere: *Murmur loquar & querimoniam Ecclesiarum; truncari se clamitant ac demembrari. Vel nullae vel paucae sunt, quae plagam istam aut non doleant aut non timeant. Quaeris quam? subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis &c. sic factitando probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed iustitiae forte non ita. Facitis hoc quia potestis; sed vtrum & debeatis, quaestio est.*

Add.

Digitized by Google

Add. Eiusdem Epist. (8) vbi ad Papam Innocentium scribit: *Vox vna omnium, qui fideli apud nos cura populis praesunt, iustitiam in Ecclesia deperire, annulari ecclesiae claues, episcopalem omnino vilescere auctoritatem, dum nemo episcoporum in promptu habeat vlcisci iniurias Dei, nulli liceat illicita quaeuis, ne in propria quidem paroecia, castigare. Causam referunt in Vos, curiamque Romanam. Recte gesta ab ipsis (vt aiunt) destruitis, iuste destructa statuitis. Quique flagitiosi & contentiosi de populo siue de clero aut etiam ex monasteriis pulsati currunt ad Vos, redeuntes iactant & gestiunt, se obtinuisse tutores, quos magis vltores sensisse debuerant. &c.* Idem D. BERNHARDVS (9): *Hoc solet habere praecipuum Apostolica sedes, vt non pigeat reuocare, quod a se forte deprehenderit fraude elicitum, non veritate promeritum, &c. Recuperauit* (Archiep. Treuirens.) *sedi Episcopali monasterium, tanquam clauam de manu Herculis extorquens in manu fortiori. &c. Adsit Dominus, ne iterum possit ei subripi a monachis, non tam (vt simulant) appetentibus libertatem,* SED FVGITANTIBVS DISCIPLINAM. Caeterum exemptionibus illis a Iurisdictione Episcoporum arcanas subfuisse rationes, prudentes hodie non ignorant. Quanquam Pontifex Martinus V. in Concilio Constantiensi An. MCCCCXVII. cordate satis testatus sit, exemptiones huiusmodi saepius praeter fas & aequum ac plerumque ad importunas preces ab Anteceſſoribus fuisse decretas; iisdemque adeo in posterum impetrandis viam quacunque ratione occludere statuit, vt Bulla Eius docet heic subiungenda:

„ Martinus Episcopus, Seruus Seruorum DEI: Attendentes, quod a
„ tempore obitus felicis recordationis Gregorii Papae XI. Praedeceſſoris No-
„ stri, nonnulli Romani Pontifices, aut pro Romanis Pontificibus se gerentes,
„ & in suis diuersis obedientiis reputati, pro sua voluntate, aut per importuni-
„ tatem petentium nonnullas Ecclesias, Monasteria, Capitula, Conuentus,
„ Prioratus, beneficia, loca, & personas a iurisdictionibus ordinariorum tem-
„ pore dicti Gregorii nullatenus exemptos vel exempta, de nouo a dictorum
„ ordinariorum iurisdictionibus exemerunt, in graue ipsorum ordinariorum
„ praeiudicium; Nos volentes huiusmodi praeiudicio obuiare omnes exemptio-
„ nes Ecclesiarum Cathedralium, Monasteriorum, Capitulorum, Conuentu-
„ um, Prioratuum, beneficiorum, locorum, personarum quarumcunque,
„ etiamsi ex praedictis aliquod Monasterium diuersi habitus vel coloris a tem-
„ pore obitus dicti Gregorii XI. per quoscunque pro Romanis Pontificibus se
„ gerentes, etiam, si per nos forsan approbatae fuerint ex certa scientia vel in-
„ nouata parte non vocata de nouo factas, quae tamen ante exemptionem hu-
„ iusmodi nulla exemptione gaudebant, sed simpliciter subiiciebantur ordinariae
„ Iurisdictioni, nullumque ante illud tempus habuerunt initium, (exceptis tan-
„ tum exemptionibus, quae vni toti Ordini & quae Ecclesiis, Monasteriis, Ca-
„ pitulis, Conuentibus, beneficiis siue locis a praedicto tempore sub modo ex-
„ emptionis aut conditione fundatis, aut contemplatione nouae fundationis, seu
„ Vniuersitatibus studiorum generalium, aut Collegiis Scholarum, aut per mo-
„ dum confirmationis, augmenti aut additionis factae fuerint aut concessae, aut
„ super quibus praesentibus & auditis, quorum intererat, authoritate compe-
„ tente ordinatum fuerit, seu in quibus ordinarii consenserint) & omnes exem-
„ ptiones perpetuat per inferiores, a Papa factas, sacro approbante Con-

Digitized by Google

„ cilio reuocamus, etiamsi super ipsis lis pendeat indecisa, ipsam peni-
„ tus extinguentes, Ecclesias, Monasteria & alia loca praedicta in pristinam or-
„ dinariorum iurisdictionem reducimus. Caeteris autem exemptionibus ante
„ obitum dicti Gregorii habitis vel concessis, nullum volumus per hoc praeiu-
„ dicium generari. Insuper non intendimus exemptiones de coe-
„ tero facere, nisi causa cognita & vocatis quorum inter-
„ est. „ Conf. Brow. (10) Vtcunque vero hoc sit, ab exemptione Ecclesiastica ad secularem argui prorsus nequit.

(1) Petrvs Blesensis *Epist. ad Alex. III. B.* ait: *Quid est eximere a iurisdictione Episcoporum Abbates, nisi contumaciam ac rebellionem praecipere & armare filios in parentes.* Add. *Can. Peruenit. 39. caus. 11. qu. 3.* (2) Vid. *cap.* NE DEL. 43. *de Simon.* vbi Felinvs: *Licet multa sint priuilegia Ordinis Cistercïensis, sunt tamen ordinario loci iure communi subiecti.* (3) Sic Monasterii Ebracensis in Franconia Abbates diserte sub hac formula iuramentum praestare legimus in Causa Herbipol. *num. 44. Document. Adiunct.* (4) Abbates ante benedictionis munus acceptam solebant Episcopis edere subiectionis & obedientiae professionem, cuius formulam Abbatibus Cistercïensibus dedit Honorivs III. in *d. cap. Ne Dei Ecclesiam. 43. de Simon.* Ant. Dadin. Alteserra *l. 2. Ascetico c. 5.* (5) *Tom. 1. ad An. MCXIV.* (6) *In antiqua Pomeranorum Rep. p. 98.* (7) *In libris de Consideratione.* (8) 178. *& seq.* (9) *In epistol. seq.* 160. (10) *In Annal. Trevir. L. 14. ad An. MCXXXIX.*

§. XVII.

De exemptione a iudiciis.

Rescriptum Vrbani nihil aliud quam fori priuilegium tribuere, verba eius, *Ne quis vos ad secularia iudicia trahat, &c.* aperte satis indicant. Exemptio autem a foro non statim eximit a totali iurisdictione. Quanquam & illud Vrbani Rescriptum in Imperio nostro inualescere haud potuisse, institutum Aduocarorum, qui non tantum in res, sed & homines monasteriorum ab antiquissimis temporibus Iurisdictionem exercuere, satis euincat, de quo infra Sect. III.

§. XVIII.

De immunitate a tributis & vectigalibus.

Exemptionem a tributis firmari Alexandri Pontificis, id nomen tertii, Decretali in *cap. Recolentes. 3. X. de stat. Monach.* frustra sibi persuadent Cistercienses. Equidem dictus Pontifex ibi testatur, Cistercienses villas, Ecclesias & altaria possidere, *fidelitates & hominia* (in vetustissimo exemplari additur: *& onera*) *benigne suscipere, iustitiarias & tributarias tenere.* Hoc tamen ipso non videtur improbare, quod Cistercienses homagiis se obligent, in iudiciis Secularibus compareant, & tributa praestent; Sed potius, quod contra Ordinis sui regulas villas, Ecclesias & altaria possideant, vnde illi effectus non poterant exoriri, vt supra §. X. huius Sect. ex Manriquio ostendimus. Et sane immunitati huic refragatur exemplorum in alteram partem cumulus. In Gallia in Monasteriis Regiae, Ducalis & Comitatensis fundationis Reges iam olim vsi iure imponendi militem veteranum in alimentarium, eoque onere etiam teneri Prioratus Conuentuales electiuos, modo reditus non sit minor mille vel ducentarum & mille librarum, testatur Ant. Dadin. Alteserra (1). Eodem iure potiti Reges Angliae, eodemque

Digitized by Google

que abusum Eduardum III. in gratiam veterum Patauinorum refert MATTHAEVS WESTMONASTERIENSIS (2). Add. idem ALTESERRA (3). Ipse MANRIQVIVS (4) cum glorioſum Ciſtercio factum, quo videlicet Alphonſus Portugalliae Rex Claraeualli (filiae Ciſtercii tertio genitae, vid. Prolegom. §. V.) vectigal conſtituit, quaſi OB SVSCEPTAM IN FEVDVM LVSITANIAM, ceu rem ſine exemplo, commendaſſet, ita pergit: *Sic olim Regna Coenobiis vectigalia hodie Coenobia vectigalia regnis; aut minor pietas, aut maior indigentia, atque haec forte maior, quia illa minor.* IDEM ait (5): *Neque abnuo haec ſubſidia neceſſaria, nec recuſanda bonis, ſi modeſte tractentur, & cum ea, qua decet moderatione.* Ac paulo infra (6): *In Anglia nullum a penſitatione decimali, neque etiam Ciſtercienſes, exemptum lego, ſeu maiori cupidine flagrabat Henricus Rex: ſeu maiori modeſtia Balduinus, qui praeſedit Concilio, in quo indicta. Quippe non alios efficacius perſuaſurus ad ſubeundum onus, quam* SI SVORVM HVMERIS IMPONI, ATQVE AB EIS ACCEPTARI CONTEMPLARENTVR (7). Refragatur alterius ipſa Pontificum confeſſio, ſponte an ſecus facta? Nam Innocentius IV. cum Clauſtrum Hemmenrode Ord. Ciſt. a Pedagiis, &c. liberare conaretur, conſulto adiecit: QVAE PRO HIS A SECVLARIBVS EXIGVNTVR. Ap. NICOL. HERSIVM (8). Dein priuilegia Paparum (queis toruis oculis omnia Imperii Principum Iura intueri moris erat) ſingulis quandoque Monaſteriis Ord. Ciſt. indulta, ne tributis vlliue exactionibus onerentur, non terruere Regionum Dominos, ne quidem eos, qui Romanae Eccleſiae inſtituta alias obſeruant, vt vel latum vnguem a poteſtate Diuinis humanisque Legibus ſibi ſtabilita remitterent. Quod ipſum exemplo opulentiſſimi Coenobii **Schönthal** Ord. Ciſt. in Sylua Ottonica, candide fatetur MAGERVS (9). *Notum eſt*, inquiens, *atque his in partibus apud omnes vulgatum, Principem Electorem Moguntinum, Monaſterii* **Schönthal** *Protectorem, a Praelato & Conuentu ibidem Collectas ſumere*, QVOD NON MINVS APVD ALIA COENOBIA (10) PASSIM FIERI *ignotum haud eſt.* Idem (11): *Quood vero Elector Moguntinus a praedicti Monaſterii* **Schönthal** *Abbate & Conuentu, tanquam clientibus, collectas recipiat, ideo fit, quod Principem territorialem ibi locorum ſeſe eſſe perbibeat.* Vnde miror adeo ſui oblitum MAGERVM, vt *eod. num.* ſtylum verteret, aſſerendo, perſonas Eccleſiaſticas, nec ab iis, in quorum ſunt protectione, neque etiam ab illis, in quorum degunt & ſita habent territorio bona, collectis grauari poſſe. In literis a Gubernatore & Regimine Landshutenſi ad Georgium, Com. Palat. Rheni Ducemque Neoburg. An. 1599. datis, illi teſtantur: **Daß das Gottshauß Kayſersheim in Ew. Gn. Land, Landgericht und Halßgericht gelegen, welchermaſſen auch daſelb Gottshauß Ew. Gnaden von Alters hero mit aller Lands-Fürſtlicher Obrigkeit, Raiſſen, Steuer in die Landſchafft zu kommen, und anderer weltlichen Obrigkeit unterworffen. ꝛc.** ap. Autorem Deduct. Palat. Neob. (12) Et Iohannem, Monaſterii Eberacenſis Abbatem, erga Epiſcopum Herbipolitanum Anno 1551. ingenue profeſſum legimus: **Hat ſich Ew. Fürſtl. Gnaden Gnäd. zu erinnern, daß Ew. Fürſtl. Gnad. deroſelben Stiffts und meines Gottshauß Unterthanen geſchätzt, auch ſolche Schätzung je und allwege eingenommen, und ſie die Unterthanen ſolche keiner andern Herrſchafft nie nicht geben.** Ap. Aut. Cauſae Herbipolenſis (13). Cui reſpondent literae praefati Epiſcopi ad Albertum, Marchionem Brandenburgicum *d. A.* miſſae, quas idem Autor exhibet

hibet (14), vnde sequentia delibamus: **Wollen Ew. Lbd. in freundlicher Meynung nicht bergen, daß gedachtes Closter** Eberach **mit allen und jeden zugehörigen Unterthanen und Leuten, mit allen** contributionen, **Schatzungen, Steuren und was demselben anhängig, niemand anders, dann Uns und Unserm Stifft, als Ihrem Lands-Fürsten,** Ordinario **und ordentlichem Schutz- und Schirm-Herrn verpflicht- und zugehörig stehe; deß auch Unsere Vorfahren am Stifft, und Wir also uff Ihnen geruhiglich und ohne Eintrag Männiglichs hergebracht, sie auch aus schuldigster Pflicht Uns jedesmahls damit gehorsamet haben.** Conf. Monument. Würtenb. (15) vbi Eberhardus Comes Würtemb. ad fratres Bebenhusanos: **Bitten uch mit Ernste, Uns zu einer Hilffe achthundert Gülden herzuschiessen, ꝛc. und darinn wie die andere Unsere Prelaten gutwillig zu bewissen.** Et paulo superius: **Wie vormahls och geschehen ist.** Neque precario tributum illud solutum esse, (vt falso autumat Editor dd. Monum.) verba: **Bitten uch mit Ernst,** satis euincunt. Et si ciuiliter tractasse Religiosos alias laudi dicitur, cur hoc in odium optimi Comitis retorqueri deberet? cur mitior compellatio obligationis nexu debitorem exsolueret? Quo nihil absurdius dari potest. Longe aliter dispositit Regimentum Würtembergicum ap. eundem Editor. (16) **daß solche Gottshäuser und Prelaten, genädiglich, und mit ziemlich ehrbarer Maaß, bedacht und gehalten werden,** NB. **damit durch dieselben zu der Notturfft dieß Fürstenthumbs getrewe Hilff und Beylagung desto stattlicher und fürständiger geschehen mög.** Denique luculentissimum eius rei testimonium praebet MIRAEVS (17), vbi, postquam recitasset querelas aliorum Ecclesiasticorum contra Cistercienſium immunitates, addit: *Caeterum Cistercienses non obstantibus huiusmodi priuilegiis* NON ESSE IMMVNES VBIQVE LOCORVM, ET NESCIO AN VLLIBI A SOLVENDIS DECIMIS ET EXACTIONIBVS, *nulli dubium est, & ipsi satis superque experiuntur. Et sane aequum est, grassante incendio omnes incurrere ad ferendam aquam, & melius, vt pereant aliqui, quam omnes.* In bello contra rusticos superiori aeuo tumultuantes Philippus Hassiae Landgrauius a pensitatione communi omnibus Ecclesiis ac monasteriis, ditioni suae subiectis, indicta nec Coenobium Haynense Ord. Cist. liberum esse voluit; Id quod Annotator (Monachus haud dubie vel ipse Abbas Haynensis) ad Fascicul. Tempor. (18) his verbis indicat: *Eodem tempore circa festum Philippi & Iacobi nisus est Princeps Philippus nomine Hassiae extendere arma contra rusticos apud Fuldam. Eandem Ciuitatem vi occupauit ibidemque ducentos rusticos interfecit, deinde ad Franckenbusen tendit iter. Rusticorum maxima cohors Hassiacos expectauit, ac inuenerunt, quem quaesiuerunt. Confossi sunt ipsa die Idus prope Franckenbusen septem millia rusticorum, quorum animae requiescant in pace. Deinde facta est per dictum Principem Philippum perpenditio tam in aureis vasis quam argenteis per omnes Ecclesias & Monasteria totius Regionis Hassiae. Equorum numero nos Haynenses non sine damno effugere potuimus. Praecipue missimus versus Cassel mille aureos in vtensilibus rebus.* &c. &c. Verum ab hoc genere tributorum, quod publica necessitate vrgente a Regionum Dominis imperatur, Cistercienses eximere velle insulsum foret, post & LL. Imperii & experientia docuerunt, bona ecclesiastica indistincte omnia extraordinariis collectis subiacere, vt supra Sect. I. §. VIII. dictum. Add. Rec. Imper. de

Digitized by Google

de A. 1548. §. Damit aber gemeine Stände 102. ibi: Geiſtlich und weltlich ꝛc. ſie ſeyen exempt oder nicht.

(1) *L.* 10. *Aſceticon c. 9. in calce.* (2) *Ad An.* 1405. (3) *Lib.* 1. *de Ducib. & Comit. Provinc. Gall. c.* 12. (4) *Tom.* 1. *ad An.* MCXLII. *c.* 5. (5) *Tom.* 3. *ad An.* MCLXXXVIII. *c.* 1. *n.* 11. (6) *n.* 12. (7) Idem de Clero Anglicano in vniuerſum praedicat Edit. CHAMBERLAYNE *pag.* 270. *de l' Etat de l' Angleterre* ſic inquiens: *Pour ſervir d' exemple aux Laics, ils ſe taxent ſouvent eux-mêmes à de ſommes fort conſiderables.* (8) *In Manip. Hemmenrod.* (9) *c.* 10. *n.* 174. (10) Etiam Imperialia. vid. Autor *Notit. Procer. S. R. I. pag.* 155. Edit. de An. 1698. vbi notanter ait: *Non pauci Praelatorum, qui Imperii ciuibus adſcripti, onera ſibi Imperii nomine indicta, non proxime in Imperii, ſed in Principum aerarium ingerunt; vt proinde in Conuentibus publicis cogantur tantum non omnia dicere gerereque ad nutum Patronorum, quemadmodum Conringius loqui amat in Notis ad Lampad. p.* 3. *c.* 6. *p.* 216. (11) *num.* 191. (12) *pag.* 277. (13) *num.* 29. (14) *num. ſeq.* 30. (15) *In Monaſt. Bebenhuſ.* (16) *pag.* 94. Summariſchen *Extracts.* (17) *Chronic. Ciſtercienſ. pag.* 150. *ſeq.* (18) *Act.* 6. *An.* MDXXV.

§. XIX.

Exempla quoque Dominorum, qui monaſteria Ordinis Ciſtercienſis a tributis liberauere, eorundem ius abunde probant. Ita Monaſterium Kaldern, quod inter dotes Academiae huius Ludouicianae eſt, in ditione Haſſo-Caſſellana ſitum, cum Ludouico Epiſcopo Monaſterienſi liberauit An. MCCCXXXVI. Henricus Haſſiae Landgrauius. Verba chartae ex autographo deſcriptae ſunt:

Nos Ludouicus Dei gratia Monaſterienſis eccleſiae Epiſcopus & Henricus eadem gratia Landgrauius, terre Haſſie dominus, praeſentibus profitemur. Quod cum inclita domina Sophia, & dominus Henricus Landgrauius, noſtri progenitores, quondam bona ſanctimonialium in Kaldern, in Brungershauſen & in Berchheim ſita liberauerint. Nos vero ipſorum veſtigiis inhaerentes DICTA BONA ET POSSESSORES EORVNDEM AB OMNI EXACTIONE, PRECARIA CONTRIBVTIONE, ET ALIIS SERVITIIS NOBIS DE IPSIS FACIENDIS LIBERAVIMVS *& praeſentibus liberamus. Et vt dicta liberatio per nos facta a nobis & noſtris heredibus inuiolabiliter obſeruetur, dedimus praedictis ſanctimonialibus preſentem literam ſigillis noſtris firmiter roboratam. Datum Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo ſexto, feria tertia poſt Simonis & Iude.*

Pariter Vlricus Comes de Helffenſtein An. MCCXCVIII. Bebenhuſanos liberabat a telonio Geiſslingenſi:

Nos Vlricus Dei Gratia Comes de Helffenſtein tenore preſentium publice profitemur. Quod nos Monaſterio & fratribus in Bebenhuſen Ciſtercienſis Ordinis Conſtantienſis Dioeceſis DONAVIMVS *& donando perpetuo remiſimus cauſa diuinae retributionis, nec non ob ipſorum fratrum amicitiam ſeu* GRATIAM SPECIALEM, *Teoloneum quod in ſtrata noſtra Geyslingen de transuectura vini ipſorum* NOBIS EX ANTIQVO IVRE SEV DEBITO SOLVI VEL DARI DEBERETVR. *Et vt haec donatio, ſeu donationis gratia robur firmitatis obtineat, praeſentem chartam memoratis fratribus dedimus, ſigilli noſtri munimine roboratam. Datum Geyslingen, &c.* ap. Editorem Document. Würtemb. (1) Quomodo Ioannes Lotharingiae & Brabantiae Dux An. MCCLXXXIII. in bonis Monaſterii Vallis Dei (2), ordinis Ciſterc. ſibi cenſus, reditus & taillas reſeruauerit,

Digitized by Google

eademque poſtea liberauerit (3), ſequens charta e Iongelino deprompta docebit:

Nous IEHAN par la grace de Dieu Dux de Lothier & de Brabant, faiſons à ſcavoir à tous ceulx, qui ces preſentes lettres veront & oiront; que nous pour noſtre proſict & noſtre vtitilité avons venduà Religieux homes l' Abbé & le Convent de le Val-Dieu, de l' Ordre de Cyſteaux, de l' Eveſchié de Liege, pours trois Cens & cinc quanté marcs de Ligois, cinquante muis de bleit de Regon, à la meſure de Liege, que ilz nous debuoint heritablement chacun an payer en noſtre Chaſteau de Dolhain, de terre qui giſt aut territoir de Warſage, que ilz ont tenu de nous en heritage pour la ſomme de bleit devant nommée, & trois *marcs & demy de Liegoys, a tout vint & ſix chapons, ou laentour, & trois d' avaine à la menſure de Liege, & neuf ſombrins de Regon,* que ils nous payent chacun an pour cens, pour pieches, pour tailles de terre, que ils tiennent de nous au territoir d' Auble & de Warſage deuant dict, *laquelle ſomme de deniers nous avons donné & convertus en l' achat que nous avons faict à l' Abbeſſe & Convent de Bourchis de l' Ordre de Cyſteaux pour la ville de S. Andrieu & les villes, que y apendent, pour les ſommes, pour les maſmers, pour la juſtice & pour ſeize marcs de Liegeois, de cens, & cent chapons, que eux meſmes donent chacun an des villes deuant dictes, & les Abbes & Conuents de le Vall-Dieu deſſus nommez* doiuent a nous, & à nos hoirs aprez nous payer heritablement pour la terre de VVarſage & d' Auble, que ils tiennent de nous, chacun an un denier d' or, qui doit valoir trois Liegois, & pour tant ſeront quicte ligement, quictes les clamons entierement & bonnement pour nous & pour noz heritiers, qui apres nous verront, de tous trecens, rentes, cens, & tailles, que ils nous doibuent, ou debuoir peuvent a jourdhuy, *& renonchons entierement & expreſſement a touttes exceptions, & aultres droictz de S. Egliſe & de ſiecle & à tous priuileges & graces impetrées ou a impetres, qui nous poroint valoir au aider, & l' Abbé & le Conuent deuant nommé nuire & grever en tout ou en partie, en droict de ce marche & des convenances devant nommées, & cognoiſſons, que le devant dit Abbé & le Convent nous ont bien payé entierement, en bonne monnoye & courante, de la ſomme deuant dicte, de trois cens & cinquante marcs & bonnement les clamons quictes, en teſmoignage des noz preſentes leteres ſcellées de noſtre ſcel, données en l' an de la Incarnation noſtre Seigneur mil deux cens, quatre vins & trois, le mardi apres Pasques.*

Huius quoque loci eſt Archiepiſcopi Treuirenſis Hillini priuilegium, apud Nicol. Heesivm (4): *Statuimus, vt in omnibus Curiis noſtris, in quibus Nos vel ſucceſſores noſtri pro aliqua neceſſitate exactiones & precarios poterimus facere: Tu (Randulphe Abba) & Eccleſia tua de Hemrode Ord. Ciſt. de omnibus quae ibidem poſſidetis, liberi ſitis ab omni precaria & exactione, tam noſtra quam ſucceſſorum noſtrorum, aut etiam Miniſterialium Treuirenſis Eccleſiae noſtrae.* Eodem pertinet charta ſimilis tenoris apud laudat. Heeſium *d. l. Ego Gerhardus Comes de Are, omnibus hoc ſcriptum intuentibus, ſalutem in bono ſalutari. Nouerit vniuerſitas veſtra, quod ego vna cum coniuge mea Antigona, filiis meis Theodorico & Ottone, & aliis annuentibus, Fratribus de Hemmenrode, pro remedio animarum noſtrarum, libera voluntate conceſſimus, vt in cunctis poſſeſſionibus ſuis, QVAS IN NOSTRA POSSIDENT IVRISDICTIONE, mera gaudeant libertate, ipſos ab omni exactione & precariis & quibuscunque vexationibus a nobis & a noſtris liberos ſtatu-*

Digitized by Google

statuentes. Acta sunt haec Anno Dominicae incarnationis MCCCXIII. Caeterum quod Cistercienses etiam ex hac clausula, *ab omnibus vexationibus* &c. omnimodam libertatem elicere conantur, satis ieiunum est. Nam clausula illa plerisque fundationum aut donationum literis adiici est solita. Ita Wilhelmus Dominus de Manderscheid ap. eundem HEESIVM (5) dicto Hemmenrodensi Coenobio promittit: *Religiosos, & eorum Monasterium, nec non grangias, seu curtes eorum in huiusmodi vsurariis, syluis, pascuis, & iuribus supra dictis, non inquietabimus, neque molestabimus, per nos, alium, seu alios, directe vel indirecte, quolibet modo in futurum.* Eiusmodi autem prohibitio vexationis & molestationis, a iurisdictione territoriali monasterium nullo modo liberat. Siquidem vt alias molestia tunc dicitur inferri, quando de facto extra iudicium fit; non autem cum de iure in iudicio: vt bene docet post multa allegata MENOCHIVS (6), ita perquam iniurius esset in Regionum Dominos, qui sublimium territorii iurium qualecunque exercitium, etiam intra terminos iusti & aequi se continens, ita temere nuncupare vellet.

(1) *De Monast. Bebenhus. N. XVI. p. 389.* (2) Duo Cistercienses Ordo habet eiusdem nominis Coenobia. Vnum in Austria situm est, sub Dioecesi Patauiensi: Alterum in Ducatu Limbourg, ad Leodicensem spectans Episcopatum. Quod vltimum huius loci est. (3) Non simpliciter, sed sub modo, vt aiunt ICti, & indicant verba chartae: *Les Abbés &c. doiuent à nous payer heritablement chacun an un denier d'or, qui doit valoir trois Liegois & pour tant seront quittes. &c.* (4) *In Manipulo Hemmenrod. tit. 18. p. 49.* (5) *Pag. 44.* (6) *Conf. 230. n. 19. seq.*

§. XX.

Circa immunitatem a decimis obseruandum, vocabulum Decimarum haud raro laxa nimis notione tributa, gabellas, &c. comprehendisse, quo sensu id vsurpat laudat. MANRIQV. (1) Deinde licet decimae obtentu religionis introductae ac Ecclesiis assignatae fuerint: Ab his tamen ad prophanos etiam priuatae conditionis homines peruenisse. vid. Nostra Dissertatio (2) (vbi simul notat errorem eorum, qui ius ἀποτεκατοῦσθαι siue percipiendi decimas vniuerse inter regalia retulerunt). Priuilegio modum imposuit Adrianus IV. illud restringens ad decimas noualium, de quibus olim decimae non soluebantur *cap. commissum. X. de decimis.* IOANN. SARESBERIENSIS (3) ita refert: *Inde est, quod, cum ad compendium auaritiae priuilegia trahi conspiceret beatus Adrianus, volens ea omnia reuocare, licentiam eorum hac datione compescuit, vt quae de laboribus vsurpant circa noualia duntaxat interpretetur.* Hucusque Saresberiensis. Idemque Pontifex solis Cistercien sibus Templariis & Hospitalariis indulsit decimas laborum suorum, id est, praediorum quae propriis manibus & sumtibus excolunt: Caeteris vero remisit tantum decimas praediorum, quae propriis manibus vel sumptibus colerent. Quae omnia confirmauit Alexander III. *cap. ex parte. de decimis cap. cum ordinem. de Rescriptis.* Coeptum est hinc quaeri, quid per noualia intelligi debeat? Super ea re consultus Innocentius III. respondit, cuius definitio extat *cap. quid per nouale. de verb. signif.* ex lib. X. ep. 110. eiusdem Innocentii; Sed rursum hinc orta est grauis controuersia aeuo Gregorii noni. Nam quae Innocentii Pontificatu noualia fuerunt, noualium appellationem videbantur amisisse, itaque Gregorius respondit *in cap. consultatio. de priuil. & excess. priuilegiat.* Et quam-

Nec non a decimis.

Digitized by Google

quamuis Concilium Lateranense An. MCLXXIX. sub Alexandro III. habitum diserte statuerit, ne Laicis deinceps Decimae soluerentur, *cap.* 17. & 19. *X. de decimis.* eo quod decimae censerentur esse iuris spiritualis, cuius Laici haud sunt capaces, *c. fin. cauſ.* 10. *qu.* 2. Kirchov. (4) Istam tamen prohibitionem locum non habuisse in decimis temporalibus, quae proprie non decimae vocantur, sed decimationes, vid Card. Tvsch. (5) nec in fructibus decimarum, qui non sunt spirituales, sed temporales, ideoque collectari, vendi & permutari possunt, innuit Mager. (6) vbi late defendit, ius percipiendi decimas Aduocatis Laicis honorarii annui loco assignari, atque in feudum concedi posse. Caeterum priuilegia Cisterciensium circa decimas supra recensita; haudquaquam diu salua perstitere. Nam cum Monasteria illorum vltra modum per orbem multiplicarentur, ac tot acquisitis possessionibus nimium grauarentur Ecclesiae Parochiales, queis decimas ab iisdem exigere non erat integrum; post LXXX. annos, plus minusue, nempe in Concilio generali Lateranensi (7), sub Innocentio III. celebrato, exemptio rursus in hunc modum limitata est, vt acquisitis hactenus terris libere quidem retentis, de acquirendis ex illa die decimas cuique soluere iuberentur. Vbi notari meretur iam nominati Pontificis Epistola ad querelas Episcopi Quinque Ecclesiensis scripta, ap. Manriqv. (8) cuius haec sunt verba:

„ Monachis Cistercienſis Ordinis, & Hospitalariis Quinque Ecclesiensis „ Dioeceſis. „

Venerabilis frater noster Quinque Ecclesiensis Episcopus nobis intimare „ curauit, quod vos extendentes ad turpia lucra manus vestras, multitudinem „ emitis vinearum, de quibus sibi, vel Ecclesiae suae Dioeceſis decimae solui „ solent. Quarum vinum, licet nequaquam in vsus vestros expendatis, sed „ vendendum faciatis ad alias Prouincias deportari: decimas tamen sibi, vel „ ipsis Ecclesiis subtrahitis ex eisdem. Cum igitur ex hoc Ordini vestro plurimum detrahatur, vniuersitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus ab his de caetero taliter desistatis, quod materia scandali auferatur, & „ super hoc de vobis clamor ad nos vlterius non ascendat; scientes nobis esse „ merito formidandum, ne propter clamores huiusmodi sacrum Concilium, auctore Domino, in proxime celebrandum priuilegia vestra, coarctanda prouideat, vel etiam reuocanda; CVM PRIVILEGIVM MEREATVR AMITTERE, QVI CONCESSA SIBI ABVTITVR LIBERTATE. Datum „ Laterani, duodecimo Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno decimo sexto. „

Summam legis tum Cistercii fratribus praescriptae ita refert citatus Autor d. l. „Decimas soluendas ex cunctis praediis, quae deinceps acquirerent, siue „ pretio empta, siue donata fidelium largitione: sufficere, quae hactenus habebant, tam sibi quam hospitibus pauperibusque; reliqua vero vel omnino „ respuenda, vel subitura onus, quod, nisi alios supra modum grauent, nunquam effugiant; aut si vellent grauare, merito vel inuiti defraudarentur. „ Vid. *cap. Nuper Abbates. X. de decim.* Nec tamen sequenti tempore in possessione exemptionis securi mansere Cistercienses, quin crebro ab aliis controuersiae ipsis mouerentur. Eas singulatim iterum enarrat Manriqve (9): „Imprimis de praediis acquisitis ante Concilium tentatum est, quoties per eos coli „ desiissent, decimalia constitui, non vltra ad exemptionem reditura, etsi ad „ ipsos redirent, & iterum per eos excolerentur. Nam cur non reditus pro acqui-

Digitized by Google

„ acquisitione sit: & veluti de acquisitis de nouo, de his, quae ad ipsos de no-
„ uo redierunt, soluere debeant? cum maxime Concilii intentio fuerit conser-
„ uare Ecclesias Parochiales in decimis, quas semel accepissent; neque
„ accepisse minus ab his praediis, quando per alios culta, quam si
„ nunquam a nostris possessa essent. Deinde de Noualibus aiebant, si post
„ Concilium acquisita fuissent, soluendas decimas, neque Honorii super hoc
„ declarationem, extremis annis datam valorem habuisse: quippe prolatam
„ contra inauditas partes, & adeo nequierint condemnari. Tertio de animalibus
„ quibusque eandem ac de terris rationem fieri, vt pro his, quae habuissent
„ ante Concilium, immunes essent, secus de his, quae postea acquisissent: nam
„ quae in vno militare ratio posset, cur non in alio? Quare cum foetus post
„ Concilium nati, post illud acquisiti censendi essent, consequenter fiebat, vt
„ non solum de acquisitis de nouo gregibus, emptione aut donatione, sed de
„ praehabitis tenerentur soluere, & iam nulla exemptio remaneret. Demum
„ de hortis virgultisque, sicut de praediis decimam partem fructuum perfol-
„ uendam, si de nouo acquisita, quia talia; si ante possessa, saltem de arbori-
„ bus, quae in illis de nouo, aut hactenus plantatae essent, aut plantarentur.
„ Atque haec omnia cohibentibus Episcopis, & se in priori iudicio a nostris vi-
„ ctos, iam velut vltro in hac secunda parte congratulantibus, Plebani & alii,
„ non tam exigebant, quam vsurpabant.„ Postremo nec hoc omittendum, vniuersalem ante dictum Lateranense Concilium a decimis exemptionem Cistercienſibus iure meritoque in dubium vocari. Manifesto eam infringunt antiquiores chartae; interque illas Eugenii III. (10) priuilegium Coenobio Hemmenrodensi iam An. MCLII. concessum, contrarii plane tenoris, apud HEESIVM (11). Vnde sequentia delibamus: *Sane laborum vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis* (12) *vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas praesumat exigere. Illis solis exceptis, de quibus annuum censum reddere spontanea voluntate per manum Venerabilium Fratrum nostrorum bonae memoriae Alberonis, quondam Archiepiscopi, Hillini successoris eius, & Ecclesiae Treuirensis, constituistis. De Grangia scilicet Winterbach, pro vniuersis quae decimari debent, Clerico sex nummos,* Laico sex Maldra siliginis. *De Grangia Hemmenrod, Clerico sex nummos, pro vniuersis, quae habetis in territorio curtis Witüche, & decimari debent, Clerico vnum Maldrum siliginis, & aliud auenae. Illi vero, qui duas partes decimationis habet, duodecim nummos, de omnibus quae habetis, & decimari solent in territorio curtis Altreie Clerico vnum maldrum siliginis, & aliud auenae.* Laico sex maldra siliginis & quinque auenae. *De omnibus quae habetis in territorio Nouiant & Maranch, Clerico sex nummos. De vineis, quas habetis Restene, Clerico duodecim nummos. De vineis quas habetis Chemetam, Clerico duodecim nummos. De vineis quas habetis Ludenesdorph, Clerico quatuor nummos,* & Laico octo &c.

(1) C. 1. (2) *De superior. territ.* §. 50. (3) *De nugis Curial. lib.* 7. *c.* 21. (4) *Conf.* 2. *num.* 33. *vol.* 5. (5) *Tom.* 2. *lit. D. concl.* 62. *n.* 4. (6) *De Adv. arm. c.* 9. *n.* 797. (7) Nimirum Innocentius III. in Concilio generali Lateranensi statutum Capituli Cistercienſis vetuit ne priuilegium de non soluendis decimis Cistercienſibus & aliis Regularibus concessum locum haberet in terris alienis & in posterum acquirendis, etiamsi eas propriis manibus & sumtibus excolerent *cap. super X. de decimis.* In nuda quaestione priuilegium Cistercienſium & aliorum

Digitized by Google

regularium de non praestandis decimis laborum confirmauit Alexander IV. *c.* 2. §. *statuimus. de decimis in 6to. Alteserrasl.* 7. *Ascetic. c.* 10. (8) *Tom. IV. ad An. MCCXIII. c.* 12. *n.* 3. (9) *Tom. IV. ad A. MCCXXIV. cap.* 5. *n.* 5. (10) Fuit ille Eugenius antea Cistercienſis Monachus & Diſcipulus S. Bernhardi, qui non vnas ad eum perſcripſit literas. Vid. Iongelin. *lib. I. pag.* 7. Meibomivs *in Chronic. Ridagshuſ. ſub init.* (11) *In Manip. Hemmenrod. tit.* 9. *pag.* 13. (12) Exemptio Monachorum a praeſtatione decimarum ex nutrimentis, (id eſt animalibus) quae ſancita eſt in *cap. ex parte X. de decimis*, male habuit Richardum Archiepiſcopum Cantuarienſem, ita perſtringentem Monachos Ciſtercienſes apud Petrvm Blesensem epiſt. LXXXII. *Vt quid in alienam iniuriam terras & nutrimenta Veſtra priuilegiari facitis, vt auferatis quod alienum eſt? Numquid Abel de nutrimentis ſuis, Dominum non reſpexit? Numquid iuſtiores eſtis primo omnium iuſto, vt vos contra Dei iuſtitiam erigatis?* conf. Ioannes Saresberiensis *l.* 7. *de nugis Curial. c.* 21.

§. XXI.

In Qvarto Argvmento *priuilegiis Imperialibus ſaepe obſtat falſae cauſae allegatio.*

Ad priuilegia Imperatorum, quae QVARTI fundamenti locum praeſtruunt Ciſtercienſes, in vniuerſum notari conuenit, quod Impp. reſcripſere in *L.* 1. *C. de petit. bon. ſubl. Lib.* 10. *t.* 12. ſe plerumque inuerecunda petentium inhiatione conſtringi, vt etiam non concedenda tribuant; nec locum igitur relinquendum Reſcripto adverſus formam latae legis extorto. Vnde ſi contra ius aliquid Caeſar concedit, per importunitatem petentis conceſſiſſe praeſumitur. Gail. (1) Nonnunquam & male inſtruitur Imperator, *c. f. de Reſcript. in* 6. Gail. (2) quando vel falſum narratur, vel verum ſubticetur, vel circumſtantiae negotii diſſimulantur. v. *l.* 7. *C. de diuerſ. Reſcript.* add. tot. tit. C. *Si contra Ius vel vtilitatem publicam vel per mendacium aliquid poſtulatum vel impetratum.* conf. Ernest. Cothmannvs (3) *vbi plures allegat.* Sic multa ab Imperatoribus obtinuiſſe Ciſtercienſes probabile eſt, quando Regionum Dominos, vt Tyrannos, vt inuaſores, vt expilatores Eccleſiarum &c. atro colore in conſpectu illorum depinxerunt. Deinde illa demum priuilegia citra ſurreptionis notam admittenda putat A. **der Lindauiſch. Ausführ.** (4) quibus ſpecialiter eſt inſertum mandatum de non amplius turbando. Quemadmodum Fridericvs II. Imp. Ann. MCCXXXII. *ad ſupplicationem venerabilis Abbatis in Bebenhuſen Ord. Ciſt. exemit bona ſua, quae monaſterium memoratum in Ezzelingen iuſte tenet ac poſſidet, ac inantea iuſto titulo poterit adipiſci, ab omni data, & exactione; & ipſum vult amodo in eiſdem bonis eſſe liberum, & immune:* MINISTERIALIBVS & CIVIBVS EIVSDEM LOCI SPECIALITER INHIBENS, QVATENVS NVLLVS ID CONTRA PRAESENTIS EXEMPTIONIS & IMMVNITATIS PAGINAM MOLESTARE PRAESVMAT &c. ap. Crvsivm (5). Confer Monumenta Wurtemb. (6) vbi dicta Friderici conſtitutio ab eius filio Henrico Rom. Rege, deinde Wilhelmo, Rudolpho, Alberto, intexta ſemper eadem formula, confirmata cernitur.

(1) 1. *Obſ.* 14. *n.* 7. (2) *D. l. n.* 6. (3) *Reſp.* 12. *n.* 84. *vol.* 4. (4) *P.* 632. (5) *Annal. Sueuic. p.* 3. *n.* 1. *c.* 8. (6) *Sub Monaſt. Bebenhuſ. Num. X. XI. XII. XIII. & XVII.*

§. XXII.

Priuilegia Imperialia ex aequitate, e iunioribus inſtrumentis, e praxi & generali obſeruantia, vt alibi dictum

Porro qualiacunque ſint Impp. Diplomata, interpretationem recipiunt

Digitized by Google

dictum. Quamobrem citatus A. der Lindauisch. Ausführ. cordatis facile probabit suam in hoc passu ἐπίκρισιν, quando statuit, Priuilegia Caesarea Monasteriis concessa pro libertate, id solum velle: *Ne per praedia & possessiones suas Ecclesia aliquatenus subiecta sit.* Quam formulam exhibet diploma CONRADI IV. Monasterio Eberacensi in Franconia indultum. De quo plura in Sect. III. §. 1. & 4. Quanquam istius Coenobii libertatem satis impugnet scriptum, a nobis iam aliquoties allegatum, quod prodiit A. MDCXCII. sub titulo: Causa Herbipolensis, **oder auffrichtige** Fundamental-**Vorstellung und Außführung der dem hohen Stifft Würtzburg zustehender hoher Geist- und Bischöfflicher** Ordinariat- **und** Dioecesan- **auch Welt- und Lands-Fürstlicher** territorial- **Recht und Gerechtigkeit in und auf dessen Closter Eberach, Cistertzienser Ordens** &c. Certe exemptiones huiusmodi Imperiales vltra Monasterii claustrum, **die Clausur und dessen Inwohner,** se non extendere, constanter asserit idem A. *Deduct. Lindau.* (1) suaeque sententiae robur addit e CAROLI IV. Imp. diplomatis, quae dedit Monasteriis Vettingen, A. MCCCLXX. (vbi nominatim ad muros & septa Monasterii libertas restringitur;) atque **Kaysersheim**, *d. An.* quod diserte inter alia statuit: **Es soll auch kein Person** &c. **keine Leut des Closters, die innerhalb der Etter und der Mauer daselbst wohnen, es seyen Münch, Leyenbrüder, Pründner, Diener, Amptleüt, Knecht oder ander Leüt,** &c. **kein Recht, Geistlich noch Weltlich haben, sie zu urtheilen und zu richten, oder zu büssen ohn allein der Abt und** Convent **des Closters, oder der Orden von Citel,** &c. Conf. **Salmanßweil. Erinnerung** (2).

ex aequitate recipiunt interpretationem, & stricta sunt.

(1) *P.* 852. (2) *Quaest. 3. pag.* 52. 54. *& seq.*

§. XXIII.

Rursus Imperator nunquam praesumitur priuilegiis, iuribus, statutis, consuetudinibus Principum Imperii aliorumque Regionum Dominorum derogare voluisse. Quin nec ex plenitudine potestatis, nec ex certa scientia, nec vllo alio modo ius alteri quaesitum tollere vel infirmare potuit: nisi vrgens publicae vtilitatis causa id exegerit & de causa tali euidenter apparuerit. vid. ZASIVS (1). Et cum alias ius & ratio postulet, si quando ex postfacto priuilegium euadat iniquum, ei standum non esse; *arg. L. 43. pr. D. de vulg. & pupill. substit. c. suggestum. 9. de decim. c. quamuis. 8. in fin. de Rescript. in 6.* cur heic diuersum obtinebit? Enimuero & hoc solenne fuit Imperatoribus, vt exemptionem flagitantia monasteria ad requirendum consensum Domini Territorialis, cuius interesset, compellerent; **Sie mußten von dem Landsherrn einen** Consens- **und Willenbrieff außwürcken.** Apud Editorem Document. Wurtemb. (2) RVDOLPHVS Rom. Rex A. MCCLXXV. Abbati & Conuentui Albae Dominorum Ord. Cist. huiusmodi gratiam facit, *vt de ipsorum curia, quam in oppido Wyle possident, nullam precariam, siue steuram, nullum prorsus seruitium compellantur, vel teneantur praestare,* &c. *EO QVOD DE COMMVNI CIVIVM EIVSDEM OPPIDI VOLVNTATE PROCESSERIT PARITER & CONSENSV.* Quo neglecto in arbitrio erat Regionum Domini, quantam vim inesse tali priuilegio vellet. Sic iam olim Ciuitas Lindauiensis priuilegium exemptionis a Caesare Conuentui sororum in dicta ciuitate datum, non

Nec censentur alterius iuribus derogare.

Digitized by Google

nisi sub certa conditione & insigni limitatione tolerauit confirmauitque. Subiiciamus chartam ob antiquitatem memoratu dignissimam.

» Vniuersis praesentis Scripti inspectoribus, Vlricus minister Lindaugen- » sis. Elyas, Cunradus Gebzo, Alber. Lazzaur. Fr. Werchmaister. Herman- » nus Sender, Vlricus Rienoltus Birchtil. iunior. nec non Eberhart. Buzibart. » Consules ibidem. Noticiam subscriptorum. Vt ea, quae fiunt, a memoria » hominum non tollantur, prodest ipsa sub testimonium redigere scripturarum. » Nouerint igitur, tam praesentes, quam posteri, quod nos de communi con- » silio & consensu, gratiam Magistre & conuentui sororum in Lindaugia dictis » an dem Stege, a Sereniſſimo Domino R. Dei gratia Romanorum Rege, factam » solemptniter & indultam, ita, quod de bonis suis, QVE INTRA LIMI- » TES IVRIS FORENSIS NOSTRE CIVITATIS iam habent vel possident, » videlicet de domo, in qua nunc habitant, stabulo eidem domui iuncto, Area » ex opposito dicte domus sita, Vinea Magistri Manigoldi, Vinea Marquardi » dicti Gaizzor, Vinea ad combustum torcular cum particula vinee quae dici- » tur Abbatisse. Similiter de bonis extra limites Iuris forensis (*Hoc synonymum* » *& aequiualens esse Iuri territoriali late ostendit A. Deduct. Lindau.*) iam acqui- » sitis vel imposterum acquirendis, vsque ad trecentarum estimatiouem le- » gitimam marcarum tallias seu alterius cuiuscunque generis seruitia, aliquate- » nus non exsoluant, perpetuo duraturam, praesentibus CONFIRMAMVS: » HIIS TAMEN CONDITIONIBVS INTERCLVSIS, quod si plura prae- » dia ad Ius forense nostre Ciuitatis pertinentia, emendo seu alio modo quo- » cunque habuerint, vel acquirent, DE HIIS IN TAILLIS ET IN ALIIS, » NOBISCVM SERVIRE TENEANTVR, NEC SVPER HVIVSMODI » PRAEDIIS DEBENT DE CETERO ALIQVAM GRATIAM IMPE- » TRARE. QVOD SI SECVS FECERINT, VOLVMVS, VT PRAE- » DICTA GRATIA, CVM NOSTRA CONFIRMATIONE INVALIDA » SIT PENITVS ET CASSATA. In huius rei testimonium & cautelam, » praesens instrumentum sigillo nostre Ciuitatis memoratis sororibus dedimus » communitum. Datum & actum Anno Domini MCCLXXXII. XVII. Kalend. » Ianuarii, Indict. XI. »

Qua simul occasione saepe citatus Autor **der Lindauischen Ausführ.** (3) sequentem differt in modum: **Solchem nach kan die den Sammlungs-Schwestern ertheilte Rudolphische Steuers-Befreihung, so viel deren von Lindau jährliche Reichbürd anbelangt, wohl statt haben; Aber des übrigen halber** (so an gemeiner Statt Nutz gehörig, & sic respectu iuris tertii) **entweder gar nicht, oder je ohne ausdrückliche** derogation **der Statt Rechtens, nicht Platz finden, und derowegen von der Statt erheblich darfür gebeten werden mögen. Nun aber sie die Statt, ein solches** per Caesaris honorem & sororum amorem **unterlassen, und ernennt** priuilegium etiam in sui & Vrbis praeiudicium **bestettiget; So haben sie ja guten berechtigten Fugen gehabt, den Schwestern besagte** libertät, **mit etwas Beding zu umbschränckten, und ihnen fernere dergleichen** exonerations-**Ausbringung abzustricken. Dahero die** confirmation **gar keine** nullität, paradoxum, **oder etwas ohngewohntes, weil noch heut zu Tag gebräuchlich ist, daß hohe und nidere Ständ des Reichs ihren Angehörigen, dero Kayserl. und andere Freyheit, so sie haben, bestettigen.** Ex. gr.

Ratpot

Digitized by Google

Ratpot der Dritte Graff von Ortenburg, beſtettiget dem Cloſter Raitenhaßlach, alle deſſelben Päbſtl. und Kayſerl. Freyheiten, An. MCCXLIV. apud HVNDIVM (4). (Priuilegiorum vero & ſtatutorum confirmationem certiſſimum Superioritatis Symbolum eſſe poſt THOM. MICH. & MATTH. STEPH. tradit BERNH. A GRAEVEN (5).) So auch darumb für keine indecenz oder Nichtigkeit zu halten, dieweil Ihrer, der Ständ, territorialis, ab Imp. ipſis conceſſa Iurisdictio, eiusdemque fructus hierunter mercklich intereſſirt iſt; und ſonſt in der Unterthanen Hand und Machten gleichſam ſtehen würde, ihren Magiſtrat durch hinterrückliche Ausbringungen praeiudicirlicher Freyheiten, zu graviren oder zu hemmen, und ihnen darwider alle remedirungs Mittel abzuſchneiden, contra naturalem aequitatem *L.* 12. *L.* 74. *de R. I.* Eodem iure Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariae, ap. HVND. (6) priuilegia Monaſterialia ita declarat, *quod Praepoſito & Canonicis in Mosburg inſtituere & deſtituere liceat colonos in ipſorum praediis & poſſeſſionibus, atque corrigere Iure ſuo illos, qui ſe per matrimonium ab Eccleſia Mosburgenſi alienarunt: & quod familia eorundem Canonicorum & officiales non trahantur ad Iudicium ſeculare IN CAVSIS LEVIBVS, in quibus Canonici habebunt cognoſcere de exceſſibus eorundem: & quod fugitiui ad monaſterium in Mosburga & ad domos eorundem Canonicorum, quas inhabitant, gaudere debeant immunitate debita & conſueta;* An. MCCLXXXIV. Plane vt Conradus Pincerna de Winterſtetten lites inter Albertum Limpurgi Dominum, S. R. I. Pincernam haereditarium, & Georgium Abbatem Laureacenſem (qui plura praedia & colonos ſub illius habuit ditione) ex compromiſſo dirimens, pronunciare cum caeteris arbitris An. MCCCCLXXXVIII. haud dubitauit, iſta praedia colonaria, non obſtante priuilegio Imperiali, quo ſuffultus contrarium aſſerere nitebatur Abbas, Iurisdictioni Dominorum in Limpurg merito eſſe ſubiecta. Verba Laudi ex autographo deprompta heic ſubiungamus: Nach genugſam beſchehener Verhör ꝛc. findet ſich, daß der Herrſchafft Limpurg von alten Zeiten her der gantze Zirckh des Gerichts, Oberkeit und Vogthey (ibi ſc. locorum, vbi ſita Monaſterii bona & praedia controuerſa) mit ſeinen Begriffen und Endſchafft gebühre und zuſtehe, welches Unſer Herr, der Abbt von Lorch in Rechten nicht widerlegt. Allein vermeint er etliche Güter daraus zu ſondern, ohne gründlichen Titul noch ordentlichen Gebrauch ſolcher Vogthey ſonderheit, die da Unſers Herrn, Schenckh Albrechts Vor- und Eltern genugſamen Titul gemeines Circuls, Beſäß, Gebrauch und ſolcher Oberkeit herkommen, rechtlich möge Abbruch thun ꝛc. Wiewohl Er einen Brieff anzogen, daß vor etlichen Jahren dem Gottshauß der Berg und etliche Stückh vom Reich gefreyt ſollen ſeyn, unter denen aber die Güter des Spahns mit einiger Sonderheit nicht benennet werden: Und ob Sie auch darinn begriffen wären, lautet doch dieſelbe Freyheit mit ausgedruckten Wortten, daß dieſelbe niemand anders an ſeinen Rechten einigen Schaden noch Abbruch gebähren und bringen ſolle ꝛc. durch welche clauſul der Herrſchafft Limpurg Gerichts Circul, Vogthey und Gerechtigkeit allweeg vorbehalten und unbegeben iſt, und bringt ihr ſolch des Gottshauß Freyheit daran keinen Schaden. Sprechen alſo hiemit nach allen fürgebrachten Dingen zu recht, daß die genandte Güter, darumb ſpahn iſt, und in Zirck der Herren von Limpurg Oberkeit, des Gerichts, Stabs und Vogthey gelegen, billichen derſelben Herrſchafft Vogtbar und vom Abbt und Convent zu Lorch daran ungehindert ſeyn und bleiben ſollen. Atque hoc Laudum in hodiernum vſque diem vires ſuas exſerere compertum habemus.

Digitized by Google

(1) *Lib. 2. Conſ. 10. n. 7. & ſeq.* (2) *P. 140.* (3) *Pag. 78. 79.* (4) *P. 2.* Bayr. Stammbuchs *ſub rubr.* Ortenburg *p. 26.* (5) *Lib. 2. concl. 1. n. 1.* (6) *Metrop. Salisb. tom. 2. ſub rubr. Mosburg. p. 507.*

§. XXIV.

Receptio in Mundiburdium Imperatoris ſuperioritati territoriali non nocet.

Iam & receptio in Imperatoris mundiburdium ſeu protectionem ſpecialem Domino territorii in ſuperioritate, aut ordinaria Iurisdictione, cui alioqui perſonae & bona ſubiecta ſunt, nihil quicquam detrimenti infert, vt recte docet GAILIVS (1). Idque adeo verum eſt, vt nec adiecta clauſula, quod ſub ſuo patrocinio, tanquam alias proprias ſuas poſſeſſiones Imperator ſaluum conſtituere velit Monaſterium cum omnibus pertinentiis; diuerſum operari valeat. Praxis viua cernitur in Friderici I. diplomate, ap. HVNDIVM (2), cuius ſumma talis: *Notum eſſe volumus, quod nos &c. Reichersbergenſe Coenobium &c. a quodam nobili viro Wernhero fundatum, & Eccleſiae Salzburgenſi iure proprietatis collatum (SALVA IN OMNIBVS ARCHIEPISCOPI SALISBVRGENSIS, quae praelibata eſt, IVRISDICTIONE) nos in noſtrae Imperialis Maieſtatis & omnium ſucceſſorum noſtrorum & Regum & Impp. tutelam ſuſcepimus. &c.* Idem HVNDIVS (3) demonſtrat, plura Bauariae eaque Regia Monaſteria reperiri, quae ſub Imperii mundiburdio ac defenſione ſint, & tamen in ſecularibus, non ad Imperium, ſed Ducum Boioariae pertineant (4). Bene etiam MEIBOMIVS (5): *Hoc loco*, inquit, *monendus eſt lector, iſtam in Imperii & Caeſaris tutelam ac patrocinium receptionem nihil praeiudicaſſe vel officere potuiſſe iuri, quod competebat antiquitus Ducibus Brunſuicenſibus, in quorum territorio ſitum eſt Riddagshuſium* (Ordinis Ciſtercienſis Monaſterium;) *Notumque quod vel iſto, vel alio non abſimili, argumento inductus Fiſcalis Imperii, quem vocant, monaſterium hoc immediate Imperio ſubiacere, & inter Ordines Eccleſiaſticos, qui ſunt in Circulo Saxonico inferiori, referre conatus ſit, inſtitutis eius rei gratia contra Henricum iuniorem Ducem Brunſuicenſem peculiaribus actionibus. Verum cauſa in ſupremo Imperii dicaſterio, quod eſt Spirae Nemetum, diu agitata, Princeps & Abbas tandem abſoluti, monaſterium Ducatui Brunſuicenſi adiudicatum & Fiſcali ſilentium eſt impoſitum.* V. ſententiam Camerae Imperial. in actis Brunſuicenſibus (6). Add. GYLMAN. (7) Caeterum quid Editori document. Wurtemb. reſpondendum ſit, quando hac illatione admiſſa receptionem ſpecialem in mundeburdium Imp. nullius momenti fore contendit (8), docet laudatus A. **Der Lindauiſchen Ausführ.** (9).

(1) 2. *Obſ. 54. n. 7.* (2) *Metrop. Salisb. tom. 3. rubr.* Reichersperg. *p. 243.* (3) *Tom. 3. ſub rubr.* Roth. *pag. 366.* (4) Id vero extra controuerſiam ponit D. ANT. GVILH. ERTELIVS, qui *part. II. Atlantis Bauariae* paſſim demonſtrat, Ser. Bau. Ducis ſuperioritatem territorialem in omnia Monaſteria terrae ſuae non ſolum fundatam eſſe, ſed etiam interrupta in praeſens vſque tempus obſeruantia efficaciter exerceri. Add. GEVVOLDVS ad HVNDIVM *d. loc.* vbi docet, hoc non parum aduerſari Reſuſcitatori Documentorum Monaſterialium, dum pro regula Lesbia inculcat, quod Rom. Rex vel Imp. monaſterium aliquod in ſuam ſpecialem recipiens protectionem eo ipſo illud immediatum faciat. Conf. Autor der Lindauiſchen Ausführ. p. 588. (5) *In Chronico Riddagshuſenſi, Tomo III. Rer. Germ. intexto pag. 359.* (6) *Part. 2. pag. 1078.* (7) *Symph. part. 2. tit. 11. a. 71. ſeq.* (8) Alios proinde illa ſpecialis in mundeburdium receptio producit effectus, interque eos maiorem diligentiam arctioremque obligationem. Vnde in literis HENRICI VII. Imp. ad Officiales Luxemburgenſes habetur: *Abbatem & Conuentum nec non Monaſte-*

Digitized by Google

Monaſterium ipſum Hemmenrode cum omnibus ſuis bonis habentes PROPENSIVS commendatos, &c. Ap. HEISIVM *in Manipul. Hemmenrod. tit. 18. pag. 49.* Conf. MAGER. *de Advoc. arm. c. 8. n. 379.* Huc etiam quadrat, quod Gailius tradit de confirmationibus priuilegiorum ab Impp. ſubinde repetitis *lib. 2. Obſ. 1. n. 5.* ibi: *Plus ſolet timeri, quod ſingulariter promittitur, quam quod generali ſponſione concluditur.* (9) *p. 879.*

§. XXV.

Proſtant denique Imperatorum diplomata Ciſtercienſium intentioni prorſus contraria. Etenim cum Monaſteria Ordinis huius fundarunt, & Iurisdictionem iis conceſſere Impp. interdum merum imperium, vel ſaltem Principes eius gradus ſibi reſeruaſſe leguntur, vt ex adducto A. **der Salmansweil. Erinnerung** oſtendit A. Deductionis Lindau. (1) Ita, vt vno exemplo vtamur, CAROLVS IV. Imperator in diplomate An. MCCCLVI. (quod Sereniſſimi Marchiones Brandenburgici in ſcripto exegetico in cauſa Bamberg & Lanckheim ediderunt integrum Baruthi An. MDCLXXIV.) vetuit homines Monaſterii Lanckheim, Ord. Ciſt. in Variſcorum plaga, ad iudicium, *quod vſitato nomine Centa dicitur, euocari, exceptis duntaxat quatuor caſibus, homicidio, furto, ſtupro, quod vulgo* **Nothnunfft** *dicitur, & pro lethali vulnere, ETIAMSI AB ANTIQVO DE EO CONSVEVERINT ADVOCARI.* Conf. Diploma Coenobii **Kayſersheim** ſupra delibatum in §. XXII. apud citatos Autores. Adſunt praeterea Reſcripta Caeſarea, quibus apertis enixisque verbis ſuperioritas Dominorum territorialis in toties nominati Ordinis monaſteria egregie ſtabilitur. Quid quaeſo euidentius illo, quo MAXIMILIANVS, id nomen primus Imperator, An. MDIV. Coenobium Mulifontanum cum ſuis poſſeſſionibus Philippo Palatino ademptum contulit Vlrico Würtembergiae Duci **mit dem Schirm und der weltlichen Obrigkeit?** Sunt vero verba eius, quae huc faciunt ſequentia:

Adſunt quoque teſtimonia Impp. contra exemptionem illam.

Wir Maximilian **von Gottes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs** ꝛc. **thun kund allermänniglich, als Wir vormahls Hertzog Ruprechten von Bayern und ſein Gemahl,** ꝛc. **und dann Pfaltzgraff Philips bey Rain, deſſelben Hertzogs Vatter** ꝛc. **mit ſambt ſeinen Verwandten, Anhengern, Helffern und Helffershelffern, in unſer und des Reiches Acht und Aberacht,** declarirt **und verkhundt, und daruff dem Hochgebohrnen Ulrichen Hertzogen zu Würtemberg** ꝛc. **Ernſtlich gebotten, gegen denſelben, als Unſern und des Reichs ungehorſamen Achtern und Friedbrechern, mit der That zue handlen, und derſelben Schloß, Stett, Mercken, Dörffer und Gebiette zu überziehen, und underſten, die in ſein Hand und Gewalt zue bringen, alles nach verre Inhalt Unſers Königlichen Brieffs darumben ausgangen, dieweil ſich nun der gemelt unſer Schwager Hertzog Ulrich von Würtemberg, auff ſolchen Unſern Befelch und Gebott gehorſamlich erzaigt, den gemelten Pfaltzgraff Philipſen, mit Höers Cräfft überzogen, und in ſolchem das Gotshauß Maulbronn mit etlichen Dörffern darzue gehörig, ſo dann in deſſelben Pfaltzgraff Philipſen Schutz und Schirm, der von Uns, und dem hailigen Reich herrühret geweſen ſein,** ꝛc. **erobert und eingewonnen hat, und daß für und für in ſtetter Ubung iſt, daß Wir demnach zu einer Ergötzlichkeit und Widerlegung der mercklichen Coſten und darlegen, ſo der genant unſer Schwager Hertzog Ulrich von Würtemberg, uß Gehorſam und obgemeltem Unſerm Befelch, und Gebot bisher gethan, und ſich**

zue

Digitized by Google

zue thun willig erbawt, demselben Hertzog Ulrichen, seinen Erben und dem Fürstenthumb Würtemberg sollen obgemelt Gottshauß Maulbronn mit seinen eroberten Dörffern, mit dem Schirm und der weltlichen Oberkait, Hohen- und Nieder-Gerichten, ꝛc. zugestellt geaignet und gegeben haben, stellen zue und aignen, geben ihme daß auch, von Römischer Königlicher Macht, Volkommenhait, aigner Bewegnuß, und rechter Wissen, in Krafft diß Briefs, in der besten Form, und bestendigsten Wiß, wie Wir das, als Römischer König für Uns und Unser Nachkommen am Rych thon könden, sollen oder mögen, und meinend, setzen und wöllen von obberierter Unserer Königlichen Macht, daß derselb Hertzog Ulrich, sein Erben, und das Fürstenthumb Würtemberg, nun hinführo öwiglich solch Gottshuß Mulbronn mit seinen erorberten Dörffern, mit dem Schirm und der weltlichen Oberkait, Hohen und Nidern Gerichten, inhaben, nutzen, nieſſen, und dabei bleiben sollen, ꝛc. daß auch hinführo Abbt und Convent zu Mulbronn, und alle ihre Unterthonen, so jetz nu Zeiten daselbs sein, dem gemelten unsern Schwager Hertzog Ulrichen, seinen Erben dem Fürstenthumb Würtemberg und ihren Ambleuten, alles das thun und erzaigen, daß sie gemelten Pfaltzgraff Philipsen und seinen Vor-Eltern bißher gethon und erzaigt haben, von allermönigliche ohnverhindert, wa aber gemelter Abbt, sein Convent, Ir Underthonen und Ir Nachkhomen, sich in einen oder mehrern Stücken, deß setzen oder widern würden, so sollen der gemelt Hertzog Ulrich, und das Fürstenthumb Würtemberg gueht Fueg und Macht haben, sie darzue zuehalten und zue dringen ihnen als ihren rechten weltlichen Oberherren, gehorsam und gewertig zue sein und zue thuen, das sie von Alter her Irer Herrschafft schuldig und pflichtig sein, onverbindert einiger Freyhaiten, darmit derselb Abbt und Convent, von Uns oder Unsern Vorfarn, Römischen Kayſern und Königen fürsehen sein möchten, dann Wir die alle aus obgemelter Unser Königlichen Macht in diesem Fahl auffheben, derogirn und abthon; ꝛc. ꝛc. Geben in unser Stadt Rottenburg am Necker, Anno Christi MDIV. ap. Editorem Document. Würtemb. (2) & Franciscani Petri (3) cui respondet subsequens mox Abbatis confessio, quam supra exhibuimus §. XII.

Eiusdem plane tenoris & efficaciae est Diploma Caroli V. quo superioritatem territorialem Episcopi Herbipolensis in Monasterium **Ebrach** declarat, ampliat & confirmat. Exhibet illud Autor Causae Herbipol. (4) his verbis:

Wir Carl der fünffte von Gottes Gnaden, erwöhlter Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, König in Germanien, zu Castilien, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgund ꝛc. ꝛc. Erkennen für Uns und Unsere Nachkommen am Reich offentlich mit diesem Brieff und thun kund allen männiglich, als das Closter und Gottshauß Ebrach Cistercer Ordens ohn Mittel in dem Stifft Würtzburg gelegen, und aus Vergnügung und Zulassung Unserer Vorfahren am Reich, Römischer Kayser und König, mehr dann hundert Jahr hero in der Bischoffe zu Würtzburg Schutz, Schirm und Dienstbarkeit gewesen, und noch, auch allerwegen, so ein Bischoff daselbst abgangen, sein Hertz darein geführt, und bey dem hohen Altar verwahrt, und desselben solch Gotteshause für Sein und des Stiffts höchste und meiste Praelatur unter allen Clöstern, geacht und gehalten. Und Wir glaublich Unterricht entpfangen, daß daſſelbig Gottshauß durch sie dermassen gehandhabt und beschirmbt worden, daß es an Gebäu und Mehrung des Göttlichen Diensts, auch

Digitized by Google

auch zeitlichen Güthern in mercklich Uffnehmen kommen. Und Wir dann aus angebohrner Christl. Tugend begierig und geneigt seynd, dasselbig Closter bey seinem Würden und in gutem Friede zu behalten, und dabeneben bedencken, wo das in ander Obrigkeit Schirm und Dienstbarkeit kommen solte, daß daraus zwischen dem Stifft Würtzburg und derselben anderer Obrigkeiten Uneinigkeit und Zwytracht und dardurch im Heil. Reich Uffruhren und Krieg entstehen, und zuletzt darunter das gemelt Closter in Abnehmen und Verderben gebracht würde. Daß Wir demnach GOtt zu loben und solchen Unrath zu verhüten, mit wohlbedachtem Muthe und zeitigem Rathe, aus eigener Bewegnüß und rechter Wissen, dem Ehrwürdigen Conraden Bischoffen zu Würtzburg, Unserm Fürsten und lieben Andächtigen seinen Nachkommen und Stifft daselbst, das vorgedacht Closter Ebrach mit Seinen Leuthen, Gülten, Güthern und Zugehörungen, Schutz und Schirmsweise ewiglich incorporirt, eingeleibt und zugestellt haben, incorporiren, leiben ein, und stellen auch solches zu, von Röm Kayserl. Macht Vollkommenheit wissentlich in Krafft dieß Brieffs, und meinen, setzen und wollen, daß nun hinführo das vorberührt Closter und Gottshauß Ebrach mit allen seinen Leuthen, Gülten, Güthern und Zugehörungen bey dem gemelten Stifft Würtzburg in Schutz und Schirm und Dienstbarkeit, wie bißhero, hinführo in Ewigkeit bleiben und der genannt Unser Fürst Bischoff Conrad und alle seine Nachkommen, Bischoffe daselbst, daß in allen Sachen gegen und wider männiglich getreulich schützen, schirmen, vertretten, vertheidigen und handhaben, und sollen Sie zu keinen Zeiten solch Gotteshauß unträglicher Weise nicht beschweren noch belästigen auch das jemands andern befehlen oder gestatten, sonderes halten, wie von Alter herkommen ist. Wir heben auch auff, *derogiren* und *vernichten* hiemit, von der obbestimmten Unser Käyserl. Macht Vollkommenheit die Gnade und Freyheit, so weyland die genannte Unsere Vorfahren am Reich der Abbten und Ihrem Convent zu Ebrach herwider gegeben und Wir itzo bestätriget haben, dieweil doch die ob hundert Jahren her nit gebraucht worden ist; nemlich daß zu eines Abbts und Convents Willen und Wohlgefallen stehen solt, einen Schirm-Herrn im Heil. Reich, welcher Ihnen je zu Zeiten gefällig ist, anzunehmen, und meinen, setzen und wollen, daß solche jetztgemelte Gnade und Freyheit gantz Krafftloß, tod und abe seyn und sich Abt und Convent zu Ebrach gegenwärtig und künfftig der hierwider in Ewigkeit nit mehr gebrauchen, noch Wir oder Unserer Nachkommen am Reich darwider nichts ausgehen, noch dieser Unser Kayserl. Incorporation und Satzung in einigen Weeg nicht widerruffen sollen noch mögen, obe aber daß darüber aus Vergessenheit oder sonst in was Schein das beschehe, solle doch solches krafftloß und unbündig seyn, und dem Stifft Würtzburg keinen Nachtheil bringen in keine weisse.

Und gebieten darauff allen und jeglichen Churfürsten, Fürsten, geistlichen und weltlichen, Praelaten, Graffen, Freyen, Herrn, Rittern, Knechten, Hauptleuthen, Vogten, Pflegern, Vorwesern, Amptleuthen, Schultheissen, Burgermeistern, Richtern, Räthen, Bürgern, Gemeinden und sonst allen andern Unsern, und des Heil. Reichs Unterthanen und Getreuen, in was Würden, Stande oder Wesens die seyn, von Kayserl. Macht ernstlich mit diesem Brieff und wollen, daß sie den obgedachten Unsern Fürsten Bischoffen Conraden zu Würtzburg, seine Nachkommen, und Stifft in Ewigkeit bey dem vorbestimmten Closter und Gottshauß Ebrach als desselben Schutz- und Schirm-Herrn obberührter massen geruhlich bleiben

laſſen, und ſie von Unſer und des Reichs wegen veſtiglich handhaben, und herwider nicht thun, noch des jemands anderen zu thun geſtatten, als lieb in allem ſey, Unſer und des Reichs Ungnade und Straffe, und darzu ein Poen, nemlich funffzig Marck löthigs Golds zu Vermög den, die ein jeder, ſo offt er frevenlicher hierwider thäte, Uns halb in Unſer und des Reichs Cammer, den andern halben Theil dem obgedachten Unſerm Fürſten, Biſchoff Conraden, ſeinen Nachkommen und Stifft unabläßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſolle. Mit Urkund dieß Briefs, beſiegelt mit Unſerm Kayſerl. anhangenden Inſiegel, geben in Unſer und des Heil. Reichs Stadt Wormbs am zwey und zwantzigſten Tag des Monaths May, nach Chriſti Geburt im fünffzehen hunderſten und ein und zwantzigſten, Unſerer Reich des Römiſchen im andern, und der anderen aller im ſechſten Jahr.

Idem Carolus Imp. hanc ſuae voluntatis declarationem Abbati & Conuentui in Ebrach per ſpeciale Mandatum, quod habetur apud cit. Autorem Cauſ. Herbipol. (5) notam fieri curauit. Nec tum aliud quicquam praeter parendi gloriam Monaſterio erat relictum. v. d. Aut. Cauſ. Herbipol. (6) vbi ſequentia ex Inſtrumento publico notata deprehendimus: Darauff (facta ſcil. praelectione ab eo cui erat iniuncta) der Abbt und Convent bedachtſamlich durch den Prior Antwort geben, daß Sie dem verhörten Kayſerl. Mandat, wie Ihnen das verkundt, gehorſamlich leben und gemäß halten, auch Seiner Fürſtlichen Gnaden und Sr. Gnaden Nachkommen unterthäniglich und gern zu Schützer und Schirmer und keinen andern haben, als auch ihr Will und Meinung allezeit geweſt und noch mit unterthäniger demüthiger Bitt Seine Fürſtliche Gnad. Ihren Vatter den Abbt, Sie und das Cloſter bey Ihren Freyheiten und Rechten gnädiglich handhaben, ſchützen und ſchirmen wollten, Sie ſich allezeit als fromme gehorſame Unterthanen halten und erzeigen, und baten mit aller Unterthänigkeit Ihr gnädiger Fürſt und Herr zu ſeyn.

In Reſcripto Maximiliani II. Imp. ad Georgium, Ducem Bauariae de An. 1599. legitur de Monaſterio Kayſersheim: Daß derſelbig Abbt und Sein Gottshauß in deinem Land, Hoch- und Nider-Gericht gelegen, von Alters in dein Landſchafft gangen, und die Beſchwerde mit ihr getragen. Ap. A. Deduct. Neoburg. (7)

Nec adiungere heic piget Mandatum Camerale Rudolphi II. quo Coenobium Brumbacenſe, in ditione Comitum Werthemenſium, his, ceu legitimis Superioribus, ad fidem & obſequium arctius obſtrinxit Glorioſiſſ. Imperator.

Wir Rudolph der andere ꝛc. Entpieten Unſern lieben Andächtigen, Weiganden, Abten-Verwaltern, auch Priorn und Convent des Cloſters Brumbach unſer Gnad und alles Guts, liebe Andächtige, Unſerm Kayſerl. Cammer-Gericht hat der Edel, Unſer und des Reichs lieber Getreuer, Ludwig Graff zu Löwenſtein, Herr zu Scharffeneck, als jetzo regierender Herr und Innhaber des Stammhauß Wertheim ſupplicirend anbracht, wiewohl durch gemeiner des Heil Reichs Stände Beſchluß auff den Reichs-Tägen zu Regenſpurg Anno LXXVI. auch zu Augſpurg Anno LXXXII. aus hochwichtigen nothwendigen Urſachen uns ein ſtattliche Reichs-Steuer und Hülff wider den Erbfeind der Chriſtenheit, den Türcken bewilligt, und dann allen Ständen und Obrigkeiten zugelaſſen worden, ihre Unterthanen ohne Unterſcheid, ſie ſeyen geiſt- oder weltlich, exempt oder nicht, niemand ausgenommen, auch unverhindert aller Verträg, Obligation, Statuten, Gebreuch,

Digitized by Google

breuch, Gewohnheiten und Herkommen, so einig Stifft oder Statt fürwenden möchten, derohalben mit Steuer zu belegen, do auch jemand gegen seiner Obrigkeit in solchem sich der gebührlichen Steuer und Anlag widersetzen, und die nicht bezahlen würde, uff solchen Fall versehen, daß der oder dieselben alsdann in poenam dupli gefallen, und ihren Obrigkeiten solche Anlag gedoppelt zu bezahlen schuldig sein sollen, alles fernern Inhalts angezogener Reichs-Abschiede. Wiewol auch das Closter Brumbach in der Grafschafft Wertheim, dero Bezircke, Grund und Boden, also auch mit Landsherrlicher und aller Obrigkeit, zugleich sein Klägers und mit Innhabern der Herrschafft Wertheim, von uns und dem Reich zu Lehen tragen, dem Schutz und Schirm gelegen, von desselbigen Aebbten auch je und allwegen, die gemeine Reichs-Steuer, Anlagen und Contributiones gen Wertheim allda regierenden Grafen, als dem Landherrn und Obrigkeit gutwillig erlegt, und etwan sie solche neben andern allda, selbst haben helffen einnehmen, und der Herrschafft lieffern, daß doch jetzo dem zuwider, als sie Jnhaber der Grafschafft Wertheim, von euch die beede obgemelte im Reich bewilligte Contribution, so zu eurem Theil jährlichs zweyhundert Gulden anlaufft, gefordert, ihr mit eitelem Muthwillen, fürsetzlichen und freventlichen Ungehorsam, auch weniger dann mit Recht, ohne einige Ursachen, ihme Clägern als regierenden Herrn, und Jnhabern des Stammhauß Wertheim, solche gebührende Steuer zu erlegen, ungebührlich verweigert und abgeschlagen, und noch uff solchem sträfflichem Ungehorsam verharret, dardurch ipso facto in poenam dupli gefallen seyt. Demnach vermög heilsamer Versehung mehrberührter Abschied, umb diß unser Kayſ. Mandat und Ladung wider euch zu erkennen, und mit zu theilen, unterthäniglich anruffen und bitten lassen, als auch ihme solche Proceß an heut dato erkennt worden seind. Darumb so gebieten Wir euch von Römischer Kayserlicher Macht, bey Poen sechs marck lötigs Golds, halb in unser Kayserl. Cammer, den andern halben Theil ihme Klägern unnachläßig zubezahlen, hiemit ernstlich, und wollen, daß ihr innerhalb vier Wochen, den nächsten nach Uberantwortung oder Verkündung diß Briefs, ermelten Cläger als euer Obrigkeit die Schuldigkeit und solchen euren gebührenden Antheil der angeregten Anlagen, sambt verwürckter Poen dupli erleget, entrichtet und bezahlet, hierinn ferner nicht säumig, hinderstellig oder ungehorsam seit, als lieb euch sey obbestimbte Poen sechs marck Golds zu vermeiden, daran beschicht unser ernstliche Meinung, Wir heischen und laden euch von berührter unser Kayserlichen Macht auch hiemit, daß ihr uff den 21. Tag den nechsten nach Endschafft vorbemelter Frist der 4. Wochen an zu rechnen, deren Wir euch 7. für den ersten, 7 für den andern, 7. für den dritten und letzten und endlichen Rechtstag setzen und benennen peremptorie, oder ob derselbig nicht ein Gerichtstag seyn würde, den nechsten Gerichtstag darnach selbst, oder durch einen vollmächtigten Anwalde, an demselben unserm Kayserl. Cammer-Gericht erscheinet, glaublich Anzeig und Beweiß zu thun, daß diesem Unserm Kayserlichen Gebot alles Jnhalts gehorsamblich gelebt sey, und ob dem kein folg geschehen wäre, alsdann zu sehen und hören, euch in die vorbestimbte Poen der sechs Marck lötigs Golds gefallen seyn, mit Urtheil und Recht, sprechen, erkennen und erklären, &c. Geben zu Speyer, An. MDLXXXVI. Idem Rudolphus II. Imp. glorioſiſſ. recordat. libello transactionis, qua inter Sereniſſimos Auſtriae Archiduces & Würtembergiae Duces controverſiae nonnullae circa Monaſterium Königsbrunn Ord. Ciſt. terminaban-

Digitized by Google

tur, expreſſis verbis inſeri curauit, ſaluam manere actionem, quam intuitu ſubiectionis territorialis praedicto Monaſterio Dux Chriſtophorus iam antea intentauerat. Tenor hic eſt: **Anfenglich iſt der Articul von wegen der ſubiection deß meits Kloſters Künigspronn, welchem baide Theil, die Kayſerl. Majeſt. von wegen des Heil. Reichs, Hertzog Chriſtoph aber, als Lands-Fürſt, derſelben Orten, angeſprochen, dergeſtalt vermittelt, dieweil dieſer Punct hievor zwiſchen dem Kayſerlichen** Fiſcal, **dem Prelaten zue Kinnigspronn, auch offthochgedachts Hertzog Chriſtophens F. G. an dem Kaiſerlichen Cammer-Gericht Rechthengig, daß es dabey gelaſſen, und dieſe Vertrags Handlung derſelben Rechtfertigung in alweg unvorgreifflich ſein ſoll.** A. MDLXXXIIX. in Monum. Wurtemb. (8) Atque ex his, quae ſatis prolixe huc vſque diſſertauimus, oppido manifeſtum euadit, quam parum praeſidii etiam in Papalibus & Imperialibus priuilegiis Ciſtercienſes inueniant. Vt adeo, ſi Monaſterium in territorio, ad alium Dominum ſpectante, ſitum ſit, ſtabile ac inconcuſſum maneat illud: LIBERTATEM A SVBIECTIONE TERRITORIALI NISI A DOMINO REGIONIS HABERI NON POSSE.

(1) *P.* 840. (2) *In Monaſterio* **Maulbrunn** *p.* 850. (3) *In Saxonia Eccleſiaſtica ſub hoc Monaſter. p.* 590. *ſequ.* (4) *Sub n.* 4. (5) *N.* 3. (6) *N.* 19. *Documentor.* (7) *Pag.* 279. (8) *Pag.* 703.

§. XXVI.

In Qvinto Argvmento *diſpicitur, quomodo conceſſiones excitantium aut dotantium Coenobia huius Ordinis ſint intelligenda?*

Sic tandem ad QVINTVM & vltimum Ciſtercienſium argumentum peruenimus, quando ex conceſſionibus illorum, qui excitauere Monaſteria, & donationibus ſuis eadem locupletauere, iurisdictionem omnimodam ſibi competere fidenter affirmant. Vbi tamen exemplum quod attinet Conradi de Weinſperg, & ſimilia eiusdem tenoris, ſat apertum eſt, ibi tantum proprietatem ſeu dominium bonorum, quod Donator ante habuit, in Monaſterium translatum eſſe. Ergo nulla iurisdictio hic ſupplenda vel fingenda, praeſertim cum clauſulae ſupra recenſitae tantum non omnes in contractibus priuatorum locum ſibi vindicent & conſueta fere formula negotiis dominii translatiuis (id quod chartae infinitae docent) adiecta deprehendantur. Deinde obſeruandum erat, in Imperio noſtro eiusque ſupremis tribunalibus certiſſimas iterum receptas eſſe regulas: Ius territorii generali conceſſione non venire, & ſuperioritatem territorialem in conceſſione, etiam generalioribus verbis facta, exceptam ſemper intelligi: Regalibus quoque ſimpliciter conceſſis, minora tantum conceſſa exiſtimari, nec a conceſſione vnius alteriusue ſpeciei Regalium ad aliam & diuerſam, vtut ſimilem, recte inferri, vt pluribus auctorum nominibus congeſtis docui (1). Etenim quae notabilis praeiudicii ſunt, exprimi clare debent; nec expreſſa proprie dici poſſunt, quae ſaltem ex conſequentia quadam, nulla probali ratione nixa, colliguntur, ceu prolixe hoc deducit Zasivs (2). Illud oppido verum eſt, nonnullis olim Monaſteriis conceſſam fuiſſe imam & ſimpliciſſimam iurisdictionis ſpeciem, quae dominicalis, praediaria & colonaria audit, & competit praecipue in bonis Emphyteuticis ſiue **Erbzinßgütern**, it. **auff den Fallgütern, Schupflehen, Hubgütern, und deren darzu gebannten Beſitzern und leibeigenen Leuten** (3). vid. Gylmann (4). Sed iſthanc ſpeciem ſuperioritati territoriali nihil quicquam dero-

Digitized by Google

derogare potuisse aut debuisse, tradit saepe cit. A. **der Lindauischen Ausführung.** (5) Siquidem clari Iuris est, iurisdictionem, ratione certarum personarum, causarum, qualitatum, specierumue concessam, ad alias personas, causas, qualitates vel species non esse extendendam. v. SCHRADER (6). Limitata igitur iurisdictio limitatum quoque pariat effectum necesse est. v. ENGELBERT (7). BESOLD (8). Et quamuis in paucas & singulares qnoque personas competens iurisdictio territorium aliquibus dicatur: v. IOANN. ANDRE. (9) ALEX. (10) quos refert MEICHSN. (11) per abusum tamen & valde improprie ita accipitur. Neque enim districtum aut territorium habere potest (12), qui speciale quid in territorio possidet, quique legitimis exemptionis omnigenae priuilegiis nondum est munitus. Agnouit hoc Abbas Ebracensis in Literis Ann. MDXXVI. ad Episcopum Herbipol. datis ap. Autorem causae Herbipol. (13) ibi: **Ist mir Johann Abbt zu Ebrach nicht wissend. daß Ew. Fürstl. Gnaden Ich je dergleichen habe geschrieben, daß mein Closter Land und Leuth habe.** Hinc etiam dictus Abbas colonos suos & censitas, licet Monasterio homagium praestiterint, frequentius **Hindersassen** quam **Unterthanen** appellat. vid supra §. XII. huius Sect. Conf. DECIVM (14) & ea, quae supra late diximus §. VI. VII. IIX. XIV. Caeterum, quid clausulae pertinentiarum **mit allem Zugehör,** item **mit denen Herrlichkeiten,** in instrumentis operentur, professa opera docuerunt insignes duo ICti D. GABRIEL SCHVVEDER (15) & D. FERDINAND. CHRISTOPH. HARPPRECHT (16). Nimirum si quaelibet de suo adae quato subiecto (monente ipso Editore Docum. Wüttemb.) exaudienda; in Monasteriis Cistercienſium mediatis nunquam laxior illa MEICHSNERI interpretatio locum sortiri potest. Add. KLOCKIVS (17) vbi docet, tunc demum in alienatione castri nullum ius, nec superioritatem reseruatam intelligi, *si inter pares & aequales* alienatio castri fiat. Et eum deinceps Praelatos Comitibus aequiparat, de illis solum loquitur, qui suffragium in Comitiis ferunt, quique Regalia ab Imperatore in feudum capiunt. Hos enim proprie venire nomine Praelatorum, indicat BESOLDVS (18). Quorum iura examinare a scopo nostro alienum est. vid. tn. A. Apologiae Disc. **von denen Reichs-Vogteyen** (19).

(1) *In Dissert. de superiorit. Territ. §. 65.* (2) *Vol. 2. Conf. 10. num. 43.* (3) Neque enim Ius circa homines proprios fluit ex Iure Superioritatis territorialis aut iurisdictione, sed potius ex iure familiae. v. BESOLD. *Thesaur. pract. voc.* **Frohn & Leibeigene.** SPEIDEL. *ead. voc.* MAGER. *de Adv. arm. c. 6. n. 761.* (4) *Symph. tom. 1. p. 3. vol. 23. n. 48.* (5) *Pag. 879.* (6) *De feud. p. 10. sect. 3. n. 139. 143. & seq.* (7) *Disp. de Iurisdict. Imp. th. 54.* (8) *De Iur. Ciuit. Imp. n. 4.* (9) *In c. cum contingat. de for. comp.* (10) *Ad L. pupillus §. territorium de V. S.* (11) *Tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 51.* (12) Hinc in specialibus Imperii Rebuspublicis, quae neminem quicquam in earum regionibus possidere patiuntur, nisi sub lege subiectionis, subtrahere se haud possunt Monasteria superioritati, quae in bonis territorio inclusis radicata est, sed ab iisdem homagium quoque iuste exigitur. (13) *Num. 24.* (14) *Resp. 122. n. 34.* (15) *Dissert. de Cl. cum pertinentiis.* (16) *Dissert. de Cl.* **mit denen Herrlichkeiten.** (17) *Tom. 1. conf. 11. n. 59. & seq.* (18) *Thesaur. pract. voce Praelatus.* (19) *C. 8. p. 315.*

§. XXVII.

Porro in his etiam fundatorum aut donatorum instrumentis diligenter considerandum, an fidem mereantur. Vere enim D. PAPEBROCHIVS, qui Actis Sanctorum edendis cum magna nominis sui inter eruditos celebritate hucusque incu-

Monetur aduertendum esse, an instru-

Digitized by Google

menta sint genuina, an potius fubleſtae fidei aut ſuppoſitiae? item an ſint publica vel priuata?

incubuit (1), obſeruauit, vndecimo aerae Chriſtianae ſeculo & ſequentibus, dum Eccleſiae Romanae pacem tot vndique ſchiſmata ſeditionesque turbarent, eam fuiſſe morum corruptelam, vt qui Dei erant famulatum profeſſi, videntes a poteſtatibus ſecularibus accidi immunitates ſuas, non magno crimini duxerint ſibi, pro ipſis tuendis commenta condere. Idem poſtea non paucis exemplis probat, fraudem huiusmodi inter illas temporum tenebras ſucceſſibus non caruiſſe. Add. Gabrielis Navdaei, Prioris Artigii Actoris (2), vbi Benedictinorum proprium in quarto modo eſſe aſſerit & compluribus exemplis firmat, in negotiis ſuis plerisque recurrere eos ad monumenta ficta, corrupta & non vnius manum paſſa. Quod tamen indiſcrete dictum nollemus. v. Mabillon (3). Add. Autor Additionum & Correctionum ad Naudaeana, Amſtaelodami A. MDCCIII. luci donatarum (4). Videndum quoque, an ſcriptura ſit publica an priuata. Exempli loco afferemus chartam, quam Abb. Robertvs Kolbivs Aquilae certanti attexuit (5).

„Frater Gerhardus dictus Abbas in Euerbach, ſcire volumus praeſentis aetatis
„ & ſucceſſurae poſteritatis fidelis, quod Dominus Cuno de Minzenberg, Vir
„ Nobilis, miniſterialis Imperii, Diuino compunctus inſtinctu, cum magno ferueret
„ deſiderio, conſtruere Domum Domino, manifeſtum faciens Deo, & hominibus de-
„ ſiderium cordis ſui, Domum propriam, Caſtrum ſcilicet, quod dicitur Arnsburg,
„ contulit Eccleſiae Dei, vt, vbi prius exercebatur militia ſaecularis, ibi fieret
„ habitatio Religionis, imitans Patrem ſuum Cunradum & Matrem ſuam Lud-
„ gardim, qui magna ſuccenſi deuotione circa Cultum Dei, ante plures annos
„ conſtruxerant Monaſterium in Aldenburg, vocato Conuentu de Sigenberg,
„ ad ſeruiendum Deo viuenti. Quem locum praedictus Cunradus per ſe tueri,
„ & fratribus inibi Deo ſeruientibus neceſſaria miniſtrare ſtatuit, & quan-
„ tum ſpectat ad Religionem & diſciplinam, curam Abbati Sigebergenſi
„ commiſit, vt cum neceſſe eſſet, Abbatem inibi de ſuis conſtitueret; Et hoc
„ priuilegiis Regis Friderici, & Henrici Moguntini Archiepiſcopi confirma-
„ uit. Defunctis autem parentibus ſuis, memoratus Cuno videns ipſum Locum
„ magis deficere quam proficere, coepit anxius cogitare, qua poſſet ratione nu-
„ tantem Domum ſuſtentare, modisque omnibus inſtituit, precio & precibus
„ ipſam a poteſtate Abbatis Sigebergenſis redimere, & in ſuam Iurisdictionem
„ recipere, quod & obtinuit; receptis Priuilegiis, quae data fuerant a Rege
„ Friderico & Henrico Archiepiſcopo inter Patrem ſuum & praedictum Abba-
„ tem. Proceſſu vero temporis aeſtuans animo ſi quo modo poſſet perficere
„ aedificationem, quam Pater ſuus & mater inchoauerant, inſpirato ſibi diui-
„ nitus conſilio toto deſiderio tranſtidit animum ad Ordinem Ciſtercienſem, ve-
„ niensque ad Curiam Regalem, quae Lutra dicitur, praeſente Rege Friderico,
„ inuenit ibi Abbatem, Dominum Pontium Claraeuallenſem, illique cordis ſui
„ ſecreta reuelauit, & quod poſtulauit, ab ipſo impetrauit, commiſſo Nobis a
„ Patre noſtro Domino Claraeuallenſe negotio, vt petitioni ſuae, ſecundum for-
„ mam Ordinis noſtri ſatisfaceremus. Conuocatis autem multis Nobilibus Co-
„ gnatis & amicis ſuis in Münzenberg, nobisque praeſentibus cum Fratribus
„ noſtris, ſaepe dictus Cuno cum vxore ſua Longarde collata manu, parique
„ conſenſu dederunt locum nobis, qui dicitur Arnsburg, cum poſſeſſionibus &
„ omnibus rebus ad priorem Abbatiam pertinentibus, ad honorem Domini no-
„ ſtri IESV CHRISTI & Beatae Mariae Virginis, pro ſalute animarum ſuarum,
„ &

Digitized by Google

„ & omnium parentum ſuorum, reſignatis Priuilegiis, quae prior Abbatia habebat, in manus fratrum noſtrorum, & Villam, quae dicitur Arnsburg, amotis inde colonis, fratribus noſtris poſſidendum contulerunt, cum aquis, ſyluis & paſcuis ad eam pertinentibus, ipſamque Abbatiam, liberam & abſolutam, ab omni tam ſua, quam aliena ſeculari poteſtate, perpetuo ſtabiliuit, & vt omnem libertatem & immunitatem habeat, & priuilegia ſecundum formam Ordinis Ciſtercienſis promiſit, curamque Tutoris & Prouiſoris in omni neceſſitate, pure, & ſincere propter Deum, pauperum Chriſti ibidem famulantium, quamdiu viueret, ſibi impoſitam voluntarie ſuſcepit. Et poſt mortem ſepulturae locum in eodem loco ſibi, & vxori ſuae & filiis elegit. Et nos Virum Religioſum Ruttardum nomine eidem loco Abbatem inſtituimus, Anno Domini, Milleſimo, Centeſimo, Septuageſimo quarto, Decimo ſeptimo Kalend. Auguſti &c. „

Hanc chartam, in qua praecipuum fere exemptionis Monaſterii fundamentum collocatur, Illuſtriſſimi Comites Solmenſes non agnoſcunt, niſi in vtilibus, vt loquuntur Practici, ſiue quatenus eam ſibi proficuam intelligunt. Brocardicum eſt ICtorum: Inſtrumentum priuatum, niſi a teſtibus ſubſcriptum, non probare, *L.* 11. *in fine C. qui potior. in pignor. Nouell.* 73. *c.* 3. *& Dd. paſſim.* Item producentem inſtrumentum vel ſcripturam abſque proteſtatione, intelligi fateri omnia in inſtrumento illo vel ſcriptura contenta *L.* 9. *& ibi Gloſſ. D. de edend.* Decius (6) BALDVS & GILCKENVS (7) *cap. cum venerabilis X. de exception.* ibi Innocent. (8) FELINVS, DECIVS, CARDIN. PARIS. (9) CRAVETTA (10). BARBOSA LOCVPLETATVS (11). MEVIVS (12). Licet ſcriptura ſit priuata ANGELVS: (13). CRAVETTA (14). Vel falſa vel ſuppoſititia. CRAVETTA (15). ABB. (16) Item, inſtrumentum non nocere ei, qui in eodem ſe non obligauit. BARBOS. LOCVPLET (17). Atqui charta, de qua heic diſpicimus, Abbatis vnius, ad id non auctorati, fide & teſtimonio nititur. Et cur Abbas vnus ſigillum tantum appoſuit? cur nec ipſe, nec teſtes alii ſubſcripſerunt? Receptum enim erat illo tempore etiam Imperiales tabulas magnum teſtium numerum ſubſcribere, vt liquet ex diplomate Friderici Imperatoris id nomen primi, quod Aquilae certanti ſubiunctum eſt (18). Add. Chartam Compoſitionis inter Balduinum Comitem Flandriae & Theobaldum Comitem Barri & Luxemburgi A. MCIC. apud LEIBNIT. (19) & infinita alia diplomata teſtantur. v. MABILLONIVS (20) vbi addit, chartas priuatorum nullas ferme absque teſtium ſubſcriptionibus conditas, idque praecepiſſe veteres Leges Alemannorum & aliorum. Quaerere libet amplius, cur Dominus Cuno de Munzenberg, cuius res maxime agebatur, chartam liberalitatis ſuae tam profuſae ſubſcriptione ſua non firmarit? Mirari quoque lubet, cur de ſe loquens Abbas ſcribat, *ſcire volumus.* Alia iam non tangimus. Interim Illuſtriſſimi Solmenſes ex inſtrumento hoc accipere ſibique ſumere poſſunt, Cunonem illum Monaſterium IN SVAM IVRISDICTIONEM RECEPISSE. Atqui vocabulum iurisdictionis, caeteris paribus, tum temporis notare ſolebat ſuperioritatem territorialem, qualis ea tempeſtate erat. v. Noſtra Diſſert. (21) vbi multa huic probando illuſtria diplomata proferuntur.

(1) *In propylaeo antiquario ad tom.* 2. *April. c.* 8. §. 103. (2) *In libro cui titulus: Raiſons peremptoires, a p.* 23. *vſque ad p.* 41. (3) *L.* 3. *de Re Diplomatic. c.* 3. (4) *Pag.* 217. (5) *Num.* III. (6) *Ad L.* 1. *C. de edend.* (7) *Ad L.* 14. *C. de fide inſtrum.* (8) *N.* 2. (9) *L.* 1. *conſ.* 125.

Digitized by Google

conf. 125. *n.* 20. (10) *Conf.* 77. *n.* 8. (11) *Voce instrum. ax.* 8. (12) *Part.* 7. *Decis.* 346. (13) *Vol.* 2. *conf.* 132. (14) *De antiqu. tempor. p.* 1. §. *viso. n.* 41. (15) *Conf.* 201. *n.* 6. (16) *Conf.* 30. *l.* 2. (17) *D. l. axiom.* 9. (18) *N. II.* (19) *Mantiss. Cod. diplom. c.* 37. (*a*) (20) *L.* 2. *Rei Diplomatic. c.* 21. §. 9. & 10. (21) *De superior. territ.* §. 2.

§. XXVIII.

Adduntur exempla Dominorum, qui inter liberalitates suas superioritatem sine expresse sive tacite sibi reseruarunt.

Tantum vero abest, Regionum Dominos, etiam cum liberales essent in Cistercienses, abdicasse superioritatem, imo vero complures habemus chartas, quibus eam sibi vel expresse vel tacite reseruarunt. Ita Iohanna Flandriae & Hannoniae Comitissa A. MCCXX. Monast. de Marketa, Cist. Ord. quod alias Reclinatorium B. Virginis appellatur, multis auxit reditibus, sat ampla tamen facultate penes se remanente. Verba Diplomatis ex Manriquio (1) delibamus: *Cum post decessum piae mem. Domini & mariti nostri, essemus IN PLENO ET LIBERO DOMINIO TERRAE NOSTRAE, volentes imposterum, Abbatissam & Moniales Ecclesiae supra dictae maiori pace & libertate gaudere, eis in perpetuam eleemosynam liberaliter concessimus, vt per totam terram potestatis nostrae eant & redeant, ducant & reducant res suas, emant & vendant ad vsus suos proprios, per se & familias suas, tam in nundinis, quam extra, absque omni exactione Winagii, passagii, restagii, thelonei, ponderationis & huiusmodi consuetudinum; nec pro his ab eis, vel nunciis earum, aliquid exigatur. Et insuper molendina, quae habent, vel habebunt IN TERRA VEL DOMINIO NOSTRO, libera sint similiter ab omnibus consuetudinibus, tam de ferris molendinorum accipiendis, quam de aliis quibuscunque angariis, quantum pertinet ad Ius nostrum, vel dominium, quae in talibus consueuimus facere vel habere. Volumus insuper, & per testimonium huius chartae concedimus, vt praedicta Ecclesia in omnibus pascuis communibus & vsuagiis, sive aisanciis terrae nostrae, vbi ipsa Ecclesia curtes habuerit, vel nutrimenta, habeat vsagia & aisancias suas sicut aliae communitates locorum ipsorum; nec possint in his ab aliquibus impediri: HOC SALVO, quod si nos vel aliquis haeredum nostrorum vellemus aliquid de pasturis communibus, vel nemoribus ad vsum nostrum proprium conuertere, vel ALIO MODO NOSTRAM FACERE VOLVNTATEM; NON POSSIMVS OCCASIONE CONCESSIONIS ISTIVS AB IPSA ECCLESIA IMPEDIRI, QVIN NOSTRAM POSSIMVS DE TALIBVS, SICVT PRIVS FACERE VOLVNTATEM.* Philippus Elector Palatinus cum MCCCCXCVI. disposuisset, ne Abbas & Conuentus Monasterii **Maulbrunn** collectis deinceps grauarentur, caute addiderat: **Doch Uns und Unsern Erben an Unsern Rechten, Gewohnheiten und Herkommen, wa wir die han, unendgolten, alles ungeverlich.** ap. Edit. Document. Wurt. (2) Ampliori formula reseruauit Iura sua Conradus Episcopus Herbipolensis, cum A. MDXXX. Monasterio Ebrach sacramentum dicerent, qui sub Praefectura Sulzheim continebantur, ap. A. Causae Herbip. (3) ibi: **Doch Seiner Fürstl. Gnaden und dero Stifft, an Ihren Landsfürstl. Gerichtlichen und andern Obrigkeitlichen Rechten und Gerechtigkeiten, Frohn, Atzung, Läger, Reiß und Folg, auch andern, so Sein Fürstl. Gn. und dero Stifft, auff Euch, Euren Güthern, dem Closter Ebrach und derselbigen Leuthen und Güthern herbracht und hat, unschädlich.** Hermannus, & idem Herbipolen-

Digitized by Google

bipolenſis Epiſcopus in Literis fundationum Monaſterio **Frauenzimmer im Zabergöw**, Ord. Ciſt. A. MCCXXXIIX. traditis, quae Monumentis Würtembergicis ſub hoc Monaſter. (4) inſertae leguntur: *Statuimus itaque, vt ibidem ſint Deo deuote mulieres, quae regulam obſeruent S. Benedicti ſecundum inſtitutionem fratrum Ordinis Ciſtercienſis; IVRISDICTIONEM TEMPORALIVM ET SPIRITVALIVM IN BONIS, QVAE NVNC HABENT VEL HABITVRE SVNT, NOBIS INTEGRAM RESERVANTES ſaluis Ciſtercienſis Ordinis inſtitutis. Volumus etiam, vt Abbatiſſa loci eiusdem Epiſcopo Herbipolenſi, &c. faciat obedientiam manualem &c. Prouiſor quoque loci, qui Clericus eſſe debet habitus regularis &c. Epiſcopo obedientiam faciet.* Ludouicus Bauariae Dux, Ludouici IV. Pater, non aliter Ann. MCCLXVI. fundauit Monaſterium Fürſtenfeld, Ord. Ciſt. quam vt caſus ſanguinis, videlicet furti, homicidii, violentiae & oppreſſionis: item appellationes in cauſis Ciuilibus a iudicibus illius Monaſterii ſibi reſeruaret. In charta apud WIGVL. HVNDIVM (5). Huius filius LVDOVICVS IMPERATOR, cum Ann. MCCCXXX. Monaſteriis omnibus **im Obern Vitzthumb-Ambt zu Beyern gelegen**, ius dicendi facultatem concederet, excepit ſibi tres cauſas criminales, **drey Sachen, die zum Todt gehen, daß iſt Thieff**, (hoc eſt **Diebſtahl**) **Nottnunfft** (i. e. **Nothzwang**) **und Todſchlag**, teſte charta in vernaculo ſermone ſcripta, quam HVNDII Metropoli Salisb. (6) intexuit GEWOLDVS (7). Similiter MAYNRADVS, Tyrolis & Goeritii Comes, cum fundaret **das Bernhardiner Gotteshauß Stambs**, reſeruauit ſuperioritati ſuae **die Centbare Falle oder hohe Wändel, als Diebſtahl, Todſchlag, und Vergewaltigung**; vt ex A. **der Salmansweil. Erinnerung** memorauit A. Deduct. Lindau. (8) Ita Henricus Palatinus Comes Rheni, Dux Bauariae, in charta A. MCCLXIII. apud ſaepe laudatum HVNDIVM (9), Ciſtercienſes in Aldersbach coram iudice de Landaw conueniri, ac ſine quolibet ſubterfugio reſpondere voluit. Ibidem (10) notatur, de hominum iſtius Monaſterii furtis, latrociniis, homicidiis, raptibus, ſimiliter Palatini Comitis Iudices cognoviſſe. Ita denique Albertus ac Ludouicus Fratres & Comites ab Hackeborn, Fundatores Monaſt. Monialium in Hedeslebe, Ord. Ciſt. Dioeceſ. olim Halberſtad. d. Coenobium *iugiter quidem abſoluebant, praeterquam in occiſione cuiuslibet, ſuper quo debet iudicium ſanguinis ventilari.* IN QVO CASV, aiunt, NVLLVM ALTERIVS DOMINIVM PETI VOLVMVS AVT REQVIRI. Ap. D. PAVLLINI (11). En, quae magis luculenta ſuperioritatis in Ciſtercienſes ſigna eſſe poterant?

(1) *Tom. IV. ad An. MCCXXV. c. 8. n. 8.* (2) *Pag. 849.* (3) *Num. 14.* (4) *Part. 1. pag. 505.* (5) *In Metrop. Salisburgenſ. ſub rubrica* Fürſtenfeld. *p. 327. & 332.* (6) *Tom. 3. ſub Monaſter.* Rattenbuch. (7) *P. 164. ſeq.* (8) *Pag. 852.* (9) *Metropol. Salisburg. tom. 2. ſub rubr.* Aldersbach / *in addit. p. 69.* (10) *P. 70. ſequ.* (11) *Diſc. de Aduocat. & Oecon. §. 4.*

§. XXIX.

Quod reliquum eſt, aliis inveſtigandum tradimus. Nam Regionum Dominos in Monaſteriis Ciſtercienſium praeter ea quae late hactenus deduximus, inſignia paſſim iura exercere, experientia docet. Quae ſane non poſtrema reſeruatae ſuperioritatis territorialis κριτήρια eſſe poſſunt (1). Et qui per inductio- *Signa nonnulla ſuperioritatis territorialis reperiuntur.*

Digitized by Google

ductionem haec talia probare potest, eius quasi possessionem tutam fore arbitramur. Ita curam Religionis, & inspectionem cultus diuini necessario superioritatem arguere, tradit Knichen. *de iur. territ. cap.* 3. *n.* 152. *seq.* Confer. supra *Sect. I. §. II.* Ius collectandi s. tributa indicendi eodem gaudere effectu, docui in Dissert. *de superior. territ.* (2) vbi plures allegaui. De constitutione Officialium v. Rosenth. (3) quo spectat electio Abbatum a Regionum Dominis quandoque suscipienda aut approbanda. vid. supra *Sect. I. §. III.* De confirmatione priuilegiorum, quam illustre & haec praebeat superioritatis argumentum, v. Cravetta (4). Iason. (5) Felin. (6) De Iure Capturae Klock. (7) De Iure vitae & necis v. Hvber. (8) Ant. Matthaei (9). De Iure conducendi, **Geleitrecht,** Wesenbec. (10) De iure metatorum, **Einquartierungs-Recht,** v. Tabor. (11) Myler. (12) Pertinet huc etiam **das Marcktrecht,** Iustitia fori, quae circa nundinas variis modis occupatur. v. Besold. (13) Nominatio reciproca **gnädige Herrn & Unterthanen.** conf. Mager. (14) Appositio insignium in Monasterio eiusue bonis. v. Klock. (15) Ius aperturae, **das Oeffnungsrecht.** v. Knichen (16) Mager. (17) vbi multos adducit. Item, Ius exigendi & examinandi rationes Monasterii, **Rechnungs-Verhör.** v. Knichen. (16) Mager. (17) vbi multos adducit. Item, Ius exigendi & examinandi rationes Monasterii, **Rechnungs-Verhör,** Klock. (18) Stephan. (19) & denique ius clauium, **wann das Closter dem Lands-Herrn zu gewissen Zeiten die Schlüssel übergeben muß,** quemadmodum Coenobium Brumbacense Ord. Cist. cuius iam mentio pluries facta, Comitibus in Wertheim ceu territorii Dominis, eas offerre tenetur; vti memorat A. **des Wertheimischen Gegen-Berichts** (20). Hoc Ius in Gallia quoque vsitatum fuit. Nam ita Andr. dv Chesne *in familia Comitum de Dreux* de Coenobio Caloché Ord. Cist. in Dioecesi Andegauensi, loquitur: *L'Abbaye de Caloché ont fondé les Barons de Mathefelon, & en recognoissance, il faut scavoir, quand le Comte de Ducestal, Baron de Mathefelon, fait sa premiere entrée en la ditte Abbaye de Caloché, que l'Abbé & les Religieux doivent venir au devant luy, luy presenter les clefs, puis le disné & à teutte sa maison.* ap. Iongelinvm (21). Sed haec exempli loco sufficiant.

(1) Homagii praestationem insigne atque tesseram esse superioritatis territorialis, docui in Dissert. *de subiect. Territ.* §. 16. add. §. 13. *seqq.* De iure legendi milites (quod ius sequelae vocant, **die Landes- oder Heers-Folge**) vid. nostra Dissert. *de superior. Territ.* §. 39. De Publicatione bonorum §. 42. De Iure foresti & venandi §. 48. 49. Exigendi operas, angarias, **Frohn-Dienste** / §. 53. Censu emigrationis, **Abzug** / **Nachsteuer** / §. 55. & quae sunt alia plura in dicta Dissertat. solide deducta atque explicata. (2) §. 79. *& in not.* (3) *De feud. cap.* 5. *concl.* 52. (4) *Cons.* 949. *num.* 35. (5) *Cons.* 144. *n.* 1. (6) *In cap. Canonum statuta X. de Constit. n.* 24. (7) *Vol.* 1. *cons.* 29. *n.* 135. *ibique alleg.* (8) *L.* 2. *de Iur. Ciuit. Sect.* 6. *c.* 1. *& L.* 3. *sect.* 2. *c.* 5. §. 8. (9) *Pec. tract. de iure Gladii.* (10) *Cons.* 33. *n.* 3. (11) *De metatis c.* 6. §. 4. 5. (12) *De Princip. & stat. Imp. c.* 8. §. 2. (13) *Thesaur. pract. Lit. M.* §. 29. (14) *C.* 18. *n.* 207. (15) *Cons.* 9. *n.* 30. (16) *De iure territ. c.* 3. *n.* 388. (17) *C.* 10. *n.* 594. (18) *Vol.* 3. *cons.* 148. *n.* 79. (19) *De Iurisdict. part.* 2. *c.* 2. *n.* 172. (20) *Pag.* 40. (21) *In Notitia Abbatiar. Ord. Cist. p.* 44.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO III.

DE IVRE ADVOCATIAE IN MONASTERIA ORDINIS CISTERCIENSIS.

§. I.

BIga Quaestionum supereſt, pro Libertate aut Exemptione Ordinis Ciſtercienſis multum fauoris prae ſe ferentium. Eo minus tamen illae negotii exhibiturae ſunt, quo clarius iamiam in praecedaneis ſectionibus earum fundamenta diruta & concuſſa eſſe apparet. Nimirum vt Regionum Dominis omnem in ſeſe iurisdictionis ſuperioritatiſque ſpeciem, quocunque velatam titulo, dubiam faciant Ciſtercienſes, ſe a prima Ordinis origine iſta quoque immunitate gaudere clamitant, ne vllum Aduocatum, praeter Virginis filium, habere compellantur. Quod ſi vero ſequioris aeui neceſſitas ita poſtulaſſet, vt partes Aduocati aliquas in Monaſteriis ſui Ordinis ſibi vindicarent, horum officium nunquam transſcendiſſe terminos nudae defenſionis: & ſi qua vlterior adminiſtratio eis conceſſa, illam prorſus a Praelatorum arbitrio nutuque pendulam atque reuocabilem adeo extitiſſe, vt quoties iniquos ſe Monaſterio praebuiſſent Aduocati, munere ſuo extemplo priuari, aliuſque, ſi ita videretur, in deiecti locum ſubſtitui poſſet. Ne autem cum turba nobis res ſit, dabimus ſententiae huic patronum, quem iam ſubinde in partes vocauimus, MARTINVM MAGERVM, qui paſſim elogiis ſuis Ciſtercii fratres eapropter exornat; & (1) plenis buccis ita erumpit: *Inprimis vero Ordo Ciſtercienſis, Benedictinae primum profeſſionis, qui poſtea Bernhardinorum nomen aſſumſit, cum, ex Regulae D. Benedicti praeſcripto, ſaecularium rerum omnino abieciſſet curam, nec initio poſſeſſiones aliquas haberet terrenas, ab omni Aduocatorum iure, a primaria ſua inſtitutione ita liber & immunis extitit, vt, cum progreſſu temporis agros, villas, praedia & territoria eiusdem Ordinis Praelati adepti fuiſſent, ſemper tamen in illorum arbitrio & poteſtate relictum fuerit, Aduocatos ſibi eligere vel minus, & eosdem etiam, quamdiu placuiſſet, retinere. Hoſpin. de tempor. Orig. lib. 4. c. 21.* Idem MAGER. (2) ſingulatim prouocat ad priuilegium Conradi IV. Regis Rom. Eberacenſi Coenobio in Franconia An. MCCXL. conceſſum, quod BRVSCHIVS, IONGELINVS & ipſe MAGERVS (3) exhibent, cuius ſupra mentionem inſtituimus *Sect. II. §. XXII.* vid. D. MVLZ. (4) Adde Diplomata Impp. apud HVNDIVM (5) & paſſim, nec non ap. Edit. Monument. Würtemb. (6)

Prolegus proponit poſtulata Ordinis Ciſtercienſis.

(1) *Inc. 5. n. 443.* (2) *c. 1. de aduoc. arm. n. 27.* (3) *c. 5. n. 36.* (4) *Repraeſent. Maieſt. Imperat. c. 7. n. 76.* (5) *Tom. 2. Metrop. Salisburg. ſub rubrica* Alderſpach. *p. 63. & ſub rubr.* Fürſtenfeld. *in addition. p. 330. ſeq.* (6) *Sub Monaſt. Bebenhuſ. N. IV. p. 362.*

§. II.

Prior itaque quaeſtio eſt, an Ordo Ciſtercienſis, iuxta primaeuam ſui inſtitutionem, & priuilegia, cum Imperialia, tum Papalia, plenam vbique libertatem

Hinc QVAESTIO PRIMA *eſt:*

Digitized by Google

An Cistercienses libertatem ab omni genere Aduocatorum recte sibi vindicent? Ad quam negando respondemus, cum in prima institutione id non contineatur, & exempla contrarium euincant.

bertatem ab omni genere Aduocatorum recte sibi vindicet? Ad quam respondemus: Non magis hoc institutum probatum esse hactenus, quam illud Klockii: Secundum formam & normam Ordinis in secularibus nemini praeterquam Imperatori subesse posse Cistercienses; quod superiori Sectione late explosimus, vt adeo, quae ibi dicta, & heic locum sortiantur. Imo repugnare atque contrarium plane institutum indigitare ipsum Cistercium, Ordinis Matrem, cui a prima sui fundatione Burgundiae Duces, tanquam Patroni & Aduocati praefuerunt, vt similiter probatum dedimus ex Annalibus MANRIQVII loc. supr. cit. in *Sect. II. §. XI.* Hinc non tantum in Gallia, Hispania aliisque Regnis, sed & in Germania fundatoribus ius Aduocatiae saepe numero in Cistercienſis Ordinis Monasteriis reseruatum, aut ab Imperatoribus ad Regionum Dominos translatum, inque posteros deuolutum esse, nulla ratione habita ficti Monachorum istius Congregationis priuilegii, praeter complura documenta, testantur chartae fundationum (1) apud Editorem Docum. Würtemb. (2) quas supra delibauimus §. *XXVIII. Sect. praeced.* Adde de Monasterio **Brumbach** in Comitatu Wertheimensi, de Monast. **Kirchheim** in Rhetia, (cuius aduocatiam in hodiernum diem eius fundatores, Comites Oettingenses, tenent;) ipsummet aut vinctas manus porrigentem, aut sibi non satis conscium MAGERVM (3). De Monasterio **Seeligenthal** vid. supr. *Sect. II. §. XI.* De Monialium Coenobio Hedeslebe D. PAVLINI (4). De vicino Coenobio **Arnsburg** KOLBIVM (5) vbi literae fundationum Monasterii Altenburgensis, cuius iura transmigrauere deinceps ad Arnsburgenses, Aduocatiam sibi fundatorem reseruasse, claris verbis ostendunt. conf. infra §. *final.* & in *Sect. II. §. XXVII.* scripturam fratris Gerhardi fere in fine: *Curamque Tutoris ac Prouisoris, quamdiu viueret, suscepit.* Irrefragabile etiam testimonium praebet MANRIQVIVS (6) qui cum enarrasset Monasterium Mataplanae, Ord. Cist. a Tello quodam & Guntrude excitatum, mox in manum Alphonsi, Regis Castellae & Toleti omniumque Regum ac successorum eius positum collocatumque fuisse, vt ipsi quasi dono & gratia Regis fundatam Abbatiam defenderent ac tuerentur ab omnibus; notanter addit: *Hosce pios coniuges mera instrumenta fuisse fundationis*, NVNQVAM ALIAS PATRONATVM ABDICATVROS. Chimaeram igitur aut suaue somnium clamatam toties Ordinis Cistercienſis primariam institutionem esse oportet.

(1) In charta fundat. Monasterii Monialium **Seeligenthal** / Ord. Cist. Dioec. Ratisbon. Lodemia Ducissa Bauariae An. MCCXXXII. disposuit, vt *filius* eius *Dux & successores bonorum Monasterii perpetui sint iudices ac defensores.* Apud IONGELINVM *L. 3. pag.* 21. (2) *In Monasterio* **Hechtenstern** / *pag.* 428. *item in Monasterio* **Frauenzimmern** / *pag.* 507. (3) *Cap. 9. de aduoc. arm. num.* 443. *seq.* (4) *Discurs. de Aduocat. & Oeconomis §.* 4. (5) *In Aquilae Cert. appendice N. I. & II.* (6) *Tom. III. Annalium ad An. MCLXXIV. c. 6. n. 8. & 9.*

§. III.

Inconsuetudo repugnet, (de qua Magerus testis adducitur,)

Sane contrarium vsum (1) ac obseruantiam apud ipsos Cistercii fratres inualuisse, MAGERVS iterum fatetur (2): *Non attento, quod religiosi Cistercienses, in prima, vt dicitur, fundatione id priuilegium acceperint, vt inuiti eius Ordinis Abbates ac Monachi nullos cogerentur suscipere aduocatos, iidem tamen cum aliorum Ordinum familias ac Monasteria ab iniuria potentiorum tuta esse animaduerterent, non modo*

Digitized by Google

modo vniuersi, sed & singula Monasteria in clientelam Imperatorum aliorumque Principum sese dediderunt, vel sponte ab iisdem in protectionem specialem suscepta fuerunt. Quod ipsum quidem exemplis singulatim pluribus ostendere possemus. De Iure aduocatiae in Monasterium **Gottesszoll**, quod Ciuitati Imperiali Gmündae An. MCCCCLXXVII. a Friderico Imp. adiudicatum, v. Diplomata Friderici Imp. (3) in notis tamen dicitur esse Coenobium Monialium S. Dominici Ordinis. Bene quoque A. Deductionis Lindauiensis (4): **Es seynd nicht viel Clöster in Teutschland anzutreffen, welche sich bey ihrer ersten Stifftung** per omnia **erhalten, und der ihnen** primitus **vergabter auch nach und nach an sich gebrachter Leut, Güter und dero** Iurisdiction **halber nicht ab, oder zugenommen, oder sonst in ander Weeg mercklich verändert hätten.** *Nam & antiqua priuilegia per non vsum, per abusum, per contrauentionem, per renunciationem &c. iterum tolli possunt. Et praesens possessio extinguit ius alterius antiquum ac praescriptum.* Kirchov. *Resp.* 8. *n.* 18. *seq. vol.* 5. *Consil. German.* *Hinc apud* Meichsnervm (5) *dicitur:* **Es seye nicht darauff zu sehen, was vor** 500. **oder** 600. **Jahren geschehen, sondern wie es von** 10. 20. 30. 60. 100. **Jahren her eine Gestallt gehabt.** Conf. supra *Sect. II.* §. *XXV.* vbi Carolvs V. Imp. pro nullo & irrito declarat priuilegium Monasterii Eberacensis, spontaneam Defensorum electionem Abbati & Conuentui indulgens, ex hac potissimum ratione: **Dieweil doch dieselbe Freyheit ob hundert Jahren her nicht gebraucht worden.** In Diplomate Episcopo Herbipolitano concesso An. MDXXI. Quin etiam Cistercienses iure suo, si quod habuerunt, cecidere propterea, quod ipsi primaria Congregationis suae statuta, in aliis potioribus longe capitibus violare atque impune transgredi (id quod sacrilegum nuncupatur ap. Manriqu. loco supra in *Sect. II.* §. 3. relato) haud erubuerint. Vbi postremum non erat, immoderatum illud possessiones temporales acquirendi studium, *postquam ardenti cupidini* (Manriqvii verba sunt) *coeca auaritia semel fraena laxauit.* Quam fuerit istud alienum a primitiuo Cistercio, iam supra late monstrauimus. *Sanctos viros* (*Institutores Ordinis*) *pauperies summa & fere extrema inopia exagitabat, firma fide Roberti in sufficientiam* (*quae vtinam mansisset,*) *sed postmodum in abundantiam* (*inimicam virtutis*) *transitura:* Vt iterum Manriqvii verbis vtamur, cuius nec non & B. Bernhardi & Alexandri P. questus vlteriores vid. in *Sect. II.* §. *X.* Vtrumque hoc argumentum recte vidit D. Mvlzivs, Consiliarius Oettingensis, qui postquam (6) dixerat, non obstantibus cum primaria Ord. Cistercienſis institutione, tum priuilegiis Impp. & Pontificum, Aduocatos etiam haereditarios & Ordinarios iure superioritatis territorialis ipsorum fundatorum successores esse, praxin ipsam docere, subiicit: *Quemadmodum quoad Aduocatum requiritur, vt possessionem iuris sui conseruauerit; Ita ex parte huiusmodi Monasteriorum priuilegiatorum requiritur, vt ab immunitate habendi Aduocatum non recesserint, alias per actus contrarios iuri suo renunciasse censerentur, quoniam Iura ista Aduocatiae & immunitates non sunt immutabilia, vt ius naturae & diuinum, sed in mere ciuilibus consistunt, adeoque mutationibus obnoxia sunt. Sed & Ordo Cistercienſium a primis suis regulis deflexit, vt constat ex* c. Recolentes. 3. de statu Monach. *eo quod Ecclesias, Villas & altaria possideant fidelitates & hominia benigne suscipiant, iustitiarias & tributarias teneant. Cum itaque relictis originariis Ordinis institutis ad paupertatem magis, quam ad mundanas possessiones tendentibus, ad communia Monasteriorum Iura diuertere voluerint;*

idque merito, quoniam Cistercienses a potissimo Ordinis sui institutо recesserе.

Digitized by Google

oportuit ipsos communi cum reliquis iure quoad Aduocatias censeri, quia dignum est, vt qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in Legibus disciplinam. Quoniam in Instrumento Pacis Caesareo-Suecico ad obseruantiam Anni millesimi sexcentesimi quarti omnia ac singula, quae concernunt bona Ecclesiastica, relata sunt, etiam cum caeteris Art. 17. §. 3. d. Instr. Pac.

(1) In Monumentis Würtemb. p. 708. Imperator qua Archi-Dux Austriae Ius Patronatus in Monasterium Königsbrunn / Ord. Cist. quod Maiores ipsius habuere, transtulit in Ducem Würtembergiae. Argumentum ad refellendam Ordinis huius primitiuam libertatem haud inidoneum. Notentur verba diplomatis: **Vorernannts** Ius Patronatus, **und was demselben von Rechtswegen anhängig ist** / &c. (2) *In c. 1. n. 111. seq.* (3) *p. 69.* (4) *p. 294.* (5) *Tom. 4. Doc. 4. fol. 126.* (6) *part. 2. Repraesentat. Maiestat. Imperat. c. 7. n. 120. seqq.*

§. IV.

Singulatim ad priuilegia, praesertim Imperialia respondetur.

Singulatim de priuilegiis obseruandum, vt in praecedenti quoque Sectione monuimus, ea singulis Monasteriis data ad vniuersum Ordinem trahi non posse. Id quod etiam ad Conradi IV. priuilegium Eberacense regeri potest. Quanquam Conradus ille de re ante seculum & vltra gesta testimonium perhibens, testis profecto idoneus non sit. Et risum merentur, qui hodie multum roboris pro asserenda Cistercienſium immunitate quaerunt in isto priuilegio, quod Imp. Carolvs V. expressa sanctione superius exhibita sustulit & prorsus abrogauit, ceu modo diximus in §. *praec.* Notum quoque priuilegia non raro ad falsas preces maxime Clericorum a piis & fraudem non intelligentibus Impp. impetrata esse; vt supra late ostensum Sect. II. §. XXI. Tantum abest, ea iuribus, ex fundatione, dotatione, pacto aut alio titulo acquisitis, maxime quantum attinet Regionum Dominos, detrimentum adferre potuisse; praesertim cum consuetudo illa, Cistercienſis Ordinis Monasteria legitimis suis Aduocatis subiiciens, nec diuino iuri, nec rationi, aut aequitati aduersetur.

§. V.

Altera Quaestio est: An aduocatia nudam Coenobii defensionem aut ab arbitrio Praelati suspensam functionem denotet? Quod Magerus affirmauit, cuius argumenta adducuntur.

Succedit nunc altera quaestio, an Aduocatia nudam Coenobii defensionem, aut ab arbitrio Praelati suspensam functionem denotet? siue, quod eodem recidit, an aduocatia, s. **Caſtenvogthey**, nunquam plus iuris ex sua natura tribuat, quam simplex protectio? Affirmat id Magervs, quem rursus audiamus (1). *Si naturam*, inquit, *hodiernae aduocatiae recte perpendamus, asserendum est, modernis protectoribus, qualescunque sint, & quocunque nomine indigitentur, occasione ac virtute Aduocatiae,* **Krafft des Schutz**, *praeter tuendi potestatem, eique annexa, plus iuris non competere, ideoque in protectione tam Ecclesiarum, quam locorum saecularium, regulariter Aduocatis Ius defendendi tantum tribui. &c.* Rationem subiungit, quod aduocatiarum hodiernarum constitutio sit stricti iuris, adeoque nihil, nisi quod de praecisa earundem natura, vel nominatim expressum est, in iis veniat, *arg. L. 99. D. de Verb. Obl.* Et quod moderni scriptores non aliam inter simplicem, **Schirmvogthey**, & compositam aduocatiam, **Caſtenvogthey**, discrepantiam constituant, nisi quod haec proprie dicatur Aduocatia Ecclesiarum. Vtcunque etiam plurium Aduocatorum in Monasteriis potestas

vltra

Digitized by Google

vltra defensionis limites se extenderit, tamen id secutis temporibus mutasse. Clarius id exprimit infra (2) *Hodie*, inquiens, *cum Episcopi & Praelati fere omnes ab Imperatore instar Politicorum Principum iurisdictione aliisque regalibus inuestiti, officium Protectorum administratorium in Episcopatibus in desuetudinem abiit, sed ipsum tamen ius aduocatitium nedum apud Ecclesiasticos sed saeculares etiam remansit & per totum Imperium (vt quotidiana docet experientia) manauit, idem tamen non amplius in rerum administratione & iurisdictionis vsurpatione consistit.* Quod vt probet, prouocat ad Dd. quos (3) immani numero produxit.

(1) *C. 2. de Aduoc. armat. n. 233. seq.* (2) *C. 11. n. 74. seq.* (3) *D. c. 11. n. 76. sequ. & c. 10. n. 407. seqq.*

§. VI.

Sed quam parui ponderis sint argumenta haec, incunctanter liquebit, si paulo altius repetierimus, quae ratio fuerit Aduocatorum in Episcopatibus & Monasteriis sub Francorum regno, & quae postea sub Romano Germanico Imperio inualuerit, deduxerimus. Igitur notandum, in Synodo Carthaginensi (1), sub extrema seculi IV. inductam esse Aduocatorum defensionem pro causis Ecclesiae, quos propterea Graeci ἔκδικους, Latini defensores vocabant. v. & Novellam Iustiniani LVI. Secuti id Francorum Reges, Aduocatos in Episcopatibus & Monasteriis singulis constituere, qui res & iura eorum tam in iudicio quam extra iudicium tuerentur, & actiones exercerent; v. priuilegium, quod Monasterio Vttenburrhano concessit CAROLVS M. apud BRVSCHIVM. In Capitulari CAROLI M. A. DCCCX. secundo (2), est: *Vt Episcopi & Abbates Aduocatos habeant, & ipsi habeant in illo Comitatu propriam hereditatem, & vt ipsi recti & boni sint, & habeant voluntatem recte & iuste causas perficere.* In Concilio Moguntiaco sub eodem CAROLO M. Anno eod. celebrato (3): *Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus, cunctoque clero omnino praecipimus Vicedominos, praepositos, aduocatos siue defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non periuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes & in omnibus iustitiam diligentes.* In Capitulari A. DCCCII. primo (4). *Vt Episcopi Abbates atque Abbatissae, Aduocatos atque Vicedominos Centenariosque legem scientes & iustitiam diligentes pacificosque & mansuetos haberent.* & in Capitular. eiusd. Anni secundo (5): *Vt omnes habeant bonos Vicedominos & Aduocatos.* Hincmarus (6) scribit: In Synodo Leonis IV. decretum esse, *vt Episcopi vniuersique Sacerdotes Aduocatos habeant: quia Episcopi & sacerdotes ad solam tandem Dei bonorumque operum actionem constituuntur.* Tales autem Aduocatos vel Rex ipse, vel Missi eius dabant (7), & in *Capitular. CAROLI M. A. DCCCIII. tertio* (8) iniungitur Missis Regiis, vt Scabinos, Aduocatos, Notarios per singula loca eligant, & eorum nomina, quando reuersi fuerint, secum scripta deferant (9).

Verum ante ad quaestionem quam respondeamus, praestruitur, quae ratio fuerit aduocatorum in Francorum Regno.

(1) *Cap. 75.* (2) *C. 14.* (3) *C. 50.* (4) *C. 13.* (5) *C. 21.* (6) *Epist. 7. c. 31.* (7) *V. L. 7. capitular. 392.* (8) *Cap. 3.* (9) *Conf. 3. Capitular. 35.*

§. VII.

Caeterum quod sub Carolingidae Domus Regibus aut Imperatoribus Aduoca-

Quae eorum fundatio?

Digitized by Google

uocatorum & Vice-Dominorum officium & quanta poteſtas fuerit, fuſe explicuit Carolus Cangius (1) Magervs ipſe (2). Equidem certum eſt, ad eos curam & diſpoſitionem rerum Eccleſiaſticarum omnem ſpectaſſe, eosdem etiam, ſi de bonis illis controuerſia moueretur, coram iudicibus nomine Eccleſiarum comparuiſſe, iusiurandum praeſtitiſſe, duella ſuſcepiſſe, ceu dilucide docui in *Diſſert.* (3) Adde appendicem formularum Marcvlfi (4), vbi exemplum eſt ſententiae inter Aduocatum ſeu defenſorem Eccleſiae, qui vindicauit aliquem in colonum fundi eccleſiaſtici, & ipſum colonum, qui aſſerebat ſe liberum. An ipſi etiam illo aeuo iurisdictionem & iudicia exercuerint, nonnulli dubitant. At affirmauit H. Conringivs (5). Cui nos non omnino refragamur, quantum attinet homines illius Eccleſiae, cuius erant Aduocati, quoties inter eos de bonis controuerſia oriretur, maxime ſi Eccleſiae id iuris priuilegio eſſent conſecutae: nam Aduocatos etiam iuſtitiam feciſſe, conſtat ex Capitulis Caroli M. quae inſerta ſunt LL. Longobardorum (6). Vtcunque ſit, ſecutis temporibus, & iam ſub Saxonicis Impp. ad Aduocatos cauſarum cognitionem pertinuiſſe, caret controuerſia, & infinitae teſtantur chartae, mentionem facientes iudiciariae Aduocatorum poteſtatis, (v. Diplomata Ottonis M. a Meibomio edita, de Aduocatis Hammaburgenſis, Magdeburgenſis, Mindenſis, Gandersheimenſis Eccleſiarum;) bannorum ſiue mulctarum, quae ad eos pertinebant.

(1) *In Gloſſario, voce Aduocatus, & Vice-Dominus.* (2) *C. 11. de aduoc. armat. n. 3. ſequ.* (3) *De Orig. & progreſſu ſpecial. Germ. Rerumpubl. §. 5.* (4) C. 1. (5) *Exercit. de Iudiciis Reip. Rom. Germanic. §. 35.* (6) *L. 1. tit. 44. c. 2. & L. 3. tit. 2. c. 8. conf. L. 3. Capitular. c. 11. & l. 5. c. 253.*

§. IIX.

Cum in Regno Francorum ſoli Reges Aduocatos conſtituerent, poſtea Epiſcopos eligendorum Aduocatorum ius impetraſſe, & tandem aduocatos excuſſiſſe.

Enimuero quod diximus in Francorum Regno Aduocatos vel a Rege vel auſpiciis regiis conſtitutos, non vna ratione poſtea mutauit. Nam Epiſcopos quod attinet, hi priuilegiis Imperatorum non raro ius eligendorum Aduocatorum impetrarunt. In priuilegio Eccleſiae Paderbornenſis a Carolo Crasso Imperatore A. DCCCLXXXVII. dato apud Nicol. Schaten (1), eſt: *Homines famulatum eius Eccleſiae facientes, coram nulla iudiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo vel Aduocato, quem eiusdem loci Epiſcopus elegerit.* Quale etiam priuilegium Mindenſi Eccleſiae Otto M. largitus eſt A. DCCCCLXI. Idem Eccleſiae Magdeb. A. DCCCCXXXVII. conceſſit *facultatem eligendi Aduocatum quemcunque velit.* Plura eiusmodi Priuilegia ſub Saxonicis Impp. paſſim occurrunt. Abhinc cum Epiſcopis profanam poteſtatem cum ſacerdotio coniungere daretur, facile ipſis fuit, vt Aduocatos omnes ex Epiſcopatibus ſuis tollerent. Idque intelligimus ex pacto inter Paſchalem Pontificem & Henricum V. Anno MCIX. de inueſtitura laica, ſecundum quod Imperatori reddi debebant Ducatus, Marchiae, Comitatus, ADVOCATIAE, monetae, theolonia, & CAETERA REGALIA, vt Abbas Vrspergensis *ad d. Ann.* & alii teſtantur. Et ſane poſt Fridericvm II. Imperat. (nam ſub huius imperio Aduocatos non omnino deſiiſſe, ſatis probat eius Conſtitutio de Iuribus Principum Eccleſiaſticor. An. MCCXX. Francofurti promulgata apud D. Schilter. (2)) certum putat H. Conringivs (3) Epiſcopos tantum non omnes paulatim id iuris impetraſſe.

(1)

Digitized by Google

(1) *L. 3. Annal. Paderborn.* (2) *Tom. 2. Inſtitut. iuris publici tit. 15.* (3) *Exercit. de Iudic. Reip. Germ. §. 71.*

§. IX.

Monaſteriorum non eadem fuit felicitas: nam horum pleraque etiam ab illo tempore manſere ſub Aduocatis, ſed diuerſa conditione. Et quidem Imperatores adhuc diu aduocatias in Monaſteriis habuere. Ita in diplomate FRIDERICI I. Imperatoris A. MCLII. apud MIRAEVM (1) aduocatia Eccleſiae Marſnenſis in agro Falcoburgenſi dicitur *ad regnum pertinere.* Confer. omnino SCHILTER. (2) Neque dubium eſt, Imperatores, vt alia iura ſibi reſeruata (3), ita aduocatias quoque per Comites ſuos Palatinos exercuiſſe. Quanquam poſteris temporibus, magis ac magis inualeſcente Procerum profanorum in ſuis Regionibus poteſtate, Aduocatiae quoque Regiae in eorum manus deuenerint.

In monaſteriis pleriſque aduocatos manſiſſe, & quidem In aliquibus aduocatias ad impp. pertinuiſſe;

(1) *L. 2. Donat. Belgicar. c. 51.* (2) *Inſt. Iur. publ. L. 1. tit. 25. §. 8. p. 252. p. 253.* (3) Aduocatias Monaſteriorum antiquitus de Reſeruatis Imperatoris, & ideo inter Regalia relatas fuiſſe ex Dodechino *ad A. MCX.* Vrſpergenſi *A. MCXI.* Kranzio *Saxonic. lib. 5. c. 32.* & aliis probat A. Monum. Würtemb. *p. 79.* Hinc appoſite ſcriptum putat a Renato Choppino de *Doman. Franc. L. 2. t. 8. n. 7. Reges Franciae, tametſi concedant Comitibus terras cum pertinentiis, non cenſeri tamen generali eiusmodi conceſſione Aduocatias Monaſteriorum transtuliſſe.*

§. X.

Ipſi porro Regionum Domini in monaſteriis a ſe noue conditis ſibi ſuoceſſoribusque ſuis aduocatias reſeruare conſueuerant (3), quod compluribus exemplis firmauit MAGERVS (2). Et LEHMANNVS (3) teſtatur: **Daß in folgenden Zeiten bey der Sächſiſchen Kayſer Regierung ein ander Brauch eingeriſſen, wann Fürſten, Graffen und Herrn ihre eigene Lande und Güter zu der Kirchen geſtifft, daß Sie ihnen und ihren Erben die Gerechtigkeit der Vogtbey das iſt der Weltlichen Regierung darinn vorbehalten, daher geſchehen, daß nicht allein König und Kayſer, ſondern auch andere Herren die** aduocatias **beſtellt und verwaltet.** Wigbertus Saxoniae gentis illuſtris Comes in Merſepurgenſi parochia in loco praedii ſui, qui Bigowia dicitur, monaſterium conſtruxit, in quo ſibi ac ex poſteris, qui primus natus eſſet, aduocatiam reſeruauit. Monachus Pegouienſis de Wiperto, ad A. 1106. Abhinc etiam Regionum Domini de aduocatiis monaſteriorum, **Stifftern, Clöſtern, Vogteyen,** inueſtiri ſolebant. v. GRYPHAND. (4) & Noſtra Diſſert. (5) vbi Diplomata adducuntur. Quibus conſonum eſt, quod exhibet Autor Deductionis Neoburg. (6) vbi MAXIMILIANVS I. Imp. Fridericum Palatinum inueſtiit: **Mit Grafſchafften, Herrſchafften, Schloß, Städt, Märckt, Land, Leuthen, Clöſtern und Vogtheyen** ꝛc. ꝛc. Conf. BECHTIVM. (7) MAGERVM. (8) Et plerumque ius aduocatiae ex fundatione quaeſitum, Caeſarea inueſtitura corroboratum cernimus, quo factum, vt ex pluribus cauſis Regionum Dominis illud competere coeperit. Exemplum illuſtre praebet Auctor Apologiae Werthemianae (9) verbis: **In Crafft dieſer Hoch- und Herrlichkeit** (ſuperioritatem territorialem heic indigitat) **der** fundation, dotation, **und Kayſerlichen Begnadigung, iſt auch den Graffen zu Wertheimb der Schutz und Schirm (welchen ſich die Römiſche Kayſer vor alten Zeiten** reſeruirt, **ausgezogen und vorbehalten)**

Aliquas ad Regionum Dominos.

Digitized by Google

über besagtes Closter zugewachsen, dafür Sie dann, wie mit Churfürstl. Maynzischen und andern Urkunden zu belegen, allbereit in Anno MCCCLIV. und MCCCLXXXIV. also in die 200. Jahr zuvor von des Römischen Reichs wegen erkennt worden. ꝛc. inmassen dann nicht allein die alte Graffen von Wertheim durch iederzeit Röm. Kayser und König mit solchem Closter-Schirm, als einem Reichs Lehen, sondern Lewenstein selbsten von Weiland den hochlöblichsten Kayssern Maximiliano und Rudolpho, wie nicht weniger von der ietzo regierenden Kayserl. Maiest. inuestirt und belehnet, auch vigore istius constitutionis, durch Weiland Kayser Carln in An. MDXLI. und MDXLIIX. dem letztlebenden Graffen von Wertheim in sonderlichen conseruatoriis aufferlegt und gebotten worden, dieses Closter in Crafft darüber habender Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit, nicht davon entziehen zu lassen. Add. praeter alia exempla superius in §. XXV. Sect. II. adducta Diploma Caroli V. Imp. quo Aduocatiam Castro Fridbergensi ab Abbatissa Monasterii Engelthal concessam confirmauit, cuius tenor ex autographo ita se habet:

Wir Carl der Fünfft von GOttes Gnaden Römischer Kayser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, König in Germanien, ꝛc. ꝛc. Bekennen offentlich mit diesem Brieff undt thun kundt allermänniglich, daß Uns Unsere und des Reichs lieben Getreuen, Burggrave, Baumeister und Gesandten, Unser undt des heyligen Reichs Burg Friedberg in der Wetterauw gelegen, fürbracht haben, wie sich die Ersamen Geistlichen Unsere liebe Andächtigen, Ebbtißin, Priorin und Conuent des Closters Engelthal, under gemainer Ganerben bemelter Burg, Schutz und Schirm, dieweil das Closter undt der merer Theil der Güter, Zinß undt Gefelle unter derselben Burck Gezirck, Oberkaiten, Gepieten und Gerechtigkait gelegen were, undt auch damit Sie desto stattlicher bey Iren Freyheiten und dem Iren gehandhabt werden mögten, in Schutz und Schirm begeben hetten, alles nach Inhalt aines Brieffes uns fürbracht, undt von Wortt zu Wortt also lautendt. Wir Catharina von Carben, Ebbtißin, Anna von Hunelßhoven, Priorin undt der Conuent gemainelich, des Closters Engelthal, Cistercienser Ordens, Mentzer Bistums, thuen kundt menniglichen und bekennen offentlich mit diesem Brieue vor uns undt alle Unsere Nachkommen, Nachdeme undt als Engelthal Unser Closter, Wir, und alle Unsers Closters zuständige Güter, Zins, Renthen, und Gefäll mit hochlöblichsten Kayserlichen und Königlichen priuilegien, Freyhaiten und Gerechtigkait, hochlöblich priuilegiret, verfreyhait und begnedigt seyn, undt aber dieselbigen Kayserliche undt Königliche Begnadung, undt Gerechtigkeit, Ire Edel Würckung (on Handhabung tröistlichs Schirms) nit fruchtbarlich zu Ende bringen mögen, das Wir in Betrachtung solches darzue undt das bemelt Unser Closter und der merer Thail Unserer Güeter, in undt under des hayligen Reichs Burge Friedberg und gemainer Buraman daselbst Bezirck, Oberkait, Gepiet und Gerechtigkeit gelegen, auch damit Wir den Göttlichen Ambten undt Diensten, so zu Unserm Closter zuaescheen verordnet, desto friedlicher, weißiger und stattlicher anhangen, gewarten und vollnpringen, darzu bey gleich und Recht beschirmet, undt vertheydinat werden mögen, uns, Unser Closter, alle Unser Nachkommen und derselbigen Güeter mit zeitigem guetem fürgehapten Rat, in gedachter des Reichs Burge Friedbergk, derselbigen Burggraven, Bawmeister, so von gemainer Burge wegen zu regieren.

ver-

verordnet, tröstlichen Schutz und Schirm, freywilligelich underworffen, ergeben und bevolhen haben, und underwerffen, ergeben und empfelhen uns auch derselbigen Burge, Burggraven, Bawmaistere und Burgmann in Krafft dies Brieves freywilliglich, als unsern gönstigen Schirm-Herrn und den getreuen begierigen Beiständern der Gerechtigkeit, nun und hinnfür ewigliche dergestalt egerürt unser Closter, uns unser Nachkommen, undt alle unsers Closters anhangende und zuständige Güter und Gerechtigkeiten treulich undt Ires Vermögens zu beschirmen, bey alten Herkommen, Rechten und Gerechtigkeiten uns ewig auffrecht günstiglich zu handthaben und zu verteydingen, und uns in geistlichen Sachen, ferner dann Wir uns mit Unsern Geistlichen, Obern und Visitatoren vertragen, nit zu beschweren noch zu belestigen, sondern dabey bleiben zu lassen, so sollen und wollen wir und alle unsere Nachkommen umb weitern Schutz, Schirm, Vertrettung undt Vertheidigung, an keinem andern Ort, dann wie obsteet, ansuchen, noch keinen andern Schirm-Herrn, sondern ehegedachter Burge, Burggraven, Baumeistern und Burgmann Wissen und Bewilligung begeren, suchen, uffnehmen oder haben, sonder alle Geferde, das alles wir uns zu yetzberürten Buraggraven, Baumeistern und Burgmann, als unsern gönstigen Schirm-Herrn unzweifflich vertrösten, uns denselbigen in aller Gepür gehorsamblich, freywilligk und bereit unterwürfflich erwehlendte. Herüber zu warer Urkundt haben wir Apptißin, Priorin und gemainer Convent, obangezeigten diesen Brieffe mit unser Abtey und gemainen Convents Insiegel vor uns und alle unsere Nachkommen besiegelt, geben und geschehen auff Freytag nach Ascentionis Domini im Jare nach Christi unsers Herrn Gepurt, tausendt, fünffhundert und im zwai und zwantzigsten ꝛc.

Undt haben uns darauff demütiglich gepetten, daß wir solchen obbeschrieben Brieve, in allem seinem Inhalt undt Begreiffung zu confirmiren und zu bestetten gnädiglich geruhten, das haben wir angesehen, solch Ir demütig Bitte, auch die annemen getreuen Dienste, so sy undt Ir gemaine Mitganerben dem hayligen Reiche undt uns bishere gethan haben und hienfüro wohl thun mögen undt sollen, undt darum aus den oberzelten und andern Ursachen uns darzue bewegendt, und sonderlichen damit gemelt Ebbtißin und Convent bemeltes Closters in diesen gefehrlichen Zeiten desto stattlicher beschützt, beschirmet, bey dem Iren beleiben, und GOtt dem Allmächtigen desto geruhiglicher gedienen mögen, mit wohlbedachtem Mueth, guetem Rath und rechter Wissen den obbeschrieben Brieve, in allen seinen Inhaltungen, Maynungen undt Begreiffungen, als Römischer Kayser gnädiglich confirmiret, und bestett, confirmiren und bestetten den hiermit von Römischer Kayserlicher Macht Vollkommenhait wissentlich in Krafft ditz Brieves, maynen und wollen, daß der obbestimmter Brieve in allem seinem Inhalt, Maynung und Begreiffung gantz crefftig undt mächtig seyn, stet gehalten und vollzogen, und obgedachte Burggrave, Bawmeister, Ganerben und Burg zu Friedberg, die Oberkait, Schutz undt Schirm, nach Ausweisung berürtes Brieves nun hienfüro über gemeltes Closter haben, sich des geruhiglich gebrauchen, genieſſen und gentzlichen dabey beleiben sollen und mögen, und Inen daran von yemandts kein Irrung, Eintrag oder Verhinderung beschehen, oder gethan werden solle, in kain Weise noch Weege; Undt gebieten darauff allen und Jeglichen, Churfürsten, Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Prälaten, Graffen, Freyen, Herrn, Rittern, Knechten, Hauptleuthen, Landvögten, Vitzdamben, Vögten, Pflegern, Verwesern, Ambtleuthen,

Schulthaiſſen, Burgermaiſtern, Richtern, Räthen, Bürgern, Gemainden, undt ſonſt allen andern Unſern undt des Reichs Unterthanen undt Getrewen, in was Würden, Etats oder Weſens die ſeyn, ernſtlich mit dieſem Brieve, und wollen, daß ſy die gemelten Burggraven, Bawmeiſter, Ganerben und Burg Friedberg angedachter Oberkait, Schutz und Schirm nit hindern noch irren, ſondern ſy den haben, geruhiglich gebrauchen genieſſen, dabey und dieſer unſer Confirmation und Beſtettung gäntzlichen bleiben laſſen, und ſy darüber nit pelaydigen, beſchweren noch bekümmern, noch des Jemandts andern zu thun geſtatten, in kain wayſſe, als lieb einem yeglichen ſey, Unſer undt des Reichs ſchwere Ungnad und Straffe, undt darzu ain Poen, nehmblich zwantzig Marck löthiges Golts zu vermeiden, die ain yeder, ſo offt er freventlich hirwider thuet, uns halb in Unſer und des Reichs Cammer, undt den andern halben Theil den obgemelten Burggraffen, Baumeiſtern undt Gannerben der Burg Friedberg unabläßig zu bezahlen, verfallen ſeyn ſolle; Mit Urkundt dies Brieffs beſiegelt mit Unſerm Kayſerl. anhangenden Inſiegel. Geben in unſer und des Reichs Statt Speyer am ſechs und zwantzigſten Tag des Monats Martii, nach Chriſti unſers lieben Herrn Gepurde, fonffzehenhundert und im vier und viertzigſten, unſers Kayſerthumbs im vier und zwantzigſten, und unſerer Reiche im neun und zwantzigſten Jaren.

CAROLVS.

Ad Mandatum Caeſareae & Catholicae M. proprium.

Vt. Naues. (L. S.)

J. D. Eberuburger.

Quam confirmationis chartam poſteris temporibus adhuc ſemel ſub Maximiliano II. itidem confirmatam videmus, cuius verba huc facientia ex originali pariter apponamus:

Wir Maximilian der ander von Gottes Gnaden, erwelter Römiſcher Kayſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, ꝛc. ꝛc. Bekennen offentlich mit dieſem Brieve und thun kund allermenigelich; daß Uns Unſere und des Reichs lieben Getreuen, Burggrave, Paumeiſter und Geſanndten, Unſer und des hailigen Reichs Burgkh Fridberg, in der Wetteraw gelegen, fürbracht haben, wie wie ſich die Erſamen, Geiſtlichen, unſere lieben Andechtigen, Ebtißin, Priorin und Convent des Cloſters Engelthal under gemainer Ganerben, bemelter Burgk, Schutz und Schirm, dieweil das Cloſter, und der merer Tail der Gütter, Zinß und Gefehl, under derſelben Burgk Geziergkh, Oberkeiten, Gepieten und Gerechtigkeit gelegen were, und auch damit ſy deſto ſtattlicher bey Iren Freyheiten und dem Iren gehandhabt werden möchten, in Schutz und Schirm begeben hetten, alles nach Innhalt aines Brieffs, uns fürbracht, und von Wortt zu Wortt alſo lautendt ꝛc. ꝛc. und uns darauf demütiglich gepetten, daß wir ſolchen obgeſchriebenen Brieff, in allen ſeinen Inhalt und Begreiffungen zu confirmieren und zu beſtetten, genediglich geruheten / des haben wir angeſehen, ſolch Ir demüetig Bete, auch die annemen getreuen Dienſte, ſo Sy und Ir gemaine Mitganerben, dem heiligen Reiche,

Digitized by Google

Reiche, und Uns bißhero gethan haben und hinfüro wol thun mögen und ſollen, und darumb aus den oberzelten und andern Urſachen Uns darzu bewegend, und ſonderlichen damit gemelt Aebtißin und Convent bemeltes Cloſters, in dieſen gefehrlichen Zeiten deſto ſtattlicher beſchützt, beſchirmpt, bey dem Iren beleiben, und GOtt dem Allmechtigen deſto geruewiglicher gedienen mögen, mit wohlbedachtem Mueth, gutem Rath und rechter Wiſſen, den obgeſchriebenen Briefe in allen ſeinen Innhaltungen, Mainungen und Begreiffungen, als Römiſcher Kayſer genedigliechen confirmiert und beſtett, confirmieren und beſtetten den hiemit von Römiſcher Kayſerlicher Macht, Vollkommenheit, wiſſentlich in Crafft dieſes Brieves, mainen und wollen, daß der obbeſtimpte Breve, in allem ſeinem Innhalt, Meinung und Begreiffungen gantz crefftig und mechtig ſein, ſtät gehalten und vollzogen, und obgedachte Burggrave, Baumeiſter, Ganerben und Burg zu Fridberg, die Obrigkait, Schutz und Schirm, nach Ausweiſſung berürts Brieves, nun hinfüro über gemelt Cloſter haben, ſich deſſen geruewegchlichen geprauchen, genieſſen und gentzlichen dabey beleiben ſollen und mügen, und Inen daran von jemants keine Irrung, Eintrag oder Verhinderung beſchehen, oder gethan werden ſoll, in kaine Weiß noch Wege; und gepieten darauf allen und jeglichen Churfürſten, Fürſten, geiſtlichen und weltlichen, Prälaten, Graven, Freyen, Herrn, Rittern, Knechten, Hauptleuthen, Landvögten, Vitzdomen, Vögten, Pflegern, Verweſern, Ambtleuten, Schuldheißen, Burgermeiſtern, Richtern, Räthen, Burgern, Gemainden und ſonſt allen andern, Unſern und des Reichs Unterthanen und Getreuen, was Würden, Stands oder Weſens die ſein, ernſtlich mit dieſem Brieve, und wollen, daß Sie die gemelten Burggraven, Baumeiſter, Ganerben, und Burgk Fridberg, an gedachter Oberkait, Schutz und Schirm nicht hindern noch irren, ſondern Sie den haben, geruewigelich geprauchen, genieſſen, dabey und dieſer Unſer Confirmation und Beſtettung gentzlichen beleiben laſſen, und Sie darüber nicht belaidigen, beſchweren noch bekümmern, noch jemands anderen zu thun geſtatten, in kain Weiß, als lieb einem jeglichen ſey, Unſer und des Reichs ſchwere Ungnad und Straff, und darzu ein Peen, nemlichen zwantzig Marckh löttigs Goldes zu vermeiden, die ein jeder, ſo offt er freventlich hierwieder thuet, Uns halb in Unſer und des Reichs Cammer, und den andern halben Tail den obgemelten Burggraven, Baumaiſter und Ganerben der Burgk Fridberg, unableßlich zu bezallen verfallen ſeyn ſolle; mit Urkund dies Briefs, beſiegelt mit Unſerm Kayſerl. anhangenden Inſigel; Geben in Unſer und des Reichs Statt Augſpurg den achten Tag des Monaths May, als man zalt nach Chriſti Unſers lieben HErrn und Seeligmachers Gepurt fünffzehenhundert und im ſechs und ſechtzigſten, Unſerer Reiche des Römiſchen im vierdten, des Hungeriſchen im dritten, und des Behemiſchen im achtzehenden Jahren.

MAXIMILIAN.

Daniel Archi-Epiſcopus Moguntinenſis per Germaniam Archicancellarius.

Ad Mandatum Sacrae Caeſareae Maieſtatis proprium.

Vt. J. V. Zaſs. mppr. (L.S.) Haller.

Similem ratione Aduocatiae in Monasterio Ebrach, quae Aduocatia Conrado Episcopo Herbipolitano per inuestituram iam antea collata, confirmationem a Carolo V. legimus:

Wir Carl der fünffte ꝛc. Bekennen offentlich, ꝛc. ꝛc. Daß Wir als Römischer Kayser, und der Kirchen, Clöster und Gottshäuser Oberster Vogt, Schutz- und Schirm-Herr ꝛc. damit bey diesen und künfftigen geschwinden gefährlichen Läufften, die Kirchen, Clöster und Gottshäuser sampt dem gestiffteten Gottesdienst, auch Ihren Leuten, Haaben und Gütern und andern Zu- und Eingehörungen hinführo in gutem Wesen bleiben und erhalten mögen werden, mit wohlbedachtem Muthe ꝛc. dem Ehrwürdigen Conraden, Bischoffen zu Würtzburg, Unserm Fürsten, Rath und lieben Andächtigen, und Seinen Nachkommen, den Schutz und Schirm über N. Abbt und Convent des Closters Ebrach und desselben zugehörige Kirchen, Leuthe und Hindersassen in dem Stifft Würtzburg und desselben Landsfürstlichen Obrigkeit gelegen, darzu über all- und jede ihre Haab und Güther ꝛc. so gemelt Closter Ebrach und desselbigen zugehörige Kirchen jetzund haben, oder künfftiglich überkommen werden, sambt allen und jeden davon und darauff gebührenden gewöhnlichen Vogt-Rechten, Diensten und Gerechtigkeiten gegeben, zugestellt, befohlen, und verliehen haben ꝛc. Also daß berührter Unser Fürst Bischoff Conrad und Seine Nachkommen, von gemeltem Closter Ebrach und allen und jeglichen desselben zugehörigen Leuthen, Hindersassen und Verwandten, von solchen Schutz- und Schirms, auch derselben zugehörigen Gerechtigkeiten und Dienstbahrkeiten wegen gewöhnlich Pflicht und Huldigung zu nehmen, zu empfahen, auch sonsten alles thun und handlen mögen, das einem Schutz- und Schirm-Herrn von Recht und Gewohnheit wegen zu thun und zu handlen gebührt und zustehet ꝛc. ꝛc. A. MDXXXIV. ap. Aut. Causae Herbip. (10) Atque hoc in casu, vbi bona Monasterii iam antea territorio alicuius fuere subiecta, talis inuestitura: Mit dem Schutz und Schirm ꝛc. magnae prorsus efficaciae est. Vnde illustrissimi Comites ab Hohenlohe, lite sibi mota de Ecclesia Collegiata Oeringensi & Coenobio Schefftersheim Ord. Praemonstr. (quorum restitutionem vigore Edicti Ferdinandini A. MDCXXIX. enixe postulabat Episcopus Herbipolitanus) palmarium argumentum defensionis suae quaesiuere in formulis inuestiturae Caesareae: Mit dem Schutz und Schirm über die Stifft und Closter Oeringen und Schefftersheim. Item: Mit all und jeglichen Ihren Herrlichkeiten, Mannschafften, Geistlichen und Weltlichen Lehenschafften. vid. Diploma Caroli V. in Actis Hohenloicis An. MDCXXX. typo vulgatis (11). Siquidem isthanc inuestituram cum praesumptione territorii generali, a situ horum Collegiorum enascente, omnimodum ius tribuere & propterea adhibitam quoque reformationem nihil iniqui inuoluere, certissime persuasi erant. Nec excidere spe sua, postquam Pace Osnabrugensi inter alia cautum est, vt ablatorum plenaria restitutio fieret absque omni exceptione. vid. Instr. Caes. Svec. (12) vbi Monasterii Schefftersheim specialis mentio est iniecta. A quo tempore in quieta iurium suorum possessione & exercitio securi permanserunt.

(1) Quin ipso iure in Fundatorem eiusque heredes Advocatia deuoluitur, etiam non reseruata, vt late hoc demonstrat Magervs *c.* 9. *n.* 530. *seq.* vbi Aduocatiam huiusmodi Legalem appellat. Neque interest, Masculus an foemina succedat. Nam & has Aduocatiae capaces esse, non obstantibus, quae in contrarium fuso proferuntur, ostendit ac exemplis declarat Magerus *c.* 7. §. 210.

Digitized by Google

§. 210. *seqq.* Illud vero singulare est, quod non solum iis, qui sanguinem a Fundatore trahunt, sed etiam extraneis successoribus quandoque prospectum legamus. In Chronico Montis Sereni sub A. MCXXVII. Conradus Marchio Misnensis ita disposuit: *Me vero dum vixero, & post me seniorem de filiis meis, vel quemlibet haeredem meum Aduocatum habeant.* (2) *C. 9. n. 443. seq. 470. seq. 499. seq.* (3) *L. 2. Chron. Spirens. c. 36.* (4) *De Weichb. c. 63. n. 11. sequ.* (5) *De superior. Territ. §. 11. p. 207. & sequ.* (6) *P. 289.* (7) *De securitate & saluo conductu c. 10. in fine.* (8) *C. 9. de aduoc. arm. n. 800. seq.* (9) *C. 3. pag. 41.* (10) *N. 5. Document. adiunct.* (11) *Pag. 357. sequ.* (12) *Art. 4. §. 40.*

§. XI.

Neque vero ibi substitere Regionum Domini, sed & idem ius in alios vt Vicarios transtulere (1), qui Subaduocati dicebantur. Mentionem Subaduocati primam inuenimus in literis Ottonis M. Imperatoris, A. DCCCCXLVIII. apud A. Chronici Gemmelacens. (2) quibus Lantbertum Comitem Louanien sem creauit Aduocatum Coenobii Gemmelacensis statuitque: *Vt Comes nunquam praeter vnum Subaduocatum habeat: Porro Aduocatus in villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud iuris habeat, nisi per singulos annos de vnaquaque domo denarium vnum, gallinam vnam, auenae sextarium vnum.* Huiusmodi Subaduocati deinceps frequenter constituti leguntur. Attamen Henricus S. Imperator in Diplomate Monasterio Denckendorffensi A. MXVII. dato meminit: *Aduocatiam supra dicti Monasterii sub tali conditione constituimus, vt Aduocatus per semetipsum eam sine subaduocato administret.* Ap. FRANCISC. PETRI (3). Donec Imperator id nomen primus & Hadrianus IV. id vetuere. v. Nostra Dissert. (4) Add. MAGER. (5) FRIDERICVS I. Imp. in priuilegio Ecclesiae Reichersbergensi Ann. MCLXII. dato refert: *Nullus Aduocatorum siue ipsius loci siue praediorum ad ipsum locum pertinentium praesumat aut facultatem habeat illic subaduocatores ordinare sub titulo beneficiariae concessionis, aut exactiones & grauamina in debita fratribus praedicti loci seu ministerialibus aut colonis superimponere. Quod si quandoque ex consensu Praepositi & fratrum principales Aduocati aliquem sibi procuratoris officio subsecundauerint, vltra beneplacitum Praepositi & fratrum suorum in administratione aduocatiae nullatenus permanent.* Chronic. Reichersberg. (6) Huic simile est, quod interdum Aduocati ius suum pignori dederunt. In charta inedita An. MCXCV. habetur: Gerlacus dictus Abbas Wadegocien sis (des Closters Waldgassen) praesentibus & futuris pacem. *Accidit quibusdam causis exigentibus Comitem Ludouicum de Sarwerden Aduocatiam de Rorbach cum quadam terra allodii sui, quae in confinio eiusdem villae sita est, cuidam militi, videlicet Hermanno de sancto Engelberto inuadiasse: nos vero ad redimendam eandem aduocatiam datis XV. talentis praedicto Comiti fecimus sustentamentum, cum tali pacto subsequente, vt eandem aduocatiam nulli imposterum vel ipse vel heredes sui invadiarent, vel quouis modo a propriis manibus alienarent.*

Qui iterum aliis titulo vel vicario vel pignoris iure aduocatias concessere.

(1) Forte quod a Monasteriis procul abessent, vel quod omnia Monasterii bona, longe abs se invicem dissita, Advocati, viri licet potentes, simul tueri non possent. vid. CAROL. CANGIVS. *in Glossar. voce Aduocatus.* (2) *Tom. 6. Spicilegii.* (3) *In Sueuia Ecclesiastica sub hoc Monasterio p. 258.* (4) *De Consultat. LL. & Iudic. §. 17. p. 438.* (5) *C. 10. n. 574. seq.* (6) *Ad. d. ann.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

Demum multos in praediis monasterio donatis aduocatiam sibi reseruasse, quae particularis dicitur.

Inualuit amplius, quoscunque bona Ecclesiae conferentes aduocatiam in iis sibi reseruare. Quo factum, vt tot fere essent Aduocati, quot maiora Ecclesiarum praedia, obseruante Carolo Cangio (1). Vnde distinctio vniuersalium & particularium Aduocatiarum. ap. Mager. (2) Illae plerumque in territorii iure radicantur; **die sich insgemein über alle Leut und Güter eines Closters erstrecken**; Hae non toti patrimonio Monasterii alicuius, sed parti tantum hominum eidem obnoxiorum, vel aliquot vicis eius, aut villae vnicae destinantur. Sic gesta Abbatum Lobiensium memorant (3): *Castellanus Tudiniensis, quod nobis adiacet castri, totam praefecturam* (Aduocatiam) *Abbatiae debet tenere in manu sua, nec aliquos debet sustinere Defensores vel Aduocatos, nisi qui haereditarii sunt, haereditate antecessoria. Modo habentur in villis S. Petri multi Aduocati, qui praeter tres generales placitos, quandocunque volunt, ibi sigillatim placitant. &c.* Sic quoque Lutholdus de Regenspurg An. MCXXX. ad cellam **Einsiedel**, proprietatis suae praedium *Vabre* deuouens, & sibi ac primogenitis familiae suae, Aduocatiam super eundem locum, & super omnia illuc data vel danda eius Defensioni apta reseruauit. Solet eiusmodi singularium praediorum Aduocatia nostro idiomate vocari **Kellenhoff-Vogthey** (4): de qua ita Autor Deduct. Lindau. (5) **Es ist die Sach endlich dahin gerathen, daß schier auff einen ieden Closter-Hoff dergleichen Vogthey umb des einträglichen Vogt-Rechts willen, getrochen und** instar seruitutis realis, (arg. eor. quae docent Besoldvs, Höpping, Mavlivs, & Magervs (6)) **darauff behalten; dergestalt, daß bey jeder Veränderung dergleichen Closter-Meyer- und Frohnhoffs, auff andere neue** successores **solche daran hafftende Vogteyen zugleich mit übergangen und vereuffert worden: Wie ein solches sonderlich mit den Widumshöffen (deren einen man vor alters jeglicher Kirchen zu stifften erlaubt,** LL. Francic. Lib. 1. c. 85. edit. Heroldinae, **auch ein jeglicher Priester seinen sonderbahren Vogt haben müssen,** ex Lege Ludouici Pii apud Mager. (7)) **beschehen: massen solches alles die** Chartae traditionum ap. Vadianvm, Goldast. & Crvsivm **klährlich bescheinen.**

(1) *In Glossar.* (2) *C. 1. n. 218. sequ.* (3) *Pag. 602.* (4) Supra in Sect. I. §. VIII. indigitatum ex LL. Carolinorum Ecclesiis nouiter institutis *Mansum* attribui solitum, in alimonium videlicet Presbyteri, qui Ecclesiae impositus esset. Ea causa id genus *mansus* Ecclesiis fundatis attributos, Kellnhöff veteres dixere, a stomacho scil. aut gulae parte, quam germanice **Kähle** appellamus. Mansum ergo dixere Franci & Alemanni **Einen Hoff/es wäre ein Ehrschätziger Hoff/ oder Erblehen-Hoff/ oder Frey- und Schupfflehen-Hoff.** Ita Vadianvs *in Epist. ad Bulling. tom. 2. part. 1. rer. Alemann. pag. 83.* ap. Goldastvm. (5) *P. 334.* (6) *C. 1. n. 111. seq. c. 6. n. 211. c. 9. n. 849. sequ.* (7) *C. 1. n. 287.*

§. XIII.

Agitur de adscititiis seu voluntariis aduocatis.

Caeterum aliquando vsuuenit, Imperatores aut Regionum Dominos Monasteriis potestatem eligendi Aduocatum indulsisse, aut ecclesias a se constructas & dotatas in protectionem summorum Pontificum obtulisse, quod exemplis firmat Magervs (1), aut sponte etiam iure Aduocatiae se abdicasse, quod itidem exemplis probat Magervs (2). Confer. Manriqve (3). Accidit autem hinc, vt aliquando Monasteria ipsa Aduocatos sibi sumerent, (quam Aduocatiam voluntariam aut extraordinariam insignire possumus) ceu patet ex charta Monasterium Ubenstadiense fundante:

In

Digitized by Google

In nomine Sanctae & indiuiduae Trinitatis.

„ Ego Albertus, Dei misericordia Moguntinae sedis Archi-Episcopus, & „ Apostolicae Sedis Legatus. Notum facio omnibus Christi fidelibus, tam po„ steris quam praesentibus, qualiter Comes Godefridus de Cappenberg & fra„ ter eius Otto pro remedio animae suae & parentum suorum omne patrimo„ nium suum, quod habuerunt in villa, quae vocatur Eluenstatt, praeter mini„ steriales B. Martino contradiderunt, videlicet ecclesiam cum vniuersis deci„ mationibus, mancipiis & appendiciis suis: Insuper etiam dominicalia sua, „ agros, syluas, vineas, prata culta & inculta, quae specialiter vsibus suis man„ cipauerant; Praeterea mansionarios cum mansis, & omni ipsorum iustitia, „ quod factum est hoc tenore, vt ibidem de omnibus supra dictis bonis fratres „ secundum regulam B. Augustini & secundum institutionem Venerabilis fratris „ Norberti degenter ordinaremus, & ne decalescente rigore regulam & insti„ tutionem vnquam praeuaricarentur, Nos quam nostri successores diligentissi„ me prouideremus. Concedimus etiam atque firmamus, vt quotiescunque „ iisdem fratribus Pater monasterii ordinandus fuerit, is tantum, quem com„ muni consilio & assensu, dictante Spiritu Sancto vnanimiter elegerint, ab „ Episcopo inuestiatur. Si vero infra claustrum de Persona non consenserint, „ liceat eis in nomine Domini assumere personam eiusdem professionis ac propo„ siti, quemcunque magis idoneum inuenerint. Parochianus quoque Presby„ ter a fratribus & eorum patre de ipsorum Collegio constituatur, vt omni re„ mota inquietudine secura libertate perseuerent in Dei laudibus. &c. Hac etiam „ libertate praefatam Ecclesiam donauimus, vt baptizare, praedicare, sepelire „ habeat, solique Archi-Episcopo suo subiecta sit & de omnibus respondeat. „ Inter caetera & hoc adiiciendum putauimus, vt quem voluerint com„ modum & mansuetum sibi eligant aduocatum, liberam „ habentes facultatem ipsum deponendi & alium assumendi, „ Si onerosus & importunus eis fuerit, quod totum oportebit fieri concilio & „ auxilio Archi-Episcopi. Huius itaque paginae seriem stabilientes, Sigilli no„ stri impressione signauimus, praecipientes, & sub anathemate omnibus inter„ dicentes Christianis, ne quis contra eam venire, impetere siue destruere „ praesumpserit, sed firma & inconuulsa permaneat, autoritate Omnipotentis „ Dei & B. Petri Apostolorum principis.

„ Testes vero qui praesentes &c. &c.

„ Acta sunt haec Anno Dominicae incarnationis MCXXIII. indictione XV. „ regnante Domino nostro IEsu Christo, imperante Henrico IVto, datae Mo„ guntiae per manum Henrici Notarii S. Victoris Canonici, Bingensis ecclesiae „ praepositi.„

Aliquando autem factum, vt Aduocatos de Aduocatia feudali modo inuestirent, vt MAGERVS docuit (4). Add. STRVV. (5) Charta hanc in rem insignis (6) est in Annal. Egmondanis (7) heic subnectenda:

Digitized by Google

„ Omnibus ſanctae matris eccleſiae filiis fidelibus, ad quos praeſens ſcri-
„ ptum peruenerit. Henricus Dei gratia Abbas Haecmundenſis, Ishrandus
„ Prior, totusque conuentus, ſalutem in eo, qui eſt ſalus omnium. Ne geſto-
„ rum memoria proceſſu temporis euaneſcat, congruum eſt res mortalium ra-
„ tione robuſtas ſcripto perennare. Cognoſcat igitur praeſens aetas ac poſtera,
„ quod fideli domino noſtro Wilhelmo, Aduocato Egmundenſis Eccleſiae, Ad-
„ uocatiam, quam ab ipſa eccleſia noſtra feodaliter obtinet, & cuncta bona ſua
„ feudalia ab eccleſia noſtra recepta, ſub hac forma contulimus; quod ſi idem
„ Wilhelmus ſine filio legitimo deceſſerit, filia ſua maior natu praedictam Ad-
„ uocatiam cum toto praedicto feodo recipiat; quod ſi nec filiam legitimam
„ habuerit, frater ſuus ſenior legitimus ſucceſſor in eadem Aduocatia & dicto
„ feodo ſtatuatur. Vniuerſi quoque heredes ipſius Wilhelmi in predicta bona
„ legitime ſucceſſuri, hoc eodem iure in eisdem bonis tenendis, quo conceſſa
„ ſunt praedicto Wilhelmo, perpetuo potiantur. Et ne aliqua ſubinde poſſit
„ calumnia ſuboriri, ſed donatio noſtra rata & inconuulſa permaneat, praeſen-
„ ti pagina ſigillis noſtris roborata hoc factum dignum & vtile duximus robo-
„ randum. Teſtes ſuperfuerunt &c. Datum anno Dominicae incarnationis
„ MCCXXVI. in menſe Decembri.

(1) *c. 5. n. 476. ſeq.* (2) *c. 16. n. 40. & ſeq.* (3) *Tom. IV. ad An. MCCXIX. c. 7. n. 7.* (4) *c. 9. n. 803.* (5) *c. 4. Syntagm. feud. aph. 20. n. 3.* (6) Ex iſta colligitur Aduocatiam, licet voluntaria ſit atque extraordinaria, haereditariam nihilominus eſſe poſſe. Vnde minus accurate pro ſynonymis capiuntur Aduocati Ordinarii & haereditarii, die den Erbſchutz haben. Quanquam & hoc verum fatear, nudam protectionem rarius in haeredes transmitti. v. *§. XV. infr.* Vt igitur, quid actum ſit, appareat, tenor Diplomatum ſedulo inſpiciendus eſt. (7) *cap. 33.*

§. XIV.

Status Controuerſiae nunc formatur, & negans ſententia tribus argumentis adſtruitur.

His praemiſſis, ad quaeſtionem cum diſtinctione reſpondemus: Si Monaſterium vltronea voluntate ſiue ſponte recepit Aduocatum, ex formula pactionis indagandum eſt, an nudum protectorem, an Aduocatum proprie dictum adſciſcere ſibi voluerit. Ita inter Abbatem & Comitem Egmondanum An. MCCCCXXXIX. ex compromiſſo pronuntiabatur: ad Comitem *DOMINIVM ALTVM & BASSVM*, & multa alia iura pertinere, vt pluribus memoratur in Annal. Egmondan. (1) Nec aduocatiae aduerſatur, Monaſterium Pontifici Romano ſubieciſſe. Ita Vipertus Groicenſis Monaſterium Pegauienſe, a ſe exſtructum, Romano Pontifici quidem ſubiiciebat, aduocatiam autem illius ſibi retinebat, eandem ad poſteros transmiſſurus, qui ſi nulli eſſent, Abbas illius loci & Monachi Aduocatum ſibi eligendi poteſtatem haberent; Vt eſt in Chronico Pegauienſi *ad An. MCVI.* Si Subaduocatia conſtituta, videndum, quale ius ei Aduocatus tribuerit. Si particularem aduocatiam quis ſibi reſeruauit, ſi quidem priuatus fuit, vix aliud ei conceſſum cenſebitur, quam ſimplex ius, quod vulgo patronatus dicitur. Secus dicendum, ſi Dominus Territorii eam ſibi reſeruauit. Nam tum, vt & ſi vniuerſalis & ordinaria eſt aduocatia, eam non nudum protegendi ius, ſed amplam eamque inſignem poteſtatem in iure dicundo & emolumenta non pauca continere, ſi alia coniectura non ſuppetat, inuictis, niſi valde fallimur, argumentis nunc demonſtratum ibimus. Dicimus autem notanter, ſi alia

Digitized by Google

si alia coniectura non suppetat: Vere enim H. CONRINGIVS (2) affirmauit: *Hodie per Germaniam iurisdictionis rationem in monasteriorum personas & bona variam esse, alibi nempe multum ex veteri more, alibi multum ex recenti trahentem.* Vnde CHOCKIERVS (3) in definiendo aduocatiae iure nos ad patrios mores & consuetudines respicere iubet. Conf. BESOLD. (4)

(1) *Cap. 74. 75.* (2) *Exercit. de Iudic. Reip. Germanicae §. 75.* (3) *De Aduocat. quaest. 27. n. 3.* (4) *Conf. 238. n. 41. & conf. 100.*

§. XV.

Primum igitur argumentum sit a vocabulis: nam aduocatiam & defensionem siue protectionem accurate distingui, in formulis pragmaticis saepe obseruatur. Sic in Monumentis Würtenbergicis (1) Rudolfus Comes de Hohenberg An. MCCCXXXIIX. promittit, *quod velit bona Monasterii in Bebenhusen NON VT ADVOCATVS eiusdem Monasterii, SED TANQVAM IPSIVS PROMOTOR ATQVE DEFENSOR tueri & gubernare, nihil sibi vel suis haeredibus per hoc iurisdictionis aduocatie monasterii supra dicti vsurpans aut attrahens quoquo modo.* In diplomate Rudolphi I. An. MCCLXXV. Simon Comes Gemini Pontis & Otto de Eberstein fatentur: Se Monasterio Albae Dominorum & bonis ad ipsum pertinentibus *praefuisse* NON ADVOCATORVM nomine, sed TVTORVM, ibidem praecepit Rudolphus Rex, licet Abbas & Monachi ex Comitibus illis fundatoribus possint eligere aliquem pro tutore, non tamen hunc *ex eo ius Aduocatiae dicti Monasterii & bonorum vindicare sibi per consequens vllo modo posse.* In iisdem Monum. (2) In quibus etiam sub d. Monast. N. V. Charta Ottonum Comitum de Eberstein An. MCCLXXVI. *aduocatiam a tuitione, atque eum, qui nomine & dignitate defensoris fungitur, ab Aduocato expresse separat.* Profitetur ibi Comes ille, nec se nec alium ex familia sua electum defensorem, *nequaquam se gerere debere, sancit, nec sit,* PRO ADVOCATO VEL DOMINO, *sed defensore.* Subiicit: *Praeterea nos adstringimus per praesentes, quod ipsos Monachos cum suis in claustro grangiis, curiis, Molendinis, rebus vel possessionibus tam habitis quam habendis, & villis specialiter, nullo modo grauabimus in postulatione, ablatione vel extorsione frumenti, vini, animalium, canum, pullorum, donariorum, foeni, pabuli.* **Haußrecht, Hertrecht, Frevel, Steuer, Bethe, Vogtheberu.** *Nec praecipue grauabimus Venatoribus canibus aut vecturis seu rebus etiam quibuscunque. Ad hoc quoque nos obligamus, in Woldanis, & Herbergia Rusarum ad ipsos & ad Villas vel possessiones eorum nullatenus diuertemus.* Ex quibus abunde intelligimus quid sibi vindicauerint Aduocati. Exserit se eadem differentia in diplomatis Eberhardi Comitis Würtembergensis de An. MCCXCI. & XCIII. vbi hic Coenobio Laureacensi pollicebatur: Se de bonis ipsorum, de quibus ab antiquo non dabatur ius Aduocatitium, nihil recepturum per aliquas exactiones; & tamen pro totis viribus & posse suo eadem defensaturum. dd. Monument. (3). In iisdem Documentis *pag.* 409. dicitur: **Verziehen uns alles Schirms es sey mit Gericht oder ohne Gericht.** Hillinus Archiepiscopus Treuirensis &

Primo a vocabulis aduocatia siue aduocatorum & Vogtheypetitis.

Digitized by Google

Apostolicae Sedis Legatus in charta A. MCLVI. qua Monasterium Arnstein Praemonstratensis Ord. in tutelam suscepit, inter alia ei confirmauit: *vt nullus aliquo tempore supra eius bona constituatur Aduocatus, sed solummodo sub suae siue successorum suorum protectionis munimine tuta consistant.* In Charta An. MCCXXX. apud Hvndivm (4) habetur: *Quod ipse Dux* SINE IVRE ADVOCATIAE *possessiones illas* TVERI *teneretur.* Loquitur autem de Ottone Duce Bauariae. Apud Avbertvm Miraevm (5), Henricus cognomento Coecus, Comes Namurcensis & Luxeburgensis, An. MCLIV. *ADVOCATIAM*, inquit, *siue nomen ADVOCATI non habeo in Ecclesia* (Bronienſe) *sicut nec antecessores mei habuerunt, sed ipsius DEFENSOR existo, pro suis rationibus, & reuerenti mandato duorum Imp. Ecclesiam* (Bronienſem) *in aliquo grauare non teneor, nec de exactione, nec de placito, nec de iudicio, nec de consuetudine ipsarum meum est tradere.* Similiter in priuilegio Friderici II. Monasterio S. Crucis, Ord. Cist. in Archiducatu Austriae An. MCCXXV. concesso (ap. Iongelin. (6)) defensoris adscititii munus ab Aduocatoria potestate accurate secernitur, ibi: *Paci insuper & Immunitati vestrae vestrorumque successorum de Imperiali clementia prouidentes inhibemus omnino, ne quisquam Monasterii, aut vllius praedii vestri ADVOCATIAM in feudo a quoquam habeat, vel habere nullo nomine aut iure valeat, nec donationis alicuius praedii ratione, seu commissae aut expeditae Defensionis occasione, vel quasi a primogenitoribus haereditaria successione NOMEN ET IVS ADVOCATI in vos aut vestra sibi quispiam vindicet & assumat. Sed quodcunque praedium vestris Monasteriis & vobis est hactenus, vel amodo fuerit in eleemosynam datum, aut aliis iustis modis acquisitum, Imperiali tuitioni ab ipso subiacebit, quia vestrum esse coepit. Verum quia remoti a nobis Maiestatis nostrae praesentiam adire, quoties expedit, non valetis, ne quod iuri aut vtilitatibus vestris exinde valeat deperire; DEFENSOREM vobis eum duntaxat, quem vos ipsi ad hoc elegeritis, deputamus, & habere concedimus, cui in vestra defensione, in contractibus, in causis ciuilibus & in aliis ciuilium negotiorum transactionibus, nostrae Vicis executionem in feudo habendam, non perpetuo obtinendam, neque haeredibus relinquendam, sed salua Vestra libertate, committimus; ita vt liberum vobis esse debeat, recusare eum, & alterius DEFENSIONI vos, & vestra committere, si sub nomine DEFENSORIS se vobis exhibuerit offensorem, si immunitatis vestrae priuilegium vllo vexationum aut exactionum genere infringere & euacuare voluerit.* Vnde satis euidenter apparet, quam longe maiores effectus habeat Aduocatia ac nuda protectio. Notatu quoque digna est dispositio Hermanni Marchionis Voburgensis & Alberadis Comitissae Banthensis, coniugum, qui postquam ex castro suo principali Coenobium Bantz non solum erexerunt, sed etiam totum Bantzgaw, quicquid inter Irosam & Meyn situm est, cum praediis & beneficiis amplissimis, ei delegarunt, sibi de Aduocatia sequentem in modum prospexere: *His omnibus hanc firmissime conditionem subiunximus, vt praescripta bona, dum viuimus IN NOSTRA PROVISIONE ET POTESTATE permaneant; Nobis autem defunctis, legitimus haeres noster ADVOCATIAM eorum suscipiat*, teste diplomate fundationis ap. Hvndivm (7). Denique Aduocatiam & iurisdictionem expressa mentione pro synonymis arguit Charta Archi-Episcopi Treuir. Coenobio Hemmenrod. Cist. Ord. indulta, ap. Nic. Heesivm (8).

Iohan-

Digitized by Google

Iohannes Dei Gratia Treuirenſis humilis Miniſter, vniuerſis Chriſti fidelibus:

Cum in eo ſumus officio indigni Diuina prouidentia conſtituti, vt iuxta Apoſtolum commoneamur operari bonum ad omnes, illis tamen propenſiorem curam & operam tenemur impendere, qui ſtrictiori vita & victu laborantes, & meliori redolent opinione, & ſanctiori ſplendent conuerſatione. Huius rei gratia neceſſitati & quieti pauperum Fratrum de Clauſtro prouidere volentes, ad notitiam tam praeſentium, quam futurorum praeſentis ſcripti adminiculo transmittere dignum duximus, qualiter iidem fratres ſuper omnibus bonis ſuis, ſiue in domibus, ſiue in areis, ſiue in vineis, quas IN ADVOCATIA VEL IVRISDICTIONE CONFLVENTINA HABERE NOSCVNTVR, AB OMNI IVRE VEL CONSVETVDINE ADVOCATIAE SINT EXEMPTI, & libertatem & immunitatem perpetuam conſecuti. Neque aliter Ius Aduocatiae, quam pro Iurisdictione ſ. Vogthia in ſequenti charta accipiendum, MAGERVS ipſe arbitratur (9). *Ego Hildebrandus de Pappenheim, Imperialis aulae Mareſcalcus, notum fieri cupio praeſentium inſpectoribus vniuerſis, quod cum in bonis Curiae Fratrum de Caeſarea Ciſtercienſis Ordinis, dicta vulgo in* **Reckersried**, *quatuor metretae auenae iure Aduocatiae mihi competentes, meisque progenitoribus ab antiquo, ſano ductus conſilio in animae meae remedium tenore praeſentium renuncio*: &c. Ann. MCCXCI. Vere GOLDASTVS apud LIMNAEVM (10) pronunciat male confundi Aduocatiam cum tuitione.

(1) *Sub Monaſt. Bebenhuſ. N. XXI.* (2) *Pag.* 137. (3) *Sub Monaſter. Laureacenſi N. VIII. & IX.* (4) Bayr. Stammenbuchs *p.* 275. (5) *L. I. Diplom. Belgicor. c.* 60. (6) *L. 4. pag.* 19. (7) *P. I.* Bayr. Stammbuchs in calce. (8) *In Manip. Hemmenrod. tit.* 18. *pag.* 49. (9) *C. I. n.* 126. (10) *Tom. I. Addit. p.* 21.

§. XVI.

Deinde Aduocati vrbium (1), qui ab Imperatoribus olim conſtituebantur, non erant nudi Protectores, ſed inſignia nomine Impp. exercebant iura. v. Noſtra Diſſert. *de orig. & progreſſu ſpecial. Germ. Rerump. §. 7. in calce.* Et Aduocati Prouinciales, quos ſeculo tertio & quarto decimo in regionibus quibusdam Germanici Imperii collocatos, chartae paſſim teſtantur. v. Noſtra Diſſert. *de Conſult. LL. & Iudiciis §. 17. p. 443. ſequ.* Haud dubie iudicia nomine Imperat. exercuerunt & iura eius reliqua curarunt. Quin & Regionum Domini Praefectos ſuos Aduocatos dicere non dubitarunt (2). Ita in charta Theodorici, Marchionis de Landsberg, data Ciuitati Lipſienſi A. MCCLXIII. apud DAVIDEM PFEIFERVM (3) eſt: *Nullus Aduocatorum noſtrorum debet eos* (Lipſienſes) *compellere, vt pro aliqua cauſa reſpondeant coram ipſo.* Iam & ipſi Impp. dicti Aduocati Eccleſiae Romanae. vid. Weichbild. Magdeburg. (4) vbi legimus: *Vnde adhuc Aduocatus Romanus dicitur. cap.* 34. *verſ. quod autem. de elect. & electi poteſt.* Veterum Poetarum Teutonicorum teſtimonia apud GOLDASTVM (5) **Reichs-Abſch. zu Cölln** A. MDXII. §. **Nachdem.** verſ. **als Rechten Vogt und Schirmherrn der Kirchen.** Atqui Imperatores noſtri plus iuris in Romanos Pontifices, quam nudam protectionem habuere. Quod ipſum nec diffitentur ipſi Pontifices, Pius V. (6) De Iure Impp. confirmandi Pontifices Romanos v. MABILON. (7) vbi Commentarius eſt in Ordinat. Romanam. Obſequii profeſſio ſolenni ritu edita a

Digitized by Google

Leone IV. de capitulis vel praeceptis Imperialibus irrefragabiliter custodiendis & conseruandis, quantum valerent & nunc & in aeuum, est in fragmento Leonis, quod Iuo, Auctor Panormiae & Gratianus exhibent, nec cordatiores Catholici, Balvzivs, Maimbvrgivs, Natalis Alexander, reiiciunt. Romanae quoque Synodi iussu Impp. habitae, vt illa sub Leone III. praesente Carolo M. in qua Pontifex ad purgationem solemni formula compulsus A. 800. Sic & altera sub Eugenio II. An. 824. quando Lotharius Imp. missus Romam a patre statum Reip. & Ecclesiae composuit in atrio Petri, editis Impp. auctoritate Constitut. quas exhibet Lvc. Holstenivs (8). Et sub Leone IV. A. DCCCLIII. in Breuiario sub Luitprandi nomine apud eundem Holstenivm alia rursus habita dicitur, consilio Impp. Lotharii & Lvdovici, quatuor in ea Legatis Augustalibus praesentibus. Add. plura in Nostra Dissert. (9) & Stephan. Balvz. (10) quam subiecit operibus Agobardi *p.* 122. *seq.*

(1) Differentias Aduocatiarum Vrbicarum & Ecclesiasticarum recenset A. Reichs-Vogtheyischer *Apologie p.* 54. cuius vestigiis inhaesit Lyncivs *in Diss. de Vogtia, c.* 1. §. 16. (2) Extat ap. Iongelinvm *lib.* 9. *p.* 56. charta sequenti cum lemmate: *Iohannes Dei gratia Lotharingiae, Brabantiae & Limburgiae Dux, Vniuersis & singulis terrae suae Dapiferis, Castellanis, ADVOCATIS, Scultetis, Forestariis, & quibuscunque aliis Iusticiariis, quocunque nomine censeantur, suam gratiam & salutem.* &c. (3) *L.* 2. *Lipsiae* §. 3. (4) *Art.* 8. §. 1. (5) *In Paraenes. ad Wiensbeck. p.* 358. *seq.* (6) *L.* 2. *ep.* 19. & 25. (7) *Itinerar. Ital. tom.* 2. *p.* 114. (8) *Part.* 2. *Collection. Roman.* (9) *De vno homine plures sustinente person. Sect.* 3. §. 1. (10) *Not. ad epist. Gregor. IV.*

§. XVII.

Nec abludit appellatio Germanica: nam ab Aduocatia haud dubie per ἀφαίρεσιν deriuatum est **Vogtey**, plane vt ab Imperialibus Aduocatis in Thuringia dicta regio **Vogtland**; (vt Melanchton & Gryphiander (1). *De Weichb. cap.* 63. *n.* 8. recte existimarunt) ex Episcopi vocabulo factum **Bischoff**, & in locis quibusdam Hassiae ab infirmatorio **Firmaney**, nec non huius generis plura alia. Vnde non temere credimus, errasse Besoldvm, qui Germanicum **Vogt** mere priscum esse contendit. Caeterum **Vogtey** nunquam sine iurisdictione est. Otto Dux Br. & Luneb. in charta A. 1238. inedita donat & concedit Abbbati & Conuentui S. Michaelis in Luneburg omnia iura & proprietatem dominationis eius quae Aduocatiam tenet & Vogedye dicitur vulgariter in omnibus suis bonis curiis & casis, quae habent in Villis Bynenburg, **Natze**, Vogterpe, Ryssfeld ac ceteris ibidem circumstantibus Villis. Ipse Magervs (2) ex Wehnero & Marqvardo Frehero docet, superioribus seculis frequenter aduocatiam pro iurisdictione seu Vogteia venisse. Conf. infra §. XX. locum ex Compilatore Docum. Wurtemb. delibatum. Vnde etiam Aduocati **Clostervögte**, **Dingvögte**, a iudiciis quibus praefuerunt, & **Castenvögte**, siue **Cassenvögte** (vt eos appellare maluit D. Ockelivs (3)) a cistis, in quibus pecunia ex reditibus monasticis recondi solebat (nam haud dubie lapsus est Carolvs Cangivs, illos a castris dictos putans, quasi castri tuitores, & Magervs, (4) quem sequitur Lyncivs (5) quasi granarii praefectos;) nuncupabantur. Vtut autem Vogtiae significatio admodum intricata sit, vsque adeo vt iuxta Knichen (6) peritissimis quibusvis negotium facessat: tamen, vt modo diximus, Vogteia nunquam sine iurisdictione est. In Franconia **Ober-Vogtey** territorii ius denotat. v. Knichen (7) Wehnervs (8) Reinking. (9) Quid in Sueuia

Digitized by Google

uia significet ex MARTINO VRANIO explicat MAGERVS (10). **Daß die gemeine Verständnus in dem Land Schwaben also stehe, daß bey dem Wort Vogtey verstanden werde die Obrigkeit des Gerichtszwangs über Gottshewsig oder ander Leut Güter und Personen, als dann die, so solche Obrigkeit haben, Vogtherrn genennet werden.** Apud Saxones quid innuat Vogtia docet MYNSING. (11) **Daß die Wörter Vogtey, Vogt-Geding, Recht-Geding bey den Sachsen eines Bedeutens seyn, und bey den Lateinern** per verbum Iurisdictio efferirt **werden können.** Perlustrari etiam meretur locus **von den Vogteyen** in Recessu Wurtzburgio, Anno MCCXC. ap. LEHMANNVM (12).

(1) Add. PAVLVS LANGIVS *in Chronico Citizensi pag.* 791. *Edit. Pistor.* & ALBERTVS CRANZIVS *Lib.* 9. *Saxon. c.* 52. vbi *Terra*, inquit, *est Aduocatorum non longe a Saxoniae superiore, quam primus Henricus Romanorum Rex subiecit Monasterio Dominarum in Quedlinburg, constituens quatuor per terrae angulos totidem Aduocatos nobiles, qui Barones dicuntur de Wyda, de Gera, de Russe, de Plawen.* &c. &c. (2) *C.* 2. *de aduoc. armat. n.* 56. 57. (3) *De Scabinat. Hallens. §.* 46. (4) *C.* 2. *n.* 240. *c.* 11. *n.* 5. (5) *Diss. de Vogteia c.* 1. *§.* 12. (6) *De iure territorial. c.* 4. *n.* 340. (7) *D. c.* 4. *n.* 342. *seq.* (8) *Obs. pract. voce* Vogtey. (9) *L.* 2. *de Regim. Secul. & Eccles. cl.* 2. *c.* 17. *n.* 57. (10) *C.* 2. *n.* 207. (11) *Decad.* 13. *Resp.* 13. *n.* 10. (12) *Lib.* 5. *Chronic. Spirens. c.* 108. *vers.* Wir gebieten och fleißiglich.

§. XIIX.

Alterum argumentum petimus ex functione Aduocatorum ab antiquis temporibus. De qua cum supra dictum sit, tantum libet nonnulla ex ipso MAGERO afferre (1). Docet ibi, ab Episcopis, Abbatibus, Monachis, sine Aduocati voluntate in bonis rebusue secularibus nihil factum, & quicquid in politicis negotiis ab Abbatibus sine consensu Aduocati gerebatur, omnino fuisse inualidum: hinc antiquis monasteriorum literis ac instrumentis Aduocati consensum plerumque insertum reperiri, hac vel simili formula: *Mihi N. Abbati complacuit vna cum fratrum nec non & Aduocati nostri N. consensu;* (quam in rem chartas profert *num.* 46. *seq.*) consensum quoque illum in feudalibus inuestituris adhibitum: Adhaec Aduocatis Monasteriorum oeconomiam, hoc est, obuentuum redituumque rationes aliarumque rerum profanarum procurationes curasse. Vbi LEHMANNVM secutus est (2) **Daß sie durch ihre Diener und Beampte, der Kirchen und Bischoffe Güter und Feld bestellet, und die Leibeigene zu Frohndienst und Arbeit angehalten, gebührende Sorg für die Haußhaltung getragen, alle Frücht und Gefäll, Einnam und Ausgab zu der Kirchen Nutz und besten zu rechter Zeit und Ort verfügt, dann solche Ding zu verrichten, den Geistlichen damahls durchaus allenthalben auff den** Conciliis **und** Synodis **ernstlich, und bey Vermeidung zeitlicher und ewiger Straffe verbotten, darzu dieser Spruch des Apostels Pauli angezogen:** *Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus.* Praeterea iisdem Aduocatis iustitiae administrationem & omnimodam iurisdictionem ciuilem ac criminalem tam in personas Clericorum, quam ministeriales, colonos, homines proprios & bona eorum competiisse. Conf. MAGER. *c.* 10. *n.* 391. *seq.* vbi exempla recenset, WEHNER. (4) qui plura commemorat. Eum in finem cum ad placitum veniisset, sumtibus Monasterii alendum fuisse. Hinc ius Albergariae, **die Atzungs-Gerechtigkeit**, (herbergarias exactiones nuncupat Lotharius III. Rom. Imp. in charta inedita, qua Luneburgensis Ecclesiae Abbati

Altero a functione Aduocatorum sumto.

Anno-

Digitized by Google

Annoni varia iura & priuilegia dedit.) de quo vid. Noſtra Diſſert. (5) Quae & alia multis illuſtrare poſſemus, ſi opus foret. Niſi quod addendum, vt plurimum Aduocatis etiam partem mulctarum, operas ſiue ſeruitia, tributa quaedam, germ. Hauptrecht, Hertrecht, Freuel, Stewre, Bethe, (vt vocantur in charta Comitum de Eberſtein apud Editorem Docum. Wurtemb. (6)) ceſſiſſe, quae emolumenta ius aduocaticum, Vogtrecht, nuncupabantur. De quo vid. Diſſ. Noſtra (7). Atqui mutatio non praeſumitur, adeoque potior coniectura eſt, rem manere in ſuo ſtatu. Mutationem vero in Aduocatiis nullam interueniſſe, ſatis euincunt complura exempla Procerum, qui aduocatiae ius in ſummo pretio habuerunt, nec id diminui ſunt paſſi, imo vt amplificarent, ſummopere ſtuduerunt, id quod Monachorum queſtus paſſim obuii ſatis comprobant. vid. Manriqvivs (8) vbi de Friderico Comite Iſſemburgenſi, inexorabili conſtantia Aduocatiae Eccleſiae Eſſedienſis inhaerenti, plura tradit. Add. Caeſarius Heiſterbachenſis (9) vbi nimium querulus *Vacca*, inquit, *ipſa ſui inquietudine & depaſtione, Nobiles & Aduocatos temporis noſtri deſignat, qui domos & agros ſubditorum hoſpitando depaſcunt, & per aſſiduas exactiones, quas in illos faciunt, in ſubſtantia recreſcere non ſinunt.* Conf. Aegidii Gelenii *hiſtoriam Engelberthi.* Quanquam queſtibus illis fors non temere opponi poſſit, quod ſatis cordate ſcripſit Magervs (10), *nonnulla Monaſteria ſuperfluis conuiuationibus, ſumptibus immenſis, ſtructuris inutilibus, & magna deliciarum licentia, plus quam Aduocatorum exactionibus ad inopiam redigi.* Non minus idem euincunt diuerſa vota Eccleſiaſticorum, qui id vnum egerunt, vt aduocationis munus amolirentur, *telum accerrimum id temporis aduerſus eccleſiaſticam libertatem*, vt loquitur Christoph. Brovverus (11). Quam ob cauſam ſaepius graui aere aduocationes illas redemerunt. Vid. de Abbatia Fuldenſi praeceptum Conradi Imperatoris Marquardo Abbati datum, apud eundem Brovver (12). Ipſe Pontifex Gregorius X. in *cap. Hoc conſultiſſimo, de reb. Eccl. non alienand. in 6to.* ſeuero conatu prohibet, ne Praelati bona immobilia vel iura Eccleſiarum Laicis ſubmittant, aut ſubiiciant, conſtituendo illos perpetuos Aduocatos, vel ad tempus non modicum, recognoſcendo talia bona ab ipſis *tanquam Aduocatis, ſiue profitendo, ſe ab illis ea tanquam a ſuperioribus tenere. &c.* Add. Conſtitutio Clementis, ap. Magervm (13) ſequ. Idem fere priuilegium Ordini vniuerſo Ciſtercienſium ſpecialiter tribuit Gregorius Papa, apud Manriqv. (14) ibi: *Sicut enim nobis ex parte veſtra grauis eſt allata querela: nonnulli Principes ac nobiles occaſione iuris Patronatus, Aduocatiae ſeu cuſtodiae, quam in Monaſteriis, grangiis, cellariis, vel domibus veſtris ſe habere proponunt; ac interdum etiam pro ſuae libito voluntatis; & quidam Eccleſiarum Praelati, a quibus deberetis non grauamen, ſed ſolamen potius expectare, bladum, vinum, euectiones, animalia, & res alias, pro aedificatione, ac munitione caſtrorum, & villarum, nec non pro tyrociniis, torneamentis, expeditionibus, & aliis vſibus eorundem, a vobis exigunt, & extorquent, alias vos talliis & exactionibus indebitis multipliciter aggrauando &c. Itaque praeſentium authoritate diſtrictius inhibemus, ne quis a vobis praemiſſa exigere vel extorquere &c.* praeſumat. Ne tamen iſta nos morentur, rurſus ſuccurrit Magervs (15): *Pugna*, inquiens, *omni caret, & per ſe clarum eſt, Aduocatiam etiam ſuper perſonis Eccleſiaſticis non eſſe rem ſpiritualem, ideoque Canones aut LL. Pontificias, eiusdem inſtitutionem inhibentes, non obligare in terris Imperii.* Sed haec fuſius alibi.

(1)

Digitized by Google

(1) C. 11. n. 43. *seq.* (2) LEHMANNVM hic Aduocatos cum Oeconomis confundere, probare voluit D. PAVLINI *Discurs. de Aduocat. & Oeconom.* §. 10. Argumenta ei suppeditauit IOH. IOACHIMVS MADERVS in *Praefat. ad Chron. Montis Sereni.* Primarium est, distincta munia in veteri Ecclesia fuisse τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐκδίκων idque ex Conciliorum canonibus apertum fieri. At vero LEHMANNI institutum non erat, tradere, qualis primis a Christo nato seculis in Ecclesia fuerit Aduocatorum functio, sed qualem in Germania ab antiquis temporibus habuerint potestatem. Num autem FRIDERICI I. priuilegium Goslar. Eccles. An. MCLXXXVIII. datum, heic quicquam in recessu habeat, nos quidem in medio relinquimus. (3) 2. *Chronic. Spirens. c.* 36. (4) *Obs. pract. verbo:* **Vogtey** (5) *De superiorit. Territ. §.* 51. *in not.* (6) *Sub Monast. Albae Dom. N. V. p.* 141. (7) *De Consultat. LL. & Iudic. §.* 17. *p.* 439. *seq.* (8) *Tom. IV. Annal. Cistercienf. ad Ann. MCCXXV. c.* 1. *n.* 7. (8) *L.* 2. *de mirac. c.* 7. (10) *Cap.* 1. *n.* 203. (11) *L.* 14. *Annal. Trevirens. ad Ann. MCXXXIX.* (12) *L.* 3. *Antiquit. Fuldens. c.* 17. *&* *L.* 4. *c.* 12. (13) *Cap.* 6. *n.* 450. (14) *Tom. IV. Annal. Cisterc. ad Ann. MCCXXXIV. cap.* 1. *n.* 13. (15) *Cap.* 3. *n.* 215.

§. XIX.

Denique, si auctoritatibus pugnare licet, eae quarti argumenti loco esse possunt. Sane, praeter LEHMANNVM & alios hinc inde iam adductos, non pauci ex veteribus aeque ac recentioribus Dd. eandem fouent sententiam. Sic Auctor, qui sub Parthenii litigiosi persona latitat, (1) notat, ius Aduocatiae iurisdictionem admixtam habere, cuius auctoritatem exemplis corroborat WEHNERVS (2). add. SPEIDEL. (3) BESOLD. (4) GRYPHIANDER (5). Neque quicquam aliud significat aduocatia, quam iurisdictionem super causis ciuilibus & criminalibus, vbi hoc late PINGIZERVM docuisse memorat *in Conf.* 1. quod subiunctum Consiliis MODESTINI PISTORII. MAGER. (6) Iurisdictio vti generice accepta merum imperium includit, sic & vox **Vogthey**. ZASIVS (7) asserit, quod Aduocati nostri temporis iura sanguinis exerceant in monasteriis iure proprio. Et KNICHEN (8) cum PAVRMEIST. (9) aperte tradit, Aduocatos tam criminalem quam ciuilem iurisdictionem *virtute solius Aduocatiae* habuisse. STVMPFIVS (10) aduocatiam dicere non dubitat **Beherrschung und Casten-Vogthey**, item **die Oberherrlichkeit**. Ipse Compilator Documentorum Wurtemb. siue BESOLDVS, siue alius quispiam, in Patriam certe iniquus, perpetuam inter Aduocatos ordinarios & simplices Protectores agnoscit differentiam, diuersis longe effectibus conspicuam. Hinc in Notationibus ad Monasterium Adelbergense (11) diserte fatetur: *Eos, qui Castenvogtheiam habent, plus iuris habere, quam simpliciter Protectores: idque inprimis sibi reseruarunt Patroni seu Fundatores Monasteriorum.* Et in Monast. Albae Dominor. (12) ad diploma Rudolphi I. supra indigitatum obseruat: *Aduocatus pro eo sumitur, qui vltra defensionem etiam inspectionem*, IVRISDICTIONEM *aliaque iura habet: quo intuitu vulgo* **Kasten-Vögte** *vocantur. Quorum ius fere* INTER SIMPLICEM PROTECTIONEM ET TERRITORIALEM IVRISDICTIONEM INTERMEDIVS QVIDAM GRADVS EST. *At etiam generaliter* **die vogtheyliche Obrigkeit** *Aduocatia indigitatur.* Idem ad d. Monaster. (13) in quibus haec inuicem differant, per singulas partes exponit. *Duplex*, ait ibi, *est ius Protectionis, siue* **des Schutz und Schirms über die Clöster**: *vnum simplex & nudum: alterum conditionatum. Conditiones purae Protectionis se-*

Tertio *ex auctoritatibus.*

Digitized by Google

quentes fere sunt : Vt nempe nomine Imperii Protector praesit. Vt ius eligendi sit in arbitrio Monachorum. Vt Monasterium, eiusque subditi ad nulla seruitia teneantur. Vt Defensor minime pro Domino vel Aduocato se gerat. Vt, si quid ab Abbate postulatur, non aegre ferat, si forte talis petitio non sit admissa. Vt hospitium Protectori eiusque familiaribus non nisi precario detur. Vt Scultetos & officiales non constituat, sed iudiciis solummodo praesit, ac Monachis auxilium petentibus ccoperari teneatur brachio seculari. Vt ad nutum Monasterii amoueri queat. Vicissim, conditionati Protectores illi sunt, **die den Erbschutz haben**, *& eapropter varia seruitia exigunt. Nempe cum in Claustro, Grangiis, curiis (feudistici Auctores curtem vocant, & plerumque sumitur pro villa, aut saltem vna curtis plures habebat mansos; Germanica Monasteria* **Seelehöf** *indigitabant. Lindenbrog. verbo curtis.) molendinis, aliisque possessionibus* (14) *frumentum, vinum, animalia, denarii exiguntur.* Item **Haubtrecht**, *hoc est, beneficium successorium in bonis hominum propriorum.* **Hertrecht**, *quod ratione loci vel domus soluitur,* **als ein Rauchheng.** Wehner. *dd. vocibus.* **Frävel**, *siue pars mulctarum*, **Steur, Lehen, Vogthabern, Jägeratz, Hundlegen, Gastrecht und Einkehr.** *Constitutio officialium ad iudicia exercenda.* EXERCITIVM CRIMINALIS ET CIVILIS IVRISDICTIONIS. Ex modernis scriptoribus instar omnium sint D. Mvlzivs (15). D. Thomasivs, (16) vbi Mylervm sequitur. D. Ockelivs, Scabin. Elect. Brandenb. Assessor & Ciuit. Hallensis Consul (17), vbi docet, errare eos, qui omnes Aduocatos monasteriorum pari modulo cum Protectoribus nudis & iure Clientelari metiri studeant, & pleno ore illud dicterium crepant : **Schutz und Schirm geben keine Obrigkeit.** Habet sane brocardicum hoc communia cum aliis fata; Nam pluribus limitationibus & exceptionibus idipsum patere, ex dictis abunde colligere licet.

(1) *L. 1. c. 16. n. 13.* (2) *Verb.* **Vogthey.** (3) *In Notabilibus. verb.* **Kasten-Vogt.** *& verb.* **Schutz und Schirm.** (4) *De iure Foederum. c. 5. n. 8. p. 57.* (5) *De Weichbild c. 63. n. 9.* (6) *De aduoc. arm. c. 2. num. 208.* (7) *In l. imperium 3. de iurisdict. omn. iudic. num. 29.* (8) *De iure territ. c. 4. num. 329.* (9) *C. 9. De iurisdict. num. 4.* (10) *In Choren. Heluet. L. 3. c. 3. & lib. 8. c. 25.* (11) *Pag. 11.* (12) *Pag. 139.* (13) *Pag. 144.* (14) Et id genus alia, a Fundatoribus vel dotatoribus plerumque stipulatione quadam reseruata seruitia. Ita Iohannes Starenbergivs donationem Monasterio Zwethalensi in Austria his verbis contulit : **Ich habe geben dem Gotteshauß zu Zwetthel drey öde Höfe bey Heyderbach / und allen Zehenden daselbst / sambt einem Fischwasser am Lüntzl-Kampff / und was mir oder meinen Erben derselben Fischweyd noch mehr angefallen solle / nach meines Geschwehers Tod ꝛc. ꝛc. dargegen solle das Closter ewiglich geben einen Dienst an St. Michaelis Tag ꝛc. drey Stuckh Fisch / ein Pfenning wehrt / Semmel und ein grosse Maaß Weins von des Abbts Keller / der nach dem Bösen der Beste seye ꝛc. ꝛc.** Chartam integram exhibet Illustrissimus Comes de Wvrmbrand in addendis ad Collectanea Genealogico-Historica Illustrium Infer. Austriae Familiarum *pag. 218.* (15) *In Repraesent. Maiest. Imperat. p. 2. cap. 7. §. 12. praecipue circa fin.* (16) *In Not. ad Monzamb. c. 3. §. 7. lit. n.* (17) *In tr. de Scabin. Hallens. th. 108. p. 105.*

§. XX.

Digitized by Google

§. XX.

Nunc de argumentis Mageri diſpiciemus. Ait ille, hodiernarum aduocatiarum conſtitutionem eſſe ſtricti iuris. Atqui nos non loquimur de aduocatiis hodie, ſed olim, & quidem iuſtiſſimas ob cauſas conſtitutis, non ab ipſis Monaſteriis, ſed ab Imperatoribus aut Regionum Dominis. Quanquam nihil impediat, quo minus & adſcititii ſeu voluntarii Aduocati iurisdictionem exerceant, ſi tale quid actum ſit. Namque Aduocatiam, peculiaribus pactis impetratam, euidens ſignum eſſe non-iurisdictionis, Magervs ipſe perpetuo verum non agnoſcit. Quod porro dicit, inter ſimplicem Schirmvogthey & Caſten-Vogthey nullam conſtitui differentiam, niſi quod haec Eccleſias ſpectet, facile refellitur, ſiue confeſſionem eiuſdem Antagoniſtae, ſupra in §. XVIII. adductam, reſpiciamus, ſiue etiam conſiderentur chartae complures in §. XV. prolatae, tuitionem aut defenſionem ab aduocatia manifeſte diſtinguentes. Quod praeterea ad mores prouocat, verum eſt, quantum attinet Epiſcopatus, ſuperioritatis territorialis compotes, vt ſupra diximus §. VIII. At Monaſteria perpauca ſuperioritatem territorialem ſunt conſecuta, complura etiam manſere ſub Aduocatis, quorum ius in nudam protectionem migraſſe, profecto praeſumendum non eſt. Poſtremum, non obſtant illae Doctorum cateruae: loquuntur enim tantum non omnes de protectione, quam ſuperioritatem & iurisdictionem non inferre, ex praxi Imperii eſt manifeſtum. Quod vero eorum nonnulli aduocatiam & defenſionem confudere, idque fidem meruit apud Magervm & alios, errori eſt adſcribendum. Nimirum, vt eſt in prouerbio, quod ex Arabica lingua in latinam vertit Pocockivs Anglus, *ſpecim. hiſtor. Arabic. p.* 355. *cum errat eruditus, errat errore eius mundus;* vt clauus clauum trudit, ita admiſſus ſemel error nouos ſubinde errores protrudit.

Refelluntur argumenta Mageri.

§. XXI.

Hucuſque ſatis, niſi fallimur, eſt demonſtratum, Ciſtercienſes poſſe eſſe ſub Aduocatis, & Aduocatiam, etiam in ſe ſpectatam, amplius quid quam nudam protectionem denotaſſe olim, & adhuc hodie. Supereſt, ne quid in argumento hoc nobiliſſimo intactum relinquatur, vt quaeſtiones aliquot adhuc expendamus. Prima eſt, ſi fundator nihil ſibi vel haeredibus nomine aduocatiae reſeruatum voluerit, aut expreſſe eam abdicauerit, (vt ſupra diximus §. XIII.) an Dominus Regionis nihil omnino iuris in monaſterium habeat? Negat hoc D. Mvlzivs (1). *Alterum*, inquiens, *illud, quod fundator nihil ſibi vel haeredibus nomine Aduocatiae reſeruatum voluerit, eo ſenſu intelligi poteſt, quod ex iſtis prouentibus, quos ſimpliciter, nulla facta mentione iurisdictionis aut exemtionis, Fundator Monaſterio vtendos fruendos conceſſit, nihil emolumenti repetere velit nomine Aduocatiae, id eſt, quamuis Aduocatia ſibi & ſucceſſoribus ſuis competat & Protectio Monaſterio praeſtanda ſit, quod tamen hoc nomine nihil de reditibus Coenobio deſtinatis ſibi ſumere, ſed Monaſterio*

Annectuntur duae quaeſtiones, primo, quid renunciatione iuris aduocatiae abdicatum cenſeatur?

sterio gratis adesse velit, interim iura superioritatis, quae nunquam Monasterio concessa fuere, penes Aduocatum siue Dominum territorii manserunt. Quicquid de plenaria & absoluta concessione bonorum Monasterio destinatorum in Literis fundationis continetur, sano sensu ita intelligendum erit, de nudis reditibus Monasterio collatis, absque iurisdictione & iure superioritatis. Nos obseruamus, superioritatem territorialem in Ecclesiasticorum personas aliquando quidem aduocatiae nomine venisse, quoniam, vt Matth. Klockivs (2) notauit, olim minuendae inuidiae gratia potius vocabula aduocatiae, protectionis, tutelae, mundiburdii & balliae, quam illa superba dominii, imperii, iurisdictionis, districtus & praefecturae, vsurpata fuere. Hinc Meibomivs (3), *Aliquando*, inquit, *vbi Ecclesiae aut Monasteria sita erant in territoriis aduocatorum, habebant aduocati super bona ecclesiastica & in Ecclesiae subditos ius territorii, collectandi, sequelae, homagium a subditis accipiendi & recipiendi, confiscandi & plura alia: quae potestas superior aduocatia ICtis vocatur.* Eodem pertinet, quod Knichen (4) tradit: *Aduocatos Abbatiarum & Monasteriorum vigore huius aduocatiae Religionis curam habere, collectas exigere, arma imponere & omnia facere, quae ad Regalia spectant.* Attamen aliud superioritatem, aliud Aduocatiam fuisse dicimus. Etenim in vna regione erant Duces, Comites & Aduocati: & Aduocatorum Ius praecipue consistebat in iurisdictione simplici atque emolumentis quibusdam, vt mulctarum compendiis, albergaria, seruitiis, & praestationibus quibusdam pecuniariis, de quibus supra. At superioritas territorialis alia eaque maiora iura continet. Henricvs, Dux Bauariae & Saxoniae in priuilegio Richerspergensi Ecclesiae de Iure Aduocatiae A. MCLXII. dato in Chronico Reicherspergensi a Gewoldo edito, *qui ex officio Ducatus pariterque Aduocatiae non sine causa gladium portamus.* Hinc Fridericvs II. Imperator in constitutione de Iuribus Principum Ecclesiasticorum A. MCCXX. sanciuit, vt nulla aedificia, castra videlicet seu ciuitates, in feudis ecclesiarum occasione Aduocatiae constituerentur. Cui consequens est, abdicatione iuris aduocatiae non superioritatem territorialem (5), siue aduocatiam superiorem, sed tantum iura aduocatica, siue, vti a Ditmaro (6) vocantur, *legitima aduocatorum iura*, quae modo enarrauimus, abdicata censeri. Conf. Editorem Documentor. Wurtemb. (7) vbi ad diploma Rudolphi Comitis Palatini de Tubingen, quo An. MCXCI. Coenobium Bebenhusanum ab aduocatoria & exactoria conditione, qua sibi tenebatur, emancipauit, haud abs re notat, Aduocatoriam & Exactoriam etiam pro Fodro, aut Placitorum obuentionibus sumi atque intelligi, **von dem Näz, Füeter, und andern Nutzbarkeiten, so die Caſtenvögt von den Gottshäuſern empfiengen.** & qualia

Digitized by Google

& qualia plerumque sibi Fundatores reseruarint. add. MAVLIVM (8). VIETOR (9). ROSENTHAL (10). **Salmansweil. Erinnerung.** (11)

(1) *D. part. 2. Repraesent. Maiest. Imperator. c. 7. n. 128. seq.* (2) *In Anticategoriis. Sect. W. Lit. A.* (3) *De Orig. Helmstad.* (4) *C. 4. de Iure territor. num. 411.* (5) Fridericus admorsa gena, Landgrauius Thuringiae, in charta Ann. MCCCVI. bona vniuersa & singula suae ditioni subiecta, quae ad Abbatem vel Conuentum in Porta (siue Monasterium Portense Ord. Cisterc.) pertineat, *liberat quidem ab Aduocatis & Sub-Aduocatis*, suae tamen *diiudicationi* reseruat, serio volens, vt nullius monitis pareant fratres de Porta, *nisi a suae Clementiae* vel vocale vel literale *habeant mandatum*: apud IVSTINVM PETRVCHIVM *in Chronico Portensi c. 2.* (6) *L. 2. Chronic. p. 22.* (7) *Pag. 361. lit. b. c.* (8) *De homagio c. 11. num. 4.* (9) *De exemt. concl. 20.* (10) *De feudis c. 4. concl. 14. num. 3. & in notis.* (11) *Quaest. 3. p. 76.*

§. XXII.

Si Aduocatus promisit, praeter enumerata quaedam aduocatiae iura nihil amplius iuris a se vsurpatum iri, an Domino Regionis, qui simul est Aduocatus, nihil amplius iuris in Monasterium competat?

Ex quo parata etiam responsio est ad alteram quaestionem, si Aduocatus promisit, praeter enumerata quaedam aduocatiae iura nihil amplius iuris a se vsurpatum iri, an Domino Regionis, qui simul est Aduocatus, in vniuersum nihil amplius iuris in monasterium competat? De quo vt liquidius constare possit, ex instrumento fundationis Monasterii Altenburgensis, Ordinis olim S. Benedicti, prope Arnsburg. Ann. MCLI. a Moguntino primum Archipraesule concinnato, postea ab Imperatore Friderico confirmato, nonnulla delibabimus. Dicitur ibi: *Eundem autem locum & quae ad ipsum pertinent, idem Cunradus* (ab Hagen) *per se, dum viueret, & postmodum per filios suos iure Aduocatiae regi ac custodiri disposuit. Post mortem vero suam, & filiorum suorum, in arbitrio esset Abbatis & Fratrum suorum, eligeret Aduocatum, vnum scilicet, qui de semine eorundem Cunradi & Ludgardis descenderet. Et hic tantum semel in anno, videlicet in proximo die Exaltationis sanctae Crucis, locum pro facienda iustitia intraret, cui eodem die Abbas seruitium, quod tribus vnciis comparari posset, prouideret, aut certe tres vncias pro Ministerio illi daret, & nihil amplius iuris per totum annum a loco illo exquireret, nisi forte ab Abbate pro aliqua necessitate vocaretur, & tunc cum duobus tantum militibus veniret, quibus Abbas necessaria impenderet.* Vbi citra praeiudicium alterius cuiusque opinionis existimamus, cum renunciationes sint stricti iuris, nec in concessione, etiam generalioribus verbis facta, regalia, praesertim maiora, veniant, non superioritatem territorialem in Monasterium transcriptam, sed modum aduocatiae impositum esse. Quae interpretatio vti ex eo, quod supra Sect. II. hinc inde demonstratum de-

Digitized by Google

dimus, robur insigne capit, ita tanto magis sumenda, quanto sequentia facta in tam longo temporum decursu in eandem iuere sententiam. Nam sequela facti demonstrat, qualis fuerit praecedens conuentio. Menoch (1). Everhardvs (2). Tabor (3). Igitur in interpretandis eiusmodi diplomatibus ante omnia verba & tenor, ratio antecedentium & consequentium, sedulo inspicienda, eoque omnis impendenda est opera, ne ex peruerso eorum intellectu vel absurdum emergat, vel pars alterutra in damno constituatur. Quod latius excutere, ab instituto nostro alienum est.

(1) *Cons.* 748. *num.* 18. 19. 20. (2) 2. *Cons.* 12. *num.* 56. (3) *Barbos. locuplet. voce observantia, axiom.* 1. *&* 3.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNIS NICOLAI HERTII
ICTI
COMMENTATIONVM
ATQVE
OPVSCVLORVM
Voluminis Secundi
TOMVS TERTIVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

I. I.

DE IVRISPRVDENTIA CAVENTE DISSERTATIO.

SECTIO I.

DE IVRISPRVDENTIA CAVENTE IN GENERE.

§. I.

Partitio Iurisprudentiae ratione obiecti.

CVm destinatum nobis sit, agere de non ignobili Iurisprudentiae parte, quae cauendi rationes monstrat, non alienum erit, si paucis praemittamus, quae species sint Iurisprudentiae. Commodissime autem partitio haec a causis petitur. Nimirum ab obiecto Iurisprudentia est vel vniuersalis, quae ad genus humanum omne, quocunque etiam in statu, naturalem dico, oeconomicum, vel ciuilem, homines versentur, se exporrigit; vel particularis, quae huic vel illi domui (ante scilicet conditas ciuitates) aut populo est propria. Vtraque est vel publica, ciuitatis statum aut vniuerse, aut singulatim respiciens; vel priuata, ad res priuatorum pertinens. Et cum vtrobique variae & late se diffundentes materiae occurrant, ab obiecto speciali Iurisprudentia alia est profana, vel Ecclesiastica: alia allodialis vel feudalis, (plane vt iam dudum in Episcopatu Leodiensi Curia alia allodialis, alia feudalis dicta, in charta A. MCCCCI. 12. Febr. quae exhibetur in Actis Baronis d'Auriae contra Abbatem S. Iacobi.) Lehenrecht iam dudum audiit (1). Nam ita Marcwardus Abbas Fuldensis, qui vivere desiit Ann. MCCLXXXVIII. scribit apud CHRIST. BROWERVM *L.* 3. *Antiqu. Fuldens. c.* 8. Principes sumsisse sibi de adiacentibus Ecclesiae (Fuldensis) bonis, quantum sibi bonum videbatur, & habuisse sibi

Digitized by Google

quasi pro beneficio, & si aliquis Abbatum eis contradicere voluisset, ac iudiciali lege placitum faciens iustitiam ab iis exquirere coepisset, ingeniosa ac callida argumentatione iuris sui, quod **Lehenrecht** nominauerint, anguis more de manibus elapsos, per anfractus sermonum sero suo discrimine effugisse. Alia denique ciuilis, vel criminalis.

(1) V. Lyncker. *in annal. ad Struu. Ius Feudal. p.* 21.

§. II.

Ratione formae. A forma siue modo tractandi alia est elementaris, quae fundamenta iuris suppeditat; alia plenior, vniuersam iuris materiam, & quidem si particularis est, rationibus eius cum ex ciuili & iuris vniuersali prudentia, tum ex statu Reipublicae petitis, explicans.

§. III.

Ratione finis. Quo pertinet Ivrisprvdentia Cavens. *Cuius Synonymia traditur.* Denique a fine alia Iudiciaria est, quae in decidendis controuersiis occupatur; alia, quam cauentem appellare libuit, quoniam ostendit, quemadmodum caute in negotiis ad ius pertinentibus versari debeamus. Aliqui Iurisprudentiam cautelarem malunt vocitare, a vocabulo *cautela*, quo non tantum veteres iuris auctores, sed & Priscianvs, & Apvleivs, ne de aliis dicam, vsi; Posses etiam insignire Iurisprudentiam remediorum, (nam ita vocem remedii vsurpauit Pomponivs in *l. 66. D. de iure dotium.* Et Vlpianvs in *l. statu liberos 3. §. 2. D. de statu liberis.*) siue περὶ ἐυρηματικῶν cum Modestino, singularem de iis librum scribente, de quo infra. Vere autem Cicero *L. 1. de Oratore* ICrum definit, *qui legum & consuetudinis eius, qua priuati in Ciuitate* (adde & Reipublicae Rectores) *vtuntur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus est.* Hinc cauere in iure est apud eundem *L. 1. de LL.* ac alibi: & cauere de Iurisconsultis passim vsurpatur. Idem Cicero 7. *ad Famil. 6.* cum Trebatio ita iocatur: *Tu qui caeteris cauere didicisti, in Britannia, ne ab Essedario decipiaris, caueto:* & *oratione pro Muraena* in eleganti illa Iuris Consulti cum Imperatore comparatione: *Tu caues, ne tui consultores: ille, ne vrbes aut castra capiantur.* Scite quoque Ovidivs L. 1. de arte amandi:

Illo saepe loco capitur Consultus amore.
Quique aliis cauit, non cauet ipse sibi.

Hinc cautionis vocabulum. Cicero L. 7. Epistol. 13. *Sed vt ego quòque aliquid de vestris cautionibus admoneam.*

§. IV.

Qvaestio, an? *An detur Iurisprudentia cauens? an ea necessaria vel vtilis?* Sunt qui parum aestimant hanc disciplinam: alii eam vt subdolam & fraudium magistram detestantur. Nec dubitauit Ioannes Fichardvs, ICtus Francofurtensis, in praefatione cautelis Caepollanis praefixa, ingenue fateri: *Bonam earum cautelarum, quae hactenus sint a diuersis auctoribus collectae & editae, partem, eiusmodi esse, vt in fraudem potius legum, quam ad easdem stabiliendas concinnatae*

Digitized by Google

cinnatae videantur: nonnullas etiam manifeſte friuolas & inhoneſtas eſſe, vt non iniuria prorſus expungi praetermittique potuerint. Et MARCVS ANTON. SABELLVS ſumm. tract. voce cautela n. 7. *cautelas omnes eſſe periculoſas, multas inſulſas, plures fallaces, & alias impracticabiles noſtris maxime temporibus, aliasque impertinentes, & Doctorum litteratorum lectione indignas.* Non vtemur nos argumento, quo vſus CICERO II. de Offic. 19. *In iure cauere, conſilio iuuare, atque hoc ſcientiae genere prodeſſe quamplurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet & ad gratiam.* Attamen dicimus: Diſciplinam hanc interdum neceſſariam ad fraudes auerruncandas, interdum vtilem eſſe, vt praeuertantur lites: Nec ideo ſtatim vt reprobetur mereri, ſi quod a malis vſurpatur: nam & mare nauigant piratae, ferro vtuntur & latrones. Illud libenter fatemur, ſi in PLATONIS Republica ſiue ciuitate ex voto optima viueremus, potius valere oportere illud SENECAE 3. de Benef. 15. *Vtinam nulla ſtipulatio emtorem venditori obligaret, nec pacta conuentaque impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides illa potius ſeruaret & aequum colens animus! Sed neceſſaria praetulerunt optimis, & cogere fidem, quam ſpectare maluerunt.* Certe etiam iura noſtra interdum cautiones commendant qualis illa in §. 3. I. de pupillar. ſubſtit. Add. D. STRYKIVS *de cautel. contr. ſect. 1. cap. 1. §. 12.*

§. V.

Finis igitur diſciplinae huius & haud dubie innoxius eſt, vt ne in tam fluxa multorum fide in fallaciarum caſſes incidamus. Vere EVRIPIDES *Helena*: FINIS. *Scopum non ſemper attingunt, qui cautionibus vtuntur.*

Σώφρον δ' ἀπιστίας
οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρήσιμώτερον βροτοῖς.

Diffidentia autem moderata & prudentia
Nihil eſt vtilius hominibus.

Idem Phoeniſſis:

Dea vtiliſſima cauta circumſpectio eſt.

v. & FORSTN. ad l. 4. Annal. Tacit. c. 10. & de induc. Belgic. l. 2. p. 221. ſequ. Prudenter quoque POLYBIVS lib. 8. hiſtor. c. 2. *Magna digni ſunt reprehenſione, qui temere ſuorum hoſtium fidei ſe permittunt: illi vero non ſunt culpandi, qui mature prouidere poſſunt, ſibi cauent: nam credere quidem prorſus nemini, amittere eſt facultatem rerum gerendarum: at vbi pignora fidei idonea acceperis; ſi quod ratio ſuadeat, feceris, culpa omni careas. Sunt autem fidei vincula, quibus idonee caueri poteſt, iusiurandum, liberi, vxores, & maximum omnium anteacta vita: per iſta ſiquidem fuiſſe deceptum, & in fraudem eſſe delapſum, non eius, qui dolo captus fuerit, ſed eius, qui dolum ſtruxerit, propriam eſt crimen. Quamobrem praecipuum quidem illud eſt, vt vincula fidei eiusmodi accipiamus, per quae is, cui fidis, mutare fidem nequeat.* Deinde vt occaſionem naſcituris litibus amputemus. Perſeus, vt auctor eſt PLVTARCHVS, quum noto cuidam daret pecuniam, cautionem fecit in foro apud menſarium. Hanc cautionem quum amicus admirans diceret, *adeone legaliter Perſee? Scilicet*, inquit, *vt amanter* (φιλικῶς) *recipiam, nec legaliter* (νομικῶς) *repoſcam.* Fit enim ſaepenumero, vt, qui cum amico bona fide ſine teſti-

Digitized by Google

bus ac syngraphis agunt, post cogantur cum eo legibus agere. Neque tamen existimandum, quasi qui Iurisprudentia hac vtitur, scopum sibi propositum semper assequatur. Vsu enim venit non raro etiam hodie, quod de Graecis scripsit idem POLYBIVS L. 6. Hist. c. 54. *Qui publicam pecuniam tractant apud Graecos, si vel vnum duntaxat talentum fuerit creditum, decem rescriptionibus adhibitis, sigillis totidem, testibus autem duplo pluribus, fidem tamen vt seruent impetrare nequeunt.* Scilicet vt PLAVTVS *in captiuis Act. 2. Sect. 2.* ait:

Qui cauet, ne decipiatur, vix cauet, cum etiam cauet.
Etiam cum cauisse ratus, saepe is cautor captus est.

SOPHOCLES *Philoctete:*

Σοφὸς παλαιστὴς κεῖνον ἀλλά καὶ σοφὰι,
Γνῶμαι, Φιλοκτῆτ', ἐμποδίζουσαι θαμά.

Catus quidem pugil ille, sed quamuis cata,
Paeantide, consilia corrumpi solent.

§. VI.

SVBIECTVM. Cautiones.

Subiectum, siue ὑποκείμενον, circa quod versatur disciplina haec, sunt cautiones. Hae cum spectent vel negotia Reipubl. Rectorum, siue hi inter se siue cum ciuibus agant, vel priuatorum: deinde sunt iustae, vel iniustae; necessariae, vtiles, abundantes, inutiles, vel noxiae; vsitatae vel obsoletae, antiquae vel nouae. Videndum iam habemus de singulis.

§. VII.

Quae ad publica & priuata negotia *pertinent.*

Cautiones, quae spectant negotia Reipublicae Rectorum, siue hi inter se, siue cum ciuibus suis agant, partem disciplinae huius facere, ne dubitandum quidem est, etsi id artificibus cautelarum vix in mentem venerit. Ecquis enim negabit, in pactionibus de pace, foederibus, induciis, contractibusue, qui inuntur inter diuersos populos, aut in pactis Principum matrimonialibus; item in pactis Rectorum Reip. & illorum, qui reguntur, magna cautione opus esse? H. GROTIVS *L. 7. Hist. Belg. ad An. MDXCIIX.* postquam memorauerat, Philippum II. Hisp. Reg. Belgium filiae Isabellae transcripsisse, subiicit: *Signarat has tabulas pater, adhibitis testibus, pridie nonas Maias. Eodem die filius idemque heres Philippus & hic nomine, assensum perscripserat, quaesitis auxie cautionibus aduersum iura, quae aetatis lubrico aut ob paterni nominis reuerentiam sua largientibus succurrant.* IDEM *L. 18. Hist. Belgic. ad An. MDCIX.* loquutus de capitibus induciarum, addit: *Pleraque haec Oldenbarneueldius perscripserat, vt quidque aut inde insidiosum metuerat, aut patriae profuturum eminus spectabat, ita mira sollicitudine verba temperans.* PIASECIVS *Chronic. gestor. singular. Europ. ad A. MDCVII.* refert; sub Sigismundo Poloniae Rege, legem latam, quae articulum iurisiurandi regii, de non praestanda Regi obedientia, quando iuriiurando suo non satisfaceret, circuitu multiplicium monitorum circumscribens, eneruauerit & pene abrogauerit. Apud eundem *ad An. MDCVII.* cum diploma electionis,

Vla-

Digitized by Google

Vladislao Regi Poloniae a Moschis datum, Magno Duci ex pacto reddendum, esset deperditum, acquieuit hic tandem cautioni Senatus & Ordinum de eo perdito factae, &, si reperiretur, sibi reddendo, bona fide. Cuiusmodi cautionum, quae Mortifications- siue **Tilgungs-Scheine** dicuntur, vsus quoque insignis est inter priuatos. v. MEVIVS *part.* 6. *D.* 144. Sed liber posset impleri, si quis huius generis ex historiarum monumentis prudenter obseruata conducere vellet. Specimen insigne primus in Academia hac ante hos quatuor annos edidit vir non minus praeclara eruditione quam natalium decore ornatissimus, D. FRIDERICVS LVDOVICVS WALDNER DE FREVNDSTEIN *de firmamentis conuentionum publicarum.* De euematicis seu cautelis in controuersiis praecedentiarum egit IACOB GOTHOFREDVS *Diatrib. de iure praeced. part.* 3.

§. VIII.

Etiam iniustae.

De iniustis quoque cautionibus agendum, perinde vt prudentiae ciuilis Magistri artes tyrannicas, & Dialectici elenchos sophisticos explicant. Vere enim CICERO 3. de Natura Deorum, *prudentiam constare ait ex scientia rerum bonarum & malarum*; & Baco de VERVLAMIO *L.* 7. *de Augment. Scient. c.* 2. docuit, malitiam ac fraudes hominum nosse, eo fine, vt caueri & eludi possint, magnam ciuilis prudentiae partem esse. Iniustae autem cautiones sunt, non tantum, quae expressa lege sunt reprobatae, verum etiam quae menti & sententiae legis aduersantur, ac fraudem ei faciunt.

§. IX.

Quae vel legibus manifeste refragantur.

Prioris generis cautionum egregium est exemplum in obstagiis. Haec olim ad firmanda pacta non modo a priuatis, verum etiam a summatibus viris adhibebantur. Exempla non vulgaria protuli *in annotat. ad Pufendorfium Lib.* 5. *de Iur. Nat. & Gent. c.* 10. §. 10. Sed omnino ad memoriam insignis est charta Caroli IV. Imperatoris, qua Ciuitati Gelnhusae An. MCCCXLIX. se obligauit, se eam a nexu pignoris, quo obstringebatur Comiti de Schwartzburg & Hohenstein, intra anni spacium liberare, aut ni id faceret, Francofurtum, Friedbergam aut Wezflariam ire, ibidemque eousque commorari velle, donec reluitio facta sit. Sed quid vetat, chartam ipsam, cum adhuc inedita sit, heic legendam dare:

Quo pertinent obstagia.

WIr Karl von Gots Gnaden Römischer Künig, zu allen Zyten Merer des Richs und Künig zu Beheim, verieben und tun kunt offenlich mit diesem Briefe, allen den dy in sehen, hören oder lesen, wann der Burgermeister, der Rat, und die Burgere gemeynlich der Stadt zu Geilnhusen, unser lieben Getrüwen durch unser sunder Bet und liebe Willen, dem Edeln Günthern Graven zu Schwartzburg und Herrn zu Arnstetten, Hennrichen von Hoenstayn, Probst zu Northusen, und etlichen andern sinen Feinden, die in der Statt Brieffe benant sind, und Ihren Erben, zu eym rechten Pfande gehult, gelobt und gesworn haben, nach Brieffe lut die von der Stad wegen darüber geben sind; darumb globen wir in truwen, one Geverde, dem Burgermeister, dem Rath, und den Burgern gemeynlich der vorgenanndten

Digitized by Google

nandten Stad zu Geilnhusen, und iren Nachkommen, daß wir Sie uß der vorgenanten Pfandschafft umb funffteusend Marge löttiges Silbers, inwennig eynem Jar, von disem hutigen Tage zu zelen, ledigen und lösen wollen, und wo wir des nit teten, so globen wir in truwen one gever, als vorgeschrieben steet, dem Burgermeister, dem Rat und den vorgenanten Burgern, daß wir zu Hant noch der Jarfriste, in der Stete eyne, Franckenforo, oder Wetzlarn, oder in das Huß zu Friberg, wo uns das allerfuglichst gesin mag, iuriten wollen, und daselbst inliegen und bliben, biß daß wir die vorgenandten Stad zu Geilnhusen umb die vorgenante Summe Geldts geletigen und geloben: Auch globen wir in truwen one Geverde, daß wir alle die wile und dieselbe Stad Pfandes-Steet dem vorgenandten Grafen Günthern, sinen Fründen und ihren Erben die vorgenante Summe Geldts nicht steygen, noch höchen wollen, in kheine wyse; Auch globen wir in truwen one Geverde, das wir die vorgenante Burgermeister, Rath und Burgere gemeynlich, der Stad zu Geilnhusen, ihr Erben und Nachkommen, zu iren Rechten, Gnaden, Fryhiten und guten Gewonheiten schirmen, und schützen wellen, mit unsern Küniglichen Gnaden, gleicher weyse, als abe Sie unversatzet und unverpfend weren: Auch wollen wir, daß Sie vürder vorgenanten Graven Günthern, sin Fründt und Erben kein Pfand sin sollen: were auch daß ymand yn, ire Rechte, Gnaden, Friheite und gute Gewonheite überfaren wolte, und Sie beschedigen, oder obe Sie ymand von wegen Graven Günthers, sinne Fründe und sinne Erben, umb Schuld, oder umb Syntschafft angryffen wolte; So verlauben wir yn mit unsern Küniglichen Gnaden, daß Sie sich solchs Angriffens schirmen und weren sullen, und wollen auch, daß unser Landvogt, und die andern Steete in der Weterey yn darzu beholffen sin sollen, und sollen darumb Sie und all ir Helffer von unsern Gnaden unverdacht sin; Mit urkunde dieß Briefs versiegelt mit unserm Küniglichen Ingesiegel, der geben ist zu Franckenford noch Cristi Geburte drüzehen hundert und nein und virtzig Jar, des nechsten Sontags vor Sant Johanns Tag Baptisten, Im dritten Jare unserm Reyche.

Vere Caspar a Lerch Reichs Ritterl. Adels Herkommen und Freyheits Berichts zweyten Grundsatz, num. 168. Es ist wahrhafftig hoch zu wundern, wie starck zur Zeit des Leistungs Brauchs die Teutsche Treu, Zusag, Ja, Nein, besonderlich unter Fürsten, Graven, Herren, Ritterschafft, Adel, und Ehrenfähigen Personen, so dann die briefflíche und besiegelte Pacta und Verbundungen hochrühmlich gehalten, die Verbrecher mißacht, gestrafft, der Ehren entwürdiget, und durch zugesagte Treu und Glauben das verbriefte Leistungs-Recht (dessen Mißbrauch abgeschieden) summario processu, den auch Chur-Fürsten und Graven geforchtet, und vielleicht desto lieber abgestellt haben, richtig exequirt worden seye. Sublatum autem hoc cautionis genus est in Constitutione Imperii Policey-Ordnung zu Franckfurt A. 1577. tit. 17. §. Wiewohl auch ꝛc. nisi quod adhuc in Holsatia, & forte alibi remansit.

§. X.

Vel legibus fraudem faciunt,

Posterioris generis sunt cavillationes, fraudes, & vaframenta, quibus pacta aut fides iureiurando adstricta eliduntur. Eorum exempla complura congessit Sam. Pvfendorfivs *L. 4. de I. N. & G. c. 2. §. 12. & L. 5. c. 12. §. 3. & 7.* Eodem per-

Digitized by Google

pertinent fraudes omnes, quae salvis legum verbis sententiam earum circumveniunt, vt est in *l. contra* 29. *D. de LL.* Circumscriptionem vocant Rhetores, quae, vt SENECA *VI. Epit. Controuers.* 3. ait: *semper crimen sub specie legis inuoluit. Quod enim apparet in illa, legitimum est, quod latet, insidiosum.* Fraudium eiusmodi quatuor modos ex ACCVRSIO refert MVRETVS *ad l.* 30. *D. de LL.* quorum primus fit commutatione rerum; alter commutatione personarum; tertius commutatione contractuum; quartus modo contrahendi. De quibus singulatim videamus. *quae legum circumventiones ad quatuor species reducuntur, dum fiunt commutatione, vel*

§. XI.

Commutationis rerum exemplum insigne est in Senatus consulto Macedoniano. Hoc tantum locum habet in pecunia numerata, mutuo data, ceu qua ad luxuriam quis facile abutitur. At si fraus sit SCto adhibita, puta frumentum, vel vinum, vel oleum credendo, vt iis distractis pecunia veteretur filius familias, huic subueniendum esse, scribit VLPIANVS *l.* 7. §. 3. *D. de SCt. Macedon.* Huc etiam referri potest, si Notarius instrumentum scribat de maiore summa, cum minor esset soluta, sed eadem saepius renumerata. Quod sophisma mirum est probasse PAVLVM CASTRENSEM, & pro eo excusando attulisse *l. si quis duos* 67. *D. de solution.* *Rerum.*

§. XII.

Commutatio personarum fit, si quis dicis causa alii, immunitatem ex priuilegio habenti, praedium suum vendat, vt ipse eadem immunitate fruatur. Huic non multum dissimile est, quod narrat LIVIVS *L.* 35. *Histor. c.* 7. quum enim apud Romanos multis legibus foenebribus constricta avaritia esset, complures fraudis viam inibant, vt in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transscriberent, & ita libero foenore obruebant debitores. Apud eosdem Romanos non raro in fraudem legis promittebatur, fideicommissum restitutum iri personae, quae tamen capere non poterat *l.* 10. *pr. D. de his, quae vt indign. l.* 3. *D. de iure Fisci. l.* 40. *eod.* Adde alia exempla apud PVFENDORF. *L.* 5. *de I. N. & G. c.* 12. §. 18. Instrumentum simulate a marito vel alio factum quasi pecuniam ipsa mulier accepisset non obstat mulieri. BRVNNEMANN. *ad l.* 17. *C. ad SCt. Velleian.* *Personarum.*

§. XIII.

Commutationis contractuum innumera sunt exempla. Cum iure Canonum mutuum sub vsuris dare esset vetitum, posterioribus temporibus emtio annuorum reddituum introducta fuit. Antwerpiae quondam sub nomine depositi, & vsuris sat grauibus mutuum datum. v. LVDOVICVS GVICCIARDIN. *Descript. Belgii de Antwerpia, p.* 229. Apud Gnossios olim moris erat, vt pecuniam sub foenore mutuam accepturi eam raperent, nimirum vt creditorem frustrantes, rei violentae actionis, eo grauius punirentur, vt PLVTARCHVS *in quaest. Graec.* ratiocinatur, siue vt alter, si non cum foenore redderet, quod vi abstulerat, rapinae arcesseretur. Persae Mahometis legem, vsuras vetantem, *Contractuum.*

Digitized by Google

alia ratione eludunt. Nam ita TAVERNIER, nouuelle relation de l' interieur du Serail, du Grand Seigneur, ch. 10. *Les Persans ont trouvé un temperament assez plaisant, pour se sauver du reproche, qu'on leur pourroit faire, de pecher contre la meme defense. Quand ils prétent de l' argent, ils font faire vne cedule de la somme; aprés quoy ils voyent à quoy monte l' interest: qui est ordinaire à douze pour cent. En mesme temps ils prennent un mouchoir, ou quelque mechante ceinture, & la donnent à celuy à qui pretent l' argent, luy font ecrire vn secund billet pour la concurrence de l' interest, où il est porté, que c' est pour marchandisse achetée & bien recuë. Voila comme ils croyent mettre leur conscience à couvert, & ne pis aller contre la defense de Mahemet, qui condamne absolument toute sorte d' interest.* Porro ad velandam vsurariam prauitatem non vna fraus inuenta. Ita mutuum reuera labe vsuraria infectum est, si quis sub specie societatis pecuniam alteri ita det, vt accipiens ei praeter sortem, finita societate restituendam, lucri loco absque calculo & computatione, quicunque etiam casus inciderit, certam summam quotannis persoluat. Cuiusmodi conuentionem per Italiam frequentem esse testatur, & merito improbat HECTOR FELICIVS *de Societat. c.* 17. *n.* 5. *n.* 20. *sequ. & c.* 18. *num.* 7 *sequ.* conf. MEVIVS *ad Ius Lubecens. L.* 3. *tit.* 9. *art.* 2. MANTICA *L.* 6. *de Tacit. & ambig. conuention. tit.* 5. *n.* 11. *sequ. & tit.* 7. Ita non infrequens est, sub colore pacti de retrouendendo contractum pignoratitium iniri, cuius simulatae retrouenditionis argumenta prodidere A. FABER, *L.* 2. *C. tit.* 17. *def.* 1. *sequ.* MYNSINGER. 6. *Obs.* 70. BERLICH. *part.* 2. *concl.* 1. *n.* 6. & *sequ.* SCHILTER. *Prax. Analytic. part.* 3. *de iure retrouendit. c.* 10. §. 10. *sequ.* Ita contractus species est, quam Hispani Moharram, Itali Stocchi seu Stoccoli vocant, quando quis egens pecuniae summo pretio in diem soluendo a mercatore merces emit, & statim eidem pecunia numerata pretio infimo reuendit. v. MONTALTII *Literar. Prouincial.* 8. & ad eam WENDROKIVS *not.* 3. CASPAR. ZIEGLERI *Dissert. de Mohatra.* Cuius generis conuentionem quondam Germanis non ignotam, forte & vsitatam fuisse, non obscure colligitur ex Gregorio Strigenicio, cuius verba haec adduxit D. EYBEN. *Disquisit. ad Instit. tit. quib. mod. re contrab. obligat. obseru.* 3. **Kombt ein armer Mann zu einem solchen heiligen Wucherer,** (de quo ante loquutus fuerat, qui sc. videri vult erga egenos valde misericors,) **spricht Ihn umb Geld an, so hat Er kein Geld, deut Ihm Getreyde, das wolle Er Ihm fürsetzen, und schlägt Ihm dasselbe noch eins so hoch an, als es auff dem Marckt bahr gilt, darüber muß Er Ihm genugsame Versicherung machen, ehe dann Er das Getreyde auß dem Hauß oder Hoffe führet, kaufft es Ihm der Wucherer wieder abe, fragt, wo wiltu mit dem Getreyde hin? Herr, ich muß Es zu Marckt führen, und zu Geld machen, dann ich darff das Geld: Ey, spricht der Wucherer, wann du es ja verkauffen wilt, so will Ich dirs selbst abkauffen, und gibt Ihm nicht mehr dafür, als Es dazumahl auff dem Marckte baar Gelt gilt, gewinnt also den halben Theil, und behält sein Getreyde.** Cuiusmodi & alios contractus, sub licitae conuentionis inuolucro improbum foenus celantes, profligauit Imperii Ordinatio Politica A. MDXXX. A. MDXL. & apertius illa Ann. MDLXXVII. sub rubric. **von wucherischen** contracten, vbi memoratur, vsurarium hoc negotium vocari **mit Einem neuen und Ihrer Meynung nach höfflichern Wörtlein,** *partita.* Romanos id genus fraudis non latuisse, liquet ex *l.* 3. §. 3. *in fine, de SCto Macedoniano.* De contractibus nouatione velatis SCHILTER *ad I.*

de

Digitized by Google

de donat. n. 3. IACOB. GOTHOFR. *ad l.* 8. *C. Theodos. de donat.* A. Faber *l.* 8. *C. tit.* 36. *def.* 7. In retractu, vt is eludatur, quoties hodie non fit fraus sub velamine aliorum contractuum? v. REINKING. *de retractu consanguinit. quaest.* 5. *n.* 54. *seqq.* SCHILTER. *Ex.* 30. §. 140. Puta dum emtio venditio nomine & specie permutationis adumbratur. v. HIERONYM. MARILIANVS *decis.* 96. Quod tamen quandoque non esse illicitum putat DIODOR. TVLDEN *ad tit. C. plus valere quod agitur n.* 1. Veluti cum agrum tuum mihi vendendum offerrem, ego destitutus numis, meum in vicem pretii dare volui, cumque numos malles monuisti vt ipse eum venderem: Sed metuens ego ne, tuis propinquis tuum fundum mihi venditum forte retrahentibus, vtroque orbarer, conueni tandem vt meum permutatione acciperes, monstrato & exhibito eiusdem emtore. Nam quia innoxio consilio contra damnum mihi caui, non erit locus retractui. TIRAQVELL. *in praefat. de retract. lin. n.* 79.

§. XIV.

Ad commutationem in modo contrahendi pertinet, quod est in l. quamuis 8. §. 14. ad SCtum Velleianum: *si, cum essem tibi contracturus, mulier interueniret, vt cum ipsa potius contraham; videtur intercessisse.* Conf. *l.* 19. *C. eodem.* *Modi contrahendi.*

§. XV.

De cautionibus necessariis & vtilibus in disciplina hac agendum esse, nemo dubitat. Nec minus tamen nosse expedit, quae sint abundantes, etsi non noceant. Harum sane vsus quoque est in publicis conuentionibus. H. GROTIVS *L.* 7. *Histor. ad A. MDXCIIX.* loquutus de pace Verbiniana inter Hispanos & Gallos: *Sed iniuriarum*, inquit, *obliuio, & aeterna in posteros concordia, sumtis in alterum armis, alter nec opem ferret, nec suorum quemquam interesse pateretur, & si quid ambigui iuris restabat, non fraude & vi, sed sub arbitris disceptarent, in speciem magis conuenere, quam quod tantae magnitudinis aequalitas aliquid ad amicitiam securum relinqueret.* Apud GRAMONDVM *Hist. Gall. l.* 16. *ad A. MDCXXVI.* BVKINGAMVS Anglus Bassampetro, Galliae Reg. Legato, de articulo secreto, pactis matrimonialibus inter Carolum VValliae Principem & Henriettam Borboniam adiecto, quo continebatur, vt liber Catholicis in Anglia religionis vsus sit, pronunciabat: *Adiectum id, quo mage decorum seruaretur: eo facto a Christianissimo Rege aulae Romanae affectatam gratiam, neutrique parti creditum, adiici istud pactum, vt seruaretur.* Quanquam recte PVFENDORF. *L.* 3. *de I. N. & G. c.* 8. §. 8. obseruauit: Exceptioni huic non multum videri indulgendum, ne illa ad eludenda praecipua pacti capita porrigatur, & quia non praesumitur, inutiles clausulas pactis inseri. Inter priuatos quam multiplex sit vsus cautionum superfluarum, abunde docuit D. SAMVEL STRYKIVS Dissertationibus aliquot in vol. 3. *de cautela abundante circa ius personarum, in contractibus, & in processu.* De iis heic legi meretur insigne pronunciatum FLORENTINI l. 65. D. de Verbor. Obligat. *Quae extrinsecus & nihil ad praesentem actum pertinentia adieceris stipulationibus, pro superuacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem.* Simul heic addendum de solennitate superflua. *Tractandum non de necessariis solum, sed & de vtilibus, & abundantibus.*

Digitized by Google

§. XVI.

Imo & de inutilibus & noxiis.

Dispiciendum quoque de cautionibus inutilibus, & noxiis. Inutiles autem sunt interdum, quae natura sui vsum praebere queunt, sed certo casu in vanum recidunt. Exemplo sit renunciatio SCti Velleiani, si Notarius, iurium imperitus, mulierem asserat de eius sententia certiorem factam, & contingat, quod suo tempore factum narrat Oldendorpivs, libro de iure singulari: *Cum ante aliquot annos quendam Tabellionem interrogarem, cur scripsisset renunciationem, cuius nulla facta esset mentio? Quia* inquit, *sic habet Formulare meum. Adeo plerique homines sunt insulsi.* A. Merenda 4. *contr.* 44. paulo acerbius: Imperitiam Notariorum adeo excreuisse, vt inter flagella, quibus Deus O. M. corrigit peccata, magnum haec sibi vindicet locum. Add. Arvmaevm in 2. *Dec.* 5. *n.* 19. *sequ.* Sane renunciationem huiusmodi non tenere, non tantum Oldendorpivs *d. l.* sed & Albericvs de Rosate *ad l. final.* §. *mulier. D. ad SCt. Velleian.* Frideric. de Senis *Consil.* 191. A. Faber, *L.* 4. *Cod. tit.* 14. *def.* 26. *n.* 6. & Heringivs *de Fideiussoribus*, *c.* 7. *n.* 483. *sequ.* (vbi contraria refellit,) affirmarunt (1). Vnde alia nascitur cautio, vt, qui sibi consulere volunt, sententiam SCti Velleiani in vernacula instrumento renunciationis inserendam curent. v. Caepollam, *caut.* 195. Caeterum noxiae sunt cautiones, ex quibus fraus arguitur.

(1) *Vid.* Berlich. 2. *concl.* 19. *n.* 53.

§. XVII.

De vsitatis pariter & obsoletis.

Cautionibus vsitatis praecipuus quidem locus est; non eo minus tamen tractandum de desuetis. Exemplo vtamur vno. A seculo XII. ad proxime praecedens seculum non rarum fuit, Proceres pro Regibus suis paciscentibus fidem apud exteros interponere. v. *Comment. nostra de Lytro*, *Sect.* 1. §. 5. *circa extrem.* & *in annot. ad PVFENDORF. L.* 8. *de Iur. Nat. & Gent. c.* 8. §. 7. Quod post in desuetudinem iuit. Cuius causa haud dubie, quoniam ab illo tempore magis magisque inualuerunt παμβασιλέαι. Quae vt prouenirent, effecit praecipue vsus mercenarii militis, qui a Maximiliani Imperatoris temporibus frequens esse coepit, vt recte vidit Vir. Hvbervs *l.* 2. *de Iur. Ciuit. sect.* 5. *c.* 4. §. 18. *edit. nouiss.* Adde & aliam causam: repressam ac debilitatam Pontificum Romanorum in Reges potestatem ac licentiam, cuius metus eos cohibebat, vt ne iura Procerum suorum auderent conuellere. H. Grotivs *l.* 17. *Hist. Belgic. ad A. MDCIIX.* scribit, in actione de induciis aut pace *praecipue offendisse Hispanos, quod Batani petierant, vt foedus non Archiducum modo, sed Procerum quoque ac Ciuitatum, ipsis parentium, sponsionibus firmaretur.* De vsitatis bene monuit D. Strykivs *praefat. praelect. de cautel. contract.* probe ab vnoquouis attendendum esse, quo iure patria cuiusuis vtatur. Etenim hanc Imperii nostri infelicitatem esse, vt, quot prouinciae, tot iura quoque particularia existant. Ex quo eueniat frequentissime, vt, quod illic cautela est, hic noceat. Et quod in vna prouincia permissum, in altera interdictum appareat. Quapropter, inquit, omnino consultum est, vt feliciter aliquando peroraturus in foro causas, non patriae

Digitized by Google

triae suae mores nosse contentus sit, sed vbi vicinarum prouinciarum statuta discrepent, cautissime obseruet. Hac ratione enim, si cum illis, qui ex aliena prouincia sunt, negotium gerendum, securius aget.

§. XIIX.

Antiquarum quidem cautionum seges est vberior, necessitas tamen subinde suadet, vt novae eaeque innoxiae excogitentur. Exemplis aliquot & hoc illustremus. Chartae sigillatae, quam vocant, vsus praecedente seculo inualuit, accidit abhinc, vt quis insignem pecuniae summam, accepto chirographo, quod huiusmodi chartae inscriptum haut erat, immemor legis, alicui crederet. Heic periclitabatur creditoris heres, nisi veniam insuper habitae legis a Rege suo obtinuisset. Quod haud dubie fieri poterat: neque enim vllum hic debitoris, sed tantum summi Imperantis ius laesum erat. Rursus cum in aliqua ciuitate secundum legem municipalem bona mobilia ad coniugem superstitem deuoluerentur, dubiumque esset, an lex illa ad personas priuilegiatas, in eo loco commorantes, pertineret, vidua praedives, antequam denuo nuberet, clam a Principe suo petiit impetrauitque, vt ipsa legis illius vinculo exemta esset. Vtique enim penes Principem, vt Regionis Dominum, legis illius relaxandae ius erat. Ita mariti (qui de pactis dotalibus minime sollicitus erat, quippe certus, bona mobilia, ex quibus bona hereditatis pars constabat, post mortem coniugis quondam ad se pertinere) cui nuptura erat, inuidiam vitauit, & haeredibus, ne ob haereditatem litibus implicarentur, cauit. Non idem dixerim de casu, quem proponunt MYLER. *de Princip. Imp. c.* 50. §. 10. SCHWEDER. *part. special. sect. 2. c.* 84. §. 4. *Nouas quoque cautiones excogitari vsuuenit.*

§. XIX.

Veniamus ad formam comparandi construendique artem hanc. Vbi ante omnia necessarium est, vt quis non modo vocum, sed & formularum (quas clausulas vulgo vocant) in quaque regione vsitatarum vim bene perspectam habeat. Quanti sane vsus sit, ea probe tenere, illi norunt, qui libros Consiliorum, Responsorum, Decisionum legerunt. Iam apud Romanos magnum fuisse formularum vsum, si alia deessent testimonia, vnus CICERO oratione pro Roscio Comoedo nos docere posset. *Sunt*, inquiens, *formulae de omnibus rebus constitutae, ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis errare possit. Expressae enim sunt ex vnius cuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicae a Praetore formulae, ad quas priuata lis accommodatur.* IDEM l. de LL. 4. ait: *Stipulationum & iudiciorum formulas scriptas esse a multis diligenter.* Et memoratur PAVLI de conceptione formularum liber singularis, cuius exemplum in libris suis de formulis secutum se dicit BARNABAS BRISSONIVS. Ab his formularum vsus ad Francos transiit, vt manifestum est ex formulis MARCVLFI, & aliorum, quas edidit FRIDERICVS LINDENBROGIVS cum Codice LL. Antiquarum, & cum eius generis aliis nouae Capitularium Regum Francorum editioni attexuit STEPHAN. BALVZIVS. Postea apud nos formulas componere Clerici solebant, perinde vt apud Romanos legis actiones. *FORMA comparandi construendique hanc artem.*

Digitized by Google

Pontifices, de quo v. *l.* 2. §. 6. *de Origine Iuris.* conf. CICERONEM *pro Murraena.* Quamquam animaduerſum deinceps eſt, Monachorum eſſe haec aucupia & artes, quibus profanorum opes & pecunias emungerent. v. LEHMANN. *L.* 5. *Chron. Spirenſ. c.* 107. Conf. KNICHEN *c.* 4. *de Superiorit. Territor. n.* 282. Cum autem Romana iura inualeſcerent, & ex illis, iuribusque antiquis, quae ante obtinebant, cinnus fieret iurisprudentiae, non potuit non magna formularum ſeges enaſci. Porro non tantum illorum, quae modo diximus, ſed & imprimis accurata legum cognitione opus eſt, tum quae controuerſiae circa eas moueantur. Legis accurata notitia requiritur propterea, vt intelligamus, quid ea non repugnante paciſci liceat. Controuerſiarum cognitione opus eſt, vt, vbi res feret, eas in vnam vel alteram partem definiendo praecidamus, aut, quod controverſus occaſionem praebere poteſt, omittendo praeueniamus.

§. XX.

Ad eam etiam pertinet exercitatio.

Cum vero, ſecundum Auctoris ad HERENNIVM l. 3. monitum, *in omni diſciplina infirma ſit artis praeceptio ſine ſumma aſſiduitate exercitationis*, id in diſciplina hac quoque obtinet. Ea certe ad faſtigium deducitur aſſidua lectione inſtrumentorum, diplomatum, chartarum, aut quocunque nomine appellentur, eorumque ad iuris trutinam examine. In priuatis rebus horum vbique magnus proſtat numerus. Singulatim in contractu emtionis ſuper inſtrumento quodam ſpecimen edidit BARTHOLOMAEVS BERTAZOLIVS, ICtus Ferrarienſis, in Tractatu Clauſularum Inſtrumentalium. Publica inſtrumenta etiam vbiuis reperiuntur. Antiquiorum collectionem inſignem nobis dedit GODOFREDVS GVILIELMVS LEIBNIZIVS, Vir Nobiliſſimus, in Codice Iuris Gentium Diplomatico. Abhinc in Gallia prodiit opera FRIDERICI LEONARDI lingua Gallica opus conuentionum inter Galliae Reges, & omnes fere Europae Principes atque *Respublicas* a Carolo VII. Rege vſque ad Ludouicum XIV. Cuius operis conſpectum nobis dedit paruo libello AMELOTVS HVSSAEVS. Et in Batauia Collectio Tractatuum Pacis, induciarum, neutralitatis, armiſtitiorum, confoederationum, ligarum, commerciorum, aſſecurationum, contractuum matrimonialium, teſtamentorum, declarationum belli, aliorumque actorum publicorum & conuentionum. De qua collectione, quatuor voluminibus in folio comprehenſa, iudicium extat in laudati LEIBNIZII *praefatione ad mantiſſam Codicis Iuris Gentium Diplomatici.* Expectamus etiam adhuc THOMAE RYMERI, Hiſtoriographi Regis Angliae, Pandectas foederum, conuentionum, Alligantiarum, literarum, appunctuamentorum, obligationum, conceſſionum, renunciationum, & Tractatuum inter Reges Angliae ex vna parte, & inter Imperatores, Reges, Pontifices, Communitates, aliosuis quosuis Principes ſiue Poteſtates ex altera, ab ineunte ſeculo duodecimo ad noſtra vſque tempora ſecundum temporum ſeriem digeſtas. Quod opus, ſi lucem videbit, maiorem, quam quidem dici poſſit, vſum in hiſtoria & prudentia ciuili praeſtabit.

§. XXI.

Et quomodo cautio-

Caeterum vſurus cautionibus cauere imprimis debet, ne nimius ſit in congerendis, praeſertim inſolitis, cautionibus. Inde enim, ſi negotium ſit, quod

Digitized by Google

quod ad fraudes pateat, fallacia colligitur. v. MASCARDVS *de probation. concl.* 531. *n.* 107. *sequ.* MARCVS ANT. SABELLVS *summa tractatuum, voce cautela n.* 10. & quos profert D. STRYKIVS *de cautel. contract. sect.* 1. *c.* 1. §. 15. Quorsum etiam pertinet axioma ICtorum: Ex claudicatione pactorum argui simulationem. REINKING. *de Retractu Consanguin. quaest.* 5. *n.* 51. *sequ.* Sed nec generalibus clausulis multum fidere oportet. v. STOCKMANN. *decis.* 128. *nibus vti oporteat.*

§. XXII.

Methodum siue tractandi ordinem quod attinet, segregari ante omnia conuenit cautiones in negotiis publicis a cautionibus in rebus ad priuatos pertinentibus. Deinde in vnoquoque negotio, quod cautiones recipit, pacta dico, contractus, testamenta, iudicia, & alia huius generis, primum quae cautiones necessariae, aut vtiles; deinde quae abundantes, aut superfluae; postremum quae iniustae sint, dispiciendum. *Methodus denique.*

§. XXIII.

Causa efficiens est, qui hanc Iurisprudentiam sibi comparare satagit, vnde fit cautelarum artifex. In quo, praeter mentem prudentiae capacem, requiritur solida iuris scientia, quam VLPIANVS *l.* 1. §. 1. *D. de Iust. & iure.* veram Philosophiam dixit, eique oppositum simulatam. Absit ICtus, qualem describit ANTONIVS apud CICERONEM I. de oratore, *qui per se nihil nisi leguleius quidam cautus & acutus, praeco actionum, cautor formularum, auceps syllabarum.* Quam praeclara vero laus C. Aquil. *apud* CICERONEM pro Caecinna, *cuius prudentiam populus Romanus in cauendo, non decipiendo perspexerit, qui iuris ciuilis rationem nunquam ab aequitate seiunxerit; qui ita iustus & bonus vir fuerit, vt natura, non disciplina consultus esse videretur.* *Causa Expectrix cautionum artifices.*

§. XXIV.

Adiutores sunt Doctores & libri, qui vel proprii, vel subsidiarii. Inter proprios ex antiquitate nonnisi vnum laudare possumus, & quidem singularem librum περὶ ἐυρημάτικῶν HERENNI MODESTINI, qui non contemnendae auctoritatis ICtus vocatur in *l.* 5. *C. ad exhibend.* & Alexandri Imperatoris Consiliarius fuit, teste LAMPRIDIO. Eius fragmenta collegit DIONYSIVS GOTHOFREDVS, commentario noue illustrauit IOANNES SCHILTERVS. Sequior aetas plures tulit. De quibus cordate FRANCISC. DVARENVS ad l. 25. D. solut. matrim. *Εὑρημάτικῶν libros nonnulli ex barbaris conscripserunt, sed commentis partim frigidis & ineptis, partim vafris atque veteratoriis refertos, vt eos studiosorum lectione prorsus indignos censeam.* Hos inter sunt IOANNES DE ARNONO, P. PERVSINVS, THOMAS FERRATVS, IOANN. DILECTVS DVRANTIS, MARCVS ANTONIVS BLANCVS, BARTHOLOMAEVS CAEPOLLA, quos in vnum volumen congessit RAYMVNDVS PIVS FICHARDVS, ICtus Francofurtensis, & librum cautelarum a se confectum adiunxit. Eos in nouum ordinem, additis subinde notis, compegit PETRVS CORNELIVS BREDERODIVS, ICtus *Doctores & libri, vel proprii, qui recensentur veteres pariter & noui.*

Digitized by Google

ICtus Belga, sub titulo *Evrematiῶν siue cautelarum*, proponens primo cautelas contractuum actuumque inter viuos, deinde successionum, postremo illas, quae ad Processum ciuilem pariter & criminalem pertinent. Inter illas haut dubie etiam quam Berlichius velut elegantem, auream ac menti infigendam laudat. v. RACHEL. *de iure notat.* §. 68. Qui liber An. MDCLXXXI. Francofurti & Ienae recusus est. Accedat his LAVRENTII TENNINI RVDOLPHI Tractatus Cautelarum A. MDXCVII. Francofurti editus. BARTH. CAEPOLLAE *libellum cautelarum* Anno MDCLXV. denuo Argentorati edidit G. von Stöcken. CAEPOLLAE huius cautelas aliquas minus probandas adduxit D. STRYKIVS *sect.* 1. *de cautel. contract. c.* 1. §. 8. Quin huius & aliorum cautelas, quae circa causas criminales versantur, pene omnes potius a cauillatoribus, quam cautoribus, & ex iniustitiae, quam iustitiae fontibus manasse, merito dici posse, scribit BREDERODIVS *Epistola dedicatoria ad Andr. Beckium Eurematicis illis praefixa.* Nos, qui in foro verisque litibus terimur, multum malitiae, quamuis nolimus, addiscimus, ait PLINIVS *l.* 11. *ep.* 3. Nostra autem aetate artem hanc a faecibus illis repurgatam in parte non vna publico exhibuit ICtus illustris D. STRYKIVS. Eo sane spectant liber eius *de cautelis contractuum*, qui in vernaculam quoque uersus est; liber de *cautelis Testamentorum*, (de quo argumento etiam egit DANIEL DIEDRICH Dissertatione inaugurali Argentorati A. MDCLXXXI. edita sub titulo, *cautus testator*, quae prolixa est, & methodo satis concinna scripta) *Introductio ad Praxin Forensem.* Eiusdem etiam auspiciis prodiit hoc Anno Tractatus *de Cautelis Iuramentorum in Iudicio obseruandis*, auctore D. GEORGIO GERBETO.

§. XXV.

Vel Subsidiarii. Inter subsidiarios libros referendi, de vocabulis aut formulis, quas clausulas vocant, scripti. Aduerbia, praepositiones, & huius generis dictiones alias, post BARBOSAM expositi D. IOANNES STRAVCHIVS, quondam Cancellarius Academiae huius, *Lexico Particularum Iuris*, cui inseruit quoque nonnullas ex vernacula nostra, & ALBERTVM DE PERGAMO subiecit. Vocabula alia iuris, praesertim in sermone patrio vsitata, primum exposuit WEHNERVS *in Obseruationibus*; quem secuti RVDINGERVS, BESOLDVS, SPEIDELIVS: quanquam hi duo nimis late sunt exspatiati, & quascunque fere materias sub vocabulis illis tractarunt. Vtrumque auxit AHASVERVS FRITSCHIVS *in Supplementis Besoldo-Speideliani.* Radices clausularum, hoc est, methodicam & fundamentalem tractationem de praecipuis verborum formulis *libro singulari* tradidit GEORGIVS BARSCHAMPIVS, Rostochiensis.

SECTIO

SECTIO II.

SPECIMEN EXHIBENS IVRISPRVDENTIAE FEVDALIS CAVENTIS.

§. I.

QVi cautelas hucusque nobis exhibuerunt, pauciſſimas dedere ex Iurisprudentia Feudali. Vnus, quod quidem nouimus, D. SAMVEL STRYKIVS Diſquiſitionem *de Clauſulis in Contractibus Feudalibus occurrere ſolitis* in tomo I. Diſſertationum edidit. Nobis iam propoſitum eſt, eiuſmodi cautionum aliquas, promulſidis loco, ſed per ſaturam ſiſtere. *Inter deſiderata eſt iurisprudentia feudalis cavens.*

§. II.

Diuiſio Feudi tralatitia eſt in vetus & nouum. Circa quam inſignis eſt quaeſtio: *An, ſi Feudum per feloniam fuerit amiſſum, & dominus poſtea remittat culpam, id ex vetere fiat nouum?* Vbi non vna Dd. quos profert STRVVIVS *c.* 3. *Synt. Iur. Feudal. Aph.* 2. *n.* 4. eſt diſtinctio. Conf. GEORG. SCHVLZIVS *c.* 3. *Synopſ. Iur. Feudal. n.* 67. 68. At idem STRVVIVS feudum antiquum, ſententia licet declaratoria Domini accedente, nouum fieri negat: quoniam ſecuta Domini remiſſio elidat iſtam ſententiam, & perinde habeatur, acſi commiſſam culpam non attendiſſet Dominus: cum animaduerſio culpae, eiusque remiſſio a domini voluntate dependeat. Enimuero cum fictio & retractatio poſt ſententiam feudi priuatiuam, de iure non praeſumatur; imo potius exiſtimandum ſit, Dominum, ſalua ſententia, effectum eius, hoc eſt, priuationem tollere voluiſſe, non temere ſuadet SCHILTERVS *Commentar. ad rubr. Iuris Feudal. Alemann.* §. 13. vt cautus ſit vaſallus, petens remiſſionem Feloniae, & impetret eam ante latam ſententiam de feudi priuatione, vel poſt eam veteris Feudi qualitatem ipſi attribuendam curet. Feudum vetus eſt vel paternum vel auitum. v. heic cautela SCHILTERI comm. vt proem. IVR. ALEMANN. §. 13. conf. STRYK. *c.* 3. *quaeſt.* 10. & 11. *vbi* notae. Deinde pacto vel natura vetus. v. omnino STRYK. *c.* 3. *quaeſt.* 16. & 18. *Cautela in antiquo feudo, vbi felonia commiſſa.*

§. III.

Non minus celebris eſt feudorum diuiſio in data & oblata. Haec ad faeminas tranſire, quidam affirmant, quidam negant. Quare cautela eſt ferme neceſſaria, vt offerens heredibus ſuis quibuſcunque, & nominatim faeminis ex ſe naſcituris proſpici curet. v. tract. noſtra *de Feud. Oblat. part.* 2. §. 37. Quamquam ea cautio tantum vtilis eſt in Feudis Eccleſiaſticis; haec enim faeminea praeſumi, donec contrarium probetur, euincit paroemia Germanica: **Krumſtab ſchleuſt niemand auß.** v. idem *Lib.* 2. *Paroemiar. Iuris Germ.* 20. Item ſi Feudum ſit aperibile, (qualia ſaepe oblata. v. SCRIPTOR. *σύγχρονος Geſtorum Baldowini de Lutzenborch Treuirenſis Archi-Epiſcopi & Henrici Imperatoris germani ſui,* *Cautela in feudis oblatis.*

Digitized by Google

sui, apud STEPHAN. BALVZIVM *T.* 1. *Miscell.* castra Archi-Episcopo in feudum oblata semper facta ligia & aperibilia memorans *L.* 3. *c.* 3. *c.* 4. *c.* 5. *c.* 6. *c.* 7. & *c.* 10.) Ea enim vt plurimum promiscua esse, alibi ostendam.

§. IV.

Cautela in feudis emtis.

Eadem est quaestio de feudis emtis, quae feudis impropriis quidam perperam accensent. Nam in iis, perinde vt in hereditariis, foeminas succedere, statuunt MENOCH. *cons.* 498. *n.* 17. BVRSATVS *cons.* 4. GAIL. 2. *obs.* 157. Negant SONSBECIVS *part.* 2. *de Feud. n.* 8. & *sequ.* BOCER. *de qualit.* & *different. feudor. c.* 5. *n.* 62. alii. Igitur si quis tricas eiusmodi disputationum euitare cupiat, omnino necessum habet, vt foeminis expresse successionis iura reservanda curet.

§. V.

Cautela in feudis foemininis, quantum attinet formulas;

Inter feuda impropria notabilis est species, quod feudum foemininum dicitur. Cui opponitur feudum masculinum. Caue autem, vt credas masculinum semper constitui, si conferatur vt **Mann-Lehen.** v. tract. *de feudis oblat. d. part.* 2. §. 40. FELTMANN. *de Feudis c.* 2. §. 4. & *sequ.* conf. ipse ROSENTHAL. *c.* 7. *de Feud. concl.* 36. *n.* 18. vbi de Episc. Monasterienssi; aut si conferatur, vt **Erb-Mann-Lehen.** v. KLOCKIVS *vol.* 3. *cons.* 157. *n.* 14. & *sequ.* BESOLD. *voce* **Erb-Lehen.** ANTONI *Disp. Feud.* 12. §. 8. *lit. d.* (1) In CHRONICO HASS. MSC. lego: **Im Jahr 1456. haben die Graffen zu Rittberg ihr Erbeigen Schloß und dazu gehörige Herrschafft Rittberg, Landgraff Ludwigen zu Hessen gegen 600. Goldgülden zu Lehen aufgetragen, und sind darauf von Fürsten zu Hessen mit solcher Grafschafft vor Sich und Ihre Mann-Leiblehens-Erben zu rechten Erbmann-Lehen hinwieder belehnet worden, doch mit dem** pacto **und Vorbehalt, da die Graffen von Rittberg sonder Leibs-Lehens-Erben mit Tod abgehen sollten, wer dann zu der Grafschafft Rittberg kommen, und das Land, Schloß und Stätte darzu gehörende besitzen und innhaben würde, daß derselbe alsdann bemeldte Grafschafft von den Fürsten zu Hessen zu rechten Erbmann-Lehen wieder zu empfahen schuldig seyn sollte.** Vice versa non est existimandum, si Feudum concessum **auf Söhne und Töchter,** foeminas omnes succedere. Nam collaterales faeminas vltimi Vasalli, vt ex iis natos succedere negat ANDREAS KNICHEN *de vestitur. paction. part.* 1. *c.* 3. vbi *prolixum ICtorum Ingolstadiensium Responsum* subiicit. MERKELBACH. apud KLOCKIVM *vol.* 2. *cons.* 3. *vbi in calce adnotatur, secundum hanc sententiam in Camera Imperiali pronunciatum.* D. LYNCKER *Dec. Ienens.* 36. Add. ROSENTHAL. *c.* 7. *de Feud. concl.* 42.

(1) *Conf.* LYNCKER. *anal. ad* STRVV. *p.* 38. *vbi* KLOCK. *relat. Camerat.* 26. *per tot.*

§. VI.

Et in decidenda ancipite quaestione:

Vt vero ex his abunde intelligitur, quam accurate ad formulas attendendum sit; ita non minus necessaria est cautela, vt declinetur anceps disputatio, an foemina semel excluſa semper excluſa maneat, inseri inuestiturae instrumento clausulam:

Digitized by Google

clauſulam: **Obgleich die Söhne die Töchter einmahl außgeſchloſſen haben würden, daß Sie gleichwohl nach denenſelben Ihren Zutritt haben und behalten ſollten.** Quaeſtionem enim illam affirmant complures apud STRVVIVM *cap.* 9. *Syntagm. Feudal. aph.* 8. *n.*7. GYLMANN. *L.*2. *Dec.*43. SCIPIO *L.*1. *Deciſ. Camerал.*155. qui ambo de praxi Camerae teſtantur, BITSCHIVS *ad* 1. *Feud.* 6. MEVIVS *part.*8. *Deciſ.*278. *n.*7. Alii negant apud eundem STRVVIVM. Addatur KNIPSCHILD. *de Fidei-Commiſſ. Famil. nobil. c.*8. *n.*276. *ſeqq.* BETSIVS *de pact. Famil. illuſtr. c.*4. §.32. SCHILTER. *in Supplement. ad Ius Feudal. Alemannic. ad c.*103. *p.*490. *ſequ.* Quin ipſe CARPZOVIVS hac in re ſibi non conſtitit, quod miratur MAVRITIVS *Decad.*9. *poſit. Feudal.* 5. *an foeminae ſemel excluſae ſemper excluſae maneant?*

§. VII.

Impropriis quoque accenſetur Feudum hereditarium. De quo cum ſcribat ROSENTHAL. *de Feud. c.*2. *concl.*32. *n.*2. *ſequ.* hereditarium feudum definire in tanto labyrintho periculoſum eſſe, & GAILIVS 2. *obſ.*154. *n. vlt.* Doctores de feudo hereditario tam intricate & ſubtiliter ſcribere, vt alterum ab altero vix ſeparare & diſtinguere poſſis; non vna profecto heic cautione opus eſt. Vbi illud quidem certum eſſe puto, ſi inſtrumento feudali formula huiusmodi ſit inſerta: **Reichen und leihen N.N. deſſen Erben und Nachkommen zum rechten Erbguth, dergeſtalt, daß Er und Seine Erben und Nachkommen mit ſolchem Guth als Ihrem Erb- und Eigenthum zu gebühren, davon Ihres Gefallens zu** diſponiren, **und wohin es Ihnen beliebet, das alle zu kehren und zu wenden berechtiget ſeyn, auch ſolch Guth hinführo jederzeit als Erbe verfället und erkennet werden,** ꝛc. Feudum mere & ſimpliciter hereditarium conſtitui. GAIL. 2. *obſ.*154. *n. vlt.* Nec aliud dicendum, ſi inſtrumentum feudale formulam contineat: **Zu rechten Erb, Erbguth oder Erb-Lehen, als ſolches Erbgüther alt Herkommen, Recht und Gewonheit iſt** (1). Nam & hoc ſine controuerſia hereditarium eſſe, ſcribit ANDREAS KNICHEN. *de veſtitur. paction. part.*1. *c.*5. *n.*5. STRVVIVS *c.*4. *Synt. Iur. Feudal. aph.*12. *n.*4. & *in obſeruat. de Feudo hereditario* 9. RHETIVS *ad* 1. *Feud.*8. §.2. *n.*35. At fallitur vtique, ſi cui & heredibus eius datum ſit feudum, putans, id hereditarium eſſe: aut ſi cui **Erb-Lehen** conceſſum, vel formula adhibita **allen Seinen Erben und Nachkommen**, id pro mere hereditario habendum. v. STRVVIVS *de Feud. hereditar. obſ.*3. & *ſequ.* Quantopere vero diſſentiant Dd. circa formulam: *pro te, vel cui dederis*, ſiue, **daß Er das Lehenguth verſetzen, verpfänden, verkauffen möge?** vel vnus ROSENTHALIVS *cap.* 9. *de feud. concl.* 39. & 40. docere poterit. conf. H. PISTOR. *Obſ.*229. Quae, quanta circumſpectione opus ſit in formando feudo hereditario, ſatis admonent. *Cautelae in feudis hereditariis.*

(1) LYNCKER ad STRVV. p. 35.

§. VIII.

Notum eſt, ſi Vaſallus non requiſito Domini conſenſu feudum alienaverit, id in commiſſum cadere. At cautelam ſuppeditat CAEPOLLA *caut.* 40. 41. 42. 43. vt vaſallus alienet ſub his ſimilibusque formulis: *ſaluo iure Domini, nec aliter*, *Si alienatio feudi fiat, cautelae propeter nuntiatur pro vaſallo.*

Digitized by Google

aliter, neue alio modo: ſaluo honore domini: in quantum de iure poteſt, & non aliter: ſi domino placuerit. De quibus videatur omnino ROSENTHALIVS *c. 9. concl. 61. per tot.*

§. IX.

Pro filio. Si Vaſallus alienauerit feudum, id fraudi eſſe filio, nec eundem reuocatoria actione vti poſſe, pleriſque Dd. placuit. v. STRVVIVS *c. 13. Syntagm. Feudal. aph. 16.* Hinc ſunt, qui filio, ius ſuum integrum ſeruare cupienti, cautelam ſuggerunt, ſi intelligat vel metuat huiuſmodi alienationem, vt ſeſe opponat apud dominum, & petat proclamari, ne quis feudum hoc emat, aut vt dominus vaſallo traditionem interdicat, eamue impediat. v. ROSENTHAL. *d. c. 9. de Feud. c. 78. n. 9.*

§. X.

Pro agnatis, iure προτιμήσεως vſurio. Si Vaſallus feudum vendiderit, agnatis competit Ius προτιμήσεως. Non raro autem fit, vt agnati ad ſubſcriptionem inſtrumenti, quo venditio facta, inuitentur, aut officii intuitu eam declinare nequeant. Vbi laudatus ROSENTHALIVS *cap. 9. de Feud. concl. 91. n. 21.* omnium vtiliſſimum, & ad euitandas cauillationes quaſi antidotum eſſe ſcribit, ſi ſubſcribens vbique de iure ſuo proteſtetur, vt id ſibi expreſſe reſeruet.

Sed abrumpo filum.

DE

Digitized by Google

DE DIFFERENTIIS IVRIS IN STATV NATVRALI ET ADVENTITIO

DISSERTATIO.

PROLEGOMENA.

§. I.

NOn temere Rom. iuris auctores, post explicatam Legum naturam earumque origines, de statu hominum agere instituerunt. Est enim status fere instar spacii, in quo substantiae physicae se mouent, agunt, operantur. Igitur status personas morales vbique comitatur velut vmbra corpus, & sine statu homo vt agens considerari nequit. Vnde non potest non fieri, vt, prout ille variat, iuris (quo vocabulo intelligimus heic id quod iustum est, siue aiente, siue negante sensu) insignis inde nascatur differentia. Nam quod iustum est in statu naturali, saepe iniustum est in statu aduentitio. Et ius naturale, quod H. Grotius pro certo rerum statu vocat, pro diuersitate statuum variat. Ceterum iidem Rom. iuris auctores status considerationem in sua terminarunt republica, distinguentes eum in libertatis, ciuitatis & familiae. Vnde fuerunt apud ipsos liberi vel serui; ciues vel peregrini; patres vel filiifamiliarum. *Consideratio statuum in Rom. iurisprudentia.*

§. II.

At qui mentem altius eleuant, satis vident, versari etiam in statu, qui sub eadem ciuitate non agunt, vt ex infra dicendis liquide apparebit. Vnde iuniores statum recte distinxerunt in naturalem & aduentitium, & sub hoc comprehendunt familias segreges ac ciuitates. Plane vt Stoici κτῆσιν aliam dixere ψυσικὴν aliam Ἐπίθετον, *affectionem aliam naturalem aliam accersitam.* v. ARRIAN. l. 2. c. 14. Quanquam, si dichotomia hac non libeat vti, possimus dicere, statum esse triplicem, naturalem siue libertatis, statum familiae, & statum ciuitatis; sed diuersa prorsus notione ab illa iuris Rom. auctorum. Etenim hi vocabulo libertatis intelligebant, quod ex opposito habebat seruitutem: at nobis libertas signat *Quomodo ab ea differat consideratio statuum in iurisprudentia vniuersali.*

Digitized by Google

ſtatum citra conſiderationem oppoſiti, ſiue abſolute. Vnde explicandum illud Albutii apud SENECAM III. controv. 6. *Neminem natum liberum eſſe, neminem ſeruum, haec poſtea nomina ſingulis impoſuiſſe fortunam.* v. H. GROTIVM *lib. 3. de I. B. & P. c. 22. §. 11.* Deinde familia apud Romanos erat pars ciuitatis, ſiue vt pars ſub toto continebatur: at nobis familia ſignificat integrum, ex oppoſito habens ciuitatem.

§. III.

Secundum hanc ſtatus eſt vel naturalis, qui definitur.

Status naturalis variae adferri ſolent ſignificationes, quas excuſſit SAM. PVFENDORFIVS *diſſertatione de ſtatu naturali.* Nobis hoc loco eſt ſtatus hominum inter ſe aequalium neminisque alterius, praeterquam Dei & diuinarum legum, arbitrio ſubiectorum.

§. IV.

Et diuiditur in vniuerſalem, ſiue merum.

Diuiditur is non inepte in vniuerſalem ſiue merum, & particularem, ſiue, vt alii vocant, temperatum. Vniuerſalis ſiue merus nunquam in humano genere exſtitit: mox enim cum procreatus eſſet primus orbis incola, cernebat ſociam, arctiſſimo ſibi vinculo adiunctam. Abhinc cum vniuerſum genus diluvio exſtinctum eſſet, praeter Noachum cum liberis ſuis, vel vna vel plures aderant familiae. Neque tamen id obſtat, quo minus ſtatum talem concipiamus animo, abſtrahentes ab illis hiſtoriis, quas indubitabili alias ſacrarum literarum fide Chriſtiani nos cognoſcimus. Philoſophi enim eſt ὑποτίθεσθαι, dummodo res non ſit impoſſibilis. Impoſſibilem autem eſſe ſtatum talem veteres non crediderunt, qui nobis primos deſcripſere homines, velut fungos e terra enatos, liberos, ſolutos, exleges, beſtiarum inſtar agentes. Audiamus vnum CICERONEM lib. 1. de inuentione a principio: *Fuit quoddam tempus, cum in agris homines paſſim beſtiarum modo vagabantur, & ſibi victu ferino vitam propagabant, nec ratione animi quicquam, ſed pleraque viribus corporis adminiſtrabant. Non diuinae religionis, non humani officii ratio colebatur: Nemo nuptias viderat legitimas: Non certos quisquam inſpexerat liberos: Non ius aequabile quid vtilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorem atque inſcitiam coeca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendum viribus corporis abutebatur, pernitioſiſſimis ſatellitibus.* Alii & imprimis Poëtae eum magis horride deſcripſerunt. Neque id mirum, cum populos integros eo more eoque vitae habitu diu poſt agere, teſtarentur hiſtoriae. Aborigines memorat SALVSTIVS in Catilina, *genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum.* De aliis alii: Eorum etiam non paucos noui nauigatus detexerunt. Neque vero inſigni vtilitate caret commentum hocce. Etenim, quod magni imprimis aeſtimari debet, eius ope ciuilium corporum ſtructuram liquidius cognoſcimus. Plane vt in horologio, automato, aliaue machina paulo implicatiore, quod ſit cuiusque partis officium, ſi diſſoluatur, partiumque materia, figura, motus ſeorſim conſpiciantur, tum demum certo comperimus. Neque aliam ob cauſam naturalium rerum magiſtri de materia, quam vocant, prima tam ſolliciti in hunc vsque diem fuerunt. Bene ARISTOT. 1. Pol. 3.

Digitized by Google

Pol. 3. Καὶ ἐν τοῖς ἐλαχίσοις πρῶτον ἕκαστον ζητητέον. *& in minimis primum singulae res inquirendae sunt.*

§. V.

Particularis olim fuit inter familias singulas cum eae in ciuiles coetus nondum demigrassent. At postquam domus ciuitatis pars esse coeperunt, ciuitates ipsae earumue capita, qua inter se considerantur, in naturali statu degunt. Factum etiam olim non semel, vt ciuitas male composita in anarchiam dilaberetur. Vnde non potuit non euenire status, qualem interroganti Vlyssi Silenus, inter Cyclopas esse, respondit apud EVRIPIDEM in Cyclope: *Et particularem, siue temperatum.*

Ἀκτὲι δὲ κόδὲν κόδεὶς κόδενός.
Nullus nulli in nullo paret.

§. VI.

Adscititius status est vel domus, vel ciuitas. Domum non intelligimus, quae pars est ciuitatis, sed quae seorsim agit, & separatas rationes habet. Cuiusmodi domus olim fuere in genere humano nondum multiplicato. Quod etiam ARISTOTELES obseruauit I. *Pol.* 1. eius rei in fidem illud HOMERI adducens: Δεμιστύει δὲ ἕκαστος παίδων ἠδ' ἀλόχων. *singuli autem sua ex libidine regunt liberos & vxores.* Vere. Id enim non modo sacrae literae ostendunt, sed & ex historiis populorum intelligitur, eam ob causam antiquitus tam paruas vbique fere fuisse ciuitates, enatas scil. ex familiis, & antiquissimis temporibus ex patribusfamilias paulatim factos Reges, obseruauit PLATO *in politico.* Caue autem vt credas Auctori celeberrimo *Meditat. Polit. c.* 11. §. 3. adserenti, in Adami & Euae consortio iam fuisse rempublicam: aut enim is valde abutitur vocabulo reipublicae, perinde vt PLINIVS iunior, qui VIII. epist. 16. dicit: *seruis rempublicam quandam & quasi domum ciuitatem esse.* Aut profecto nos non videmus, qui id verum esse queat. Enimuero hodie tantum non vbique terrarum ciuitates sub ditionem suam redegere domus. Quo aspectu fors non erraret, qui naturali statui oppositum daret ciuitatem. Dictis consequens est, ciuitatem & interdum familiam esse in duplici statu. In naturali scil. intuitu externorum, siue aliarum ciuitatum, aut familiarum; in ascititio, intuitu sui ipsius. Quod, quantum attinet domum, non satis expendit H. GROTIVS *annot. ad Matth. XXII.* 30. ex iure naturae auctoritatem magis parentum nasci; quam potestatem siue ἐξουσίαν & quam videmus pro populorum institutis & moribus mutari. Nam si domus est in naturali statu, parentum potestas est summa, sed pro necessitate finis. At mutato hoc statu potestas illa aeque pro ratione noui status mutatur. *Vel adscititius, cuius species sunt domus, vel ciuitas.*

§. VII.

Ceterum ex diuersitate hacce statuum iurisprudentiam vniuersalem omnium optime in tres partes dispescere possumus, naturalem κατ' ἐξοχήν, oeconomicam & ciuilem, quae ius publicum vniuersale appellari nunc consuenit. Et-enim *Ex diuersitate hac statuum*

Digitized by Google

oriuntur partes tres in iurisprudentia vniuerſali, & inſignis iurium diuerſitas.

enim qui hoc amplius negare ſuſtinebit, cerebrum profecto in calcaneo habeat oportet. Ex eadem diuerſitate eſt multiplex diuerſitas iurium inter homines, in alterutro illorum ſtatuum collocatos, vt quod in vno eſt iuſtum, in altero non raro ſit iniuſtum. Libuit proinde huiusmodi iura comparare inter ſe & contendere, vt breui conſpectu diuerſitas iſta appareat. Scite enim SENECA III. controv. 5. *Facilius latent, quae non comparantur.*

§. VIII.

Tranſitio.

Cum vero naturalis ſtatus ſit vel belli vel pacis. Nam ſecundum ARISTOT. VII. Pol. 14. Διήρηται πᾶς ὁ βίος εἰς ἀσχολίαν καὶ σχολὴν, καὶ πόλεμον καὶ εἰρήνην. *diuiditur omnis vita in negotium & otium, bellum & pacem.* Ratio ordinis videtur expoſcere, vt primum iura, quae in vniuerſum naturali ſtatui ſunt propria, contendamus cum ſtatu aduentitio, & deinceps ad iura belli & pacis ſpecialia deſcendamus.

SECTIO I.

DE DIFFERENTIIS IN STATV NATVRALI ET ADSCITITIO VNIVERSE.

§. I.

Demonſtratur ius aliquod dari in ſtatu naturali contra Hobbeſium.

DE differentia hac fruſtra diſpiceretur, ſi vera eſſent, quae HOBBESIVS paſſim docuit: *Iuſtitiam & iniuſtitiam in ſtatu naturali non dari. Nomina haec cum imperio, cum pactis, cum lege ciuili coepiſſe.* Leuiath. c. 13. p. 127. c. 15. p. 144. *Actionem omnem in eodem ſtatu eſſe adiaphoram.* de ciue c. 12. §. 1. *Iniuriam nihil eſſe praeter pacti violationem. Inde homini hominem, priusquam pacta interuenerint, iniurium eſſe non poſſe.* de ciue c. 1. §. 10. c. 3. §. 3. 4. & addition. c. 6. §. 13. *Etiam occidendi ius cuiuis ex ipſo naturae ſtatu eſſe.* de ciue c. 2. §. 18. *Nihil proprium eſſe in eo ſtatu, omnia eſſe omnium, proprietates cum imperio coepiſſe. Hinc furtum ante imperia non dari.* de ciue c. 1. §. 11. c. 6. §. 15. c. 12. §. 7. Leuiath. c. 13. p. 127. c. 15. p. 144. c. 24. p. 254. Piget recitare farinae huius complura alia. Enimuero cum ea ab aliis iam prolixe & diligenter excuſſa ſint, tantum dicimus: Deum homines, quos prae ceteris animantibus tot bonis exornauit, non fruſtra creauiſſe. Id quod etiam Ethnici agnouerunt. Hinc hominem SENECA *optimum & commendatiſſimum naturae opus* dixit I. *de Ira c.* 5. Ex Chriſtianis autem CHRYSOSTOMO *ſermone de Eleemoſyna* nominatur ἄνθρωπος, τὸ περισπούδαστον ζῶον τῷ θεῷ. *Deo chariſſimum animal.* Finem vero haud dubie fuiſſe, vt honos Dei ac gloria in terris hiſce fieret illuſtrior. Quibus poſitis conſequens eſſe, homini perpetuo cogitandum, alium non minus quam ſe eo fine productum, & qui illi faciat iniuriam, Deo, quippe Dei opificio, facere iniuriam. Latius & eleganter argumenti huius vim explicat LACTANTIVS libro de ira Dei c. 14. *Deus ſicut mundum propter hominem machinatus eſt, ita ipſum propter ſe, tanquam diuini templi*

Digitized by Google

templi antistitem, spectatorem operum rerumque coelestium. Solus est enim, qui sentiens capax rationis intelligere possit Deum, qui opera eius admirari, virtutem potestatemque perspicere. Idcirco enim consilio, mente, prudentia instructus est. Ideo praeter caeteras animantes solus rectus corpore ac statu factus est, vt ad contemplationem parentis sui excitatus esse videatur: ideo sermonem solus accepit, ac linguam cogitationis interpretem, vt enarrare Maiestatem Domini sui possit: postremo idcirco ei cuncta subiecta sunt, vt factori atque artifici Deo esset ipse subiectus. Si ergo Deus hominem suum voluit esse cultorem, ideoque illi tantum honoris attribuit, vt rerum omnium dominaretur, vtique iustissimum est & Deum colere, videlicet eum, qui tanta praestiterit, & amare hominem, qui sit nobiscum diuini iuris societate coniunctus. Nec enim fas est cultorem Dei a Dei cultore violari. Vnde intelligitur, religionis ac iustitiae causa esse hominem figuratum. Cuius rei testis est M. Tullius, in libris de legibus ita dicens: Sed omnium, quae in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius, quam plane intelligi nos ad iustitiam esse natos. Quod si est verissimum, Deus ergo vult omnes homines esse iustos, id est, Deum & hominem charos habere; Deum scil. honorare tanquam patrem, hominem diligere velut fratrem: in his enim duobus tota iustitia consistit. Qui ergo aut Deum non agnoscit, aut homini nocet, iniuste & contra naturam sui viuit, & hoc modo rumpit institutum legemque diuinam. Quod si autem homini alterum laedere non licet, multo minus licebit laedere se ipsum. Id quod etiam tenerrimus & tam alte impressus sui amor in vnoquoque homine satis prodit. Vnde porro sequitur, cum homini conseruatio sui a Deo sit imperata, homo autem multarum rerum sit indigens, aliorumque ope opus habeat; adhaec homo, quamuis corpore infirmus, ob amorem sui, auaritiam, ambitionem, aliosue prauos affectus, alteri ad nocendum maxime sit idoneus, quemque facile intelligere, & ob illam sui conseruationem a Deo sibi iunctum esse, vt vitam socialem, quam fieri potest maxime, colat; idque tanto magis, quanto certius est, vniuersum genus humanum ab vno hominum pari esse propagatum, & tot communicandi instrumentis, ad vitam socialem opportunis, prae caeteris animantibus pollere. Quae omnia si probe considerentur, satis euincunt, notiones illas, non vt qualitates tantum disponentes, quod voluit HOBBESIVS, sed per modum praecepti ab auctore naturae Deo hominibus inditas esse. Id quod etiam tener admodum conscientiae sensus in animis hominum non corruptorum satis indicat; quam vim nec pessimi tyranni intra se exstinguere, cum maxime id vellent, potuerunt. Vt pluribus sapientum dictis ac testimoniis, si id opus esset, firmare possemus. Quod si dicas, etiam Hobbesium in statu naturali ius statuere, ius omnium in omnia; responderi potest, non quamlibet facultatem moralem proprie ius esse, sed illam demum, quae effectum aliquem moralem inuoluit apud eos, qui eiusdem mecum sunt naturae. Sic, vti est in fabulis, facultatem naturalem habebat equus pascendi in prato, habebat eandem & ceruus, neuter tamen ius habuit, quod illa vtriusque facultas alterum non afficeret. Bene PVFENDORF. lib. 1. de I. N. & G. c. 7. §. 13. *Contradictionem implicat, positis pluribus hominibus iure aequalibus dicere, omnibus in omnia & in omnes ius competere; cum vtique vnius ius ad omnia non possit non ceterorum iura absorbere, si effectum aliquem sit habiturum. Illud enim non minus absurdum est, ius fingere, quod nullum effectum*

Digitized by Google

in ordine aduersus alios homines obtineat. Nam in moralibus non esse & nullum habere effectum, idem fere est. At quale ius est, cui alter pari iure possit resistere? Posses huc applicare quod CICERO ad Trebatium ICtum, qui ad Epicuri castra transisse narrabatur, scripsit: *Quod ius statues communi diuidando, quum commune nihil possit esse apud eos, qui omnia voluptate sua metiuntur?*

§. II.

Quanquam iuris dictaminibus rari in eo pareant, id quod comparatio ostendit hominum in statu naturali & aduentitio.

Regnat igitur vtique in statu naturali ius in natura positum. Quanquam ob licentiam & impunitatem, iram Dei vltionemque, quae plerumque tarda est, parum metuentem, rari eius dictaminibus parent. Vt profecto vere dixerit Eteocles apud EVRIPIDEM in Phoenissis, interprete H. GROTIO:

Si ius bonumque ducerent omnes idem,
Dissidia generi nulla mortales forent.
Nunc aequitas nihil ipsa, nil concordia,
Nisi vox inanis: facta discedunt procul.

Et si quis naturalem statum cum ciuili comparare instituat, deprehendetur illic paucitas bonorum; hic bonitatis necessitas: illic impunitas malitiae ac securitas; hic armata iustitia: illic lerna malorum; hic malitiarum euerriculum: illic feritas & libidinum dominatus; heic morum cultus, lenitas & virtutis regnum: illic aequalitas hominum; hic salubris imperandi ac parendi ordo: illic discincta & procax licentia; hic legum auctoritas ac licentiae propagulum: illic vis ac furens animi impetus; hic ratio atque disciplina: & si quae alia malorum origo, similia aduersus eam parata videbimus remedia. Loquimur de statu mere naturali. Nam in statu naturali temperato humanius de summis imperantibus nos sentire iubent boni mores ac disciplina ciuitatis; ad eorumque existimationem pertinet, ne vi pro iure vti censeantur. Quod iterum notandum contra HOBBESIVM, qui in statu naturali positos indiscrete vt belluas ac nebulones describit.

§. III.

Vnde deducitur, statum naturalem esse odiosum; ciuitatis vero fauorabilem.

Caeterum id inde tuto colligimus, quicquid ad naturalem statum reuoluit, odiosum; quidquid e contrario conseruandae ciuitati inseruit, fauorabile existimari oportere. CICERO oratione pro P. Sextio: *Inter hanc vitam perpolitam humanitate, & illam immanem, nihil tam interest, quam ius atque vis. Horum vtro vti nolimus, altero est vtendum. Vim volumus exstingui? Ius valeat necesse est, vel iudicia, quibus omne ius continetur. Iudicia displicent, aut nulla sunt? vis dominetur necesse est.*

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Leges positiuae in statu naturali non vigent. Equidem secundum ARISTOT. I. Rhet. 15. ἡ συνθήκη νόμος ἐστὶν ἰδίος καὶ κατὰ μέρος. *Pactum lex quaedam priuata est & de certo negotio.* Verum haec laxa vocabuli legis est notio, plane vt lex commissoria in iure Rom. dicitur. De iure non scripto siue consuetudine dubitari poteras. Audiamus prae caeteris FRANTZKIVM comment. ad tit. D. de I. & I. n. 133. seqq. *Ius gentium per gentes constitutum esse dicitur, non quod omnes gentes actualiter conuenerint, & ius hoc ita constituerint, aut etiam quod omnes & singuli eo aequaliter vsae fuerint; illud enim propter immensitatem orbis, nationum & linguarum diuersitatem & corruptos hominum mores impossibile est, sed, vt eleganter Albericus Gentilis lib. 1. de iure B. c. 1. ait., quod successiué placere omnibus visum est, id totius quasi orbis decretum esse existimetur. Add. Connan. lib. 1. commentar. c. 6. Vnde non incommode describi potest, quod ius sit, non instinctu solius naturae, sed successiuo vsu gentium ob communes circumstantias vsus & necessitatis constitutum. Qua de causa & a Dione Chrysostomo referente H. GROTIO l. 1. de I. B. & P. c. 1. §. 14. in fin.* εὕρημα βίου καὶ χρόνου, *repertum temporis & vsus vocatur.* Enimuero certum est, vim consuetudinis in ciuitatibus omnem a tacita summi imperantis voluntate pendere. Deinde quod consuetudo interdum diu valeat, inde est, quia commutatis licet partibus manet tamen eadem ciuitas. Ast inter gentes non raro vsuuenit nouum populum exsurgere, aut summos imperantes in ciuitatibus mutari. Has vero consuetudine, a se nondum approbata, obligari, nemo facile dicet. Iam & quis determinabit, quot actus ad consuetudinem probandam requirantur? in ciuitatibus id facere solet iudex, arbitrio plerumque suo vsus. At inter populos inuitus nemo alterum iudicem patitur.

In statu naturali leges positiuae non obtinent, nec consuetudines.

§. V.

Sunt qui ius gentium maritimum aeque in consuetudine fundant. Ita Consulatus Maris c. 44. bonas consuetudines maritimas *ex regulis sapientiae, iam inde ab antiquo per prudentes viros, commerciis maris vtentes, traditas, repetit.* Quae verba recitans BOECLERVS *in Dissert. cuius tit. Minos maris Dominus, Sect. 2. in fin.* inde colligit: *semper aliqua eiusmodi placita communi gentium consensu valuisse.* Nos vero licet non negemus, dari consuetudines maritimas siue nauticas, tamen eas ius gentium proprie sui dictum, gentes inuicem obligans, constituere, minime concedendum arbitramur. Est nimirum ius gentium, quod domesticum vocat SELDENVS, & reuera ciuile, sed plurium gentium, sine mutua obligatione. Quo pertinent Leges maritimae Wisbyenses, de quibus LOCCENIVS praefat. ad ius maritimum: *Eae LL. eandem hodie auctoritatem obtinent, quam olim Leges Rhodiae. Certe apud Transrhenanos populos & in regnis ac rebuspubl. borealibus communi vsu receptae, & quasi iure ciuitatis donatae sunt.* Plane vt ius Rom. apud diuersos populos obtinet, & olim ius Saxonum extra Saxoniam late se expandit; cuius proinde reliquiae non paucis in locis adhuc hodie deprehenduntur. Vt nouissime Vir consultissimus D. MATTHAEVS SLVTERVS, Rei-

Ne quidem in mari.

Digitized by Google

Reipubl. Hamb. Senator grauiſſimus, docuit *libello* von dem Erb-Recht der Eheleute *praefat. & part.* 2. & 3.

§. VI.

Diſtinguitur tamen inter conſuetudines quatenus ſunt inſtitutum; & quatenus ſunt ius, moribus vtentium comprobatum.

Ceterum hic diligenter ſeparanda, quae alias perperam commiſceri ſolent, conſuetudo quatenus eſt inſtitutum, ex quo demum oritur ius, & quatenus ius eſt, conſenſu vtentium comprobatum. Prioris generis conſuetudines plures inter diuerſos etiam populos locum habere poſſunt. E. g. linguae vnius commercium, certarum notarum aut literarum vſus, pacta, contractus, dominia, legati repraeſentarii, qui vulgo Ambaſſadores dicuntur, & ab his diuerſi, qui charactere illo deſtituuntur. Ex quibus ceu hypotheſibus demum ius Naturae naſcitur, quod H. Grotivs pro certo rerum ſtatu, Pvfendorfivs hypotheticum vocant: Conſuetudines autem, quatenus ipſae ſunt ius non ſcriptum, inter diuerſos populos non vigere antea ſatis demonſtratum dedimus.

§. VII.

In ſtatu aduentitio, praeter ius naturae, vſum imprimis habent iura arbitraria, quae oppido variant.

In ſtatu aduentitio, praeter Ius Naturale, vſum imprimis habent Leges poſitiuae ſiue ius arbitrarium. Quod pro diuerſitate ciuitatum oppido variare conſueuit, prout nimirum eae hunc vel illum finem intendunt, aut ciues etiam ſe habent, aut genius loci & forma reipubl. expoſcunt. Et antiquis quidem temporibus in familiis & poſtea in ciuitatibus arbitria Patrum familias aut Principum pro legibus valuiſſe videntur. At ſecutis temporibus inualuit, leges ſcriptas dari. Hamburgum, cum praeter illum finem, quem ciuitas quaeque bene conſtituta propoſitum ſibi habere debet, ſalutem ſuam & ſecuritatem potiſſimum collocet in flore commerciorum, eo etiam leges ſuas prudentiſſime direxit. Intereſt autem haud dubie huiusmodi rerumpublicarum, vt imprimis ad tria reſpiciant: Iudicia dico, vt ea ſine ſufflamine procedant & quantocyus finiantur: dein ad fidem contractuum & rerum translationem, vt firma ſit; & denique ad libertatem commerciorum. In ſingulis optime ſe habent laudatiſſimi Hamburgi Leges. Prolixum foret earum catalogum texere; neque tamen diuidiae fore reor, ſi aliquas ſpeciminis loco adducam. Ad iudicia pertinet, quod procuratori liceat etiam ante litem conteſtatam alium ſubſtituere. *Statut. Hamb. part.* 1. *tit.* 7. *art.* 10. Actio oretenus ſit proponenda *part.* 1. *tit.* 19. *art.* 1 *tit.* 38. *art.* 4. Exceptiones omnes dilatoriae ſtatim ante litem conteſtatam, peremtoriae protinus poſt L. C. opponendae. *part.* 1. *tit.* 20. *art.* 1. & 6. Peremptorie citatus contumax, non probatis legitimae abſentiae cauſis, cauſa cadat. *part.* 1. *tit.* 18. *art.* 1. & ſeqq. *tit.* 26. *art.* 1. Inſtrumenta liquida paratam habeant executionem, *part.* 1. *tit.* 20. *art.* 2. & 3. nec aduerſus chirographum admittatur exceptio cauſae debiti in eo non expreſſae, *d. part.* 1. *tit.* 20. *art.* 2. aut exceptio non numeratae pecuniae, ſed in reconuentionem reiiciatur. *part.* 1. *tit.* 24. *art. vnic.* Mercatoris bonae famae atque exiſtimationis libris poſt eius mortem plena fides habeatur, *part.* 1. *tit* 30. *art.* 7. & ſi ſumma debiti ſit intra 1000. Ioachimicos, tantum quatuordecim dierum, ſin excedat, non niſi 4. hebdomadum induciae concedantur. *part.* 1. *tit.* 37. *art.* 2. & *tit.* 41. *art.* 1. Pignus creditori adiudica-

Digitized by Google

dicatum debitori tantum intra annum & diem reluere liceat. *d. part. 1. tit. 42. art. 2.* Ne autem multitudine litium obruantur iudicia, personales aeque ac reales actiones decem annis inter praesentes & viginti inter absentes praescribantur *part. 1. tit. 21. art. 2.* Ad fidem contractuum spectat, quod inter pacta & stipulationes non distinguatur. *part. 2. tit. 1. art. 4.* Commodator tantum aduersus commodatarium habeat actionem, & rem commodatam a tertio vindicare non possit. *part. 2. tit. 2. art. 7.* Rem pignori obligatam mobilem b. f. & iusto titulo accipiens statim sit securus. *part. 2. tit. 4. art. 2.* Vxores aes alienum a marito constante matrimonio contractum etiam ex bonis dotalibus & haereditariis exsoluere teneantur. *d. part. 2. tit. 5. art. 20. & tit. 11. art. 13. & 14.* Fideiussores, qui se vt debitores principales obligant, beneficio excussionis non gaudeant. *part. 2. tit. 6. art. 7.* Translationes bonorum firmat, quod immobilia hic sine Magistratus auctoritate alienare nemo possit, *part. 2. tit. 1. art. 6. tit. 4. art. 4. tit. 5. art. 12. & tit. 8. art. 2. & 6.* & publica hypothecarum insinuatio requiratur, eaeque hoc modo constitutae priuilegia ante alias hypothecas extraiudiciales habeant. *part. 2. tit. 5. art. 1.* Denique libertatem commerciorum respicit, quod nundinarum tempore omnes, etiam non mercatores ab arrestis sint immunes. *part. 1. tit. 17. art. 16.* Masculi aeque ac foeminae post annum aetatis 18. pro maiorennibus habeantur. *part. 1. tit. 9. art. 1.* Quae & alia complura, nunc praetereunda, vti a Iustinianeo iure longe discedunt, ita parallelismo legum aliorum populorum, qui eundem scopum propositum sibi habent, illustrari possent.

§. IIX.

Iuris quoque non scripti in plerisque ciuitatibus solet esse vsus. Quin, si 'ARISTOTELI' credimus III. Pol. 12. *leges moribus receptae validiores sunt, quam leges scriptae.* Quanquam, vt supra dictum, earum vis omnis pendeat a voluntate summorum imperantium. Hinc certissimum esse putamus, si lex aliqua ob bonum publicum aliquid districte iubeat vetetue, aut clausula, ne mutetur, sit munita, consuetudinis nullam esse auctoritatem: iussus enim expressi haud dubie maior vis esse debet, quam consensus praesumpti. Ita Dd. vulgo statuunt. HARPRECHT. *ad §. 5. Inst. de iure personar. n. 32.* & post plures allegatos SCHRADER *part. 10. de feudis, Sect. 20. n. 146.* LAVTERB. *in Dissert. de dotis collat. subiuncta deductione resol. 1. n. 60. & 94.* Quibus etiam post alios a se relatos accessit *Dissertatio nostra de lege clauf. ne abrogari possit munita, Sect. 1. §. 10.* Equidem huic se opposuit generosissimus Auctor *Dissert. de morum cum iure non scripto content. Halis A. MDCCI. habita §. 51.* de cuius argumentis breuiter dispiciamus. Ait ille: consuetudinem esse legem improprie, & habere saltem ius impunitatis & licentiae. Vbi nos fatemur, posse contrarium vsum proficere aliquando ad veniam aut impunitatem concedendam. Ita BVCHANANVS l. 13. histor. Scotiae sub Iacobo IV. narrat. *Lex aliqua cum iam diu iacuisset, Rex admonitus ab adulatoribus aulicis, qui fisci commoda promouere contendunt, aliquid pecuniae ab eius violatoribus corradi posse, legem exerceri iubebat. Eam quaestionem recognitionem vocabant. Haec*

Et consuetudines quatenus sunt ius, quarum tamen vis omnis pendet a voluntate summi imperantis.

Digitized by Google

pecuniae conficiendae ratio, quanquam nemo omnibus bonis careret, prope vulgo moleſtior erat, quam patris auaritia: iniuria enim ad plerosque atque ad honeſtiſſimum quemque pertinebat, quod ſub prioribus Regibus legis eius memoria prope per bella, non ſolum externa, ſed & ciuilia, erat abolita. Nimirum vbi lex adhuc ſalua eſt, multorum transgreſſio ſummum Imperantem interdum ad indulgentiam commouere poteſt. v. H. GROT. *l.* 1. *de I. B. & P. c.* 20. §. 35. At nos loquimur de vi legis, quae vel clauſulam habet ſubiunctam, ne mutetur; aut diſtricte aliquid fieri vult, vel prohibet. Quod cum obſcuum videatur A. Generoſiſſimo, exemplis illuſtrabimus. Finge: Rex in ſuo regno conſtituit, ne nuptiae ſine conſenſu parentum ineantur; ſecus contractas irritas reddi. Heic nulla aduerſus talem legem valebit conſuetudo, Finge rursus: Rex lege conſtituit, vt parentes ſoli ſuccedant liberis ſuis, aut cum germanis ſuccedant defuncto conſanguinei, fratrum vero liberi in ſtirpes. In caſibus hiſce parum ſaepe intereſt publicae rei, quid ſtatuatur: & leges ferri ſolent, ſaltem vt arbitrii varietas excludatur. Valebit igitur contraria conſuetudo, ſi habeat, quae ad introducendam eam requiruntur.

§. IX.

Ex natura ſtatus naturalis fluit ius aequalitatis.

Veniamus nunc ad iura, quae ex ipſa naturalis ſtatus natura reſultant. VLPIANVS l. 32. D. de R. I. *Quod ius naturale attinet, omnes homines aequales ſunt.* Quam regulam Vlpianum a Stoicis mutuatum eſſe, docet EMVNDVS MERILLIVS 1. *Obſ.* 18. Vnde prono alueo fluit: aequalitati nihil ab altero quocunque contrarium fieri oportere, & pares tractandos eſſe vt pares: aut ne quis, cui peculiare ius non eſt quaeſitum, plus ſibi quam alius arroget. Hinc falſa eſt illorum ſententia, qui a ſola naturae eminentia aut a ſolis viribus in illos, qui defectu iudicii aut virtutum moralium laborant, imperium natura tributum eſſe contendunt, vt optime demonſtrauit SAMVEL PVFENDORF. *l.* 1. *de I. N. & G. c.* 6. §. 10. 11. 12. *lib.* 3. *c.* 2. §. 2. & *l.* 8. *c.* 4. §. 14. conf. H. GROT. *l.* 2. *de I. B. & P. c.* 22. §. 9. & 10. In ſtatu ergo hoc tantundem valent maſculus & faemina; infirmus & robuſtus; perfectae & imperfectae aetatis; qui virtutibus claret, & qui iis eſt deſtitutus. Neque vero admittendum eſt, quod cum HOBBESIO ſtatuit PVFENDORFIVS *l.* 4. *de I. N. & G. c.* 6. §. 14. quando a parentibus proles eſt expoſita, eam a quocunque occupari poſſe. Niſi enim lex ciuilis adſit, quae hoc ſtatuat, prolem huiusmodi adultam ſe denuo in libertatem vindicare poſſe, non dubitamus. Ex eodem principio deducimus contra H. GROTIVM *lib.* 2. *de I. B. ac P. c.* 20. §. 3. & *paſſim*, inter illos, qui in ſtatu naturali ſunt poſiti, poenis proprie ſic dictis locum haud eſſe.

§. X.

Digitized by Google

§. X.

Porro constitutis ciuitatibus inter eas earumque Rectores nullum ius πρωτοδρίας esse potest, nisi ex conuentione aut perueteri possessione. Nam fundamenta antelationis quae vulgo adferri solent (vid. IACOB. GOTHOFRED. *pecul. libro de iure praecedentiae* & alii, qui de hoc argumento scripsere,) admodum lubrica ac fragilia esse deprehenduntur. A. MDCXXXV. cum lis super praecedentia inter mediatores belli Sueco Polonici negotium daret, Gaallo priorem, Anglo aequalem locum postulante: *Iactabat Gallus antiquitatem atque potentiam regni, ecclesiae & summorum Pontificum, qui locum Regibus Christianis, velut filiis suis, adsignauerit; longam quoque Regum Galliae seriem, & id genus alia. Ad quae Anglus reponebat, omnes Reges pares esse, ac si quae Gallo honoris ac ordinis praerogatiua tributa sit, id a Pontificibus Rom. profectum, quorum auctoritati pridem Anglia renunciauerit.* Vt memorat PVFENDORF. *lib.* 7. *Rerum Suecicarum* §. 137. *ad d.* A. conf. eundem *lib.* 9. §. 79. & *lib.* 8. *de I. N. & G. c.* 4. §. 11. 12. *seqq.* Pertinet etiam huc quod Ariouistus Germ. Rex apud IVL. CAESAREM 1. *de B. Gall.* 24. Caesaris legatis respondebat: *Si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum: si quid ille se velit, illum ad se venire oportere* (1). CHRYSOSTOMVS ad Psalmum XLIV. Τὰ μὲν τῶν βασιλέων νόμιμα εἴσω τῶν οἰκείων ὅριον ἔχει τὴν ἰχύν. Ὁ Ρωμαίων βασιλεὺς οὐκ ἂν δύνατο νομοθετῆν Πέρσας, οὐδὲ ὁ Περσῶν Ρωμαίους. *Regiarum legum vis intra territorium terminatur. Non ergo Romanorum Rex Persis, aut Persarum Rex Romanis ferre leges potest.* Ex eodem principio est, quod Reges inuicem se nominant fratres, aequalitatem quandam imperii significantes. Ita Achabus Rex Israel Benadadum Syriae Regem fratrem nominat 1. *Regum XX.* 32. 33. *Et* 1. *Maccabaeor. X*, 8. legitur: *Rex Alexander fratri Ionathae suo.* Et Aethyopum Rex Ardaspes apud Heliodorum *in fine libri* 9. fratrem se Persarum Regis vocat. Et in *l.* 1. *Persicor.* PROCOPII Rufinus, Syluani filius, legatus ad Persarum Regem, sic loquitur: ἐπεμψέ με, Βασιλεῦ, ὁ σὸς ἀδελφός. KAROLVS M. in epistolis ad Constantinopolitanos Imp. fratres eos appellauit. EGINHARD. *vit. Karoli M. c.* 28. Item apud MENANDRVM Protect. *in l.* 1. Chosroes Iustinianum fratrem appellat. Denique Constantinus M. in epistola ad Saporem Persarum Regem, eundem fratrem compellat, apud EVSEBIVM *l.* 4. *de vita Constantini M.* Quae exempla consignauit HENRIC. VALESIVS *ad Amm. Marcellin. l.* 17. *c.* 5. Add. CAROLVM CANGIVM *not. ad Alexiaden.*

Vnde deducitur ius πρωτοδρίας nullum esse inter ciuitates aut earum rectores.

(1) v. FORSTNER. *ad XII. Ann. p.* 318.

§. XI.

In statu aduentitio omnia haec secus habent. Ita in familia sui iuris marito vxor, liberi parentibus subiiciuntur. Quousque vero mariti aut parentum potestas in statu hocce se extendat, pluribus disquisiui *Dissert. de vno homine plures sustinente personas Sect.* 2. §. 4. & 5.

In familia sui iuris exulat illa aequalitas.

§. XII.

In ciuitatibus, praeterquam quod alius est summus imperans, alii vero in conditione subiectorum sunt constituti, variae personarum illarum, de quibus diximus, solent esse differentiae. Ita non raro foeminae praerogatiua gaudent prae maribus, quod professa opera docuit CARPZOVIVS *libro de iuribus foeminarum singularibus*

Vt & in ciuitate.

Digitized by Google

gularibus, & nuper D. NIC. LVCAS SCHAFFSHAVSEN *Dissert. inaug. de iure singulari foeminarum Hamburgensium.* Impuberes & minores non vnum priuilegium habent. Svmmae quoque potestates nunc sapientem minus sapienti, nunc minus sapientem sapienti proponunt. Iidem valorem ciuium determinant, nunc ad virtutem, vel militarem, vel togatam, nunc ad diuitias, nunc ad alia huiusmodi respicientes. Vnde nobilitatis ciuilis diuersa est aestimatio pro diuersitate ciuitatum, & hic loci nobilis alibi non est talis. vid. PVFENDORF. *lib.* 8. *de I. N. & G. c.* 4. §. 23. *seq. Element. Prudent. ciuil. part.* 1. *Sect.* 5. §. 12. Iidem definiunt: Nobilitatem exteram nihil in sua ciuitate valere. Cuiusmodi statutum Poloni in comitiis A. MDCXXVIII. & A. MDCXLI. fecere, apud IOACH. PASTORIVM *l.* 6. *Flori Polonici ad d. Ann.* Porro quid iuris maritus in vxorem & eius bona, aut parentes in liberos eorumque bona habeant, bonam partem a lege ciuili dependet.

§. XIII.

Porro ex naturali statu fluit ius licentiae.

Status naturalis quoque proprium est, homines in eo positos esse liberos & meminis alterius, praeterquam Dei & diuinarum legum arbitrio subiectos. Quo pertinet quod in §. 2. Inst. de libertinis legimus: *naturali iure omnes liberos nasci*, & in l. 64. D. de condict. indebiti: *libertatem iure naturali contineri:* quid autem libertas hoc loco sit, v. apud GROTIVM *ad Genesin III.* 16. Hinc cum vnusquisque in statu hoc, citra antegressum factum humanum, sui iuris & nullius alterius hominis potestati subiectus esse intelligatur, alterum in eo principium est: licere homini cuique, quae non sunt vetita. Vbi cum vocabulum *licet* varie soleat accipi, volumus id hoc loco significare, quod salua iustitia & officiorum regulis fieri potest. vid. H. GROTIVM *l.* 3. *de I. B. & P. c.* 4. §. 2. & *c.* 10. §. 1.

§. XIV.

Ex quo multa consectaria deducuntur.

Fluunt inde multa. *Primum* est: in naturali statu constitutos posse omnibus in medio positis rebus vti frui, omniaque adhibere & agere, quae ad conseruationem sui faciunt, in quantum aliorum ius inde non laeditur. *Alterum:* Hominem actionum suarum omnium esse dominum; quippe cuius imperio membra corporis omnia, tanquam instrumenta, subsunt, ita vt agant, quod voluntas imperat. *Tertium:* Licere homini cuique res, quae nullius sunt, vt terram, feras, fructus & reliqua, quae in terra deprehenduntur, occupare & sua facere. Id quod etiam homo non tantum ex diuinis literis, sed & ex ipsa natura intelligit, cum sua, quippe sua nobilitate longe supra bestias & cereras res est constitutus; tum ipsarum bestiarum ceterarumque rerum, cum eae fere nullum sui vsum praebeant, nisi homines essent. Ecquis vero credat sapientissimum rerum opificem ea frustra condidisse? Pertinet etiam huc insignis obseruatio Cyri apud XENOPHONTEM l. IV. Cyropaed. *regionem, quae ab hominibus vacua sit, a bonis ac rebus omnibus vacuam nudamque fieri.* Quam confirmat HIERONYMVS ad Sophoniam *c.* 1. *Vastatis*, inquiens, *vrbibus hominibusque interfectis solitudinem & raritatem bestiarum quoque fieri & volatilium piscium que. Testis Illyrium est, testis Thracia, testis in quo ortus sum* (Pannonia) *solum, vbi praeter coelum & terram, & vepres, & condensa syluarum, cuncta pereunt. Quartum* est: Quemlibet rerum suarum esse moderа-

Digitized by Google

moderatorem & arbitrum. Quod in ciuitate quoque certo respectu verum est *l. 21. Cod. mandati.* Hinc populus iudicium sibi sumere poterit in controuersiâ regni v. PVFENDORF. *l. 7. de I. N. & G. c. 7. §. 15. vbi notae. Quintum:* Quemlibet in rebus suis esse iudicem. PVFENDORF. *l. 5. de I. N. & G. c. 13. §. 2.* Et sufficere, si illi liquido de iure constet, vt alter id forte inficietur. PVFENDORF. *d. l. 5. c. 13. §. 2.* Hinc recte H. GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 7. §. 2.* conf. *l. 3. c. 19. §. 15. sequ.* existimat: quoties id, quod meum nondum est, sed mihi dari debet: aut loco rei meae aut mihi debitae, cum ipsum consequi non possum, aliud tantundem valens posse accipi ab eo, qui rem meam detinet, vel mihi debet. Et tum transferri dominium in accipientem, quoniam iuris mei explementum consequi non possem, nisi dominus factus. *Sextum:* Facultatem hanc cuique concessam intelligi, donec appareat restricta, vel à Deo, qui in nos & nostra ius summum habet, vel a nobis per pacta alioue modo. Aequalem vero ius meum impedire haud posse, aut, si id faciat, iniuriam inferre. Masculc Ariouistus Germ. Rex apud IVL. CAESAREM *l. 1. de B. G. c. 36.* legatis Caesaris respondebat: *Ius esse belli, vt, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: idem populum Rom. victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse. Si ipse populo Rom. non praescriberet, quemadmodum suo iure vteretur; non oportere se a populo Rom. in iure suo impediri.*

§. XV.

In ciuitatibus quidem multa adhuc licent, id quod etiam inde intelligimus, quia dantur res merae facultatis, quibus nullo tempore praescribitur. *l. 2. D. de via publica.* MEVIVS *part. 5. Dec. 259.* BRVNN. *cent. 1. Dec. 49.* Vbi obseruamus: Etsi vix quisquam in statu naturali (loquimur de puro) existere possit, sed oporteat, vt sit in statu aliquo ciuili; non tamen putandum esse, omnes ac singulos actus aut actuum species legibus ciuilibus coerceri, sed relictum nihilominus libertati naturali locum, & multa, quae iure ac libertate naturali licent, nullis legibus ciuilibus coarctari. Qualia sunt, aedificare in suo, ius pascendi in suo, vbi alter eius nominis seruitutem habet. CARD. DE LVCCA *Theatro verit. & iust. tract. de seruit. Discurs. 37. per tot.* ire in via publica, & huius generis alia. Vnde patet, ad res merae facultatis minus recte referri, quae ex speciali conuentione, aut summi imperantis concessu competunt. v. g. reluitio pignoris, iurisdictio & similia. v. D. SCHILTER. *Manuduct. Philosoph. moralis ad Iurispr. c. 4. §. 20.*

In ciuitatibus quidem multa adhuc licent, vnde dicuntur res merae facultatis.

§. XVI.

Attamen libertas illa in rebus perquam multis restricta conspicitur in familiis sui iuris (vbi quid iuris domini in seruos habuerint, disquisiui *in Dissert. de vno homine plures sustinente personas Sect. 1. §. 6.*) & in ciuitatibus. Sane in subditis, siue qui reguntur, est quaedam seruitus, maxime in regnis. Hinc libertatem (vniuersorum scil.) & regna saepe videas opponi, apud scriptores Rom. LIVIVM, TACITVM, alios, quorum loca adduxit H. GROT. *l. 1. de I. B. & P. c. 3. §. 12.* Et si in ciuitatibus sunt dominatus, subditi reuera sunt serui. Hinc EVRIPIDES in Helena:

Τὰ βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα πλὴν ἑνός
Nemo, nisi vnus, liber est in Barbaris.

In multis tamen illa libertas restricta siue coarctata conspicitur.

Vsque adeo, vt quidam populi inueniantur, qui nihil proprii tenent, & praedia a summo imperante instar colonorum colenda accipiunt. Vt in Imperio Habessinorum,

Digitized by Google

Magni Mogolis in India, & regno Siamensi. Equidem in ciuitatibus homines distinguuntur in liberos & seruos. Verum illorum libertas tantum est κατ' ἐναντίωτητα. Id quod inde liquet, quia in regnis etiam despoticis, qui intuitu summi imperantis haud dubie sunt serui, seruos quoque habere solent. Quod de regno Siamensi pluribus docet DE LA LOVBERE *du Royaume de Siam. Tom. 1. part. 3. c. 1.* In rebuspubl. vero ciuilibus quantum distat a libertate? dum summi Imperantes interdum, vbi regnum est patrimoniale, ius alienandi populum habent: dum iidem in multis locis, quae ad singulos pertinebant in statu naturali, sibi vindicant, feras, thesauros, mineras, & complura alia, quae ad summam imperii natura sua non spectant & regalia minora dicuntur: dum saepe dominia circumscribunt & valde onerant: dum denique ob imperiosas necessitatis rationes dominium, quod vocatur eminens, exercent. Quae omnia, si opus foret, prolixe possemus diffundere.

SECTIO II.

DE DIFFERENTIIS IVRIS IN STATV NATVRALI ET ADVENTITIO SINGVLATIM.

§. I.

Ordo deducendorum.

VIdimus, quae differentiae sint iuris ex statu naturali & aduentitio generatim; nunc, cum status naturalis sit vel pacis, vel belli, vt supra diximus, pro diuersitate hae diuersa quoque iura existunt, quae nunc singulatim expendemus.

§. II.

Pax in statu naturali est infida.

Et pax quidem in naturali statu valde lubrica est infida: quin ipsa foedera, quae singulis in eo inire licet, parum veri parumque solidi habere solent. Scisso enim communis vtilitatis nexu, qui maxime seruat societates, singula in partes eunt. Nec exemplo nouum est, inter potentes foedera, vt plus vel minus vtilitatis aut spei inde percipiunt, ita sanctius vel remissius coli; & quae publici boni contemplatione bene coepunt, si communis respectus fiat priuatus aut singulorum, infeliciter desinere, aut diuersas vias insistentia cito distrahi. conf. FORSTNERVS *ad 1. Annal. Taciti p. 72. seq. & in omissis p. 766.* BOECLERVS *ad 1. Annal. 10. annot. 7.* Neque tamen propterea cum HOBBESIO (si quidem haec eius fuit sententia) existimandum, ob suspicionem ex communi hominum prauitate pacta in statu naturae frustra esse & inualida. v. PVFENDORF. *l. 3. de I. N. & G. c. 6. §. 2.*

§. III.

De aduentitio pax quasi anima est.

At status aduentitii, maxime si recte compositus sit, pax, siue potius ordinata imperandi atque obediendi concordia ciuium, vt AVGVSTINVS loquitur *l. 19. de ciuitate Dei c. 13.* est eius quasi anima, & firmissimo nexu cohaeret. Hinc ciuitas ab ARISTOTELE, CICERONIS ore, *societatum omnium princeps* recte vocitatur. Eodem pertinent laudes Augusti apud HORATIVM *l. 4. carmin.*

Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres almaque faustitas:
Pacatum volitant per mare nauitae:
Culpari metuit fides.

Vide

Vnde sequitur, ius foederum pangendorum penes priuatos non esse, nec subiectos externo se in clientelam dare posse. De quo alibi. Et licet subinde in ciuitatibus etiam bella vel ciuilia vel priuatorum existant, quae eorum sint iura, diuersa a statu naturali, paulo post dicemus.

§. IV.

Bella saepissime in naturali statu oriuntur, cum in eo deficiant iudicia. Nec est dubium, iusta negantem bello peti, aut iniuriam ab alio illatam armis propulsari posse. Quanquam aequitas suadeat, non confugere ad vim, quamdiu verbis disceptari res potest. *Omnia enim prius experiri, quam armis, sapientem decet*, vt ait TERENTIVS. Hinc frequentemos repetendi, antequam bellum indicatur, apud Hebraeos, Graecos, Romanos. Saepe etiam ad arbitros ire, saepe in colloquia ante bellum venire praestabit, vt omnibus tentatum fiat, pacis quam armorum vias ante tentatas fuisse. Nisi forte metus sit, ne alter modestiam pro metu accipiat, aut is ius omne in armis & viribus ponat. Cum tali enim argumentis & rationibus velle dimicare, imprudens valde foret. Facto opus est, vbi verba non expediunt. Apud VIRGILIVM est II. Aeneidos.

In statu naturali bella non tantum frequentantur, sed & licitus.

> *Immo, ait, o ciues, arrepto tempore, Turnus,*
> *Cogite concilium, & pacem laudate sedentes.*
> *Illi in arma ruunt.*

Tum igitur locum habet: *omnia dat, qui iusta negat.* Et qui me iniuria parat afficere, dat mihi ius, hoc est, facultatem quandam moralem aduersus se in infinitum, quatenus malum aliter arcere nequeo, vt H. GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 1. §. 10.* ait, & verissime quidem; si id de naturali exaudiatur. Nam moderatio in bellis non oritur ex iure aliquo, quod in hoste haeret, quippe qui socialitatis iura laesit, sed ex generositate & virtute alterius. v. quae pro GROTIO contra ZIEGLERVM, BOECLERVM & commentatores alios recte dixit PVFENDORF. *L. 2. de I. N. & G. c. 5. §. 3.*

§. V.

Quod si autem bella licita sunt in statu naturali, multo magis in eo valebunt repressaliae, quarum aequitas & iustitia non tam ex iure gentium, vt GROTIVS voluit *l. 3. de I. B. & P. c. 2.* quam potius ex ipsa societatum ciuilium indole, est repetenda: Est enim ciuitas intuitu externorum vnum corpus, & quidem arctissima coniunctione colligatum; vt proinde illata singulis iniuria ad vniuersos videatur pertinere, nec iniquum censeri debeat, singulos velut in subsidium pro eo, quod fecit ciuitas, obligatos esse, cum vtique, quod eo nomine singuli erogauerint, à ciuitate sua ipsis sit refundendum; aut si vnus vel alter ciuium damnum sentiat, id inter incommoda illa, quae ciuitates tantum non consequuntur, minime tamen comparanda cum malis, quae sunt in statu naturali, referri oporteat. Displicet quidem haec ratio ZIEGLERO *l. 1. de iur. mai. c. 34. §. 32.* existimanti, fortiorem cum Petro Binsfeldio ex iustitia belli gerendi deduci posse: repressalias enim esse bellum quoddam particulare, sed bellum licite inferri, quando Princeps aut ciuitas vindicare neglexit, quod a suis improbe est factum, aut reddere, quod a suis per iniuriam est ablatum. Ergo & repressalias licite ac iuste decerni, si ciuitatis Rector negligat, aut non curet, illatam vindicare iniuriam, aut, quodcunque ablatum est, restitui. Sed salua res est, dum enim ab arctissima illa coniunctione rationem petimus, haec quoque, quae a iure belligerandi sumitur, inclusa existimari potest.

Vi & repressaliae.

Digitized by Google

§. VI.

In aduentitio vero id ius est summi imperii, non singulorum.

In ſtatu aduentitio ea, quae diximus, longe aliter ſe habent. Primum enim ius belli ſingulis in eo aduerſus externos non competit. Ita Abrahami ductu bellum factum legimus GENES. *XIV*, 13. *ſequ.* In ciuitatibus autem id ius ſummi imperii eſſe, facile liquet: quoniam bello tota ciuitas perturbari, aut in caſum dari poteſt. Hinc AVGVSTINVS in canon. 4. cauſ. 23. quæſt. 2. *ordinem*, inquit, *naturalem mortalium paci accommodatum hoc poſcere, vt ſuſcipiendi belli auctoritas atque conſilium apud Principes* (id eſt, ſummos imperantes) *ſit.* Conſentiunt plerorumque populorum mores atque inſtituta. Apud Romanos maieſtatis crimen committebant, qui iniuſſu Principis bellum geſſiſſent, delectumve habuiſſent. *l. 3. D. ad legem Iul. Maieſtat.* Exceptiones aliquas H. GROTIVS adfert *l 1. de I. B. & P. c. 3. §. 4. & 5.* Quarum prima: Ei, qui iurisdictioni praeeſt, licere, per apparitores ſuos vi cogere paucos imparentes, quoties ad eam copiis maioribus non eſt opus, nec periculum imminet ciuitati. Quanquam hoc proprie bellum non ſit, ſed executio legum. Altera: ſi ita praeſens ſit periculum, vt tempus non ferat, eum conſuli, qui ſupremum in ciuitate ius habet. Tertia: ſi, vt ſit in imperio late patente, inferiores poteſtates belli inchoandi conceſſam habeant poteſtatem. Cuiusmodi ius conceſſum Gubernatoribus Hiſpaniae & Portugalliae in Indiis & Societati Indicanae Foederati Belgii. Quo referendum, quod poſt longam auctorum cateruam tradit SOLORZANVS l. 1. de gubernat. Indiar. c. 9. n. 11. &c. c. 10. n. 1. ſequ. *Praeſides regulariter in prouinciis ſibi commiſſis, & in caſibus ſpecialiter non exceptis, eandem poteſtatem atque iurisdictionem* (& hanc quidem, vt ait inepte, non tam delegatam, quam ordinariam) *habere & exercere poſſe, quam ipſe Princeps habet atque exercet.* An vero ex coniectura voluntatis ſummi imperantis, quoniam forte is in illo rerum ſtatu bellum ipſe alii facturus videbatur, magiſtratus idem facere poſſit? quaerit GROTIVS *d. l. §. 5. n. 3. & 4.* & recte negat. Nam licet in aliquo facto particulari ceſſet inſpecta particulariter ratio, quae voluntatem ſummi imperantis mouet, non tamen ceſſat ratio ſumta vniuerſaliter, quae periculis occurri vult. Pericula autem intelligit, de quibus ſupra diximus. Exempla tamen, quibus GROTIVS vtitur, ſunt dubiae aeſtimationis. v. LVDOVIC. PRASCHIVM *in appendice notar. ad Phaedri fabulas.*

§. VII.

Idem dicendum de repreſſaliis.

Idem dicendum de repreſſaliis. Quanquam BODINVS *l. 1. de Rep. 10.* aſſerat, earum exercendarum ius minus recte inter iura ſummi imperii referri, quoniam vbique fere & maxime in Gallia ad Carolum IIX. vſque magiſtratibus, antiquo iure etiam priuatis, commune fuerit. Conſentit GROTIVS *l. 3. de I. B. & P. c. 2. §. 7. num. 3.* dicens: iure gentium ſingulis pignorandi ius eſſe, vt & Athenis ἐν ἀνδρολημψίαις. Sed male. Nam a turbidis temporibus, qualia ſuperioribus ſeculis in Gallia & alibi fuere, non licet argumentum ducere. Nunc ſane totius Europae mos contrarium ſervat, nec id temere: quoniam ex repreſſaliarum vſu non minus, quam ex bello, vniuerſa respublica in diſcrimen adduci poteſt; ſunt enim ſaepe initia belli, v. ZIEGLER. *ad de iurib. maieſtat. c. 34. §. 8. & not. ad H. Grot. d. l.* quem minus feliciter refutare conatus eſt KVLPISIVS *in collegio Grotiano.* Inter ciues autem eiusdem reip. repreſſaliae prorſus exulare debent. In *l. unic. C. vt nullius ex vican. l. XI.* conſtitutum, vt nullus ex vicanis pro alienis vicanorum debitis teneatur; & *l. nullam 4. C. de executorib. & exactor. l. XII.* praecipit, nullam poſſeſſionem alterius pro alienis debitis publicis vel priuatis conueniri; & in *Nouella Iuſtiniani 52. & 134.* vetan-

Digitized by Google

vetantur ἐνεχυριασμοὶ, id est, pignorationes pro aliis, addita causa, quod rationem non habeat, alium quidem esse debitorem, alium vero exigi; vbi & huiusmodi exactiones odiosae vocantur. Et Rex Theodoricus apud CASSIODORVM *l. IV. variar. epistol.* fœdam vocat licentiam, alterum pro altero pignorandi. Quae loca repressaliarum iuri inter populos minus recte opponuntur: loquuntur enim de statu aduentitio, siue de ciuibus eiusdem ciuitatis.

§. IIX.

In statu ciuitatis bella aduersus summum imperantem sunt iniusta. Admittuntur tamen exceptiones.

Bella ciuilia quoque, vti summe exitiosa sunt ciuitati, ita iniusta quoque censeri debent. Summi enim imperii natura non fert, vt arma induantur aduersus summum reip. rectorem. Cum A. MCCCCXXXIV. *Engelbertus auctor esset, vt Ericum Regem deponerent, Senatus constanter renuens, fide data nihil antiquius habendum iudicabat, nec secedendum continuo a Domino aut Rege suo, respondebat, si forte delinquere eum in quibusdam contingat; alias imperium durabile haud vllum esse: cum Principum ac Regum vix vllus inueniatur, qui non quandoque impingat: neque etiam conuenire cuiuis; imo nec posse quemuis de Rege abdicando statuere, aut de eius commissis sententiam pronunciare. Adiiciebat, neque consistere humanam societatem posse, si ignoscere subinde alii aliis recusaremus: & id inter pares & familiares si locum haberet, quanto magis erga Regem ac superiorem obtinere debere? omninoque fatendum, vbi stabile aliquod imperium expetitur, tolerandum aliquando tyrannum vnum, vt euitentur plures. Vbi autem imperium nullum, ibi vt plurimum confusio; & loco vnius multorum exsurgere dominatum. Praestare igitur Senatus existimabat, ferre iniuriam & poenas dare vero suo domino, quam iugo subiici multorum.* Vt haec memorat IOANN. ISAAC. PONTANVS *l. 9. histor. Danic. ad d. A. in Erico IIX.* Neque tamen haec patientia in infinitum abit. Nam si imperans summus rempublicam ciuilem in herilem totis viribus eat conuersum (quam exceptionem, nescimus, an recte omiserit GROTIVS) vel hostili animo in exitium totius ciuitatis feratur (quod vix videtur contingere posse in Rege mentis compote, nisi diuersis populis imperet) simul autem supplicationes obtestationesque, ab vniuerso populo, aut sinceriore eius & meliore parte, factas parui pendat; postremum eousque procedat, vt non aliter sceleribus eius subueniri possit (sicut ille ad Neronem dicebat apud TACITVM) iam iusta erunt arma, quibus nulla spes, nisi in armis, relicta est. v. GROTIVM *l. 1. de I. B. & P. c. 4. §. 8. & sequ.* vbi de aliis exceptionibus.

§. IX.

Bella priuata quoque sunt illicita & institutum iudiciorum.

Priuata bella iniusta esse, ex instituto ciuitatum & iudiciorum facile intelligitur. CICERO III. de LL. *Nihil est exitiosius ciuitati; nihil tam contrarium iuri ac legibus; nihil minus ciuile & humanum, quam composita & constituta republica quicquam agi per vim.* HONORIVS & THEODOSIVS AA. l. nullus 14. C. de iudaeis: *Idcirco iudiciorum vigor iurisque publici tutela in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat vltionem.* Rex Theodoricus apud CASSIODORVM l. IV. epistol. *Hinc est, quod legum reperta est sacra reuerentia, vt nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu.* QVINTILIANVS declamat. 13. *Nos ideo magistratus legesque a maioribus nostris accipimus, ne sui quisque doloris vindex sit; & assiduae scelerum causae se refellant, si vltio crimen imitabitur.* IDEM alibi: *Iniuriae compensatio non solum iuri inimica, sed paci: est enim lex, forum, iudex; nisi quem iure vindicari pudet.* Add. GROTIVM *l. 2. de I. B. & P. c. 20. §. 10. n. 4. & in notis.* In l. 7. D. ad L. Iuliam de vi publica est: *Creditores, si aduersus debitores agant, per iudicem id, quod deberi sibi putant,*

Digitized by Google

putant, repoſcere debent. Ibidem D. Marcvs Caeſar dixit: *Tu vim putas eſſe & ſolum, ſi homines vulnerentur? Vis eſt & tunc, quoties quis id, quod deberi ſibi putat, non per iudicem repoſcit.* Eodem loco & in *l. 13. D. quod met. cauſ.* ſtatuitur: ius crediti amittere, qui id fecerit. conf. *l. 7. C. vnde vi.* Quarum legum vſum ex LL. Germanicis praeclare illuſtrauit D. Schiltervs *Ex. ad D. XI. §. 13. & ſequ.* conf. Mevivm *part. 1. Dec. 95. part. 4. Dec. 95. part. 4. Dec. 319. Dec. 458.* Add. *l. ſi quis curialis 12. C. de Epiſcop. & Cleric. l. generali lege 14. C. de Decurion.*

§. X.

Vnde deducuntur conſectaria aliqua.

Ex eodem quoque fonte eſt, quod Severvs & Antoninvs AA. in l. 3. C. de pignor. & hypoth. reſcripſerunt: *Creditores, qui non reddita ſibi pecunia conuentionis legem ingreſſi poſſeſſionem exercent, vim quidem facere non videntur: attamen auctoritate Praeſidis poſſeſſionem adipiſci debent.* Ad quam Brvnnemannvs & alii videantur. Non minus recte ſtatuitur, licet emphyteuta ob non ſolutum intra ceſtum tempus canonem emphyteuſi cadat, eundem iudicis ſententia, non vi privata, expellendum. v. Carpzov. *part. 2. conſt. 38. def. 1. & l. 1. Reſponſ. Electoral. 87.* Gravivs ICtus Tubingenſ. *de commiſſo emphyteuſ. c. 6. §. 5. ſum ibi prolatis.* Idemque dicendum, ſi colonus vel inquilinus ob non ſolutam mercedem expellendus. v. Bvsivs *l. 1. ſubtilit. c. 21. in fine.* Conſultat. Hollandic. *part. 2. conſult. 312.* Lavterb. *tract. Synoptic. ad tit. D. locat. conduct §. 1. n. 21.* Nimirum, vt Pavlvs ait lib. 176. de R. I. *Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publice poſſit fieri: ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.*

§. XI.

Et breuiter oſtenditur iniuſtitia certaminum ſingularium.

Ex his quoque iudicari poteſt, quid de certaminibus ſingularibus, quae ſaepe ob leuem iniuriam ſuſcipiuntur, ſtatuendum ſit. De quibus cum grauiter conqueſtus eſſet Hvbert. Langvetvs ep. ad *Sydnaeum* Equitem Anglum 82. A. 1579. addit: *Eiusmodi duellis, quae ſunt iniuſtiſſima, ſua iura attribuerunt ii, qui docere voluerunt, quomodo cum menſura inſaniendum ſit.* Et Avger. Bvsbeqvivs ep. 3. Ann. 1570. cum memoraſſet, Baſſas quendam, qui narraverat, quod alterum ad pugnam multoties prouocaſſet, id averſatos dixiſſe: *tunc commilitoni tuo certamen ſingulare denunciare auſus es? deerant quippe Chriſtiani, in quos pugnares. Vixit vterque veſtrum pane noſtri Imperatoris. Nihilominus inter vos de vita decernere parabatis. Quo iure? quonam exemplo? An ignorabatis, vtercumque veſtrum cecidiſſet, Imperatoris damno caſurum? Eoque dicto eum in carcerem duci iuſſiſſe, in quo, multis menſibus maceratus, vix tandem liberatus ſit, exiſtimatione valde deminuta:* Subiicit: *Apud nos multi, hoſte publico nunquam conſpecto, quod in ciuem & contubernalem ſtrinxerunt ferrum, clari & memorabiles habentur. Quid iis moribus facias, vbi virtutis locum vitia occupant; &, quod poenam meretur, gloriae & honori vertitur?* v. omnino Baco de Vervlamio *in opuſculis p. 421. ſequ.*

§. XII.

Cauſae tamen eſſe poſſunt, quamobrem in ciuitatibus

Caeterum in ciuitatibus etiam cauſae poſſunt eſſe complures, ex quibus ius belli inter priuatos permiſſum, aut non ſublatum exiſtimari debet, quanquam arctis valde finibus, ob ſupra adductas rationes, circumſcriptum. Etenim ſecundum ius naturale non eſt dubium, ſi corpus impetatur vi praeſente, cum periculo vitae non aliter vitabili, defenſionem etiam violentam cum interfectione periculum inferentis eſſe licitam. Vt

Digitized by Google

Dd. pluribus docent. *ad l. 3. D. de iuſtit. & iure.* Add. H. GROTIVM *l. 2. de I. B. & P. c. 1. §. 3. & ſequ.* PVFENDORF. *l. 2. de I. N. & G. c. 5. §. 2. & ſeq.* vbi complura habent huc pertinentia, quae exſcribere ſupersedemus. Haec autem defenſio tanti putatur, vt eam ne a ſummo quidem Principe, nedum ſtatuto aut conſuetudine tolli poſſe, dicant ICti. v. DE PETRA *de poteſtate Princip. c. 26.* BERLICHIVS *part. 4. concl. 12. n. 9. 10. 11.* *etiam defenſio vitae violentia ſit licita*

§. XIII.

Extenditur hoc etiam a ICtis non paucis ad res reparabiles, ita vt bonorum noſtrorum inuaſor recte necetur, ſi aliter ſeruari poſſeſſio nequeat. De quo videatur idem PVFENDORF. *d. l. §. 16.* STRVVIVS *libro de vindict. priuat. c. 6.* vbi complura alia exempla habet violentiae iure permiſſae. Memorabile eſt edictum VALENTINIANI I. *Liberam reſiſtendi cunctis tribuimus facultatem, vt, quicunque militum vel priuatorum ad agros nocturnus populator intrauerit, aut itinera frequentata inſidiis aggreſſionis obſederit, permiſſa cuicumque licentia, digno illico ſupplicio ſubiugetur, ac mortem, quam minabatur, accipiat, & quod extendebat, incurrat. Melius eſt enim occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicari. Veſtram igitur vobis permittimus vltionem, & quod ſerum eſt punire iudicio, ſubiugamus edicto, vt nullus parcat militi, cui obuiare telo oporteat, vt latroni.* conf. *l. 2. C. quomodo liceat vnicuique ſe vindicare vel publicam deuotionem.* Eſther. IIX, 11. *An & rei reparabilis?*

§. XIV.

Quod ſi ius quidem certum ſit, ſed ſimul moraliter certum, per iudicem explementum iuris obtineri non poſſe; puta, quia deficiat probatio, in hac etiam circumſtantia ceſſare legem de iudiciis, & ad ius rediri priſtinum, verior videtur ſententia H. GROTIO *l. 2. de I. B. & P. c. 7. §. 2. in fine.* At minime D. SCHILTERO *Ex. XI. ad D. §. 17.* cum ea in vſum nequeat deduci. Et ſane numquam moraliter certum videtur, per iudicem ius obtineri non poſſe, niſi prius res in iudicium ducatur, & de ſufficientia probationis cognoſcatur. Porro ſi actore non probante reus iuſte abſoluatur, quomodo contra iuſte abſolutum actor ſibi ius dicere iuſte poterit, ita vt non aut de vi aut de furto teneatur? Ad haec ſunt aliae probationes, ſi non per teſtes & inſtrumenta, certe per iusiurandum, quod vel litigans litiganti, vel etiam iudex interdum defert: Sunt & alia componendae litis remedia. Quae omnia ſi fruſtra fuerint, ſatius erit, Deo rem committere, quam poenam violentiae aut furti in foro externo mereri. *Diſpicitur de ſingulari caſu.*

§. XV.

Satis fortaſſe diximus de bellis priuatis, niſi quod vnum adhuc addere libet, ante ad alia quam digrediamur. Nimirum ſi vnus illorum, qui ex condicto in pugnam deſcendunt, alium laedat, aut iniuſte inuaſus moderamen inculpatae tutelae excedat; hos ob damnum datum conueniri non poſſe: quoniam condicta bella aliquod inſtar contractus talis habent, tenta, quid ipſe valeas, ego itidem omnia experiar; & qui alium vi inuadit, tacite iuri ſuo renunciat. v. *l. 7. §. 4. D. ad L. Aquiliam.* H. GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 17. §. 13. in fin. & §. 18.* CARPZOV. *part. 4. conſt. 10. def. 4. quaeſt. criminal 99. n. 53.* LAVTERB. *Ex. theor. forenſ. 19. §. 10.* Non eſt quoque dubitandum, qui ob iniuriam certamini ſingulari ſe commiſit, iniuriarum actione, quam alioquin habiturus erat, excidere. Vt recte pronunciatum apud MEVIVM *part. 9. Dec. 201.* *Et de ſingulari effectu belli priuati, etiam illiciti.*

§ XVI.

Digitized by Google

§. XVI.

In statu naturali paci factae exceptio metus iniuste incussi opponi nequit, secundum Grotii doctrinam, quae temperatur.

In statu naturali, si post bellum pax fiat, putat H. Grotivs *l. 3. de I. B. & P. c. 19.* § 11. conf. *l. 2. c. §. 7. &c. 13. §. 14.* vbi bellum solenne fuerit, non posse pactum irritum fieri, obtentu metus iniuste illati: cum contrarium iure gentium sit receptum, & alioquin periret omnis foederum sanctitas. Quod vtique verum est, si causa nondum liquida, vel ius aliquod aleae belli fuerit commissum, quoniam tum locum habere potest, quod est in l. 20. pr. D. *quod met. caus. hos sibi ipsis metum intulisse.* At si quis sine vlla iusta causa fuerit invasus, & post duras pacis leges acceperit, hunc exceptione metus defendi posse, verius existimamus cum Pvfendorf. *lib. 8. de I. N. & G. c. 8. §. 1.*

§. XVII.

Secus in statu ciuitatis, Vbi quaeritur, an rebellibus fides data seruanda?

In statu autem ciuili, si metus iniustus fuerit incussus, pacta inualida aut saltem rescindenda esse facile constat; quoniam praesto sunt ibi iudicia, vt metum alteri inferri non sit opus. Sed quid, si rebellibus fides data, an ea tranquillatis rebus seruanda? Id volunt H. Grotivs *l. 3. de I. B. & P. cap. 19. §. 6. & sequ.* Pvfendorf. *d. l. §. 2.* Contrarium suasit Boxhornivs *Inst. Politic. l. 14. §. 19.* idemque censuit Lipsivs, refutatus propterea a Thomsono & Loccenio. Nos cum Grotio facimus, nisi singulares causae sint, proprer quas pacta huiusmodi rescindi aequitas ipsa suadeat. Quales quidem occurrebant in pactione Maximiliani Regis cum Flandris, quas in solenni Procerum Imperii iudicio discuti curabat Friderivs Imperator apud Sigism. a Bircken *lib. 5.* Oesterreichischen Ehren-Spiegels *cap. 38. ad A. 1488.* vbi pronunciatum, pactionem illam esse rescindendam.

§. XVIII.

In statu naturali amnestia paci tacite inest.

In statu naturali factae paci amnestia tacite inesse censetur, & lex pacis naturalis est, Hinc propter iniurias, ab vna vel altera parte illatas, deinceps agere non licet. vid. Mevivs *part. 2. Decis. 24.*

§. XIX.

Quae tamen in statu ciuitatis, qua tali ad singulos ciues minus recte porrigitur. Vbi & de amnestia post discordias ciuiles.

Enimvero amnestia haec tantum ad ciuitates earumque ciues pertinet, qua sunt in statu naturali; non vero ad ciues eiusdem ciuitatis, si, vt ciues, considerentur. Hinc perfidiam & peccata suorum in bello summus imperans remisisse non intelligitur, nec pax iis prodesse potest, nisi hoc specialiter sit conuentum. Etsi enim in bello peccatum fuit, tamen pax illud non abolet, nisi quatenus sub pace comprehenditur, & ob peccatum iudicio locus esse potest sine bello. v. H. Grotivs *l. 3. de I. B. & P. c. 20. §. 18.* Mevivs *part. 8. Dec. 302.* conf. I. a Sande *l. 5. Decis. Frisicar. tit. 7. def. 2. in fine.* Quod si autem inter ciues ipsos, vt in discordiis ciuilibus, amnestia facta sit, ea plenissima haberi debet, nisi aliud conuentum sit; ne scilicet ii, qui vno foro, vna societatis communione, cottidianisque commerciis vtuntur, adeoque ex ipsa coniunctione hac reuoluendi, quiritandi, vindicandi anteacta, occasionem perpetuam haberent, in nouos motus erumpant. Quam & alias causas facunde commemorat Boecleрvs *dissert. de amnestia.* Vide etiam iudicandum de controuersia illa, quondam Athenis agitata, an aes alienum, quod diuisis ciuitatis partibus, ab altera earum contrahitur, si denuo coalescant, ab omnibus agnosci oporteat? de qua Isocrates *in areopagatico,* Xeno-

Digitized by Google

XENOPHON. *l. 2. rer. Graecar.* CORNELIVS NEPOS *in Thrasybulo.* Add. BORHORNIVS *Disquisit. politic. caf.* 50. 52. 64.

§. XX.

Aliquando placet, vt controuersia per arbitros componatur. Vbi insignis se offert diuersitas status naturalis & ciuilis. Etenim in illo arbiter tantum de proprietate iudicare potest. vid. nostra *Diss. de ordine cauf. in iudicio tractand.* §. 20. In hoc interdum de possessione prius cognoscendum. Deinde ab arbitris in statu naturali appellari non licet, atque interdum ex lege positiua. PVFENDORF. *l. 5. de I. N. & G. c. 13. §. 4.*

Si per arbitros controuersia componatur, insignis se exhibet diuersitas status naturalis & ciuitatis.

DE PLVRIBVS HOMINIBVS PERSONAM VNAM SVSTINENTIBVS,

DISSERTATIO.

PROLOGVS.

§. I.

Diuersam esse rerum naturalium & moralium indolem, vel ex lemmate, quod Dissertationi huic praescripsimus, liquide intelligi datur. Vt enim plures sint homo vnus, naturae repugnat, at vt iidem personam gerant vnam, in vita humana quotidianum est. Nimirum res morales, quicquid essentiae habent, accipiunt ab impositione entium intelligentium, & praesertim hominum, pro quorum voluntate eae saepius mutari solent. Visa nobis haec res non indigna disquisitione, praesertim cum multa iuris principia inde pendeant. Libet autem maioris illustramenti gratia obseruationes quasdam heic praemittere.

Entia naturalia a moralibus distingui, patet exemplo pluriuum hominum, personam vnam gerentium.

§. II.

Prima est: Vnum dici tripliciter. Nam ita POMPONIVS l. rerum 30. D. de vsurpation. & vsucap. *Tria genera sunt corporum: vnum, quod continetur vno spiritu & Graece ἡνωμένον, id est, vnitum vocatur, vt homo, tignum, lapis & similia. Alterum, quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se cohaerentibus constat, quod συνημμένον, id est, connexum vocatur, vt aedificium, nauis, armarium. Tertium, quod ex distantibus constat: vt corpora plura non soluta, sed vni nomini subiecta, veluti populus, legio, grex.* Quorum primum Philosophi vnum per se, alterum vnum per accidens, tertium vnum per aggregationem vocant. Alii, cum vinculum, quo corpora in vnitatem combinantur, triplex sit, naturale,

Vbi praemittuntur OBSERVATIONES. PRIMA: *Vnum esse triplicis generis.*

Digitized by Google

rurale, quo corpora naturalia continentur; artificiale, quo res aliae natura disiunctae per industriam humanam coniunguntur in vnum & continuum aliquid; ac denique morale, quo per institutum humanum diuersa individua ita colliguntur, vt vnum esse intelligantur; iisdem nominibus tria illa corporum genera distinguunt, vt primum dicant naturale, alterum artificiale, tertium morale. Pvfendorf. *l.* 8. *de I. N. & G. c.* 12. §. 7. Quod vltimum huius loci est.

§. III.

ALTERA: *In persona vna homines esse vel aequales inter se, vel vnum alteri subiici.*

Altera obseruatio est: In persona vna vel homines esse omnes inter se aequales, vel vnum paucosue gaudere praeeminentia, vt in societatibus rectoriis, vbi voluntas vnius vel paucorum illorum pro voluntate omnium haberi consueuit.

§. IV.

TERTIA: *Plures illos homines in vna persona coniunctos diuersam a singulis qualitatem sortiri.*

Tertia obseruatio est: Plures illos homines, personam vnam induentes, diuersam a singulis qualitatem nanciscì. Quemadmodum enim ex commixtione & temperatione plurium simplicium ptouenire potest compositum quid, cui tales adsint qualitates, quae in nullo simplicium mixtionem ingredientium reperiuntur: ita & corpora moralia, ex pluribus hominibus constantia, pro ratione finis aliquod ius habere possunt, quod formaliter penes neminem singulorum fuit, quale ius ex eiusmodi velut coalitione ortum per rectores istorum corporum exercetur. Sic nemo dixerit, homines singulos habere facultatem sibi ipsis leges ferendi, & tamen, dum omnes voluntatem suam voluntati vnius subiiciunt, potestas leges omnibus praescribendi oritur. Sic nemo ius habet in vitam suam, vt eam sibi adimat: at, constitutis ciuitatibus, ius vitae & necis penes summum esse imperantem, ex necessitate finis intelligitur.

§ V.

QVARTA: *Non tamen, qui sub vna persona continentur, omnino singulos esse desinere.*

Quarta obseruatio est: Non tamen, qui sub vna persona continentur, omnino singulos esse desinere, sed interdum certo aspectu esse & manere tales. Ostendit hac in re discrimen Pavlvs ICtus in *l. in rem* 23. §. 5. *D. de rei vindicat.* inter corpora moralia & artificialia: *In corporibus*, inquiens, *quae ex distantibus corporibus essent, constat, singulas partes retinere suam propriam speciem, vt singuli homines, singulae oues: ideoque posse me gregem vindicare, licet aries tuus immixtus sit, sed & te arietem vindicare posse. Quod non idem in cohaerentibus corporibus eueniet: nam si statuae meae brachium alienae statuae addideris, non posse dici, brachium tuum esse, quia tota statua vno spiritu continetur.* Sic contra inuasionem iniustam & violentam etiam in ciuitate cum internecione alterius se defendere licet, vt alibi docetur. Sic ciuis alicuius reip. in extero territorio delinquens ibidem puniri potest, vt nulla propriae ciuitati conquerendi causa sit.

§. VI.

QVINTA: *Quae ad personam illam referuntur, non*

Quinta obseruatio est: Quae ad personam illam referuntur, non esse singulorum, nisi per consequentiam. Sic minister vniuersitatis non est minister singulorum in illa vniuersitate. *l. sed si* 10. § 4. *D. de in ius vocando.* Sic, quod vniuersitas debet, singuli non debent, vt est in *l. sicut* 7. § 1. *D. quod cuiusque vniuersit. nomine.* Nimirum si vniuersitas bona habeat: alioquin enim tenentur non singuli, sed qua sunt vniuersorum.

Bene

Digitized by Google

Bene SENECA l. 6. de benefic. c. 20. *Si quis patriae meae pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc aes alienum profitebor, ad exsoluendum tamen hoc portionem meam dabo.* Supra c. 19. dixerat: *Deinde ego quoque illi non tanquam proprium debebo, sed quomodo vnus e populo: non tanquam pro me soluam, sed tanquam pro patria conferam. Et singuli debebunt, non tanquam propriam, sed tanquam publici partem.* Sic legatum vniuersitati singulis non debetur, vt est pronunciatum apud RICHTERVM *part.* 1. *Dec.* 37. Quin PAPINIANVS in l. 2. D. de rebus dubiis ait: *ciuibus ciuitatis legatum vel fideicommissum datum ciuitati relictum videri.* Sic, si vico alicui pascendi ius in alieno competat, parte vici alienata, ad hanc ius illud non transit. MEVIVS *p.* 8. *Dec.* 275. *esse singulorum, nisi per consequentiam.*

§. VII.

Sexta obseruatio est: Vt plures homines censeantur vna persona, non ex vno fonte profluere: vel enim lex id fingit, vel conuentio hominum efficit. Pro qua diuersitate non incongruens existimamus, si tractationem hancce partiamur. SEXTA: *Vnam personam vel a lege fingi, vel conuentione effici.*

SECTIO I.

DE PLVRIBVS HOMINIBVS PERSONAM VNAM EX FICTIONE IVRIS GERENTIBVS.

§. I.

NAtura pater & filius eadem esse persona pene intelligumtur, ait IMPERAT. IVSTINIANVS *in l. final. C. de impub. & aliis substitut.* IDEM in §. 4. I. de inutil. stipulat. *Vox tua tanquam filii est, sicut & filii vox tanquam tua intelligitur in iis rebus, quae tibi acquiri possunt.* Quae fictio in ipsa natura fundamentum habet. Vere enim ARISTOTELES I. *magnorum moralium* 34. ὥσπερ γὰρ μέρος τί ἐστι τῦ πατρὸς ὁ υἱὸς πλὴν ὅταν, ἤδη λάβῃ τὴν τῦ ἀνδρὸς τάξιν καὶ χωρισθῇ ὑπ' αὐτῆς. *Nam veluti membrum patris est filius, nisi iam virilem induerit aetatem, qua ab ipso separetur.* Pertinent autem haec ad patrem, qui liberos in potestate habet, non matrem. Nimirum leges a viris factae ferme solis consulunt patribus, vt Persica memorata Aristoteli, & Romana, de quibus nunc agimus, quorumque meminerunt Graeci etiam Philosophi, EPICTETVS primum, deinde & SIMPLICIVS, neque minus PHILO Iudaeus *libro de legatione.* *Ex fictione iuris* pater & filius vna esse persona intelliguntur.

§. II.

Hinc fluit primo, quod est in l. 4. D. de iudiciis: *Lis nulla esse potest cum eo, quem in potestate habemus, nisi ex castrensi peculio.* PAVLVS in l. 16. D de furtis. *Ne cum filiofamilias pater furti agere possit, non iuris constitutio, sed natura rei impedimento est; quod non magis cum his, quos in potestate habemus, quam nobiscum, agere possumus.* conf. *l. actiones* 7. *D. de obligat & action. l.* 3. *C. de in ius vocando.* GLOSSA & quidam alii id iure Canonum mutatum existimant, perperam huc trahentes *cap. non est vobis* 11, *X. de sponsalibus*, quoniam ibi non iure actionis aduersus patrem, qui vxorem filii detinebat, sed officio iudicis processum fuit. Sunt tamen, qui consuetudinem cum Germaniae, tum aliorum locorum, in diuersum abiisse affirmant, quos inter est VVLTEIVS *l.* 3. *de iudiciis c.* 5. *n.* 11. Filium aduersus parentem iniuriarum agere, sed verbis in factum temperatis, posse, est apud CARPZOVIVM *Dec. Illustr.* 243. *Hinc inter patrem & filium lis non est.*

Digitized by Google

§. III.

Nec obligatio civilis.

Fluit hinc porro, nec obligationem ciuilem inter patrem & filium consistere posse. *Quare inutilis est stipulatio*, vt ait Imperator §. 6. I. de inutil. stipulat. *si vel ab eo stipuleris, qui tuo iuri est subiectus, vel is a te stipuletur.* Adde *l. 2. D. de contrahend. emtion.* Nec donatio inter patrem & filium valet. Quo pertinet, quod Impp. in l. 11. C. de donation. rescripserunt: *Cum partem de bonis tuis in eum, qnem in potestate habes, donationis titulo contuliſſe te commemores, non est incerti iuris, in eum, qui in sacris familiae tuae remanet, destinationem magis paternae voluntatis factam, quam perfectam donationem peruenisse.* Nisi donatum fuerit ex causa castrensi vel quasi *l. 1. C. de castrensi pecul. l. 4. C. de Aduocatis* 1. Quin sunt, qui ob singulare filiifamilias meritum donationem validam esse vulgo contendunt. v. Gail. 2. *Obs. 38. n. 3. & 4.* Wissenbach. *ad tit. D. de donation.* §. 5. Hahn. & Bachov. ad Wesembec. *d. tit. n. 4.* Quod tamen dubitatione insigni non caret; Quoniam qualitas bene meritorum non videtur tollere posse illam relationem, quae est inter patrem & filium, nec facere, quo minus filius sit & maneat in potestate: deinde relatio gratiae parentibus plene fieri nunquam potest; vt & Aristoteli, & ad Decalogum Philoni notatum, cuius haec sunt verba egregia: Πῶς ἂν ὁ γεννηθεὶς ἀντιγεννῆσαι δύναιτο τὸν σπείραντας; *Quomodo ab aliquibus genitus eos vicissim generare possit?* Vid. Bachov. 2. *ad Treutl. Disp. 19. §. 3. lit. E.* Merenda *l. 1. Controv. 22.* Illud minus dubii habet, donationem talem silentio morte patris confirmari. *l. 25. C. de donation. inter vir. & vxor.* iunct. *Nouella 162. c. 1.* vbi quod constitutum est *d. l. 25.* transfertur ad omnes alias personas. v. Tvlden. *in Cod. de donat. inter vir. & vxor. n. 4.* Plane vt pater, emancipando filium, res donatas non auferens, eas filio confirmasse censetur. *l. 31. §. 2. D. de donation. l. 17. C. eod.* Gail. *d. l. n. 7.*

§. IV.

Quod ius moribus Germaniae non est sublatum.

Sunt, qui ius hocce moribus hodiernis sublatum dicunt, cum singularis illa Romanorum patria potestas exoleuerit. Groenewegivs *ad §. 4. & 6. I. de inutil. stipulat. & ad l. 4. D. de iudiciis, cum* Avtvmno, Gomezio, Bvsio. Quod in Germania non facile admittendum, cum certum sit, eo vsque semper saluam Romanis legibus esse auctoritatem, donec earum abrogatio doceatur. Sane Elector Saxoniae ius hocce confirmauit *Decis. Electoral. 23.* & ibi Philippi *Obs. 1.* Apud eosdem Saxones tantum valet donatio mobilium, a patre in filium collata. v. Carpzov. *part. 2. const. 12. def. 22.* Et singulare est, Principes Imperii filiis suis donare posse, & experientia teste probat Myler *c. 27. de Principib. Imperii §. 5. & 7.* Sane, vt valide obligatio contrahi posset, nouimus, patres etiam illustres filios suos ante emancipasse, quam cum iis paciscerentur.

§. V.

Nec filiusfamilias in testamento patris testis esse potest.

Ex eodem principio promanat, filium in testamento patris, & patrem in testamento filii testem esse non posse. §. 9. *I. de testament. ordinand.* Ordnung der Notarien in Recess. Imp. Colonienſ. A. 1512. *tit.* von Teſtamenten §. 6. ibi: auch die, ſo in Gewalt des Teſtirers. Quod proinde ad emancipatum produci non debet *l. 20. D. qui testamenta facere poss.* Etsi dissentiant Schneidewinvs & Carpzov. *part. 3. const. 3. def. 7.* Quibus occurri potest ex Struvio *Ex. 32. §. 13.* Porro hinc fluit, donationem inter coniuges vetitam, nec ab illis fieri posse, qui coniugem in potestate habent, *l. 3. §. 3. D. de donat. inter vir. & vxor. l. 4. C. eodem.*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Caeterum ex dictis facile intelligitur, quae hucusque prolata sunt, non pertinere ad res castrenses vel quasi: quoniam harum intuitu filiusfamilias est vice patrisfamilias. *l. 2. D. ad SCtum Macedonian.* v. LL. parallelas apud TABOREM *Barbos. locuplet. voce obligatio, ax. 16.* Praeterea ea locum non habent, si filiusfam. non qua talis consideratur. Hinc patris suffragium proficit filio, qui in eius potestate est, vt Syndicus vniuersitatis fiat: *quoniam hoc quasi Decurio dedit, non quasi domestica persona,* vt est in *l. item 6. D.* *quod cuiusque vniuersit. nomin.* Nec obtinent in foro conscientiae, quippe vbi de veritate agitur. Quae causa est, quamobrem donatio inter patrem & filium, iureiurando vallata, subsistat. MYNSINGER *cent. 2. obs. 33.* TABOR *Barbos. locuplet. voce pater, ax. 3. in fine.* Sed nec ad tertium fictio haec se exporrigit: Hinc pater & filius in extranei testamento possunt esse testes. §. 8. *l. de testament. ordinand.* vbi BACHOVIVS. Nec ad causas publicas, ceu in quibus filiusfam. loco patrisfamilias habetur. *l. 9. D. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. Et filiusfamilias* (suo nomine contrahens) *in omnibus causis tanquam paterfam. obligatur, & ob id agi cum eo, tanquam patrefamilias, potest,* vt est in *l. 39. D. de obligat. & action.* Conf. *l. tam ex contractu 57. D. de iudiciis.* Multo minus ad delicta quoque pertinent. Neque enim pater ex delicto filii tenetur §. *vlt. I. de noxalib. action. l. 58. D. de reg. iur.* Nisi lex siue statutum patrem ex delicto filii ad mulctam, quae nimia non est, pro eo soluendam obliget. Quam legem validam esse, recte asserit BRVNNEMANNVS *ad l. 1. C. ne filius pro patre,* v. BACHOV. *Disp. 8. de actionib. coroll. 1.* CARPZOV, *part. 3. const. 12. def. 10.*

Quae diximus, locum non habent in rebus castrensibus, nec in negotiis tertii, multo minus in delictis.

§. VII.

Denique ex illa vnitatis fictione oritur ius suitatis, vi cuius liberi in potestate patria existentes domestici haeredes sunt, & viuo quoque patre quodammodo domini existimantur, siue, vt est apud SYMMACHVM. *l. 1. ep. 9.*, non tam testamento scribi, quam gigni dicuntur. Unde sui aditione nulla opus habent, sed ipso iure a tempore mortis ignorantes quoque haeredes extitisse videntur. *l. 19. §. 2. de castrens. pecul. l. 9. §. vlt. de reb. dubiis. l. 8. C. de suis & legitim. l. 3. C. de iure deliberandi.* Et ad quoscunque haeredes extraneos haereditatem transmittunt. *d. l. 8. C. de suis & legit. d. l. 3. C. de iure deliberandi.* Inde etiam pater substituit liberis suis, licet exhaeredatis. §. 4. *de pupillar. substit.* (neque enim exhaeredatio ius suitatis tollit.) Et si suus, antequam se bonis paternis immiscuerit, moriatur, vi solius, quam Graeci ἀναφανὴν vocant, substitutum excludit. Vt recte docet STRVVIVS *Ex. 33. Syntagm. iur. civil.* §. 17. Ex eodem iure est, quod pater vindicat liberos, & exhiberi postulat. *l. 1. §. 2. D. de rei vindicat. l. 1. §. 1. D. de liberis exhibend.*

Denique ex fictione hac fluit ius suitatis.

§. VIII.

Vnitatis quoque insigne exemplum est in defuncto & haerede. Tralatitium enim est: Defunctum & haeredem haberi pro vna persona. Quod ita expressit Nouella 48. principio: Ἡμετέροις δοκεῖ νόμοις, ἓν πως εἶναι πρόσωπον, τὸ τε κληρονόμου, καὶ τὸ τῷ ἐξ αὐτὸν παραπέμποντος τὸν κλῆρον. *Nostris vtique videtur legibus, vnam quodammodo esse personam haeredis & eius, qui in eum transmittit haereditatem.* & H. GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 9. §. 12. Haeredis personam quoad dominii tam publici quam priuati continuationem pro eadem censeri cum defuncti persona, certi iuris est.* Quorsum etiam recidit,

Porro ex fictione iuris defunctus & haeres vna persona sunt.

Digitized by Google

quod est in *l. 59. D. de Reg. iur. l. 149. D. eod. l. 14. C. de euiction. l. si ab eo 7. C. de liberali causa. l. 10. C. de solution. l. 7. C. de bonis auctor. iudic. possidendis*; haeredem defuncti personam referre, & eiusdem iuris potestatisque esse, cuius fuit defunctus; &, quod vulgo dicitur: Haeredem ad factum defuncti praestandum obligari. Berlich. *part. 2. concl. 54. n. 4.* Mevivs *Cons. 1. n. 50. & Cons. 67. n. 117.* de Mesa *l. 1. var. resolut. c. 19. n. 14.* & Dd. passim. Cuius ratio, quoniam nemo factum proprium, quod sc. conuentionem inducit, impugnare potest. Et profecto *persona nulla est, quae ad vicem eius, qui e vita migrat, propius accedat, quam haeres*, vt ait Cicero II. de legibus.

§. IX.

Vnde consequitur, obligationem, qualis in defuncto fuit, ad haeredem transire. Nisi quod obligatio diuidua inter plures haeredes diuidatur actiue & passiue.

Cui consequens, obligationem, qualis in defuncto fuit, transire in haeredem, non tam ex aditione haereditatis, quippe quae tantum est causa sine qua non, quam potius ex illa fictione vnitatis, de qua diximus. Vnde etiam est, quod Pavlvs ICtus dixit l. 2. §. 2. de verb. obligat. *Ex persona haeredum conditionem obligationis immutari non debere.* Locutus autem fuerat de obligatione generis & alternatiua. Equidem, si obligatio est diuidua, ea iure ipso, sine citra factum hominis, diuiditur inter haeredes creditoris & debitoris, actiue & passiue, vt Dd. loquuntur. Verum hoc est ex lege XII. Tabb. *l. 25. §. 9. & 13. D. famil. erciscund. l. 6. C. eod. l. 26. C. de pactis l. 1. C. de exception. l. 1. C. si certum petatur. l. 10. C. de iure deliberandi. l. 1. & 2. C. de haereditar. action. l. 1. & 2. C. si vnus ex plurib. haeredib. creditoris vel debitor. partem deb. soluerit vel acceperit.* Mevivs *part. 1. Dec. 115.* Carpzov. *part. 2. const. 2. def. 25.* Et ipsa recta ratione fundatur. Nam iniquum esset, haeredem vltra mensuram portionis, quam accepit ex haereditate, vel aduersum debitores agere, vel obligari. Qvintilianvs *decl. 336. Duos pater noster filios reliquit: & necesse est, sicut bona, ita onera quoque esse communia.* Et si plures sunt haeredes, quisque refert personam defuncti non omnino, sed pro portione haereditaria *l. 2. §. 2. in fine D. de Praetoriis stipulation.* Hinc pluribus vnius deponentis haeredibus actio tantum pro portione haereditaria datur. *l. 1. §. 36. D. depositi.* Et depositarii plures haeredes *singuli* tantum pro portionibus haereditariis tenentur. *l. 7. §. 1. l. 9. D. eodem.* Hinc actio commodati aduersus plures haeredes datur pro rata haereditaria. *l. 3. §. 3. D. commodati.* Porro vnius praeponentis haeredis actione institoria pro portione haereditaria obstringuntur. *l. 14. in fine l. 15. D. de institor. actione.* Adde de actione ex testamento ratione legatorum, *l. 44. D. de legat. 2.*

§. X.

Ex quo plura consectaria deducuntur ratione haeredum creditoris & debitoris.

Ex quibus porro consequitur, vnum ex creditoris haeredibus, non expectato iudicio familiae herciscundae, partem suam vel extraiudicialiter a debitore petere, vel iudicialiter pro parte sua contra debitorem experiri posse, nec vllum cohaeredi in partem hanc suam ius esse. Molinaevs *extricat. labyr. diuid. & indiuid. part. 1. n. 25.* Quin si vnus ex creditoris haeredibus haereditariam portionem exegerit, & interea inanis vel difficilis facta sit actio aduersus debitorem, nullam aduersus hunc reliquis cohaeredibus ob partem hanc exactam competere actionem. *l. final. C. Depositi.* vbi Brvnnemannvs, Salgado de Somoza *labyrinth credit. part. 2. c. 11. n. 42.* Alphonsvs de Olea *de cession. iur. action. quaest. 10. tit. 6. n. 6.* Retro, quantum attinet debitoris vnius plures haeredes, quemlibet intuitu partis ad cohaeredem spectantis pro extraneo & plane non obligato haberi; nec in aliquid amplius, quam pro portione sua haereditaria, conueniri a creditore posse, arg. *l. 14. C. de*

rei

Digitized by Google

rei vindicat. l. 6. C. de haereditat. action. CARPZOV. *Decis. 252.* RICHTER *part. 2. Dec. 55.* Et vni ex pluribus debitoris haeredibus in solidum conuento exceptionem competere, non sum solus haeres, si modo ea iusto tempore fuerit opposita. CARPZOV. *l. 6. Respons. 64.* MEVIVS *part. 3. Dec. 99. & part. 5. Dec. 42.* Etiamsi bona haereditaria omnia possideat. MEVIVS *part. 1. Dec. 115.* Hinc vnus ex debitoris haeredibus partem suam offerre potest. Mora vnius ex cohaeredibus caeteris vigilantibus non obest *l. 39. de negot. gestis.* Nec condemnatio vnius caeteris, vt vt scientibus, vllum damnum adfert. *l. 63. D. de re iudicat.* Nec, si vnus cohaeredum soluendo esse desinat, id reliquos onerat, arg. *l. 33. de legat. 2.* MOLINAEVS *d. tract. part. 2. n. 63. sequ.* Nec interruptio praescriptionis, vni facta, ad alios cohaeredes non interpellatos pertinet. Nam quod de correis constitutum in *l. final. C. de duob. reis,* & ad plures fideiussores producit HERING. *de fideiussor. c. 20. §. 18. n. 11;* profluit ex natura obligationis correalis & fideiussoriae: at in cohaeredibus debitoris singulis tot sunt summae, quot eorundem personae, tot obligationes & tot debitores, quot haeredes. Quibus consequens est, haeredum debitoris pactionem, vt vnus soluat, creditori fraudi esse non posse. *l. 40. §. 2. D. de pactis l. 25. l. 26. C. eodem.* Bene QVINTILIANVS decl. 336. *Finge, esse aliquem ex creditoribus, qui partem crediti sui a me petat: Quid respondere possum? agrum fratri dedi: cum fratre meo conuenit mihi, vt ille solueret. Num dubium est, quin dicturus fuerit creditor: Partem tu debes mihi: patri tuo credidi, cuius ex parte dimidia haeres es. Assem non possum a te petere; semissem petere possum. Ergo, etiamsi conuentione aes alienum transferebatur ad te, iure tamen & veritate erat & meum.* Add. Dissert. nostra *de pacto, alium daturum facturumue sect. 3. §. 6.* Quae & alia prolixe persecutus est ANDR. FROMMANNVS *Dissert. de statu obligationis diuiduae post mortem primi debitoris,* & altera *de statu obligationis diuiduae post mortem primi creditoris.*

§. XI.

Enimvero, quae iam diximus, non habent locum, si vnus cohaeredum rem hypothecae obligatam solus teneat: est enim natura pignoris indiuidua *l. 2. C. si vnus ex plurib. haeredib.* Plane vt rei vindicatione aut actione personali in rem scripta haeres, non qua talis, sed qua possessor, conuenitur *l. 42. l. 51. l. 55. D. de rei vindicat. l. 1. §. final. si quadrup. pauper. fecisse dicatur.* Vnde porro est, vnum ex debitoris haeredibus in solidum hypothecaria actione conuentum exceptionem excussionis intuitu cohaeredum suorum opponere haud posse, vt bene docuit A. FABER *l. 8. C. tit. 20. d. 2.* MEVIVS *part. 8. Dec. 198.* & *part. 9. Dec. 183. n. 8.* BRVNNEMANN. *cent. 1. Dec. 44.* Quanquam hoc fallat in hypotheca legali pro legatis & fideicommissis constituta, de quo videatur *Dissert. nostra de effectib. inuentar. non confecti, sect. 1. §. 2.* Addendum & hoc est, actione personali, v. g. commodati vel depositi, conuentum vnum ex cohaeredibus, si possideat rem, iudicium declinare non posse *l. 3. §. 3. D. commodati.* quoniam nullo incommodo afficitur habens rem, quam commode restituere potest.

Et limitatio subiicitur, si vnus cohaeredum rem hypothecae obligatam solus teneat.

§. XII.

Caeterum regula de praestando facto defuncti, quam supra posuimus, multifariam limitatur. Nam primo lex interdum haeredem ab obligatione defuncti liberat. Quo pertinet, quod est in l. final. C. de euictione. *Haeredem fideiussoris rerum, pro quibus defunctus apud haeredem interceſſerat pro venditore, factum eius, cui succeſſit, ex sua persona dominium vindicare non impediri, sc. euictionis causa durante actione.* Censuerunt enim Impp.

Caeterum limitas de functi & haeredis dissilit, & hic ad

Digitized by Google

factum illius praestandum non tenetur primo ob legem,

Impp. satis esse, si fideiussor tantum se ac bona sua improuida fideiussione illigaret. Quae ratio forte melior est, quam illa a Brvnnemanno *ad l. 11. C. d. t.* allata. Plane vt hodie legibus quorundam locorum haeredes ex fideiussione defuncti prorsus non obligantur, nisi aliud expresse fuerit conuentum, vt de Ducatu Luneburgensi testatur, praeter Modestinvm Pistorem, Berlichivs *part. 2. concl. 26. n. 11.* De Ducatu Mecklenburgico Scheplitz. in *addit. ad Clammeri promptuar. iur. l. 3. tit. 34.* Adde de regno Bohemiae & Normandia Hering *de fideiuss. c. 20. §. 10. n. 83.* Huc quoque referendum, quod haeres voluntatem defuncti, vt ne vsufructuarius praestet cautionem, siue illam, quae est de vtendo boni viri arbitratu, siue alteram, quae est de restituendo, obseruare haud teneatur. *l. 6. D. vt in possess. legator. seruandor. l. 7. C. eodem. l. 1. C. de vsufructu.* Nisi enim lex ita statuisset, vix ratio idonea afferri poterat, quamobrem voluntas illa defuncti non valeat, cum testator liberum de rebus suis disponendi habeat arbitrium. Enimuero videbat Legislator, testatores interdum esse nimium liberales; *parce* enim, inquit Tacitvs, *nec vt moriturus*: deinde eos non satis futura expendere, confisos plus, quam oportet, fidei ac frugalitati vsufructuarii: e contrario iniquum fore, si proprietatem rei nactus ea contra voluntatem defuncti excideret. Diuersum est in cautione ratione legatorum aut fideicommissorum, sub die vel conditione relictorum, *l. penult. C. de pactis. l. 12. l. final. pr. D. vt legator. siue fideicommissor. seruand. causa cav. l. 2. l. 7. C. eod.* Cuius forte ratio est, quia talis legatarius vel fideicommissarius ius nullum habet ante existentiam conditionis, sub qua legatum, aut si sub die certo legatum, id tantum actu primo debetur. Ius autem nondum plene quaesitum facilius auferri potest. Aliud exemplum est in haerede magistratus, qui in constitutione tutelae dolum vel culpam admisit, quippe non nisi ex dolo & culpa lata conueniendo. *l. 4. l. 6. final. D. de magistratib. conueniend. l. 2. C. eod.* Nimirum actio illa subsidiaria contra magistratum, vt aliae subsidiariae actiones, ex sola aequitate a lege datur, vt alibi latius probatur. Lex autem mitius cum herede agendum esse existimauit. Quod etiam in actione tutelae, si haeres ob culpam siue negligentiam tutoris conueniatur, obtinere vulgo putatur, propter *l. haeredes 1. C. de haered. tutor. vel curat.* etsi post Cviacivm dissentiat Mevivs *part. 8. Dec. 22.*

§. XIII.

Deinde si actus est nullus simpliciter. Nam si nullus est certo aspectu, distinctione opus est.

Deinde limitatur, si negotium defuncti est nullum. Vbi multum refert, an nullitas sit mera siue simplex; an secundum quid, siue certo aspectu. Illa est, cum id, quod vetatur principaliter, cedit in detrimentum publicum. Quicquid enim, vt ait Nicol. Bvrgvndvs *de euiction. c. 8. n. 4.* ob eam causam lex vetat, absolute & perpetuo vetat, semperque sese opponit negotio contracto, eique tam contumaciter resistit, vt ad infringendum illud priuatae personae contradictionem non expectet, & ideo, si quid fiat contra eiusmodi prohibitionem, vel in fraudem eius committatur, non solum cassum reddit & inutile, sed etiam pro infecto habet *l. 5. C. de LL.* Quo pertinent contractus aut testamenta circa res, quarum non est commercium, vt puta, loca sacra, liberum hominem, domanium Regis, & huius generis alia. Quibus consequens, non modo alienantem factum suum impugnare posse, sed & haeredem, vt factum defuncti praestet, non teneri. *l. quemadmodum 7. C. de agricolis & censit. l. XI.* Nicol. Bvrgvnd. *c. 101. n. 1. cum allegat.* Non idem dicendum semper, si nullitas est respectiua. Nam si causa prohibitionis alienantem respicit; vti ipse retractare potest eundem actum, ita & haeres eius,

Digitized by Google

eius, quoniam ex persona defuncti ad eum nihil deuolutum est, per quod ad comprobationem adstringatur. Sic donatio quingentos solidos excedens nec donatorem tenet, nec eius haeredem: lex enim prospicere voluit donatori, ne fraudibus donatariorum circumueniatur, aut redigatur ad paupertatem ex nimia & profusa liberalitate. Sic alienatio rerum minorum sine decreto facta, intuitu horum, est ipso iure nulla. Ergo nec haeredem eius adstringit, tametsi minor promiserit, se haeredemue suum ratum habiturum. v. BVRGVND. *d. l. n.* 2. *& sequ.* Tanto minus, si causa prohibitionis alienantem simul & eius haeredem respiciat, actus valebit. Sic in Flandria donationes inter virum & vxorem ideo sunt vetitae, ne quid ex bonis alterius ad alterum perueniat: quoniam vterque contentus esse iubetur iure communionis, nisi aliud per contractum antenuptialem conuenerit. Et ideo, si donator superuixerit, reuocare poterit suam donationem. Poterit etiam haeres eius, quia non valet respectu vtriusque. BVRGVNDVS *d. l. n.* 18. At, si causa prohibitionis non respiciat alienantem, sed fauorem tertii, non valet alienatio, in cuius fauorem prohibitio introducta est; si tamen hic alienanti successerit, praestare debet factum defuncti, quoniam adeundo haereditatem fauori suo renunciat. Exempli gratia: maritus distraxit fundum dotalem: vxoris intuitu alienatio non valet. Finge autem, vxorem marito succedere, reconualescit alienatio propter nouum post mariti obitum ex aditione consensum. *l. dotale* 13. §. *final. D. de fundo dotali.* vt recte sentit BVRGVNDVS *d. l. n.* 11. etsi cum COVARRVVIA & BARBOSA dissentiat BRVNNEMANNVS *Cent.* 4. *Dec.* 33. Rursus, si pignori alienam rem, non consentiente domino, supponenti successerit eius dominus, valere incipit pignus. *l. si Titio* 22. *D. de pignor. & hypoth.* de quo alibi. Sic & res haeredis legari potest, & valet propter aditionem legatum simpliciter. *l. vnum* 67. §. *si rem tuam* 8. *de legatis* 2. Sic, si pater proprio nomine, aut mater, fundum filii distraxerit, filius, in cujus fauorem alienatio est nulla, si successit alterutri, fundum vindicans exceptione doli merito repellitur. *l. cum a matre* 14. *C. de rei vindicat.* v. BVRGVND. *d. libr. c.* 102. 103. 104. Similiter haeres fideicommissum a defuncto distractum petere nequit. *l.* 114. §. *cum pater* 15. & ibi Dd. *de legat.* 1. BVRGVNDVS *d. l. c.* 105. *cum plur. allegat.* Caeterum, quae nunc diximus, locum non habent, quoties per factum defuncti haeres priuatur beneficio, sibi a lege indulto, quod nisi adeundo consequi non potest. Vt puta, si pater donauit in fraudem legitimae liberorum, libertus in fraudem patroni, arrogator in fraudem arrogati, absurdum foret, si liberi, patronus, aut arrogatus, priuarentur beneficio legis, quo frui non possunt absque aditione, vt pluribus probat BVRGVNDVS *d. l. c.* 101. *n.* 16. 17. *c.* 103. *n.* 5. Cui addendum, idem esse, si lex haeredem specialiter a praestando defuncti facto absoluat. Sic conuentio defuncti, vt cohaeredum vnus totum debitum soluat, non tenet. v. MEVIVS *p.* 5. *Dec.* 66. Quo demum pertinet regula ICtorum apud MEVIVM *d. l. n.* 5. In his, quae haeres non a defuncto, sed a semetipso habet, non obstringi ad factum defuncti praestandum, sed ei contrauenire posse.

§. XIV.

Porro a praestando defuncti facto liberatur haeres propter culpam tertii. Hinc, ad- Porro *pro-*
ministratore mortuo, qui se saepius obtulit ad rationes illi, cui reddendae erant, haeres *per cul-*
eius ad iustificationem dubiorum non tenetur. Videtur enim dominus negotii mortem *pam tertii*
administratoris ideo expectasse, vt eius haeredem, qui forte in probabili ignorantia ver- *certo casu.*
sabatur, & necessaria rerum gestarum notitia destituebatur, tanto facilius illaqueare posset. ESCOBAR. *de Ratioc. c.* 6. *in fine.* MENOCH. *l.* 2. *praesumt.* 191. *n.* 7. BRVNNEM. *Cent.* 4. *Dec.* 2.

Digitized by Google

§. XV.

Denique in factis ad personam defuncti restrictis.

Denique, si factum ad personam defuncti fuit restrictum, id ad haeredem non pertinet. Sic priuilegia personalia ad haeredes non transeunt. Sic, si factum aliquod personae promissoris cohaereat, id cum persona promissoris intermoritur. *l. centesimis* 46. §. *si ita stipulatus fuero. l. si decem* 48. *de V. O. l.* 83. *C. de contrab. stipulat. l. final. D. de condit. instit.* v. Iohann. a Sande *ad l.* 18. *D. de R. I. in fine.* Sic mandatum, sic societas morte intercidit: quoniam iudicio & affectu mandatarios pariter, ac socios, eligimus, de quo alibi. Sic iusiurandum personam eius, qui iurauit, non egreditur: neque enim dici potest haeres reuerentiam diuini Nummis neglexisse, quod ipse non inuocauerat. v. Pvfendorf. *l.* 4. *de I. N. & G. c.* 2. §. 17. & *in not. nostris.* Sic *iniuriarum & actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant.* l. 7. §. 1. D. de capite minut. siue, vt est in l. 26. D de poenis. *Vnusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur.* Quanquam non pauci sint, qui haeredem ob damnum, a defuncto datum, ex aequitate teneri velint. v. Brvnnemann. *ad l.* 7. *D. depositi n.* 3. & *sequ.* Mevivs *part.* 5. *Dec.* 39 *n.* 4. Schilter *ad tit. I. de perpet. ac temporal. action. n.* 7.

§. XVI.

Coronidis loco notatur, interdum haeredem prima facie videri impugnare factum defuncti, sed non reuera.

Coronidis loco adhuc notari meretur, interdum prima facie videri haeredem ire contra factum defuncti, sed reapse id non impugnare. Cuius exemplum insigne est in filio haerede, qui fundum a patre distractum, hoc mortuo, ad se reuocat iure retractus. Nam filius beneficio consuetudinis alienam emtionem in se transfert, atque in emtoris locum ita succedit, quasi ipsemet a patre comparasset; & consequenter factum defuncti non impugnat, quia non infirmat venditionem, sed eam retrahendo potius confirmat. Quapropter non tenetur de euictione iure haereditario, quae hic nulla esse potest, cum subsistat ipsa venditio, filiusque ius sum tantummodo exerceat, quod ei natum fuit beneficio consuetudinis propter alienationem extra familiam. Adde, retractum exerceri ex causa, quae post contractum accidit emtori, quo casu praestationem euictionis posci non posse, in aperto est. (v. Mevivs *part.* 5. *Decis.* 312. Brvnnemann. *cent.* 4. *Dec.* 9.) Ita recte sentiunt Ioann. a Sande *l.* 3. *Decis. Frisic. tit.* 5. *def.* 7. Mevivs *ad ius Lubecens. part.* 3. *tit.* 7. *art.* 2. Nic. Bvrgvndvs *de euict. c.* 103. *n.* 7. Strvvivs *Ex. ad D.* 23. §. 57. Stryckivs *Diss.* 6. *de success. ab intest. c.* 2. §. 13. *sequent.*

Tertium exemplum fictae vnitatis est inter defunctum & haereditatem iacentem, quae in iure dominus & domina vocatur.

§. XVII.

Affine huic est tertium exemplum defuncti & haereditatis iacentis. De hac enim dicitur in pr. I. de stipulat. seruor. *in plerisque personae defuncti vicem sustinere.* conf. §. 4. *I. de haeredib. instit. l.* 31. *in fine D. eod.* Et sane haereditas iacens instar hominis concipitur, vocaturque modo dominus, modo domina, *l.* 3. §. 2. *D. ad L. Aquil. l.* 34. *de acquir. rer. domin. l.* 31. §. 1. *D. de haered. instit. l.* 13. § 1. *quod vi aut clam l.* 9. *C. depositi.* Eidem curator dari solet, qui actionibus, quibus contra eam locus esse potest, respondeat. vid. Mevivs *part.* 5. *Decis.* 286. & *part.* 8. *Decis.* 192. Conf. *part.* 7. *Decis.* 97.

Quartum exemplum est

§. XVIII.

Exemplum his quartum accedant liberi, qui parentem defunctum in successione eodem gradu, quem ipse obtinebat, referunt ac repraesentant, & hactenus pro vna persona habentur, iure, quod vocant, repraesentationis. Obtinet hoc ius in descenden-

Digitized by Google

dentibus in infinitum iure Iustinianeo *Nouell.* 118. *c.* 1. contra morem veterum Germanorum, quem diu retinuerunt Belgae. v. IOANN. A SOMERN *libr. de repraesent. c.* 1. §. 8. Adde *l.* 1. *paroem. iur. Germ.* 61. Idem locum habet in fratris defuncti liberis, si cum defuncti patrui vel auunculi, de cuius successione agitur, fratribus concurrant, ex legislatione itidem Iustinianea. *d. Nouell.* 118. *c.* 3. quanquam moribus hac in re valde discrepantibus, quos diligenter consignauit laudatus a SOMERN *d. l. c.* 3. §. 2. *& sequ.* In testamentis etiam ac fideicommissis repraesentationis ius se exserit ex voluntate testatoris expressa vel tacita, de quo idem a SOMERN *d. l. c.* 5. *& 6.* Cui consequens, si de diuidendo aere alieno agatur, repraesentantes pro persona aeque vna haberi. v. idem a SOMERN *d. l. c.* 8. §. 2. Caeterum, si eiusdem parentis liberi soli adsunt, personam vnam non efficiunt. Hinc ex haereditate auita pro numero capitum triens vel semis legitima est: Quoniam absque paterni gradus occupatione iure suo haeredes sunt. CARPZOV. *part.* 3. *iurispr. forens. c.* 12. *def.* 11. a SOMERN *d. l. c.* 1. §. 9. Illud adhuc notandum, diuersum a iure repraesentationis, sed tamen ei affinem esse successionem in genera, quae in ascendentium successione locum inuenit, dum vnum semissem ferunt a patre, alterum a matre ascendentes, etiamsi hi numero plures sint, quam illi, adeoque hactenus pro vna persona habeantur. *Nouell.* 118. *c.* 2. TABOR *Part. Elem. partit.* 3. *sect.* 2. §. 15. & *in ext.* a SOMERN *d. l. c.* 2. §. 2. *sequ.*

in liberis, qui in successione parentem eodem, quem ipse obtinebat, gradu referunt ac repraesentant.

§. XIX.

Caeterum heic sponte omittimus vnitatem Christi & Ecclesiae, de quo BALVZ. *ad Agobard. p.* 14.

Omittimus heic vnitatem Christi & Ecclesiae.

SECTIO II.

DE PLVRIBVS HOMINIBVS PERSONAM VNAM GERENTIBVS EX CONVENTIONE.

§. I.

COnuentione plures homines fiunt vna persona in matrimonio, in ciuitatibus, in vniuersitatibus & in correali obligatione, item certo casu in feudis. De quibus nunc singulatim agemus. In Constitutionibus, quae dicuntur CLEMENTIS, est l. 7. c. 3. Ἓν γάρ ἐισιν ἀνὴρ καὶ γυνὴ τῇ φύσει, τῇ συμπνοίᾳ, τῇ ἑνώσει, τῇ διαθέσει, τῷ βίῳ, τῷ τρόπῳ, κεχωρισμένοι δε ἐισι τῷ χήματι καὶ τῷ ἀριθμῷ. *Vnum sunt vir & vxor natura, consensu, concordia, proposito, vita, moribus; distincti figura & numero.* Quorsum pertinet, quod in primorum hominum coniugio Deus constituit, *duos esse in carne vna*, & in nouo foedere similiter expressum est MATTHAEI XIX, 5. atque ab Hebraeis sumtum, vt creditur, apud PLATONEM legimus: ὥστε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι, *ita vt, duo cum sint, vnum fiant.* v. HVGO GROTIVS *annot. ad Matth. d. l.* Hinc societatem coniugalem non temere societatem omnium principem insignimus. ARISTOTELES Κοινωνία γὰρ φύσει τῷ θήλει καὶ τῷ ἄρρενι μάλιστα ἐστιν. *Per naturam maxima societas est inter marem & foeminam.* MENANDER.

Conuentione plures homines fiunt vna persona in matrimonio.

Οἰκεῖον ὅτως ἐδὲν ἐστιν, ὦ Λάχης,
Ἐὰν σκοπῇ τις, ὡς ἀνὴρ τε καὶ γυνή.
Nihil adeo, si rem spectes, vt oportet, Laches,
Coniunctum est, quam sunt vir & materfamilias.

Digitized by Google

MODESTINVS l. 1. D. de ritu nupt. nuptias *consortium omnis vitae diuini & humani iuris communicationem* vocat. GORDIANVS Imp. l. 4. C. de crimine expilatae haeredit. ait: *vxorem sociam rei humanae atque diuinae domus suscipi.*

§. II.

Ex quo plura consectaria fluunt.

Ex hac vnitate fluit participatio vtriusque fortunae. VLPIANVS l. 22. §. 7. D. soluto matrim. *Quid enim tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri, participem esse?* Vnde etiam est, quod frigiditas aut aliud malum, in matrimonio superueniens, id non dirimat. v. *can. si vxorem* 18. *caus.* 32. *quaest.* 5. GONZALEZ. *ad cap.* 5. *X. de frigidis n.* 8. & quod actio iniuriarum inter coniuges non detur, sed in factum. JOHANN. A SANDE *l.* 5. *Decis. Frisic. tit.* 8. *def.* 9. Porro ex vnitate hac promanat, quod vxor fulgeat dignitate mariti, quam quoque vidua cum nonnullis aliis iuribus retinet; sequatur etiam forum mariti & eius domicilium; maritum comitetur exulem: maritus autem vxorem exhiberi postulet: ob corruptionem eius actione vtili de seruo corrupto experiatur; ob iniuriam vxori illatam in suam vtilitatem agat, ratione bonorum vxoris paraphernalium in iudicio tantum de rato caueat; vxor e diuerso, vt vt mulier, maritum absentem vel impeditum in iudicio defendat. v. MEVIVS *part.* 4. *Dec.* 329. Quae omnia heic pluribus persequi possemus, nisi alio loco fusius essent explicata. Illud singulare est, quod legibus Angliae cautum memorat CHAMBERLAINE *part.* 1. *Not. Angl. c.* 16. maritum obligari, vt pro offensis vxoris, lingua aut opera aduersus alterum patratis, respondeat atque satisfactionem praestet, quod non sit vsus potestate sua, qua pollet, circa errata eius. Et quod censebat Messalinus apud TACITVM IV. Annal. 20. *Cauendum SCto, vt Praesides prouinciarum aut Proconsules, quanquam insontes & culpae alienae nescii, prouincialium vxorum criminibus perinde, quam suis, plecterentur.*

§. III.

Vnitas illa magis est conspicua, vbi societas vniuersarum fortunarum inter coniuges instur.

Caeterum arctior fit illa vnitas, vbi ex lege praeter illam communionem affectuum, corporum & vitae totius, de qua diximus, fortunae quoque omnes, qualescunque sint, inter coniuges communicantur. Cuiusmodi lex multis in locis obtinet, vt docui *Diss. de societat. facto contract. sect.* 1. §. 4. & Hamburgi quoque viget, quippe vbi bona non tantum dotalia, sed & quaecunque haereditatis titulo in matrimonio acquisita pro mariti debitis obligantur. v. Stat. Hamburg. *part.* 2. *tit.* 5. *art.* 10. junct. *tit.* 11. *art.* 13. & *part.* 3. *tit.* 3. *art.* 8. Add. CRVSIVM ad Statut. Mindensia *tit.* 13. *art.* 11. *def.* 5. LAVTERB. *de societ. bon. coniug. c.* 1. §. 5. A qua differt altera societas, quae tantum lucra (acquaestum vocant) ex operis aut rebus communicatis communia facit, multis itidem in locis vsitata, v. LAVTERBACH. *d. l.* §. 6. Ex qua diuersitate complures effectus, praesertim quantum attinet solutionem aeris alieni, oriuntur, de quibus nunc agere non est propositi nostri.

§. IV.

Porro plures fiunt homines vna persona per ciuitatis constitutionem.

Ciuitas quoque siue populus vnum est. Hinc AVGVSTINVS: *Da vnum & populus est. Tolle vnum & turba est.* Nec male PVFENDORFIVS ciuitatem definit *l.* 7. *de iure N. & G. c.* 2. §. 13. personam moralem compositam, cuius voluntas ex plurium pactis implicita & vnita, pro voluntate omnium habeatur. Sane populus siue ciuitas est vnum quid, vnum habens animum siue voluntatem, actionem quoque vnam producens. Enimvero cum ciuitas sit societas rectoria, id demum pro voluntate populi habetur, quod

Digitized by Google

quod ſummus imperans, in quem ſumma rerum eſt translata, ſiue is homo vnus ſit, ſiue coetus vnus, voluerit, quantum ſc. attinet negotia, quae ad finem ciuitatis ſpectant. Nec refert, actio illa ſummi imperantis recta, an praua ſit; nam & haec ab imperante, qua tali, ſuſcipitur, & non minus actus publicos exercet Rex ſiue Senatus, qui malas leges fert, male ius dicit, ineptos magiſtratus conſtituit, iniuſta bella facit. Vbi locum habet, quod legimus apud TACITVM IV. hiſtor. 74. ſed verbis paululum inflexis: *Quemadmodum ſterilitas aut nimii imbres & caetera naturae mala, ita luxus & auaritia* (adde & alia vitia) *dominantium toleranda.* Quod de caetera multitudine, quae exſors eſt ſummi imperii, dici nequit: huius enim actio vtique priuata eſt, & ſi delinquat in externam ciuitatem, nihil peti a ſummo imperante poteſt, quam vt culpae compertos pro merito puniat, aut eos permittat arbitrio interpellantis. Quanquam interdum, quo depoſcentibus cumulatius ſatisfiat, iis optio detur. De quo vid. pluribus H. GROTIVS *l. 2. de iure B. & P. c. 21. §. 4.*

§. V.

Ex vnitate hac ſequitur, bello exorto inter duas ciuitates, licere quaeuis, ſi ius externum ſpectemus, in perſonas quaſcunque, etiam infantes, foeminas & res alterutrius ciuitatis, ſi capiantur aut in poteſtatem veniant, quod laudatus GROTIVS *l. 3. de iure B. & P. c. 4. & ſequ.* pluribus eſt perſecutus. Vere nimirum TACITVS dixit l. Ann. 48. *In pace cauſas & merita ſpectari: vbi bellum ingruat, innocentes ac noxios iuxta cadere.* Ex eadem promanat iuſtitia repreſſaliarum, de qua alibi. Deinde ciuitas quaelibet non minus, quam perſonae ſingulares, ius habet ſe obligandi per ſe, aut per maiorem ſui partem. Quod ius transferre poteſt tum expreſſe, tum per conſequentiam neceſſariam, puta imperium transferendo. Hinc ciuitas ex facto ſummi imperantis obligatur, modo is probabilem in agendo habuerit rationem, quod ob regentium auctoritatem in dubio praeſumi debet, vt bene diſſerit idem GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 14. §. 11. & ſequ.* Quomodo intelligi debet, quod eſt apud SIDONIVM 5. ep. 18. *Quicquid ſpoponderit Princeps, ſemper redhibet Principatus.*

Ex qua vnitate multi effectus ſequuntur.

§. VI.

Hoc loco quaeri non incongrue poteſt, an facta etiam miniſtrorum ciuitatis pro factis ciuitatis habeantur? Vbi nota eſt ICtorum regula: Factum miniſtri eſſe factum Principis. MYLERVS *hyparchol. c. 10. n. 24.* MEVIVS *conſ. 34. n. 29. & conſ. 100.* A qua non abludit, quod eſt in l. 1. D. de offic. procurat. Caeſar. *Quae acta geſtaque ſunt a Procuratore Caeſaris, ſic ab eo comprobantur, atque ſi a Caeſare geſta ſunt.* Et quod apud TACITVM legimus XII. Annal. 60. *Saepius auditam eſſe vocem Principis, parem vim rerum habendam, a Procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet*: Nos autem diſtinguendum exiſtimamus, an miniſter intra limites mandati officii ſiue praepoſitionis agat, an extra eos. Si prius, ciuitas vel Rector reipublicae obligabitur, etſi miniſter modum ſibi cognitum egreſſus fuerit, quoniam mandatum, quod eſt fundamentum obligationis, adeſt. Sin poſterius, vel plane non obſtringetur ciuitas, puta, ſi res ciuitatis donauerit, vel hactenus tantum, vt miniſtrum puniat, &, in quantum bona eius ſufficiunt, inde damnum paſſo ſatisfaciat, niſi ipſa ad factum concurrerit, aut peccatis miniſtri conniuendo culpae ſe participem reddiderit. Nam quod in gratiam viatorum ſiue iter facientium iure Romano conſtitutum eſt, exercitores cauponarum, navium, vel ſtabulorum teneri, quod opera malorum hominum vſi fuerint, id ſingulare eſt & ad alia miniſteria

Tractatur quaeſtio, an facta miniſtrorum pro factis ciuitatis habeantur?

Digitized by Google

produci non debet. Pertinet huc, quod legitur in scripto pro Rege Galliae contra Bonifac. VIII. Pontif. apud Leibnit. *mantiss. Cod. dipl. c.* 28. (*t.*) de illis, qui custodiunt introitum & exitum regni, ne res vetitae exportentur: *Si per iniuriam custodes passorum laedunt aliquem, vel fraudem in officio committunt, Regi culpa non debet imputari, dum tamen certioratus iustitiam exhibeat de iisdem: Mala enim electio custodum talium non potest adscribi Regi, cum ipse ponat illos, quos bonos reputat.* Ex quibus facile decidi potest quaestio, quam tractat Grotivs *l.* 2. *de I. B. & P. c.* 17. §. 20. Si populus potestatem praedarum in mari ex hostè agendarum per codicillos pluribus dederit, & ex iis nonnulli res amici rapuerint, quousque rectores populi teneantur? Nimirum eos in nihil amplius teneri, quam vt noxios, si reperiri possent, puniant aut dedant, praeterea in raptorum bona ius reddi curent, quoniam tales in mandatis habere non solent, vt amicis noceant. Plane vt rectores reip. etiam vlterius non obligantur, si milites, siue terrestres, siue nautici, contra imperium amicis damna intulerint. Illud maioris quaestionis est, an sub factis etiam non facta ministrorum, puta, si quid neglexere, comprehendantur? Sunt enim, qui non vsu ministrorum iura ciuitatis aut summi imperantis amitti docent. v. Mylervs *hyparchol. c.* 10 §. 16. Alii e contrario id negant, quoniam non minus omittendo, quam committendo, contra mandatum agatur. v. Schilter *l.* 3. *Inst. iur. publ. tit.* 6. Nos prioribus suffragamur, si ad non vsum tempus memoriam hominum excedens accesserit: neque enim credibile est, intra tantum tempus eius rei notitiam ad summos reip. Rectores non peruenisse.

§. VII.

Permanet haec personae vnitas etiam singulorum ciuium decessu, succedentibus aliis; aut post mutatam reip formam.

Caeterum ciuitas manet eadem persona, licet veteres ciues, qui primi in ciuitatem coiuerunt, omnes decesserint, aut prior forma reip. mutata fuerit: cuius ratio est, quoniam ciuitas, persona vt sit eadem, non tam ex pacto secundo, quam primo, habet. Plane vt naturale corpus idem esse non desinit, si, vna eademque manente specie, particulae paulatim commutentur; nec nauis, aut domus, aliaue arte facta, si veteres partes nouis subinde suffectis restituuntur; nec flumina, quanquam alia semper subeat aqua & noua succedat. Quod argumentum pluribus tractaui *in Dissert. de mod. constit. ciuitat. sect.* 1. §. 2. *&* 11. An autem iusiurandum, quod maiores praestiterunt, posteros sub periurii poena obliget? quaeritur. Negat id Pvfendorfivs *l.* 4. *de I. N. & G. c.* 2. §. 17. Sed rectius cum H. Grotio id affirmaui *in notis*, si populus qua talis, non qua singuli, iurauit, sic enim personam suam obligauit, quae decessu singulorum eadem esse non desinit.

§. VIII.

Si ciuitas bello ciuili distracta in eandem compagem recomponatur, fit rursus vna ac eadem ciuitas. Vbi elegans quaestio.

Si ciuitas bello ciuili distracta in eandem, qualis ante fuit, redeat ac recomponatur, fit rursum vna ac eadem ciuitas. Vbi quaeritur, quid iuris sit circa aeris alieni solutionem, quod alterutra pars interea contraxit? Quod Athenis vsu venit, cum sub triginta tyrannis bona ciuium pars in Pireaeum secederet, alii in vrbe remanerent & a Lacedaemoniis talenta centum mutuo sumerent, compositisque rebus ac indicta concione multis aequum videretur, vt Lacedaemoniis satisfacerent, qui mutuo sumsissent: at populus ex lege ἀμνηστίας sapientissime sciuit, vt id aes omnium commune esset. Quam historiam memorauerunt Isocrates *Areopagitico*, Xenophon *lib.* 2. *rer. Graecar.* Elegantissime vero, propositis in vtramque partem controuersiae argumentis, versauit Boxhornivs *in Disquisitionib. politic. casu* 53.

§. XI

Digitized by Google

§. IX.

Municipium, Decuriam, & societatem personae vice fungi, est in *l. 22. D. de fideiussorib.* Nimirum & in vniuersitatibus voluntas omnium iuxta certa conuenta coniungitur. Bene MEVIVS part. 6. Dec. 110. n. 1. *In corpore collectiuo nullae habetur singulorum ratio, & quicquid eius est, quodammodo indiuiduum est, & omnes vnum repraesentant.* Hinc pactis obligari, hinc delinquere possunt, vel non resistendo, cum facultatem habent, vel conspiratione (v. *l. 9. §. 1. D. quod metus causs.* LAVTERBACH. *de Syndicis §. 59. sequ.*) Quomodo autem puniantur, explicat PVFENDORFIVS *l. 8. de I. N. & G. c. 3. §. 28.* Nec obstat, vniuersitatem animo & intellectu carere, esse enim nomen iuris, & propterea nec consentire posse. *l. 1. §. fin. de A. v. amitt. poss. l. vnic. D. de libert. vniuersitat.* nec dolum committere. *l. 15. §. 1. D. de dolo malo.* Loquuntur enim leges hae de municipibus: aliud autem sunt municipes, aliud municipium: plane vt singuli de vniuersitate & vniuersitas distinguuntur.

Vniuersitates quoque ex conuentione sunt vna persona.

§. X.

Notandum autem, vniuersitates non esse vnius generis: quarundam enim societas est aequatoria, vbi omnes pari ac aequali iure vtuntur; quarundam vero rectoria, vbi supra se collegium habent, quod vniuersitatem totam refert, cuiusmodi erat Decuria siue ordo Decurionum apud Romanos, & hodie in Germanici Imperii regionibus Senatus ciuitatum Prouincialium, siue collegium Consulum & Senatorum, qui in Saxonia etiam Tribunorum plebis consensum adhibere debent. Multum autem refert, hoc, an illo modo, se vniuersitates habeant. Nam, vbi prius obtinet, omnes aut saltem maiorem partem consentire oportet, vt actus sit validus. Quod secus est, si ad paucos, siue ad collegium, translata est rerum administratio, ceu quorum voluntas pro voluntate omnium habetur, modo secundum leges a summo imperante praescriptas egerint: Nam quidquid potestatis tales coetus in sua membra habent, id omne a summa potestate definitur. Vsum obseruationis huius in constitutione Syndici docet LAVTERBACH *de Syndico §. 26. seq.* MEVIVS *part. 2. Dec. 36. & p. 6. Dec. 80.*

Quae non est vnius generis.

§. XI.

Quod autem diximus de ciuitate, eandem manere, licet veteres ciues omnes decesserint, idem de vniuersitate asserendum, eandem censeri, licet nullus vel pauci veterum collegarum supersint. Notum enim vulgo est: tres constituere collegium; vnum conseruare *l. 7. §. 7. D. quod cuiusque vniuersit. nomine.* Adde CARPZOV. *part. 2. I. Forens. c. 16. def. 17.* MEVIVS *part. 4. Dec. 152. p. 7. Dec. 140.*

Manet tamen eadem, licet nullus veterum collegarum, aut pauci, supersint.

§. XII.

Veniamus ad correos. Hi etiam personam vnam constituunt. Nam, si duo rei stipulandi vel credendi sunt, singulis res vna ex eadem causa in solidum debetur: si duo sunt rei promittendi vel debendi, singuli in solidum rem vnam ex eadem causa debent. Modo vtrinque id actum sit, vt rei duo constituerentur, &, si duo rei debendi sint, omnes aeque principaliter promiserint. Hinc ἀλληλέγγυοι vocantur in *Nouella 99.* nam eo vocabulo non tantum mutui fideiussores, sed & duo rei insigniri consueuerunt, vt BVDAEVS & CVIACIVS annotarunt. Germanis dicuntur **ungertrennt, unverschieden** se obligare.

Amplius conuentione fiunt persona vna duo rei.

XIII.

Digitized by Google

§. XIII.

Sed iure aequatorio, vnde diuersi emanant effectus ratione duorum reorum debendi.

Enimuero duo rei persona vna sunt iure aequatorio. Hinc, si plures sunt rei credendi, vnus etiam, ignorante imo inuito altero, totum exigete debitum potest. §. 1. *l. de duobus reis stipulandi & promitt. l. 2. D. eod. l. 31. §. 1. D. de nouat.* solutum accipere *d. l. 2.* acceptilatione liberare, vt & compensatione ac nouatione debitum tollere *d. l. 31. §. 1. de nouat.* litis contestatione, vt & iurisiurandi delatione & relatione, & multo magis sententia, alterum correum excludere *l. 16. D. de duob. reis. l. 21. l. 28. D. de iureur.* Equidem, si vnus pacto remiserit debitum, hoc alteri correo non obest. *l. 27. in fine pr. & §. 4. D. de pactis.* Verum hoc inde est, quoniam actio, non obstante pacto, adhuc salua manet, nec pacti exceptio alteri, qui solidum suo iure habet, nocere potest. Rursus, vbi duo rei contraxerunt inter se societatem, & ex ea causa, in qua sunt socii, stipulentur sibi aliquid dari, si vnus promissarius accepto tulerit, vel obligationem nouauerit, diem solutionis prorogauerit, transegerit, vel in rem pactus fuerit, sibi quidem nocet, quatenus ad eum spectat negotium, alteri tamen nocere non potest, *l. si vnus 27. in pr. de pactis.* Cur ita? nimirum quia ex lege stipulationis haec potestas vni correo non competit, vt conuentione sua communem debitorem alteri correo eripiat. v. Nicol. Byrgvndvs *libro de duobus reis c. 17. num. 21.* Denique, vbi duo rei credendi sunt & vnus compromisit, isque vetitus est petere, si alter ex correis iam perierit, non committitur stipulatio, si socii non fuerint *l. si duo 34. D. de recept. qui arbitr. receper.* Enimvero & huius ratio liquida est, quoniam sententia arbitri iure antiquo alteri stipulandi reo non nocet vnquam, quia ex ea nec actio nascitur, nec exceptio, sed tantummodo metu poenae, in compromisso comprehensae, victus obstringitur, vt sententiae pareat. Et ideo, si socii fuerint, altero petente poena compromissa est aduersus alterum, quoniam nomine eius petitur, vi ipsa, quia partem rei petitae consequutus est iure societatis. Sed si socii non fuerint, vel tota res ad alterum pertineat, poena *committi non* potest, quia nec petit ipse, nec eius nomine quicquam petitur, cum *nullum emolumentum* ex victoria alterius consequi posset. Byrgvnd. *d. l. n. 9.*

§. XIV.

Et ratione duorum reorum debendi.

Retro, si plures rei sunt debendi, in electione creditoris est, ab vtro eorum solidum petere velit. *l. creditor 2. l. exprimere 3. C. de duobus reis* & executio partis ab vno (secus si a singulis *l. 16. C. de fideiuss.*) non impedit, quo minus ab eodem reliquum peti possit. *l. 25. C. de fideiuss.* v. Byrgvndvs, *de duobus reis cap. 22. 23.* Mevivs *part. 9. Dec. 178. 179.* Vno solidum praestante, reliqui liberantur in totum. §. 1. *de duobus reis. l. 2. D. eodem.* Et sufficit ad hoc etiam acceptilatio, nouatio, transactio de tota obligatione. v. Byrgvndvs *d. l. c. 52. 53. 54.* In iureiurando distinguendum. Nam si id interpositum est de toto contractu & de re, non persona iurantis, vt puta, nihil amplius deberi vel solutum esse & similia, quod vnus iurauit, alteri non proficiet *l. in duobus 28. §. 3. D. de iureiur. l. vlt. D. de except.* Secus, si ideo interpositum iusiurandum, vt de persona iurantis tantum ageretur *d. l. in duobus 28. §. 1. D. de iureiur.* Quod si autem, vno ex duobus reis deferente vel referente, creditor iurauerit, etiamsi de re interpositum sit iuramentum, alteri tamen non nocet *l. 3. §. 3. l. nam postea quam 9. §. vlt. D. eod.* quia non debet alteri nocere. *l. quia 10. D. iureiur.* Sic &, quantum attinet sententiam, absolutio vnius prodest alteri, si tota defensio rei cohaeserit, non personae, hoc est, si de iure totius obligationis disceptatum fuerit. Similiter ob eandem causam vnius victoria

aliis

Digitized by Google

aliis proficit. *l. si qui* 10. §. *vlt. D. de appellat.* Secus, si defensio eius, qui conuenitur, personae adhaeserit, vt puta, si ex pluribus correis vnus conueniatur, qui contendit, se inutiliter obligatum, vel a se non esse promissum, aut tutum personali exceptione: talis enim absolutus liberatur tantum pro persona sua propter peculiarem defensionem, quae alteri non competit. Condemnatio quoque alteri non nocet, quoniam, quod inter alios actum est, aliis non nocet. *l. quia* 10. *D. de iureiurand. l.* MODESTINVS 10. *D. de except. l.* 1. *D. de exception. rei iudicat.* Et multa alioquin sequerentur absurda. Quid enim, si condemnatus debuerit, alter non debuerit, quod vel pro persona sua liberatus sit, vel similiter promiserit? Quid, si victus per collusionem cesserit litem aduersario? Quid, si aliquo modo litem perdiderit culpa sua? Non sane est aequum, hoc caeteris damno esse. Quae omnia fusius tractat BVRGVNDVS *d. l. c.* 54. Caeterum, quod dicitur in *l.* 18. *D. de duobus reis.* vnius correi factum alteri nocere, verum est hactenus, vt retineatur obligatio, siue, vt in saluo maneat, id enim fauorabilius: minime vero, vt illa augeatur. Hinc, si vnus correorum animal debitum occiderit, alter nihilominus ad eius aestimationem adstringitur; & lite ab vno correorum contestata alterius quoque praescriptio interrumpitur *l. final. C. de duobus reis.* Econtrario mora vnius alteri damnosa non est. *l.* 32. §. *pen. D. de vsuris. l.* 39. *D. de negot. gest.* nec ad expensas litis, ab vno factas, alter tenetur. v. A. FABER *ad tit. C. de duob. reis. def.* 2. 7. & 8. BVRGVNDVS, *d. l. c.* 56.

§. XV.

Quae hucusque diximus, vera sunt in correis ex prouisione hominis. Enimvero ea paulo aliter se habent, cum obligatio in solidum ex sola legis prouisione descendit. Nam vt bene obseruat BVRGVNDVS d. l. c. 5. n. 7. *Lex non attendit ad vulgarem loquendi consuetudinem, sed ad suam. Vtitur ipsa his verbis pro re nata, duos tamen reos facit nusquam, sed bene similes duobus reis, nec tamen per omnia similes. Semper illa collocat ad bonum & aequum, & suum cuique tribuere nititur, & ideo alios intensius, alios remissius, in solidum obstringit, quosdam plectit in solidum odio delicti, doli vel culpae.* Haec causa est, quamobrem, si plures deliquere, in actionibus rei persecutoriis vnius praestatio liberat reliquos, secus in poenalibus *l.* 11. §. 2. *D. ad L. Aquil. l.* 5. §. 3. *ne quis eum qui in ius vocat. l.* 1. *C. de condict. furtiv. l.* 7. §. *fin. l.* 8. *D. de iurisdict.* Pluribus magistratibus aut tutoribus lex tribuit beneficium diuisionis, si modo tempore litis contestatae sunt soluendo *l. si pupillus* 45. *D. de administrat. tutor. l.* 2. *C. de diuidend. tut.* aut beneficium excussionis ob malam vnius administrationem *l. final. C. de diuidend tutel. l.* 6. *C. de arbitr. tutel. l.* 3. *in fine pr. de administr. rerum ad ciuitat. pertinent. l.* 1. *C quo quisque ordin* MEVIVS *p.* 7. *Dec.* 197. Add. BVRGVND. *d. l. c.* 11. & 12.

Subiicitur differentia inter duos reos ex prouisione hominis & ex prouisione legis.

§. XVI.

Denique persona fiunt vna Vasalli, feudum indiuiduum habentes. Quo casu IVRE FEVDALI ALEMANNICO *c.* 16. §. 3. iubente Domino vnum ex se vasallum vicarium (vulgo Lehenträger,) constituere tenentur, qui nomine omnium inuestituram suscipiat, quoue mortuo, feudi renouatio petenda. v. SCHILTER *in commentar. ad d. I. F. A. p.* 144. STRVVIVS *c.* 10. *Syntagm. aph.* 3. *n.* 2. Plane, vt vsuenit, vbi vniuersitas feudum tenens vasallum vicarium constituit. v. STRVVIVS *d. l. n.* 3. Reichs-Hoff-R. Ordn. *tit.* 3. §. 10. Quod si vasallorum horum vnus inidoneus fuit, vel delinquat, id caeteris non obest, sed apud eos totum feudum iure non decrescendi remanet. Id quod de Ganerbinatibus diserte constituit ORDINAT. CAMERAL. *part.* 2. *tit.* 13. SCHRADER. *de feud. part.* 9. *c.* 1. *n.* 22. ROSENTHAL. *de feud. c.* 11. *concl.* 7. *n.* 10. FRANZKIVS *l.* 3. *Resolut.* 1. *n.* 579. *sequ.* etiamsi substitutus, & singulatim maritus, vxoris suae in feudo vices sustinens, deliquerit. v. SCHRADER *d. part.* 9. *sect* 9. *quaest. vlt.* ROSENTHAL. *de feud. c.* 10. *concl.* 5. *n.* 5. & 18. BESOLD. *Conf.* 57. *n.* 81. *n.* 113.

Denique in feudo indiuiduo plures vasalli fiunt persona vna.

Digitized by Google

DE FRATRIS GERMANI QVERELA INOFFICIOSI ADVERSVS QVOSCVNQVE.

SECTIO I.

PROLEGOMENA CONTINENS.

§. I.

NOn dubito, substituros plerosque, cum in fronte Dissertationis huius legent, fratribus germanis querelam inofficiosi testamenti competere aduersus quoscunque; cum vulgo, & tantum non omnibus persuasum sit, hos aeque ac consanguineos tum querela illa vti posse, si turpes personae fuerint institutae. Enimvero ab affectatae nouitatis vitio, vt equidem arbitror; me liberabit toties iam deprehensa in aliis querelae inofficiosae articulis praxeos siue vsus hodierni a Romano iure discessio, vt non credam, in Iustinianea legumlatione vllam esse materiam, in qua tam concors theoriae & praxeos discordia se offerat. Cuius causa forte praecipua est, quod Germani, & Germanicae originis populi diu & sero adhuc vsum testamentorum ignorauere, vt infra in loco ostendam. Libet autem prius differentias illas per iudicem designare, vt tanto conspectius illorum, quae dicturi sumus, veritas appareat.

§. II.

Praxis ait: in linea recta vix locum esse inofficiosi testamenti accusationi, cum nouissimo iure liberis in omnem euentum satis prospectum sit.

§. III.

At ius Romanum statuit, omnibus regulariter casibus, quibus olim data fuit, hodieque querelae inofficiosi locum esse.

§. IV.

Vt querelae inofficiosi locus detur, pragmatici magno consensu requirunt exhaeredationem, vel praeteritionem personarum, quae alioquin necessario instituendae sunt, nominatim factam esse, causa ingratitudinis inserta. Si vero non iusta, vel nulla causa sit adposita, ipso iure testamentum nullum esse dicunt.

§. V.

Contra Theoretici licet fateantur, a patre & auo paterno descendentes suos rite esse exhaeredandos, hoc est, nominatim, & a tota haereditate, ne sc. testamentum sit nullum; tamen, si causa ingratitudinis non exprimatur, aeque nullum fore testamentum, nusquam iure

iure vetere Romano, imo casu illo querelae inofficiosi locum esse, prodant. Cui consequens est, praeteritione matris, & maternorum, quae pro exhaeredatione habebatur, testamentum irritum haud fieri, licet plerique Practicorum & heic diuersum statuant.

§. VI.

Posthumis inofficiosi querela opus esse, negant practici, cum nulla in eos ingratitudinis causa cadat, & sola praeteritione testamentum fiat nullum.

§. VII.

Enimuero certum est, iure veteri ventrem siue posthumum exhaeredari potuisse, sed tantum ad illum effectum, vt ne testamentum, in quo posthumus exhaeredatur, immediata legis vi esset nullum, aut natiuitate eius rumperetur.

§. VIII.

Communis DD. opinio est: Nepoti ex filio exhaeredato, qui post testatorem fatis concessit, competere ex propria persona querelam aduersus testamentum aui.

§. IX.

At hanc sententiam multi non sine ratione inter errores pragmaticorum referunt.

§. X.

Testamentum militis iure Nouellarum impugnari posse querela inofficiosi, statuunt DD. & hoc in praxi obseruari, testantur non pauci.

§. XI.

Contra Theoretici asserunt, iure Ciu. veteri immune fuisse a querela testamentum militis, & hoc ius in nouellis abrogatum esse, negant.

§. XII.

Testamentum filiifam. non militis de peculio castrensi vel quasi subsistere, neque contra illud patri competere querelam, Theoriae conuenire videtur.

§. XIII.

Ast certe DD. communiter asserunt, tale testamentum esse inofficiosum.

§. XIV.

Leges Ciuiles matri aduersus testamentum pupillare non concedunt de inofficioso querelam.

§. XV.

Verum Practici distinguunt inter substitutionem pupillarem tacitam & expressam; & in illa locum esse querelae inofficiosi testamenti affirmant. Quae sententia moribus videtur approbata.

§. XVI.

Effectus querelae, si per eam actor obtineret, olim erat, quod non tantum haeredis institutio, quatenus inofficiosa, sed & reliqua testamenti capita euerterentur. Quod citra controuersiam hodie mutatum per *Nou. 115. c. 3. & 4.* Idem multi asserunt in testamento fratris per querelam impugnato.

§. XVII.

Verum haec sententia ex iure nostro probari nequit, cum dicta Nouella non pertineat ad testamentum fratris.

§. XVIII.

Circa titulum relinquendae legitimae ingens inter DD. in foro versantes, & in scholis degentes orta est controuersia; Illis secundum ius nouum legitimam non nisi

Digitized by Google

institutionis titulo relinqui posse asserentibus, his contra, ius vetus nusquam correctum esse, mordicus tuentibus.

§. XIX.

Romanorum iure ex quibusuis rebus legitima constare poterat.

§. XX.

Vsus forensis huic dispositioni repugnat, arbitrioque iudicis legitimam relinquit definiendam.

§. XXI.

Testamentum non habendum esse pro inofficioso ob adiectam clausulam codicillarem, vulgo tradunt Doctores.

§. XXII.

Theoriae tamen congruens videtur sententia, quae negat, clausulae codicillaris eam vim esse, vt tollat hanc querelam.

§. XXIII.

Plura praetereo, nec diffundere isthaec libuit. Poterat sane adhuc disquiri, an, quod multis pragmaticorum visum fuit, querela inofficiosi sit remedium tantum praeparatorium petendae haereditatis contra pietatis officium ademtae. Sed cum aliis eruditis ICtis doctrina haecce, non tantum vt Romano iuri minus congruens, sed & protelandis litibus apta, merito displiceat (nam & fratribus, querelam inofficiosi moturis, impetrandae possessionis contra tabulas, quae vereri alioquin iure requirebatur, vt testatur Valer. Maximvs. *l. 7. c. 7.* Plinivs *l. 5. ep. vlt.* necessitatem remisit Constantinvs Imp. *in l. 1. C. Theodos. de inofficios. testament.*) omissa ea, ad id, quod proposui, me iam recipio.

SECTIO II.

QVA PROBATVR, FRATRIBVS GERMANIS ADVERSVS QVOSCVNQVE QVERELAM INOFFICIOSI ROMANO IVRE COMPARATAM ESSE.

§. I.

Heic, ne quis erret, ignorandum non est, Romanos vocabulo germanorum, siue germanorum fratrum interdum significauisse ὁμοπατρίους, siue eodem patre natos, licet diuersa matre. Ita Cornelivs Nepos *praefat. & in vita Cimonis* germanam sororem Elpinicen a Cimone ductam refert. Plane vt Archetpolis, filius Themistoclis, Mnesiptolemam, sororem ὁμοπάτριον duxit, vt auctor Plvtarchvs *Themistocle.* Nimirum ex lege Solonis licebat Athenis ducere ὁμοπάτριον, siue germanam, vt contra ex Lycvrgi LL. frater poterat Lacedaemone ducere ὁμογάστριον siue ὁμομήτριον, hoc est, vterinam, testibus Theone *in Nebulas Aristophanis*, & Philone Alexandrino. At veteres nonnulli, & in his quidem Varro, Servio teste, germanum etiam de eadem genitrice manantem interpretati sunt. Nobis heic germani audiunt ἀμφιθαλεῖς, *ambitaterales*, Germ. vollbürtige Brüder.

§. II.

His querelam inofficiosi secundum ius Romanum aduersus omnes comparatam esse, vnus, quod sciam, Hertogivs, ICtus Louaniensis, *commentat. ad l. de inoffic. testam. n. 7.* affir-

Digitized by Google

affirmauit, sed non nisi vnam rationem adferens. Nos autem pluribus eam sententiam muniemus.

§. III.

Et primum quidem Digestorum iure vti liberis & parentibus, ita fratribus indiscrete competiisse inofficiosi querelam, inficias iturum credo neminem, qui vel leuiter inspexerit leges de inofficioso testamento. Ita enim statim in *lege* 1. *de inoffic. testam.* VLPIANVS ICtus: *Omnibus tam parentibus, quam liberis, de inofficioso licet disputare. Cognati enim proprii, qui sunt vltra fratrem, melius facerent, si se sumtibus inanibus non vexarent, cum obtinere spem non haberent.* add. l. 8. §. 5. *l.* 24. *D. l.* 21. *C. eod.* Quae satis euincunt, iure veteri nullam fuisse differentiam inter querelam descendentium, adscendentium & fratrum, ita, vt omnibus tam parentibus, quam liberis, itemque fratribus, & sororibus de inofficioso liceret disputare. vid. D. SCHILTERVS *Exerc. ad Pandect. XIV.* §. 15. Cum vero hoc ius nullibi reperiatur correctum, vel abrogatum, cur stare prohibeatur? inprimis cum in *l.* 27. *C. de inoffic. testam.* quam dissentientes tanquam correctoriam opponere solent, neque subiecta, neque praedicata eadem sint, quod tamen ad correctionem requireretur. vid. D. SCHILT. *dicta Exerc.* §. 55. *& ibi alleg.* SIMON VAN LEWEN *censur. forens.* 3. 4. 30. & nouas leges correctorias vltra casus in iis expressos non esse extendendas, passim Doctores doceant.

§. IV.

Accedit, quod iure Romano antiquissimo patres excluſi fuerint a fratribus. LL. enim XII. Tab. intestatorum haereditates primum ad suos pertinebant haeredes. His vero deficientibus, agnatis deferebantur. v. *tot. tit. Inst. de haereditat. quae ab intest. deferuntur, & de agnatorum successione.*

§. V.

Cui consequens est, non adeo facile statuendum esse, ius Codicis fratres germanos arcere a querela inofficiosi, & tum demum eam concedere voluisse, si turpes, aut leuis notae macula adspersae illis praeferantur personae. Cum enim iura antiqua tanto fauore prosecuti sint fratres, vt illis patres in successione ab intestato postposuerint, quis crederet, Imperatorem CONSTANTINVM fratres, quos tanto frui beneficio nouerat, ad querelam inofficiosi admittere noluisse.

§. VI.

Equidem CONSTANTINVS Imperator L. 1. C. *Theodosian. de inoffic. testament. ita* rescripsit: *Fratres vterini ab inofficiosis actionibus arceantur: & germanis tantummodo fratribus aduersus eos duntaxat institutos haeredes, quibus inustas constiterit esse notas detestabilis turpitudinis, agnatione durante, sine auxilio Praetoris petitionis aditus reseretur.* Vbi existimari poterat, fratribus germanis aduersus turpis tantum notae personas querelam hancce datam esse. At enimuero apud Romanos fratris germani vocabulo veniisse eodem germine natos, etsi non eadem matre, iam supra diximus, & recte docuit *ad d. l.* 1. IACOB. GOTHOFREDVS. TRIBONIANVS igitur hanc legem translaturus in Codicem, quo nunc vtimur, cum animaduerteret, hoc errandi causam praebere posse, quia nonnulli ex veteribus germanum eodem patre & matre natum interpretabantur, vt omnem tolleret ambiguitatem, in *l.* 27. *C. de inoffic. testament.* pro germanis substituit

consanguineos, maximo argumento, si ad fratres ambilaterales haec *lex* 1. *C. Theodos. de inoffic. testam.* pertinuisset, illum non expuncturum fuisse fratres germanos, sed cum iis coniuncturum fuisse consanguineos.

§. VII.

Cum itaque Tribonianvs ICtus nullam mentionem faciat germanorum in *d. l.* 27. *C.* temere credendum non est, ad illos quoque pertinere hanc legem, sed potius hunc esse legis sensum: Nimirum vterinis, i. e. diuersis patribus & vna matre natis, nunquam licere de inofficioso contra testamentum fratris agere. Consanguineis interdum concedendam esse querelam, si v. gr. turpis vel leuis notae macula laborans persona illis praelata sit; Germanis vero semper, & aduersus quoscunque patere hanc accusationem.

§. VIII.

Et haec sententia aequitati maxime congruit. Ordo enim naturalis, vbi descendentes & adscendentes deficiunt, ad successionem ab intestato vocat collaterales. vid. H. Grot. *l.* 2. *de Iur. Belli & Pacis c.* 7. §. 9. Pvfend. *de I. Nat. & Gent. lib. IV. c. XI.* §. 14. In hos enim defuncti affectus maxime propendisse praesumitur, cum ex sapientum sententia ratio naturalis maxime faueat propinquitati sanguinis. *Inter agnatos & cognatos esse pietatis ordinem*, dixit Vlpianvs in *l. parentes* 28. *D. de inoff. testament.* Cyrvs in extrema & sapientissima oratione ad filios suos apud Xenophontem *Cyropaed.* L. 8. p. 253. ait: *qui eodem semine prognati, ab eadem nutriti matre, in eadem domo creuerunt, & ab iisdem parentibus diliguntur, eundemque patrem, & eandem matrem adpellant, qui fieri possit, vt non omnium sint coniunctissimi?* & paulo post: *quem turpius est non amare, quam fratrem? quemnam omnium laudabilius est obseruare honorando, quam fratrem?* Qvintilianvs Declam. 311. *Quae potest esse amicitia tam felix, quae imitetur fraternitatem. Certe, quoties blandiri volumus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen potest, quam vt fratres vocemus.* Praeclarus quoque locus est Philosophorum summi IIX. Eth. 14. ita disserentis: *Parentes amant liberos, quasi ex se quiddam sint; liberi autem parentes, quasi ex illis quippiam ipsi sint. Fratres autem & sorores se inuicem diligunt, quod ex iisdem nati sint.* Siue, vt Evripides *Helena* vers. 1701. loquitur, μονογενῆς ἀφ' αἵματος, *vno prognati sanguine.* v. plura similia veterum sapientum dicta apud Tiraqvell. *de poen. temperand. cas.* 2. *num.* 6. Valer. Maxim. L. V. cap. 5. Has ob causas multi in ea sunt sententia, vt dicant, fratrem egenum a fratre alendum esse.

§. IX.

Hoc considerantes exteri, iuri Iustinianeo huic, vti quidem vulgo intellectum est, obloquuntur, illudque iniquitatis accusant, dum nonnisi turpibus personis fratres germanos, aut consanguineos in oppugnando testamento paterno praefert. De Suecis locus est Loccenii in *synopsi iuris Dissert.* 8. th. 22. p. 209. vbi dicit: *Reuocatur denique aut rescinditur testamentum inofficiosa vel iniusta exclusione proximorum haeredum*; & in p. 214. vbi quaestionem, num valeat inter maritum & vxorem pactum vel testamentum, ea conditione factum, vt alteruter eorum diutius superstes retineat indiuisam haereditatem defuncti vniuersam, vna cum proprietate, & vsufructu, vsque ad supremum vitae terminum, vel quamdiu in viduitate permanserit? negatiue decidit. *Quia cedit in cohaeredum praeiudicium & detrimentum, qui iure suo & beneficio, quod in haereditate habent*

Digitized by Google

habent, sine facto suo non sunt priuandi. De Danis videantur leges Iuriae CANVTI, Episcopi Vipergensis, *sub tit. de successionibus c. 4. & seqq. imprimis c. 23.* De Anglis testatur ZOVCHAEVS *part. 3. Elem. Iurispr. Sect. 7. p. 42.* vers. *& liberi.* Adde TABOREM *Part. Element. 81.* Haec forte mouerunt multos, inter quos SVTHOLDVS in *Dissert. XI. corol. 1.* vt existimarint, ius naturae propriis cognatis addicere haereditatem, eosque sine merito iustae causae, & illaesa animi conscientia exhaeredari non posse. Hinc ortam quoque credo paroemiam Belgicam populärem, quam non possum non, quin adiungam:

Die Salig wil sterven
Moet laten vererven,
Aen't naeste bloedt,
Syn tydlyck goedt.

At, si nostram teneamus sententiam, censuram illam, si non penitus, saltem insigni ex parte effugiemus.

§. X.

Iam & communem illam ac in praxi receptam DD. sententiam egregie temperauit ius Patrium. Statuta enim Hamburgensia non permittunt, sine consensu haeredum legitimorum testari de bonis haereditariis. Ita in *part 3. tit. 1. art. 4.* statuitur: Ferner mag ein jeglicher, er sey gesund, oder krank, doch bey guter ungeschwächter Vernunfft in seinem Testament, welches Er obgesetzter massen verordnet, seine wohlgewonnene Güter, nach Abziehung der Schulden, hingeben oder wenden, wie und wem Er will, ohn einige Einspruch und Hinderung: Aber von Erbgut ist niemand vermüge dieser Stadt Recht, ohne seiner nächsten Erben Erlaubnüß, oder Bewilligung zu *testiren* bemächtiget, sondern dasselbe seinen rechten Erben ungeschmälert zu lassen schuldig. conf. MEVIVM *ad ius Lubec. lib. 2. tit. 1. art. 14. & lib. 3. tit. 7. art. 2.* BORCHOLD. *consil. 15.* COTHMAN. *lib. 3. Responsa 11. 12.*

§. XI.

Qua in parte non possumus non Conditorum iuris huius prudentiam pariter & aequitatem suspicere ac venerari. In Ciuitate enim ex voto optima haereditates non testamento, sed agnatione deferendas esse, prudentiae Ciuilis Magistri nos docent. vid. omnino ELEM. PRVDENT. CIV. *part. II sect. II. §. 53.* Nam in ciuitate hac ciuium originariorum praecipua habenda ratio, quorum opes vel subruuntur, vel euertuntur nimia testandi licentia. Deinde testamentis saepe aegre fit pauperibus atque egenis, quando opulenti frequentius coluntur donis, quam pauperes, quo ipso ciuium aequalitati male consulitur. Experientia quoque docet, testamenta ansam praebere odiis atque simultatibus inter praeteritos, institutos, & legatarios. Imo multis Rebusp. interitum ab illa immodica testandi licentia accersitum, obseruauit ARISTOTELES *II. Pol. 7. & 9.* Quas ob causas in diuina Hebraeorum Repub. successio in bona immobilia tantum κατὰ γένος siue legitima fuit, vt adeo testamenta parum frequentarentur. v. *cit. loc. in notis.* De antiquis Germanis testatur TACITVS de *moribus Germanorum* c. 20. §. 6. quando ait: *Haereditates tamen successoresque sui cuique liberi: & nullum testamentum est. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, fratres, patrui, auunculi.* Hinc factum, vt testamentorum vsus, praesertim solennium, sero in Germaniam hanc nostram, & fere cum ipso iure Iustinianeo fuerit receptus. vid. D. SCHILT. *Exerc. ad Pand. 2. §. 14. Exerc. 8. §. 19.*

Exerc.

Digitized by Google

Exerc. 9. §. 9. Exerc. 14. §. 37. seq. Et Geldria in hodiernum diem testamenta ignorat, vt testatur Fridericvs a Sande *descript. Geldriae*, subiiciens: *Non itaque hic atteruntur subditorum bona litibus de testamentorum internis vel externis vitiis, vel suorum haeredum de inofficioso testamento, ac praeteritione liberorum non emancipatorum querelis, nec controuersiis de substitutionibus ac fideicommissis, vnde passim alibi patronis forensibus est opima messis.* Apud Groeningenses, Drentinos, & Transisulanos res immobiles patriae & auitae a propriis cognatis alienari non possunt, vt tradit Vlric. Hvber. *in Eunomia Romana ad l. 1. ff. de inoffic. testament. p. m. 241.*

§. XII.

Ex eodem fonte fluit ius recadentiae, siue reuolutionis, vulgo das Rückfalls-Recht, in quibusdam Germaniae regionibus, ad familiarum conseruationem introductum. Huiusmodi ius est in Ducatu Iuliacensi, & Montensi, statuens, vt bona immobilia eo, vnde venerunt, reuoluantur, daß die Güter fallen und erben sollen, hinter sich an die nächste Erben, daher sie kommen. Vsque adeo, vt nec testari de iis liceat. v. *Dissert. nostra de Collisione Leg. Sect. IV. §. 26. & in lib. 1. Paroem. Iur. Germ. paroemia 83. §. 4.* Vt proinde merito ridendi sint, qui fauores testamentorum tantopere crepant.

§. XIII.

Videamus iam, quid dissentientes opponant. Hi dicunt, eandem esse rationem fratrum germanorum, & consanguineorum. Verum respondetur, id negandum esse. Fratres enim vnilaterales in successione ab intestato a germanis excluduntur. Nov. *118. c. 3.* ob duplicitatem vinculi. Quin & fratrum germanorum liberi soli, vbi inter se concurrunt, fratres vnilaterales excludunt iure repraesentationis. Nov. *cit. vers. vnde consequens est.* Et quamuis alias argumentum a successione ab intestato ad hanc querelam affirmatiue non valeat. v. D. Stryck. *Vsu Moderno ad tit. de inoff. testam. §. 5.* Lauterbach. *Comment. ad tit. de inoff. testam. th. 20.* tamen id nobis eo proficit, vt argumentum dissentientium eludamus, & satis est, ius vetus, quod germanis fuit, nouiori iure nusquam sublatum esse.

§. XIV.

Quod si porro quis opponat, etiam iure veteri fratribus querelam hancce non simpliciter fuisse indultam, sed tum demum, si seruus, vel extraneus, aut non municeps fuisset institutus, vt indicium ἐκ διαφορᾶς praebet l. 31. §. 1. D. *de inoffic. testam. Quantum ad inofficiosi liberorum vel parentum querelam pertinet, nihil interest, quis sit haeres scriptus ex liberis, an extraneis, an municipibus.* Quasi diceret ICtus, quantum ad inofficiosi fratrum querelam, multum interesse, quis sit haeres institutus. Quo etiam *L. 24. eodem titulo* refert Iacob. Gothofredvs *ad d. L. 1. C. Theodosian. de inoffic. testam.* Respondemus, notum esse, quantum argumento a contrario sensu tribui debeat. Deinde non constare, an hoc ad fratres omnes pertinuerit. Denique, cum hodie extranei siue non municipes ab illis, qui municipii communionem habent, aut serui a liberis hac in re non distinguantur amplius, argumenti huius vim protinus euanescere.

§. XV.

Concludimus igitur tuto, fratribus germanis competere querelam inofficiosi aduersus quoscunque, nisi meritis ex causis excludantur. Sed quales sunt hae causae? Heic vulgo

Digitized by Google

vulgo tres statuunt esse *per Nov. 22. c. 47. pr.* Enimvero hic quoque grauis error est Interpretum, vt ostendit post doctissimum COCCEIVM pluribus argumentis D. PAGENSTECHERVS *Irnerio iniuria vapulante. coition. 43.* Dicta enim *Nov. XXII. c. 47.* non loquitur de querela inofficiosi, sed de lucris nuptialibus. Verba eius graeca sunt τοιούτου τῶν κέρδους h. e. *huiusmodi lucri*, quod lucrum quale sit, in praeced. *cap. 46.* exponitur. Adde, vt excludantur consanguinei a querela hacce, sufficit turpes personas in testamento institutas non esse, vt proinde causis exhaeredationis non sit opus, quantum ipsos attinet. Cum itaque de causis exhaeredationis intuitu fratrum germanorum nihil in nostro reperiatur dispositum, merito iudicis moderamini, vt olim hoc relictum existimari debet.

DISSERTATIO

DE

SERVITVTE NATVRALITER CONSTITVTA, CVM INTER DIVERSOS POPVLOS, TVM INTER EIVSDEM REIPVBLICAE CIVES.

PROLEGOMENA.

§. I.

QVando animus nobis est, Dissertationem conscribere de seruitute naturaliter constituta, & quidem occasione, *l. 1. §. vlt. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* quae fere vnica in toto Iuris nostri Corpore hac de re agit, ante omnia praemonendum esse censemus, nos non agere heic de seruitute, quatenus illa naturaliter constituta est ratione hominum quorundam, quos ARISTOTELES I. Polit. 3. φύσει δούλους, *seruos natura*, appellat, quosque in numerum pecudum redegit hebes natura, ac ignoratio sui, vt apposite de iis loquitur SENECA *de beata vita c. 5.* Sed potius de tali, vbi dominus non domino aliquid permittere in re sua v. gr. fundo aut territorio, & quidem naturaliter obstringitur.

Seruitutis naturaliter constitutae duplex acceptio.

§. II.

Constat autem, varias seruitutum constituendarum causas esse; nam non tantum immediate a lege seruitus acquiritur, v. g. iter ad sepulchrum, vt in *l. 10. & 12. ff. de Relig.* aut vt a vicino ventus ad triturandum necessarius alteri auferri non posset, vt est in *l. final. §. 1. C. de seruitut.* (quam tamen legem tantum Italiae situm spectare, & in Belgio vsu non seruari, tradit GROENEWEGIVS,) aut vt domino fructuum, qui in fundum vicini ceciderunt, cum fundum ingredi & fructus legere liceat. *l. vnic. D. de glande legenda.* Sed etiam a consuetudine id fieri, eadem ratione arbitramur, cum BOCERO *class. 5. disp. 8. th. 66. per l. 13. §. 1. ff. commun. praedior.* Porro & a iudice quandoque, veluti in iudiciis diuisoriis, id fieri potest, iudice vni fundum alii seruitutis iure obnoxium adiudicante,

Recensentur varii seruitutum constituendarum modi.

quo pertinent. *l.* 22. §. 3. *famil. herciſc. & l.* 7. §. 1. *communi diuid.* Et a quolibet priuato iure dominii poſſe in re ſua conſtitui ſeruitutem quocunque titulo, tam inter viuos, quam mortis cauſa, dubio caret; quemadmodum & hoc expeditum eſt, acquiſitionem hanc fieri poſſe longa quaſi poſſeſſione. Illud magis dubium erat, an & quomodo ſeruitus ſolo etiam facto conſtitui poſſit: quod tamen iam patet, poſtquam in tractatione noſtra *de Seruitute facto conſtituta* id certis in caſibus fieri poſſe, ſolide & prolixe executi ſumus. Addo etiam, quamuis id paradoxon videri queat, ſolo naturae iure ſeruitutes quasdam conſtitutas conſpici.

§. III.

Deſcriptionem ſeruitutis naturaliter conſtitutae exhibet.

Seruitutis huius definitio quae ſit, ante omnia disquirendum eſſe putamus. Lubet autem, eandem circumſcribere ſeruitutem, hoc eſt, ius in re aliena, alteri a natura conſtitutum, cuius vi & poteſtate dominus iſtius rei ad alterius vtilitatem aliquid pati aut non facere in ſuo tenetur. Generis loco poſui: *ius in re aliena*, in quo ſeruitutum omnium formalis ratio conſiſtit: propria quippe res ſua nemini ſeruit, *l.* 26. *de S. P. V.* Differentia ſpecifica continetur in verbis: *alteri a natura conſtitutum*, vbi per naturam non praeciſe intelligimus ius naturae, quaſi hoc ſeruitutem iſtam introduxerit, ſed quatenus illud etiam a natura fieri dicitur, quod per naturam fere aliter fieri nequit. Conf. H. Grot. *lib.* 2. *de I. B. ac P. c.* 12. §. 26. Etenim, quando ICtus in l. noſtra, quam fundamenti loco praeſtruximus, dicit, *ſemper hanc eſſe ſeruitutem inferiorum praediorum, vt natura profluentem aquam excipiant*, & poſtea, *ſemper inferiorem agrum ſuperiori ſeruire*, facile videmus, eum per naturam intelligere, quod ita fit, vt aliter fieri non poſſit; prout aqua per naturam non aſcendere poteſt, ſed deſcendit ſemper. Neque tamen negandum, etiam iuris naturalis reſpectum hic inprimis concurrere, maxime in illis, quae inter liberos populos vigent, ſeruitutibus. Cui conſequens eſt, pactionibus aut facto aliquo hominis heic non eſſe opus. Quod enim a natura mihi datum eſt ius, ad illud fruſtra conuentio requiritur.

§. IV.

Quaeſtionem, An detur talis ſeruitus, explicat.

Ex breui hac deſcriptione manifeſtum vtique fit, dari ſeruitutem aliquam naturaliter conſtitutam: nam habet haec noſtra omnia eſſentialia, quae ad ſeruitutem alias requiruntur. Ergo quoad eſſentiam hactenus a reliquis non differt, & ſi definitio ſeruitutis ei conuenit, eidem & definitum, i. e. ſeruitutem ipſam conuenire neceſſe eſt. Nolo tamen inficiari, quoad naturalia, quae regulariter reliquis ſeruitutibus inſunt, differentiam aliquam heic eſſe, & ſeruitutem huius generis analogice talem, ſiue, vt ICtus in l. noſtra *in fine* ait, *quaſi ſeruitutem eſſe*: praeterquam enim, quod domini conſenſu expreſſo aut tacito heic non ſit opus, cum alias dominus nihil in ſuo facere poſſit, per quod vſus ſeruitutis impediatur, *l.* 15. §. 1. *ff. de Seruit. & l.* 13. §. 1. *de Serv. praed. ruſt.* heic dominus praedii inferioris, cui aquam recipere damnoſum eſt, eam aggere in ſuo praedio facto vel alio, vel etiam in praedium ſuperius, ſiquidem huic non noceat, auertere poteſt. Quod quidem ipſi facile concedendum fuit, & nulla ratio eſſet, cogere eum velle, vt teneatur quoque, aquam illam cum magno ſaepe ſuo detrimento in fundo retinere: interim is reuera aliquid patitur, dum vicinum propterea, quod aqua ex ipſius fundo in ſuum, tanquam inferiorem, naturaliter currat, actione aqu. pluv. arcend. conuenire, vel etiam cogere nequit, vt opere in ſuo fundo facto aquam illam naturaliter currentem cohibeat. De quo infra plura in loco.

§. V.

Digitized by Google

§. V.

HVGO GROTIVS in volumine Epistolarum, & quidem *in Appendice Epist.* 5. diuersum sentire a nobis videtur, negans, seruitutem natura constitui. Ait enim: *Non magis naturalis esse potest rei, quam personae seruitus.* Quasi diceret: Omnis seruitus, tam quae in statu hominum obtinet, quam quae praediorum est, praeter & contra naturam introducta est. Ergo seruitus nulla potest esse naturalis: nam quod est contra naturam, id non potest esse naturale. Enimuero obseruandum heic est, diuerso respectu seruitutem hanc, de qua nos tractamus, posse dici contra naturam esse, diuerso etiam secundum naturam. Nimirum in eo contra naturam est, quando dominus praedii inferioris, cum alias nihil pati citra suam voluntatem in suo teneatur, heic tamen aquam illam naturaliter fluentem in suum fundum, etiam contra voluntatem, excipere tenetur: Est tamen etiam secundum naturam ratione constitutionis, eo modo, quo in § III. dictum fuit, hac ratione quoque naturalis dicitur. Pergit H GROTIVS: *Est enim rei seruitus ius facto hominis introductum contra natiuam libertatem.* Quibus verbis innuere videtur, ad constitutionem seruitutum requiri factum hominis, i. e. pactum, vel conuentionem, quod cum in hac nostra seruitute non interueniat, imo potius inuito domino fundi inferioris illa plerumque exerceatur; hinc male dici, esse aliquam seruitutem naturaliter constitutam. Sed responderi potest, nos heic loqui de seruitute naturali, quae nullum factum desiderat, male itaque definitionem seruitutis propriae sic dictae huic nostrae applicari, quam propterea irregularem quadantenus esse, iam in §. IV. ostendimus. Et quaeso, nonne seruitus a sola lege vel consuetudine constituta vera est seruitus, vt vt in ea nullum hominis factum intercedat? Proinde sponte sua, quod sequitur, cadit, quando ait: *quare quod in l. 1. § fin. ff. de aqu. pluv. arcend. dicitur, hanc esse seruitutem inferiorum praediorum, vt natura excipiant profluentem aquam, manifesta est* κατάχρησις, *ipso loquendi genere indicata, vt si tabidum hominem viuum cadauer appellem.* Nimirum inter duo summa genera vniuocorum & aequiuocorum datur genus intermedium, quod speciebus quidem communicat essentiam suam, sed non ex aequo, verum ordine quodam, quae etsi ARISTOTELI quandoque sub latiori τῶν ὁμωνύμων notatione veniunt, vt in *cap. 1. libr. Categor.* & alibi, vnde Interppr. aequiuoca distinguunt in casu talia & consilio, ab eodem tamen accuratius loquente ab vtrisque ita discernuntur, vt appellet πρὸς ἓν ἢ ἀφ' ἑνὸς & analoga *I. Nicomachic. 6. & IV. Metaph 2.* Cuius generis sunt perquam multae res morales & iuridicae. Quod porro GROTIVS ait, *naturale est, vt ager inferior patiatur aquam ex superiore fluentem naturaliter*, nostram potius firmat sententiam: agrum enim pati ab agro, & quidem vicino, reuera est seruitus. Illud ipsi libenter largiri possumus, quando dicit, *aliud esse, si opera humana aqua illa aut excitetur aut educatur in agrum inferiorem, puta, per molas nostras, aut, vt olim, corriuando, id enim non licet, nisi iure seruitutis l. 1. §. sed & fossas de aqu. & aqu. pluv. arcend. action. §. sed etsi vers. plane.* Verum enim vero hoc casu non est naturalis seruitus, de qua nos hic loquimur, sed est seruitus regularis & proprie sic dicta, quandoquidem aqua illa non sic fluit naturaliter, sed accedit opera humana. Hinc & reliqua exempla omnia, quae GROTIVS cumulauit, ad nostram seruitutem, quam naturalem dicimus, non quadrant. Sed dicit H. GROTIVS: *Profluens aqua non immittitur, sed sponte sua defluit.* Vtique hoc verissimum fundamentum est seruitutis huius, quam propterea naturalem vocamus, recte ideoque fatetur GROTIVS: *Quare eius incommodi nomine agi posse, negat ICtus.* Ex hisce itaque sequitur, si vicinus hoc incommodum pati tenetur, si propterea conqueri non potest, hanc vtique seruitutem esse, sed quae naturaliter constituta est; nam quaeso, cur non alias vicinus

Grotii nugantis argumenta singula ordine refutantur.

ius haberet, eius rei nomine agendi? Id vero rectiſſime ſe habet, quando ait: *At opere facto in agro tuo auerti poſſe aquam & excludi poſſe, non negat ICtus*; enimuero propterea alterari aliquatenus naturam ſeruitutis huius, iam ſupra in §. IV. monuimus, non vero penitus deſinere eſſe ſeruitutem naturaliter conſtitutam. Exemplo poteſt eſſe depoſitum pecuniae non clauſae neque obſignatae, quod vtique verum depoſitum eſt, & ita in LL. vocatur, vid. *l. 31. ff. locat. l. 24. & 25. ff. depoſit.* vt vt negari non poſſit, in eo notiſſimos depoſiti terminos illud excedere, vt transferatur per id dominium in accipientem depoſitarium, adeoque in hoc irregulare fiat; idemque de locatione & commodato irregulari manifeſtum eſt. Multa alia exempla ex iure noſtro accerſere poſſemus, ex quibus videre licet, propter irregularitatem aliquam in re contingentem non ſtatim rem ipſam negare licere, ni in re tam manifeſta fruſtra nos laborare putaremus. Quorſum inprimis in hac ipſa ſeruitutum materia pertinet, quando perſonalium ſeruitutum aliae ordinariae, aliae extraordinariae ſiue irregulares dicuntur, de quibus omnino v. Frantzk. *ad tit. ff. de Seruitut. n. 67.* Eyben. *diſquiſ. VI. obſ. 7.* Quando pergit Grotivs: *In alieno autem opus fieri auertendae aquae non poteſt, niſi iure ſeruitutis*, largiri ipſi poſſumus: nam v. gr. ſi dominus fundi inferioris vellet in agro ſuperiore aggeres facere, vt cohibeat aquam, ne ad ſuum perueniat, hoc citra jus ſeruitutis ipſi a domino fundi ſuperioris conſtitutae fieri aliter non poſſet; ſed quid hoc ad rem praeſentem, quando nos loquimur de ſeruitute naturaliter conſtituta citra vllam conuentionem aut pactum, cum Grotivs loquatur de ſeruitute auertendae aquae proprie ſic dicta, quae vtique probe ſemper a ſe inuicem diſcernenda ſunt. Illud haud minus H. Grotio concedimus, quando vltimo loco ponit: *Viciſſim ſi non damnoſa, ſed vtilis ſit aqua, puta fontana, poteſt dominus praedii eam in ſuo praedio retinere, neque permittere cogitur, vt ad fundum inferiorem perueniat, niſi eius fundi dominus ius aquae ducendae quaeſiuerit, l. 34. & 35. de S. P. R.* Quid vero exinde ad ſenrentiam Grotii ſtabiliendam faciat, non video, an hoc fortaſſe, ita, quando *hoc* domino placuerit, ſeruitutem hancce naturalem exiſtere non poſſe. Enimuero *hoc* vtique verum eſt: Nam heic ſeruitus naturalis praeſupponit cum agrum inferiorem & ſuperiorem, tum aquam naturaliter profluentem in agrum inferiorem; hoc vero caſu, quando dominus praedii ſuperioris eam in agro ſuo retinere mauult, aqua illa non poteſt peruenire in agrum inferiorem, adeoque neque ab eo excipi: cum non entis nullae ſint qualitates; & propter defectum obiecti ſeruitus haec effectum ſuum exſerere impediatur. ſimili ratione, quando ius aquaeductus habeo, ſi fons ille exaruerit, ex quo aqua ducitur, ſeruitus vtique aequaeductus exerceri amplius non poteſt; interim non ſequitur, ſi dicere vellem, non dari ſeruitutem aquaeductus. Sic non minus abſurdum eſt, negare velle ſeruitutem naturaliter conſtitutam, quia hoc caſu locum forte habere non poteſt: a defectu enim exercitii ſtatim totam rem negare velle, abſurdiſſimum eſt.

§. VI.

Item Colleg. Iurid Argent. & Duareni, qui ſtatuerunt. alienam eſſe hanc ſpe-

Ex dictis etiam fluit, quid reſpondendum ſit Auctori C. I. A. *ad tit. D. de ſeruitut.* §. 62. quando a tractatione de ſeruitutibus alienam exiſtimat ſeruitutem illam, quae natura debeatur, cuius ſumma ſit, vt inferior fundus aquam ex ſuperiore profluentem excipiat, *d. l. 1. §. penult. & vlt. & l. 2. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* Cui conſonat, quod Dvarenvs *ad tit. D. de nov. oper. nunciat. c. 3.* ait: Aliter accipi ſeruitutem ſub titulo de ſeruitutibus, vbi de impoſititia agatur, aliter in titulo de aqu. & aqu. pluv. arcend. quae naturalis ſit & inuito etiam domino fundo imponatur, vt aquae deducendae.

Etenim

Digitized by Google

Etenim, licet in nonnullis, quae naturalia diximus, discrepet seruitus naturalis ab imposititia, neutiquam propterea sequitur, illam ab hac toto genere differre. Iam & negamus, seruitutem aquae deducendae vnicam esse, quae a natura debeatur. Plures enim species tam inter liberos populos, quam inter ciues dari, statim demonstrabimus, modo prius ostenderimus, quaenam sint illa iuris naturalis principia, ex quibus populus populo, ciuis ciui seruitutem debeat. *ciem a tractatione de seruitutibus.*

§. VII.

Heic haud dubie primas tenet principium illud : Cum homines natura sint coniuncti, quae innoxiae vtilitatis sunt, hoc est, quae sine incommodo dantis alteri commodari possunt, alteri praestanda, & e contrario quae alteri nocent sine vllo commodo damnum inferentis, omittenda esse. Quam in rem egregie disseruit CICERO *I. de Offic.* & complura veterum Sapientum dicta cumulauit SAMVEL PVFENDORF. *lib. 3. de I. N. & G. c. 3. §. 1, & 3.* Quorsum etiam pertinet, quod in defectu iuris, hoc est, ciuilis, ex aequitate deriuat ICTVS *in l. 2. §. item Varus 5. D. de aqu. & aqu. pluv.* quod mihi prodest & alteri non nocet, hunc pati oportere, nec, quo minus id faciam in meo, ab illo impediri me posse. *Principia eius ex iure naturae deprompta, quae regulariter quidem ius imperfectum tribuunt, in nonnullis tamen casibus etiam in perfectum ius euadescunt.*

§. VIII.

Quanquam autem principium hocce ius perfectum non tribuat, vt pluribus docui *dissert. de Socialitate primo iuris naturalis principio Sect. 3. §. 15.* tamen dubitandum non est, posse Summum Imperantem lege lata efficere, aut etiam iudicem interdum statuere, vt huiusmodi officiorum praestatio perfecto iure debeatur. Exempla in iure Romano insignia habemus actionem ad exhibendum, & quod hypothecam specialem cum generali habens illam prius excutere debeat. *l. 2. C. de pignor.* Item quod ad alterius aemulationem in suo aedificare non liceat, *l. opus nouum 3. D. de oper. publ.* de quo infra ex professo agemus. Add. elegans exemplum ap. IOH. A SANDE *lib. 3. decis. Frisic. tit. 8. definit. 1.* & quae ex aliorum populorum scitis aut legibus deduxit PVFENDORF. *d. c. 3. §. 4.*

§. IX.

Iam & in statu naturali, si is, qui humanitatis officium petit, eo non praestito, vel certo vel probabiliter periret, aut sine eo ius sibi perfecte competens consequi non posset, ius quoque perfectum nasci existimamus : Nam, vt *d. dissert. de Societate primo iur. natur. princip. Sect. 3. §. 16.* docui, huiuscemodi in casibus cessant rationes, quae officiis illis, quo minus perfectum ius producant, obstare dicuntur. Et si remouere quacunque ratione possum, quicquid vsum aut defensionem iuris mei aduersus alterum impedit, tametsi tertius, a quo impedimentum oritur, ius agendi habeat, vt ostendi *dissert. de collis. legum Sect. 2. §. 10.* quanto magis id valebit, vbi alter, ne me impediat, ex officio humanitatis obligatur. Apparebit autem hoc luculentius, si ad propositum nostrum accedamus, & primum, quae seruitutes inter liberos populos, & deinde inter ciues ex iure naturae competunt, speculemur. Sit igitur

Digitized by Google

SECTIO I.

DE SERVITVTE NATVRALITER CONSTITVTA INTER LIBEROS POPVLOS.

§. I.

Possunt esse seruitutes *inter liberos populos* vel ex conuentione.

INter liberos populos ex pacto vel conuentione seruitutes esse posse, dubitare neminem sinunt Instrumenta pacis, quae vocant, etiam recentioribus temporibus condita. Sic, vt exemplum ex aeuo vetere vnum adferam, apud Procopivm *I. Persicor.* inter articulos foederis est, vt ne in confinio alterius alter arces habeat. Ao. 1600. inter Gallum & Sabaudum pace facta conuenit, vt pro Salucio Brescíae Comitatus in Segusianorum finibus, in quo pons Rhodani, Gallo traderetur, addita exceptione, vt Hispano copias in Sequanos Belgiumque trans eum pontem ducere liceret. H. Grot. *l. 9. histor. Belgic. in fine.* v. Pacificationem Ryswicens. de Duce Lothar. In Romano-Germanico Imperio regionum Domini, qui superioritate territoriali maiestatis aemula gaudent, complura habent iura, quas seruitutes iuris publici primus scite insigniuit Lvdolph. Hvgo *de statu regionum Germaniae c. 6. §. 16.* & exemplis aliis illustraui *in Dissert. de specialibus Roman. Germ. Imp. Rebuspublic. sect. 2. §. 35.* An vero ex solo iure naturae inter illos, qui in statu naturali degunt, siue illi sunt Reges ipsi, siue par Regibus ius obtinentes, vt Optimates aut liberi populi, seruitutes existant, omnino dispici meretur.

§. II.

Vel ex iure naturae. *Quo pertinet* (1.) transitus *per* alterius ciuitatis territorium.

Et primo quidem loco se offert tractatio illa nobilissima de iure transitus per alienum territorium, quae est quasi seruitus itineris naturaliter inter gentes constituta, qua populus vnus alteri ex humanitatis lege obligatur, vt concedat transitum per suum territorium his, qui eo iustis ex causis opus habent. Dominium enim, vt Grotivs loquitur, introduci potuit cum receptione talis vsus, qui indigentibus quidem prodest, dominis vero non nocet, vel, quod idem est, ex lege humanitatis alter alteri vsum rei suae innoxium exhibere obstringitur. Id quod nullam dubitationem habet in casu, vbi pauci aliqui & inermes transire, suoque sumtu victitare cupiant. Vbi tamen notandum, transitum huncce in quibusdam locis certis ex causis restringi posse. Ita per quasdam ditiones Italiae nulli viatorum ex Germania, Gallia vel aliunde venientium liber commeatus conceditur, nisi vel nomen suum edat, vel arma deponat, vel per certum tempus subsistat, antequam progrediatur. Nec hoc temere fit; quando enim ex frequenti variarum nationum transitu iustus nascitur periculi metus, omnino transeundi libertas certis limitibus circumscribi potest, Matth. Wesenb. *P. 1. Consil. 33. n. 52. seqq.* Quo etiam pertinent, quod Iudaei ob singulare odium, quo aduersus Christianos flagrant, quibusdam in regnis ac principatibus, vti Hispania, Anglia, ne quidem sub certi vectigalis pensione publico commeatu gaudeant, similique ratione Henricus Iulius, Dux Brunsuic. 1559. 28. Iunii edicto publico constituit: Daß die Jüden sich seiner Lande gäntzlich äusern und enthalten, darein und durch auch nicht, sondern wann ihr Weeg dieses Endes fället, seine Lande und Gebieth umziehen solten, quod tamen postea, cum nimis durum videretur, ab eodem Ao. 1559. 17. Decemb. ex parte restrictum fuit, teste Autore des ausführlichen Berichts die Fürstlich Lande und Erbstadt Braunschweig betreffend, part. 1. p. 86. & seqq.

Digitized by Google

& seqq. vid. etiam Preußische Land-Ordnung tit. 18. §. 5. kein Jude darff in Preußen wohnen, auch in keiner Stadt einreiten noch fahren, sondern nur zu Fusse gehen, vid. LIMNAEVS in Addit. *l. 3 I. P. c. 2. n. 15.* Aliis quoque in locis, vti in Ducatu Würtembergico, de quo testatur MYLERVS *de Princip. & Statibus Imperii c. 60. §. 3.* liberum quidem transitum Iudaei habent, sed impetrato prius salvo conductu seu securitatis literis, vulgo Schirmzettel, quas a Praefecto loci redimere tenentur. Et commodum publicum in aliis quoque non Iudaeis eiusmodi prohibitionem quandoque exigit, ne scilicet populus seu Respublica peregrinos indistincte admittat: recte enim ARISTOTELES *VII. Polit. c. 6.* inter alia legibus ait cauendum esse, quibuscum communicare oporteat, & cum quibus non oporteat. Captum in suo territorio per alterius magistratus territorium ad alium locum sui territorii ducere licet. vid. BIEDEMBACH. *quaest. nobil.* 11. WEHNER *Conf. Francon 92. per tot.* DIETHERVS *in addit. ad Besoldi Th. pr. verb.* Durchführung der *Malefisanten.* KLOCK. *tom. I. Conf. 53.* si quidem nemo prohibendus via publica vti per agrum *l. C. de seruit. & aqua.* SCHWEDER *Introduct. in ius publ. part. special. sect. 2. c. 13. §. 13.* Inter alia quaestio insignis est de deductione captiui vinculisque constricti per alienum territorium? Et quamuis publica via cuiuscunque territorii cuiuis libere patere debeat, constat tamen hodie, id non aliter locum habere, quam impetratis prius a Domino iurisdictionis literis salui conductus, müssen um Geleit zu Durchführung der Maleficanten anhalten und schrifftliche Reuersalien von sich stellen. Conf. MANZ. *decis. Palatin. 89. per tot.* De iure communi hic dissentientes vid. BIDEMBACH. *quaest. nobil.* 11. REINKING. *de Regim. Secul. & Eccles. 2. cl. 2. c. 17. n. 93. & seqq.* Secus se res habet in deductione mortui, vel etiam sponsae cum pompa per alienum territorium, vbi nuda solummodo denunciatio requiritur; neque enim illae, vti quidem captiui traductio, actum iurisdictionalem respicere videntur. BESOLD. *Thes. pract. lit. D. n. 36.*

§. III.

Etiam cum magnis exercitibus.

Hoc vero magis dubium est, quid de magnis exercitibus dicendum, adeoque iam quaeritur, an etiam ciuitati cum exercitu ius transitus competat per alterius ciuitatis territorium? Et affirmat hoc GROTIVS ex capite innoxiae vtilitatis, quia scilicet hoc vni vtile, alteri non noxium est. Quae ratio ex supra dictis explicanda, ideo nimirum innoxiam vtilitatem ius perfectum tribuere, quoniam, si aliter diceremus, summus imperans ius suum contra eum, qui vicinus sibi non est, defendere aut prosequi non posset, sicque iniuria maneret impunita, quippe quae ne vindicari possit, intermedius pro lubitu impedire posset. Est autem hoc firmissimum, ni fallor, argumentum: Absque quo ius a natura mihi concessum defendi non potest, illud vtique praestari ab altero debet; Atqui sine transitu. Ergo. Nam qui dat finem, dat etiam media ad finem illum producendum accommodata. Deinde commercia, quae ad societatem humanam quam maxime pertinent, alia ratione inter homines stabiliri non possent; & in vniuersum vinculum istud societatis humanae, quod inter omnes omnino Gentes, etiam remotissimas, obtinet, alia ratione contineri non posset, nisi facultatem homines haberent, vt conuenire & inuicem communicare non tantum singuli homines, sed & tota multitudo integrique exercitus possent. Accedunt exempla multarum gentium aeui omnis, quae protulit HVGO GROTIVS *l. 2. de I. B. ac P. c. 2. §. 13. n. 2. seqq. & lib. 3. c. 17. § 2.* Apud PVFENDORFIVM *lib. 7. Rer. Brandeb. §. 5. ad An. 1658.* Rex Sueciae dicebat: *E Dania in Poloniam sibi eundum, in quam quae via ducat, e tabulis geographicis perspici posse; nam milites per aërem*

arte

Digitized by Google

arte magica pallio insidentes non posse transuehi. Caeterum innoxium a se transitum quaeri, ac neminem laedendum, nisi qui bello se ingerat, ac eunti se opponat. Sed hic obseruandum est, quod idem Grotivs *c. l. n.* 3. monet: Transitum cum exercitu per alterius Principis territorium a Domino peti postulariique debere, vt Heluetiorum Legati, qui missi ad Caesarem dicebant: *sibi esse in animo, sine vllo maleficio iter per prouinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum, rogare, vt eius voluntate id facere sibi liceat,* vt ipse Caesar narrat *lib. 1. de bell. Gall.* Eundem petunt etiam Electores in Imperio, quando ad locum electionis proceedunt. v. Limnaevs *ad A. B. c. 1. §. 7. observ. 10.* Cuius iuris intelligens Carolus V. Imperator, cum Ducatum Mediolanensem, per quem transiri potest in Hispaniam, Gallo cedere nollet, in oratione A. MD. XXXV. ad Pontificem Romanum habita aiebat apud P. Iovivm *l. 35. histor. a princip. no quaquam dignitatis esse in Caesare, per alienas terras transitus facultatem precario petiuisse.* Plvtarchvs in Cimone refert, cum Cimon exercitum per Corinthiorum fines duxisset, priusquam eius compellasset, Lachartum eum incusasse: *etiam qui ianuam alienam pulset, non prius intrare, quam dominus iusserit.* Add. Pvfendorf. *l. 3. de Iur. nat. & gent. c. 3. §. 5.*

§. IV.

Modo transitum postulans idoneam cautionem praestare non renuat.

Iam & ille, qui transitum postulat ab altero, eum id volentem securum praestare debet. Neque enim desunt exempla alios hac occasione opprimendi v. Thvan. *l. 1. p. 3.* Sunt autem cautionum varia genera, quibus transeuntium insidiae traductionisque damna euitentur. Vsitatiores sunt *primo* datio obsidum, cuius exemplum est ap. Ivlivm Caesarem *I. de bell. Gall.* de Heluetiis & Sequanis, obsides inter se dantibus, vt ne Sequani itinere Heluetios prohibeant, vt Heluetii sine maleficio & iniuria transeant. Aliud exemplum affert Grotivs *l. cit. §. 12. in annot.* ex Procop. *Persic. II.* Qui cauendi modus etiam in Imperio nostro receptus est. vid. Recess. Imper. de Ao. 1670. §. Und was vor etlichen 5. & seqq. Deinde, vt diuisis manibus siue modicis cateruis transmittantur copiae, Compagnie- oder Regimenter-weis. Vbi aliquando fieri consueuit: Daß sie Troupp-weise, hinten und forn mit Landvolck oder einheimischen Soldaten umgeben, durchmarchiren müssen. Addit praeterea Grotivs, vt inermes incedant. Quod olim Agrippinenses Germanis dicebant, eumque morem in Eleorum regione obseruatum notauit Strabo. Quam tamen cautionem hodie aut vix aut difficilime in vsum deduci posse constat: Nam a viris militaribus postulare, vt arma deponant, ita fere accipitur, quasi manus iis abscinderentur, quod de Numantinis Florvs dixit, *lib. 3. c. 18.* Ab eodem Grotio proponitur, vt impensis transeuntis is, qui transitum concedit, milites aut praesidia conducat. Quanquam & hic cauendi modus difficultate non careat, ob magnos sumtus & moram temporis, quam militum conductio requirit. Et sane interdum inter artes est, duras transitum postulanti conditiones praescribere. Quo pertinent, quas Mutinae Dux superiori seculo praescribebat Vrbano VIII. Romano Pontifici, per Mutinensem ditionem in agrum Parmensem transitum petenti, apud Forstnervm *lib. 12. Annal. Tacit. c. 62. Vt ante sextum diem, quam exercitus fines Mutinenses attingeret, Dux a Thadaeo Barberino de aduentu suo certior fieret: vt eadem via, qua primi, sequentes incederent: ne singulis diebus plures CC. equitibus & CCCC. peditibus traducerentur: vt in reditu eadem, quae in transitu, obseruarentur: vt maleficia damnaque a milite illata resarcirentur. Exercitus ne citra quinque milliaria Mutinam aut Rhegium Lepidi appropinquaret: neue in oppidis moenibus & vallo munitis hospitaretur. Ductores Pontificii Com-*

Digitized by Google

Commissarios Mutinenses reciperent, qui transeuntes comitarentur, commeatibus pretia statuerent, & licentiae militari obstarent. Dux pontibus struendis ligna, militi annonam, equis pabulum iusto pretio praeberet: haberetque eundem annonae modum, quem largitus fuisset nullo vectigali soluto, ex vicinis Pontificis ditionibus petendi distrahendique licentiam. Annonae in diem statui XIV. modi Ferrarienses in XM. milites: & XXVM. pondo foeni in singula millena equorum. Praescriptum praeterea, quantum itineris primo die, quantum secundo & sic deinceps exercitus emetiretur: & quibus in locis pernoctaret. Postremo conuentum fuit, vt, si quis ex Mutinensibus in militem deliquisset, is captus prouinciali Magistratui; & vbi vice versa miles Mutinensem offendisset, supremo Exercitus iuridico puniendus traderetur.

§. V.

• Vtcunque vero, qui transitum petit, etiam idoneam cautionem offerat, possunt tamen esse iustae causae, quamobrem is transitu prohibeatur. Quo pertinet, si transiturus per alienum territorium hostes secum ducat. Quod Franci, qui in Venetia erant, Narseti Longobardos secum ducenti obiiciebant apud PROCOP. *IV. Gothicorum.* Sic quoque Brundusini portas clauserunt Antonio hostes secum ducenti, idemque fecerunt Carthaginenses filio Masanissae. ALBERIC. GENTIL. *de iur. bell. lib. 1. c. 19. pag. 140.* AVTOR *iuris inter gentes part. 2. sect. 5. qu. 8. pag. 288.* Porro, si certum sit a transitu periculum, aut mali animi eius, qui transitum postulat, argumenta extent, etiam haec erit iusta recusationis causa. Hinc CAESAR Heluetiis per prouinciam Romanam transitum denegauit, quod memoria tenebat L. Cassium Consulem occisum exercitumque eius ab Heluetiis pulsum & sub iugum missum: neque homines inimico animo, data facultate per prouinciam itineris faciendi, temperaturos ab iniuria & maleficio existimabat. CAESAR *de Bell. Gall. lib. 1, c. 7.* Ex hac etiam causa Veneti transitum denegabant MAXIMILIANO I. Romam cum exercitu petenti ad coronam Imperii accipiendam, causabantur enim: Rem pacis non egere armatis; ALBERIC. GENTIL. *d. c. 19. p. 139.* AVT. *Iur. Gent. d. q. 8. p. 287. seqq.* Ita cum A. MCCCCXLII. Christophorus, Sueciae Rex, armata quinque millibus militum classe transitum a Lubecensibus petiisset, specie voti nuncupati in veteris Marchae oppido Wilsenaco soluendi: Se amicum ipsis venturum, militem non alia causa secum duci, quam se defendendi aduersus vicinos Principes suspectos propositо; Lubecenses, quibus astum subesse suboluerat, & alioqui sciebant, natura fere inter se inimicos esse Regem aut Principem & liberas Ciuitates, ei transitum negarunt, teste IOH. LOCCENIO *lib. IV. Hist. Suec. ad d. A.* Interdum etiam ex conuentione alii Ciuitati concedi transitus nequit. Qualem Electori Brandenburgico cum Polonis fuisse, memorauit SAMVEL. PVFENDORF. *lib. 5. Rer. Brandeb. §. 13. ad A. 1655.* Adde de foedere Romanorum cum Antiocho apud LIVIVM *lib. 38. c. 38. ab initio*, & eorundem cum Aetolis apud POLYBIVM *Excerpt. legat. 28.*

Nec dominus iustam habet transitus denegandi causam.

§. VI.

Caeterum, vbi haec aut alia absunt, an transitus vi aut armis iuste vindicari possit? quaeritur. Affirmauit id HVGO GROTIVS *d. l. §. 13.* plurima hanc in rem exempla ex historia cum sacra tum profana afferens. Adstipulatur THEOD. REINKING. Biblische Policey *lic. 2 axiom. 139.* **Wegen Verweigerung eines nothwendigen unschädlichen Passes auf angebotene** *Caution* **mag man wohl die Waffen zur Hand nehmen und den** *Pass par force* **suchen.** Et sane huc faciunt argumenta illa omnia, quae supra

Si haec absint, transitus etiam vi & armis vindicari potest.

Digitized by Google

ſupra adduximus; nam a quo poſcitur tranſitus, ex officio humanitatis eum debet, & is qui petit, ſaepe ſine eo iure ſuo potiri haud poſſet.

§. VII.

Reſpondetur diſſentientibus, Gronouio.

Enimuero, cum alii in quaeſtione hac grauiter a nobis diſſentiant, vt ZIEGLERVS cum *in notis ad* GROTIVM *d. l.* tum *in tractatu de iurib. Maieſt. lib. 1. c. 33. §. 62. & lib. 2. c. 17. §. 29.* STRAVCH. *de imp. maris c. 8. n. 2.* & prae caeteris GRONOVIVS, huius argumenta, ceu quo nullus ad hanc rem plura aut maiora attulit, primo loco vt expendamus, operae pretium videtur. *Primum* inter ea eſt: *Principem vel populum poſſe prohibere indigenis, ne ſint armati intra fines, idque probari poſſe non tantum ex Petronio, ſed & iure ciuili, vbi Praetor id conſtituat; multo ergo magis hoc ei licere exteris prohibere, qui nullum plane ius in territorio habent.* Vid. *l. 3. D. ad L. Iul. Maieſt. l. 3. §. 1. ad l. Iul. de vi public. l. vnica C. vt armorum vſus inſcio Principe interdictus ſit.* Sed facilis eſt reſponſio, diuerſam longe rationem ſubditorum ſiue indigenarum eſſe. His leges praeſcribi poſſunt, non aeque extraneis, niſi ex pacto: deinde tranſitus extraneorum eſt momentaneus: at interdum a ſubditis cauſa timendi eſt perpetua: quo faciunt rationes, quas in compendio adduxit TABOR *in Armamentario Iuſtin. c. 3.* vbi aliorum quoque populorum leges & inſtituta hac in re laudat. Denique nos aſſerimus, ius tranſeundi eſſe ex naturali ſiue gentium iure: Summi autem imperantes ſaepe ex ratione Reipublicae ſuae ſubditis arma iuſte auferunt. *Alterum argumentum eſt: Priuatum prohibere poſſe, ne quis ingrediatur fundum ſuum venandi vel aucupandi gratia, quod tamen iuris Gentium ſit; multo ergo magis id principem poſſe.* Verum hic ratio diuerſitatis eſt inſignis; Etenim priuatorum fundis ratio tranſitus non eſt tam neceſſaria, qualis in publicis eſſe ſolet ad commercia aut ad bellum. Quin ipſo etiam iure ciuili, ſi quis fundum confinibus vndique praediis non ſeruientibus circumdatum habeat, vt illius adeundi facultas non ſit, iudex compellere proximum vicinum poteſt, vt is aditum per ſuum praedium concedat: vt Dd. *arg. l. 20. D. ſi ſeruit. vindic.* vulgo ſtatuunt. Quod autem in ciuitatibus actiones ſunt, idem extra illam ſunt bella, hinc & GROTIVS *lib. 2. de I. B. ac P. c. 1. §. 2.* egregie totidem belli fontes eſſe oſtendit, quot ſint actionum forenſium. *Tertium* argumentum petitur ab exemplis. Vbi in vniuerſum notamus, exempla exemplis reuinci poſſe: & ſaepe inter gentes populosue vſu venire, vt, prout arma partium & vires ſunt, ita vires temperentur. Iam & exempla, quae GRONOVIVS attulit, talia non ſunt, vt noſtram ſententiam euertant. Ad exemplum Atteae, qui Philippo petenti tranſitum denegauit, teſte IVSTINO *lib. 9. c. 2.* reſponderi poteſt, Philippum veniſſe non tranſitus cauſa, ſed malo animo vt hoſtem: cum enim Rex Atteas inter alia multa promiſiſſet, ſe adoptaturum Philippum in regnum, eaque non praeſtitiſſet, infenſus ei erat Philippus, & ſub praetextu religionis tranſitum petebat, cuius vera cauſa erat offenſio, quam cum Rex Atteas non ignoraret, cauſam vtique iuſtam, quamobrem tranſitum denegaret, habuit. Ad exemplum Caeſaris, qui Heluetiis innoxium tranſitum per prouinciam Romanam petentibus denegauit, *negantis ſe more & exemplo Populi Romani poſſe vlli iter per prouinciam dare &, ſi vim facere conentur, prohibiturum,* iam ſupra reſpondimus, iuſtam itidem in hoc quoque exemplo IVL. CAESARI cauſam denegandi fuiſſe, quandoquidem Heluetii hanc maxime ob cauſam tranſitum petebant, vt cum ſociis Populi Romani bellum gerere poſſint, quod & poſtea fecerunt. Caeſarem vero, cum gentem illam animoſam denegato tranſitu offendere nollet, praetexuiſſe more populi Romani, ſe nulli iter per prouinciam dare poſſe. Non maioris ponderis eſt exemplum, quod ex

LIVIO

Digitized by Google

LIVIO *Lib. 35. c. 7.* desumsit, narrante, cum Lucius Scipio per Macedoniam transitum tentare uellet, contrarium statuisse fratrem eius Scipionem Africanum, iuris Gent. peritissimum, ac dixisse: *Id totum verti in voluntate Philippi.* Ex quo colligitur, Africanum existimauisse, secundum ius naturae inuito Philippo transitum quaeri non posse. Etenim nondum liquet, Africano sermonem fuisse de iure: imo contextus historiae planum facit, illum dubitasse de bono animo Philippi. Verebatur enim, vt is transitum denegaret, & Antiocho, quo cum bellum gerebatur, se associaret, aut ne moras necteret. Accedit, fratrem Lucium non tantum transitum per Macedoniam, sed etiam commeatum per Thraciam petere voluisse, quod vtique reluctante eo obtineri haud poterat. *Quartum argumentum est*: Exercitum aeque amica ac hostilia non sancta habere, exemplo exercituum Ottonis & Vitellii apud TACITVM *2. histor. 12. & 88. seqq.* Et hodie exercitum omnem ita saeuire. Huic argumento reponimus, non semper ita fieri, vt exempla contraria complura testatum faciunt apud H. GROTIVM *l. 3. de Iur. bell. & pac. c. 17. §. 2.* Fac autem, quosdam iure hoc transitus abusos esse, an propterea alii eo arcebuntur? Adhaec ideo cautionem idoneam requisiuimus supra, & modos cauendi praescripsimus. *Quintum argumentum est*: Annonam ingraueſcere, maiore hominum numero admisso, quam tueri terrarum copiae siue naturales siue aduentitiae queant. Verum enim vero nec hoc semper contingit, & incommodum illud aliis quoque commodis, refuso scilicet pretio, pensari potest.

§. VIII.

ZIEGLERVS GROTIO opponit: *Quae ex humanitate debentur, non ita deberi, vt extorquere ea liceat, & quae in ciuilitatem resoluantur, inciuile esse, vt per vim exigantur.* At nos supra iam demonstrauimus, etiam iura imperfecta interdum in perfectum ius euale scere. Amplius vrget ZIEGLERVS: *haud raro transitum eiusmodi plura secum ferre incommoda, quibus auertendis idonea nulla inueniatur cautio. Ita enim posse contingere, vt alter ille, aduersus quem bellum geritur, occurrat transeunti in regione intermedia, & sic belli sedes in ea figatur: posse euenire, vt transeuntium consuetudine mores ciuium corrumpantur. Et quae sunt incommoda alia, propter quae merito transitus denegatur.* Atqui, quod primum attinet incommodum, non minus metuendum est, si transitus poscenti denegetur, vt is armis eundem sibi vindicet, & ita denegantis ditio non minus bellis inuoluatur. Elector Brandeburgicus apud PVFENDORF. *lib. 5. Rer. Brandeb. §. 13.* ad A. *1655. Potius habebat, Suecorum transitum dissimulare, quam vltro annuere, ac apud Polonos prohibendi impotentiam excusare.* Si alterum incommodum quicquam valeret, mercatura omnino esset prohibenda. Denique non obstat, quod ZIEGLERVS obiicit, nec per priuatum quem ire posse fundum, nisi constituta seruitute. Quorsum etiam pertinet D. STRAVCHII *de Imp. maris* c. 8. §. argumentum; *Quale enim*, inquit, *ius habes eundi per alienum suo Principe inuito? quod non habiturus sis per priuati alicuius Titii fundum iturus, l. 13. §. vlt. D. de Iniur. nisi seruitute quaesita. Quis autem putet, libertatem territorii, quae vniuersitas agrorum est, non minui inconsulto domino, propriaque autoritate transeundo, cum minuatur vnius agelli libertas hoc modo itinere aliis permisso. Imo si seruitute itineris, actus, viae, iure constituta libertas praedii minuitur; quid non minuatur facto transeuntis mero vsurpata?* Ad quae verbo respondemus, in statu naturali, siue inter diuersos populos ius transitus aliis & quidem iuris in natura positi rationibus niti; ad haec id rarius ferme, quam priuatorum seruitutes solent, exerceri.

Zieglero, Strauchio.

Digitized by Google

§. IX.

Pufendorfio. Quid PVFENDORFIVM mouerit, vt in contrarium abiret, ipſius verbis audiamus lib. 3. *de iur. nat. & Gent. c. 3. §. 5. Ex aduerſo tamen*, inquit, *non deſunt argumenta, quae tranſitum mero iure naturae citra pactum aliquod aut conceſſionem non deberi euincant, eo praeſertim caſu, quo quis vicino noſtro bellum illaturus per noſtras terras tranſire inſtituit. Sane enim vicinus, vicino cumprimis amico aut bene de ſe merito, id quoque debere videtur, vt ne alteri, qui ad ipſum oppugnandum venit, iter per ſuos fines concedat, ſiquidem id citra magnum ſuum incommodum poſſit prohibere.* Enimuero amicitia ſola nihil poteſt efficere, vbi is, a quo petitur tranſitus, neutras partes ſequitur, & propterea vtrique parti aequum ſe praeſtare debet. Ipſe PVFENDORFIVS paulo poſt docet, ad petendum tranſitum *ſaepe ingentem vtilitatem aut neceſſitatem nos adigere, cui non velificari alterum inhumanum ſit.* Sed ſatis ſit dictum de controuerſia hac, de qua fruſtra in ſcholis diſputatur, ſi credimus ZIEGLERO, cum in armata plerumque deſinat conſilia. Vnum tamen omittere heic non poſſumus. Eſt enim, qui putat, ius viarum publicarum commune humano generi manſiſſe. Quod ſi verum eſt, minus recte hoc ius tranſitus in cenſum ſeruitutum a nobis relatum eſſe. Verum recte obſeruat PVFENDORF. l. 3. de I. N. & G. c. 3. §. 5. *Hoc commentum inſicetius eſſe, quam vt refutari mereatur.*

§. X.

(2.) Tranſitus per mare. Succedit aliud non minus inſigne & priori ſimile ius tranſitus per mare. Apud H. GROTIVM *lib. 17. hiſt. Belgic. ad A. MDCIIX.* Batauorum quidem ita diſſerebant: *Siquidem ius aut fas quaereretur, pro ſe eſſe diuinas humanasque leges, quae nauigandi mercandique ius ita, vt coelum ſolumque, omnibus ex aequo adiicerent. Si ante bellum nauigatum non eſſet ad Indos, at ius fuiſſe nauigandi, nec vllam valere, quamuis longiſſimam poſſeſſionem adverſus iuris Gentium auctoritatem. Qui mare clauderent, qui ſolis ſibi mercatum vindicarent, quid aliud facere, quam piratas, quam annonae flagellatores? Antiquitati viſum, iuſta in eos arma eſſe, qui ſuis portubus quemquam excluderent, quanto magis, qui alienis arcerent? Pacem ſine commercio non pacem eſſe, ſed perpetuam, ſublato ſe tuendi iure, hoſtilitatem.* Et PVFENDORFIVS memorat *lib. 18. Rer. Brandeb. §. 32.* Cum A. MDCLXXXI. ſub Electoris Brandenburgici auſpiciis Societas ad litora Guineae commercia ſuſciperet, & poſt a Belgis, cum & altera nauis abrepta aliaque damna data eſſent, quorum reparatio expoſtulabatur, *in illa diſceptatione extra controuerſiam poſitum fuiſſe ius in vniuerſum, quod Electori aeque ac aliis Principibus & liberis populis circa commercia maritima cum aliis competat.* Addit PVFENDORFIVS: *Sane ipſi Belgae eam nauigationis atque commerciorum libertatem, cui & eius Reipublicae ſalus innititur, acerrime aduerſus alios aſſeruerunt: Qui nunc diuerſum ſtatuere ſalua ratione non poterant, cum nihil aequius ſit, quam vt quis eo iure, quod in alios ſtatuit, ipſe vtatur. Inprimis recentia exempla ad rem faciebant, quod cum Nauarchus Anglicus Holmes edita declaratione A. MDCLXI. praetendiſſet ius nauigandi & commercia exercendi ad litora Africae a Promontorio viridi ad id, cui a Bona Spe vocabulum eſt, ſoli Angliae Regi competere, omnibus aliis nationibus excluſis, Belgae literis ad eum Regem datis aduerſus eam praetenſionem non ſolum ad poſſeſſionem, quam in eo litore habeant, prouocarunt, ſed & ad libertatem commerciorum, & quod Deus, natura, & ius Gentium ipſis concedat, ſua commercia vbiuis locorum, qua commode poſſint, ſtabilire. Vnde eiusmodi praetenſionem iuri communi, gentium conſenſu recepto, repugnare. Cum quoque poſt A. MDCLXIII. Director Societatis Indiae Occidentalis Valckenburgius praetendiſſet, totum litus Guineae, quod & aureum vocari ſolet, & ad idem com-*

Digitized by Google

commercia ad eam Societatem spectare, exclusis aliis nationibus ac peculiariter Anglis, Suecis atque Danis, Ordines Generales id non solum excusarunt condito decreto, sed & articulo nono Pacis Bredanae inter Anglos & Belgas factae conuentum est, vtrinque emissa scripta, declarationes & protestationes nulla & inania esse debere, velut libertati nauigationis & commerciorum repugnantia. Romano iure prohibens innoxium transitum ac nauigationem per mare, iniuriarum actione conueniri potest. *l. 1. §. 9. ne quid in loco publ. l. 13. §. 7. de iniur.*

§. XI.

Consequens hinc est, cum seruitus non nisi in re aliena exerceatur, omnino statui a nobis, non mare modo internum, sed & externum, quem Oceanum dicimus, saltem in certis eius partibus, dominii siue proprietatis capax esse. De quo ab aliis in vtramque partem disputata nunc non repetimus. Tantum dicimus, non necessum esse, vt propter ius transitus libertas maris adstruatur. Vere H. GROTIVS *lib. 2. de iur. Bell. ac P. c. 3. §. 12. Illud certum est, etiam, qui mare occupauerit, nauigationem impedire non posse inermem & innoxiam, quando nec per terram talis transitus prohiberi potest, qui & minus solet esse necessarius & magis noxius.* Neque enim, quos naues ducunt sulcos, secuturis asperius reddunt iter, nec deterius patet tibi in continentem alterum iter, licet caeteri eandem viam vsurpent. Et BOECLERVS in *dissertatione*, cui titulum praescripsit, *Minos maris dominus*: *Mercandi*, inquit, *& negotiandi itemque ex vna regione in aliam vel ob belli vel ob pacis negotia transeundi libera facultas talis est, vt sine ea vix mundus videatur consistere. Itaque causam hanc fauore plenam diuinis humanisque literis assertum ire in procliui esse. Qui ergo ius sui dominii rei tam fauorabili opponit, is quantam difficultatum molem in se recipiat, in propatulo est. Statim enim audiat necesse est, fines particulares (qui spectantur in dominio huius vel illius) fini vniuersali, sine quo humani generis digna hominibus societas consistere nequit, vt concedant, optimi maximi iuris esse.*

Cuius proprietas alii populo est quaesita.

§. XII.

Ex iure hoc fluit ius ad portum appellendi, ibique vel valetudinis causa, vel ob tempestatem aliasue iustas ob causas aliquantisper commorandi. Nam & hoc inter vtilitates est innoxias, & probata Graecis querela Megarensium aduersus Athenienses, qui eos portubus suis arcebant *παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια contra iura communia*, vt PLVTARCHVS *in Pericle* loquitur, ita vt Lacedaemoniis nulla belli causa iustior fuerit. Quam historiam DIODORVS SIGVLVS *l. 12. Biblioth.* & THVCYDID. *1. Histor.* pluribus enarrarunt. Solet tamen hoc ius pactis interdum circumscribi. Ita in Induciis Hispanorum & Ord. Foederat. Belgii A. M D CIX. artic. 10. cautum: *non esse ius appellendi ad portus, promontoria alterutrius partis cum tali numero aut armatorum, vt iusti timoris suspicio generari possit, vim parari, nisi ex permissu eius, sub cuius ditione loca illa sita sunt, aut nisi tempestatibus aliaque necessitate delati illuc fuerint ad maiorem vim aut naufragii periculum effugiendum.* Neutiquam vero id eo extendi debet, vt populum vnum cum altero necessario commercia colere, & si id negetur, bellum esse iustum asseramus. Quicquid etiam FRANCISC. VICTORIA & post eum SOLORZANVS *l. 1. de Iure Indiar. c. 20. n. 55.* dixerunt, inde inter alia ob commercia & hospitium negatum ius belli in Americanos repetentes. Etenim commerciorum libertas est quidem in iure naturae fundata, verum hoc ius naturae non est simpliciter tale, sed pro certo rerum statu, quod proinde cuiusque Reipubl. rationibus attemperari potest, nisi ex praeeunte aliquo titulo commercandi singulari libertas illa pendeat.

Ex quo iure finis ius ad portum appellandi.

Digitized by Google

deat. Hinc Aristoteles *VII. Polit. 6.* legibus cauendum esse praecipit, *quibuscum communicare ciues oporteat, & cum quibus non oporteat.* Add. Pvfendorf. *L 3. de I. N. ac G. c. 3. §. 8.*

§. XIII.

Modo transitum petens reuerentiam suam signo quibusdam exhibeat.

Caeterum transeuntes mare aut portum alienum subeuntes aequum est, reuerentiam suam signo aliquo testari. Est autem moris passim recepti, tales vela siue suppara demittere. Cui simile iam apud veteres obseruare est: cum enim Domitii Aenobarbi & Antonii naues Praetoriae casu sibi obuiae essent, primarius lictor Antonii stans in prora, vt mos est, Aenobarbi *vt subditis aut inferioribus occurrentibus imperabat, detraherent insignia,* vt memorat Appianvs Alexandrinvs *L. C. de Bellis ciuilib.* Add. Ivst. Lipsivs *l. 1. Elector. c. 23.* Hodie non eodem modo fit velorum demissio; nam, vt notat Stypmannvs *part. 5. de iure maritim. c. 1. n. 21.* entweder wird im Mittelmast die oberste Flagge ein wenig herunter gelassen, und bald wieder aufgezogen, oder wird das Toppseegel halb hernieder gelassen, und nicht eher, biß man einen Canon-Schuß weit in der See ist, wieder aufgezogen, dafern die Schiffer nicht wollen pro contumacia einen jeden Schuß, der nach ihnen geschiehet, mit einem Rosinobel lösen. Sane omissionem huius signi belli causam fuisse constat. Quod exemplis illustrat Stypmann. *d. l.* Nonnunquam modus pactis definiri solet, vt factum inter Reges Sueciae & Daniae A. 1545. art. 5. 14. & 15. vid. Loccenivs *de iure marit. lib. 1. c. 4. n. 10.* Et in Angliae Regem ac foederatos Belgas Anno M DC LXXIV. pace Londini facta art. 4. conuenit: daß alle Schiffe oder Fahrzeuge den vereinigten Niederlanden zuständig, es seyen Kriegs-Schiffe oder andere allein, oder in Esquadres zertheilet, in den Seen von Capo Finis Terrae biß an den Mittel-Punct des Staaten Landes von Norwegen, so den Schiffen und Fahrzeugen des Durchleuchtigsten Königs von Groß-Britannien, welche höchstged. Se. Majestät Wimpel oder Segel I. A. C. bezeichnet, führen, sie seyen allein oder mehr an der Zahl, begegnen, auf solchen Fall ihre Top-Wimpel von dem grossen Mast-Baum nehmen, uud das Top-Seegel sollen fallen lassen, und also mit dergleichen Ehren-Zeichen, als jemahls zu einiger Zeit in einigen Plätzen zuvor den Schiffen Seiner Majestät von Groß-Britannien oder dero Vorfahren durch einige Schiffe der General-Staaten oder Ihro Vorfahren ist bewiesen worden, oder gebräuchlich gewesen. Add. der See-Tractat inter Regem Galliae Ludouicum XIV. & Ciuitates Hanseaticas artic. 7. apud Marqvardvm *de iure Mercat. tom. 2. p. 31.* Pertinent etiam huc, quae A. M C LXIV. inter Succos & Brandenburgicos disceptata sunt, cum Nauarchus Suecicus e naui regia exire voluisset, supremo velo non demisso. Quam controuersiam verbis hisce commemorat Pvfendorfivs *l. 9. Rer. Brandenb. §. 68. Ast Sueci*, inquit, *vltro querimonias mouebant, cum Nauarchum a Gubernatore Pillauiae iussum summum velum submittere, & cum id abnuisset, immissis militibus nauigio extractum, & in custodia detentum, quod regimen Porussiae eum dimitti iusserit: nec vnquam a Suecicis nauibus in Pillauia postulatum, suppara demittere. Enimuero a Crocouio demonstrabatur, nauarchum per milites naui haud detractum. Dudum quoque typis impressum edictum teloneo affixum fuisse, quo omnibus nauibus portum ingredi aut eo exire vetabatur, summo velo haud submisso. Nec Electorem passurum supremo suo iuri quid detrahi. Sane Suecicas naues Cronenburgum & Neuburgum, Danicas munitiones, suppara demisso praeteruehi. Factum Nicolai Brahaei iudicio orbis haud probari, ac Nauarchum Anglicum capitis poenas fuisse daturum, ni preces pro ipso interpositae forent. Ad Weixelmundam omnes Anglorum, nec minus Liburni quarumuis nationum naues ad istud honoris signum exhibendum*

Digitized by Google

bendum compelli. Ac nuper Pontificias triremes, cum Genuenſium quandam arcem inſalutatam praeteruehi conarentur, a machinis ſtrenue vapulaſſe. Equidem ſuper iſto honoris ſigno quidam id temperamenti proponebant, vt Suecicae naues in eo portu adpellentes nullum plane ſupparum gererent, vti Angli cum Hiſpanis conuenerint. Prout & Anglica nauis, quae non ita pridem Couentrium, legatum Anglicum, in Sueciam vexerat, fecerit, ſtatim atque portum Baleroeenſem attigiſſet; praeſertim cum alias Pillauiam ingredientibus vſus ſummi veli, quod ſubmitti ſolet, non ſit. Enimuero Elector vtique iſtum honorem exhibere ſibi volebat; nec, quod Sueci dominium maris Baltici iactent, ad aliorum Principum portus ac flumina porrigi poſſe; nec ipſius maiores Suecis vnquam iuris quid in ſuos portus conceſſiſſe. Viciſſim Electoris naues Regiis bellicis, in aperto mari occurrentibus, eundem honorem exhibiturae erant, hiſce machinarum diſploſione ſalutationem repoſituris.

§. XIV.

Antequam hinc abeamus, lubet tres expendere quaeſtiones. *Prima eſt*: an tranſeuntes cogi poſſint, vt merces, quas vehunt, in terra noſtra, in freto aut flumine ſiſtant? Quod affirmauit PVFENDORF. *L. 3. de I. N. ac G. c. §. 6.* Vbi ita exiſtimamus, ratione mercium ab exteris in noſtram ciuitatem importandarum, aut etiam inter ciues eiusdem Reipubl. poſſe ius ſtapulae, quod vocant, a ſummo Imperante conſtitui. v. IOAN. MEVRSIVS *hiſtor. Danic. ad A. MD XVI.* vbi refert rationes, quae Chriſtiernum II. Daniae Regem ad conſtituendum Hafniae emporium impulerant. Nec iniquum eſt, ſi lege publica ſtatuatur, vt non liceat quicquam vel inuehere vel euehere, niſi nauibus indigenis, qualis lex eſt apud Anglos & alibi, teſte MARQVARDO *L. 1. de iur. mercator. c. 11. n. 34.* Aſt vt exteri, qui merces aliunde petitas domum, vel domi natas factasue ad alium populum transportare volunt, nec aliud quicquam praeter tranſitum innoxium ſibi vindicant, adigantur ad merces illas venundandas, quo iure defendi queat, profecto non videmus. Equidem PVFENDORFIVS dicit, cum tertius ille ius non habeat, nos ab illo lucro excludendi, quare non proximi nobismet ipſi ſimus, & lucrum illud in nos auertamus? id quod fieri poſſe exiſtimat, ſi merces iſtae nonniſi interuentu noſtrorum ciuium inter duos populos, quibus nos interiecti ſumus, commeent. Addit, niſi haec ratio admittatur, non videre ſe, quomodo excuſari poſſint ſtapulae, quam vocant, & alia iura, quibus merces ſiſtuntur & ad certum forum trahuntur. Enimuero iam demonſtratum eſt, quomodo ius ſtapulae admitti poſſit, nimirum inter ciues eiusdem Reipubl. & ſi exteri in noſtram ciuitatem merces importare velint: Cum enim in noſtra facultate ſit poſitum, an cum exteris commercia exercere velimus nec ne, cur modus commerciis poni non poterit? Porro licet tertius ius non habeat, me ab aliquo lucro excludendi, ſi tamen tertius ille merces iam in manibus teneat, lucrum ex iis ſperatum inuito eo in nos deriuare non poſſumus.

Expenduntur heic quaeſtiones tres. Prima, an merces tranſeuntes ſiſtere liceat?

§. XV.

Altera quaeſtio eſt: An transeuntibus exterorum mercibus vectigal imponi poſſit? Quae haud dubie affirmanda, ſi merces terreſtri itinere transuehantur: nam Rectores Rerumpubl. multas impenſas facere coguntur in vias complanandas & reficiendas, & ſecuritatem transeuntibus praeſtant: adhaec agris per oneraria plauſtra non raro detrimentum affertur. Quod ſi etiam pontes ſint ſtruendi, aut terra canalibus reddatur permeabilis, manifeſta eſt vectigalis pro recuperandis impenſis aequitas. Eadem aequitas conſpicitur in fluminibus & portubus, ceu quos excitare, extructos reparare, ac ab arena aeſtu-

Altera, an a transeuntibus vectigal exigi poſſit?

Digitized by Google

aestuque maris repletos diligenter purgare, non paruam diligentiam requirit nec minores sumtus, mare tueri, praedonibus purgare, atque eos, vt decet, plectere tutamque transeuntibus nauigationem praestare. Conf. *l. vnic. C. de classic.* Nec dubium est, si sumtus fiant in ignes ad cursum nauium dirigendum, aut in signa ad breuia & taenia denotanda, eo nomine in fretis ac maribus iuste vectigal exigi posse. At citra has & alias causas vectigalium maritimorum aequitatem tueri difficultate non caret. Anno M DC XL. Sueci apud Pvfendorfivm *L. 12. Rer. Brandenb.* §. 86. valde querebantur, quod Dani in Freto Oresundico vectigalia nimis intenderent, id iniquissimum censentes, praesertim cum Danus aperte iactare non dubitasset, id sibi competere, velut partem summi Imperii, ac, prout visum fuerit, intendi ac remitti posse. *Equidem, vt Hassniae ac Bergis vectigal, quantum velit, exigat Danus, contradicturum neminem. Sed in freto id capere, vbi nec litore nautae vtantur, non plus rationis habere, quam si aut Anglus in freto Britannico, aut Hispanus in Gaditano idem exigere instituat. Nec vllo modo fieri posse, vt quis nostrarum fortunarum arbitria inuadere velit eo tantum nomine, quia praeter litora eius aperto mari nauigatur; cum sufficere debeat, quod antiquo more nationes, quae id fretum transeunt, Suecis exceptis, modicam pensionem non tam approbauerint, quam toleraverint.* Conf. Evndem *l. 5. vit. Caroli Gustaui* §. 66. *ad Ann. M DC LIIX.* Postea cum A. M DC XLII. exortum esset bellum, quod H. Boeclervs *libris tribus de bello Sueco-Danico* facunde enarrauit, pace facta inter Christinam, Sueciae Reginam & Christianum IV. Daniae Regem A. M DC XLV. art. 3, conuenit: vt Regis Sueciae eique subditorum & incolarum Sueciae, Finlandiae, Ingriae, Esthoniae & Liuoniae naues ac bona, cuiuscunque sortis ac notae sint, vna cum earum nauarchis, plebe nautica, mercatoribus & vectoribus, siue sit nauis propria, siue Sueciae subditi in ea partem habeant, libera ac immunia sint in freto Oresundico & Baltico ab omni vectigali, Accisis, impostis, portorio, quodcunque nomen vel nunc habeant, vel in posterum effingi possit, sub quocunque etiam praetextu fieri queat, non solum dum naues stant ad anchoras in freto Oresundico & Baltico, sed etiam, quum transeunt sursum vel retro. Add. post H. Grotivm idem Pvfendorf. *L. 3. de I. N. ac G. c. 3.* §. 7.

§. XVI.

Tertia, *an vt transitus, ita piscatus in mari liber sit?*

Tertia quaestio est: An, quemadmodum transitus in mari, ita piscatus liber sit? Circa hanc Elisabetha Angliae Regina, controuersiam de iure piscandi iuxta Islandiam cum Rege Daniae habens, pronunciabat: *Mare iure gentium liberum esse, nec ab vllo Principe piscatus in Oceano interdici posse*, vt memorat Robertus Iohnstonvs *L. 8. Rer. Britannic. ad A. MDC.* At non idem sensere Angli sub Iacobo Rege: nam ita idem Iohnstonvs *L. 14. Rer. Britannic. ad A. MDC IX. Galli*, inquit, *verno tempore ad litus Britannicum traiicientes, licentiam piscandi postulauerunt impetraueruntque. Batavi, terra marique potentes, libertate parta longi temporis praescriptione se frui putarunt oportere; imperium & edictum* (quod Rex promulgauerat, ne exteri ad litus maris Britannici Insularumque circumiacentium accederent piscandi causa, nisi petita licentia ab hominibus idoneis, Londini aut Edenburgi specialiter delectis) *neglexerunt, potestatem piscandi in mari iure naturali ac gentium concessam, Principum edictis prohiberi non posse, asserentes. Hi virium fiducia freti aestiuo tempore nauicularum ingenti multitudine ad haleces piscandas veteri more Orcadas petierunt, & vt antea sale condierunt. Quo piscatu exercitus atque praesidia oppidorum aluerunt, publicos Reipubl. sumtus sustentarunt; magnam annonae partem pararunt & inuictissimam se palam gentem praedicarunt. Denique haec piscatio Batauis subsidium belli aduersus Iberos; fundamentum*

mentum vectigalium, commeatus militum, solatium annonae, fons innumerabilis pecuniae atque immensi quaestus. Ex hac copia nata est illa arrogantia, quae edictum contemsit, & abolitionem eius pertinaciter postulauit. Bataui haud recordantes aut dissimulantes licentiam piscandi diplomate Iacobi in Scotia iis specialiter indultam, librum extemplo ediderunt, qui inscribitur mare liberum, & dilucide docuerunt, naturali iure ac gentium mare omnium commune, nec posse ab aliquem piscatu aut libera negociatione prohiberi. Sed contraria sententia eorum magis probanda, qui existimant, iure gentium in mari distincta esse dominia, & piscationem in Oceano prohiberi posse. Quae sententia adstipulatores habet, praeter lumina Iuris, Geographos omnes, cuique regioni proximum mare assignantes, vt Gallicum, Germanicum, Britannicum, Aegyptiacum, Creticum, Arabicum Bataui vbi motus irritati Regis perspexerunt, honoris eius causa miserunt in Britanniam oratores, vt, si quid secus factum sit, quam debuerit, excusarent. De inhibendo piscatu nihil vltra constitutum, quia possessione dimouere, nec facile nec tutum erat, ne ad potentissimi Regis obsequium relaberentur, cuius iugum ceruicibus excusserant. Conf. EVNDEM, quae acta circa balaenarum capturam ad Insulam Iacobi, memorantem *L. 15. Rer. Brit. ad A. MDCXIII.* Nos licet proprietatem circa mare, & Oceanum maxime, difficulter custodiri, eiusque possessionem instabilem esse libenter concedamus, quo pertinent argumenta de libertate maris; Si tamen certum sit, mare aut maris partem a populo quodam occupata esse, haud dubie piscandi ius ad alium populum non pertinebit, nisi ex illius concessu vel expresso vel tacito. Quam veniam Anglos aliis populis iam dudum dedisse, compluribus documentis probat SELDENVS *l. 2. de mari clauso c. 21.*

§. XVII.

Inter seruitutes naturaliter debitas est etiam collocatio praesidiorum in extera, eaque pacata regione. Hanc enim iustam esse, probat H. GROTIVS *l. 2. de I. P. ac P. c. 2. §. 18. & l. 3. c. 1. §. 2.* titulo innoxiae vtilitatis & necessitatis, si modo non imaginarium sed certum sit periculum, ne hostis eum locum inuadat, & inde irreparabilia damna det: deinde si nihil sumatur, quod non ad cautionem sit necessarium, puta, nuda loci custodia, relicta vero domino iurisdictione & fructibus: postremo, si id fiat animo reddendae custodiae, simulatque necessitas illa cessauerit. Hinc cum ex Cliuensi Ducatu quotidie pene in Geldriam irrumperent praedones & direptores, ad reprimendos eos Schenckiana munitione (vulgo Schenckenschantz) opus fuit, quam loco commodissimo foederati Belgii Ordines in Cliuensi territorio excitari iusserunt, & quidem iure, ex sententia IACOBI ZEVECOTII *obseruat. ad l. 3.* FLORI *c. 7. Vt enim (quo argumento vsus fuit Cancellarius Geldriae Leoninus) legis Aquiliae actio cessat, dum quis arcendi incendii causa vicinas aedes destruit ob iustum metum, ne suas quoque ignis inuadat; Ita, qui a potente Tyranno premitur, potest, vt sibi consulat, vicinorum Principum vrbes ac arces, etiam iis inuitis, praesidio suo firmare.* Equidem non pauca heic obmoueri solent. BOECLERVS *in notis ad H. Grot. d. l.* quem probat PVFENDORFIVS *lib. 2. de I. N. ac G. c. 16. §. 8.* monuit, ex vsu omnium seculorum & populorum constare, neminem putare, se teneri ad permittendum alteri, periculum ab hoste timenti, occupationem loci aut arcis suae, si eam impedire possit. Adeoque, si alter occupauerit, hoc ex iis esse, quibus facilior venia tribui possit, non ex iis, quae iuris naturalis titulo citra figuram & oratorium colorem defendi queant. Nos vero monitum hocce nihili esse existimamus; Loquimur enim de pacatae regionis domino, qui propriis opibus vrbes, oppida aut arces defendere haud possit. AH. FRITSCHIVS *Tract. de iure praesid. c. 3. §. 2.* opponit: rem mihi semel acquisitam, vt cum altero communicem, me nullo iure cogi:

(3.) Ius collocandi praesidia in extera eaque pacata regione.

Digitized by Google

cogi: occupationem fortalitii vel ciuitatis alienae, licet nudae custodiae causa fiat, suz natura ita comparatam esse, vt non possit non graue damnum ac periculum domino adferre. Et quis, inquit, necessitatis, quae obtenditur, gradum aestimabit? quis certitudinem periculi docebit? quis cauebit, occupationem istam domino loci nullum periculum aut damnum illaturum? quis data damna reparabit? Ad quae regerimus, ius hocce extraordinarium esse. Et, si damnum inde in alterum redundet, id hosti imputandum, qui nobis hanc necessitatem imposuit: necessitatem autem intelligi talem, quae aequis rerum aestimatoribus probari possit. Foederati Belgae apud H. Grotivm *l.* 9. *Rer. Belgic.* ad A. M DC. Caesaris Legatis loca & damna Germanici soli repetentibus respondebant: *merito hosti & damna imputari & occupata defensionis loco, qui prior solo pacato intulisset exercitum; id si Hispano condonaretur, at certe sibi noxium esse non debere, quod suasisset necessitas.*

§. XVIII.

(4) *Ius vtendi exteris nauibus,*

Affinis huic est seruitus vsus exterarum nauium ob necessitatem. Cuius complura attuli exempla *Dissert. de collision. Legum. sect.* 2. §. 13. Quibus adde illud Xenophontis, non minus Ducis quam Philosophi magni, tempore necessitatis naues praetereuntes cogentis, vt exercitum abducerent. Quod ipse narrat *l.* 5. *histor. expedit. Cyri ab initio.* Bene vero huic monuit Xenophon: *considerandum, an aequum sit, eos, quos cum nauigiis subducturi essent, impensa communi a se ali, quam quidem diu ipsorum causa manserint; atque num etiam merces vecturae sit eis danda, vt pro nauata tam vtili opera & ipsi commodum aliquod percipiant.* Quod comprobauit exercitus. Addit Xenophon: *Postea merces, quae illis nauibus vehebantur, eximebant, milites & custodes constituebant, vt ea saluae dominis essent; nauigiis ad vectionem vtebantur.*

§. XIX.

(5.) *Ius assiduos legatos in alia ciuitate habendi.*

Vt autem haec species seruitutis personalis existimari potest, ita non minus alia habitationi similis, si ciuitati ius sit, vt apud aliam ciuitatem legatum habeat assiduum. Ius autem hoc est ex suppositione: qui enim id sibi competere contendit, alii idem iuste negare haud poterit. De Salis ad l. 4. C. *de Commmerc. & mercator. Nota, non conuenire alieni regni scrutari arcana. Verum haec nimia superiorum temporum religio sine simplicitas nostris moribus vsque adeo exoleuit, vt legatorum hodiernorum, qui plerumque triennio abesse solent, praecipuae partes sint, singula rimari, ac arcana Principis ac reipublicae, in qua agunt, scrutari, & sic dominis indicare literis, exoticis characteribus ignotisque notis, vt sic legatorum sanctissimo nomine tecti exploratorum potius personam sustineant, quod tamen illis crimini aut fraudi esse non debet, cum diuturno omnium ac tacito fere gentium consensu id introductum ac firmatum sit, atque adeo, quando mos est, crimen non est.*

§. XX.

An (6.) *ius prohibendi ne vicinus in territorio suo arces aut munimenta alio*

Restat, vt de iure arces siue munimenta extruendi in finibus territoriorum videamus. Nam, si id non licet, vti persuasus fuit Alberic. Gentilis *l.* 3. *de Iure Belli c.* 21. habemus simile ius seruitutis altius non tollendi. Argumento autem Gentilis non vno vtitur. Primum ait; propterea non licere Principi arces aedificare in finibus, quia castra admouere alienis veluti foribus, non videatur iustum, etsi in suo. Deinde quosdam Principes inuicem pactos fuisse, vt munimenta vtriusque in finibus excitare possent, qua conuentione opus haud fuisset, si id citra eam licuisset. Praeterea non licere in alterius aemu-

Digitized by Google

aemulationem aedificare: aemulationem autem colligi ex aptitudine ad nocendum, & quoniam munimenta non neceſſe ſit fieri. Adde, hanc ob cauſam bella intuliſſe Romanos Philippo Macedoni, Lyſimachum Demetrio, Samnites ob Fregellas Romanis, Aequos ob Albam, & Iſtros ob Aquileiam iisdem Romanis. v. LIVIVS *l.* 8. *hiſtor.* 23. *l.* 10. *c.* 1. *l.* 41. *c.* 1.

extruat? Quod affirmauit Alb. Gentilis.

§. XXI.

Diuerſum ſtatuit H. GROTIVS *l.* 2. *de I. B. ac Pac. c.* 22. §. 5. iuſtam negans belli cauſam, ſi vicinus nulla pactione impeditus in ſuo arcem faciat aut munitionem aliam, quae damnum aliquando dare poſſit: aduerſus enim tales metus contrariae in ſuo munitionis, aut ſi qua ſunt ſimilia remedia quaerenda eſſe, non vim bellicam. Niſi iuſtis indiciis appareat, arces in finibus ſtrui non tuendi ſed nocendi cauſa, vt GROTIVS ipſe ſententiam ſuam temperat, *L.* 3. *de I. B. ac P. c.* 20. §. 40. Argumenta GENTILIS erudite refutauit ZIEGLERVS, *L.* 1. *de Iurib. Maieſtat. c.* 35. §. 10. *& ſeqq.*

Rectius negatur cum H. Grotio & Zieglero.

SECTIO II.

DE SERVITVTE NATVRALITER CONSTITVTA INTER EIVSDEM REIPVBLICAE CIVES.

§. I.

PRogredimur ad ſeruitutes naturaliter conſtitutas, quae inter eiusdem Reipubl. ciues maxime locum habent. *Maxime* dico: quanquam enim earum aliquae in ſtatu naturali ſe exſerere poſſint, tamen frequentius in ciuitatibus vſum habere deprehenduntur. Vbi primo loco ſe offert ſeruitus *aquae recipiendae* ſiue *aquae immittendae*, vt vocatur in *l.* 2. *§ fin. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* De qua VLPIANVM *in l.* 1. §. 22. *eod. tit.* quam ſupra praecipuam in hoc argumento eſſe diximus, audiamus ex ſententia LABEONIS ſcribentem: *Semper hanc eſſe ſeruitutem inferiorum praediorum, vt natura profluentem aquam excipiant.* Quod denuo repetit ſequente §. 23. & illuſtrat: *Semper agrum inferiorem ſuperiori ſeruire, ac hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum a ſuperiore, compenſarique debere cum alio commodo. Sicut enim omnis pinguedo ad eum decurrit, ita etiam aquae incommodum ad eum defluere.* Quam in rem exemplum affert CAEPOLLA *de ſeruitutib. ruſticor. praed. c.* 4. *n.* 77. *Si aqua*, inquiens, *fluat ex monte vel loco meo, & deſcendat in tuum, eam teneris excipere, nec potes me compellere, vt faciam foſſam vel aggeres in fundo meo, per quos aqua detineatur: quia fundus tuus inferior in hoc naturaliter ſeruit fundo meo ſuperiori, quando aqua naturaliter deſcendit.* Hinc, ſi quis naturalis huius ſeruitutis vſum oppoſitis aggeribus, vt reſtagnet aqua, & in fundi ſuperioris damnum redundet, impedire conatur, actioni de aqua pluuia arcenda locus eſt: quippe quae datur aduerſus eum, qui manu fecit, quo aqua aliter flueret, quam natura ſoleret, vt opus in ſuo factum deſtruat expenſis ſuis, damnumque poſt litem emergens ſarciat, vel, ſi opus ab alio factum poſſideat, vt praeſtet patientiam, quo deſtruatur, per *d. l.* 1. §. 1. §. 9. 13. *& paſſim.* Quanquam animus nocendi in dubio heic non praeſumitur. MEV. *p.* 8. *D.* 231. *n.* 5. *& ſequ.* ſi aqua non eſt pluuia, ſecundum aliquos vel actio de aqu. & aqu. pluv. arcenda vtilis, vel negatoria locum habeat. v. *d. l.* 1. §. 17. CAEPOLLA *d. tract. de Seruit. ruſt. praed. c.* 5. *n.* 2. Ratio autem ſeruitutis huius

Inter ciues eiusdem Reipubl. ſecundum ius naturae ſunt (1.) Seruitus aquae recipiendae, ſi ex praedio ſuperiore fluat in inferius.

Digitized by Google

naturalis non tantum eſt, quam ex ICto iam modo recitauimus, ſed etiam illa, quoniam natura duce intelligimus, non aliter in ſuo quid facere licere, quam ſi in alienum nihil immittat. *l. ſicut autem* 8. §. *Ariſto.* 5. *D. ſi ſeruitus vindicetur.* Libet heic adiungere ſententiam cum rationibus decidendi, quam ad requiſitionem iudicii Aulici E. Z. Collegium Iuridicum Academiae huius A. MDCCVII. menſe Nouembr. pronunciauit:

IN Leuterungs-Sachen der Einwohner zu H. und O. Beklagten anjetzo Leuteranten an einem, entgegen und wider die Eingeſeſſene zu W. Klägern anjetzo Leuterate am andern Theil, in puncto turbationis ſeruitutis aquae recipiendae, erkennen von Gottes Gnaden Wir G. L. H. zu B. und L., des H. Röm. Reichs Ch. ꝛc. auf vorgehabten Rath auswertiger Rechts-Gelahrten allem Ein- und Fürbringen nach hiermit vor Recht; Daß, der eingewendeten Leuterung unerachtet, es bey dem am 6. Decembr. 1704. eröffneten Urthel zu laſſen ſeye. Inmaſſen Wir ſelbiges hiermit beſtätigen und Leuterante in die Gerichts-Koſten dieſer Inſtantz, Richterlicher Moderation vorbehältlich, fällig vertheilen. V. R. W.

Rationes Decidendi.

Die Eingeſeſſene zu W. haben Anno 1665. ſich beſchweret, daß die H. und O. den von uhralten Zeiten zu Ableitung des Waſſers gemachten Graben, mittelſt eines unbefugt gemachten Dammes, zu verſtopffen, auch zwiſchen den Graben Nordwerts eine neue Schleuße anzulegen ſich anmaſſeten, wodurch Sie alles Waſſer auf ihr der Kläger Land, welches höher als Derſelben ihr Land liege, mithin das Waſſer ſeinen natürlichen Gang niederwerts habe, zuzuſtauen und das Land nebens den Wieſen zu Grunde zu verderben trachteten. Worauf Sie eodem anno ein Mandatum demolitorium erhalten, auch iſt nach zweymahl per Commiſſarios eingenommenen Augenſchein

ſub Num. act. 50. & ſequ. & 67. ſequ.

auch der Partheyen hinc inde übergebene Handlungen ex ſententia ICtorum Marpurgenſium

ſub publicato 6. Decembr. 1704.

ein Urthel des Inhalts ergangen:

> Daß Beklagten nicht gebühret, Klägere in ihrer bißhero von langen Zeiten und Jahren her ruhigen Poſſeſſion vel quaſi aquae ducendae vel auertendi fluminis durch den zugemachten Graben beklagter Maſſen zu turbiren, noch auch ſonſten durch eine neue Schleuße deßfalls zu verhindern und Schaden zuzufügen, ſondern daß Sie daran zu viel und unrecht gethan, und dahero nun auch ſich deſſen hinführo, dem ergangenen Rechts kräfftigen Mandat nach, praeſtita cautione de non amplius turbando, ſo lang zu enthalten ſchuldig ſeyn ſollen, biß Sie ihr gethanes Einwenden beſſer, als noch zur Zeit geſchehen, in petitorio werden ausgeführet, und der Gebühr Rechtens nach dargethan haben, wobey dann auch gleichfalls Klägern ihr zu haben vermeinende Gerechtſame weniger nicht ausdrücklich vorbehalten, als auch biß dahin der von beyden Seiten praetendirte Waſſer-Schaden nebens den bißherigen Koſten ausgeſetzt verbleiben.

Von welchem Urthel Beklagte leuterirt.

Ob nun wohl Dieſelbe dargegen anführen, daß (1.) der Graben, deſſen im Urthel gedacht worden, ſecundum relationem Dnn. Commiſſariorum dergeſtalt zugeſchlammet und aus-

Digitized by Google

ausgefüllet gewesen, daß man truckenes Fusses darüber gehen können, und also daher, cum seruitutes non vsu amittantur,

per vulgata

kein argumentum possessionis mögen genommen werden.

Und (2.) Aggeres in suo facere inter res merae facultatis referiret werde,

per tradita MEVII *part.* 8. *Dec.* 230.
HACKMANNI *de iure aggerum c.* 8.

welches ebenmäßig auf die Schleuße zu appliciren.

Auch (3.) die a Dnn. Commissariis abgehörte Zeugen ad art. probat. 4. & 5. deponirt, es sey in der gantzen M. die beständige Observantz und Herkommen, daß wann die untersten Schleußen kein Wasser zögen, alsdann die obersten ihr Wasser so lang an sich behalten müsten, biß der Abfluß der untersten Gewässer erfolgte, auch dürffte solchen Falls, wann die Schleuße von Wasser gestauet, keiner dem andern seine gemachte Graben durchstechen, und also den andern durch das gar zu grosse Wasser in Schaden setzen.

Welchem (4.) beytritt der V. Visitations-Recess §. 4. in fine rotuli sub Num. act. 52.

Daß die Schosse und Abdämmung nit ehender aufgezogen werden sollen, biß Vogt und Deichgeschworne die Schlöße besichtiget und befunden, daß sie völligen Abzug haben.

Sodann (5.) Ihnen widerrechtlich der Beweißthum aufgebürdet sey, cum seruitutem negans probare haud teneatur, etiamsi aduersarius sit in eius quasi possessione, vt est communis Dd. opinio.

Nachdem aber (1.) die Herren Commissarii in ihrer Relation

sub Num. act. 50.

gesetzet, es sey unlaugbar, daß der W. Land fast durchgehends, auser etlichen niedrigen Plätzen, höher seye und liege, als derer H. und O. Ländereyen und Wiesen liegen, welche höhere Situation verursache, daß das Wasser von der W. Ländereyen mitten durch der H. und O. Ländereyen, wann es abgeführet werden solte, nothwendig *passiren* müsse.

Wie dann (2.) nicht allein bey dem ersten Augenschein ein von alters her zwischen der H. und O. Feldern und Wiesen geführter Grabe, sondern auch bey dem zweyten Augenschein auf Angeben der Kläger ein anderer sich gefunden, welcher N. act. 67. entworffen und in dem Abriß sub N. act 86. gantz deutlich delineiret ist.

Worbey (3.) bekannten Rechtens ist: Semper hanc esse seruitutem inferiorum praediorum, vt natura profluentem aquam recipiant.

Vt VLPIANVS *l.* 2. §. 22. *de aqua & aqua pluv. arcend.* pronunciat, idemque §. 23. *d. l.* illustrat.
Conf. CAEPOLLA *de seruitut. rustic. praedior. c.* 4. *n.* 77.
PVFENDORF. *lib.* 3. *de iure N. & G. c.* 1. §. 3. vbi in fine memorabile de Ariarathe Rege hanc in rem exemplum adducit.

Welchem gemäß (4.) die interessirte Adeliche Guths Herrn zu W. sub N. act. 83. wohl geschrieben haben, es sey niemanden propitio iure & aequitate zuzumuthen, daß er seine agros, welche Deus & ipsa natura ob situationem altiorem superioremque zu agris dominantibus gemacht, zu seruientibus und zwar zu seinem total Ruin machen lassen

sotte, und da den klagenden Guths Leuthen ipsa natura loci, lex & vetustas, als welches die drey irrefragableste fundamenta in puncto ductus aquarum seyn, beytreten, so könnten und würden auch die eingesessene zu O. und H. nicht erweisen, daß jemahls von alters her der naturalis cursus aquarum ex superioribus agris in inferiores opere manu facto sey gehemmet worden.

Hingegen (5.) nicht hindert, was oben ex grauaminibus der Leuteranten angezogen worden, weilen, quoad primum, Leuterate sich nicht so wohl auf die Possession des H. und O. Canals, als vielmehr auf den andern Graben, welcher bey der zweyten Besichtigung gezeiget und in Augenschein genommen worden, sich fundirt, wiewohl ohne dem die eingewandte praescriptio extinctiua nicht ad possessorium, als davon die Frage ist, sondern ad petitorium gehöret.

Und (6.) das zweyte nur statt hat intuitu vicinorum, qui a latere praedia tenent: non autem, si dominus praedii superioris seruitutem naturalem habeat: nam contra illum qui naturalis huius seruitutis vsum oppositis aggeribus, vt restagnet aqua & in fundi superioris damnum redundet, impedire conatur, actio de aqua pluuia arcenda locum habet.

l. 1. §. 1. §. 9. §. 13. §. 17. *de aqua & aqu. pluv. arcend.*

Auch (7.) das dritte nur auf der Aussage fremder Zeugen, welche in einem andern territorio wohnen,

v. eorum depositi, ad art. probat. 1.

beruhet.

Welche Beschaffenheit es (8.) quoad quartum wegen des B. Visitations-Recess hat, weilen B. Hamb. und L. Gebiets ist.

Sodann (9.) quoad quintum solches regulariter angehet, aber seinen Abfall nimmt, si seruitus longo tempore fuit possessa.

per *l.* 1. §. *final. D. de aqua & aqu. pluv. arcend.*
l. 10. *princip. si seruit. vindic.*

Wiewohl annoch sehr zu zweiffeln, ob die regula auch in seruitute naturaliter constituta, quippe in qua primaeuus naturae status quasi possessioni non repugnat, statt finde.

Als haben wir kein Bedencken getragen, die sententz a qua zu confirmiren, auch Leuterante in die Gerichts-Kosten dieser Instantz, praeuia moderatione iudiciali, fällig zu vertheilen. Giessen den 18. Nouembr. 1707.

Decani, Doctores und Professores der Juristen-Facultät bey Fürstl. Hessischen Vniuersität daselbsten.

§. II.

Hinc locum non habet seruitus, si opere manufacto id fiat.

Consequitur hinc primo: Non esse seruitutem hanc, si opere manu facto per fundum superiorem aqua deriuetur in inferiorem, quae non flueret eo, si opus factum non esset: vel etiam, si aqua, quae solebat fluere in fundum inferiorem non rapide, propter opus factum fluat rapide, vt recte docet Caepolla *de Seruit. rust. praed. c.* 4. *n.* 74.

§. III.

Seruientis praedii dominus heic nihil facit.

Consequitur porro, cum seruiens praedium regulariter nihil faciat. *l.* 15. §. 1. *D. de Seruit.* Mev. *part.* 8. *decis.* 264. Si aqua fluens iter suum limo aut stercore obstruxerit, & ex restagnatione superiori noceat, tantum ex aequitate dari aquae pluuiae arcendae actionem vtilem, saltem vt inferior alueum purgari sinat. *l. in summa* 2. §. 6. *D. de aqu. & aqu.*

Digitized by Google

aqu. pluv. arcend. action. STRVV. *Synt. Iur. civ. Exercit.* 39. §. 33. Cum enim censeatur natura iter obstruere & causam refluendi facere, vt proinde aqua non tam naturaliter noceat, actio directa aquae pluuiae locum non habebit *l. si cui* 1. §. 14. *d. l.* vtique vero vtilis ex aequitate, vt dominus aquae patiatur, quo alter in suo stercus repurget *d. l.* 2. §. 5. *& 6. d. l.* Ita Coll. Iuridicum Acad. huius A. M DCC II. mense Maio ad requisitionem Illustriss. Comit. de L. W. in singulari causa respondit.

§. IV.

Praeterea, cum Dominus seruientis praedii seruitutis vsum impedire non possit, *l.* 13. §. 1. *de seruit. rustic. praedior.* non poterit inferioris praedii dominus in superioris siue dominantis praedii damnum, sicut paulo ante diximus, aggerem opponere, vt aqua retro eat. Quo pertinet exemplum insigne apud STRABONEM. v. omnino PVFENDORF. *l.* 3. *de I. N. & G. c.* 1. §. 3. & GROT. *l.* 2. *de I. B. & P. c.* 17. §. 12. Nisi dominus fundi inferioris habeat seruitutem impositam vel praescriptam in fundo superiori, per quam dominus fundi teneatur habere aggeres vel foueas in suo, quae aquam retineant, ne in inferiorem fundum descendat. *l.* 1. *denique ait* 23. ibi *conditionibus agrorum quasdam leges esse dictas, vt quibus agris magna sunt flumina, liceat mihi in agro tuo aggeres vel fossas habere d. tit. de aqu. & aqu. pluv.* Quo casu verius est, superioris fundi dominum non obstringi, vt aggeres reficiat, vt cum ICto in *d. l.* 1. §. 23. ibi: *non ergo cogemus vicinum aggeres munire, sed nos in eius agro muniemus,* recte docet D. HACKMANNVS *de iur. agger. c.* 13. *n.* 15. *seqq.* Adde omnino MEVIVM *part.* 9. *decis.* 120. Equidem magni & frequentis vsus est quaestio, an quis pro munienda ripa sua contra damnum a flumine dari solitum cum incommodo vicinorum in suo aggeres exstruere possit? quam prolixe explicat laudatus D. HACKMANNVS *de iure agger. c.* 8. & post multas allatas in vtramque partem rationes eam affirmat, & MEVIVS *part.* 8. *Dec.* 230. Conf. CAEPOLLAM *de seruit. rustic. tit.* 37. *n.* 2. MEVIVM *de Iur. Lubecens. l.* 3. *tit.* 12. *art.* 7. *n.* 8. MINDAN. *l.* 2. *de Mandat. c.* 38. *n.* 10. Apud DEMOSTHENEM *orat. contra Calliclem p.* 734. *seqq.* eadem agitata quaestio. Callicles & Tisiae filius praedia vicina habebant, quae interiecta via dirimebantur. Cum autem imbre ingenti orto aqua de via in praedium Calliclis illapsa damnum ei dedisset, experiebatur hic contra Tisiae filium, quem defendebat Demosthenes, quoniam fundus eius esset proprius, quem pater suus maceria iam dudum circumdedisset: alueum vero eum non esse inde probabat, quod arboribus, sicis & vitibus consitus, & in eo monumenta, vt in aliis fundis, essent. Subiicit: *Quamobrem vero quisquam aquae per publicam viam impetu abiturae alueum per suum fundum fecisset? Deinde quis quaeso vestrum siue in agro siue in vrbe per viam fluentem aquam in fundum suum aut aedes reciperet? Non contra potius omnes, si quando violenter ingruerit, excludere atque obstruere solemus? Iste* (Callicles) *vero postulat, vt aquam de via in meum fundum recipiam, & cum ea ad istius fundum accesserit, vt rursus in viam deriuem.* Addit p. 737. *Istum, qui sua sepiat, sapere.* Inter rationes, quas modo allegatus D. HACKMANNVS adduxit, *prima est*: Si quis animo nocendi aut aegre faciendi vicino per iniuriam, inuidiam aut aemulationem aggeres in suo erigat, *per l.* 1. §. *denique Marcellus* 12. ibi: *si non animo nocendi hoc fecit,* & *l.* 2. §. *item Labeo ait* 9. ibi: *si modo non hoc animo fecit, vt tibi noceat, sed ne sibi noceat. D. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* Non enim iura permittunt, ad aemulationem & iniuriam alterius aedificare, vt infra pluribus dicemus. *Altera*: si aggeres maximo cum incommodo facientis fiant, arg. *l. vnic.* §. 6. *& 7. D. ne quid in flumin. public. Tertia*: si ex-

Non tamen potest seruitutem hancce impedire aggeribus structis.

extructio nauigationem impediat, per *l. vnic. princip.* ibi: *ne ob id nauigatio deterior fiat. D. de rip. muniend. Quarta*: si naturales & vetustae aquarum decursiones aggeribus impediantur, dum aggerator aquam, quam pacto aut conuentione vel ex praescriptione recipere tenetur, arcere vel auertere tentat. Cui ex supra dictis, Hackmanno non inuito, addenda *quinta*: Si dominus praedii superioris seruitutem naturalem habeat. Nam intuitu vicinorum, qui a latere praedia tenent, diuersa est ratio: quandoquidem & ipsi aggeres ex opposito struendi ius habent, & ita damnum auertere possunt, certe damnum, quod ab alterius aggere sequitur, ex accidenti videtur prouenire, praesertim si per eum alueus non mutetur, idque multo magis obtinet, si etiam consuetudo accedat. Ad quam Ciuitas Hamburgensis in deduct. contra Sereniss. Duces Lüneburg. & Consortes in pto. aggeris Gammens quondam prouocabat his verbis: Zu dem ist bekannten Rechtens, daß ein jeglicher in suo fundo sein Land beteichen möge, ohngeachtet das Wasser dahero höher auf des vicini Land zugehet. Inmassen in dem Ertz-Bischoffthumb Bremen, Fürstenthum Hollstein, und hin und wieder täglich geschicht, und auch die Fürsten Lüneburg-Harburgischen Theils vor 30. und 40. und mehr Jahren an und mitten in der Elbe gantze Länder und Werder zu ein, halb, und mehr Meilen lang eingeteichet; auch gantze Arme der Elben überdämmet haben. Und hätten sich die von Hamburg vielmehr über die Einteichung des neuen Landes, nebens dem Ochsenwärder überliegende, gegen die Lüneburgische zu beschweren gehabt, weilen seithero der Strom auf dem Ochsenwärder, so Hamburgisch, also gangen, der Ochsenwärder-Teich etliche 100. Klaffter weit ins Land hinein gerücket werden müssen. Als aber eine gemeine consuetudo und Teich-Recht geworden, haben sie sich müssen contentiren und gut seyn lassen, ꝛc. v. Scripta in vtramque partem in Martini Meyeri *Londorpio suppleto & continuato part. 2. l. 2. n. 39. & seq. ad A. 1610.*

§. V.

E contrario Dominus praedii superioris inuitus non cogitur, vt in inferius aquam deriuet.

Illud facile liquet, dominum fundi superioris non teneri, vt aquam in fundum inferiorem immittat, vt Collegium Iuridicum huius Acad. A. M DCC III. mense Novemb. pronunciauit. En sententiam & rationes decidendi:

In Sachen Joh. W. Klägers an einem, entgegen und wider C. M. W. Beklagte am andern Theil, erkennet des Hochgräfl. S. B. A. Amt auf vorgehabten Rath auswärtiger Rechtsgelahrten allem Ein- und Fürbringen nach hiemit für Recht; daß Kläger das Wasser quaest. durch das ihm zugehörige Querstücke in seinen daran stossenden Camp zu leiten wohl befugt, und darinn von der Beklagtin nicht zu verhindern sey; es wäre dann, daß dieselbe die Wasserleitung aus jetztgedachten Klägers Querstücke in ihren Camp von unüberdencklichen Jahren ruhiglich hergebracht hätte, und solches binnen 4. Wochen, welche ihr hiemit pro termino anberaumet werden, Rechtsbeständig erweisen könnte und wolte, als worauf dann ferner ergienge, was recht ist. Inmassen wir solches hiemit ertheilen, und die Gerichts-Kosten gegen einander aufheben. V. R. W.

Rationes decidendi.

J. W. hat klagend vorgebracht, was massen Vid. M. sich unterstehe, das Wasser aus seinem Querstücke auf ihren Camp zu leiten. Ob nun wohl Beklagte vorhin in summariissimo manuteniret worden, auch einige Zeugen deponiret, daß sie das Wasser lang vorhero gedammet, und auf ihren Camp geleitet habe. Nachdem aber (1.) das Quer-

Digitized by Google

Querstücke, wordurch das Wasser quaest. geleitet wird, Klägere zugehöret und (2.) Rechtens ist: Prodesse sibi vnumquemque, dum alii non noceat, hoc est, damnum iniuria non inferat, non prohiberi.

v. l. 1. §. 4. *&* 11. 12. *D. de aqu. & aqu. pluv.*

& hinc fundi domino licere aquam auertere, ne in fundum vicini fluat.

v. l. 21. *D. d. tit.*
l. 6. *C. de Seruit. & aqu.*
l. 26. *D. de damno infecto.*
THESAVR. *decis.* 245.
COTHMANN. 2. *respons.* 93. *n.* 58. *seqq.*
MEV. *part.* 4. *decis.* 39. *n.* 4. *seqq. & part.* 8. *decis.* 231. *n. vlt.*

Darbeneben (3.) die vorige Zeugen in besagten Rotulis attestiret haben, daß Kläger und sein Vater das Wasser durch das Querstücke auf deren eigenen Camp geführet.

Hergegen (4.) auf Seiten der Beklagtin die praesumtion entstehet, daß ihre Wasserleitung aus des Klägers Querstücke, und also ex fundo alieno clam, vi, oder precario geschehen.

v. l. 10. *pr.* ibi: vt ostendat, se per annos fere tot vsum non vi, non clam, non precario &c. *D. si seruit. vindic. l.* 1. §. *fin. D. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* MEV. *part.* 9. *dec.* 164. *n.* 4. *& seqq.*

Folglich (5.) ad acquisitionem huiusmodi aquaeductus eine unüberdenckliche Zeit erfordert wird.

per textum expressum in l. 3. §. 4. *D. de aqua quotid. & aestiv.*
v. MYNSING. 4. *obs.* 53.
GAIL. 2. *obs.* 66.
BRVNNEMANN. *ad l.* 14. *de seruit. & ad l. fin. C. de long. tempor. praescript.*

So haben wir davor gehalten, es sey nach Innhalt des von Uns abgefaßten Urtheils zu erkennen. Geschehen Giessen den 24. Nouemb. 1703.

Decani, Doctores und Professores der Iuristen Facultät bey Fürstl. Hessischen Vniuersität daselbsten.

§. VI.

Succedit alia seruitus aquae abducendae. Nam vt ICTVS *in l.* 2. *D. de fluminib.* ait: *quo minus ex flumine publico ducatur aqua, nihil impedit, nisi Imperator aut Senatus vetet.* Ergo seruitus haec secundum ius naturae, cuius principium est, licere, quae non sunt vetita, constituta intelligitur, vsque dum Imperator aut Senatus prohibeat, nisi flumen nauigabile sit, aut ex eo aliud nauigabile fiat, vt idem ICtus ait. Cuius ratio est, ne flumen tale deriuationibus aquarum breuius fiat, minusque nauigationi idoneum, *l.* 10. §. 2. *de aqu. & aqu. pluv. arcend.* Ex conceptaculis etiam aut Castellis aquaeductus omnes, etiam simplices, & qui fiunt per excauatos alueos & fossas, sine consensu Superioris institui non poterant. Nam ita FRONTIN. *lib. de aquaeduct. Circa ius ducendae aquae in priuatis haec obseruanda sunt, ne quis sine literis Caesaris, id est, ne quis aquam publicam non impetratam ducat.* Et mox: *Qui aquam in vsus priuatos ducere volet, impetrare eam debebit, & a Principe epistolam ad Curatorem afferre. Curatores deinde beneficio Caesaris* (2.) Aquaeductus.

Digitized by Google

praestare maturitatem &c. quam in rem copiosius disserit I. Gothofred. *ad l. 2. C. Theodos. de aquaeduct.*

§. VII.

(3.) Aquaehaustus.

Affinis huic est seruitus aquaehaustus. Etsi enim flumina possint esse publica aut priuata, tamen, vt aqua profluens ad bibendum hauriendumque cuilibet non hosti indulgeatur, ipsa humanitas praecipit. Ovidivs:

Quis vetet adposito lumen de lumine sumi,
Atque cauum vastas in mare seruet aquas?

Quo & illud Latonae ad rusticos Lycios apud evnd. *Metamorphos. VI.* pertinet

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est,
Nec solem proprium natura nec aëra fecit,
Nec tenues vndas, ad publica munera veni.

Posse tamen aquam fontesque in proprietatem venire, non est dubium. Inde Israëlitae promittebant, pro se & iumentis suis ab Idumaeis pretio sese emturos aquam. *Num. XX*, 19. Add. Genes. *XXVI*, 20. 21. 22 32. vid. quae ex Plvtarcho notauit Sam. Pvfendorf. *lib. 3. de Iur. Nat. & Gent. cap. 3. §. 4.*

§. VIII.

(4.) Itineris, actus, viae, *quod illustratur variis exemplis.*

Est & alia non minus insignis species, ius scilicet itineris, actus & viae per vicinorum prata & fundos, quo vicinus pati cogitur, vt alter ad vtilitatem praedii sui, v. gr. stercus per agrum ipsius aduehat, vel etiam tempore messis fructus perceptos domum ducat. Hoc enim ratio naturalis quoque suggerit: tenentur quippe omnes in suo pati, quod sibi non nocet, alteri vero prodest, licet iure deficiantur. *l. 2. §. 5. D. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* ac ibid. Brvnnemann. *cum alleg. Dd.* Est insignis locus Siculi Flacci apud Gvther. *de iure man. p. 479.* Verum enim vero, cum hoc absque incommodo vicini non fiat, hinc moderate, quantum quidem possibile est, eo vti alter debet, ita, vt quam minime ei, per cuius pratum actus fit, noceat, *arg. l. 12. pr. in fin. de Religios.*

§. IX.

An vero etiam ius immittendi pecora in alienos agros huc referendum sit, videamus. Sane certis temporibus quibusdam in locis post collectos fructus, aut etiam, si contingat agrum quiescere, id licet, ac tale tempus vocatur mortuum. Neque vero per hoc vlla fit iniuria domino, secus ac quidem A. Matthaei existimat *disput. 6. de seruit. §. 15.* vbi dicit: *Vel solam naturam hanc sententiam refellere, quippe quae, quod ex re nostra nascitur, nobis addicit, quacunque parte natum fuerit.* Nam & nos dicimus, iustiorem domini praetensionem esse, si ipse eo vti velit, adeoque alterum impedire posse, quo minus pecora sua immittat; haud secus atque ille, qui alienum fundum ingrediebatur venandi causa, iure Romano a domino, si is praeuideret, ne ingrediatur, prohiberi poterat, actioneque iniuriarum tenebatur, si nihilominus ingressus fuisset. Enimuero non tam ad nostram seruitutem naturaliter constitutam hoc ius referri, quam potius ad seruitutes, quae a lege siue consuetudine, quae est lex non scripta, constituuntur, facile largimur.

§. X.

Alii adhuc casus in legibus nostris proponuntur, hucque pertinent, vti v. gr. *in l. 2. pr. D. si seruitus vindicetur*: Legauit quis fundum casas iunctas habentem, quas tamen vna cum fundo legatario cedere noluit, quaesitum igitur fuit, si legatarius fundum legatum vindicet, haeres vero aliter casas istas accedere non possit, quam per istum fundum, an

Digitized by Google

an ille aliquam seruitutem casis istis deberet? Et respondit ICTVS, deberi aliquam, scilicet itineris, quam naturaliter hic constitutam esse quis non videt? Simile exemplum proponitur in *l. 45. pr. de S. P. V.* Legauit quis alicui habitationem & horreum, quod in ea domo est, iuxta vero eandem domum & hortus & cœnaculum est, quae tamen legata non sunt, quaeritur ergo, si per domum, cuius habitatio relicta est, solummodo ad ea aditus sit, an legatarius illum praestare debeat? Et respondit ICTVS, seruitutem quidem non esse, haeredem tamen transire per domum ad ea, quae commemorata sunt, posse. Qua in lege ICtus SCAEVOLA manifeste sibi contradicere videtur, dum in priori lege aliquam seruitutem hoc casu deberi asserit. Verum enim vero nec in hac nostra lege negat, esse seruitutem aliquam, sed dicit saltem, non esse seruitutem talem, de quibus in isto titulo agitur, hoc est, proprie sic dictam; quando enim dicit, haeredem transire per domum posse, quid hoc aliter est, quam seruitus aliqua itineris naturaliter constituta? Aliud exemplum est in *l. 15. §. 1. de vsu & vsufr. legat.* Habuit quis duos fundos, vnum legauit, alteriusque vsumfructum alii legauit, quaerit ICtus, si fructuarius ad fundum aliunde viam non habeat, quam per alterum, an fructuario seruitus debeatur? Et respondit: vtique, addita hac ratione, quod, quemadmodum si in haereditate esset fundus, per quem fructuario via praestari potest, ille secundum voluntatem defuncti id ab haerede exigere possit, sic & in hac specie non aliter concedendum esse legatario fundum vindicanti, nisi prius ius transeundi vsufructuario praestet. Si quis habeat ius sepulchri, tenetur vicinus viam praestare iusto pretio, fauore religionis *l. 12. D. de Religios.* Argumento vero harum legum Dd. dicunt, si suis fundum confinibus vndique praediis non seruientibus circumdatum habeat, eumque propterea adire non possit, proximum vicinum compelli posse, vt aditum concedat, idque ex legum harum rationibus satis clare, ni fallor, euinci potest. Quo pertinet, quod BRVNNEMANN. *ad l. fin de seruit. vrb. praed.* tradit: Si via publica tempestate vel a flumine sit destructa, vicinos cogendos, vt vendant viam ei, qui praedium inter eos habet medium. In *l. 14. §. 1. quemadmodum seruit. amitt.* vicinus tenetur ad praestandam alteri seruitutem itineris, qui ad suum agrum aliter venire non potest. Ibi: *cum via amissa est, vicinus proximus viam praestare debet*, praestito sc. pretio. Elegantem simili de re decisionem habet MEVIVS *part. 1. decis. 28.* qui videri meretur. Sunt & alia exempla, & quidem, si, qui plures domos habeat, leget vnius vsumfructum ex illis, haeres alterius lumina penitus obscurare non poterit. *arg. l. 36.* cum gloss. *de seruit. Vrbán. Praed.* HIPPOL. *in singul. 154.* neque donator domus, quam donauit, altius aedificando eius lumina obscurare. vid. ANT. DE PADILLA *in l. altius C. de seruitut. n. 27. p. 377.* Add. CAEPOLLAM *de S. V. P. c. 39. n. 4.*

§. XI.

(f.) Non aedificandi propter aemulationem.

Maxime vero nobilis casus est, quando propter aemulationem, inuidiam, aut iniuriam alterius vetitum est aedificare, licet in suo. *l. opus nouum 3. D. de oper. public.* quem textum notabilem dicit GAIL. *2. obs. 69. n. 17.* Et hoc adeo extenditur, vt ne quidem supremo Principi aut Ciuitati permissum sit. THESAVR. *Pedemont. decis. 16. n. 10.* MASCARD. *de probat. conclus. 620. n. 15.* licet pro ornanda ciuitate. FABER *in Codice lib. 3. tit. 14. defin. 5. n. 3.* Licet enim cuique in re sua permittendum sit, quod ordinata voluntate facere vult, non tamen malitiis hominum indulgendum est, qui per illud intendunt, alteri potius nocumento esse, quam vt sibi prosint. *l. 8. in fin. de serv. exportand.* Nimirum, quam inter homines natura constituit, societati nihil magis repugnat, illiusue harmoniam turbat, quam nocendi aut aegre faciendi consilium, atque praua aemulatio. Vnde

etiam verius est, non tantum hoc in publicis locum habere, vt existimauit Alb. de Rosat. *in l. altius n. 1. C. de Seruit.* sed & in priuatis, ceu in quibus sane facilius, ac in publicis, id vsu venire potest. Cardo vero huius rei in eo consistit, vt recte explicetur, quid sit ad aemulationem alterius aedificare. Vbi rectissime statuitur, Iudicis prudentiae atque discretioni hoc relinquendum esse. Menoch *de A. I. Q. lib. 2. cas. 156. n. 8.* Solent tamen eius argumenta haec a ICtis poni, si aedificans nullam ex constructo vtilitatem capiat, neque ad se neque ad alium resultantem, potiusque vicino per id damnum inferatur. Fernand. Vasqvivs *lib. 6. controuers. c. 58. n. 30.* Ant. de Padilla *ad l. altius C. de seruit. n. 22.* Steph. Gratianvs *discept. forens. c. 754. n. 37.* Si aedificans plures impensas faciat, quam fructus inde percipiendos sperare possit, vt notat Gratianvs *d. l. n. 39.* & Sixtin. *de Regalib. lib. 2. c. 3. n. 83. & seqq.* Si aedificans quidem commoditatem percipiat, sed tenuem, alter vero magnum accepturus sit detrimentum. Decivs *consil. 244. n. 7. in fin.* Menoch. *de praesumt. lib. 6. Praes. 29. n. 24. & seqq.* Si ad perscrutanda vicini arcana aedificium aedificatum, ita vt in vicini cubiculum aut alia conclauia prospici possit. Decian. *vol. 3. resp. 61. n. 2.* Besold. *Thes. practic. lit. H. n. 20. verb.* Haußsuchung. Imo hoc expresse lege Hispanica *25. tit. 32. part. 3.* cautum est, neminem posse suas aedes ita erigere, vt secretiora vicini possit penetrare. Porro si aedificatum in contemtum vicini vergat, Mascard. *concl. 621. n. 8.* item si vicini sint rixosi, aemuli, & inimici, qui quaeuis ad iniuriam inuicem intentare solent, alias certe id non facturi. Caepolla *de S. V. P. c. 62. n. 2.* Praesumtio enim est, quod inimicus omnia faciat, quibus inimico nocere possit, vt in terminis scribit Menoch. *lib. 6. praes. 29. n. 26.* Enimuero, quando volunt quidam, etiam tum ad aemulationem factum videri, vbi non necesse fieri, & quando fieri potest aliter absque vicini iniuria, id simpliciter non procedit, sed tum demum, quando ex circumstantiis apparet, nullum alium in finem id exstructum, quam vt per illud vicino damnum & iniuria inferatur: nam si hicce animus absit, cuique in suo aedificare licet etiam ad voluptatem, quando neque necesse neque vtile est, vtvt quandoque vicino per indirectum exinde noceatur. Nam in genere hic notandum est, ad id, vt quis ad aemulationem aedificasse dici possit, concurrere debere & intentionem & aptitudinem vel actum ipsum nocendi: In actionibus quippe indifferentibus animus & intentio agentis quam maxime spectanda est. Alia argumenta & indicia aemulatus diligenter collecta videri possunt ap. Bertrand. *cons. 333. n. 1. & seqq. part. 1. vol. 1.* Sed quid in dubio? Resp. vnusquisque suo potius iure, quam ad iniuriam & aemulationem tertii, aedificare censetur. Gloss. *in l. fluminum §. f. de dam. infect.* Wesenb. *cons. 67. n. 20.* Koeppen *dec. 21. n. 13.* Mascard. *concl. 621. n. 1.* Maxime vbi de vtilitate apparet, quae animum nocendi neutiquam praesumi efficit, etsi noceatur. Wesenb. *cons 34. n. 20. & seqq.* Hinc, qui aemulatum allegat, illum probare tenetur, Mascard. *d. l. n. 2.* quod fieri potest verisimilibus coniecturis, cum sane haud aliter animus nocendi probari queat, Menoch. *lib. 6. praes. 29. n. 22.* Tum vero aemulationis nulla consideratio esse potest, quando alterius aemulatio praecessit. *arg. c. 2. q. 6. c. 32.* ibi: *quales vultis eos inuenire, tales & inueniant vos*, nam

Fallere fallentem fraudemque repellere fraude,
Exemploque licet ludere quemque suo.

Extat *de iure aemulationis* differt. Ill. D. Stryck. *in vol. 3.* ad quam iuuabit lectorem remisisse.

§. XII.

Hinc dispicitur de iure Luminum.

Occasione hac offert se nobis quaestio non minus insignis, an quis licite fenestram in suo pariete, ex qua in alienum prospici potest, constituere possit? Quod quidem nobis secun-

Digitized by Google

ſecundum ius commune nullum dubium habere videtur. Nam dum in ſuo opus facit, feneſtram aperiens nihil in alienum immittit. Sed diceret quis, proſpectum tamen vicino nimis moleſtum eſſe, cum ſecundum XENOCRATEM nihil interſit, oculosne an pedes inferas. Verum fit hoc ſaltem per conſequentiam, & quaeſo, nonne magis moleſta eſt aedium extructio, qua in totum vicinae aedes obſcurantur, iure tamen libertatis cuique licita, *l. 9. D. de ſeruit. V. P.* Adhoc, vt dicit DONELLVS *lib. 11. commentar. c. 5. Oculi non immittuntur, qui in capite retinentur.* Et ſane, ſi vicino hoc nimis moleſtum ſit, poteſt ex aduerſo aedes ſuas tollendo proſpectum praecludere, niſi nobis ſeruitutem luminum ſtipulati erimus. E diametro tamen aduerſari videtur *l. 40. D. de S. V. P.* vbi ICTVS ait, ſe reſpondiſſe: *Eos, qui ius luminis immittendi non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe.* Verum loquitur ea de pariete communi, ſociis inuitis aperto. Conſtat autem, quod ſocius in re communi inuitis reliquis nihil facere poſſit, & ne parietis quidem reficiendi ius habeat, *L. 8. de S. V. P.* multoque minus aperiendi; & quamobrem ICtus parietis communis tantum mentionem feciſſet, ſi id in quouis pariete obtineret? Neque vero hic audiendus eſt CVIAC. qui *lib. 1. obſ. 31.* hanc L. emendans pro *communi* legi vult *coeco*, quia CONSTANTINVS HARMENOPVLVS Graecus Interpres τυφλὸν τοῖχον auertat, ſed an propterea vulgaris ſcriptura, nihil abſurdi continens, emendanda ſit, valde dubitamus. Imo etiam in pariete coeco i. e. qui feneſtras non habet, id licere ex analogia iuris noſtri verius eſt, etſi per centum annos paries ille ſteterit, inque eo nulla toto illo ſpatio feneſtra fuerit. v. omnino D. HEROLDVS *obſ. forenſ. 29.* Enimuero haec regula eſt, quae tamen plures ſuas fallentias patitur, quas ordine recenſet CAEPOLLA *de S. V. P. cap. 62. n. 2. & ſeqq.* vbi inter alias talem caſum ponit: *Si vellem*, inquit, *in meo facere vnam feneſtram, in loco, in quo eſſe non conſueuit, quando facerem hoc ad aemulationem vel in deſpectum vicini, puta, quia vellem videre omnia ſecreta ſua, hoc caſu regulam datam fallere;* Nec diffitemur, ſtatuta pleraque contrariam iuri ciuili regulam ſtatuere, vti non tantum Ius Lubec. ap. MEVIVM *lib. III. Tit. 12. art. 13.* ſed & Ius patrium Francofurtenſe, quando *P. VIII. Reform. Tit. 7. §. 2.* ita ſtatuitur: Wir ordnen, ſetzen und wollen, daß keiner gegen ſeines Nachbaren Hauß oder Hof zu, Fenſter, daraus in deſſelbigen Nachbaren Hauß oder Hof mag geſehen werden, von neuem (wann dieſelbe zuvor nie geweſen,) machen; ſondern es bey der vorigen Form und Geſtalt, wie der alte Bau geſtanden, (ſo vfel die Liecht belangt) bleiben laſſen ſolle, damit ſein Nachbar durch das verdrießliche Einſehen, auch etwann ausſchütten und auswerffen, nicht beſchweret werde, addita ratione, dann auch nicht vermuthlich, wann die Vorfahren, ſo den alten Bau machen laſſen, des Liechtrechts auf ihren Nachbaren wären berechtiget geweſen, oder man ihnen daſſelbig geſtatten hätte wollen, daß ſie es anfangs würden unterlaſſen, und nicht auch ſowohl zu ihrem Vortheil, als der jetzig Nachbar, geſucht haben. Conf. quoque ſtatut. Mediolan. & ibid. CARPAN. *lib. 2. cap. 333. 337.* Cum Iure ciuili vero facit Ius Naſſouicum. *P. 5. t. 3. §. 1.*

ADDENDA.

I. *Auctor libri* du droit des franchiſes des quartiers de Rome, où logent les Ambaſſadeurs, *qui A. MDCLXXXIIX. Amſtelodami in lucem prodiit, ius aſyli legato Regis Galliae in vrbe Roma iure ſeruitutis cuiusdam acquiſitae adſtruere intendit.*

II. *Si obſtricti ſunt ſummi imperantes, vt aliorum ſummorum imperantium legatos aſſiduos apud ſe morari patiantur, habemus exemplum ſeruitutis, quam Romani habitationem vocant, inter liberos populos.*

Digitized by Google

DISQVISITIO
DE
RESERVATIONE DOMINII
VEL HYPOTHECAE IN RE VENDITA.

SECTIO I.
DE
RESERVATIONE DOMINI IN RE VENDITA.

§. I.

Pacti huius iuſtitia & natales.

VAlidum eſſe pactum, quo venditor in re vendita ſibi reſeruat dominium, ne dubitari quidem poteſt, & Dd. magno conſenſu docent apud TIRAQVELLVM *de retraict. lignagier. §. 1. gloſſ. 2. n. 36.* Nemo enim rei ſuae legem dicere vetatur, v. *l. 20. §. 1. D. de pactis dotal. l. final. in fine Cod. de pactis inter emtor. & vendit.* Equidem in *l. cum manu 80. §. 3. D. de contrah. emt.* eſt: *Nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emtorem tranſeat. Sed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus.* Enimuero haec lex non pertinet ad reſeruationem dominii, de qua heic agimus, temporariam ſc. & in ſubſidium, vsque dum pretium fuerit ſolutum. Vt BRVNNEMANN. *in Comment. ad d. l.* bene docet. Pactum hocce minus frequentatum eſſe apud Romanos, arbitratur SCHILTERVS *Exerc. ad Dig. 30. §. 56.* & contendit *l. ſi fundus 33. D. locati* perperam eo trahi, magisque eſſe, vt dicamus, pactum hoc moribus recentioribus fuiſſe introductum, neque tamen inuita iuris ratione. Forte autem id Romanis non incognitum fuiſſe, euincere poſſumus ex *l. ea quae diſtracta 20. D. de precario.* Idem SCHILTERVS *dict. Exercit. 30. §. 76. 77.* monet: in Saxonia vulgo non ſatis conuenienter cum reſignatione iudiciali iungi hanc dominii reſeruationem. Dum enim reſignetur dominium, non poſſe illud reſeruari.

§. II.

Finis vniuerſalis, *vt venditor de pretio ſit ſecurus*; particularis, *vt euitentur diſputatio.*

Finis pacti huius haud dubie eſt, vt venditor ſecurus ſit de pretio. Interdum tamen reſeruatio illa fit ex abundanti, maioris cautionis gratia. Tralatitium eſt, venditas & traditas res non aliter emtori acquiri, quam ſi pretium ſoluerit, vel alio modo ei ſatisfecerit, veluti expromiſſore vel pignore dato. Quod ex ipſo iure gentium, id eſt, iure naturali ortum habere, tradit IMPERATOR in §. 41. *de Rer. diuiſion.* Vbi THEOPHILVS id ita παραφράζει: παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι πολιτεύεται. Conf. *l. 19. D. de contrah. emtion.* Atque hoc locum habet etiam, licet venditor rem ſimpliciter tradiderit. Alias enim IMPERATOR d. l. contrariam regulam ſtatuere debuiſſet, hoc modo: Quod venditur & tra-

Digitized by Google

traditur, statim fieri accipientis, nisi fides de pretio habita non sit. Vt recte vidit GABRIEL MVDAEVS *ad l. quod vendidi D. de contrah. emt. p.* 134. Conf. FRANTZK. *ad tit. D. de action. emt. vendit. n.* 7. *seq.* HVBER *praelect. ad Inst. de rer. diuis. n.* 33. STOCKMANN *Decis. Brabant.* 93. BERLICH. *part.* 1. *concl.* 64. *n.* 47. Cui consequens, qui asserit, fidem de pretio esse habitam, illud probare oportere. VINNIVS *ad* §. 41. *I. de R. D. n.* 3. & quos profert LAVTERBACH. *tract. synopt. ad tit. D. de action. emt. & venditi* §. 1. *n.* 4. Maxime si quis vendiderit illi, a quo statim se recepturum pecuniam sperabat. BERN. GRAEVEVS *l.* 2. *ad Gailium concl.* 5. *consid.* 1. *n.* 11. DAN. MOLLER *l.* 4. *Sem. c.* 28. *n.* 8. BRVNNEMANN. *ad l.* 3. *D. de pignoratit. action.* aut qui promisit se illico soluturum, daß Er es contant zahlen wolle, vt loqui solent mercatores. v. MARQVARD. *l.* 2. *de iur. mercat. c.* 14. *n.* 46. *sequ.* Enimuero, cum re simpliciter tradita plerique Dd. fidem de pretio habitam censeri, & protinus dominium transire statuant, vt testis est SCHNEIDEWINVS *ad d.* §. 41. *I. de R. D.* quos sequitur MEVIVS *part.* 4. *Dec.* 206. & *Dec.* 280. *n.* 3. ad coniecturas autem recurrendum putet idem BRVNNEMANN. *ad l.* 19. *D. de contrah. emt. n.* 2. ad euitandas eiusmodi disputationum tricas pro insigni cautela post FABIANVM DE MONTE commendat MOLLERVS *l* 1. *Semestr. c.* 4 *n.* 2. vt semper in instrumento expresse dicatur, venditorem tradere rem, seruato sibi dominio eius; nec velle illud in emtorem transferre, donec pretium fuerit solutum. Et hactenus hoc pactum esse naturale, ac continere idem, quod ius commune, tradit cum BALDO & ABBATE SVRDVS *Decis.* 220. *n.* 12.

nes, an fides sit habita de pretio.

§. III.

Vsus autem pacti huius est manifestus, & tantum non certo casu necessarius, praesertim vbi emtori fides de pretio habetur. Etenim vendita re & fide habita de pretio sine reseruatione dominii, si emtor fidem destituat & concursus creditorum existat, venditor in ea re, licet adhuc extante, priuilegium habet nullum, sed caeteris creditoribus aequiparatur. RODRIQVETZ *tract. de concurs. creditor. part.* 1. *art.* 7. *n.* 9. NEGVSANZ *part.* 5. *de pignor. membr.* 2. *n.* 18. GAIL. 2. *obs.* 15. GRATIAN. *discept. forens. c.* 25. *n.* 15. *c.* 900. *n.* 15. *sequ. cap.* 911. *n.* 34. VIVIVS *comm. opin.* 1012. & 1025. BICHIVS *decis.* 627. 629. MERLIN. *l.* 2. *de pignor. quaest.* 47. & *l.* 4. *quaest.* 41. PAVL. CHRISTINAEVS *vol.* 1. *Dec.* 159. Modo, vbi statutum id requirit, iudicialis resignatio, quae vulgo dicitur Gerichtliche Auflesung, accesserit. CARPZ. *p.* 1. *const.* 28. *def.* 21. Conf. *Decis.* 127. Aut emtor dolose non egerit emendo merces, cum soluendo non esset. v. HART. HARTMANNI *tit.* 27. *obs.* 10. *num.* 9. GRAVAEVS *part* 1. *concl.* 15. *n.* 12. *sequ.* CARPZ. *p.* 1. *const.* 28. *def.* 18. E contrario, si venditor dominium sibi reseruauit, vtvt fide de pretio habita, de pretio erit omnino securus. v. HVBER. *praelect. ad tit. D. qui potior. in pignor.* §. 11. Fides autem, vt hoc obiter dicam, habita censetur primum, si venditor ab emtore sibi caueri curauit, pignore aut fideiussore aut expromissore dato. *d.* §. 41. *I. de rer. diuision.* nisi emtor tantum promiserit, se in securitatem pretii fideiussorem daturum; quo casu fides de pretio habita non censetur, antequam cautio illa praestita fuerit. HENRICVS NEBELKRAE *Decis.* 5. Deinde, si hypothecam in re vendita sibi reseruauit venditor, de quo sect. seq. Praeterea, si quod domino soli competit, emtori circa rem emtam concessum, puta, vt pro lubitu de ea possit disponere, aut simile. Denique, si terminus solutioni praefixus, siue dilatio soluendi pretii concessa fuerit. *l.* 3. *C. de pactis inter emtor.* MOLLER 4 *Semestr. c.* 28. *n.* 7. COLLEG. IVR. ARGENT. *ad tit. de lege Commissor.* §. 3. P. BVSIVS *ad l.* 15. *D. de contrah. emtion. n.* 6. vbi moribus Hollandiae hoc ita seruari testatur. Quae & alia pluribus explicata videri possunt apud D. STRYCKIVM *in vol.* 3. *Dissertat. de fide habita c.* 4.

Et si fides sit habita de pretio, vt ne alii creditores venditori anteferantur.

§ IV.

Digitized by Google

§. IV.

Forma *siue modus effingendi pactum hocce.*

Forma pacti huius in eo consistit, vt reseruatio talis vel ante traditionem rei venditae vel in ipso traditionis actu interueniat. Facta enim traditione reseruatio nihil operatur. arg. *l. 1. §. final de reb. eorum. qui sub tutel.* Negvsanz *de pignor. p. 4. pr. num. 33.* Carpzov. *p. 2. Const. 23. def. 17.* Ioann. a Sande *l. 3. decis. Frisicar. tit. 12. def. 16.* Tum enim res fit aliena, & domino priori in ea nihil iuris amplius competit, adeo vt ne de residuo quidem diuersum sentire liceat. Carpz. *d. l. def. 17. 18.* Formula autem, qua reseruatur dominium, in vernacula nostra talis esse consueuit: Daß der Verkauffer an dem verkaufften Guth oder Hause das völlige dominium biß zu gäntzlicher Abtragung der versprochenen Kauff-Summ sich reseruiren wolle. D. Stryck. *de cautel. contract. sect. 2. c. 8. §. 30.* Huic aequipollens apud Romanos fuisse videtur, si conuenit, vt illa, quae distracta sunt, precario penes emtorem essent, quoad pretium vniuersum persolueretur. *l. 20. D. de precario.* Si quis hypothecam sibi in re vendita cum clausula constituti possessorii retinuerit, id etiam dominii reseruationem operari, tradit Berlich. *part. 1. concl. 64. n. 54.* Et sane ex constituto seu ex clausula, per quam debitor constituit, se creditoris nomine & vice possidere, possessio vera atque realis, nec tantum ciuilis, sed etiam naturalis transfertur, & ex ea ius est, possessionem sic acceptam contra quoscunque, vt retineatur, defendendi, nec non ab iis, in quos aut negligentia aut facto debitoris constituentis interuersa est, recuperandi, vt post Tiraqvellvm *tract. de iure constit. possess.* scribit Mevius *part. 5. Dec. 158.* Ad haec pactum, de quo agimus, vim continere specialis hypothecae, paulo post tradetur. Reuera tamen pactum hocce a pacto, quo reseruatur dominium, differre, infra patebit. v. omnino Vlric. Hvber. *praelect. ad tit. D. de contrab. emt. §. 11.*

§. V.

Et cum emtio venditio consideratur, vt hoc pacto informata. Vbi quaeritur, an ea sit pura, an conditionalis?

An hoc pacto informata emtio venditio pura sit, an conditionalis? quaeritur. Posterius affirmant Altogradvs *l. 1. conf. 9. n. 15. sequ. & n. 48.* vbi pluribus adstruit, eam veriorem esse sententiam, quod reseruatio dominii contractum reddat conditionalem. Carpzov. *l. 1. Respons. Electoral. 108. n. 15. sequ.* Vlricvs Hvbervs *praelect. ad tit. D. de pericul. & commod. rei vendit. §. 8.* vbi ait: quod expressum reseruati dominii pactum venditionem faciat conditionalem, quia contractum inire, quo partes id agunt, vt dominium transferatur, eique diserte adiiciunt, ne dominium transeat, facit, ne contractus ille perfectus videatur: quoniam definitio emtionis venditionis haec est: conuentio, qua id agitur, vt dominium certo pretio in alium transferatur: quae definitio per hoc pactum euidenter cessat & efficit, ne venditio perfecta sit, nisi existente eo, quod pactum dominii reseruati abolet, pretii solutione videlicet. Enimuero Lavterbach. *tractat. synoptic. de pericul. & commod. rei vendit. §. 1. n. 16.* rectius statuit, sententiam hanc nulla lege nullaque firma iuris ratione probari posse, imo ipsi iuris analogiae repugnare: dominii siquidem translatio, quam hoc pactum suspendit, non pertinet ad huius contractus perfectionem, sed tantum ad eius implementum. Neque sequitur, si emtio & venditio est contractus dominii translatiuus: ergo propter pactum adiectum, ne dominium transferatur, eam fieri conditionalem, maxime cum venditor ipso iure non teneatur, vt ante pretii solutionem dominium transferat *l. 13. §. 8. D. de action. emt. vendit.* Adde emtionis venditionis triplicem esse perfectionem, conuentionis, obligationis, implementi; ad quam postremam pertinet traditio, & cum ea translatio dominii, aut saltem, vt habere liceat.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Interdum pacto huic additur aliud pactum, vt venditori, dominium sibi reseruanti, emtor moderatam tamen mercedem singulis annis, quoad pretium soluatur, locationis nomine praestet. *l. sicut. 20. in fine & l. 21. D. locati conducti.* Conf. *l. serui emtor 16. de periculo & comm. rei vendit. & l. 37. D. de acquir. vel amitt. possess.* in quibus proponitur, emtor serui conductum eum rogasse quoad solueretur pretium. Vbi non est dubium, pactum hocce iniustitia carere, quoniam & alias emtor, fide de pretio non habita, statim a die factae traditionis ad vsuras obligatur. *l. 13. §. 20. D. de action. emti. l. 18. §. final. D. de vsur.* LAVTERBACH. *tractat. synoptic. de action. emti venditi §. 2. n. 6.* FAGVNDEZ. *l. 5. de contract. c. 9. n. 5.* BERTAZOLIVS *tract. clauſ. inſtr. cl. 16. gloſſ. 4. n. 4.* FICHARDVS *cautel. 91.* vbi hanc in rem allegat *l. cum venderem & l. fiſtulas §. penult. D. de contrahend. emtion.* Illud autem quaeritur, an propter pactum huiusmodi emtio venditio degeneret in locationem & conductionem? Quod recte negant CARDIN. MANTICA *l. 4. de tacit. & ambig. conuent. tit. 25. n. 8.* & D. STRYCKIVS *d. diſſert. de fide habita c. 5. n. 24. ſequ.* quoniam emtio venditio principalis vtique contractus est, & merces, quae ex pactione praestatur, non qua merces, sed qua vsura, ob pretium non solutum intelligi potest. Cui consequens, hoc casu venditorem ob sterilitatem ad remissionem mercedis non obligari. Vt recte sentit GAEPOLLA *de cautel. contract. c. 173.* BRVNNEMANN. *ad d. l. 20. D. locati n. 1.*

Interdum pacto huic additur pactum aliud, vt, quoad pretium ſolutum fuerit, emtor quotannis moderatam mercedem praeſtet, de qua iam quaeritur, an tum maneat emtio?

§. VII.

Venio ad effectum huius pacti. Vbi ante omnia disquirendum, an vi pactionis huius venditor retineat verum dominium? Quod negat PETR. FRANCISC. DE TONDVT *tract. de praeuent. iudicial. part. 1. c. 31. n. 23. ſequ.* quoniam verba & clausulae, quae dominii reseruationi heic apponuntur, satis ostendunt, contrahentes tantum in animo habuisse, vt hypothecam & priuilegium praelationis aduersus alios creditores reseruent. Itaque dominium, non obstante reseruatione, transferri in emtorem, & reseruationem vim habere specialis hypothecae. Conf. SABELLIS *in Summa tractat. §. venditio n. 6.* Distinguendum autem videtur inter dominium ordinarium & subsidiarium. Illud reapse magis penes emtorem existit, quippe qui fructus omnes ex re emta percipit, & eandem quoque vindicare potest, si ad alium peruenerit. Hoc penes venditorem manet, sed intuitu imprimis creditorum emtoris. Hinc HVBERVS *praelect. ad tit. D. de contrah. emt. n. 11.* testatur, in quotidianis venditionum instrumentis terminis solutionis determinari dominium, & possessionem transferri cum iure faciendi, quod emtor velit; & tamen subiici clausulam reseruati dominii & possessionis, donec pretium fuerit solutum. Quae profecto conciliari non possent, nisi eo, quo dixi, modo concilientur.

Effectus *pacti huius, quod venditor tantum vi eius conſequatur dominium ſubſidiarium, ordinarium autem ſit emtoris. Vnde fluit.*

§. VIII.

Consequens est his primum: Feudum amitti, facta licet sub hoc pacto venditione sine consensu domini directi siue senioris: quoniam in hac commissi materia magis possessionis translatio, quam ipsa feudi alienatio per Vasallum facta, vt per se est inualida, inspici solet. ROSENTHAL. *c. 9. de feud. concl. 12. n. 2.* Idem dixerim de venditione emphyteuseos sub hoc pacto. Quod enim scribit IOANN. GRAVIS *de commiss. emphyt. c. 3. §. 20.* in commissum non incidere emphyteusin, si emphyteuta dominium vsque ad solutionem pretii sibi expresse reseruauit; cum hoc casu ius emphyteuticum in emtorem non transierit. *arg. §. 41. I. de R. D. l. 19. D. contrah. emtion.* quod tamen *l. 3. C. de iure emphyt.*

Primum. *Vaſallum & emphyteutam feudo & emphyteuſi ob venditionem ſub hoc pacto priuari, ſi*

non adhibuerit consensum dominii directi.

requirat, & propterea commissi effectum talem venditionem non habere; ex ante dictis sua sponte corruit.

§. IX.

Alterum. *Emtionem venditionem ob pactum hocce non resolui ipso iure.*

Alterum est: Vi pacti huius ob pretium non solutum non resolui contractum emtionis vendit. ipso iure; neque enim vllibi hoc traditum est in iure, si fide de pretio non habita res vendita fuerit, poenitentiae locum esse. Ita recte sentiunt Magon. *Decis. Lucens. 17. n. 11. sequ.* & Sabellis *in Summa tractat. §. venditio n. 6. cum allegat.* Lavterbach. *tractat. synopt. ad tit. D. de lege Commissor. §. 1. n. 16.* Idque maxime habere locum scribit Magon. *d. l. n. 16.* si venditor partem pretii receperit; quoniam hoc modo videtur resolutioni contractus renunciare. Cui tamen assentiri non possum, quando *Decis. 31. per tot.* contrarium tradit, si res interim locata emtori fuerit, vt ex supra dictis §. 6. liquet. Equidem nonnulli heic dissentiunt. Altogradvs *l. 1. consil. 9. n. 64. & 65.* existimat, stante reseruatione dominii, siue per pactum, siue per statutum, competere venditori hypothecariam, si velit agere ad pretium, ac etiam rei vindicationem, si eligat rescissionem contractus adhuc imperfecti, & sic esse in electione venditoris, vel agere ad pretium per hypothecariam, vel ad rescissionem contractus per rei vindicationem Ioann. Petrvs Svrdvs *Dec. 220.* cum obiecisset sibi *n. 16.* venditionem esse contractum nominatum, qui vbi semel ab vna parte executionem habuit, vt, quia secuta sit traditio, non posset de caetero resolui, licet pretium non soluatur, subiicit *n. 18.* respondendum esse, etsi per viam actionis non detur rescissio, bene tamen dari ope exceptionis, quando non seruatur contractus: quinimo velle multos, quod etiam via actionis resoluatur contractus, si id deficiat, quod principaliter mouit ad contrahendum: quoniam etiam principalis contractus corruat ob defectum causae finalis. Vbi sic habendum: venditorem ob pretium non solutum actione emti venditi aut interdicto, vbi simul reseruata fuit possessio, posse agere, vt res vendita sibi ab emtore restituatur, quoniam ipso iure *non* resoluitur emtio, & iudicem posse terminum figere emtori, vt pretium soluat, aut rem venditam restituat. Quorsum referri debet, quod est in *l. 10. D. de precario. Ea, quae distracta sunt, vt precario penes emtorem essent, quoad pretium vniuersum persolueretur, venditorem posse consequi.* Si tamen, licet elapso termino, ante sententiam iudicis declaratoriam emtor moram purgauerit, & pretium cum eo, quod interest, soluerit, non posse quicquam venditorem amplius obtendere; quoniam consecutus est id, ob quod pactum hocce emtioni adiecit. Nam terminus iudicis non excludit, nisi super lapsu eius & effectu sententia declaratoria fuerit lata. Tiraqvell. *de retraict. lignag. 3. gloss. 4. n. 2.* Mevivs *part. 3. Dec. 48. n. 3.* & *part. 8. Decis. 58.*

Tertium. *Creditoribus emtoris integrum esse, vtrum velint soluere pretium rei venditae venditori.*

§. X.

Tertium est: Si venditor contra emtorem ob pretium non solutum egerit, huius creditoribus integrum esse, vtrum velint pretium rei venditae soluere venditori & postea illam distrahere; aut illico, praestita tamen prius desuper idonea cautione venditori, distrahere & postea venditori de pretio venditionis satisfacere: atque hoc casu maiorem rei venditae valorem non ad venditorem, sed ad alios emtoris creditores pertinere. Vt recte vidit Tondvtvs *de praeuent. iudic. part. 1. c. 31. n. 38. sequ.*

§. XI.

Quartum. *Nouo emtori non praeferri*

Quartum est: Ob pactum hocce venditorem non praeferri nouo emtori, *in* quem prior rem sub eo pacto venditam alienauit; si modo hic pretium cum eo, quod interest,

para-

Digitized by Google

paratus sit priori venditori soluere, vt pluribus deduxit ANTON. GOB. *Consult.* 140. 141. vbi memorat, Senatum Mantuanum ita pronunciasse. *priorem venditorem.*

§. XII.

Quintum est: Ius retractus habere locum in venditione sub hoc pacto inita: est enim emtio huiusmodi pura, vt supra demonstrauimus. Ita recte MAGON. *Dec. Florentin.* 91. *n.* 3. & quos profert TIRAQVELL. *de retraict. lignag.* §. 1. *gloss.* 2. *n.* 36. Quintum. *In venditione sub hoc pacto locum habere ius retractus.*

§. XIII.

Sextum est: Thesaurum in re emta inuentum, non obstante hoc pacto, emtori acquiri. Etenim *l. a tutore* 67. *D. de rei vindicat.* quae emtori thesaurum non obscure addicit, non distinguit, fides de pretio sit habita nec ne, (quanquam BITSCHIVS *libr. de thesaur. part.* 2, §. 196. ea distinctione vtatur) & dominium venditoris subsidiarium non potest efficere, quo minus emtori thesaurus totus acquiratur. Adde, si Dd. quidam asserunt, thesaurum, quem venditor in re vendita nondumque tradita inuenit, ad emtorem pertinere (quorum tamen sententiam alii recte refutauerunt. v. BITSCHIVS *dicto libro de thesaur. part.* 2. §. 205. *sequ.* LAVTERBACH. *tractat. synoptic. D. de action. E. V.* §. 1. *n.* 18. & *Dissert. de thesauris* §. 17.) tanto magis in nostro casu eundem illi adiudicabimus. Sextum. *Thesaurum in re sub pacto hoc emta inuentum emtori soli acquiri.*

§. XIV.

Septimum est: Periculum rei sub hoc pacto emtae esse emtoris. Vt recte statuunt LAVTERBACH. *tractat. synopt. D. de lege Commissor.* §. 1, *n.* 16. BRVNNEMANNVS *ad l.* 1. *C. de action. emti n.* 2. *ad l. pen. D. de contrah. emtion. n.* 8. & *ad l.* 8. *D. de pericul. & commod. rei vendit. n.* 8. quoniam hoc pactum nec emtionis perfectionem impedit, nec illam resoluit. Quam sententiam etiam confirmat Ordinatio Prouincial. Ducatus Magdeburgici cap. 22. von Kauffen und Verkauffen insgemein §. 4. his verbis: Wann aber der Verkäuffer ihme bey der Gerichtlichen Aufflassung die Possess und das Eigenthum an dem verkaufften Stücke Guth vorbehält, biß die Zahl-Termine oder Tag-Zeiten abgelauffen, und das völlige Kauff-Geld erleget, und immittelst das verkauffte Stück, welches dem Käuffer mit obigen Vorbehalt Gerichtlich übergeben, in desselbigen Besitz auch ohn sein Verschulden verlohren gehet, so soll nichts desto minder der Kauffer den Schaden gelten. A quibus post CARPZOV. & HVBERVM supra §. 5. adductos, dissentiunt BVRGER. *cent.* 1. *obs. iurid. Politic. militar.* 13. D. SCHILTERVS *Exerc. ad D.* 30. §. 57. *& sequ.* Fatetur hic quidem §. 55. emtionem sub hoc pacto pure & de praesenti contractam intelligi; at, quo minus periculum ad emtorem spectare existimemus, rationes sequentes adfert. Primum ait: speciem hanc pacti natales suos non ex iure Romano repetere, & propterea decisionem emergentium de ea quaestionum ex mero iure Romano non petendam, sed ex principiis vtrique iuri communibus, iure sc. naturae & gentium, secundum quod res pereat suo domino. Deinde, quamobrem lex ciuilis induxerit, vt periculum praestet emtor, causam esse, vt ne emtor differat solutionem: at, si venditor in dilationem hanc vltro consentit, non posse illum conqueri, nec illud iuris remedium pro se allegare; sed potius, dum consensit in dilationem, & dominium sibi reseruauit, praesumi secundum regulam, quod cum incommodo etiam onus hocce susceperit. Enimuero, quod primam illam rationem attinet, vti nondum confectum est, pactum hocce Romani iuris auctoribus incognitum fuisse; ita sufficit, id analogiae Romani iuris non repugnare, & proinde eiusdem regulis pariter subiacebit. Altera ratio falso nititur principio, quasi dilatio soluendi pretii sit causa periculi, in emtione venditione praestandi: Verior est ratio, quod emtione perfecta venditor sit certae rei debitor, nec praestando interesse libe- Septimum. *Periculum rei sub hoc pacto venditae pertinere ad emtorem.*

liberetur; praeterea commodum omne ad emtorem spectet. Igitur, cum pactum hoc idem contineat, quod ius commune, vbi fides de pretio non est habita; ad hoc venditores illud adiiciant, vt de pretio recipiendo iis in euentum omnem cautum sit; iniquum foret, si illud in odium eorum vellemus detorquere. Illud bene monet SCHILTERVS *d.* §. 58. ad euitandam dissentientium Doctorum varietatem & processus vexationem, vtile esse, vt venditor reseruato dominio expresse caueat de periculo, iuxta iuris dispositionem ad emtorem redundaturo. Quae cautio quoque commendatur a D. STRYCKIO *sect. 2. de cautel. contract. c. 8. §. 30.*

§. XV.

Effectus pacti huius singularis, quod venditor sib extra concursum, ab emtore excitatum, eiusque creditoribus anteferatur.

Caeterum insignis pacti huius effectus est, quod venditor propter illud, concursu creditorum excitato, praeferatur emtoris creditoribus quibuscunque. Nam ita VLPIANVS *in l. procuratoris 5. §. 18. D. de tributor. action. Res venditae non alias desinunt esse meae, quamuis vendidero, nisi aere soluto, vel fideiussore dato, vel alias satisfacto: & proinde dicendum, merces, quae in creditum non abierunt, vindicare me posse.* Et ita Dd. tantum non omnes sentiunt. v. CARPZOV. *part. 1. Const. 28. def. 21.* MEVIVS *part. 5. Dec. 59. & l. 1. Responsi 108. n. 3.* RAVCHBAR *l. 1. quaest. 6. n. 12.* RICHTER. *tract. de iure & priuileg. creditor. cap. 2. membr. 1. n. 1.47.* BERLICHIVS *part. 1. concl. 63. n. 43.* Et hoc adeo verum est, vt venditor ne quidem concursui implicari debeat: quoniam, quod suum est, petit. Cuius obseruationis vtilitas in eo vertitur, quod citatio praeclusiua, quae in creditorum concursu fieri consueuit, ei non obstet. Vt bene docet BRVNNEMANNVS *de concurs. creditor. c. 2. §. 3.* Ex quo sponte sua fluit: Fiscum antelatione in re vendita non gaudere. CABALLINVS *l. 1. Cons. Decis. 18. n. 19. seq.* FRANCHIS *Decis. 34.* VRCEOLVS *Consultat. forens. c. 5. per tot.* Idem tamen FRANCHIS *Dec. 506.* aliud dicendum putat, quantum attinet melioramenta siue impensas in rem venditam factas; in his enim vel illarum pretio anteferri alios emtoris creditores, quatenus sint tempore anteriores. Conf. VRCEOLVS *in appendice ad d. c. 5.* Quod admittendum arbitror, nisi venditor cum re vendita simul, quod sua interest, petat. Caeterum, vt haec locum habeant, requiritur rem adhuc extare. v. omnino ZIEGLER *in proceff. Saxon. p. 242.*

Et quod reseruatio haec habeat vim pacti manuum iniectionis.

§. XVI.

Est & alius effectus reseruationis huius, quod ea habeat vim pacti manuum iniectionis etiam contra tertium. v. GRATIANVS *disceptat. forens. c. 175. c. 206. cap. 523. c. 730. cap. 900. n. 15. seq. cap. 906. n. 4.*

§. XVII.

Affinis pacti huius est lex Commissoria, & quomodo haec ab illo differat.

Affinis pacto huic est lex commissoria; quoniam vtrobique respicitur fauor venditoris & reseruatur dominium. Differunt in eo praecipue, quod in lege commissoria reseruatio dominii fiat sub conditione, quam vocant, resolutiua. Vnde fluit, existente conditione, si venditor, vbi certus dies huic legi est adiectus, elapso eo statim declarat, se lege commissoria vsurum, & rem inemtam esse velle (*v. l. 2. l. 3. pr. l. 4. §. 2. l. 6. pr. D. de leg. Commissor.*) dominium ipso iure, etiam sine rei traditione, relabi ad venditorem. *arg. l. fin. D. de lege Commissor. l. 4. C. de pact. inter emtor. & venditor. l. 41. pr. D. de rei vindicat.* Vsque adeo vt emtor, iuxta veriorem sententiam, moram purgare non possit. *arg. l. 4 §. 2. l. 6. §. final. l. 7. de L. Commissor.* v. LAVTERBACH. *tractat. synopt. d. t. §. 1. n. 15.* & si quam dedit arrham, vel si partem pretii soluit, in poenam morae, siue ob fidem non seruatam, perdat. *d. l. 4. §. 1. l. 6. pr. de lege Commissor. l. 25. pr. de haeredit. petition.*

Quan-

Digitized by Google

Quanquam hoc postremum durum nonnullis videatur; alii vero restringant. De quo idem LAVTERBACH. *d. tr. synopt.* §. 1. *n.* 10. Quae omnia in emtione venditione sub pacto, ne dominium transeat, contracta aliter se habere, ex supra dictis affatim liquere potest.

SECTIO II.
DE RESERVATIONE HYPOTHECAE IN RE VENDITA.

§. I.

NOn minus frequens est, venditores in re vendita sibi hypothecam reseruare, existimantes, ita satis cautum fore pretio, quod ab emtore debetur, aut soluendum restat, perinde acsi dominium sibi reseruassent. Quod quousque verum sit, liquidius apparebit, si, quae pacti huius indoles & veri effectus sint, cum cura examinabimus. Illud hoc loco addendum: iure Wurtembergico & multorum aliorum populorum statutis pactum hoc frustraneum esse: quoniam ibi reseruatio hypothecae ipso iure fit, ne venditores, fidem emtorum secuti, debito suo tam facile defraudentur. v. Würtemb. Land-Recht, *part. 2. tit. 8.* §. Wann auch. v. & ibi LAVTERBACH. *in comment.* §. 11. Equidem & in *l. Iulianus* §. 8. *D. de action. emti* dicitur, venditorem in re vendita quasi pignus habere. Verum hoc tantum pertinet ad colorandum retentionis ius, ne venditor ante exsolutum integrum pretium rem venditam tradere teneatur. Eodem spectat l. *haereditatis* 22. *D. de haered. vel action. vendit.* parte pretii soluta pignoris iure teneri. *Finis pacti huius.*

§. II.

In causa efficiente singulare est, quod VLPIANVS scribit in l. 1. §. *final. D. de rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt: Si minor viginti quinque annis emit praedia, vt, quoad pretium solueret, essent pigneri obligata venditori: non puto, pignus valere: nam vbi dominium quaesitum est minori, coepit non posse obligari.* At negotium facessit PAVLVS in l. 2. *D. de tit. Sed hic videtur*, inquiens, *illud monere, quod cum domino pignus quaesitum est, & ab initio obligatio inhaesit.* Vulgo existimant, insuper habita hac dubitandi ratione, manendum in regula, secundum quam minor non possit rem suam tradere absque decreto. *l. magis puto* 5. §. *fi pupillus l. fi pupillorum* 7. §. *fi Praetor* 3. *l. pen.* §. *quanquam D. d. tit. l.* 7. *C. de praed. minor.* Et sane PAVLVS ipse in *d. l.* 2. fatetur, priuato venditori beneficio imperiali opus esse, ut ex rescripto pignus confirmetur: & ratio dubitandi altera, quam subiicit de fisco, vendente minori sub hypothecae pacto, pertinet ad limitationem: quoniam, qui cum fisco contrahit, eius bona illi tacite & cum legali hypotheca obligantur. *l. 2. in quib. caus. pign. tacite contrah.* v. multi prolati a RAVCHBARO *part. 1. quaest. 6. n. 21. seq.* quos sequitur D. SCHILTERVS *Exercit. ad Digesta* 37. §. 102. *& seq.* Conf. BACHOVIVS *l. 2. de pignor. c. 2. n. 9.* Enimuero PINELLVS in *l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 52.* dispositionem *d. l. 1.* §. *ult.* difficilem, subtilem, acerbe rigorosam, & multis iuris rationibus aduersariam, ipsisque iuris principiis e diametro oppositam, CVMANVS & cum eo FABIANVS DE MONTE *in tract. de emt. vendit. quaest. 7. n. 1.* mirabilem esse dixerunt. Hinc TIRAQVELLVS *de retract. conuention. in fine n. 13. d. l. 1.* men- *In efficiente causa quid singulare sit, vbi minor emit sub hoc pacto, traditur.*

mendum ineſſe coniecit. Quidam Pavlvm ab Vlpiano diſſenſiſſe, & proinde *d. l.* 1. §. *vlt.* per *l.* 2. *pr.* derogatum eſſe, crediderunt. Octav. Simoncell *tractat. de decret. l.* 2. *tit.* 6. *n.* 20. Carpzovivs *part.* 2. *conſt.* 23. *def.* 16. *n.* 27. *ſequ.* & 4. *Reſponſ. Elector.* 27. *n.* 10. Alii d. l. 1. §. vlt. de pacto ex interuallo addito, ſiue de pignore poſt contractum confirmatum conſtituto, l. 2. vero de pignore, in ipſo contractu interpoſito, intellexerunt. Cum Cvmano Negvsanz. *part.* 4. *de pignor. part. princ. n.* 34. Brvnnemann. *ad d. l.* 1. *n.* 4. *& ſequ.* A quibus tamen diſſentit Barbosa *ad l. ſi conſtante* 25. *pr. D. ſolut. matrimon. n.* 122. 123. quoniam hypothecae conſtitutio, licet ea in continenti fiat, ſupponat, dominium eſſe translatum. Alii parum abeſſe putant, quin ſubtilitas *d. l.* 1. §. *fin.* vſu deſueta videatur. v. Hvber. *praelect. ad tit. D. de reb. minor. ſine decreto non alienand.* §. 2. Et nos non dubitamus, eam eſſe meram ſubtilitatem iuris Romani, potioremque rationem dubitandi, quam ſupra ex Pavlo audiuimus. Etenim, ſi pactum hocce in continenti adiiciatur contractui emtionis venditionis, eſt utique pars contractus. *l.* 7. §. *quinimo D. de pactis. l.* 7. §. *quinimo D. depoſiti. l. legem* 10. *C. de pactis.* & per illud nemini fraus fit, non emtori, neque huius creditoribus. Id libenter fatemur, tutius eſſe, vt decretum iudicis adhibeatur.

§. III.

Ad Obiectum *pertinet, an, ſi dominus conſenſit in feudi venditionem, venditor ſibi ob pretium non ſolutum hypothecam reſeruare poſſit.*

Ad obiectum pertinet ſingularis quaeſtio: an, ſi dominus feudi conſenſit in feudi venditionem, venditor, intuitu pretii nondum ſoluti, hypothecam ſibi reſeruare poſſit? Quod poſt Afflictvm & H. Pistorem aliosque recte negat Carpzov. *l.* 4. *Reſponſ. Electoral.* 28. *part.* 2. *conſt.* 23. *def.* 10. *& de onerib. Vaſalli decad.* 2. *poſſit.* 5. quoniam conſenſus iſte ſtrictiſſimi eſt iuris, ac proinde ad venditionem reſtrictus, ad pignoris cauſam extendi haud debet. Intereſt autem domini feudi, ne citra eius conſenſum hypotheca conſtituatur, ne poſtea, vbi feudum aperietur, praeter expectationem debitum illud luere ſit obſtrictus. Atque hoc adeo verum eſt, vt non ſufficiat, venditorem feudi in Curia Principis, more apud Saxones vſitato, emtori illud cedere cum reſeruatione ſola hypothecae pro pretio, eoque pacto emtorem inueſtituram accipere. Vt contra Mollervm & Ravchbarvm docuit Carpz. *d. l. n.* 5. *& ſequ.* qui etiam *n.* 14. *ſequ.* recte ſtatuit, conſenſum agnatorum, qui conſenſerunt in feudi venditionem, ad hypothecae reſeruationem, de qua agimus, neceſſarium non eſſe.

§. IV.

Forma ſeu modus *huius pacti colligitur ex formulis, quae hypothecam conſtitutam eſſe, vel expreſſe vel tacite indicant.*

Modus reſeruationis ſub hac formula fieri conſueuit: **Daß das Guth bis zu endlicher und vollſtändiger Bezahlung der gantzen Haupt-**Summa **dem Verkauffer zum ausdrücklichen Unterpfand ſtehen und haffren ſolle.** Poteſt autem hoc pactum etiam tacite fieri. Cum enim Dd. tradant, hypothecam cenſeri conſtitutam, ſi ſuper re aliqua creditor mutuam pecuniam dediſſe, & debitor accepiſſe eandem profeſſi fuerint. vid. cum multis, quos profert, Ravchbarvs *part.* 1. *quaeſt.* 6. *n.* 60. ita idem Ravchbarvs huic formulae reſpondere putat illam, de qua in praeſenti agimus, vbi venditor in vel ſuper re vendita ſibi pretium deberi aſſeruit. Idem operatur clauſula conſtituti; ſane ea hypothecis vt plurimum adiici ſolet. Poſt plures adductos Merlinvs *l.* 2. *de pignor. c.* 94. *n.* 15. Hvber. *praelect. ad tit. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* §. 6. *p.* 519. Citra conuentionem autem expreſſam, vel tacitam, hypotheca nulli competit, etiamſi venditor ruſticus fuerit. v. Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 23. *def.* 19.

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Adiici potest pactum hocce vel in ipso emtionis venditionis contractu, vel diu post. Quantocunque enim tempore quem sibi de hypotheca prospicere, quid vetabit? Ast quod attinet effectus aliquos, praesertim antelationis, multum profecto refert, ante traditionem vel ipso traditionis actu hypothecam constitui. v. D. STRYCKIVM *de cautel. contract. sect. 2. c. 8. §. 29.* Vbi examinari meretur, an admitti debeat, quod BALDVS *ad l. vlt. comment.* & NEGVSANZ. *de pignor. part. 4. n. 33.* asseruerunt, si traditio facta sit, contractus vero nondum absolutus, puta, quia in scriptis fieri debuit, non posse pactum pignoris adiici in praeiudicium anteriorum creditorum. Quod recte negat HERBARIVS *rerum quotid. c. 3. n. 13. sequ.* quoniam ante perfectionem emtionis, qua conuentionem aut qua obligationem, dominium non transeat per traditionem; nunquam enim nuda traditio dominium transfert *l. nunquam 31. D. de acquir. rerum dominio.* Conf. CARPZOV. *Decis. 127.* Adde WESENBEC. *conf. 39.* & IOANN. A SANDE *l. 3. tit. 12. def. 16.* Add. A. MATTHAEI *ad tit. C. de pignor. p. 573.*

Nihil refert, an in contractu emtionis venditionis, an post hoc pactum adiiciatur.

§. VI.

Vtrum, vbi ad constitutionem hypothecae opus est confirmatione iudiciali, haec quoque heic requiratur? solet multum quaeri. Nec desunt, qui id affirmarunt apud RAVCHBARVM *d. part. 1. quaest. 6. n. 23. sequ.* Conf. PAVLVS BVSIVS *ad l. 15, D. de contrah. emtion n. 10.* MOLLERVS 1. *sem. 4.* & alii. At ipse RAVCHBARVS *d. l. n. 25. sequ.* contrarium prolixe & validis rationibus propugnauit, quem & alios secutus est CARPZOV. *part. 2. Const. 23. def. 16.* & *l. 4. Responsi. Electoral. 27. n. 4. sequ.* MEVIVS *ad l. 3. Iur. Lubecens. tit. 9. art. 1. n. 13.* Modo venditor ante traditionem, vel in ipso traditionis actu hypothecam sibi reseruauerit. CARPZOV. *d. l. def. 17.* & PHILIPPI *ad nouiss. Decis. Elect. Saxon. 63. obs. 2. n. 5.*

Si constitutio hypothecae ex iure loci desiderat confirmationem iudicialem, ea heic non est opus.

§. VII.

Effectus pacti huius est, quod eo non obstante dominium transeat. Rei enim suae non est pignus. Vt adeo reseruatio hypothecae certum translati dominii argumentum haberi soleat. MEVIVS *part. 4. Dec. 280.* SARMIENTVS *l. 3. select. interpret. c. 8. n. 3.* SIMONCELLVS *de decret. l. 2. tit. 6. insp. 1. n. 14.*

Effectus *pacti huius est, quod argumentum praebeat dominii translati.*

§. VIII.

Cui consequens est, si venditor in licitatione rem sub hoc pacto venditam denuo emat, nouam emtionem esse. Cuius obseruationis usus insignis intelligi potest sub exemplo, quod verbis hisce memorat VLRIC. HVBER. *praelect. ad tit. D. de contrah. emt.* §. 11. *Primus vendiderat domum aliquot florenorum millibus, tribus soluendis pensionibus, addita instrumento clausula constituti. Prima pensione soluta cum pacto, ut reliquum emtor sub foenere aliquot annos retineret, dein emtore facultatibus lapso, creditores eius hanc quoque domum, cum reliquis eius bonis, publice distraxerunt, quam emit primus venditor minore pretio, quam ei de pensionibus antiquis adhuc debebatur; ideoque domum suam recipere prae se ferens, venditionem illam non est professus apud officium vectigalis, vt solueret sextam & quinquagesimam pretii partem, quae pro venditione rerum immobilium debetur Reipubl. Accusatur a publicano fraudati vectigalis. Ille se defendere, quod non tam emisset, quam rem suam ad se recepisset, vectigal deberi, quoties dominium est mutatum; quod illo casu*

Vnde sequitur primo: si venditor in licitatione rem sub hoc pacto venditam denuo emat, nouam emtionem esse.

factum

Digitized by Google

factum non esset, siquidem rei venditae dominium penes ipsum usque ad plenam solutionem remansisset. Atqui non aderat pactum reseruati dominii, sed tantum clausula constituti; cuius hanc vim esse persuasus fuerat. Iudicatum est a iudicibus Leouardiensibus, dominium & priori venditione & hac posteriori emtione fuisse translatum, professionem vectigalis causa fuisse faciendam, eumque secundum leges condemnarunt. Causa per appellationem ad Illustres Ordinum Deputatos delata, cum satis constaret, aliter ex iuris ratione non posse decidi, quia tamen res erat magni detrimenti, & error in re vulgo ignota, de qua non imperiti homines opinionis errore tenebantur, id actum est, ut transactione componeretur.

§. IX.

Deinde: *venditorem concursu excitato implicari.*

Consequens est porro, si excitetur concursus creditorum, venditorem ei aeque implicari & inter creditores caeteros collocari. Hinc venditor impedire non potest, quo minus res, sub pacto hoc ipsi obligata, auctioni subiiciatur, & plus licitanti addicatur: quanquam ei ante creditores alios inde satisfieri conueniat, vt mox dicemus. v. D. Bergervs *ad Compend. Iur. Lauterbach. tit. de lege Commissor. quaest. 5. in animaduers.* Nec venditor praerogatiuam sibi vindicare potest ante sumtus, qui pro conseruatione bonorum ac facultatum debitoris fuere impensi. Nam, vt ait Papinianvs in l. 8. D. *Depositi. Sumtus causa, qui necessario factus est, semper praecedit, eoque deducto bonorum calculus subduci solet.* Quam in rem plures rationes attulit Carpzovivs *decis. illustr. 55. n. 8. & sequ.*

§. X.

Denique: *venditorem nouo emtori non praeferri.*

Denique consequens est, cum emtor dominium sit nactus, venditorem, ob reseruatam sibi in re vendita hypothecam, nouo emtore in emendo non esse potiorem; modo hic vel primus emtor parati sint, pretium, quod exsoluendum restat, soluere. D. Lyncervs *Dec.* 1210.

§. XI.

Effectus insignis *in proto-praxia creditorum.*

Neque tamen minus insignes sunt effectus pacti huius in protopraxia creditorum. Nam id pro certo habendum: Venditorem vi pacti illius praeferri creditoribus omnibus, etiam eximie priuilegiatis *arg. l. licet 7. C. qui potior. in pignor.* vbi Diocl. & Maximianvs rescribunt. Eum, cuius pecunia praedium comparatum, omnibus anteferri, si statim conuenerit, vt id ei specialiter pignori esset obligatum. Grivellvs *decis. 56.* Carpzov. *part. 1. const. 28. def. 22. n. 3.* & *decis. illustr. 551. n. 1.* Mevivs *part. 6. Dec. 193. n. 4. sequ.* Brvnnemann *ad l. 7. C. qui potior. in pignor.* & *ad l. 1. D. de reb. minor. sine decreto non alienand. n. 6.* Lyncker. *Dec. 244.* Modo conuentio de hypotheca ante traditionem rei venditae vel circa eam sit inita. *arg. l. 20. §. 1. D. de pactis dotalib.* Mevivs *d. l. n. 5.* Graevarvs *l. 1. ad Gail. concl. 15. n. 9.* Coler. *part. 2. Dec. 279.* Carpzov. *p. 1. const. 28. def. 20. n. 7.* Salgado de Somoza *p. 1. Labyrinth. creditor. c. 12. n. 2.* Quod etiam obtinet in hypotheca, quae fuit in re vendita, antequam dominium in debitorem fuit translatum. *l. 12. C. de distract. pignor.* vbi Brvnnemann. Carpzov. *d. decis. 55. n. 2. sequ.* Strvvivs *Exerc. ad Digest. 44. §. 46. in fine.* Mevivs *part. 3. Dec. 13.* & *p. 5. Dec. 260.* Vnde prono alueo fluit: venditorem ratione hypothecae, sibi pro pretio residuo reseruatae, non praeferri hypothecario antiquiori, cui iam antea in re vendita pignus fuit constitutum. Carpzov. *l. 4. Respons. 27.* Strvvivs *d. l.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

Caeterum, quod de antelatione venditoris asseruimus, habet etiam locum in tributis, quae post rem emtam ab emtore deberi coeperunt. Vt sanxit ELECTOR SAXON. *Decis. 63.* & ibi PHILIPPI *in Commentar.* Aut si venditor sibi ratione pretii vsuras stipulatus fuerit: quippe quae alias etiam in emtione, ex natura contractus, debentur. Idque tanto magis heic obtinet; quoniam res vendita adhuc extat. v. LYNCKERVS *Dec. 1415.*

Hinc venditor talis praefertur etiam fisco ratione tributorum, aut licet sibi usuras stipulatus fuerit.

§. XIII.

Illud quoque planum est, venditori virtute pacti huius hypothecariam competere. Verum heic belle quaeritur, annon ea agenti contra tertium obstet exceptio ordinis siue excussionis? Quod recte affirmauit ANDR. SCHEFFER *part. 1. quaest. 26.* & ANDR. CHRISTOPH. ROESENER *tr. de reseruat. iur. eompet. c. 6. sect. 3. n. 21. sequ.* quoniam dominium in emtorem transiit. Addenda tamen limitatio: nisi pactum de non alienando hypothecae fuerit adiectum. De quo fusius *in Dissert. de pacto ne dominus rem suam alienet §. 3. & sequ.*

Venditor etiam hypothecaria contra tertium agere potest; hic tamen recte obiicit exceptionem ordinis.

§. XIV.

Si pactum de hypotheca clausulam constituti, vt solet, adiectam habeat, an interdictum Salvianum contra tertium dabitur? Affirmant hoc complures, v. FACHINAEVS *l. 8. controu. 92.* A quibus alii non temere dissentiunt, v. FELTMANN. *Decad. 1. Decis. Ostfris. 6. & 7.* BACHOV. *Vol. 2. ad Treutl. Disp. 25. §. 2. lit. C.* & *l. 3. de pignor. c. 20.* per *l. 1. C. de Saluian. interdict.* & quoniam hoc interdictum non tam in iure pignoris, quam in facto oppignorationis se fundat. Certe, etiam admissa vulgata illa Dd. opinione, iuste tertius possessor obtendet, principalem debitorem prius excutiendum esse. MERENDA *5. controu. 39.* STRVVIVS *Exerc. ad D. 45. §. 172.*

Ob clausulam constituti Salvianum interdictum habet locum: an & contra tertium?

§. XV.

Ex dictis in propatulo est, quomodo pactum, quo dominium, & quo hypotheca reseruatur, inter se differant. Nam primo, ne dubitatur quidem, in emtione cum minore celebrata posse dominium reseruari. Vtique vero, an hypotheca. Retro dubitatur, an ibi sit periculum emtoris, non & hic. Deinde, si venditor vi pacti dominium reseruantis recipiat pignus, non est noua emtio, v. MEVIVS *part. 4. Dec. 206. n. 6.* vtique vero, si res vendita sub pacto hypothecae. Praeterea venditor, qui dominium sibi reseruauit, contra emtorem agens, est extra concursum: non etiam, qui hypothecam tantum sibi pactus est. Postremum agenti ob reseruatum dominium rei vindicatione contra tertium, non potest obiici exceptio excussionis: quod secus est, si hypothecaria aut interdicto SALVIANO quis ob reseruatam hypothecam vel clausulam constituti experiatur.

Subiicitur differentia vtriusque pacti, quo dominium & quo hypotheca reseruatur, per modum anacephalaeseos.

Digitized by Google

DE PIGNORE CONVENTIONALI TACITO,

DISSERTATIO.

§. I.

Conuentio de hypotheca in statu naturali ius in re non producit, utique tamen alios effectus habet.

Pignoris vocabulum heic notat nobis non contractum pignoris; non rem, quae pignori supponitur; sed ius in re. Quod an sola conuentione, secundum principia iuris in natura positi, inter illos, qui in statu naturali versantur, constitui possit? ante omnia erit disputiendum. Equidem non desunt exempla populorum, qui ita sibi cauerunt, cum vetera, tum recentiora. Anno MCCCXXXVII. LVDOVICVS IV. Imperator foedus initurus cum PHILIPPO VALESIO Rege Galliae apud LEIBNITIVM *Codic. iuris gent. diplomat.* 75. §. 3. promittebat, *sub rerum suarum & Imperii hypotheca* ratum & gratum habitum iri, quidquid per Marchionem Iuliacensem tractatum, ordinatum, seu factum fuerit. Anno MDCXXV. Foederati Belgae Regi M. Britanniae chirographo obligabant prouincias, ciuitates, earumque mobilia atque immobilia. Apud LEONEM AB AITZEMA *histor. tractat. pacis Belgic. p. 38.* Adde PVFENDORFIVM *l. 6. Rer. Brandenburgic. §. 82. ad A. MDCLVII.* vbi de praefectura Drahimensi, Elect. Brandenburgico a Polonis pignoris iure obligata. Ast iam nominatus PVFENDORFIVS *l. 5. de I. N. & G. c.* 10. §. 16. existimat, inter eos, qui in libertate naturali invicem viuunt, hypothecas esse inutiles. *Nam vbi*, inquit, *vltro debitor soluere renuerit, vi vtique & armis inuadenda erit possessio hypothecae. Atqui etiam citra assignationem hypothecae inter tales quaelibet bona debitoris inuadere licebat.* Quae tamen ratio nobis non satisfacit: fieri enim potest, vt res hypothecae obligata ad tertium perueniat, quam vtique creditor aut promissarius persequendi ius habebit, si eam pignoris iure affectam dicamus. Potior nobis videtur ratio: vt dominium, ita & ius in re sine traditione vera vel quasi, etiam secundum ius naturale, non posse constitui, vt alio loco fusius ostenditur. Neque tamen vi & effectu omni destituitur huiusmodi hypothecae obligatio. Primum enim in iure liquido, citra antegressam belli denunciationem, rem illam inuadere licebit. Deinde ex ea intelligitur, de quo alias disputari solet, foedus potius reale, quam personale esse.

§. II.

Hinc contractus non est. Vbi refutantur, qui

Consequens hic est, pignoris constitutionem non esse inter contractus referendam; contractuum enim est proprium, suapte vi producere actionem, & quidem personalem, non realem. Vt profecto errent Cardin. MANTICA *l. XI. de tacit. & ambignis conuent. tit. 2. n. 2.* & MERLINVS *l. 2. de pignor. quaest. 6. n. 2.* conuentionem de hypotheca, cuius

Digitized by Google

cuius possessio creditori non est tradita, contractum innominatum asserentes; si enim non est contractus, non erit quoque innominatus: deinde ex hoc negotio non nascitur actio praescriptis verbis: nec in eo est συνάλλαγμα, factum aut praestatio aliqua. Aeque errat MERLINVS *d. quaest. 6. n. 8.* oblitus eius, quod modo dixerat, ad contractus consensuales referens: nam contractuum consensualium ea est indoles, vt vterque contrahens ex iis obligetur; ast hypothecae constitutio vtraque ex parte obligationem non producit, neque ex ea creditor aut debitor obligatur hactenus, vt actio personalis inde enascatur. *ad contractus innominatos aut consensuales eam referunt.*

§. III.

Nihil igitur restat, quam vt dicamus, pactum esse, & quidem legitimum, quippe a Praetore confirmatum. *l. 1. pr. D. de pignorat. action. l. 4. D. de pignor. & hypothec. l. 17. §. 2. D. de pactis.* Quanquam & heic sint, qui renitantur, causantes, ex pacto actionem realem nasci, saltem vt ex conditione sine qua non: causam veràm esse traditionem, quam Praetor, vt alibi, ita hic concurrere fingat. Enimuero, cum pacta nuda non producant actionem, vt alibi docetur, nisi Praetor conuentioni huic robur addidisset, profecto ea actionem nullam, nedum realem, producere potuisset. Vt proinde tutius sit, conuentionis virtuti, quam habet a lege attributam, actionem realem adscribere, quam traditionem comminisci, cuius leges nusquam meminerunt. Id fatemur, pactum hocce legitimum esse exorbitans, quoniam ex eo non personalis, sed realis actio enascitur. *Potius est pactum legitimum a Praetore confirmatum.*

§. IV.

Quae causa fuerit, quam ob rem Praetor pacto huic tantam vim apposuerit, iam videndum. BACHOVIVS *l. 1. de pignor. & hypothec. c. 3. n. 2.* rationem adfert, quia pignus sit modici praeiudicii. Mendose. Potior causa est vtilitas hypothecarum, ad commercia inter homines maiori facilitate celebranda; neque enim semper fideiussores, aut res mobiles, quae creditori in manus dentur, praesto sunt, & durum nimis foret, statim ad traditionem rerum immobilium, puta, aedium aut fundorum adigi: proinde sufficere visum, si cautionis gratia designetur res, quae non auferri, & in quam per iudicem immissio semper obtineri posset. Cui fini necessarium fuit, ius reale in re pignori obligata constituere; quippe nullum sui usum creditori praebitura, nisi eandem creditor vbiuis petere & vindicare possit. Quam rationem suggerit VLPIANVS *in l. qui 14. §. 1. D. de constit. pecun. quoniam vtilitas pignorum irrepserit.* *Cuius causae indagantur.*

§. V.

Ius hypothecae, de quo hucusque egimus, pacto expresso posse constitui, dubio caret. An id tacite ex coniectura voluntatis fieri queat, inter Doctores non conuenit. Nos distincte rem considerabimus: vel enim coniectura sumitur ex verbis, vel ex factis, & tum vel solis, vel accedente legis efficacia. *An conuentio haec tacite ex coniectura voluntatis fiat, iam disquiritur & affirmatur.*

§. VI.

Ex certis verborum formulis, licet eae iuris hypothecae expressam mentionem non contineant, hypothecam colligi, a plerisque Dd. hucusque est traditum. Item particulas *inde, ex eo* & similes importare hypothecam, post BARTOLVM & CASTRENSEM asserunt WILHELMVS RADELANTIVS *decis. curiae Traiectinae 3.* IOAN. A SANDE *l. 3. Decis. Frisicar. tit. 12. def. 8.* MERCVRIALIS MERLINVS *l. 2. de pignor. & hypothec. quaest. 91. n. 1. & 2. & 7.* vbi plures consentientes adducuntur. At refragatur doctissimus MVDAEVS vbi exa- *Siue illa coniectura sumatur ex verbis, extract.* minatur.

Digitized by Google

vis particularum *ex, inde* & similium, dissentientes que refelluntur.

tract. de pignorib. rubric. quomodo hypothec. constit. n. 18. per *l. final.* §. 1. *D. de contrah. emt. l.* 12. *D. de annuis legat. l. fundi* 38. *D. de usu & usufr. legat.* Addit, hisce partibus magis demonstrari locum, ex quo sumi oporteat obiectum obligationis: atque sic magis executionem, quam obligationem constitutam videri. Quae ratio tamen nihil efficit: nam debitor vtique voluit securum facere creditorem; at profecto securitas illa nihil foret, nisi rem simul pignori obligatam dicamus. Sed nec quidquam iuuat Mvdaei *sententiam d. l. final.* §. 1. *de contrahend. emt.* nam ICtus ibi tantum dicit, emtorem ex verbis a Lucio Titio additis Caio Seio obligatum non esse. Minime vero, Caium Seium aduersus emtorem hypothecaria agere non posse. Solet enim Scaevola in suis responsis esse breuis & concisus, vt optime vidit Sandivs *d. l. In l.* 12. *D. de annuis legat.* solum quaeritur, an, si praestatio facienda ex certo fundo, ea finiatur morte legatarii? quod affirmat ibi ICtus, quia seruitus non sit constituta neque realis, neque personalis; & cum annua legata regulariter morte finiantur, *l.* 8. *pr. d. tit.* potius praesumendum, quod legatarii commodo tantum consulere voluerit testator. Quid sibi porro velit Mvdaevs per *d. l. fundi D. de vsu & vsufr. legat.* non videmus.

§. VII.

Aliae formulae subiiciuntur.

Quam modo proposuimus sententiam, confirmat egregie *l. final. C. quae res pignor. oblig. poss. vel non.* Quaesitum ibi, si in instrumento cuiuscunque contractus posita fuerint illa verba: *fide & periculo rerum ad me pertinentium, vel per earum rerum exactionem satisfieri tibi promitto,* (cui formulae aequipollet phrasis illa nostri vernaculi sermonis: **bey Vermeidung der Hülffe in meine bereiteste Güther.** Ravchbar. *part.* 1. *quaest. 6. n.* 57.) an pignus sit constitutum generale, tam bonorum praesentium, quam futurorum? quod Ivstinianvs affirmat, *quia iustum sit, voluntates contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspici.* Hinc recte statuit Merlinvs *l.* 1. *de pignorib. & hypoth. quaest.* 14. *n.* 3. si mutuum datum sit super hac vel illa re, pignus censeri constitutum; dictionem enim *super* eius esse naturae, vt constituat ius in re, & denotet substantiam, & rem afficiat. Conf. multi addicti a Ravchbar. *d. l. n.* 60. Idem Merlinvs *l.* 2. *quaest.* 94. *n.* 10. vere existimat cum multis allegatis, creditorem, cui licentia concedatur, rem aliquam, vel bona alienandi, dici acquisiuisse ius hypothecae, per *l.* 3. §. *vlt.* ibi: *pignus intelligi contractum existimari D. qui potior. in pignor.* Add. A. Fab. *l.* 8. *C. tit.* 7. *def.* 7. Bachov. *l.* 3. *de pignorib. c.* 2. Ravchbar. *d. l. n.* 59. Item pactum de capienda bonorum debitoris possessione propria auctoritate proficere creditori ad ius hypothecae. v. Merlin. *d. l. n.* 11. *cum multis quos profert.* Negvsantz. *de pignorib. part.* 3. *membr.* 1. *n.* 4. quod etiam dicendum, si pactum ineatur de non amouendo certam rem ante satisfactionem creditoris. Merlin. *d. quaest.* 94. *a.* 17.

§. VIII.

Additur admonitio.

Caeterum, vt pignus tacite constitutum intelligatur, notandum cum Vlrico Hvbero *praelect. ad tit. D. de pignorib. & hypothec.* §. 5. non sufficere verba abrupta, concisa, aut ambigua. Vnde monet, si errore populari, vt in clausulis contractuum non raro fiat a Frisiis, scribatur: *sub obligatione, prout moris est,* (**onder Vorbande so na Regte**) quibus verbis hypothecam bonorum designare volunt, hoc ad id non sufficere; quoniam nec generalem nec specialem hypothecam significet; nam vocabulum **Vorband** significare obligationem, quae melius ad personam, quam ad rem possit referri *l.* 18. *C. de pignorib. l.* 9. *C. qui potior. in pignor.* & non nisi improprie *l.* 10. *&* 13 *D. de pignor. & hypothec.* dici, quod res pignori obligetur. Hinc recte asseritur, pactum solum de

Digitized by Google

de retrouendendo non patere ius hypothecae, quanquam plures dissentiant apud MERLIN. *d. l. 2. quaest. 98. per tot.* In vniuersum tamen affirmari potest cum modo nominato MERLINO *d. l. 2. quaest. 94. n. 5.* ad constitutionem hypothecae sufficere etiam verba generalia & indefinita, atque adeo solam verisimilem mentem. v. RAVCHBAR. *d. p. 1. quaest. 6. n. 56.* Verum expendamus exempla aliquot practica, quibus dicta illustrentur.

§. IX.

Primum est. Debitor solutionem ex certis rebus fieri vult, & istas, vt soluendi medium, creditori assignat. Quaesitum apud MEVIVM *part. 7. Decis. 49.* an actio hypothecaria locum habeat? quod ibi affirmatur. Quoniam ea assignatio ex rebus contineat pactum hypothecae, ex quo rem persequi liceat; id quod tam menti assignantis, quam assignationem recipientis, conueniat: vtramque enim ad rem, vt solutionis, adeoque & securitatis medium intendere. Pertinet huc, quod Dd. dicunt, ad introducendam hypothecam attendi verba *damus & assignamus.* MERLIN. *d. l. 2. quaest. 94. n. 23.* Aliud tamen dicendum, si quis solutionem ex fructibus, qui nascuntur ex certo fundo, promiserit, v. omnino SABELLI *voce hypotheca.* Propenuntur exempla. Primum.

§. X.

Alterum est. Petrus coram iudice confessus est, se debere Ioanni certam pecuniae summam; adiecta est postea & haec clausula: Damit aber Johannes von Peter vor solch Geld versichert, hat Er Ihm dem Johannes sein Häußlein eingeraumet, dasselbe einzuhaben und zu besitzen, biß Johannes alles seines vorgestreckten Geldes wiederum vergnüget und bezahlt. Iam quaerebatur, an verbis hisce constituta sit hypotheca in aedibus Petri? de quo ita PETRVS FRIDERVS MINDANVS *part. 1. Consultat. Saxonic. 171.* Videtur quod non, quoniam debitor hic vsum tantum & habitationem aedium videtur concessisse creditori, donec ei satisfiat, & ius in re seu hypothecam non constituisse. Sed Collegae mei existimabant, hypothecam constitutam propter clausulam praecedentem: Damit Johannes versichert, &c. ex qua apparet, quod non solum propter vsum, sed & pro cautione & securitate tradita sit possessio aedium; & cum in hypothecis constituendis magis inspiciatur mens contrahentium, quam verba, *l. final. C. quae res pignor. obligar.* iudicarunt ipsi hypothecam contractam. Referri huc potest, quod Dd. tradunt: Verba *pro cautione vel securitate* importare hypothecam. MERLINVS cum iis, quos profert *d. l. 2. quaest. 94. n. 7.* Secundum.

§. XI.

Tertium exemplum est. Locauit quis Titio praedium suum ad triennium, addita lege: daß conductor wegen erweißlichen melioration, und vorgeschossenen contributionen nicht einen Fußbreit aus dem vermietheten Guth zu weichen schuldig, sondern solches in possession zu behalten befugt seyn solte. Quem contractum dominus fundi confirmauerat. Quaesitum, an conductor habeat hypothecam in fundo? quod Icti Francofurtenses affirmarunt apud BRVNNEMANN. *Centur. 2. Decis. 45.* quoniam verbis hisce constituta videatur hypotheca; per tradita MOZZII *in tract. de contractibus tit. de substitut pignor. n. 9.* ANTON. FABRI *l. 8. tit. 7. def. 7. n. 5.* Tertium.

§. XII.

Quartum exemplum est. Iussus est soluere fideiussor pro debitore, & in sententia dictum: Daß Er nach beschehener Bezahlung sich an seines Schuldners Güther so lang halten Quartum.

Digitized by Google

halten ſolle, biß Ihm ſeine Pfenning wiederum entrichtet. Quaeritur iam, an fideiuſſori hoc ipſo pignus tacite conſtitutum ſit in bonis debitoris, pro quo ſoluit? Quod recte affirmauit Anton. Hering. *tract. de fideiuſſorib. c. 26. num. 115. ſequ.* quoniam alioquin verba ſententiae nihil operarentur. Si feudi Dominus ceſſioni feudi conſenſerit, vt ex eo ſoluantur defuncti vel cedentis debita, perinde eſt, ac ſi per illam obligationem feudi cum conſenſu domini hypotheca ſit conſtituta. Mevius *part. 7. Dec. 105.*

§. XIII.

Sine *ea ſumatur ex facto nudo.* Vbi adferuntur exempla.

Veniamus ad facta, ex quibus hypothecam conſtitutam intelligi, ſupra diximus. Heic certum eſt, inter facta illa recte referri, ſi quis inſtrumentum, in quo bona ipſius hypothecae erunt ſubiecta, ſcribat. *l. 26. §. 1. D. de pignorib. & hypothec.* Mantica *l. 11. de tacitis & ambiguis conuent. tit. 3. n. 6.* Idem dicendum, ſi quis tantum ſubſcribat. *arg. d. l. 26. §. 1. l. 8. §. 15. l. 9. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluitur.* Bachov. *l. 2. de pignorib. c. 2. n. 18.* Mev. *part. 4. Dec. 414. n. 4.* Plane vt etiam ſufficit, inſtrumentum obligationis, cui annexa eſt oppignoratio & permiſſio de conſenſu domini impetranda, ab hoc eſſe ſubſcriptum & ratum habitum. v. Ziegler *Deciſ. 11.* Sed addenda limitatio, ſi ſubſcribens deceptus vel doloſe inductus fuit ad ſubſcribendum, Cothmann. *vol. 4. Reſponſ. 39. n. 46.* Coler. *de Proceſſ. executiv. p. 3. c. num. 130.* Carpzov. *part. 1. Conſt. 17. def. 42.* aut inſtrumentum non legit; vel tantum ratione officii ſubſcripſit, vel denique cum proteſtatione ſubſcripſit, *citra ſui & ſuorum praeiudicium*, Ihm und ſeinen Erben ohne Schaden. Brvnnemann. *ad d. l. 8. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. n. 14. 15.* Huc etiam referas: ſi dominus rem ſuam oppignorari ſciat, & in fraudem creditoris ignorantis hoc diſſimulet *l. 2. C. ſi res alien. pignor. l. 11. C. de diſtract. pignor.* Ivl. a Beyma *ad d. l. 2.* Mevius *part. 2. deciſ. 205. n. 4.*

§. XIV.

Adduntur alia.

Non minus inſigne exemplum eſt in l. *Pomponius 5. §. 2. D. in quib. cauſ. pign vel hypothec. tacit. conſtit. ſi quis fideiubeat, cum res illius a debitore, pro quo fideiuſſit, pignori data ſit, beliſſime intelligitur, hoc ipſo, quod fideiubeat, quodammodo mandare, res ſuas eſſe obligatas. Sane, ſi poſtea ſint eius res hypothecae datae, non erunt obligatae.* Quam hypothecam non tacitam legalem, ſed conuentionalem eſſe, recte ſcribit Bachov. *l. 1. de pignorib. c. 13. num. 4.*

§. XV.

Aliud eſt exemplum in l. *item quaeritur 13. §. final. D. locati conduct. qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolum reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignora videntur durare obligata. Sed hoc ita verum eſt, ſi non alius pro eo in priore conductione res obligauerat, huius enim conſenſus erit neceſſarius.* Conf. *l. 16. C. locat.* Brvnnem. *Cent. 2. Deciſ. 45. n. 4.*

§. XVI.

Porro, ſi quis tradat chirographum, continens nomen debitoris, aut inſtrumentum rei emtae, potius eſt, vt dicamus, traditione huiusmodi pignus conſtitutum, quam ceſſionem factam, niſi contrarium probetur. Merlin. *d. l. 1. quaeſt. 14. num. 4. cum allegat.*

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII.

Neutiquam vero huc referri debet, si debitor rem, in cuius alienationem consensit creditor, recipiat, dominus eius denuo factus, vt clare definiuit IVSTINIANVS *l. final. C. de remission. pignor.* Sed quid, si antea pignus generale fuerit constitutum, eoque non tantum praesentia, sed & futura obligata? IMPERATOR nihilominus hypothecam reuiuiscere negat. *Nobis autem*, inquit *d. l.*, *visum est, eum, qui semel consensit hypothecae, & hoc modo ius suum respuit, indignum esse, eundem rem, vtpote ab initio ei suppositam, vindicare, vel tenentem inquietare.* Nimirum, vt tacite quaedam excipiuntur in hypotheca bonorum omnium generali; ita multo magis expressa voluntate haec vel illa res ab eius nexu eximi potest. v. PERETZ. *ad d. tit. C. n. 6* Bene autem aduertit BRVNNEMANNVS *in commentar. ad d. l. final. n. 4.* si debitor ex pacto de redimendo, addictione in diem, vel ex lege commissoria receperit pignus, saluum creditori manere ius pignoris. *l. 10. pr. D. quib. mod. pign. solv.* quoniam, sicut per eam resolutionem debitor restituitur in dominium rei illius, ita creditorem restitui in ius hypothecae suae, quam habuit, *d. l. princ. & §. vlt. D. quib. mod. pign. solv.* Quae profecto notabilis est limitatio *de l. final. C. de remission. pignori.*

Reiiciuntur spuria.

Quale primum ex *l. final. C. de remiss. pignor.*

§. XVIII.

Sed nec ex retentionis iure vel facto pignus siue hypotheca inducitur: equidem non raro creditores ad remedium retentionis confugere videmus, rebus insistentes, donec vsque sibi satisfactum fuerit; nec tantum viduae dotem suam repetenti hoc iure prospectum est in bonis mariti, sed & multis aliis creditoribus ius hocce competit, quod alio loco fusius explicatur. Vbi multis persuasum est, per retentionem pignus & ius reale tribui retentoribus; sed profecto inuita iurisprudentia: Nam primo creditor pignus habet vel ex lege, vel ex conuentione, eaque vel expressa vel tacita, vt modo diximus. Atqui lex ob retentionem nusquam ius hypothecae tribuit, & ius retentionis rarissime ex conventione debitoris exercetur, saepissime autem contra eius voluntatem, vnde & species executionis priuatae dicitur. Deinde etiam, vbi hypotheca mihi non competit, retinere possum, donec mihi soluatur *l. 1. D. quib. mod. pign. vel hypothec.* & manet retentionis ius etiam dissoluto pignore. Ergo diuersum est hoc ius a iure pignoris. Porro ob chirographarium quoque debitum pignus retineri potest *l. vnic. C. etiam ob chirograph. pecun. pignus retin.* Adde, ex pignore vel hypotheca nasci actionem; atqui retentio non actionem sed exceptionem tantummodo parit. Facit quoque *l. 1. C. si res alien. pignor.* vbi: si procurator meus sine vllo mandato rem meam pignori dederit, cum mutuum meo nomine acciperet, non omnino pignus contrahi dicitur, & tamen retentio datur creditori, si pecunia, quam credidit, in rem meam versa sit. Quae & alia argumenta post MATTHIAM COLERVM *part. 1. process. execut. c. 2. n. 214 sequ.* & FRANCISC. BALDVIN. *libro de pignorib. & hypothec. cap. 13.* egregie deduxit CARPZOV. *decis. illustr. 66.*

Alterum de facto retentionis.

§. XIX.

Sunt etiam, qui iuriiurando, quo debitor contractum confirmauit, vim pignoris, & quidem specialis, adscribunt. Horum nomina profert MERLIN. *d. l. 2. quaest. 100 num. 1.* a quibus alii, quos citat & ipse MERLIN. *d. l. num. 3. sequ* recte dissentiunt: iusiurandum etenim iusiurandum personam iurantis arctius adstringit; at bona simul afficere, nusquam traditur.

Tertium de iureiurando.

§. XX.

Digitized by Google

§. XX.

Quartum de dolo.

Nec cum NEGVSANZIO *de pignorib. part. 2. membr. 4. n. 164.* & MANTICA *l. 11. de tacit. & ambig. conuention. tit. 14. n. 5. in fine.* facimus, qui ex dolo in contractu ius hypothecae oriri ſtatuunt. Nam ex dolo conſenſus non colligitur: nec lex hypothecam conſtituit. Plane vt nec in bonis furis tacita hypotheca competit. Quod contra CARPZOV. BERLICH. & alios recte adſtruit LAVTERBACH. *tract. ſynoptic. de legali ſiue tacita hypothec. §. 14. n. 104.*

§. XXI.

Siue denique *petatur ex facto, cui lex vim addidit.*

Reſtat, vt diſpiciamus de facto, cui lex ſimul robur & vim tribuit. Vbi vnum eſt exemplum inquilini ſiue conductoris, res ſuas in praedium vrbanum conductum eo animo, vt ibi ſint, inferentis, quarum nomine locatori pignus competere tralatitium eſt. *l. 4. pr. D. de pact. l 2. 3. 4. 6. 7. §. 1. D. quib. cauſ. pign. tacit. contrah. l. final. C. eodem.* Quod ita expreſſit ius patrium, ſiue Naſſau Catzenelnbog. Land-Ordnung *p. 1. c. 13. §. 2.* Fürs andere, ſo werden alle die fahrende Haabe, welche einer mit ſich in ein gemiethetes Hauß geführet, und getragen hat, dem locatori für den Hauß-Zinß und allen Schaden ſtillſchweigend verpfändet.

Quale eſt illatio rerum conductoris in praedium vrbanum.

§. XXII.

Sitne pignus hocce conuentionale, an legale tantum, dubitari ſolet. BACHOV. *l. 1. de pignor. c. 11. pr. & n. 1.* magis conuentionale, quam legale, mauult dicere. At STATIL. PACIFIC. *de Saluian. interdict. inſpect. 3. c. 5. n. 2.* RODRIQVEZ *de concurſ. creditor. 1. art. 8. n. 1.* legale appellant; quoniam lex hic potiſſimum operatur, & ex facto tacitam conventionem praeſumit. *d. l. 4. l. final. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah.* Quanquam haec ratio potius ſuadeat, vt hypothecam hancce vocitemus legalem mixtam. Vid. LAVTERBACH. *tractat. ſynoptic. de legal. ſiue tacit. hypothec. §. 12. n. 74.*

Vnde fit pignus legale mixtum.

§. XXIII.

Cuius vſus oſtenditur in quaeſtione, vbi res minoris ſunt illatae, quatenus illae teneantur.

Non eſt vero de nihilo haec obſeruatio. Etenim quaeri ſolet, an hypotheca haec in bonis minoris conductoris locum habeat? Quod aliqui affirmant, aliqui negant, quidam vero diſtinguunt, & hi non vno eodemque modo; vt videre eſt apud MENOCHIVM *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 3. n. 66. ſequ.* MERLIN. *l. 2. de pignor. quaeſt. 67. n. 82 ſequ.* NEGVSANZ *de pignorib. part. 2. membr. 4. n. 154.* SIMONCELL. *de decretis l. 2. tit. 5. num. 7.* TRENTACINQVIVM *l. 3. tit. locati reſ. 5. num. 5.* COLL. IVR. ARGENTOR. *tit. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah. §. 2. n. 11.* VINNIVM *de pactis c. 12. n. 8.* BVSIVM *ad l. 4. ff. in quib. cauſ. pign. tacit.* STRVVIVM *Ex. 26. Syntagm. iur. ciuil. §. 16.* LAVTERBACH. *tractat. ſynoptic. d. §. 12. n. 82. ſequ.* Vbi, ſi lex ſola hypothecam conſtitueret, res plana eſt: at cum ea vi praeſumtae ac tacitae conuentionis producatur a lege, ante omnia diſtinguendum videtur, an res inferantur, quae ſeruando ſeruari poſſunt, an aliae. In illis ſola tutoris auctoritas non ſufficit, ſed praeterea cognitio & decretum magiſtratus requiritur. Quas enim res quis expreſſa conuentione oppignorare nequit, eas nec facto ſuo, & conuentione, ex facto voluntario praeſumta, videri poteſt obligaſſe. *arg. l. 9. §. 3. de auctorit. tutor.* BACHOV. *l. 1. de pignorib. c. 51. n. 3.* VINNIVS *de pactis d. c. 12. n. 8.* SIMONCELL. *d. tit. 5. n. 12. & 18. & l. 3. tit. 8. n. 21.* In his videndum, an minor curatorem habeat; an non habeat. Huius vt conductio, ita illatio quoque rerum in praedium conductum valet. *arg. l. 3. C. de in integr. reſtitut.* Ille ſi cum curatoris conſenſu & res intulit, tenet

Digitized by Google

tenet vtique hypotheca. SIMONCELL. *d. tit. §. n. 7.* Quod dicendum quoque, si solus curator contraxit & res induxit. *arg. l. 16. pr. de pignorat. action. l. 27. de administr. tutor.* Sin absque curatoris consensu conduxit, vti contractus est nullus *arg. l. 3. C. de in integr. restitut.* ita res illius non possunt videri pignori obligatae *arg. l. 3.* ibi *si horreum fuit conductum D. in quib. cauf. pign. tacit. contrah.* SIMONCELL. *d. tit. §. n. 18.* id quod verum quoque est, licet minor locupletior factus fuerit. Vt recte docet LAVTERBACH. *d. l. n. 82.* aut minor quidem cum curatore aedes conduxit, res vero aliquas sine huius consensu in aedes illas intulit. *arg. l. 7. §. 1. in quib. cauf. pign. tacit. contrah.* VINNIVS *d. c. 12. n. 8.*

§. XXIV.

Ex eodem principio decidenda alia insignis controuersia: an, si conductor aedes conductas vel illarum partem alteri locauit, res secundi conductoris tacite obligentur vel secundo, vel primo locatori. De hoc negat HAHN *ad Wesenbec. tit. in quib. cauf. pign. tacit. contrah.* Ast de vtroque recte alii plerique affirmant hactenus, vt etiam primo obligentur secundi conductoris res pro ea parte, qua conduxit. BACHOV. I. *de pignorib. c. 11. n. 5. & 6.* MERLIN. *l. 2. de pignorib. quaest. 67. n. 21. seq.* STATIL. PACIFIC. *de Salvian. interdict. inspect. 3. c. 5. n. 109. seq.* MANTICA *l. 11. de tacit. & ambig. conuention. tit. 15. n. 14. sequ.* LAVTERBACH. *d. tract. synoptic. n. 82.* Quibus omnino suffragatur *l. 5. pr. D. in quib. cauf. pign. tacit. contrah. & l. 11. §. 5. D. de pignoratit. action.* Et sane primus conductor videtur heic vice procuratoris fungi, & proinde ex huius contractu actio aduersus secundum conductorem merito datur. *arg. l. 68. D. de procurat.*

Idem in alia quaestione de rebus secundi conductoris illatis.

§. XXV.

Illatarum rerum in praedium rusticum diuersa est ratio *l. 4. l. 7. pr. D. in quib. cauf. pign. tacit. contrah.* Quam sententiam recentiores omnes tenere, asseuerauit ANTON. MATTHAEI *in not. ad §. 3. Inst. de interdict.* Adde CONNANVM *4. comm. 16.* FORTVNAT. GARZIAM *ad l. 5. C. de locat.* DVARENVM & CVIACIVM *ad l. 4. D. de pactis.* BACHOV. I. *de pignor. 11.* TVLDENVM *in tit. C. in quib. cauf. pign. n. 3.* PERETZ *ibid. n. 1.* CHRISTINAEVM *vol. 3. Dec. 100. vol. 4. Dec. 155.* Ast illam veterum dissentientium reuocauit MEVIVS *part. 4. decis. 127. n. 2. 3.* quem secutus BRVNNEMANN. *ad rubr. d. tit. n. 4.*

Diuersa est conditio rerum illatarum in praedium rusticum.

§. XXVI.

Factis hisce adde & additionem haereditatis. Finge, Titius rem Caii hypothecae obligauit, at hic postea illi vt haeres successit; iam valere incipiet hypotheca ob quasi contractum additionis: Neque enim constitutio hypothecae simpliciter fuit nulla, sed secundum quid intuitu Caii, qui postea succedens ad factum defuncti praestandum merito adstringitur. *arg. l. 14. C. de Rei vindicat.* Idque diserte prouisum est *in l. si Titio 22. D. de pignor. & hypothec.* cuius sententiam esse aequiorem, quamque in iudicando sequi velit, fatetur BRVNNEMANN. *ad l. 41. D. de pignorat. action.* Et ita pronunciatum in Gallia, teste GROENEWEGIO *ad d. l. 41.* in Tribunali Wismarienſi apud MEVIVM *part. 7. Dec. 406.* De difficultate *d. l. 41. D. de pignorat. action.* v. WISSENBACH. *part. 1. Disp. ad D. 27. §. 25.* VVLTEIVS *Disceptat. Scholast. c. 17.* BACHOV. *l. 2. de pignor. c. 4. n. 8.*

Factis hisce additur aditio haereditatis.

§. XXVII.

Caeterum inter hypothecam conuentionalem expressam & tacitam collocat differentiam hancce ANTON. HERING. *tractat. de fideiussorib. c. 26. n. 118.* (Conf. alii a BACHOV. pro-

Differentia proponitur hy-

pothecae conuentionalis expreſſae & tacitae, quae reiicitur.

prolati *l.* 4. *de pignorib. c.* 7. *n.* 1.) quod tacitam hypothecam habens omnibus expreſſam habentibus poſtponatur, & tantum chirographariis anteferatur. Quam ſententiam eſſe falſiſſimam, cum laudato Bachov. non dubito. Vis enim eadem eſt taciti, quae expreſſi; &, ſi de legali tacita ſermo ſit, haec aeque potenter operatur ac conuentio. Adde A. Fabrvm *l.* 8. *C. tit.* 7. *def.* 7. *n.* 7. *ſeq.*

Appendix prima.
De illatis in nauem.

AN, quod paulo ante dictum de illatis in praedium vrbanum, pertineat quoque ad illa, quae in nauem illata, diſquiri appendicis loco meretur. Magno conſenſu id receptum eſſe, conſtat ex Bartolo & Dd. poſt gloſſ. *in l.* 5. *&* 6. *in f. D. qui potior. in pign.* Baldo *in l.* 5. *C. de locat. in quaeſt.* 4. Negvsanz *de pignor. membr.* 4. *num.* 140. Straccha *tract. de nauib. part.* 3. *n.* 29. Petr. Peckio *comment. ad l.* 2. §. *ſi quis ex vectoribus* 6. *D. ad L. Rhodiam de iactu.* qui etiam pignori huic pro naulo & contributione ius praelationis adiunctum eſſe contendunt. Vbi illud certum eſt, magiſtrum nauis pro naulo & contributione retentionem quaſi pignoris iure habere. *l.* 5. *pr. D. ad exhibend. l.* 2. *pr. D. ad L. Rhodiam de iactu.* Sicut emtor rei venditae, donec pretium ſoluatur. *l.* 13. §. *offerri in fin. D. de action. emti.* & commodatarius ob impenſas in rem commodatam factas. *l.* 15. §. *vlt. in fine de furtis.* item in ἀντιχρήσει, id eſt, contrario mutuo, creditor; cui etſi conceſſum, retinere fundi ἀντιχρησθέντος poſſeſſionem pignoris loco, donec illi pecunia ſoluatur, attamen ius pignoris eum non habere, euincitur ex eo, quod, amiſſa ἀντιχρήσεως poſſeſſione, ad eam repetendam hypothecaria agere nequit, ſed tantum actione in factum. *l.* 11. §. 1. *in fin. de pignorib.* de quo erudite Salmasivs *libro de mod. vſurar. c.* 14. Adde *l.* 7. §. *ex diuerſo in fin. D. de acquir. rer. dominio.* ex quibus & aliis legibus liquidum vtique eſt, ſaepe retentionem etiam illum, qui ius pignoris non habet, habere, vt ſupra §. XVIII. cum Carpzovio ſatis euicimus. Vnde, cum legale pignus non niſi expreſſa lege inducatur, huius vero taciti pignoris nulla lex meminerit, fors non temere vulgatae illi Dd. opinioni contradicimus. Neque eam iuuat *l.* 2. §. 6. *D. ad L. Rhodiam de iactu.* ex qua ſic infert Costalivs: ſi in nauem illata pro penſione ſeu naulo obligata non ſunt, non poterit magiſter illa pro alio debito retinere. *arg. l. ſi non inducta C. in quib. cauſ. pign. tacite contrab. l. vnic. C. etiam ob chirograph. pecun.* Nam reſpondetur, non dici in *d. l.* 2. poſſe magiſtrum in nauem illata pro ſibi debito ex alia cauſa retinere, puta, pro centum, quae ſibi ex cauſa mutui a domino illatarum mercium debentur: neque vſquam hoc traditum eſt, poſſe merces vectorum pro alio debito, quam pro naulo ſeu vecturae pretio retineri, & contrarium recte eolligas ex dictis legibus, & *l. final. C. commodati.* Sed Pavlvs hoc loco tantum indicat rationem & viam, qua, ſi oborta tempeſtate communis vitandi periculi cauſa iactus mercium factus eſt, domini amiſſarum mercium commodiſſime conſequantur huius damni hoſtimentum communi contributione illorum, quorum merces propter hunc iactum ſeruatae ſunt. Vt bene docet Vinnivs *ad Comm. Peckii in l.* 2. *pr. ad L. Rhodiam D. de iactu p.* 104. *ſequ.* Adde Ius maritimum Wisbyense *art.* 59. & ius maritim. Suecic. *tit.* 2. *c.* 14. §. 4. Loccenivm *de iure maritim. l.* 3. *c.* 4. §. 4. Kvricke *reſolut. quaeſt. illuſtr.* 11.

Ap-

Digitized by Google

Appendix altera

Exhibens facti ſpeciem ad illuſtrationem eorum, quae in Diſſertationis huius §. 5. & ſequ. dicta ſunt.

CVm non ita pridem acta ab illuſtri Curia ad Collegium noſtrum fuerint transmiſſa, libet ex iis integram relationem cum ſententia, quam concepimus, quoniam dictorum in Diſſertatione vſum ſub exemplo commonſtrat, ſubiungere.

Urthel.

IN Sachen Hermann Mecklenburg, Klägers und Arreſtanten, jetzo Imploraten, eines, Pierre Gougeon, Beklagten und Arreſtaten, andern, Joh. Thomas Interuenienten dritten Theils, erkennen V. und R. der S. H. auf vorgehabten und jetzo *Implor.* Rath fremder Rechtsgelahrten vor Recht: Würde Interuenient und Implorant einen leiblichen Eyd zu GOtt im Himmel ſchweren, daß Er mit denen jüngſthin pro impetranda reſtitutione in integrum producirten Brieffen ſub num. 1. 2. 3. & 4. nicht mit Fleiß bißhero zurück geblieben, ſondern dieſelbe nicht eher habe produciren können, und darauf Implorat dieſelbe Brieffe agnoſciren oder iurato difficiren, inmaſſen Sie beyde reſpectiue zu thun ſchuldig ſind, ſo ſoll darauf ergehen und erkannt werden, was recht iſt. V. R. W.

Rationes decidendi.

ALs klagender Hermann Mecklenburg, wegen einer an Pierre Gougeon zu Berlin habenden Forderung, einen Arreſt ſowohl auf die dem Pierre Gougeon zugehörige, und bey Ratie Tripmacher ſtehende Gelder, als auch deſſen, bey Iean Thomas liegendes, Holtz ausgewircket, auch, facta proſecutione Arreſti, ſententiam erhalten, daß Er ſeine Forderung ex arreſtatis, ſo weit dieſelbe zureichen, und den Uberreſt aus des Beklagten anderwärtigen Güthern zu haben befugt ſey:

Sub publ. den 21. Nov. 1701.

hat Johann Thomas, als Interuenient, dagegen vorgebracht, daß Ihm Pierre Gougeon zwar einige Holtz-Waaren geſandt, Er aber in Anſehung ſolches habenden Pfandes, vor gedachten Gougeon viele Gelder ausgelegt, daß Er Ihm 1054. Rthlr. 13. Batz. pro reſto ſchuldig verblieben; weil Er nun von Jürgen Marggreven, der mit Ratie Tripmacher in Compagnie ſtehet, 552. Rthlr. zu fordern, und dieſer die Gelder bey dem Gerichts-Vogt deponirt habe, ſo ſehe Er nicht, wie Kläger ſolche Gelder, welche aus ſeiner (des Interuenienten) ſpecial-hypothec gelöſet worden, praeripiren können, und hat demnach gebeten, daß entweder die arreſta caſſiret, oder wenigſtens, ob pinguius ius, die praeferentz der deponirten Gelder Ihm zuerkannt werde.

E. E. Nieder-Gericht hat unter andern hierauf folgender Geſtalt decretiret:

Daß Interuenient, daß die von Jürgen Marggreven Ihm annoch ſchuldige 552. Rthlr. aus ſeinem Unterpfand vor angelegten arreſt herrühren, ſub poena deſertionis Rechts-gültig zu erweiſen ſchuldig ſey.

Sub decreti den 20. Mart. 1702.

Digitized by Google

Und ist solches Interlocut nicht allein den 31. Maii eiusdem anni, so dann auch im folgenden Jahr wiederholet, und bemeldter Beweißthum dem Interuenienti nochmahls, mit diesem Anhang wiederum sud poena desertionis auferlegt, daß in dessen Entstehung Kläger die deponirte 552. Rthlr. zu erheben befugt,

und Interuenient mit seiner Interuention refusis, s. m., expensis interuentionis abzuweisen sey.

Sub publ. den 22. Ianuar. 1703.

sondern es hat auch das Hochlöbliche Ober-Gericht, als dahin die Sache per appellationem gediehen, erkannt,

Daß die im Niedern-Gericht den 22. Ian. abgegebene Findung zu confirmiren, nur daß die dem Interuenienten zuerkannte Gerichts-Kosten solten compensiret werden.

Sub publ. den 29. Aug. 1703.

auch, wie der Interuenient dagegen querelam nullitatis interponiret, ist, dessen ungeachtet, es bey denen Urtheln lediglich gelassen, und der Gerichts-Vogt die bey Ihm vor Marggreven deponirte 552. Rthl. dem Kläger auszulieffern angewiesen worden.

Sub publ. den 17. Octobr. 1703.

Interuenient hat zwar hierauf eine Schrifft sub rubr. Paritio plenaria superabundantissima, mit vielen Beylagen übergeben, und darin den vorhin iniungirten Beweiß deduciren wollen, es hat aber illustre iudicium, dessen ungehindert, es bey vorigem Urthel nochmahls gelassen, und die Sache zur Execution verwiesen.

Sub publ. den 16. Nov. 1703.

Und obwohl nachgehends die execution suspendiret, und Klägern, daß Er sich auf die ab Seiten Interuenientis producirte Paritions-Schrifft specifice solle vernehmen lassen, iniungiret worden,

besage decreti vom 12. Dec. 1703.

So ist doch hernach, auf vorgehabten Rath auswärtiger Rechtsgelahrten erkannt:

Daß es, des Interuenienten geschehenen Vorbringen ungeachtet, bey dem am 16. Nov. 1703. ertheilten Abschied zu lassen sey.

Sub publ. den 10. Septembr. 1704.

Hierauf hat Interuenient verschiedene Brieffe, so Ihm vorhin von seinem debitore, dem Pierre Gougeon, sind zugeschickt worden, originaliter produciret, und ob nouiter haec reperta instrumenta restitutionem in integrum gesucht, weil Er aus solchen Brieffen sein potius ius hypothecae erweisen könne, und kommt es jetzo auf die Frage an, ob Er damit zu hören, und die gebetene restitutio in integrum zu gestatten sey oder nicht?

Ob nun zwar Kläger vermeinet, daß bemeldte restitutio um deßwegen keine statt habe, weil Er (1.) so viele sententias confirmatorias, und rem iudicatam vor sich habe, und die Sache bereits zur Execution sey verwiesen worden: zumahl da auch (2.) die producirte Brieffe nichts beweisen könten, weil selbige nur eine unter den Kauffleuten gewöhnliche clausul in sich hielten, welche demselben kein pignus, vielweniger dann ein handhabendes, oder prae aliis potius geben könten, cum, vt hypotheca inducatur, expresse cautum esse debeat.

Alldie-

Digitized by Google

Alldieweilen aber (1.) das κριτήριον zwischen Klägern und dem Interuenienten dieses ist, ob Interuenient auf dem Holtze des Pierre Gougeons eine Hypothec gehabt, und die deponirte Gelder also aus seinem Unterpfand vor angelegtem Arrest herrühren?

Und denn (1.) aus denen jetzo producirten Brieffen klar zu ersehen, daß Beklagter den Interuenienten, so wohl die zu Herunterbringung und Verzollung des Holtzes höchstbenöthigte Gelder, als auch viele andere Summen vorzuschiessen, ersuchet, und dabey ausdrücklich das Holtz, um sich daraus wieder bezahlt zu machen, demselben angewiesen habe: indem die Worte in dem einen Brieffe, unterm dato den 23. Apr. 1701. also lauten:

Je vous prie de m'envoyer aussitôt la presente reçue 150. Richsdal en nouveaux drittels de Brandenbourg, que vous m'addresserez ici chez Monſ. Schnyder Maitre des postes de ſa Majesté, de quoy *vous vous rembourserez de la vente que vous ferez de mes bois.*

In dem andern sub dat. den 11. Maji 1701.

Je lui ordonne par l'incluſe de partir inceſſamment & de m'apporter avec lui encore 200. Rthal. en drittels, que vous aurez la bonté de luy compter auſſi que vous paſſerez *avec le reſte à compte des Bois &c.*

In dem dritten vom 17. Maji 1701.

Vous aurez le payement des Mairins & planches.

Quando vero debitor creditori ſuo certa bona aſſignat, ex quibus ſolutio fieri debeat, eo ipſo pignus in illis conſtituiſſe intelligitur, *arg. l. 9. C. quae res pignor.*

MEV. *part.* 7. *Deciſ.* 49.

quoniam nihil refert, expreſſis verbis, & nominatim, an per aequipollentia pignus conſtituerit.

L. 4. D. de pign. & hypothec.

MOZZIVS *de contract. tr. de pignor. tit. de ſubſtant. pignor. n. 6. ſequ.*

Maſſen (2.) auch nicht wohl zu vermuthen ist, daß Interuenient vor den Beklagten die Wechsel-Brieffe in anteceſſum acceptiret, die Zölle auf der Elbe bezahlet, die Arbeits-Leute, so das Holtz herunter gebracht, contentiret, und andere Gelder würde avanciret oder voraus bezahlet haben, wann ihm nicht seine Zahlung aus dem Holtze zu suchen, und solches demſelben zu seiner Sicherheit, als ein Unterpfand, so gleich wäre angewiesen worden, cum nemo ſuum iactare praeſumatur.

Dahero Er auch (3.) als Er sein Handels-Buch beschworen, auf selbigen Eyd zugleich ausgesagt hat, daß die von Jürgen Marggreve Ihm annoch schuldige 552. Rthlr. aus seinem Unterpfande vor angelegten Arrest herrührten:

beſage Protocoll. fol. 29.

Und denn (4.) Rechtens ist, quod etiam aduerſus lapſum termini probatorii, imo aduerſus rem iudicatam, ob nouiter reperta inſtrumenta reſtitutio in integrum locum habeat, ſi producens iurare velit, quod vel notitiam horum non habuerit, vel ante producere non potuerit.

CARPZOV. *p.* 1. *Conſt.* 17. *def.* 2. & *in proceſſ. tit.* 19. *Art.* 1. *n.* 24.

Digitized by Google

So haben wir dafür gehalten, daß Intervenient mit dem Suchen Restitutionis zwar zu hören, jedoch zuforderst berührtes Iuramentum zu praestiren, und weil bekannt ist, quod scripturae & instrumenta priuata absque recognitione nihil probent, adeo vt recognitio omitti haud debeat, etiamsi producens expresse illam non petierit.

CARPZOV. *de proceſſ. tit.* 14. *art.* 2.

Daß dannenhero Kläger die producirte Brieffe zu agnosciren, oder iurato zu difficiren schuldig sey, quo facto alsdann in puncto praeferentiae wird ergehen können, was recht ist. Giessen den April 1705.

Decanus, Doctores und Professores der Iuristen-Facultät daselbst.

Appendix tertia.

Continens exemplum ſpurium pignoris conuentionalis taciti.

SVpra meminimus exemplorum conuentionalis hypothecae tacitae spuriorum; quibus nunc addo aliud. Sunt quidam persuasi, si chirographo constituta hypotheca, tantum posse agi actione personali ad recognitionem instrumenti, eaque facta demum nasci, quasi ex tacita conuentione, ius hypothecae. ANT. FABER *l.* 4. *C. tit.* 7. *def.* 13. Enimuero vti idem ANT. FABER *Decad.* 1. *error.* 2. opinionem illam inter errores pragmaticorum recte retulit, quoniam nihil vetat, cum actione hypothecaria ad recognitionem instrumenti agi, ita nescio, an vllus ICtorum Germaniae opinioni illi assurrexerit. Sane hypotheca conuentionalis tacita esse nequit, quae chirographo expresse est constituta. Add. WESENB. *part.* 1. *ad Digest. D.* 39. §. 29.

DISSERTATIO DE DIFFERENTIIS PIGNORIS GENERALIS ET SPECIALIS.

CAPVT I. DE DIFFERENTIIS, QVANTVM ATTINET DEFINITIONES ET DIVISIONES.

§. I.

TRalatitium est, pignoris vocabulum trifariam in iure accipi, primo quidem pro contractu pignoratitio *l.* 23. *ff. de Reg. Iur. l.* 1. §. 4. *de Pactis. l* 5. §. 2. *Commodat.* Nam quod HVBERVS *in praelect. ad Inst. tit. quib. mod. re contrah. obligat. n.* 11. existimat, contractum pignorationis simpliciter pignus haud facile dictum reperiri, id quidem ex iam allegatis LL. & quas ipse profert, *l.* 9. §. 1. *de pignorat. action.*

Digitized by Google

action. §. 1. *Inſt. quib. alien. licet vel non licet*, facile refellitur. Secundo pro re ipſa in ſecuritatem crediti obligata *tot. tit. ff. & Cod. de diſtractione Pignoris l.* 1. §. 6. *ff. de O. & A.* qua in notione vel late rem etiam nuda conuentione ſine eius traditione obligatam, vel ſtricte rem eiusdem traditione obligatam, vel ſtrictiſſime rem mobilem pignori traditam notat. *v.* §. 7. *I. de act.* BACHOV. *l.* 1. *de pignor. c.* 1. *pr.* Tertio pro nexu ipſo pignoris *l.* 16. *ff. de pignor. act. l.* 8. *princ. quib. mod. pignus vel hypoth. ſolv. l. fin. C. ſi res alien. pignor.* Quae ſignificatio huius loci eſt.

§. II.

Et definiri poteſt ius in re, creditori in ſecuritatem debiti conſtitutum. Addunt alii *a debitore*; perperam, quoniam pignora non tantum a debitore, ſed interdum etiam ab amicis conſtituuntur. Alii, *in bonis debitoris*, iterum male, quia pignus etiam in tertii bonis conſtitui poteſt. *v. l.* 20. *ff. de pign. act. l.* 18. *ff. de pignor. & hypothec.*

§. III.

GENERALE PIGNVS eſt, quod bona conſtituentis omnia afficit, idque vel SIMPLICITER SIVE IN GRADV EXCELLENTIORI, vel SECVNDVM QVID IN GRADV REMISSIORI. Qua in re ad voluntatem conſtituentis imprimis reſpiciendum. Nam PRIORI MODO pignus generale haud dubie conſtitutum cenſetur, ſi particula, *omnia*, *cuncta* vel ſimilis bonorum vocabulo fuerit addita. v. g. bey Verpfändung aller Haab und Güther. Et regulariter comprehendit non tantum praeſentia, ſed & futura bona, licet additum non ſit, bey Verpfändung aller meiner gegenwärtigen und zukünfftigen Güther. *l. fin. C. quae res pignor. obl. g.* vbi BRVNNEMANN. Non obſtante (quae obiectio BACHOVII diſſentientis eſt, *l.* 1. *tr. de pignor. c.* §. *n.* 2.) quod res aliena non poſſit alienari: negatur enim, rem futuram eſſe alienam, praeſertim ſi ſtatus exiſtentiae rei penes debitorem, nimirum quando poſtea res ipſi acquiſita eſt, conſideratur. Quanquam negandum non ſit, maiori cautione, mentionem futurarum rerum fieri, vt in *l.* 1. *pr. l. Obligatione 6. pr. l. & quae is* §. 1. *de pigner. l. idemque* 7. §. 1. *qui potior. in pignor. l.* 3. *C. de ſeruis pignor. dat. l. ſi* 15. 5. *ff. de his qui ſine manumiſſ.* BESOLD. *in theſaur. Practic. verb.* bey Verpfändung aller meiner Haab und Güther. Excipiuntur tamen quaedam res futurae *in l. fin. C. de Remiſſ. pignor.* ſi ſcilicet debitor, qui in bonis omnibus conſtituit hypothecam, conſenſu creditoris alienat rem, quam poſtea iterum acquirit: nam dum res haecce alienatur, a nexu pignoris ſoluitur, & licet denuo acquiratur, tamen creditori de nouo obligata eſſe non incipit, ceu qui ſemel renunciauit obligationi. Modo res valide fuerit, & bona fide, non ex ſimulatione alienata. *l.* 8. §. 7. *quib. mod. pign. ſoluitur*, deinde iterum ex noua obligatione acquiſita *l.* 10. *ff. eodem.* Eſt & altera exceptio in *l.* 29. *ff. de pignor. & hypothec.* ſi quis ſcilicet omnia bona ſua pignori obligarit, & poſtea haeredem reliquerit, tunc enim bona haeredis non cenſentur obligata, quoniam haec bona nunquam habuit. De quo infra pluribus. Porro ſub hac generali hypotheca continentur bona tam corporalia quam incorporalia, actiones ſc. & iura, *arg. l.* 49. *de V. S. l.* 4. *C. quae res pignor. obligar.* MERLIN. *l.* 2. *de pignor tit. X. c.* 29. *n.* 2. *ſeq.* vt vſusfructus, *l.* 12. §. 2. *de Vſufruct.* Iurisdictio, MERLIN. *d. l. tit.* 1. *quaeſt.* 29 *n.* 8. ius patronatus, MERLIN. *d. tit.* 1. *quaeſt.* 22. quatenus ſc. iurisdictio & ius patronatus alicui praedio cohaerent, & ſic per indirectum cum eo alienari poſſunt. Bona emphyteutica & ſuperficiaria. *arg. l.* 16. §. 1. *l.* 3. *ff. de pignor*, MERLIN. *de pignor. l.* 3. *tit.* 1. *quaeſt.*

Digitized by Google

quaeſt. 8. *n.* 7. *ſequ.* Bona etiam extra territorium ſita. Merlin. *d. tract. l.* 2. *tit.* 1. *quaeſt.* 5. *n.* 1. Consvltat. Hollandic. *part.* 2. *v.* 161. Corpora pecuniae *l. pen.* §. *vlt. de pign.* Merlin. *d. l.* 2. *tit.* 1. *quaeſt.* 48. quamdiu maneat in dominio eius, cuius vniuerſa bona ſunt oppignorata: neque enim nummorum vſui per oppignorationem videtur renunciatum. Merlin. *d. quaeſt.* 48. *n.* 16.

§. IV.

POSTERIORI MODO pignus generale conſtitutum cenſetur, ſi obligentur bona praeſentia tantum, vel futura tantum. Bachov. *l. X. de pign. c.* 5. *n.* 1. vel bona mobilia vel immobilia tantum. Dixi tantum: nam ſi quis hac formula vſus ſit: *Titio, creditori meo, omnia mea bona mobilia & immobilia pignori obligata ſunto*, mentio mobilium & immobilium non reſtringendae, ſed potius enixae voluntatis declarandae gratia addita exiſtimari debet, cum Bachov. *vol.* 2. *ad Treutler. diſp.* 1. §. 2. *lit.* D. Frantzkivs *ad tit. ff. de pign. & hypoth. n.* 17. Carpzov. *p.* 2. *conſtit.* 23. *def.* 7. Pinellvs *ad l.* 1. *C. de bonis matern. n.* 29. fruſtra diſſentientibus, Negvsanz. *p.* 2. *de pignor. membr.* 2. *n.* 9. Anton. Fabro *l.* 8. *C. tit.* 6. *def.* 19. Caeterum ad hanc ſpeciem pertinent etiam pignus tabernae, *arg. l. pen. pr. de pign.* Bachov. *l.* 1. *de pignor. c.* 5. *n.* 1. *& l.* 2. *de pignor. c.* 5. *n.* 3. Pignus gregis, *arg. l.* 13. *pr. de pignor. l.* 1. §. *vlt. l.* 56. *D. de R. Vind.* Bachov. *d. ll.*

§. V.

SPECIALE PIGNVS eſt, quod in aliqua re ſiue pluribus rebus ſingularibus conſiſtit, nec vltra eas extenditur. Quanquam acceſſiones etiam comprehendat, puta, quae fiunt vel per alluuionem, *l.* 16. *pr. de pignor. l.* 18. §. 1. *de pignorat. action.* vel per inaedificationem, *l.* 21. *ff. de pignorat. act. l.* 29. §. 2. *l. vn. ff. de pignoribus*, aut quae ex re pignori obligata naſcuntur, vt fructus, *l.* 13. *pr.* 26. §. *fin. l.* 29. §. 1. *de pign.* Bachov. *l.* 2. *de pignor. c.* 10. *n.* 3. Mevivs *part.* 8. *Dec.* 414. Licet in ipſa oppignoratione nulla ipſorum mentio ſit facta *l.* 3. *C. in quib. cauſ. pign. tacit. contr.* Merlin. *l. de pignor. quaeſt.* 53. *n.* 10. Modo adhuc exiſtant, cum hypothecaria agitur: nam conſumti ab ipſo debitore vel eius haerede lucro illorum haud dubie cedunt. *l.* 16. §. 4. *ff. de pignor.* Mev. *p.* 3. *Dec.* 76. *n.* 6. *Adde* D. Brvnnem. *ad l.* 18. *ff. de pignor. act.*

CAPVT II.

DE

DIFFERENTIA RATIONE MODORVM CONSTITVENDI VTRVMQVE PIGNVS.

§. I.

EX dictis facile intelligitur diuerſitas conſtituendi pignoris generalis & ſpecialis, propter diuerſas formulas illas, quas iam attigi in capite praecedente. Hic autem elegans exſurgit quaeſtio: Sitne pignus generale, an potius ſpeciale, ſi debitor dixerit: Ich verſetze alle und jede meine Güther zum Unterpfande hiemit? Poſterius affirmat Doering. *in Bibliotheca iur. Voc.* alle und jede meine Güther cum Cravetta *Conſ.* 381. *n.* 14. Merlin. *l.* 1. *de pignor. tit.* 2. *quaeſt.* 11. *n.* 5. *& ſeq. cum pluribus allegatis*, quoniam vox jede *ſingula* in ſingulis inducat ſpecialem hypothecam, & verba alle und jede omnia

Digitized by Google

omnia & singula habeant speciales expressiones. Verum ab his recessit IOH. PETRVS SVRDVS *Cons. 331. n. 27. seq.* quia apud ICtos genus significet speciem, species autem indiuiduum: ille autem in specie dicitur obligatus, qui indiuiduum praestare tenetur; Vnde existimat, vt specialis obligatio contrahatur, non sufficere, si quis praemittat singula bona, etiam exprimendo mobilia ac immobilia, sed necessum esse, vt certa talis res in indiuiduo exprimatur. Ego subsisto, si tamen magnis nominibus moueri non oportet, mallem in sententiam SVRDI ire. Nam, quod obtendit MERLINVS, hac formula implicite indiuiduum signari, probandum ipsi erat, ad speciale pignus hoc sufficere. Quandoquidem & solo genere nominato sub eo species implicite comprehenduntur.

§. II.

Quidam in eo etiam generale pignus a speciali distingui arbitrantur, quod speciale pignus vi legis non constituatur, vtique vero generale. Hinc FRANTZKIVS *in Comment. ad tit. D. de pignor. n. 12.* hypothecam tacitam siue legalem semper vniuersalem, nunquam specialem esse scripsit. Ast, quod pace tanti ICti dixero, sententia haec subsistere non potest. Nam exempli gratia, si quis ad aedes reficiendas pecuniam credat, consequitur tacitam hypothecam, *l. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hypothec. tacit. contrah.* Atqui hoc pignus non est generale, sed speciale: quippe afficiens non vniuersa debitoris bona, sed tantum domum, quae reficitur, adeoque rem specialem. Aliud sit exemplum in redemto ab hostibus, qui redemtori obligatur, quoniam lytrum fuit exsolutum *l. 2. l. 12. C. de postlim. reuers.* vid. BACHOV. *l. 1. de pignor. c. 12. & seq.*

CAPVT III.

DE DIFFERENTIA RATIONE CAVSAE EFFICIENTIS.

§. I.

CErtum est, Praelatum non posse bona Ecclesiae sine solennitate & necessitate, siue vtilitate speciali pignori supponere. *cap. nulli. 5. X. de Reb. Eccles. non alienand. & in extrauagant. ambitios. eod. tit.* COVARRVV. *l. 2. Var. Resol. c. 16. n. 7.* MERLIN. *l. 2. de Pignor. & hypoth. quaest. 72. n. 1. cum mult. alleg.*

§. II.

At Dd. communiter statuunt, in constituendo pignore generali solennitates non esse necessarias, idque per *d. c. nulli 5. de Reb. Eccles. non alienand.* argumento sumto a contrario sensu, v. MERLIN. *d. l. n. 7. seq.* Modo principalis contractus seruatis seruandis fuerit celebratus, & solennitates debitae interuenerint, res autem creditori tradita non sit, & postremum, cum ad distractionem deuenitur, debitae solennitates accedant.

Digitized by Google

CAPVT IV.
DE
DIFFERENTIIS RATIONE OBIECTI.

§. I.

Hic pro regula obseruandum: Multa posse generaliter pignori obligari, quae specialem oppignorationem respuunt: Deinde in generali hypotheca non venire, quae nemo specialiter esset oppignoraturus; adeoque hactenus plus operari hypothecam specialem. Sunt enim, quae recte expressim obligantur, & quae tamen sub generali hypotheca non veniunt. Dicam de singulis.

§. II.

Bona viuentis tertii, cuius speratur successio, non possunt speciali hypothecae subiici. Nam ita Imperator *in l. final. C. de pactis: Iubemus, neque dationes talium rerum, neque hypothecas penitus esse admittendas, neque alium quenquam contractum: cum in alienis rebus contra domini voluntatem, aliquid fieri, vel paciſci, secta temporum nostrorum non patiatur.* Negvsant. *de pign. part. 2. m. 3. n. 59.* Et hoc quidem adeo procedit, vt tale pignus ne quidem iureiurando confirmari possit. v. plures allegati a Merlino *l. 2. de pign. quaest. 40. n. 10. & seq.* nec valeat, licet non de vniuersa haereditate, sed de re haereditaria contrahatur, vt Doctores plerique statuunt, quibus accedit Merlin. *d. l. n. 14. & seq.* Exceptio est, si tertius ille, de cuius haereditate agitur, consentiat, & in voluntate ad exitum vsque vitae persistat, *d. l. fin. C. de pactis*, quod pluribus deducit iam laudatus Merlin. *d. l. n. 17. seq.*

§. III.

At pignus generale vtique valet, quoniam pactum de haereditate hominis viuentis, sed incerti, haud dubie efficax est, *arg. l. 3. §. 2. pro socio l. 8. ff. de Contrab. emt. & vendit.* & res futurae generaliter haud dubie possunt obligari. Vt statim docebitur, vid. Negvs. *part. 2. de pign. m. 3. n. 59. in fin.*

§. IV.

Res futurae specialiter oppignorari haud possunt *l. 1. pr. verb. in speciem autem alienae rei collata conuentione ff. de pign.* quoniam futura ignorantur, & regulariter de aliena re pignus non valet, *l. 5. l. 6. C. si alien. pign. l. 2. ff. de pignorat. act.* vbi Brvnnem. Merlin. *l. 2. de pign. quaest. 2 n. 2. seq.* Quanquam tale pignus conualescat, si non domino constituenti succedat verus dominus. *l. 22. ff. de pign.* quae sententia vtique aequior est, & in praxi recepta, teste Groenew. *ad l. 41. ff. de pignorat. act.* Mev. *p. 7. Dec. 406.* vid. omnino Vltei. *in disceptat. scholastic. c. 17.* Merlin. *d. l. 2. quaest. 3. per tot.* Alias complures limitationes habet Merlin. *d. quaest. 2. n. 6. seq.*

§. V.

E contrario, vt supra iam deductum est, pignus generale super bonis tam futuris quam praesentibus constitui potest. *d. l. 1. pr. de pignor. l. fin. C. quae res pignor. obligar. poss.* Merlin. *l. 1. de pignor. quaest. 11. n. 13. & 14.* Et hoc procedit etiam in pignore generali tacito, vt post plures alleg. docet Negvsant. *de pignor. p. 2. membr. 4. n. 165.* Merlin *d. quaest. n. 23. seq. & l. 2. quaest. 1. n. 16.* & licet pignori clausula de constituto pollicitorio fuerit adiecta, hoc est, si debitor, qui pignus constituit, simul addas instrumento

Digitized by Google

mento suo, vt imposterum ipse debitor, non suo, sed creditoris nomine velit possidere. NEGVSANT. *part. 2. m. 2. n. 4.* MERLIN. *l. 2. de pignor. quaest. 1. n. 17. & seq.* Neque obstat, res futuras possideri non posse: quandoquidem inde non sequitur, non posse in iis hypothecam constitui, praesertim cum clausula illa in creditoris fauorem adiiciatur, adeoque in odium eius detorqueri non debeat: deinde, licet in praesens non possideantur, sufficit tamen, quod in futurum possideri queant.

§. VI.

Hinc decidi potest elegans quaestio, an, quod ex permutatione rei pignore obligatae accipitur, succedat in nexum pignoris? quod in pignore speciali negandum, nisi conuentio quaedam de eo superuenerit, eaque vel expressa vel tacita: aut singulari legis beneficio ex pecunia in re ab alio comparata dominium vel pignus quaeratur, vid. MEV. *part. V. Dec. 6.* At in generali pignore id affirmandum cum GAITO, quem adduxit MERLIN. *l. 2. de pignor. quaest. 51. n. 4.* singulatim de pignore tabernae videatur *l. cum tabernam 34. ff. de pignor. & hypoth.* vbi BRVNNEM. *& ad l. 5. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. n. 5.*

§. VII.

E contrario expresse obligari & specialiter possunt, quae sub generali hypotheca nequeunt. Exemplo sint res futuri haeredis: quas si defunctus expresse obligauerit & pro eo promiserit de rato, Dd. communiter putant, hypothecam tenere, vt haeres ratum habere contractum obstrictus sit, vt notauit NEGVSANTIVS *part. 8. membr. 3. n. 7.* BRVNNEM. *ad l. fin. quae res pign.* & pluribus probauit MERLIN. *l. 2. de pignor. quaest. 16. n. 1. seq.* qui etiam *n. 8. seq.* diuersum sentientium argumenta refellit. Sane res singulae sub conditione ratum habituri domini recte videntur obligari, quae conditio inesse videtur, si quis rem alicuius obliget, qua futuri haeredis, nec minus ratum habere videtur, qui non ignarus cum sit eiusmodi obligationis, adit haereditatem. Accedit, iam supra in §. 3. me asseruisse, ex sententia MODESTINI *in l. 22. de pignor.* etiam nulla mentione facta haeredis, si quis rem alicuius obligauerit, confirmari hypothecam, saltem vt vtilis actio creditori detur. At sub generali hypotheca, quam contraxit defunctus, non censentur comprehensa bona haeredis, qui debitori successit, vt iam supra quoque dictum est, & diserte probat ICTVS *in l. 29. pr. de pignor.* Vbi PAVLVS ait: *generalem conuentionem ad obligationem pignorum sufficere, sed ea, quae ex bonis defuncti non fuerunt, & postea ab haerede ex alia causa quaesita sunt, a creditore vindicari non posse,* ad d. *l. 34. ff. eod.* Quod pluribus persequitur BACHOV. *l. 1. de pignor. c. 7. n. 4.* vbi addit ex NEGVSANTIO, propterea nec legatarios in bonis haeredis, neque pupillos in bonis haeredum tutoris habere hypothecam.

§. VIII.

Porro sub generali hypotheca quacunque non continentur, quae non est verisimile quenquam voluisse comprehendere & obligare, idque vel propter necessarium & quotidianum illorum vsum, sine quibus dominus nec commode nec honeste viuere potest: vel propter singularem constituentis affectionem. *l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pignor. l. 1. C. quae res pignor. oblig.* Prioris generis sunt vestes necessariae, lectus & alia suppellectilia, libri Doctoris, arma & equi militis, aratrum & boues agricolae. De quibus exemplis fuse egit MERLIN. *l. 2. de pign. quaest. 55. 56. 57. 59. 60. 61.* Posterioris generis sunt concubinae, filii naturales, & alumni *d. l. 6. l. 8. de pignor.* vid. idem MERLIN. *d. l. 2. quaest. 58.* Vbi simul notanda regula, quam BRVNNEMANN. *ad d. l. 8.* habet. Quae certo saltem casu distrahuntur, sub generalem hypothecam non veniunt. Haec autem, quae dixi, obtinent non tantum in rebus istis post quaesitis, sed etiam in his, quae

Digitized by Google

tempore obligationis fuerunt in bonis debitoris *l. ſed & quod 9. ff. de pignor. act.* licet obligatio pignoris facta ſit cum ſigno vniuerſali omnium bonorum, vt recte contra Decivm diſputauit Negvsantivs *part. 2. membr. 2. n. 37.* Merlin. *d. quaeſt. 54. n. 10. ſeq.* Brvnnem. *ad d. l. 6. de pignor. n. 3.* Adeo, cum iſtae res ſint exemtae ex obligatione, ne mortuo quidem debitore (quo caſu rationes *dd. ll.* ceſſant.) creditor eas perſequi poterit, cum ab initio fuerint exemtae obligationi. Vt recte vidit Bachov *l. 1. de pign. c. 7. n. 1.* Vbi etiam de limitationibus quibusdam diſquirit. Circa quas & alias operae erit pretium conferre Merlin. *d. quaeſt. 54. n. 14. & ſeq.*

§. IX.

Aſt ſub hypotheca ſpeciali comprehenduntur omnia, quae noſtra ſunt, & in noſtro dominio extant, ſiue mobilia ſiue immobilia, corporalia & incorporalia. Quo pertinet, quod ICtvs *in l. ſed & quod 9. §. 1. de pignor.* ait, *quod emtionem venditionemque recipit, etiam pignorationem recipere poteſt.* De qua videatur Merlin. *l. 2. de pignor. quaeſt. 65.*

CAPVT V.

DE DIFFERENTIIS PIGNORIS GENERALIS ET SPECIALIS RATIONE EFFECTVS.

§. I.

Hic in vniuerſum traditur regula a Doctoribus, pignus ſpeciale magis afficere rem, quam generale, Mant. *de tacit. & ambiguis conuent. l. 11. tit. 2. n. 12.* Merlin. *l. 1. de pign. quaeſt. 10. n. 10.* Quin idem *l. 2. quaeſt. 72. n. 8.* cum nonnullis auſus fuit dicere: per ſpecialem hypothecam ius in re acquiri, per generalem vero ius ad rem. Verum Bachov. *in not. ad Weſenbec. tit. quae res pign. obligat.* pronunciatum illud perniciosum & prauum errorem nuncupat, & *l. 1. de pign. c. 3. n. 3,* regulam format contrariam, niſi exceptio doceatur ex ll. & ad contraria argumenta docte reſpondet. Hinc idem ille Merlinvs *l. 4. de pignor. quaeſt. 140. n. 12.* eorum, quae dixerat, oblitus tradit, generalem hypothecam in ſuo genere tantum operari, quantum ſpecialem in ſua ſpecie, quorſum etiam facit *l. 17. C. de diſtract. pign.* Hinc res in genere a debitore obligata, ſine conſenſu creditoris alienata, tranſit cum ſua cauſa, & a quouis poſſeſſore per actionem hypothecariam euinci poteſt. *l. 8. §. vlt. in fin. C. de ſecund. nupt. l. vnic. C. rem alien. gerent. l. 3. C. de remiſſ. pign. l. 12. C. de diſtract. pign. l. 15. C. de pignor.* laudatus Bachov. *d. l. 1. c. 5. n. 3.* Mevivs *part. 5. Dec. 272.* nec poteſt opponi exceptio diuiſionis ob hoc, quod generalis hypotheca conſtituta, cum creditor, quamcunque velit rem, quae ſub nexu pignoris eſt, eligere poſſit, Mev. *d. p. 5. Dec. 274. & p. 7. Dec. 183.* Licet debitoris haeredes ſint, & eorum vnus conueniatur. Brvnnem. *ad l. 2. C. de haered. act. n. 4.* Merlin. *l. 4. de pign. quaeſt. 129.* Rurſus, qui generale pignus habet, praefertur illi, qui poſtea ſpeciale pignus in iisdem rebus nactus eſt, *l. 2. ff. qui potior. in pign. l. 6. C. eod. l. 8. ff. de diſtract. pign.* Mev. *p. 8. Dec. 396. n. 3.* Praeſtructa igitur hac regula, videndum erit de exceptionibus, ſecundum quas ſpeciale plus poſſit, quam generale pignus.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Prima est: generalem bonorum hypothecam non impedire, quo minus serui manumittantur, vtique vero specialem, *l. 1. l. 2. l. 3. de seruo pignori dato manumiss. l. 9. ff. in quibus caus. pign. tacit. contrah.* quod haud dubie ita receptum fuit fauore libertatis, cuius causa multa in iure singularia constituta §. *final. I. de donat.*

§. III.

Altera est: si debitor sciens rem specialiter obligatam alienauerit, ratione creditoris, ceu cuius ius interuertere videtur, furtum facere. *l. 66. pr. de furtis.* ex qua explicanda *l. 19. ff. eod.* generaliter loquens, & stellionatum committere. *l. 3. §. 1. de crimin. stellion.* Quod secus est in pignore generali *per d. l. 66.* Ratio diuersitatis est: quia alienatio rei specialiter pignori obligatae plus creditori nocet, quam si generaliter fuerit suppositа: Vtvt enim vna vel altera res alienetur, tamen reliquae retinentur, de quibus postmodum experiri aduersus debitorem potest: ast in hypotheca speciali vbi res alienata, nihil remanet, & agi potest actione furti, non quidem criminaliter, sed tamen ciuiliter.

§. IV.

Tertia: in speciali pignore a creditore probandum esse, quod res deuincta in bonis debitoris fuerit tempore obligationis. Qua probatione non est opus in pignore generali, *l. 1. l. 15. §. 1. ff. de pign.* Ratio huius ex supra dictis non difficulter peti potest, quoniam generale pignus etiam res futuras comprehendit. MERLIN. *l. 1. de pign. quaest. 11. n. 9. & l. 2. quaest. 1. n. 20.*

§. V.

Quarta: si contra oppignorantem debitorem agatur ratione specialis pignoris, sufficere, si creditor oppignorationem probet, & rem in illius fuisse bonis alleget. At in generali pignore constituens, hanc vel illam rem in bonis suis nunquam fuisse, excipere non prohibetur, *l. 14. ff. de pignor. act.* Ratio diuersitatis est satis manifesta: reus enim, rem specialiter alteri a se obligatam in bonis suis fuisse negans, propriam turpitudinem allegaret, & propterea non foret audiendus. Quod aliter se habet, vbi generale pignus constitutum.

§. VI.

Addunt Dd. & quintam: oppignorationem specialem rei a coniuge donatae inducere donationis reuocationem, *l. cum his 32. §. si maritus 5. de donat. inter vir. & vxor.* Quod in obligatione generali secus esse probat ex Dd. NEGVSANT. *p. 2. membr. 1. num. 4.* MERLIN. *l. 4. de pign. quaest. 141. n. 1. seq.* Verum recte obseruat. BACHOV. *l. 1. de pign. c. 5. n. 3.* in casu *d. l. 32.* rem non simpliciter proponi oppignoratam, sed pignoris causa traditam, cuius possessionem si vxori adimat maritus, censeri eum mutasse voluntatem & reuocasse donationem.

§. VII.

Addunt sextam: obligationem generalem cum pacto de non alienando non facere, vt alienatio secuta sit nulla. NEGVSANT. *d. membr. 2. p. 1. n. 5.* MERLIN. *l. 4. de pign. quaest. 140. n. 10. seq.* quod tamen operetur hypotheca specialis cum isto pacto. *l. si Creditor 7. §. vlt. ff. de distract pign.* MERLIN. *d. l. n. 5. & seq.* vbi infinitos allegat. Enim-

Digitized by Google

vero, vt *d. l. 7. §. fin. de distract. pign.* illam distinctionem non habet, nec eam probant multi Dd. quos profert idem Merlin. *d. l. n. 9.* ita, quemadmodum iam *dicta l. 7.* intelligenda sit, accurate expositum in *Dissert. de Pacto ne dominus rem suam alienet.*

§. VIII.

Addunt septimam: hypothecaria agenti de speciali hypotheca non posse opponi exceptionem ordinis, siue excussionis, vtique vero de generali, Carpz. *part. 2. quaest. 18. def. 8. l. 2. Responsa Electoral. 72. n. 4.* Mev. *p. 5. Dec. 363. n. 2. part. 7. Dec. 104. 5.* Hahn ad Wesenb. *de distract. pign. n. 1.* Brvnnem. *cent. 1. ff. 47. & l. 10. C. de Pignor. & ad l. vlt. C. de O. & A.* Illustr. Dn. Stryck. *tr. de caut. contr. sect. 2. c. 4. §. 16.* Sed profecto grauiores rationes sunt, quae discrimen heic nullum agnoscunt. Nam *Nouell. 4. c. 2.* generaliter loquitur, & *in Nov. 112. c. 1. vers. ab hoc autem*, quam diuersum sentientes pro se allegant, Imperator correctionis mentionem facit nullam, vt proinde veri non sit simile, eum legem non ita pridem latam tam cito voluisse mutare; & loquitur de rebus litigiosis, de quarum sc. proprietatibus controuersia est, subiicitque, hypothecam non esse litigiosam. Ergo praesupponit, ab initio de illis litem motam esse. Nimirum olim lite mota pignus omne a creditore distrahi poterat, quod Imperator aliquatenus correxit, differentia inter generalem & specialem hypothecam constituta: Vt haec sine praeuia excussione debitoris recte vindicari possit, quoniam ex distractione huius magis nocetur, quam vbi ex generali hypotheca vna vel altera res fuerit distracta: non vero illa. Ita recte statuunt Struvius *Ex. 26. §. 38.* A. Faber *l. 8. C. tit. 4. def. 15.* Andler *2. Dec. tit. 3. num. 19.* & praesertim Franzkius *l. Resol. 12.* Nicol. Henel. *de Dotalitio c. 12. §. 6.*

§. IX.

Addit octauam post alios Iason *in §. item Seruiana I. de actionibus*, hypothecam generalem tacitam, quam locator etiam in inuectis & illatis habet, non afficere res singulas, quo minus libere alienari possint; sed perperam, quoniam etiam ante praeclusionem a conductore alienata pignoris iure non eximuntur *l. 15. de pignor. l. 12. de distract. pign.* Moris nimirum erat apud Romanos, quod docet Cviac. *17. Observ. 39.* non soluente pensionem inquilino aperiri aedes, describi a publicis officiis res omnes & mancipia, quae in ea intulisset, *l. cum Domini ff. Locati*, deinde ab iisdem officiis obsignari *l. si iniur. ff. de Iniur. l. vlt. C. de administr. tutor.* ac praecludi ostium claustro adhibito vel consepto. Atque ita contra Iasonem & alios recte statuit Bachov. *Disp. 3. de Act. §. 33. in fin.* Franzkius *ad tit. ff. in quib. caus. pign. tacit. contrah. n. 8.*

§. X.

Addit denique nonam Mev. *part. 2. Dec. 44.* ex pignore speciali faciliorem esse retentionem, etsi debitum non adeo liquidum sit. Si vero generalis tantum sit constituta hypotheca, interesse, vtrum debitum, pro quo obligatur, liquidum sit, nec ne: Ob illiquidum rei alienae detentionem iniustam esse, tantum hoc impetrari, vt pro reconventione cautum sit, modo in iis terminis consistat, vt reconuenire liceat. Liquidi causam compensari, si quidem materia sit compensabilis, alias retentionis fore vsum. Enimvero, an sufficiens distinctionis huius sit ratio, pignus speciale fortius adstringere, quam generale, aliis diiudicandum relinquo.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VI.

APPENDIX, EX IVRISPRVDENTIA CAVTELARI.

§. I.

CVm CICERONE auctore, vtique grauissimo, Iurisconsultus sit, *qui legum & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vtuntur, & ad respondendum & ad agendum & ad cauendum peritus sit*, non alienum fortasse ab hoc loco fuerit, si, quas cautelas obseruari par sit, nunc breuiter subiungam. Prima ergo sit, cum supra dixerim Dd. dissentire, si in pignore generali mentio facta fuerit mobilium & immobilium, an nomina quoque siue actiones sub eo contineantur, vtilius vtique fore litigiis auertuncandis, si horum quoque mentio fuit expressa. Et hactenus admiserim tradita supra laudati D. STRYCKII *de Cautel. contract. sect. 2. c. 4. §. 15.*

§. II.

Altera, cum hypotheca generalis commoda habeat sua, specialis autem praerogatiuis quibusdam gaudeat, secundum ante deducta, non inconsultum esse, si speciali hypothecae subiungatur generalis. Enimuero nec cautela haec suo caret incommodo: quandoquidem secundum constitutionem Imperat. SEVERI & ANTONINI in *l. 2. C. de pign.* (quem textum esse singularem & vnicum in iure, nec alibi reperiri, dicunt BARTOLVS & BALDVS apud NICOLAVM HENEL. *de dotalit. c. 12. §. 6. lit. g. & seq.*) creditor specialem simul & generalem hypothecam habens non potest experiri generali aduersus secundum creditorem, nisi prius in rem sibi specialiter obligatam egerit. Idque indistincte, vt nihil referat, vtrum pignus speciale ante generale, an vice versa constitutum fuerit, MYNSING. *Cent. 6. obs. 94.* & quos profert HENEL. *d. l. lit. K. 1.* CARPZ. *part. 1. const. 28. def. 128. part. 2. const. 23. def. 29. & 30.* Rationes adfert laudatus D. HENEL., quoniam, quod factum alii prodesse potest, tibi vero non nociuum est, id fieri ipsa naturalis aequitas suggerit: & creditor, qui non contentus generali omnium bonorum hypotheca, specialem adhuc adiecit, videtur ipse quodammodo sibi legem praescripsisse, specialem prius executiendi, nec nisi in subsidium, eumque adeo casum, quo specialis omnis suffecerit, ad generalem perueniendi. Quare tutissimum erit, speciali hypothecae adiicere, vt *specialitas non deroget generalitati*, siue, vt effert Illustr. D. STRYCK *d. l. §. 17.* **Daß mir frey behalte, meine** special-hypothec **hinwieder fahren zulassen, und mich an andere des** debitoris generaliter **verschriebene Güther nach Belieben zu halten.** Hanc enim clausulam admodum valere aduersus exceptionem non discussae specialis hypothecae, etiam ANTONIVS FABER elegantem huius clausulae rationem adferens *Decad. 6. error. pragmatic. 3.* defendit, vt in celebrioribus iudiciis approbatum, testantur PVTEVS *l. 1. Dec. 38.* VINCENTIVS DE FRANCHIS *Dec. 5.* ANTON. FABER *Cod. l. 8. tit. 6. def. 8.* & quos allegauit saepe laudatus D. HENELIVS *d. §. 12. in calce.*

* * *

DISSER.

DISSERTATIO
DE
PACTO NE PRAESTETVR EVICTIO.

SECTIO I.
STATVENS REGVLAM.

§. I.

Quid sit, praestare euictionem.

QVid pactum sit, & quid euictio, cum neminem fugiat, explanare hoc loco supersedeo. At praestare euictionem est sarcire damnum, ob rem, iudiciali victoria ablatam, eueniens. Germanice dicimus **Schadloß halten, Gewehren, Wehrschafft leisten**, item **das Gewehr leisten**: Vnde apud veteres scriptores Germanicos, & in iure Saxonico Feudalique est Waranda, Warandia, Warandus, Warendator, Guarentizare & similia (v. SPECVL. SAXON. *l. 1. art. 9. & art. 15. l. 3. art. 53. l. 2. feud. 34. pr.*) quae perperam CAROLVS CANGIVS *in Glossario voce Warantus*, deriuat a creantare, id est, fidem facere; cum certum sit, ea venire a voce Germanica **Wahren** vel **Wehren**, quod significat tueri, conseruare. vid. *lib. 1. paroemiar iur. germanici paroem. 18.* **Hand muß Hand wahren §. 2.** Praestari autem heic debet simpla, quae succedit in locum rei, &, si ex contractu bonae fidei agatur, etiam id quod interest. v. *l. in venditione 60. D. de euict. iunct. l. ex emto. 11. pr. D. de act. emt. l. 31. §. 20. de aedilit. edict.* Quod interesse continet vtilitatem omnem, siue ea circa rem consistat, siue etiam extrinsecus accedat v. NICOL. BVRGVND. *in elegante libro de euiction. cap. 88. & 89.*

§. II.

AN VALEAT PACTVM, NE PRAESTETVR EVICTIO?

Nobis nunc propositum est, dispicere curatius, num pactione inter contrahentes effici possit, quo minus venditor de euictione teneatur? Siue an & quousque valeat pactum, ne praestetur euictio, ac quidnam heic pro regula statui oporteat? vbi CARPZ. *in Respons. Electoral. lib. 5. Resp. 43. n. 22. seqq.* videtur asserere, pactum hoc simpliciter valere. *Contra vero*, inquit, *& venditor rebus suis consulere potest, periculum euictionis in emtorem transferendo, si nempe paciscatur, ne de euictione teneatur. Cui pacto si emtor consenserit, habet postea quod sibi imputet, nec venditorem de euictione conuenerit; quia lex posita est contractui, quam seruare oportet.* Adducit pro hac sententia *l. 11. § 1. D. de act. emt. & vend. l 72. D. de euict. l. 23. D. de R. I.* Et sane, si spem emere, aut euictione secura eo nomine nihil petere a venditore licet, cur non ab initio donandi animo euictio remitti posset? Neque vero conuentio haec quicquam turpe aut bonis moribus contrarium inuol-

Digitized by Google

inuoluit: nam vterque, tam venditor, quam emtor, ignorare potest, rem esse alienam, &, si dubitaret emtor de bono venditoris animo, poterat omittere hanc conuentionem. Quin, si tacite remitti potest praestatio euictionis, vt interdum fit in transactione, aut vbi vterque sciuit, rem esse alienam, quo pertinere videntur *l.* 27. *C. de euiction. l.* 7. *C. commun. vtriusque iudic.* nihil vetabit, quo minus id expresse in conuentionem deducatur.

§. III.

Ast nos pro regula statuendum esse omnino existimamus, pactum eiusmodi non valere, propter insignem *legem* 11. §. *fin. circa med. D. de act. emt. & vend.* vbi IVLIANVS diserte ait: *Etsi aperte in venditione comprehendatur, nihil euictionis nomine praestitum iri, pretium quidem deberi re euicta, vtilitatem non deberi.* Etenim, cum verba haec pretium pro re euicta restitui velint, in propatulo est, eam legem, velut de re, quae in praestanda euictione principalis est, conceptam, pro regula posse accipi, fatente ipsomet CARPZOVIO *d. Respons.* 43. *n.* 28. Nec desunt, quae istam assertionem firment, rationes: nam euictio vt plurimum praestatur in contractibus onerosis; iam vero probabile non est, alterutrum contrahentium donare voluisse; donatio enim non praesumitur, vbi alia tractatur causa, commutatio scilicet rei & pretii. Itaque velut in obscuro illud, quod minimum est, accipimus, & pacti efficaciam tantum ad interesse restringimus. Ratio alia suggeritur non inelegans in *d.* §. *fin. l.* 11. *de A. E. & V.* verbis hisce: *Neque enim bonae fidei contractus* (qualis est emtio & venditio) *hanc patitur conuentionem, vt emtor rem amitteret, & pretium venditor retineret.* Nimirum in conuentione hac inprimis respicitur bona fides, quae pretii restitutionem exigit, ac propterea pactum hoc non temere ita interpretamur, vt non pretium, sed illud duntaxat a partibus remissum videatur, cuius abdicatio indoli bonae fidei non repugnat. Atque hactenus pactionem hanc vim habere nullam, tantum non omnes ICti allerunt, & ita saepius pronunciatum. v. CABALLINVS *tractat. de euict.* §. 2. *n.* 23. vbi plures profert. PAPONVS *l.* 11. *Arrestor. tit.* 4. *arrest.* 3. NICOL. BVRGVND. *de euict. c.* 41. *n.* 2. BRVNNEM. *ad d. l.* 11. *n.* 18. STRYCK. *de cautel. contract. sect.* 2. *c.* 8. §. 47.

REGVLA statuitur, non valere pactum, quantum pretii restitutionem attinet.

§. IV.

Obtinet haec regula, etiamsi pactum sit generalissimum, atque actionis omnis, quae euictionis nomine competere potest, exclusiuum, vt ait MEVIVS *part.* 9. *Dec.* 44. *n.* 2. allegans eam in rem CARPZOVIVM, apud quem licet id diserte non reperiatur, admitti tamen potest, quoniam clausulas etiam generales ex substrata materia restringi in iure insolens non est.

Quae extenditur primo, etsi formula pactionis sit generalis, actionemque omnem ratione euictionis excludens.

§. V.

Cui consequens est, si venditor de suo tantum facto promiserit euictionem, siue per se haeredemue suum non fieri, quo minus habere liceat, eum re euicta nihilominus ad restituendum pretium teneri. Id quod aperte significat IVLIANVS *d. l.* 11. §. *fin. de A. E. & V.* verbis: *veruntamen, vt pretium reddat, teneri.* Et bene NICOLAVS BVRGVNDVS *de euict. c.* 39. *n.* 6. contra aliorum opinionem extendit, licet dictum sit: *vt teneatur de facto suo tantum, neque vtiliter, neque alio modo.* Haec enim verba ad pretium trahi non possunt; sed tantum sunt explanatiua praecedentium, & perinde est, ac si dictum esset, non volo aliter, nec alio modo, quam de facto tantum meo. Et vt impediatur restitutio pretii, id manifeste actum esse debet. Quare etiam, licet dictum sit, vt secuta euictione ad nihil teneatur venditor, repetitio exclusa censeri non debet. *Quid enim interest, vtrum*

Aut Secundo, venditor de suo tantum facto euictionem promiserit.

Digitized by Google

quis dicat: secuta euictione ad nihil volo teneri, an: nihil volo praestare? Ego certe non video, inquit recte laudatus BVRGVNDVS *de euict. c. 41. num. 4.*

§. VI.

Tertio, etiamsi ambo contrahentes sciuerint, rem esse alienam aut alteri obligatam, bona tamen fide vsi.

Porro eadem procedit, licet ambo contrahentes non ignorauerint, rem esse alienam, aut alteri obligatam, modo bonam fidem habuerint; nam & hoc casu, si vterque bona mente contractum celebrauerint, rati, dato pretio dominum consensurum, valebit emtio & venditio, vti hoc ipsum solidissima ratione contra FRANTZKIVM demonstraui *in Dissert. de conuentionib. dominii translatiuis* §. 28. Itaque non obstante pactione hac pretium emtori pro re euicta erit restituendum. Finge enim: Titius a me petit, vt vendam ipsi iusto pretio librum, qui Sempronii est, vtriusque nostrum amici: eum si vendam vel simpliciter, vel pactione interposita, ne praestetur euictio, Sempronius autem postea refragetur, librum vindicaturus; Titio quidem ratione interesse nulla aduersus me dabitur actio, pretium tamen repetere poterit propter bonam fidem. Atque ita intelligerem ARETINVM *in l. si aliquam rem 28. D. de acquir. possess.* qui scienti etiam actionem esse ad pretium concedendam putat, idque communi omnium iudicio receptum esse asseuerat. GAIL. 2. *obs.* 137. *n.* 9. *obs.* 139. *n.* 15. MEVIVS *p.* 8. *D.* 110. *n.* 1. MYNSING. *cent.* 6. *obs.* 37. *n.* 5. Nec obstat *l.* 27. *C. de euiction.* Quicquid enim DD. vulgo tradant (v. NICOL. BVRGVNDVS *de euict. c.* 23. *n°* 3.) non loquitur ea de pretio, quod pro re vendita dedit emtor auctori, sed de litis aestimatione, quam domino rem vindicanti soluit, vt recte vidit ANT. PEREZIVS *ad Cod. d. l. n.* 25. Et *l.* 7. *C. commun. vtriusque iudic.* intelligi potest de praestatione euictionis, quae interesse continet, v. *omnino l. fin. §. fin. C. commun. de legat.* Nescio, an huc etiam non referri possit exemplum, quod est apud LIVIVM *l.* 26. *histor. c.* 11. *Annibal, cum Romam in propinquo obsedisset, publice in castris suis venire iubebat tabernas argentarias, quae in foro Romano erant, indignatus, quod audierat, per eos dies fuisse in vrbe, qui agros, quos ille castris & corpore possidebat, nihil ob id diminuto pretio emissent.* conf. FLORVS *l.* 2. *histor. c.* 6. *n.* 47. si quis enim hic emisset, bonam fidem haud dubie habuisset. Nisi forte eam emtionem spei emtioni, siue quae aleam continet, annumerare debemus.

§. VII.

Consequens his est, non obstante pactione hac, auctori litem denunciari posse.

Ex dictis fluit, illum, qui praestandae euictioni renunciauit, auctori suo nihilominus litem denunciare posse. Enimuero, vt auctor necesse habeat comparere, & ea necessitas per sententiam semper declaretur, inde non sequitur. Est enim ea obligatio actioni de euictione cohaerens; qua per renunciationem abdicata, non est pro ista deuitanda ad assistendum & defendendum obligatio. Deinde condemnatio eo nomine facta magnum contineret praeiudicium, ac propterea fieri nequit, nisi causa plene discussa, quoniam forte rationes adesse, aut demonstrari possent, ob quas, facta tali renunciatione, ne quidem ad pretium refundendum teneretur venditor, vt recte consideratum apud MEVIVM *part.* 8. *Dec.* 44. Addenda tamen est limitatio, quae sequitur apud MEVIVM *d. l. Decis.* 45. *&* 46. si nimirum post generalem renunciationem in casum euictionis, auctor se adsistendi debito speciali pactione adstrinxerit. conf. D. STRYCKIVS *in tr. de cautel. contract. necessariis sect.* 2. *cap.* 8. §. 42. *&* 43.

§. VIII.

Refelluntur, quae regulae videntur obstare.

Caeterum ad illa, quae supra §. 2. in contrariam partem allata sunt, haud difficilis est responsio. Nullum enim est dubium, quin aliquando valeat pactum hocce, id quod ipsi ostensum ibimus in sectione sequenti; Ast illud in quaestione versatur, quid pro regu-

Digitized by Google

regula assumi debeat, quam ex *d. l.* 11. *de A.E. & V.* iam adstruximus. Vbi profecto supercilioſum valde foret, ſi quis dicere vellet, ICtorum nullam esse hac in re auctoritatem, & IVLIANVM in applicatione iuris constituti lapsum fuisse. Actum enim de multis iuris articulis esset, qui alioquin pro certis habentur, ſi hoc admitteremus. Fatemur quidem, rationes Iuris auctorum non semper esse apodicticas: at ius ipsum, quod liquidum est & certum, in dubium vocare, a temeritate vix aberit.

SECTIO II.

DE LIMITATIONIBVS REGVLAE.

§. I.

VIdeamus iam de regulae huius limitationibus. Prima est: pactum, vt ne euictio praestetur, etsi secundum regulam non valeat, vim tamen suam exserere ratione interesse, quod alioquin ex natura contractuum bonae fidei ob rem euictam peti potest. Quae limitatio *in d. l.* 11. §. *fin. de act. emt. & vend.* manifeste continetur in verbis: *Vtilitatem quidem non deberi.* Cessant enim hoc casu rationes, quibus propositam supra regulam inniti diximus, & magis aequo animo lucri siue interesse, quam sortis ipsius, iacturam ferre soleamus. Ad haec, cum homines nihil frustra agere censeantur, & pactio haec in se turpis non sit, eam ita interpretari debemus, saltem vt aliquid operetur. Haec autem, quae modo dicta sunt, tum demum locum inueniunt, si venditor bona fide vsus fuerit. Quod si enim dolus eiusdem intercesserit, h. e., si sciuerit, rem esse alienam, alteriue obligatam, nec de eo emtorem certiorem fecerit, insuper habito pacto hocce, eum ad vtilitatem omnem teneri, merito pronunciabimus. *Sed in supraſcriptis conuentionibus* (verba sunt VLPIANI, *quibus* §. *fin. d. l.* 11. concludit.) *contra erit dicendum, nisi forte sciens alienum vendit, tunc enim secundum supra a nobis propositam Iuliani sententiam dicendum est, ex emto eum teneri, quia dolo facit. Add. l. 6. §. vlt. d. l.* 11. §. 15. *D. de act. emt. & vend.* NICOL. BVRGVND. *de euict. cap.* 43. MEVIVS *part.* 5. *D.* 312. *n.* 8. & quos citat GAIL. 2. *Obſ.* 139. *n.* 6. MYNSINGER. 6. *Obſ.* 37. *n.* 4. IOANN. PETR. SVRDVS *Consil.* 36. *num.* 15. Pacta namque dolo malo inita haud seruaturum se, ait Praetor in *l.* 7. §. 9. *D. de pact.* nec aequum est, dolum suum quenquam releuare *l.* 63. §. 7. *D. pro socio.* Quod adeo verum est, vt comperto dolo nulla formula, vtvt ampla sit, liberare queat venditorem a refusione pretii & interesse. BRVNNEMANNVS *ad d. l.* 11. *D. de A.E. & V. num.* 19. *& sequ.* cum FRANTZKIO & aliis.

PRIMA est valere pactionem hanc, quantum attinet interesse.

§. II.

Altera est: non procedere regulam, si pactum fuerit pleniſſimum, etiam pretii pro re euicta restitutionem denegans. Innuit hoc ipsum IVLIANVS *in d. l.* 11. §. *f. de A. E. & V. niſi forte*, inquit, *quis omnes istas supraſcriptas conuentiones recipiat, quemadmodum recipitur, vt venditor nummos accipiat, quamuis merx ad emtorem non pertineat.* Quorum verborum sensus est: Venditorem quidem secundum regulam ad restitutionem pretii obstrictum esse, licet conuenerit, euictionem non iri praestitum; si tamen expresse inter contrahentes cautum sit, vt nec ad pretii restitutionem pro re euicta venditor teneatur, valere vtique pactum istud, quippe nec publico iuri, nec bonis moribus contrarium.

ALTERA: si pactum fit pleniſſimum, etiam pretii mentionem continens.

Digitized by Google

MEVIVS *part.* 8. *Dec.* 44. *n.* 3. CARPZOV. 5. *Resp. iur. elect.* 43. *n.* 27. BVRGVND. *de euict. cap.* 41. *n.* 2. HARPR. *conſ.* 42. *n.* 96.

§. III.

TERTIA: ſi quis praeter premiſſionem praeſtandae tantum de facto ſuo euictionis inſtrumenta acquiſitionis tradiderit.

Huic non abſimilis tertia limitatio eſt: ſi quis de ſuo tantum facto euictionem promiſerit, ac inſuper pro omni alio iure euictionis & defenſionis emtori ſuo inſtrumenta acquiſitionis factae a ſuo auctore tradiderit (*vid. Compend. iuris Lauterbach. ad tit. de action. E. V. pag.* 364. *paulo ante med.*) quod Galli ſic efferunt, referente BVRGVNDO c. 40. n. 1. *& pour tout autre droit de guarantage a baillé & delivré au dit acheteur les lettres d'acquiſition qu'il a faite de ſon vendeur.* Hoc enim caſu, tanquam iactum retis, vendidiſſe cenſetur. Quorſum faciunt verba d. §. fin. *veluti cum futurum iactum retis a piſcatore eminus, aut indaginem plagis poſitis a venatore, vel pantheram ab aucupe; nam, etiamſi nihil capit, nihilominus emtor pretium praeſtare neceſſe habet.* Enimuero, quoniam per traditionem inſtrumentorum, quae ad originem ſuae probationis pertinent, non ipſam rem, ſed ius illud duntaxat, quod ab auctore ſuo in re illa accepit, emtori venundedit, ſimul & actiones ſuas eidem aduerſus auctorem ſuum ceſſiſſe videtur; quam ceſſionem ſi is pro omni alio iure euictionis acceperit, tacite hanc legem ſibi dixiſſe cenſentur contrahentes, vt emtori pateat regreſſus vi huius ceſſionis aduerſus auctorem ſui venditoris praeterito venditore, & conſequenter, vti commodum, ita & incommodum emtorem ferre oportet. MOLINA *Conſil.* 49. NIC. BVRGVND. *de euict. c.* 40.

§. IV.

QVARTA: ſi venditor dixerit: Se vendere, quicquid ſi ea re iuris habeat.

Quarta: ſi venditor dixerit, vendo tibi, quicquid iuris in ea haereditate habeo, vel ſi quid iuris in illa habeo. Etenim pulcre IAVOLENVS *in l.* 10. *D. de haered. vel act. vend. Quod ſi in venditione haereditatis*, ait, *id actum eſt, ſi quid iuris eſſet venditoris, venire, nec poſtea quicquam praeſtitum iri, quamuis ad venditorem haereditas non pertinuerit, nihil tamen praeſtabitur.* Annectit rationem, *quia id actum eſſe manifeſtum eſt, vt, quemadmodum emolumentum negotiationis, ita periculum ad venditorem pertineat*; ſiue, vt IVLIANVS *in d. l.* 11. *in fin. D. de Act. emt. & vend.* pronunciat: *Conuentio haec, qua ius tantum ſuum diſtrahit venditor, in ea cauſa eſt, vt quaſi incertum quid, & quaſi iactum retis comparaſſe videatur.* add. *l.* 13. *eod.* MANTICA *de tacitis & ambiguis conuentionib. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 4. *&* 5. BVRGVND. *cap.* 41. *num* 2. Exceptio tamen eſt, ſi venditor ſciuerit, haereditatem ad ſe non pertinere, nam tunc ex dolo tenebitur ad pretii reſtitutionem *l.* 12. *D. de haered. vel act. vend.* vid. ANTONIVS FABER *in ration. ad l.* 10. *eod.* Add. D. ANTONIVS *Diſp. feudali* 7. §. 10. *lit. c.* vbi de clauſula in inſtrumento feudali: **Wir verleyhen ihm das Guth, ſo viel wir daran durch Recht zu verleyhen haben.**

§. V.

QVINTA: ſi pactio non praeſtandae euictionis ui diuidendae haereditatis recipiendae facta inter ſocios.

Quinta limitatio eſt; ſi in diuiſione haereditatis conuenerint inter cohaeredes, ne quis eorum euictionem praeſtet. Ita enim *in l.* 14. *Cod. famil. herciſc.* Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS reſcripſerunt: *Si familiae erciſcundae iudicio, quo bona paterna inter te ac fratrem tuum aequo iure diuiſa ſunt, nihil ſuper euictione rerum ſingulis adiudicatarum ſpecialiter inter vos conuenit, i. e. vt vnusquisque euentum rei ſuſcipiat, recte poſſeſſionis euictae detrimentum fratrem & cohaeredem tuum pro parte agnoſcere, Praeſes prouinciae per actionem praeſcriptis verbis compellit.* Rationem huius luculentam ex FRANTZKIO *ad tit. de euictionib. n.* 393. *ſeqq.* accerſi *in lib.* 1. *paroemiar. iuris Germanici, paroem.* 4. **Wagen gewinnt, Wagen verliert** §. 2 *n.* 10. quoniam cohaeredes mutuum periculum in rebus diuiſis ſuſcepiſſe videntur, vertiturque haec alea quaedam, non ſecus atque in ſocietate vniuerſarum fortunarum,

vbi

Digitized by Google

vbi mutua intercedit, vti lucri omnis, sic & damni inter socios communicatio. Vide sis omnino FRANTZKIVM *d. l.* ab eoque allegatos. Add. BRVNNEMAN. *ad d. l. 7. Cod. commun. vtriusque judicior.* qui, posteaquam diuersas hac in re Glossatorum aliorumque DDrum sententias recensuisset, postremum distinguit, vtrum nomina aut res immobiles pari cohaeredum periculo subiecta sint, an vero vnus pecuniam, alter fundum, vnus praedium absque controuersia liberum, alter aliud periculo subiectum acceperit, quo casu, cum cesset ratio mutui periculi, vtique ad pretii partem tantum agi tunc posse, recte existimat.

§. VI.

Sexta limitatio consistit in pacto tacito, quod quidem subintelligitur in transactione, si per eam nihil datum, sed actio solummodo remissa sit. Neque enim heic vlla coniectura capi potest, quamobrem, qui rem ad se pertinere contendit, & notitiam eius maiorem, quam aduersarius, habere censetur, si, pretio pro ea qualicunque soluto, litem redimat, euictionem sibi praestare velit. v. FRANTZKIVS *de euict. num. 415. sequ.* A. FABER *Codic. l. 8. tit. 31. def. 32.* MEVIVS *part. 4. Dec. 341.* BERLICHIVS *in Conclus. practic. part. 1. concl. 24. n. 46. sequ.* BRVNNEM. *ad l. 33. de transact.*

SEXTA: In transactione, si nihil datum, sed remissa tantum actio.

§. VII.

Sunt etiam, qui pactum tacitum de non praestanda euictione subesse putant, si quis sciens rem alienam emat. v. NICOL. BVRGVND. *de euict. c. 23. n. 2.* BRVNNEMAN. *ad l. 27. C. de euiction.* vbi rationem addit: quia quis vendere censeatur rem, qualis est. Enimuero, vti hoc aliquando verum est, vt colligi potest ex praecedentis sectionis §. 6. vbi pactionis huius vim regulariter ad praestationem eius, quod interest, tantum restrinximus; ita, si emtor rem alienam mala fide emit, existimarem, eum propterea nullam ratione euictionis habere actionem, quoniam ratio iuris non patiatur, vt ex improbitate sua quis actionem consequatur *l. itaque fullo 12. § 2. D. de furt.* & IMPP. in *l. 1. C. de praescr. 30. vel 40. annor.* aiunt: pretium malae fidei emtoribus restitui non debere, v. CARPZOV. *part. 2. const. 34. def. 15.* BVRGVNDVS *d. l. n. 3.* conf. D. SCHILTER. *Exerc. ad Pandect. 34. in subiuncto post §. 27. Responso.*

SEPTIMA: In emtione rei alienae mala fide celebratae.

§. VIII.

Alii denique limitationem in eo casu collocant, si renunciatum fuerit intuitu certae personae vel causae. In quorum numero sunt Glossatores plerique veteres, & quos recenset NICOL. BVRGVNDVS *de euictionib. c. 42.* item MEVIVS *part. 8. Decis. 44. n. 4. in notis* CARPZOV. *5. Resp. iur. Electoral. 43. n. 26.* qui magno consensu existimant, si inter paciscentes ea lex dicta sit, ne euictio praestetur, vbi v. gr. Caius illam rem emturus esset, adeo validam esse hanc conuentionem, vt ne venditor quidem ad pretii restitutionem compelli queat. Quam in rem proferunt *legem 69. D. de euict.* vbi SCAEVOLA *lib. 2. quaestion. pronunciat: eum, qui* ***libertatis causam excepit in venditione, siue iam tum, cum traderetur, liber homo fuerit, siue conditione in testamento proposita impleta ad libertatem peruenerit, non teneri euictionis*** *nomine.* Inter rationes, quibus sententiam suam fulciunt, praecipuam hanc promunt; diuersam scilicet esse causam, quando in genere remissa est euictionis praestatio, ab ea, quando tantum certa persona excipitur vel causa; posteriori enim casu culpandum esse emtorem, quod

OCTAVA: si renunciatio euictionis intuitu certae personae facta.

Digitized by Google

ius exceptum non perquisiuerit ante celebrationem contractus: priori vero nihil ei posse imputari; nam etiamsi maxime inuestigasset, certum esse non potuisse. Quamobrem, cum heic versetur sola culpa emtoris, nullam quoque huic ad pretium restituendum competere actionem.

§. IX.

Quae re. ctius reiicitur.

Verum enimuero non temere videntur ab hac sententia recedere Covarrvvias *lib. 3. variar. resolution. cap.* 17. *n.* 2. Fachinaevs *lib.* 2. *controuers. c.* 40. Caballinvs *de euictionib. §. 5. n.* 26. Frantzk. *ad tit. D. de A. E. & V. n.* 302. *seq.* Brvnneman. *ad l.* 11. *d. tit. n.* 22. Strvv. *Exerc.* 27. *Synt. Iur. Ciu.* §. 34. quibus etiam accessit Gonzalez. *ad cap. fin. de emt. vend. n.* 12. propter generalem rationem §. *fin. l.* 11. *de A. E. V.* Neque heic refragatur *l.* 69. *de euict.* modo in alteram partem adducta, quippe cuius verba, *non teneri euictionis nomine*, intelligenda sunt de vtilitate, seu de eo, quod interest, proprio sc. euictionis, vbi ex contractu bonae fidei agitur; neutiquam vero de pretio, quod resarciri necessum est. Sed nec allata diuersitatis ratio nobis officit. Quandoquidem & heic militat ratio *d.* §. *fin.* in vtroque enim casu bonae fidei contractui aduersatur, vt venditor pretium retineat, atque emtor rem amittat. Neque vero propter personam exceptam vel causam emtor vere pro sciente haberi potest, cum existimasse potuerit, nihil sibi periculi aut detrimenti ex causa euictionis imminere. Quin imo, dum studiose certam personam vel causam designauit venditor, & hic pro sciente habetur, atque ita vtriusque scientia compensatur, ac proinde res eo redit, quasi qualitatem rei ignorauerit vterque. Accedit, donationis iure defendi retentionem hanc pretii haud posse, quia haec non praesumitur. Rationem aliam non incongruam suppeditat Nic. Bvrgvndvs *de euict. c.* 42. *circa fin.*

§. X.

Coronidis loco adiicitur aliquid de pacto, vt praestetur euictio.

Conuentioni illi, de qua disserui hactenus, opponitur pactum, vt euictio praestetur. De quo coronidis loco quaedam libet attexere. Equidem euictionis praestatio, quamquam non expressa in contractu, ei velut naturaliter inest, ac proinde non dubitari, ait Imp. Alexander *in l.* 6. *Cod. de euict.* etsi specialiter venditor euictionem non promiserit, re euicta ex emto competere actionem. Enimuero, pactionem hanc de euictione praestanda non omnino superuacaneam, quin & insignes parere vtilitates, argumento cumprimis est *l.* 27. *C. de tit.* Nimirum in §. 7. *huius sectionis* diximus, re aliena scienti vendita, vel tantum ratione pretii, vel prorsus non praestari euictionem: at secundum *d. l.* 27. valet pactum, quo venditor necessitatem praestandae euictionis in se recepit. Quid si pignori obligata sit res vendita, an non obstante pactione hac, quod plus pro reluendo pignore, quam rei venditae pretium fuit constitutum, emtor soluit creditori, a venditore poterit repetere. v. A. Faber *l.* 4. *tit.* 33. *def.* 12. *omnino.* Altera ex hoc pacto ad emtorem redundat vtilitas, si accedat venditioni sub hasta: cum enim in hac creditores ab euictionis praestatione immunes sint. *tot. tit. C. Cred. euict. pign. non deb.* emtor cautus sibi prospicere poterit, si creditorem ad expressam euictionis praestationem sibi obstringat. Nisi res iure fisci vendatur; nam tum statim securus est emtor, & domino contra fiscum datur regressus intra quadriennium, per *l.* 3. *C. de quadr. praescript.* vid. D. Strvck. *de Cautel. Contract. sect.* 2. *cap.* 8. §. 50. Porro lege inter contrahentes dicta de euictione, praestanda licet res coram arbitro euicta fuerit, daß Verkäuffer dem Käuffer, es sey auch auf was Weiß ihm immer das Guth entwehrt werden solte, alles-

Digitized by Google

allemal eine ſichere Gewähr ſeyn wolle: conuentio haecce illud operabitur, vt, quamuis alias non aliter teneatur auctor, quam ſi res coram iudice euicta eſt. *l. 56. §. 1. de euict.* nihilominus ob euictionem etiam coram arbitro factam eam praeſtari oporteat, vid. D. STRYCK. *d. c. §. 39.* Trita quoque Germanis Paroemia eſt: Vor Gewalt iſt man zu gewähren nicht ſchuldig, cui congruit:

Gewalt und Gunſt
Bricht Recht, Siegel und Kunſt.

item: Es iſt böß rechten, wann Gewalt Richter iſt. Gewalt geht vor Recht. Quae omnia innuunt, contra violentiam, ſiue vim maiorem, euictionem haud praeſtari. Hinc & ſecundum ius Romanum facto Principis ſpoliatus actionem de euictione aduerſus auctorem ſuum non habet. *l. fin. C. de act. emt. vend.* vt nec ille, qui malitia aut iniuria iudicis rem amiſit *l. ſi per imprudentiam § 1. ff. de euictionib.* Et tamen, ſi nominatim & expreſſe aliud cautum ſit, valere pactum hoc, liquido pateſcit ex *l. 12. C. de euict.* vid. *lib. 1. paroemiar. iur. Germ. 55. §. 1. & 2.* D. STRYCKIVS *tr. de cautel. contr. d. ſ. c. 8. §. 40. & 42.* Veruntamen huc referre nolim promiſſionem defenſionis de iure & facto, aut praeſtandae euictionis aduerſus cum iuris tum facti moleſtias; etenim hoc ciuiliter intelligendum eſt iuxta naturam actus principalis, vt nimirum in iudicio non ſolum iura ſua producat auctor, verum etiam emtori ope, diligentia & patrocinio adſiſtat, (vid. MEVIVS *part. 8. Deciſ. 45.*) quae omnia facti, non iuris ſunt, v. *d. paroem. §. 2.* conf. *diſquiſitio de obligat. alium daturum facturumue ſect. 1. §. 13.* Pariter haud inutilis erit pactio, quae initur de euictione in caſum, ſi res ex natura ſua euincatur. IO. ANTON. MANGILIVS *de euict. quaeſt. 22. n. 2.* vel retrahatur ex iure προτιμήσεως ſeu retractus conſanguinitatis, aut demum, ſi ſeruitutes in fundo emto repertae poſtea fuerint; hiſce enim in caſibus venditor euictionem praeſtare neutiquam tenetur. v. omnino D. STRYCK *de Cautel. contract. d. c. §. 43.* vbi emtori commendat hanc clauſulam omnes iſtos caſus comprehendentem: Daß Verkäuffer auch auf den Fall, wann auf dem verkaufften Gut von jemand eine ſervitut praetendirt oder erſtritten, imgleichen auch ſolches Gut wegen einiges Forder-Rechts, oder Näherkaufs retrahiret, oder ſonſt wegen einiges dieſem verkaufften Gut anhangenden Mangels evinciret werden ſolte, dem Käuffer eine beſtändige Gewähr ſeyn wolle. Denique, cum venditor ad expenſas in litem factas non teneatur, ſi vicit emtor, & ad hunc prima erogatio ſemper ſpectet, non inutilem eſſe conuentionem, ſi emtor eo nomine ſibi curet caueri, in aprico eſt. v. FRANTZKIVS *ad tit. D. de euict. num. 638.* Add. *l. 25. §. 21. D. famil. heriſc.*

DE

Digitized by Google

DE

MATRIMONIO INSTAVRATO ET CONSCIENTIAE,

DISSERTATIO.

SECTIO I.

§. I.

Quid matrimonium instauratum & quotuplex.

MAtrimonium instauratum (quod *posterius* dicitur in *L. dotem 30. D. de iur. dotium*, *secundum* in *L. cum post. 69. eod.*) definiri potest: Matrimonium, quod solutum diuortio postea inter easdem personas redintegratum est. Cum vero diuortium ex moribus Christianorum populorum sit vel simpliciter tale, vel quod tantum cohabitationem, hoc est, conuictum ac thalamum spectat; si post hoc vel illud redintegretur matrimonium, diuersitatem eius inde existere palam est, & in sequentibus ostendetur, quam differentiam etiam venuste indicat VLPIANVS *l. 13. §. 9. ad L. Iul. de adulter.* Porro matrimonium redintegratur vel libera voluntate, v. *c. 14. X. de sponsi.* vel ex iuris necessitate; puta, si errore quodam matrimonium fuerit diremtum: neque enim sententia contra matrimonium vnquam transit in rem iudicatam. *Cap. Lator. 7. X. de re iudicat.* vbi GONZALEZ. *n. 3.* Exemplum vid. apud BRVNNEMANNVM *cent. 3. Dec. 96. n. 6. seqq.* In *Chronico Andrensis Monaster.* est *tom. 9. Spicilegii* p. 522. *Anno Domini MCXCIX., diebus Natiuitatis Dominicae transactis, venit in Galliam Petrus Cardinalis Diaconus S. Mariae de via lata, ab Innocentio Papa transmissus legatus, literas Francorum Regi deferens, in quibus praeceptum continebatur Apostolicum, vt Ingeburgem, venerabilem Reginam, falso consanguinitatis iuramento disiunctam legitime sibi resociaret: quod si acquiescere nollet, tam Rex, quam omnis terra ei subiecta, anathematis vinculo subiaceret.*

§. II.

An & quando matrimonium instaurari possit, deducitur ex iure diuino.

Videamus autem primum, an & quando iustum sit, redintegrare matrimonium semel dissolutum? Apud Hebraeos maritus vxorem, quam dato diuortii libello dimiserat, postea alteri marito nuptam, ab hoc quoque siue diuortio siue morte separatam, in vxorem recipere non poterat. Quoniam abominatio ista est coram Domino, vt legitur *Deut. XXIV, 3. & 4.* vbi prudenter annotauit H. GROTIVS: displicuisse id ideo, quia speciem habeat vxoris alteri in vsum datae, omniaque lenocinia eo velo obtegi potuissent; ne sc. specie diuortii alii aliis vxores darent vsurarias. Quod profani etiam scriptores in Lacedaemoniis & Catone reprehendunt. v. GROT. *ad Matth. p. 54.* Plane vt quidam miranti, quod apud Lacedaemonios adulteria non audirentur, dixerit, ipsa matrimonia adulteria esse, ob morem commodandarum vxorum. Ad hanc legem respe-

Digitized by Google

respexit IEREMIAS III, 1. *Vulgo dicitur: si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta & contaminata erit terra illa?*

§. III.

Apud Romanos, vti crebra erant diuortia, ita matrimonium renouari, non raro vsuueniebat. SENECA *ep.* 114. meminit Maecenatis, *vxorem millies ducentis, cum vnam habuerit*, Terentiam sc. cum qua assidua iurgia, diuortia, iterumque coniugia. Quo pertinet *L. vir mulieri 64. D. de donat. int. vir. & vxorem*, vbi mentio fit Terentiae & Decenatis, legendumque omnino *Maecenatem.* VLPIANVS *l.* 19. *D. solut. matrimon. Si mulier diuerterit, & iudicio de dote contestato reuersa fuerit in matrimonium: redintegrato matrimonio, exspirat iudicium, & omnia in statu pristino manent.* IAVOLENVS *l. in his rebus 66. §. 5. D. eodem. Vxor, diuortio facto, partem dotis receperat, partem apud virum reliquerat: deinde alii nupserat, & iterum vidua facta ad priorem virum redierat.* Ex Iure Romano.

§. IV.

Exceptio notabilis erat, si quis in adulterio deprehensam aut damnatam adulterii in matrimonium reduxisset: hic enim lenocinii reus erat. Ex qua causa SVETONIVS *in Domitiano c.* 8. testatur, Domitianum Imperatorem iudicum albo erasisse Equitem Romanum ob reductam in matrimonium vxorem, cui dimissae adulterii crimen intentarat: & VLPIANVS *in l.* 2. *§. vnde quaeri potest 6. D. ad L. Iul. de adulteriis*, Claudium Gorgum, virum clarissimum, cum deprehensam in adulterio vxorem retinuisse detectus esset, sine accusatore lenocinio damnatum fuisse a Diuo Seuero, refert. Locum TACITI v. apud PVFENDORF. *l. 6. de Iur. Natur. & Gent. c.* 1. §. 10. Conf. *l.* 37. *D. de minoribus. L. mariti* 29. *pr. ad L. Iul. de adulter.* PAVLVS 2. *sentent.* 26. Cui non contrariatur, quod idem VLPIANVS scripsit *in L. si vxor.* 13. *§.* 9. *dict. tit. Sed &, si qua repudiata mox reducta sit, non quasi eodem matrimonio durante, sed quasi alio interposito, videndum est, an ex delicto, quod in priore matrimonio admisit, accusari possit? & puto, non posse; aboleuit enim prioris matrimonii delicta reducendo eam.* Intelligendum enim de marito, qui dimissam, non satis comperto adulterii crimine, reduxit. Quo referendum etiam, quod in *L. quaesitum* 40. *eodem* ad quaestionem, an idem maritus destitisse videatur, vel lenocinium commisisse, qui eandem reduxit vxorem? PAVLVS respondit: eum, qui post adulterii crimen intentatum eandem vxorem reduxit, destitisse videri, & ideo ex eadem lege postea accusandi ius non superesse. Conf. *L. crimen* 11. *C. ad L. Iul. de adult.* In iure quoque Attico erat: *Deprehendenti adulterum non licet cohabitare vxori: si cohabitauerit, infamis esto*, vt testatur DEMOSTHENES *oratione in Neaeram.* In CLEMENTIS *constitutionibus* legitur: Qui impudicam retinet, in naturae leges est iniurius: nam qui adulteram retinet, & imprudens est & impius. Similia loca protulit GROTIVS *ad Matth. V*, 32 *p.* 54. At HERMES putauit, mulierem post vnum delictum vera poenitentia tactam recipi iterum oportere, atque ob eam spem ab altero matrimonio abstinendum. GROTIVS *d. l.*

§. V.

Enimuero iure nouissimo hoc mutatum creditur per IVSTINIANI constitutionem in *Nou.* 134. *c.* 10. quae permittit, intra biennium vxorem adulteram recipere. vid. CARPZOV. *quaest. criminal.* 71. *n.* 31. *seqq.* & omnino HENELIVM *de dotalit. p.* 327. *sequ.* Alii ex iure Pontificio licere putant, extra lenocinii crimen adulterii reae aut damnatae Iure hodierno.

Digitized by Google

ignoscere, eamque retinere & reducere, vt CVIAC. *ad cap. inter opera* 20. *X. de sponsal. & matrimon.* Videatur locus AVGVSTINI *in can. quod autem* 7. *caus.* 32. *quaest.* 1. quocum non conuenit, quod est *c.* 2. *&* 4. *d. caus.* 32. *quaest.* 1. Et in *c.* 3. *X. de adulter. & stupro* ex Concilio Arelatensi (alii legunt Aurelianensi, sed in neutro extat) statuitur: si mulier egerit poenitentiam, & dimissa voluerit reuerti ad virum suum, hunc debere, sed non saepius, recipere peccatricem. Potest maritus hoc casu ab vxore illa iuramentum accipere, vt vetet conuersationem eius, quocum adulterium commisit. v. BRVNNEMANN. *Iur. Eccl. p.* 650. Atque hoc iure hodie vtimur propter sexus infirmitatem & communes liberos, vt testatur HEIGIVS 2. *quaest.* 29. *num.* 79. *& seqq.* Idque nonnulli eo extendunt, vt etiam transactionem in adulterio impune fieri, statuant. CLARVS *l.* 5. *sent.* §. *final. quaest.* 58. *n.* 11. SVAREZ *in thesaur. commun. opinion. verbo adulterium n.* 9. CARPZOV. *d. l. quaest.* 55. *n.* 14. Quorum tamen sententiae nos non accedimus: Nam aliud est gratuita remissio, aliud transactio, quae a specie lenocinii vix abesse potest. Illud certum est, licere defuncta vxore concubinam, quam quis ante habuit, ducere. v. SCHILTER. *ad Ius Canonicum p.* 398.

§. VI.

Dispicitur, an ius diuinum adhuc hodie apud nos obtinere debeat?

Sed annon diuinum ius adhuc hodie apud nos obtinere debeat? quaeritur. Cuius quaestionis resolutio pendet ab alia, an ius illud morale sit, an politicum, siue Hebraeorum reip. proprium? In qua prius affirmat TABOR. *addit. ad C. Iur. Argentorat. tit. de diuortiis in fine.* SCHILTERVS *ad Herennium Modestinum c.* 4. §. 11. *&* 16. (add. §. 3. vbi locus ex AERODIO insignis.) vbi memorat, in Consistorio Ecclesiastico Ienensi secundum ius diuinum fuisse pronunciatum; posterius placuit THEODORO BEZAE, cuius sententia nobis potior videtur: nam apud Hebraeos diuortia fiebant leuibus ex causis; a lenocinio igitur non procul aberat, si post diuortium alteri nuptam & similibus ex causis dimissam licuisset recipere. Facere pro hac sententia potest, quod est in Constitutionibus CLEMENTIS & in Synodo Neo-Caesarienſi & Concilio Eliberino apud H. GROT. *ad Matth. V,* 32. *p.* 54. Hinc Muhammedis ingenium refert mos inter sectarios eius receptus, vt ter liceat post diuortium redintegrare matrimonium, modo post tertium diuortium foemina prius nubat alii marito, & cum eo habitet quadraginta dies, atque abhinc ab eodem se separet. Vt refert CHAERDIN. *Voyage en Perse p.* 269. *seqq.* At, cum inter Christianos diuortia nonnisi ex grauissimis causis fiant, rationem illam cessare, statim intelligitur, &, cum non tantum ob adulterium actu patratum, sed & suspicionem adulterii grauem dissolutio permittatur, tanto magis id licere. v. GROTIVS *ad Matth. V,* 32. *p.* 53. & quae alio loco notaui.

§. VII.

Forma matrimonii instaurati post separationem aliqualem & omnimodam, siue proprie sic dictum diuortium.

Fieri potest instauratio illa solo coniugum consensu, etiam priuatim, facto tantum declarato, dum coniuges in mutuam gratiam redeunt, &, quo ante, consortio vtuntur. Idque planum est, si separatio facta, quantum attinet thorum & conuictum. Aliud est exemplum, si adulterium vxor commisit, & postea fornicatus fuerit maritus. *c.* 5. *X. de diuortiis.* Hinc hodierno iure post commissum adulterium coniuges redintegrasse matrimonium censetur, si vir, sciens vxorem adulteram esse, ipsam cognouerit, vel mulier viro, notorie adultero, coniugale debitum exsoluerit. Quod etiam apud Romanos obtinebat, si vxor nondum adulterii damnata, aut in adulterio a marito deprehensa non esset; vt supra §. 4. diximus. v. CARPZOV. *p.* 2. *quaest.* 55. *n.* 41. *& sequ.* ROBERTVS

L. 1.

Digitized by Google

L. 1. rer. iudicat. cap. 14. MOLLER. *lib. 3. Semeſt. c. 13. n. 2.* IOAN. A SANDE *lib. 2. Dec. Friſicar. tit. 6. def. 2.* At, ſi matrimonium prorſus diremtum eſt ſententia iudicis, quam vocant, declaratoria, magni momenti eſt quaeſtio: an magiſtratus conſenſus & noua ſolennia requirantur? Affirmat id GROENEWEG. *de LL. abrogat. ad L. 7. C. de nuptiis n. 2.* IOHAN. CHRISTENIVS *de cauſ. matrimonial. Diſſertat. 5. quaeſt. 10.* conf. CHAROND. *lib. 5. Reſponſ. 3.* quos ſequitur ABRAHAM A WESEL *de connubiali bonor. ſocietat. tract. 2. c. 4. n. 49. &* noue BRVCKNER. *Dec. iur. matrimonial. cap. 17. n. 48.* Et ſane, cum fuerit omnino diſſolutum matrimonium, perinde cenſeri debet, acſi omnino nouum eſſet. Non tamen conſenſu magiſtratus opus eſſe arbitramur. Caeterum remiſſio adulterii fauore matrimoniorum facile accipitur, vt etiam ex cauſa vrgente poenitere non liceat. CARPZOV. *part. 2. quaeſt. 55. n. 79.* PISTORIVS *Obſ. 148.* LINCKER. *Deciſ. 1212.* ZIEGLER. *ad Lancellot. l. 2. tit. 16. §. 10. & c. 13. §. 14.*

§. VIII.

Ad hunc locum pertinet etiam, vt notemus, apud Romanos matrimonium certo caſu neceſſario redintegrandum fuiſſe: Nam licet matrimonium apud eos captiuitate ſolueretur, nec in eo poſtliminii ius eſſet, tamen, ſi vellet vxor nondum alii nupta maritum redeuntem recipere, & is reluctaretur, iniuſti diuortii poenis (de quibus vid. *L. conſenſu 8. §. 4. & 5. C. de repudiis,*) tenebatur. Nam ita PAVLVS *in L. 8. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. Non, vt a patre filius, ita vxor a marito iure poſtliminii recuperari poteſt: Sed & tunc, cum & voluerit mulier, & adhuc alii poſt conſtitutum tempus nupta non eſt. Quod ſi voluerit, nulla cauſa probabili interueniente, poenis diſſidii tenebitur.* Vnde explicandus POMPONIVS *in L. cum duae 14. §. 1. eod. Non, vt pater filium, ita vxorem maritus iure poſtliminii recipit, ſed conſenſu redintegratur matrimonium; ſc. vel vtriusque coniugis, vel vxoris tantum, ſi vellet.* Sed cur vxori tantum hoc fuerit datum, forte dictu eſt difficile, niſi quis cauſam inde reperat, quod vxor, pendente captiuitate adultera facta, adulterii eo nomine accuſari poſſit, vt liquet ex *L. 13. §. 7. ad L. Iul. de adulter.* & propterea aequum fuerit, maritum ad matrimonium redintegrandum cogi. Hodie hoc iure non vtimur: nam iure nouiſſimo captiuitas non diſſoluit matrimonium, de quo videantur dicta *in commentatione de matrimonio putatiuo §. 13.* Quod ſi mulier perſuaſa, demortuum eſſe maritum, alii nupſit, ea, abdicato nouo marito, ad veterem, ſi hic velit, redire & matrimonium redintegrare cogitur, vt diſerte ſancitum *in Nouell. 117. c. 11.* & pluribus exemplis firmatur in *dicta Comment. §. 38.* quibus adde CLAVDIVM DE FERRIERE *Inſtitut. Iur. Rom. & Gallici lib. 1. tit. 10. & in iurisprud. Digeſt. cum ordination. regiis & conſuetud. collat. ad tit. de ritu nuptiar. p. 522.* atteſtantem, ita ſaepius in Gallia iudicatum eſſe, & maxime Anno 1648. quo mulier, contractis ſecundis nuptiis, tertio decimo anno poſt abſentiam mariti, quem mortuum ex hominum fide dignorum teſtimonio crediderat, ad ipſum redeuntem, viuente adhuc ſecundo marito, reuerti coacta fuit. Matrimonium cum perſona deſerta contractum ante declarationem iudicis, redeunte coniuge, redintegrandum. v. STRYCKIVS *ſect. 5. de diſſenſ. ſponſalit. §. 45.*

Interdum ex neceſſitate fit redintegratio.

§. IX.

Notandum praeterea, filiamfamilias matrimonium inſtauraturam opus habere conſenſu patris. Nam ita GORDIANVS *ad L. 7. C. de nuptiis: Si (vt proponis) poſt querelam de marito, a filia tua ad te delatam, diſſolutum eſt matrimonium, nec te conſentiente ad eundem regreſſa eſt, minus legitima coniunctio eſt, ceſſante patris voluntate, in cuius eſt poteſtate.*

Interdum patris conſenſus eſt neceſſarius.

Digitized by Google

§. X.

Effectus matrimonii huius, quantum attinet coniuges. Et quidem, si separatio est aliqualis, haud dubie idem manſiſſe matrimonium cenſetur.

Caeterum effectus matrimonii huius ſunt inſignes, quorum alii coniuges ipſos, alii tertium reſpiciunt. Et quidem ſi ſimulatum diuortium, aut fribuſculum (de quo *in l. cum hic 32. §. 12. de donat. inter vir. & vxorem*, vbi malunt alii legere friguſculum, vt RAEVARDVS, VOSSIVS *in Etymologico*, vid. BRISSONIVM *de Verb. Significat.* cum notis Taborianis) ſiue leue iurgium interceſſerit, haud dubie idem manſiſſe matrimonium intelligitur. PAVLVS *in L. 3. D. de Diuortiis: Diuortium non eſt, niſi verum, quod animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem fit. Itaque, quicquid in calore iracundiae vel fit vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeuerantia apparuit iudicium animi fuiſſe: ideoque per calorem miſſo repudio, ſi breui reuerſa vxor eſt, nec diuortiſſe videtur.* Ex qua lege deſumta *L. quicquid 48. ff. de R. Iur.* Huic conſequens eſt, quod PAPINIAN. *in L. 31. D. de iur. dot.* dixit: *Quod ſi non diuortium, ſed iurgium fuit, dos eiusdem matrimonii manebit.* De ſimulato diuortio idem PAPINIAN. ita loquitur *L. 27. D. de pactis dotalibus: Si liberis ſublatis reuerſa eſt, poſt iurgium per diſſimulationem, mulier, veluti venali concordio, ne dotata ſit, conueniat: conuentio, ſecundum ordinem rei geſtae, moribus improbanda eſt.* Cuius ſententia eſt, ſi mulier, quae, liberis ſuſceptis, per iurgium ac diſſimulationem animi a marito diſceſſit, deinde reuerſa cum eodem pepigit, ne dotata eſſet, non valere pactum, quoniam amor & concordia non debet pretio comparari (vt eſt in *L. 3. de donat. inter vir. & vxor.*) & mores conſtitutionesque Principum apud Romanos dotem ſemel conſtitutam conſtante matrimonio minui aut remitti vetuerunt, cum vtrumque in ſpeciem donationis incidat, adde *L. vir. mulieri 64. D. de donat. inter vir. & vxor.* Multo igitur magis idem matrimonium manſiſſe intelligitur, ſi coniuges, res licet ſuas ſeorſim habentes, honorem matrimonii inuicem ſibi habere non deſierunt. Quo pertinet, quod VLPIANVS ait. *L. 32. §. 13. D. de donat. inter vir. & vxorem: Si mulier & maritus diu ſeorſim habitauerint, ſed honorem inuicem matrimonii habeant, (quod ſcimus interdum & inter Conſulares perſonas ſubſecutum) puto donationes non valere.*

§. XI.

Idemque dicendum hodie, ſi ſeparatio facta quoad thorum & menſam.

Hodierno iure idem dicendum, ſi ſeparatio, quantum attinet thorum & conuictum, facta: Nam per eam vinculum matrimonii, ſiue confoederatio nuptialis, vt vocatur *in canon. 1. cauſ. 32. quaeſt. 7.* non tollitur. Hinc coniuges ita ſeparati reuera adulterium committunt, licet poena eius mitigetur. v. CARPZOV. *quaeſt. criminal. 61. n. 55. ſeqq.* & ad aliud matrimonium digreſſi crimen bigamiae incurrunt, quanquam itidem mitius puniendum. v. CARPZOV. *Dec. illuſt. 291. & lib. 2. Iurisprud. Conſiſt. def. 210.* Porro, cum hodie apud Euangelicos adulterium non diſſuat matrimonium, niſi accedat ſententia iudicis declaratoria (nam & bigamiae adulteriique crimen interea committitur. v. MEVIVS *ad L. 4. Iur. Lubecenſ. tit. 6. art. 1. n. 4. & ſeqq.* CRVSIVS *ad L. 3. Statut. Mindenſ. tit. 6. dec. 3.* CARPZOV. *quaeſt. Criminal. 57. n. 15. & 16. quaeſt. 58. n. 19.* WISSENBACH. *ad Tit. D. de diuortiis §. 12.*) non eſt dubitandum, ſi recomponantur animi, matrimonium idem intelligi. Hinc ſeorſim medio tempore parta ab vtrouis illorum inuicem poſtea communicantur, vbi communio bonorum inter coniuges recepta eſt, vid ABRAH. A WESEL *de coniugal. bonor. ſocietate tract. 2. c. 4. n. 52. vbi plures conſentientes profert.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

At si diuortium reuera interceſſit, & poſtea renouetur matrimonium, pro regula habendum, quod de dote tradidit PAVLVS *l. 30. D. de iure dotium: Dotem, quae in prius matrimonium data eſt, non aliter in poſterius matrimonium conuerti dicendum eſt, quam cum hoc agitur: dum hoc agi ſemper interpretemur, niſi probetur, aliud conueniſſe.* Hinc, ſi, actione de dote inſtituta & nondum ad exitum deducta, coniuges in matrimonium reuerterint, expirat iudicium, & manent omnia in priſtino ſtatu. *L. ſi mulier 19. D. ſolut. matrim.* Idque multo magis ita erit, ſi actione ex ſtipulatu nondum inſtituta, mulier fuerit reuerſa. *L. ſi mulier 13. de iur. dotium*, aut inſtrumenta dotalia non ſint repetita *L. Diuus 40. eodem.* Caeterum inter coniecturas, quibus aliud conueniſſe intelligitur, eſt, ſi multo tempore interpoſito coniuges reconciliati fuerint, ſecundum MARCELLVM *in l. 33. D. de ritu nuptiarum*, id eſt, vt idem ibi explicat, ſi inter moras aut vxor alii nupſerit, aut maritus aliam duxerit. confer. *l. 64. D. de donat. inter virum & vxorem in fine.* Quanquam, ſi dos ex re vxoris profecta ſit, etiamſi ipſa poſt diuortium alii nupſerit, dein redierit ad matrimonium prius, dos quoque renouata cenſeatur. *L. poſt diuortium 64. D. de iur. dot.* Multo igitur magis, quod apud maritum eundem reſtat ex dote priore, rurſus in dotem cenſetur conuerſum. *L. pen. vxor. 5. D. ſolut. matrim.*

At diuortio reuera intercedente, dos nihilominus prioris matrimonii in hoc conuerſa intelligitur.

§. XIII.

Libet occaſione hac quaerere, quae de dote inſtaurati matrimonii dicta ſunt, an pertineant ad vxorem iterum nubentem, ita vt dotem, quam priori marito dedit, ſecundo pariter conſtituiſſe cenſeatur? Quod vulgo affirmant DD. quos magno numero adduxit IOANN. A SANDE *lib. 2. Deciſ. Friſicar. tit. 2. definit. 3.* GAIL. *2. Obſerv. 82. n. 7.* ibid. GRAEVIVS *concluſ. 82. conſ. 1.* MENOCHIVS *3. de praeſumt. 6. n. 25. & ſeqq. & conſ. 5. n. 1.* CASPAR KLOCKIVS *2. conſ. 70. n. 22. cum multis allegat.* BEVNNEMANN. *Cent. 3. Dec. 50.* ALEXANDER RAVDENS. *Reſponſ. 91. n. 4. vol. 1.* ANT. FABER *lib. 5. C. tit. 7. def. 18. & 37.* qui de praxi huius ſententiae teſtantur, CARDINAL. MANTICA *lib. 12. de tacitis & ambiguis conuent. tit. 15. n. 5. & ſeqq.* octo ampliationes & totidem limitationes ſubiiciens: Ex quibus ampliationibus praecipua eſt, licet vxor priori marito in dotem bona omnia dederit; aut ſtatutum exſtet, nulla dote conſtituta, bona omnia in dotem data cenſeri: Quandoquidem & hocce caſu dos prioris matrimonii tacite repetita intelligitur. Inter limitationes vero eminet, ſi mulier minor ſit XXV. annis, de quo tamen ipſe dubitat, quia bona minoris obligentur ex diſpoſitione legis; item, ſi, liberis prioris matrimonii exſtantibus, maritus ſecundus plus lucri habiturus eſſet ex dote, quam vnus ex liberis prioris matrimonii, contra *L. hac edictali 6. C. de ſecund. nupt.* de qua limitatione vid. etiam KLOCKIVS *d. conſ. 70. n. 40. cum plur. alleg.* Item, ſi maritus ſciuit quantitatem prioris dotis; item, ſi dos in priore matrimonio promiſſa tantum fuit; de qua limitatione tamen non temere dubitat MANTICA. Vtcunque autem haec ita vulgo ſtatuantur, veriſſima nihilominus eſt contraria ſententia, quam in iudicando ſecutus eſt Senatus Friſicus apud IOANN. A SANDE *lib. 2. Tit. 2. def. 3.* conſentientes allegans CAMPEGIVM, CORNEVM, ANT. FABRVM. Adde SCIPION. GENTILEM *ad L. mulier 73. D. de iure dot.* quam ſubiecit *libello de aeſtimat. rerum in dotem dat.* TABOREM *in Diſſertat. de iur. dot. §. 2. lit. a.* Nam primo leges, quibus diſſentientes inniti ſolent, loquuntur de matrimonio ſecundo, inter easdem perſonas contracto, hoc eſt, inſtaurato: at, ſi matrimonium morte alterius fuerit diremtum, & ſuperſtes coniux cum alio ſecundum matrimonium contraxerit,

Quod tamen ad ſecundas nuptias non producendum, quanquam vulgo aliter ſentiant.

nuſquam in iure traditur, dotem in primo matrimonio traditam in ſecundo hoc cenſeri repetitam: Nam, quod Pavlvs *in L. dotem 30. D. de iure dotium* generaliter pronunciat: dotem, quae in prius matrimonium data eſt, in hoc ſecundo cenſeri repetitam, hoc reſponſum Papiniani in ſequente *L. quodſi 31. eodem*, ſatis indicat, accipiendum eſſe de matrimonio poſt diuortium redintegrato ſiue renouato. Adde *l. 22. D. eod.* quae deſumta ex eiusdem Pavli *libro ſeptimo ad Sabinum.* Deinde certum eſt, dotem non eſſe de ſubſtantia matrimonii, nec eius dationem iuris naturalis; quandoquidem conſtat, apud gentes quam plurimas, eas etiam, quae maxime moratae ſemper viſae fuerunt, aut nullam omnino, aut valde paruam legibus conceſſam fuiſſe dotem. Romani ipſi, qui Reipubl. intereſſe credebant, mulieres dotes habere ſaluas *L. 2. D. de iure dot.* quique tam multa, tam varia, tamque ſingularia in fauorem dotis excogitarunt & promulgauerunt priuilegia, non crediderunt tamen, ſine dote nuptias conſiſtere haud poſſe, vt ex Ivstiniani conſtitutionibus liquet in *L. final. C. de donat. ante nuptias. L. 11. pr. C. de repud.* Credendum igitur potius, quae nouo marito ſine vlla dotis conſtitutione nupſit, dotem nullam adferre voluiſſe.

§. XIV.

Communio quoque bonorum tum perdurat, ſi hoc actum. Vbi caſus ſingularis exponitur.

Dictis conſequens eſt, communionem bonorum, quae in priore matrimonio fuit, in renouato perdurare, ſi hoc actum fuit. Quo pertinet ſingularis caſus, quem proponit Clavdivs de Ferriere *Inſtitution. iur. Roman. & Gallici ad tit. Inſt. de Societate p. 342.* Titius & Meuia vnanimi vtrinque parentum conſenſu nuptias non omiſſis feſtiuitatibus & ſolennibus celebrant. Non fuit ipſorum diuturna nuptiarum laetitia. Moleſtiae & aegritudines voluptatum impatientes, vel ex ridicula mariti zelotypia, vel forſan ex non ſatis laudabili viuendi modo ex parte vxoris natae, ſenſim ſine ſenſu male fotas diſſociant amicitias. Tandem poſt aliquot rixas & altercationes, coniugali contrarias conſortio, de ſe a ſe inuicem, quoad habitationem & bona, ſeiungendis cogitant, animis ſuis pleniſſimam & perpetuam quietem impertire intendentes, continuis curis & edacibus conſcientiae ſtimulis, qui coniugum diuortiis regulariter ſe praebent comites. Itaque Praefectus Pariſienſis, praeuiis inquiſitionibus rite factis, inter ipſos pronunciat diuortium, maritum ad vxori ſuae dotem condemnat reſtituendam. Dicta ſeparatio ad exitum perducitur, & quidem per annos XVII, poſt quod temporis interuallum ſuaſionibus & conſiliis parentum ſuorum renouandas nuptias, & quaſi nouum nuptiale inſtrumentum conficiendum ſtatuunt. Huius inſtrumenti hae ſunt pactiones praecipuae ex parentum vtriusque conſenſu: (I) Quod maritus vxorem omnium futurorum conquaeſtuum ſociam & participem fore conſentiebat a die reconciliatae pacis, non item partorum mobilium & immobilium durante diuortio factorum, quae dicto inſtrumento ſibi ſuisque propria ſtipulabatur, quorum idcirco fieret inuentarium. (II) Quod vxor debita, quae a viro ſeiuncta, ſummam trium millium librarum excedentia, contraxerat, proprio aere lueret ac ſolueret. In has pactiones ex communibus coniugum ipſorumque parentum ſuffragiis inter eos reconciliata eſt concordia. Aliquot annos poſt maritus e viuis excedit, relictis tribus filiis, vno ante dictum diuortium ſuſcepto, aliis duobus poſt, renouatae amicitiae pignoribus. Inter matrem & filios oritur controuerſia de diuidundis communibus fortunis, illa, meo quidem conſilio, ſemiſſem in bonis a marito a die nuptiarum partis indiſtincte, perinde ac ſi nunquam interceſſiſſet diuortium, petit, quippe quod renouata ſocietate penitus euanuerat. Hi vero matrem ſuam a ſua petitione repellendam, ſed tantum ad ſemiſſem bonorum communium a die reconciliatarum nuptiarum, iuxta dictum inſtru-

Digitized by Google

instrumentum rite apud Notarios peractum, admittendam esse contendunt. Res ad quinque clarissimos Patronos delata, eorum arbitratu componenda, matris fauore Anno M DC LXXV. decisa est. Rationes idem DE FERRIERE *in Iurisprudent. Digest. collata cum Ord. Regiis & consuetud tom.* 1. *ad tit. D. pro socio* affert verbis hisce: *Il n'y a personne qui d'abord ne soit d'auis, que la clause ne doiue estre executeé selon sa forme & teneur; parce que la separation n'auroit été detruite & la societé de biens retablie que par ce moyen & que la faueur de cette reunion & de ce retablissement semble exiger, que tous les moyens necessaires pour le procurer soient receus & admis. Outre que les parties estant en maiorité, & leurs plus proches parens ayant consenty à retablir la communauté de biens entre les parties, moyennans cette clause, comment pourroit elle n'avoir pas son effet, & comment la femme ou ses heretiers pourroient-ils pretendre la detruite sans maintenir la separation, & venir aussi contre leur fait, le droit public ne s'y trouvant point interessé? Toutefois il faut dire le contraire, & en ce cas, non obstant la dite clause, la femme aprés la mort de son mary a droit de demander le partage de tous les biens acquis du jour de la celebration, & n'aura point son effet ny son execution pour la dite clause. La raison est, que cet acte ayant detruit la separation & retably la communauté, il a remis les parties dans l'estat, qu'elles etoient au jour de leur contract de mariage; en sorte que cette clause devient inutile parce qu'autrement elle derogeroit au contract de mariage, qui porte celle de la communauté des biens, & qu'on ne peut pas changer ny reformer les conventions matrimoniales, ce qui a été introduit pour eviter les differens, qui naitroient souvent entre les conjoints à cette occasion. Et ce seroit en ce cas un avantage, que la femme feroit à son mary, ce qui est defendu expressement par nôtre Coutume.* Secundum quas consuetudines saepius pronunciatum esse, liquet ex arrestis, quae congessit LOVET & eius Commentator Lit. M. c. 4. Nobis eadem decisio placet in matrimonio, post diuortium quoad thorum & mensam instaurato, quoniam haec renunciatio incideret in donationem inter coniuges vetitam. *L.* 5. §. 13. *&* 14. *de donat. int. vir. & vxor. iunct. L.* 32. §. 11. *eod.* Aliud autem dicendum foret, si matrimonium omnino fuisset dissolutum.

§. XV.

Enimuero, quae de dote diximus, aliter se habent, si eam extraneus dedit, & reddi sibi stipulatus est, huius enim consensu in dotis renouationem opus est, si dimissio perpetuae separationis causa & non calore iracundiae facta. MODESTINVS *in L.* 63. *D. de iure dot. Stipulatio de dote reddenda ab extraneo interposita facto diuortio statim committitur, nec redintegrato matrimonio actio stipulatori quaesita intercidit. Denuo igitur consentiente stipulatore dos constituenda est, ne sequenti matrimonio mulier indotata fit.* Quam legem D. SCHILTERVS *ad Herenn. Modestin. c.* 4. §. 5. *& seq.* fusius exposuit. Multo igitur minus, si vxor post diuortium reuersa fuerit, iudicium acceptum de dote, quam extraneus sibi reddi stipulatus fuerat, dissoluitur. *L. in insulam* 42. §. *vlt. D. solut. matrim.* Plane, si is, qui dotem stipulatus matrimonio renouando consenserit, vna etiam renouationi dotis consensisse creditur. *L. cum maritus* 29. §. 1. *de pact. dotalib.* quam recte ita ACCVRSIVS explicuit. A qua sententia licet COSTALIVS *in not. ad d. L.* discedat, probabilius tamen est, consensu in matrimonium etiam vna consensum in dotem esse. Idque visum etiam P. BVSIO *ad L. si mulier* 19. *D. solut. matrimon. num.* 8. Quod si filia patrem habeat, qui matrimonio renouando non consensisset, dotis exactio patri salua manet: nam ita GORDIANVS *Imp. in L. si vt proponis* 7. *C. de nuptiis: Atque ideo non petente filia petitionem dotis repetere non prohiberis.* Quanquam verba illa, *non petente filia*, nonnihil difficultatis habeant.

Effectus quoad tertium, ratione dotis.

Digitized by Google

beant. Contivs, Talalaevm secutus *lib. 28. Basil.* legendum existimat *non poenitente filia:* at Cviac. *lib. 13. obs. 25.* mauult, *non renitente*, id est, non contradicente filia, quoniam taciturnitas filiae consensum imitetur. *L. 2. §. voluntatem D. solut. matrim.* Nimirum, si mariti culpa diuortium prouenit, pater, adiuncta persona filiae, i. e., consentiente & volente, filiae dotem repetit. *L. 34. §. 6. D. solut. matrim. L. 22. § 5. D. eod. L. 34. §. 5. de Legat. 2. L. 14. D. ad L. falcid.*

§. XVI.

Ratione liberorum. Vbi casus singularis.

Liberos ex tali matrimonio nasci legitimos, non est dubium. At incidit casus, qui dubitationem habet, qualem de sorore sua refert Comes Rochefortivs *in comment. gestor. sub ministerio Card. Richelii & Mazarini p. 136. & seqq.* Vixerat illa cum marito suo in sterili matrimonio quinque aut sex annos, cum maritus sacrificulum agit, vxor monasterium ingreditur, nec diu post haec poenitens, abiecto habitu monastico, recipit maritum, quem forte obuiam habuit, & filium ex eo gignit, cui, mortuo patre controuersia de haereditate eius a cognatis mota. Hi obtendebant: *que ce seroit se moquer de la religion, que d'introduire un abus comme celui-la, lequel autoriseroit ce que disoient les Huguenots, sçavoir qu'un Prêtre pouvoit être marié: que non seulement il falloit declarer cet enfant illegitime, mais encore punir la mere, d'un sacrilege, qui etoit epouvantable: que rien n'avoit obligé les conjoints de se separer, mais que quand une fois ils l'avoient fait pour se donner à Dieu, c'etoit un voeu dont il n'y avoit que le Pape qui les pût relever: que dans la cause dont il s'agissoit, c'etoit bien autre chose: que c'etoit un homme qui n'avoit pas promis simplement de se donner à Dieu, mais qui s'y etoit consacrè par tout ce qu'il y a de plus saint dans la religion. Vn Prêtre en un mot, c'est à dire, un homme qui avoit offert mille fois le sacrifice, par lequel nous esperons nôtre salut, qui avoit reçu un nombre infini d'ames au sacrement de penitence, qui leur avoit donné la communion & fait enfin tout ce qu'un caractere si haut & si relevé lui peut permettre: qu'on considerat ce qui arriveroit si l'on autorisoit ce sacrilege, combien de confessions & de communions inutiles & par consequent combien des gens damnés.* Ex altera parte dicebatur ab Aduocato: *qu'il s'etonnoit qu'on fît une cause si noire qu'une action, ou il n'y avoit qu'un peu de foiblesse; que ce n'etoit pas toutefois de ce que sa partie s'etoit remise avec son mari, aprés une separation de cinq ou six ans, mais de ce qu'on avoit permis à son mari de se faire Prêtre, sous pretexte d'un zele indiscret: que Dieu defendoit formellement de separer ce qu'il avoit conjoint, comment donc soufrir qu'un homme, qui avoit juré fidelité à une femme, violat un serment, qui avoit été fait en face de l'Eglise & que le mariage étant un sacrement, l'autre sacrement qui étoit subsequent ne le pouvoit rompre; que l'enfant qui etoit venu n'avoit que faire des visions de son pere, que sa naissance etoit établie par le contract qu'il avoit fait avec sa mere & par la benediction nuptiale, qu'il avoit reçuë: qu'en un mot, si le Parlement avoit iugé plusieurs fois que la bonne foi du mariage étoit capable de legitimer des enfans, dont la naissance etoit souvent bien incertaine, à plus forte raison combien avoit-il lieu d'esperer de sa iustice qu'il jugeroit encore la même chose dans une cause, ou l'honneur de la mere bien loin d'être attaqué, n'etoit pas seulement suspect.* Controuersia haec aliquandiu suspensos tenuit iudices, donec in Auditorio Parisiensi pronunciatum pro infantis illius legitimis natalibus. Et sane postquam matrimonium est copula consummatum, per ingressum religionis non soluitur quoad vinculum. *c. ex publico 7. X. de conuers. coniugat.* Et quamuis tales digni fuerint, vt punirentur, tamen id liberis damno esse non potuit.

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII.

Affine huic matrimonio est illud, quod de facto & non de iure contractum postea ex dispensatione Apostolica redintegratur. Id quod frequenter vsuuenire, testatur ROLAND. *de lucro dotis quaest. 77. in calce.* MANTICA *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 15. num. 6.* Vbi insignis se offert quaestio, quid de liberis ante redintegrationem illam natis sit statuendum? Casum & sententiam A. M DC LXIV. 11. Decembr. in magno Auditorio Parisiensi latam memorant Diurna Eruditorum Gall. ad An. M DC LXV. 12. Ianuarii verbis hisce: *La question estoit de sçavoir, si le Pape accordant une dispense de mariage au second degré de consanguinité peut legitimer les enfans venus auparavant le mariage. Le fait estoit, que Charles Barbier avoit eu deux enfans de Barbe Barbier sa niepce, auparavant de l'avoir épousée. Ils avoient depuis obtenu dispense, portant legitimation des enfans, qu'ils avoient eu avant leur mariage. Aprés la mort de Charles Barbier les enfans du premier lict interjetterent appel comme d'abus de la dispense. L'Aduocat qui plaidoit pour les enfans, soutenoit qu'ils estoient legitimez per sequens matrimonium. Il se fondoit sur ce que les defenses & prohibitions faites aux parens de se marier, n'estant établies que par les constitutions de l'Eglise, & n'estant par consequent que de droit positif; Il est certain que le Pape, qui represente l'Eglise, en peut dispenser: & supposé qu'il le fasse, il est aussi constant que cet obstacle estant levé, la dispense a un effet retroactif, & le mariage devient valable, tout de même que s'il n'y avoit jamais eu d'empêchement: & par tant les enfans sont legitimez, ipso facto. Il ajoûtoit, que si l'on a jugé quelque fois contre les dispenses, ce n'a esté qu'en cas de clandestinité: mais que dans l'espece qui se presente, le mariage estant public il n'y avoit pas lieu de douter, que la dispense ne fut bonne, & la legitimation valable. On disoit contre les enfans, que par le Concile de Trente, le Pape ne peut dispenser au second degré de consanguinité, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam: que quand la dispense seroit valable, la legitimation des enfans seroit abusiue, & que les enfans n'avoient pû estre legitimez par un subsequent mariage; parce qu'au temps qu'ils étoient nez il y avoit impedimentum dirimens, qui les empechoit de contracter mariage. La Cour declara la cause de legitimation abusiue; les enfans incapables de succeder: & ordonna seulement 300. livres de rente à chacun pour tenir lieu d'aliment. Ainsi l'on a iugé cette belle question qu'un mariage public, non clandestin, fait dans les formes avec dispense, ne rend point les enfans legitimes per subsequens matrimonium, quand il y a empêchement au mariage lors de la naissance des enfans. Cette question ne paroit point avoir été cy-devant jugée par aucun Arrêt. La dispense ne fait que rendre le mariage valable, & les enfans, qui viendront pendant le mariage legitimes. On a imprimé le plaidoyé des enfans du premier lict, & l'Arrêt intervenu en suite.* Hucusque Diurna illa. At, cum non ita pridem casus non multum dissimilis Collegio Iuridico in Academia hacce offerretur, quando Nobilis aliquis perantiquae in Hassia nostra familiae, in Lotharingia domicilium habens, cum vidua patrui in concubinatu filias aliquot genuerat; at postea vterque conscientiae stimulis agitatus a Nuncio Papali dispensationem impetrauerant & matrimonium solenniter redintegrauerant, a morte autem eorum filiis controuersia mouebatur, an iuris Ganerbinatus in Hassiae superioris regiuncula, quae Buseckerthal nuncupatur, capaces essent? Existimauit id, pro filiis illis pronunciandum esse, non quidem ex principio, quasi Pontifici Romano aut eius Nunciis potestas competat spurios natalibus restituendi. Nam hoc ad solum Principem pertinere, INNOCENTIVS III. Papa ipse fatetur *in cap. venerabilem qui filii sint legitimi & in Reg. 15. eius epistol. 102.* Confer. ANTON. DADINVS ALTESERRA *L. 2. de Ducib. & Comitib. Prouinc. Gall. cap. 9.* Sed quia hic effectus

Affine, matrimonium de facto contractum, postea superioris auctoritate redintegratum. Vbi casus singulares ratione liberorum, ex eo matrimonio natorum, proponuntur.

Digitized by Google

est legitimationis per subsequens matrimonium. Si enim liberi ex adulterio geniti per matrimonium parentum retro fiunt legitimi, vt bene demonstrauit *D.* Strvckivs *in vsu moderno Digest. ad tit. de his qui sui vel alieni iuris* §. 12. Si etiam sufficit, tempore partus contrahi potuisse matrimonium, licet tempore conceptionis non potuerit, vt docet Fachinaevs *3. controuers. 5.* nihil causae videmus, quamobrem matrimonium, quod ex Superioris dispensatione ab initio valide poterat iniri, ea postmodum accedente, effectum legitimi matrimonii per omnia habere non debeat. Sed quid vetat, quo minus integrum Responsum inclyti illius Collegii verbotenus heic attexatur.

Als uns Decano, Doctoribus und Professoribus der Juristen Facultät bey Fürstl. Heßischen Universität zu Giessen obstehende species facti, samt einer von dem Nuncio Apostolico zu Cölln zwischen weiland Herrn Philipp Frantzen von Buseck zu Eppenborn in Lothringen, und Frauen Marien Antonien Amalien von Fechenbach, welche zuvor bemeldten Herrn Philipp Frantzens von Buseck leiblichen Vaters Bruder zur Ehe gehabt, verfügten Dispensation und respectiue Legitimation, nebst einigen zwischen Herrn Bonifacio von Bußeck, jetzigen Dechant auf dem Johannes-Berg bey Fulda, und denen anwesenden sämtlichen Herren Vierern und Gan Erben des Bußecker-Thals gewechselten Schrifften a Num. 1. biß 6. inclusiue zugeschickt, und Wir unsere in den geist- und weltlichen Gesetzen gegründete Meynung über folgende 2. Fragen zu ertheilen ersucht worden.

So haben Wir sothane speciem facti samt Beylagen mit allem Fleiß verlesen, und collegialiter wohl erwogen, erachten demnach in GOttes Wort und denen Rechten gegründet zu seyn; Und zwar so viel anfangs die erste Frage belanget:

Ob Pontifex contra Levit. *cap.* 18. *v.* 14. per dispensationem matrimonium cum Patrui vidua gestatten könne?

Obwohl in thesi (1) nicht zu läugnen, daß das matrimonium cum patrui vidua in Lege diuina morali verboten.

Levit. cap. 18. *vers.* 14. *& cap.* 20. *vers.* 20.

Martin. Chemnit. *in Exam. Concil. Trident. p.* 2. *de matrim. ad Can.* 3.

Ioh. Gerhard. *Loc. de coniug.* §. 258. *cum multis seqq. &* §. 294. *seqq.*

Auch (2) nachdem inter patrui viduam & fratris filium respectus parentum & liberorum sich befindet, sothane prohibitio in ipso iure Naturali gegründet sey.

L. 4. §. 7. *ff. de gradib.*

Gerhard. *d. l.* §. 301. *seqq.*

Carpzov. *in consistor. lib.* 2. *def.* 112.

Also daß es demnach (3) das Ansehen hat, als ob der Pabst in diesem Fall auch secundum Ius Canonicum & Scriptores Pontificios nicht habe dispensiren können.

Per c. literas 13. *v. opinioni & ib. Glossa X. de Restit. spoliat.*

Abb. Panormit. *in d. cap. literas n.* 17.

Olrad. Lavdens. *Cons.* 1. *n.* 5. *inter Consil. matrim. Tom.* 1.

Dieweil aber (1) in diesem Fall weyland Herr Philipp Frantz von Buseck mit Frau Marien Antonien Amalien von Fechenbach das matrimonium de facto consummirt, und beyde Kinder mit einander gezeuget, multo autem facilius matrimonia ab initio impediuntur, quam, si facta fuerint, rescinduntur.

Caput quemadmodum 25. *vers. alioquin X. de iureiurand.*

Dan-

Digitized by Google

Dannenhero auch (2) in denen Evangelischen Kirchen selbsten dergleichen matrimonia in secundo gradu affinitatis lineae collateralis inaequalis contracta nicht dissolviret, sondern vielmehr toleriret werden.

vti docent BEVST. *de matrim. P. 2. thes. 5.*
DEDEKEN *volum. 3. Consil. lib. 3. p. 1. Tit. 2. n. 2.*
CARPZOV. *p. 4. const. 23. def. 11. in casu viduae avunculi; & in Consist. lib. 2. def. 99.*
STRVV. *in Syntag. I. Civ. Exercit. 29. thes. 50.*

Cum nec Moses dissoluat matrimonium cum patrui vidua, sed tantum poenam addat.

LEVIT. *cap. 20. vers. 20.* ibi: portabunt ambo iniquitatem eorum, & sine liberis morientur.

Indem (3) dißfals nicht sowohl incestus iuris Naturalis quam incestus Iuris Gent. seu contra dictamen naturale, non simpliciter sed secundum quid tale, begangen wird.

vid. STRVV. *in Syntag. Iur. Civ. Exercit. 29. thes. 50.*
Add. GROT. *de Iur. B. & P. lib. 2. c. 5. §. 14.*
PVFENDORF. *de I. N. & G. lib. 6. cap. 1. §. 35.*
SANCHEZ. *de matrim. lib. 7. Diss. 52. n. 7.*

Auch nunmehro, (4) nachdem das coniugium morte soluirt, alles scandalum cessiret, und nur de legitimatione liberorum der Zweifel ist, in quorum gratiam in dubio, vbi variae sunt DD. sententiae, vielmehr sententia, vnde legitimitatio liberorum sequitur, quam contraria, zu amplectiren.

BVSIVS *ad L. 6. n. 5. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.*

Cum odia restringi & fauores conueniat ampliari.

Cap. Odia 15. X. de R. Iur. in 6.

Hierzu kommt (5), daß der uns vorgelegte casus von solchen Personen handelt, da Eltern und Kinder der Päbstlichen Kirche zugethan, und demnach solche auch ex hypothesibus der Römischen Kirche zu decidiren. Indem, gleich wie die Römisch-Catholische die Augspurgische Confessions-Verwandten bey Ihrer Lehre, Glauben, Kirchen-Gebrauch per pacem religiosam ruhig bleiben lassen sollen; also auch die Augspurgische Confessions-Verwandten quoad Romano Catholicos zu gleichem verbunden.

Rec. Imp. de A. 1555. §. und damit *15. seqq. §.* damit auch *20.*

Ita vt, quod vni parti iustum, alteri quoque iustum esse debeat,

Instr. pac. Caes. Suec. Art. 5. §. 1. in fin.

Bey denen Römisch-Catholischen aber (6) ausgemacht, daß der Pabst in dergleichen gradu zu dispensiren Macht habe.

iuxt. CONCIL. TRIDENT. *p. 2. de matrim. can. 3. cap. gaudemus 8.* & ibi ALTESERRA *X. de diuort.*
ANCHORAN. *Consil. 373. per tot.*
COVARR. *Tom. 1. de matrim. Part. 2. cap. 6. §. 10. n. 23.*
SANCHEZ. *de matrim. lib. 7. Diss. 52. num. 7.* vbi etiam ad *caput literas X. de Restit. spoliat.* respondet.

Als halten wir demnach gestalten Umständen nach davor, es habe Pontifex das matrimonium in diesem Fall gestatten können.

est legitimationis per subsequens matrimonium. Si enim liberi ex adulterio geniti per matrimonium parentum retro fiunt legitimi, vt bene demonstrauit *D.* Stryckivs *in vsu moderno Digest. ad tit. de his qui sui vel alieni iuris* §. 12. Si etiam sufficit, tempore partus contrahi potuisse matrimonium, licet tempore conceptionis non potuerit, vt docet Fachinaevs *3. controuers.* 5. nihil causae videmus, quamobrem matrimonium, quod ex Superioris dispensatione ab initio valide poterat iniri, ea postmodum accedente, effectum legitimi matrimonii per omnia habere non debeat. Sed quid vetat, quo minus integrum Responsum inclyti illius Collegii verbotenus heic attexatur.

Als uns Decano, Doctoribus und Professoribus der Juristen Facultät bey Fürstl. Heßischen Universität zu Giessen obstehende species facti, samt einer von dem Nuncio Apostolico zu Cölln zwischen weiland Herrn Philipp Frantzen von Buseck zu Eppenborn in Lothringen, und Frauen Marien Antonien Amalien von Fechenbach, welche zuvor bemeldten Herrn Philipp Frantzens von Buseck leiblichen Vaters Bruder zur Ehe gehabt, verfügten Dispensation und respectiue Legitimation, nebst einigen zwischen Herrn Bonifacio von Bußeck, jetzigen Dechant auf dem Johannes-Berg bey Fulda, und denen anwesenden sämtlichen Herren Vierern und Gan-Erben des Bußecker-Thals gewechselten Schrifften a Num. 1. biß 6. inclusiue zugeschickt, und Wir unsere in den geist- und weltlichen Gesetzen gegründete Meynung über folgende 2. Fragen zu ertheilen ersucht worden.

So haben Wir sothane speciem facti samt Beylagen mit allem Fleiß verlesen, und collegialiter wohl erwogen, erachten demnach in GOttes Wort und denen Rechten gegründet zu seyn; Und zwar so viel anfangs die erste Frage belanget:

Ob Pontifex contra Levit. *cap.* 18. *v.* 14. per dispensationem matrimonium cum Patrui vidua gestatten könne?

Obwohl in thesi (1) nicht zu läugnen, daß das matrimonium cum patrui vidua in Lege diuina morali verboten.

Levit. cap. 18. *vers.* 14. *& cap.* 20. *vers.* 20.

Martin. Chemnit. *in Exam. Concil. Trident. p.* 2. *de matrim. ad Can.* 3.

Ioh. Gerhard. *Loc. de coniug.* §. 258. *cum multis seqq. &* §. 294. *seqq.*

Auch (2) nachdem inter patrui viduam & fratris filium respectus parentum & liberorum sich befindet, sothane prohibitio in ipso iure Naturali gegründet sey.

L. 4. §. 7. *ff. de gradib.*

Gerhard. *d. l.* §. 301. *seqq.*

Carpzov. *in consistor. lib.* 2. *def.* 112.

Also daß es demnach (3) das Ansehen hat, als ob der Pabst in diesem Fall auch secundum Ius Canonicum & Scriptores Pontificios nicht habe dispensiren können.

Per c. literas 13. *v. opinioni & ib. Glossa X. de Restit. spoliat.*

Abb. Panormit. *in d. cap. literas n.* 17.

Olrad. Lavdens. *Cons.* 1. *n.* 5. *inter Consil. matrim. Tom.* 1.

Dieweil aber (1) in diesem Fall weyland Herr Philipp Frantz von Buseck mit Frau Marien Antonien Amalien von Fechenbach das matrimonium de facto consummirt, und beyde Kinder mit einander gezeuget, multo autem facilius matrimonia ab initio impediuntur, quam, si facta fuerint, rescinduntur.

Caput quemadmodum 25. *vers. alioquin X. de iureiurand.*

Dan-

Dannenhero auch (2) in denen Evangelischen Kirchen selbsten dergleichen matrimonia in secundo gradu affinitatis lineae collateralis inaequalis contracta nicht dissolviret, sondern vielmehr toleriret werden.

vti docent BEVST. *de matrim. P. 2. thes. 5.*
DEDEKEN *volum. 3. Consil. lib. 3. p. 1. Tit. 2. n. 2.*
CARPZOV. *p. 4. const. 23. def. 11. in casu viduae avunculi; & in Consist. lib. 2. def. 99.*
STRVV. *in Syntag. I. Civ. Exercit. 29. thes. 50.*

Cum nec Moses dissoluat matrimonium cum patrui vidua, sed tantum poenam addat.

LEVIT. *cap. 20. vers. 20.* ibi: portabunt ambo iniquitatem eorum, & sine liberis morientur.

Indem (3) dißfals nicht sowohl incestus iuris Naturalis quam incestus Iuris Gent. seu contra dictamen naturale, non simpliciter sed secundum quid tale, begangen wird.

vid. STRVV. *in Syntag. Iur. Civ. Exercit. 29. thes. 50.*
Add. GROT. *de Iur. B. & P. lib. 2. c. 5. §. 14.*
PVFENDORF. *de I. N. & G. lib. 6. cap. 1. §. 35.*
SANCHEZ. *de matrim. lib. 7. Diss. 52. n. 7.*

Auch nunmehro, (4) nachdem das coniugium morte soluirt, alles scandalum cessiret, und nur de legitimatione liberorum der Zweifel ist, in quorum gratiam in dubio, vbi variae sunt DD. sententiae, vielmehr sententia, vnde legitimitatio liberorum sequitur, quam contraria, zu amplectiren.

BVSIVS *ad L. 6. n. 5. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.*

Cum odia restringi & fauores conueniat ampliari.

Cap. Odia 15. X. de R. Iur. in 6.

Hierzu kommt (5), daß der uns vorgelegte casus von solchen Personen handelt, da Eltern und Kinder der Päbstlichen Kirche zugethan, und demnach solche auch ex hypothesibus der Römischen Kirche zu decidiren. Indem, gleich wie die Römisch-Catholische die Augspurgische Confessions-Verwandten bey Ihrer Lehre, Glauben, Kirchen-Gebrauch per pacem religiosam ruhig bleiben lassen sollen; also auch die Augspurgische Confessions-Verwandten quoad Romano Catholicos zu gleichem verbunden.

Rec. Imp. de A. 1555. §. und damit *15. seqq. §.* damit auch *20.*

Ita vt, quod vni parti iustum, alteri quoque iustum esse debeat,

Instr. pac. Caes. Suec. Art. 5. §. 1. in fin.

Bey denen Römisch-Catholischen aber (6) ausgemacht, daß der Pabst in dergleichen gradu zu dispensiren Macht habe.

iuxt. CONCIL. TRIDENT. *p. 2. de matrim. can. 3. cap. gaudemus 8.* & ibi ALTESERRA *X. de diuort.*
ANCHORAN. *Consil. 373. per tot.*
COVARR. *Tom. 1. de matrim. Part. 2. cap. 6. §. 10. n. 23.*
SANCHEZ. *de matrim. lib. 7. Diss. 52. num. 7.* vbi etiam ad *caput literas X. de Restit. spoliat.* respondet.

Als halten wir demnach gestalten Umständen nach davor, es habe Pontifex das matrimonium in diesem Fall gestatten können.

Digitized by Google

Die zweyte Frage betreffend:

Ob solche dispensation in Fürstl. Heßischen Landen gültig, und solchen effect habe, daß diese incestuosi in Ganerbinatum Buseckianum recipiret werden müssen?

Ob zwar (1) per Pacem Religiosam so wohl, als das Instrumentum Pacis omnis potestas Pontificia in Protestantes suspendiret,

per *R. I. de Anno 1555. §.* damit auch 20. *Instrum. Pac. Caes. Suec. Art. 5. §. 1. in fin. & §. Ius dioecesanum 16. vers. 47.*

Also daß demnach die Päbstliche dispensation in den Fürstlichen Heßischen Landen keinen Effect zu haben scheinet;

Weniger solche (2) ad effectum receptionis in Ganerbinatum Buseckianum zu extendiren seyn dürffte: weilen dispensatio & legitimatio sich regulariter nicht in praeiudicium tertii erstrecken kan.

Gailius *lib. 2. observ. 142.*

Nachdem aber (1) die Dispensatio matrimonialis in dem uns vorgelegten Casu vor gültig, und demnach auch die aus solchem matrimonio erzeugte Söhne quoad effectus ciuiles pro incestuosis nicht, sondern pro legitimis zu halten.

per *cap. referente 10. & cap. tanta X. Qui fil. sint leg.*

Und weil (2) die legitimitas derer Buseckischen Söhne ein Ius personae, quod indiuiduum est, sicut ipsa persona est indiuidua, also daß sie nicht in Lothringen legitimi, in Hessen aber illegitimi seyn können, sed potius in iure pro monstro habetur, aliquem partim esse legitimum, partim illegitimum.

iuxt. Gloss. *in cap. cum Inhibitio 3. verb. si ambo parentes X. de cland. desponf.*

Quemadmodum nemo partim liber, partim esse seruus potest.

L. duobus ff. de liber. cauf. L. si pariter in fin. ff. eod.

Tiraqvell. *ad L. si vnquam verb. donatione largitus num. 284. C. de Rev. Don.*

Immassen (3) ausfündigen Rechtens ist: Quando lex in personam dirigitur, respiciendum esse ad leges illius ciuitatis, quae personam habet subiectam.

vt pluribus deduxit Christian. Rodebvrg. *de iur. Coniug. p. 1. tit. 1. c. 3. n. 4. & tit. 2. c. 1. per tot.*

Wohin gehöret, was Baldvs *ad L. cunctos populos C. de summa Trinit. num. 12.* ausgesprochen: *Ius habilitationis respicit personam & habet locum extra territorium, & potest ipsam qualificare, i. e. habilitare, vbicunque locorum.*

Hinc in vno loco infamis vbique infamis habetur.

v. Barbosa locupletat. *voc. infamia axiom. 4.*

Carpzov. *p. 4. Const. 47. def. 8.*

Hinc in loco domicilii prodigus, maior aut minor annis declaratus, vbicunque locorum pro tali habetur.

v. Abraham a Wesel. *Comment. ad Nouell. Const. Vltraiect. art. 13. num. 27. seqq.*

Hinc legitimatus in loco domicilii vbique pro legitimo habetur.

Anton. de Rosellis *tract. de legitimat. lib. 2. n. 24. in tractat. tractat.*

Auch (4) die Potestas Pontificis dispensandi inter Romano-Catholicos per pacem religiosam & Instrument. Pac. nicht so wohl suspendiret, als vielmehr confirmiret, per ea quae quaest. 1. sunt proposita.

Und

Digitized by Google

Und obgleich (§.) die legitimatio per Reſcriptum Principis, und alſo auch Pontificis, in praeiudicium tertii nicht zu geſchehen pfleget, dennoch ſolches ad diſpenſationem circa ipſum matrimonium vel etiam legitimationem per ſubſequens matrimonium nicht zu extendiren,

per *Cap. Referente* 10. *& ibid. DD. X. Qui fil. ſint legitimi.*

Cum matrimonium omnia antecedentia purget vitia.

Cap. Tanta X. Qui fil. ſint. legit.

Als halten wir davor, es habe die Diſpenſatio ratione matrimonii quaeſtionis (wann die Copia des Nuncii Papalis Diſpenſations-Briefs, auch atteſtati de matrimonio poſt diſpenſationem illam noue contracto, mit den Originalibus können beſtärcket werden) auch in denen Fürſtl. Heßiſchen Landen ihren Effect, dergeſtalt, daß die Buſeckiſche Söhne a ſucceſſione in Ganerbinatum nicht können ausgeſchloſſen werden, es ſey dann, daß die Buſeckiſche Ganerbſchafft dahin ſpecialiter priuilegirt, daß auch die ex tali matrimonio diſpenſato nati darin nicht admittiret werden könten. Jedoch alles ſaluo rectius ſentientium iudicio, auch urkundlich unſerer Facultät hierunter gedruckten Inſiegels. So geſchehen Gieſſen am 24. December 1701.

Decani, Doctores und Profeſſores der Juriſten-Facultät bey Fürſtl. Heßiſchen Vniuerſität daſelbſten.

§. XVIII.

Caeterum dotem in matrimonio hocce ante datam permanere, vt in inſtaurato, facile patet, & docet cum DD. MANTICA *d. l.* 12. *de tacit. & amb. conuent. tit.* 15. *n.* 6. Bene VLPIANVS *in L.* 39. *D. de iur. dotium. Si ſerua ſeruo quaſi dotem dederit, deinde conſtante coniunctione ad libertatem ambo peruenerint, peculio eis non ademto, & in eadem coniunctione permanſerint: ita res moderetur, vt, ſi quae ex rebus corporalibus, velut in dotem tempore ſeruitutis datis, exſtiterint, videantur ea tacite in dotem conuerſa, vt earum aeſtimatio mulieri debeatur.* Et, quid iuris in dote ſit, deciditur.

SECTIO II.

§. I.

MAtrimonium conſcientiae, quod vocant, ſiue mariage de conſcience, inter illuſtres perſonas in Gallia, Germania & alibi ſuetum, eſt coniugium inaequale, quod clam & ſine ſolemnibus, concubitus mutuaeque cohabitationis cauſa, contractum, ſola coniugum fide ſuſtinetur, ſiue, vt IOH. ANDREAS VAN DER MVELEN *in foro conſcient. part.* 2. *quaeſt.* 4. *definit. eſt matrimonii contractus, qui inter contrahentes mutuo conſenſu carnali copula confirmatus, non tamen rite celebratus eſt.* v. & KLOCKIVM *de contribut. c.* 12. *n.* 15. Matrimonii conſcientiae definitio.

§. II.

De iuſtitia matrimonii huius praecipua eſt quaeſtio. Iam nominatus VAN DER MVELEN cum AMESIO id licitum exiſtimat. Eiusdem ſententiae videtur eſſe H. GROTIVS *L.* 2. *de Iur. B. & P. c.* 5. §. 15. aſſerens, *concubinatum quendam verum ac ratum eſſe coniugium, etſi effectibus quibusdam iuri ciuili propriis priuetur, aut etiam effectus quosdam naturales* Anne id iuſtum ſit? diuerſae ſunt ſententiae.

Digitized by Google

rales impedimento legis ciuilis amittat. Sic inter seruum & ancillam iure Romano contubernium esse dicitur, non matrimonium; attamen ad ipsam coniugii naturam nihil deesse in tali consociatione, quae propterea in antiquis canonibus γάμου nomine appelletur. Sic inter hominem liberum & ancillam concubinatum dici, quod deinde imitatione quadam ad alias personas disparis qualitatis sit productum: vt Athenis inter ciuem & peregrinam, ex quibus nati νόθοι dicebantur. Atqui sic, pergit Grotivs, *inter tales, quales diximus, coniugium verum esse potuit, si foemina esset sub custodia maritali, & fidem marito dedisset: Sic etiam in statu legis Christianae verum erit inter seruum & ancillam, aut liberum & seruam coniugium, multoque magis inter ciuem & peregrinam, Senatorem & libertam, si, quae iure diuino Christiano sunt necessaria, accedant, sc. indissolubilis vnius cum vna coniunctio, etiamsi effectus quidam legis non sequantur, aut alioquin sponte secuturi lege impediantur.* Longius Idem progreditur *lib. 2. c. 20. §. 42* negans, innuptos concubitus, & nonnulla alia, a natura vetitis temere annumeranda. Quam in rem nos reiicit ad Hieronymi locum alibi a se productum. Cuius verba *ad Oceanum* sunt: *Aliae sunt Leges Caesarum, aliae Christianorum: aliud Papinianus, aliud Paulus noster praecipit. Apud illos viris impudicitiae frena laxantur, & solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur: quasi culpam dignitas faciat, non voluptas. Apud nos, quod non licet foeminis, aeque non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur.* At D. Vlricvs Hvbervs *l. 2. de iure Ciuitat. Sect. 1. c. 3. §. 26.* improbat, perinde ac concubinatum, cum vix vlla, quam voluptatis, communicatio vtrobique fiat, & in eum modum inde ab initio contrahatur, vt pro libitu, ac vnius voluntate dissolui queat, *etsi vulgo, turpitudini velandae, matrimonium conscientiae*, oppositum publico, *appelletur.* Idem *in praelect. ad tit. D. de Concubinis §. 3.* propterea in vitio ponit, *quia contrahentes id prae se palam non ferant. Nam*, inquit, *eiusmodi clandestina coniunctio, licet hoc animo, vt indissolubilis sit, tamen, si absit titulus honorque matrimonii coram ecclesia & hominibus, non videtur honestati ac scopo nuptiarum in liberis, qui illegitimi nascuntur, satisfactum: etsi vulgo mariage de conscience, matrimonium conscientiae, appelletur.*

§. III.

Ad quas expendendas disquiritur primum, quid ius naturae.

Nos, quid naturali & quid diuino iure circa hanc rem constitutum sit, distincte considerabimus. Et quidem illud quod attinet, dictamen rectae rationis homini cuiuis satis indicat, facultatem generandi meae libidinis causa concessam haud esse, sed, quemadmodum serenata mente quisque intelligit, se per generationem productum, vt excultis naturae bonis gloriam ac honorem Dei faciat illustriorem, ita simul videt, naturae dotes ad procreationem similis naturae sibi impendendas esse. Accedit, si omnes & singuli membra generationi destinata soli libidini data crederent, eique vsui vnice applicarent, decorum inter homines ac tranquillam societatem subsistere haud posse. Id quod sufficit ad probandum, iure naturae eas libidines damnari. Apud Romanos, licet fornicatio in illicitis non poneretur, Vlpianvs *in l. 4. §. 3. de condict. ob turp. caus.* negare non sustinuit, meretricem turpiter facere, Tacitvs meretrices pudore ipso cruciari dixit. Vt profecto mirum sit, παιδεραστίαν inter ἀδιάφορα retulisse non Epicureos tantum, sed & seueros illos Stoicos, quod non Theophilvs tantum Antiochenvs nos docet, sed & Sextvs Empiricvs, Zenonis & Chrysippi vtens verbis, quae vel transcribere pudet. Porro nec vagos concubitus dictamini rectae rationis conuenire, statim liquet. Inde enim fit, vt nullus sit amor coniugalis (perit enim amicitia in plures diffusa, vt ait Plu-

Digitized by Google

PLVTARCHVS περὶ πολυφιλίας) nulla familia aut cognatio, adhaec proles sit incerti patris, nullam foetus, nedum educationis natorum liberorum curam habituri. De lupanaribus Athenienſibus PHILEMON Comicus *Delphis:*

Ἐξῆλθες; βιμώζειν λες· ἀπόστειλον σοι.

Exiſti! iube eam (meretricem) flere, nihil ad te attinet.

De Hunnis AMMIANVS MARCELLINVS *lib. 31. c. 12. Nullus apud eos interrogatus reſpondere, vnde oriturus, poteſt, vbi conceptus natusque procul & longius educatus.* Quae & alia fuſius explicare poſſemus, niſi id praeclare iam tum praeſtitiſſet PVFENDORF. *lib. 6. de Iur. Nat. & Gent. c. 1. §. 4. & 5.* Quibus conſequens eſt, vnum coniugem temere ab altero diſcedere haud poſſe: Nam & inde vagi concubitus ſequerentur: &, ſi pacta de rebus aliis violare non licet, quanto minus illud poterit diſſolui, quod tot pignorum vinculo continetur, vnde pendet honeſta tum propagatio tum educatio nobiliſſimi animantis, quem vocamus hominem. v. idem PVFENDORF. *d. c. 1. §. 20.*

§. IV.

At ius diuinum non tantum ſpurcitiei genus omne prohibet. v. 1. *Theſſalon. IV, 3. 4. 5. 7. Coloſſ. III, 5. ſequ. Acta Apoſtol. XV, 20. 29. Epheſ. IV, 19. V, 3. 4. 5.* ſed & diſſolutionem matrimonii non niſi ex grauiſſimis cauſis fieri permittit. Vt vero matrimonium benedictione ſacerdotali in facie eccleſiae confirmetur, nullibi in diuinis literis praeceptum legitur. Quanquam id inſtitutum honeſtatis ſit pleniſſimum, & PLATO ac ZENO propterea reprehendantur, quod occultas concilient nuptias, καὶ λαθραίας κατασκευάζωσι γάμους, vt loquitur CHRISOSTOM. *in Matth. homil. 6.* Certe morem illum, ab Hebraeis traditum, Chriſtiani perpetuo in vſu habuerunt & Franci maiores noſtri ſecuti ſunt. v. *Diſſertatio noſtra de matrimonio putatiuo. §. 4.*

Et deinde, quid diuinum ius in coniunctione maris & foeminae requirat.

§. V.

Igitur matrimonium conſcientiae ſecundum ius naturae & diuinum inter licita habebitur, etſi non palam contrahatur, ſi modo eidem accedant, quae concubinatui praeſcribit AVGVSTINVS, cuius verba e libro quinto *de bono coniugii* digniſſima ſunt, quae huc adſcribantur. *Solet etiam quaeri, cum maſculus & foemina, nec ille maritus, nec illa vxor alterius, ſibimet non filiorum procreandorum, ſed propter incontinentiam ſolius concubitus cauſa copulantur, ea fide media, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, vtrum nuptiae ſint vocandae? Et poteſt quidem non abſurde hoc, appellari connubium, ſi vsque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamuis non ea cauſa coniuncti ſint, non tamen vitauerint, vt vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne naſcantur.* Apud Romanos ſane concubinatus erat etiam coniugium, licet inaequale, *l. ſi quis 3. verſ. quod ſi alterutrum C. de natural. lib.* & concubina ab vxore nonniſi dignitate differebat. *L. 49. § 4. de legat. 3.* Plane vt Ælius Commodus Verus, SPARTIANO referente, *vxorem eſſe dignitatis nomen, non voluptatis*, dicebat. Hinc etiam adulterii poterat accuſari, *L. ſi vxor, 13. pr. ad L. Iul. de adult.* & liberi inde nati (qui naturales dicebantur) ſi liberi aut vxor legitima non adeſſent, in duas vncias patri ſuccedebant; ſin vero illi adeſſent, boni viri arbitratu alendi erant. *Nou. 89. c. 12. & cap 15.* Videnturque Romani praecipue ad euitandas magnas impenſas, quas matrimonium & maieſtas matronarum exigebat, concubinas habuiſſe. Id quod Marci Antonini Philoſophi exemplum comprobat, quem, Fauſtina vxore mortua, ne tot ex

Hinc, quibus conditionibus matrimonium conſcientiae admitti poſſit, diſpicitur.

ea

Digitized by Google

ea susceptis liberis nouercam superinduceret, concubinam duntaxat sibi adsociasse Procuratoris sui filiam, memorat *in vita eius* Ivlivs Capitolinvs. Caeterum, vt matrimonium conscientiae in Imperio nostro valeat, non modo requiritur, id tantum inter duos (nam & Iure Romano iustae vxori pellicem superinducere non licebat. v. *l. vnic. C. de concub. l. final. C. commun. de manumiss. Nou.* 18 *c.* 5. adde *c.* 4. *& sequ. distinct.* 34.) cum voto & intentione perpetuae ac indiuiduae consuetudinis iniri, nec liberorum natiuitatem in eo impediri, sed & illud contracturos, vel superiorem non recognoscere, vel saltem superioritatis territorialis esse compotes, qui legibus Imperii & Constitutionibus ecclesiasticis, concubinatum vetantibus, derogare possint.

DISSERTATIO
DE
APERTVRA TESTAMENTORVM.
Von Oeffnung der Testamenten.
PROOEMIVM.

Inter publicas hominum actiones firmissimam legem esse, inter priuatas sanctissimum testamentum, haud sine ratione pronunciauit Cic. *in Phil.* 11. *circa finem*; vti enim legi latae, ita & vltimae voluntati, quae pro lege habetur *c.* 2. *vers. deponat. auth. de nupt. Nou.* 22. satisfieri oportere, nemo probus inficias ibit; quandoquidem homini mortuo nihil magis debetur, quam, vt voluntas eius & non rediturum arbitrium conseruetur *l.* 1. *C. de S. S. Eccl.* Hinc, quo firmius starent vltima elogia, quo certius executioni mandarentur, quo tutius denique conseruarentur, & ab omni temporis hominumque iniuria vindicarentur, saluberrimas aeque ac sanctissimas legumlatores constituerunt & promulgarunt leges. Cum vero sententia testatoris effectum consequi ante non possit, quam constet, quid voluerit, necessarium erit, vt voluntas illa, vbi tabulis continetur, in notitiam hominum perueniat, & *testamenti*, quam vocant, *apertura* instituatur, de qua toti in Digestis & Codice tituli extant. Et haec materia thematis inauguralis loco est selecta.

§. I.

Igitur de *Apertura testamentorum* acturus, nolo curiose de Etymologia vocabuli dispicere. Quemadmodum & de hoc facile constat, alienam esse ab hoc loco aperturam illam, de qua publici Iuris & feudorum scriptores tractant; quando scilicet subditi regionis Domino, vel Vasallus Seniori suo vrbem vel arcem aperire tenetur, quod *Ius aperturae*, Germ. die Oeffnungs-Gerechtigkeit vocatur, de quo praeter Scriptores Iuris publici & feudalis inspici potest integra tractatio D. Ahasveri Fritschii.

§. II

Digitized by Google

§. II.

Ad noſtrum potius ſcopum ſpectat, diſpicere, quemadmodum in iure noſtro vocabulum *Aperturae* accipiatur; non enim vnius eſt ſignificationis; nam interdum ſumitur pro *tenore teſtamenti inſpecto l. vn. C. de caduc. tollend. & l. 6. de transact.* deinde pro *ipſa apertione ſeu aperiendi actu*, quae ſignificatio huius loci eſt; hoc autem modo rurſus dupliciter accipitur, vel pro *naturali apertura*, vt in *l. 3. §. 18. & ſeqq. ff. de SCt. Silan.*; quando quis ſcilicet facit, vt id, quod naturaliter clauſum eſt, videri poſſit & oculis percipi. GOTHOFRED. *ibi lit. O.*; vel pro *ciuili*, quae ſecundum leges & mores ciuitatis ſolenni quodam ordine fit *l. 2. C. teſtam. quemad. aper. ibi* GOTHOFR. CVIAC. *in parat. C. h. t.*; in qua poſteriore hic ſumitur, vt prior tamen non omnino excludatur. Caeterum *aperturae* vocabulo venire *inſpectionem*, *lectionem* & *deſcriptionem*, ſimul monendum eſt, vt patet ex *rubr. teſtam. quemad. aperiantur*, *inſpiciantur* & *deſcribantur*; cui enim conceditur aperiendi facultas, ei & inſpiciendi, & cui inſpiciendi, ei & legendi. GOTHOFR. *in not. ibi lit. X.*

§. III.

Ad vocabuli *teſtamenti* enodationem mihi iam eſſet deſcendendum, niſi interpretes Iuris eam ſatis accurate proſecuti eſſent; ne igitur in terminorum examine operoſior, quam ipſa rei tractatione, eſſe videar, plura hic addere non vacat, B. L. ad Dd. remittens. VOET. *ad pr. Inſt. de teſtam. ordin.* SCHNEID. *ad d. t. C. I. A. ad tit. qui teſtam. fac. poſſ.* HAHN. ECKOLT. *ad d. t.* Hoc vnicum hic notaſſe ſufficiat: *teſtamenta* hic loci ſumi pro *tabulis*; VOET. *d. l.*; per *tabulas* vero intelligitur *omnis materia*, cui vltima inſcripta eſt voluntas §. 12. *Inſt. de teſtam. ordin.*

§. IV.

Pluribus autem apertura inſignitur nominibus: dicitur etenim *apertura tabularum in l. 3. ç. 4. ff. de haered. inſtit.*; *inſpectio tabularum in l. 2. §. 5. teſtam. quemadm. aper.* Nonnulli promiſcue & indifferenter vocabulis *aperturae* & *publicationis* vtuntur *C. I. A. ad tit. ff. teſtam. quemad. aper. §. 2.* MEV. *p. 3. dec. 404. & part. 7. dec. 97.* minus tamen recte, cum magna inter vtrumque ſit differentia, quoniam apertura praecedit, publicatio aliquando ſequitur, &, qui eam non ſatis animaduertit, facile decipi poſſe, non temere exiſtimauit HARTM. PISTOR. *obſeru. 199. n. 18 & 19.* Differentia ex infra dicendis apparebit, vid. interea PISTOR. *d. l. n. 1. 18. & 19.* CARPZ. *p. 3. c. 5. def. 14. & ipſum iam allegatum* MEVIVM *p. 2. ad Ius Lubec. lib. 1. art. 11. n. 4. & ſeq.* Verum illi autores generaliter fortaſſe huius vocis ſignificatione vſi ſunt, quatenus *publicare* notat in *publicum efferre*, *propalare* & quaſi *publicum efficere*, v. *l. 17. de V. S. l. 4. ff. ad L. Aquil.* Sed quoniam commodius eſt, ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui, vt prudenter monet IMPERATOR *in* §. 5. *Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.*, tutius haud dubio erit, generaliore illa notione abſtinere, praecipue cum animaduerſum ſit, non tantum voces, ſed etiam res ipſas hac ratione confundi; inſpice, ſi libet *C. l. A. dicto loco.* Germ. dicitur: **die Oeffnung der Teſtamenten.**

§. V.

Hiſce generaliter cognitis, poſtquam ſcire aliquid non hoc ſit, verba ſolum intelligere & tenere, ſed vim & poteſtatem per *l. 17. ff. de ll.* ideo ad rem ipſam, & quidem ante omnia ad definitionem transgredi, ſecundum propoſitam methodum neceſſum erit. Definiri autem poteſt: *quod ſit actus, quo teſtamenti tenor facta reſignatione ſigillorum*

Digitized by Google

(*v. l. 1. §. vlt. ff. testam. quemad. aper.*) *iis, quorum interest, manifestatur*; vel, *quod sit actus legitimus, quo ad petitionem eorum, quorum interest, testamentum recluditur, ipsiusque tenor inspicitur.*

§. VI.

Generis remoti loco pono *actum*, ad excludendas videlicet significationes alias §. 2. notatas; *proximum genus* indigitaui per vocem *legitimus*, quia nempe est actus a lege seu iure ciuili (generaliter sumto, vti etiam sub se comprehendit ius praetorium) adinuentus & introductus; deinde, vt remoueam aperturam naturalem, quam ab hoc loco alienam esse; iam §. 2. dicere occupaui. Cum vero *actus* vocabulum generale sit, vt liquet ex *l. 19. ff. d. V. S.*, differentiam a causa efficiente, formali & finali desumtam adieci, in verbis: *quo ad petitionem eorum, quorum interest, testamentum recluditur, ipsiusque tenor inspicitur.*

§. VII.

Aperturam, quam iam definiuimus, partitur D. STRVV. *Exercit. XXXIV. §. 41.* in *simplicem* vel *nudam* & *solennem*. Illam vocat, qua inspicitur testamentum, vt modo inde sciri possit, an debitae solennitates obseruatae, quiue adfuerint testes, quis haeres scriptus, & quibus aliis in testamento quid relictum; haec est, quae fit citatis a magistratu competente haeredibus ac omnibus, quorum interest, nec non testibus, vt hi sigilla sua & subscriptiones agnoscant. Posses etiam dicere, aliam esse *priuatam* siue *extraiudicialem*, quae scilicet sine magistratus interuentu, voluntate & conuentione eorum, quorum interest, suscipitur, adhibito plerumque Notario, saltem eo fine, vt sciri possit, quis haeres scriptus, quaeue legata relicta sint; & *solenniorem*, quae coram magistratu, citatis his, quorum interest, peragitur.

§. VIII.

Causa aperturae *efficiens remota est Ius Ciuile*: licet enim, vt testamenti factio, ita apertura etiam Iuri Gentium adscribi possit, tamen, quia potiores saltem ex Iure Ciuili sortitur effectus, certamque ab ipso accepit formam, ipsi etiam eosdem natales asserere nullus dubito, suffultus ratione & autoritate ICti huius seculi celeberrimi, FRANTZKII, *qui Exercit. Iurid. VI. quaest. 1. n. 6. & 7.* in hunc modum differit: *quando in quibus quaeritur, num hoc vel illud ex Iure Gentium vel Ciuili sit, non hanc habet significationem, quasi illud, quod asseritur, esset Iuris Gentium, nullo modo Iuri ciuili, & contra, quod Iuris ciuilis, nullo modo Iuri Gentium cognitum sit; alioquin pauca habebimus in Iure nostro, quae dici possent mere ciuilia. Sed quando Ius ciuile & Gentium circa productionem alicuius effectus, tanquam causae sociae, concurrunt, totus effectus alteri solum adscribi solet, quod maiorem in efficiendo contribuit vim, alteri non aeque, etsi eius efficacia non omnino conquieuerit.* Nec etiam illud tantum iuris ciuilis est, quod ab eo inuentum; sed &, quod ab eo informatum est, & perfectionem, suam accepit per §. 1. *Inst. de oblig. & l. 130. de V. S.* An moribus etiam hodiernis recepta sit apertura? quaeri solet. Sane quidam in desuerudinem abiisse contendunt, quia rationes Iuris veteris cessent, PRVCKMAN. *cons. 48. n. 10.* DAVTH. *ad l. 2. C. de testam. n. 9. p. 393.* Quod quidem concedi potest, quantum attinet rationes publicas & fiscum concernentes, non etiam priuatas. VINNIVS *in not. ad* WESENB. *test. quemad. test. aper.* exiguum tantum vsum habere tradit, quia nunc fere omnia testamenta a Notariis rediguntur in scripturam, & sint instrumenta publica; ac proinde tale testamentum haeredem propria autoritate & sine iudicis praesentia aperire posse, quia fidem perpetuam habet a Notario, vt non sit necessum, illud publicari. At enim vero haec

priua-

Digitized by Google

priuatam aperturam non ſtringunt: deinde etiam teſtamenta a Notario in ſcripturam redacta ſolenniter aperiri ſolent. Exemplo ſit teſtamentum Sereniſſimi quondam Haſſiae Landgrauii, Ludouici IV. pientiſſimae memoriae Principis, de quo in Actis Haſſiacis in documentis ad deductionem cauſae principalis lit. O. haec leguntur inter alia: Daß Sie auch die darbey gebrauchte Notarien und Zeugen erforderten, ihre Hand und Siegel zu agnoſciren, und zu bezeugen, daß ſolch fürgelegtes Teſtament wäre, ſo hochermelter Landgr. Ludwigs F. Gn. ſeliger Chriſtmilder Gedächtniß hinterlaſſen hätte ꝛc. qualia exempla etiam alibi extare, notum eſt. Denique grande eſt poſtulatum, hodie teſtamenta fere eſſe inſtrumenta publica; nam experientia, in Germania praeſertim, paſſim reclamat, etiam in teſtamentis illuſtrium. vid. SPRENG. *in conſultat. p.* 375. vbi deliberat; Wie die Apertur der Fürſtl. Fr. Wittib zu Butzbach Landgr. zu H. hinterlaſſener letzter Wille vorzunehmen?

§. IX.

Cauſa efficiens proxima ſunt non tantum haeredes *l.* 2. *pr. Teſt. quemad. aper.* ſed omnes, qui eam ſuo vel alieno nomine deſiderant *l.* 1. *pr. l.* 2. *d. t.* etiam fiſcus eam petere ſolebat propter vectigal viceſimae iuxta PAVL. *l.* 4. *ſent.* 6. *C. I. A. d. l.* §. 4. ex DVARENO; fideicommiſſario quoque vniuerſali petitionem aperiendi teſtamenti permiſſam eſſe, ſcribit ZOESIVS *ad d. l. n.* 11.; non item legatario, cum deſtituto teſtamento nihil debeatur, niſi quod clauſula codicillari relictum patet; verum refellitur haec poſterior ſententia per textum generalem *d. l.* 1. & ſpecialem in *l.* 2. *d. t.* Caeterum verba generalia in *d. pr.*, *omnibus quicunque*, ad honeſtos petitores reſtringenda ſunt, ſcilicet ad eos, quorum quodammodo intereſt; ideoque iurare tenentur de calumnia, id eſt, ſe non animo calumniandi eam petere, ſed putare, aperturam ſibi profuturam *l.* 3. *C. eod. l.* 15. *ad Exhib. C. d. iurei. propter calumn. C. I. A. d. l.* §. 4. Sunt etiam aliqui, qui non opus habent apertura, ſcilicet qui aliunde ſciunt, ſe haeredes eſſe, modo iure veteri ex aſſe inſtituti eſſent; nam, ſi ex parte tantum quis inſtitutus foret, apertura tabularum legibus Caducearіis, Iulia & Papia, requirebatur, quae leges tamen poſtea mutatae ſunt *l.* 1. *in fin. ff. de Iur. & fact. ignor. l.* 3. *C. de iur. deliber. l. vn.* §. 1. *&* §. *in nouiſſimo C. de Caduc. tollend.* SCIPIO GENTILIS *de ſcientia haeredum c.* 2. *p.* 14.

§. X.

Quid autem, ſi nulli, teſtamenti obſignati & iudicialiter inſinuati aperturam petentes, inueniantur, nec iudex haeredes ab inteſtato ſuccedentes, multo minus in teſtamento ſcriptos nouerit? Eo caſu is curare debet, vt interuenientibus optimae opinionis viris teſtamentum aperiatur, & poſt deſcriptum & recognitum factum ab iisdem, quibus interuenientibus apertum, claudatur & obſignetur. *l.* 7. *verſ. nec ad rem teſt. quemad. aper.* quo effecto, tum demum iudex haeredes aliosue, quorum intereſt, ſolenniter citare poteſt. CARPZ. *p.* 3. *concl.* 5. *def.* 25. BRVNN. *ad d. l.* 7. *n.* 3.

§. XI.

Obiectum conſtituunt omnia *teſtamenta* (vid. ſupr. §. 3.) *authentica*, non exempla *l. vlt. ff. teſtam. quemadm. aper.* non ſolum vere & proprie, de quibus *in tit. qui teſtam. facere poſſ.* ſed etiam improprie & abuſiue talia, vt ſunt: teſtamenta falſa, iniuſta, irrita, rupta & imperfecta *l.* 2. §. 1. *teſt. quem. aper.* imo quaecunque ſcriptura, qua vltima expreſſa eſt voluntas *d. l.* 2. §. 2. *l.* 1. §. 2. *de tab. exhib.* Codicilli *l. pen. ff. teſtam. quemadm. aper. l.* 3. *C. eod.* teſtamentum inter liberos & ad pias cauſas &c. C. I. A. *d. l.* §. 2. tam publi-

Digitized by Google

cum, quam priuatum; licet illud, quod publica sustinetur fide, publicatione non indigeat. CARPZ. *p. 3. C. 5. d. 24.* HARTM. PISTOR. *d. Obseru. 199.* BRVNNEM. *ad l. 2. C. de testam.*

§. XII.

Quid autem sentiendum de *testamento nuncupatiuo*, an & illud commode ad materiam aperturae referri potest? De *nuncupatiuo, in scripturam probationis gratia* redacto, nullum videtur dubium; cum omnem scripturam & tabulas, vltimam continentes voluntatem, quocunque tenore formatas *l. 2. §. 2. l. vlt. C. test. quem. aper.* aperturae obiectum esse, praecedente theſi monuerim; multo ergo minus de *nuncupatiuo implicito* s. *relatiuo* aliis dicto (vid. SCHNEID. *ad §. 11. Inst. de testam. ordin.* MEYER. *d. l.*) dubitandum erit; cum charta illa clausa & obsignata, ad quam testator se refert, vtique sit aperienda, vt inde pateat, quaenam sit testatoris voluntas; De *testamento* vero, *sola constante nuncupatione*, maxime dubitari potest, quoniam testamenta tabulis inscripta facere seu constituere obiectum, patet ex *l. 1. pr. ff. d. t. §.* etiam *3.* & praecedenti dixi: deinde propria aperturae significatio videtur quoque illud excludere; apertura quippe nihil aliud est, quam reclusio, explicatio & resignatio illius, quod conuolutum, clausum & obsignatum est, quod in tale nuncupatiuum cadere non posse, in aprico est. Interea & hoc testamentum publicari posse largior; verum distincta est a publicatione apertura, vt paulo ante docui. Sed nec illud diffitendum est, loco aperturae solennis esse *testium examen*, quod absque solennibus, sub iuramento tamen, fieri solet *l. fin. §. fin. C. de testament.* BRVNN. *ad l. 4. ff. test. quem. aper. n. 1.* confer. FRANCIS. BARRY *de coniect. vltim. volunt. l. 11. lit. K. n. 6.*

§. XIII.

Vt firmetur regula exceptionibus, eae etiam subiiciendae sunt. Excipiuntur autem quaedam prohibita *lege*, quaedam *voluntate testatoris*: Lege (1) Testamentum, quod ad alicuius ignominiam pertinere dicitur. *l. 3. C. d. t.* Scilicet quae denotandi *alicuius* gratia scribuntur *l. 54. de leg. 1.* velut exhaereditatio, praeteritio. GOTHOFR. *ad d. l. 3.* (2) Lex vetat diem & consulem aperire, & inspicere *l. 2. §. 6. ff. l. 36. testam. quemad. aper.* ratio est in *d. l.* ne scilicet quid falsi fiat, &, cognito tempore, aliud testamentum adstrueretur, quasi idem esset cum vero. BRVNN. *ad d. l. 3. C.* Sicut etiam alias instrumenta, quorum editio ante litem contestatam instructionis, non probationis causa, petitur, sine die & consule edi solent *l. 1. §. 1. de edend.* (3) Testamenta viuentis; nam magistratus non concedet, aperiri tabulas eius, qui viuit, aut quem viuere existimat, imo dubitat, num viuat *l. 2. §. si dubitatur 4. h.* quod GOTHOFR. *in not. ibi lit. V.* eo extendit; vt viuo testatore nec Notarius debeat edere testamentum; & huic regulae tamdiu standum esse, licet quis interesse suum alleget, donec exceptio probetur, arbitratur BRVNN. *ad d. l. 2. n. 6.* nam factum Augusti Caesaris, qui M. Antonii, Collegae sui & Triumuiri, quem viuere sciebat, testamentum aperiri, & publice in Senatu & pro concione recitari iussit, id, vt nefarium & sceleratum, ab omnibus notatur: quamuis Augustus videatur graues & iustas causas habuisse contra Antonium, patriae hostem & propemodum proditorem, cuius rei non potuerit melius aliter conuinci, quam ex ipsiusmet testamento. vid. SCIP. GENT. *de scient. haered. c. 2. p. 15.*

§. XIV.

Cum ergo testamenti apertura eousque prohibeatur, donec mors probetur, vita autem, non mors praesumatur, CARPZ. *Iprud. Eccleſiaſt. lib. 2. tit. 9. def. 166.* ideo hic quaeritur, si de morte certo non constet & adhuc dubitetur, quomodo sit probanda, adhoc

vt

Digitized by Google

vt liceat tabulas aperire? ACCVRSIVS semiplenam sufficere probationem, per vnum se testem vel praesumtionem, obseruauit *not. in edit. mea ad d. l.* Sed cum semper in dubio, quotiescunque in legibus nostris probatio requiritur, plenior desideretur. ECKOLT *ad tit. de probat. & praesumt. §. 2. per L. 83. ff. de condit. & demonstrat.* ideo eam hic requiri & regulariter necessariam esse, statuendum omnino est. Aperturam ergo petentibus incumbet probatio mortis per instrumenta publica. *arg. l. 11. C. de fide instrum.* per libros parochiales. STRVV. *Exerc. XXIX. th. 54.* per duos testes omni exceptione maiores. CARPZ. *p. 1. c. 13. def. 4. n. 5.* per iuramentum. *l. 11. §. fin. de iureiur.* & alios modos, quos vid. ap. BERLICH. *p. 1. conclus. 36. n. 6. seqq.* Rectissime tamen monet CARPZ. *d. def. 4. n. 2.* Iudicis arbitrio relinquendum, quaenam sit plena probatio, adeoque, an satis etiam sit probata mors. Dixi regulariter; nam quin etiam interdum, in occulta scilicet mortis specie, semiplena vnius testis (de visu tamen) probatio sufficiat, nullum subest dubium, & satis erudite aeque ac accurate demonstratum iuit D. BERNHARDVS LVDOV. MOLLENBECIVS *in dissertatione de anno luctus, aph. 6.* qui omnium loco hic allegatur.

§. XV.

Ab *aperturae solennis obiecto* remouentur *testamenta publica fide* confecta, vel etiam a Notario in publicum instrumentum redacta; item, si viuus testator coram Notario aut magistratu, vt testes suas scripturas & signacula recognoscerent, curauerit, STRVV. *Exercit. XXXIV. §. 45. Confer.* BARDILI *Exerc. forens. 5. §. 3.* Et licet de testamentis adhibito Notario factis multis disputet GILCK. *ad l. 1. C. testament. quem. aper.* tamen istam sententiam receptam esse, post DAVTH. & COVARR. docet D. BRVNNEM. *ad d. l. 2. C.* vt ut idem non neget, solennem publicationem hodie adhuc vtilem esse ad cautelam & ob periculum amissionis. Idque non raro fit hodie etiam in testamentis Principum; respiciantur dicta in th. 8.

§. XVI.

Tractatione materiae absoluta, ad *formam* progrediendum erit. Duae autem species, supra th. 7. notatae, in quo intuitu formae inter se conueniant & disconueniant, manifestum euadet, si perpenderimus, quae vtrique sit *communis*, quae vnicuique *propria*.

§. XVII.

Vtriusque speciei formae commune est, (1) vt testamenta proferantur *l. 1. C. d. t.* edantur & extradantur; testamentum enim, tanquam commune instrumentum, ad fundandam intentionem eius, qui quid relictum sibi esse dicit, edendum esse docet BACHOV. ad TREVTL. *vol. 2. disp. 5. th. 4. lit. A. per l. 1. C. de edend.* ECKOLT. *ad d. t. ff. §. 14.* Quibus autem vtamur remediis ad hoc, vt testamentorum instrumenta edere possidens cogatur, dispiciendum erit. Casus hic probe sunt distinguendi: aut enim quis confitetur, apud se tabulas esse, earum tamen copiam facere detrectat; contra eum datur extraordinaria, deficiente ordinaria, persecutio, GAIL. *lib. 1. observ. 106. n. 5. C. l. A. d. l. §. 4.* ECKOLT *h. t. §. p.* qua, implorato iudicis officio, petimus, vt tabulas detinens ad exhibitionem earum cogatur, & inde nobis copia aperiendi fiat, *arg. l. 1. 2. & 3. C. d. t.* Tempus tamen ei & iustae ad exhibendum dilationes, habita ratione loci, concedendae sunt *l. 2. §. 7. ff. d. t. l. 1. §. 1. ff. de tab. exhib.* Aut omnino negat, se tabulas habere *l. 2. §. fin. ff. test. quem. ap. l. 1. pr. de tab. exhib.* vel dolo desiit, vt non amplius habeat *d. pr.*, & contra illum datur illis, quorum interest, interdictum de tabulis exhibendis; quo agitur,

Digitized by Google

vt tabulae exhibeantur *t. t. de tab. exhib.* vid. Bach. ad Trevtl. *vol. 2. disp. 25. th. 1. lit. F.* Eckolt. *ad d. t. §. 3.* Liberatur tamen, si iussus iurat, se nec possidere, nec dolo desiisse possidere *l. fin. C. de fid. Instrum.* Carpz. *tit. 14. art. 4. num. 56.*; Aut haeredi negat; & huic competit actio ad exhibendum & rei vindicatio, vt aliarum rerum, ita etiam tabularum *l. 3. testam. quem. aper. l. 3. §. 8. ad exhib.*

§. XVIII.

(II.) Vt aperiantur; quid autem sub apertura contineatur, supra *th. 2.* dictum est; nempe (1) tabularum obsignatarum apertio *l. 2. C. test. quem. aper.* non clausae enim apertione non indigent; (2) Inspectio & lectio, quae sub inspectione comprehenditur *l. 2. §. 5. ff. d. tit.* (3) Descriptio *l. 1. pr. l. vlt ff. d. t.*

§. XIX.

(III.) Vt haec apertura, iure communi veteri, a praesentibus post tertium vel quartum diem, Pavl. *l. 4. sent. tit. 6.* iure nouo post nouem dies fiat, *Nov. 115. c. 5. §. 1.*; nam dilationem non recipit apertura, nec appellatione suspenditur *l. vlt. in pr. de appellat. recip. vel non.* Mevivs *p. 3. d. 405.* ab absentibus intra eos dies, cum supertueniissent; Iure vero Saxonico post tricesimum diem. Wesenb. *in parat. & ad tit. testam. quem. aper. n. 4.*

§. XX.

Hactenus de vtrique speciei communibus ratione formae dicta sufficiant. Nunc ad vnicuique, & quidem *nudae seu simplici propriae* accedendum est; &, cum illa modici sit praeiudicii, Hartm. Pistor. *observ. d. n. 16.* quippe quae non intentione insinuandi seu publicandi, sed tantum inspiciendi & describendi, vt idem Pistor. *d. l. n. 17.* docet, & eo fine fit, vt particula illa, quae petentem concernit, ipsi communicetur, quemadmodum loquitur Brvnnemann. *ad l. 1. C. d. t. n. 8.* nullam exposcit solennitatem; iuramentum tamen calumniae a petitore praestari debet, vt iam supra dicere praeoccupaui *th. 9.* adhibendae etiam spectatae fidei personae, in quarum praesentia tabulae recluduntur, & lectae vel descriptae rursum obsignantur, in futuram scilicet solennem aperturam, de qua *l. 2. C. d. t.* loqui existimat Brvnnem. *ad d. l. Conf.* Strvv. *d. Exerc. §. 41.*

§. XXI.

Forma solennis aperturae est, (1) vt coram magistratu seu iudice competente, sub cuius scilicet iurisdictione testator vixit, vel a quo aperturam mandauit fieri *l. 2. C. d. t.* Brvnnem. *ad d. l. n. 2.* confer. Scip. Gent. *l. 1. de iurisd. c. 21.* vbi disquirit, an iurisdictionis sit voluntariae, an contentioſae? (2) Hic citet testes, qui testamentum subscripserunt & subsignarunt; quorum aliqui (3) si non compareant, potest Praetor vel cogere praesentes, vt conueniant *l. 4. ff. d. t.* vel, vbi absentes sunt, ad eum locum, quo degunt, tabulas mittere, vt ibi sigilla sua recognoscant *l. 7. ff. d. t.* vbi elegans redditur ratio: quod officium suum nemini debeat esse damnosum. Sed nec (4) aspernandum, quod habet Sprenger. *supra allegata Consultatione p. 375.* Bey welcher, zu mehrer cautel, nicht schaden könte, daß die übrige Zeugen, welche anwesend, nach beschehener Ihrer recognition, als zwey oder drey, von dem Notario befragt würden: Ob sie gewiß wüsten, daß dieses die Abwesenden unterschrieben, und ob sie ihre Hand wohl kenneten, auch ob sie Wissenschafft trügen, daß dieselbe sowohl zu dem actu subscriptionis & sigillationis a testa-

Digitized by Google

teſtatore erſucht wären. Welches, wann ſie bey gutem Gewiſſen atteſtiren, könte ſolches von dem Notario ſeinem Apertur-Inſtrument einverleibet werden. Verum (5) nec aſſertio teſtium, nec recognitio ſigillorum ſub iuramento fit. BRVNNEMANN. *ad l. 4. ff. d. t. num. 1.*

§. XXII.

Duae hic ſe ſiſtunt quaeſtiones, quae ſicco (vt dicitur) pede non ſunt praetereundae; Prima eſt: Si quis ex teſtibus ſigillum ſuum neget, an teſtamentum fiat ſuſpectum? Affirmatur *in l. 1. §. 2. d. t.* Verum HAHN ad WESENB. *d. t. n. vlt.* ad explicationem huius textus tres diſtinguendos caſus eſſe, putat: (1) cum quis aperte ſigillum ſuum eſſe negat, nec appoſuiſſe dicit; quo caſu ſuſpectum redditur; (2) cum quis ſimpliciter non agnoſcit, & tunc, ſi ſit alienum, fit rurſus ſuſpectum; (3) cum apparet ſigillum, quia in eo reperiuntur vel arma vel literae deſcriptae; tunc, quia praeſumtio eſt pro ſigillo, ſubſiſtit teſtamentum. vid. omnino HAHN. *d. l. & C. I. A. d. l. §. 5.*

§. XXIII.

Altera quaeſtio maioris indaginis eſt: an ſcilicet, vno vel pluribus teſtibus ante aperturam mortuis, teſtamentum corruat & intercidat? Communiter Dd. affirmant, quos vide allegatos a C. I. A. *d. l. §. 5. & BRVNNEM. ad d. t. ff. & C. vbi ad l. 1. num. 7.* de illa opinione, ſi magis ex legibus, quam opinionibus, iudicandum ſit, valde ſe dubitare cum DVARENO dicit; contrariam ergo, vt meliorem, amplectitur ad *l. 4. ff. d. t. n. 4.* cum quo etiam facit ANTON. FABER. *6. de error. pragm. 3. & ſeqq.* DVARENVS & VINN. *ad §. 7. n. 3. Inſt. de teſtam. ordin.* C. I. A. *d. l. §. 5.* & alii, quibus etiam meum dare nomen, ſuffultus illorum rationibus, nullus dubito: (1) quia in *l. 6.* dicitur: maiore ſignatorum parte interueniente poſſe reſignari teſtamentum: (2) quia nullibi habetur hic modus irritum reddendi teſtamentum: (3) quia illa inſpectio & recognitio non, vt formalis aliqua teſtamenti ſolennitas, requiritur, ſed ad certiorem voluntatis probationem; ſufficit igitur, ſi conſtet de ſubſcriptionibus & ſigillis, quorum fides aliis argumentis & coniecturis confirmari poteſt; nam manus alicuius ſubſcriptio & ſigillum pluribus nota eſſe poſſunt, vid. allegatos auctores. VIGL. *in §. 7. de teſtam. ordin.* Dictis fruſtra obiicitur *c. 2. extr. de fide inſtrument.* Iuri enim ciuili hic ius Canonicum derogare non poteſt. BRVNN. *ad l. 1. C. d. t.* deinde non loquitur de teſtamentis, ſed de aliis ſcripturis priuatis. ECKOLT. *d. t. §. 4.* Cautelam tamen ſuppeditat ROL. A VALLE *lib. 1. conſ. 36. in fin.* qua his diſputationibus mederi liceat; ſi videlicet teſtator viuus per notarium teſtes ſuas recognoſcere manus faciat, & inſtrumentum deſuper fieri.

§. XXIV.

Caeterum (7) haeredes, legatarii, ſi non ignorentur, & omnes, qui intereſſe habent, citandi: praeſertim vero, qui alias ab inteſtato ſucceſſuri erant, & quidem, ſi certi ſunt, ſpecialiter, ſi incerti, generaliter. BRVNNEMANN. *ad l. 1. C. n. 3. & ad l. 4. ff. n. 2. d. t.* Et (8) ſi ita omnes conuenerint, neceſſum erit, vt omnes in aperturam conſentiant. PISTOR. *d. obſ. n. 4.*

§. XXV.

Hinc ſequitur (9) publicatio tabularum, proprie ſumta, quae nihil aliud eſt, quam teſtamentum manu priuata confectum in monumenta publica referre *l. 18. C. de teſtam.* vt poſtea eidem plena adhibeatur fides, etiamſi teſtes moriantur; vel, vt verbo dicam, nihil aliud eſt, quam authenticare. PISTOR. *d. obſerv. n. 4.* Eſt autem inſignis publicationis huius

Digitized by Google

huius effectus, vt dixi; nempe quod accipiat vim plene probandi, licet teſtes omnes deceſſerint, BRVNNEM. *ad l. 2. C. teſtam. quem. aper.*

§. XXVI.

Et haec de *forma* inpraeſentiarum dixiſſe ſufficiat; quae tamen ſecundum locorum & conſuetudinem & leges variat. *l. 3. C. d. t.* Obſeruanda igitur in aperiendis tabulis conſuetudo. Illud adhuc hoc loco addendum: quod hodie etiam apertura ſolennis poſſit fieri coram Notario, teſtante id ipſum praxi, C. I. A. *d. l.* § 5. licet diſſentiat GILCKEN. *in l. 2. C. de teſtam.* Formulam huius rei ex actis, a Senatu Hamburgenſi Inclytae Facultati Iuridicae huius academiae ante aliquot annos miſſis, » excerptam adſcribere non pigebit: » Anno 1648. *d.* 22. *Nov.* me Notario infra ſcripto praeſente & ad actum praeſentem » ſpecialiter rogato, apertio facta eſt huius ſcripti, quod in ſe continet teſtamentum ſeu » vltimam voluntatem I. P. & cum aperiretur, officium faciente C. M. Notario publ. » aderant omnes ſubſcripti teſtes, facta manuum ac ſubſcriptionum ſuarum recognitio» ne & vt manus ſeu ſubſcriptiones defuncti I. P. omnes ac ſinguli vnanimiter confeſſi » ſunt, reperire ac videre ſe hic ſubſcriptiones ſuas ſinceras & legitimas, vt & prae» ſcriptionem praedicti defuncti I. P. ſinceram & legitimam, quam ipſis praeſentibus » ille ſubſcripſerat; Rogantes deſuper, inſtrumentum bene & legitime factae apertionis » officii mei ratione confiere vellem, quod hic factum; notandum eſt hoc, quod, prius» quam fieret apertio praedicta, libellus hic probe ac firmiter obſignatus fuerit, ſaluis » vndequaque ſigillis, quae omnia ego infra ſcriptus Notarius officii ratione atteſtor. I. V. S. Not. Tandem & illud monendum, quod in plerisque locis moribus introductum ſit, vt pro apertura teſtamenti iudici offeratur honorarium, quod procul dubio ex communi haereditate praeſtandum eſſe, licet ea valde legatis ſit grauata, putat CARPZOV. *p. 3. conſt. 5. def. 26.*

§. XXVII.

Diſputationi vt finis fiat, ad *finem* aperturae propero. *Simplicis* ergo *finis* eſt, vt tantum appareat, quisnam ſit haeres ſcriptus, quibus aliquid relictum, an omnes obſeruatae ſint ſolennitates. PIST. *d. obſ. n.* 13. STRVV. *d. Exercit.* 34. §. 41. Finis praecipuus *Solennis* eſt, vt teſtamenta publicentur, & per hoc publica fide ſuſtineantur *l. 2. C. de teſtamentis*, &, ſi caſu poſtmodum intercidant, relicta in eo nihilominus valeant *d. l. 2.*

§. XXVIII.

Effectus aperturae ita factae eſt, quod liceat tranſigere; nam ſuper cauſa ex vltimis voluntatibus, quarum tenor nondum eſt cognitus, tranſigi non poteſt *l. 6. ff. de tranſact. l. 1. §. 1. teſtam. quemad. aper.* vsque adeo, vt huic legis diſpoſitioni renunciare non liceat *arg. d. l. 6. de tranſact.* IOH. A SANDE *l. 4. dec. Friſic. tit. 5. def. 15.* D. STRVV. *ad tit. de tranſact. §. 57.* deinde, vt haeres vel ex quota vel ex aſſe haereditatis inſtitutus petere poſſit miſſionem in poſſeſſionem rerum haereditariarum, ex *l. fin. C. de Edict.* D. HADRIANI *tollend.* de qua late tractantem vide MEYER *in C. I. A. d. l. §. 7. & ſeqq.*

§. XXIX.

Effectus per accidens eſt transmiſſio, de qua vid. omnino STRVV. *d. Exercit. §. vlt.*

DISSER-

Digitized by Google

DISSERTATIO DE EFFECTIBVS NON CONFECTI INVENTARII.

PROLOGVS.

INsignes inuentarii rite confecti esse effectus, dubitare neminem sinit Constitutio IVSTINIANI Imperatoris in *l. final. C. de iure deliberandi*, quam, vt aequissimam pariter & nobilissimam, laudat ipse §. 4. *de haered. qualit. & different. nisi quis omissa obseruatione Constitutionis illius, & deliberandum existimauerit*, (quae verba satis ostendunt, deliberationis beneficium hodie vsu non carere, quicquid aliqui dicant: Conf. *d. l. final.* §. 13. MEICHSNER. 1. *Decis. Camoral. 6.* D. AB EYBEN *Disq. ad Inst.* 11. *obs.* 4. VLRIC. HVBER. *praelect. ad D de iure deliberandi* §. 1.) *& sese veteri grauamini aditionis supponere maluerit.* Enimuero, quae sint illa grauamina, quiue effectus, cum non raro fluctuent Doctores, aut citra causam in diuersa discedant, non temere existimauimus, pretium operae nos facturos, si, quae vera heic sint principia, quidque citra haesitationem statuendum, cum cura examinemus. Sit igitur B. C. D.

SECTIO I.

DE EFFECTIBVS GENVINIS NON CONFECTI INVENTARII.

§. I.

SI haeres inuentarium haereditatis conficere negligat, primus haud dubie & verus est effectus, cum vltra haereditatis vires obligari. Sic enim IVSTINIANVS IMPERAT. *in l. final.* §. 14. *C. de iure deliberandi. Si quis nostram Constitutionem aspernandam existimauerit, & ad deliberationis auxilium conuolauerit, eius effectum habere, vt, si non intra datum tempus recusauerit haereditatem, omnibus in solidum debitis haereditariis teneatur: & non secundum patrimonii modum, sed, etiamsi exiguus sit census haereditatis, tamen quasi haeredem eum in totum obligari.* Paulo post: *Sciant omnes, quod omni modo post petitam deliberationem, si adierint vel pro haerede gesserint vel non recusauerint haereditatem, omnibus in solidum haereditariis oneribus teneantur.* Quod si autem ius vetus consulamus, rotunda est sententia VLPIANI *in l. 8. D. de acquirenda vel omittend. haeredit. Haereditas quin obliget nos aeri alieno, etiamsi non sit soluendo, plus quam manifestum est.* Conf. *l. 3. D. de bonor. possess. l. 33. D. solut. matrim. l. 119. D. de verbor. significat. l. 10. C. de iure deliberand.*

EFFECTVS PRIMVS non confecti inuentarii est obligatio haeredis vltra vires haereditarias. Cuius vera ratio indagatur.

Digitized by Google

Rationem multi arceſſunt a quaſi contractu aditionis. Sed perperam. Nam aduerſus haeredem, licet ex teſtamento, ob aditionem non actio ex teſtamento, ſed vetus tantum, aduerſus defunctum ipſum exercenda, competit actio. *l.* 12. *l.* 49. *D. de obligat. & action. l.* 7. *§.* 1. ibi: *datur actio depoſiti in haeredem, D. depoſiti. l.* 63. *§.* 8. ibi: *in haeredem quoque ſocii actio pro ſocio competit. D. pro ſocio.* Deinde is fortius, quam defunctus, non tenetur: quod tamen vtique fieret, ſi ob defuncti obligationem naturalem, cui ius ciuile non aſſiſtit, is ex ſuo quaſi contractu obſtringeretur. Vt optime vidit Bolognetvs *in l. nemo poteſt* 55. *de legat.* 1. *n.* 75. Adde, ſi ob ſolam aditionem reneretur haeres, nullam cauſam eſſe, quamobrem is in delictis, perinde vt ob litis conteſtationem defuncti, qua quaſi contrahitur, ipſe ex quaſi contractu ſuo in ſolidum conueniri nequeat. Equidem *in l. apud Iulianum* 3. *§. vlt. D. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.* dicitur: *Videri impuberem contrahere, haereditatem cum adiit.* Verum hoc certo tantum aſpectu dictum intelligi deber, quatenus haeres voluntate ſua ſe ſupponit haereditati (neque enim ad adeundum cogi poterat) adeoque aditio, vt in ſcholis loquimur, eſt cauſa ſine qua non: Videatur cum multis, quos profert, Frantzkivs *l.* 3. *Reſolut.* 6. *n.* 18. *ſequ.* Vera ratio eſt fictio iuris ciuilis, ſecundum quam haeres cum defuncto eadem eſſe perſona cenſetur, & ille, huius locum ſubeundo, eiusdem perſonam quaſi refert. *l.* 54. *D. de acquir. & omittend. haereditat.*

§. II.

Exceptio *huius prima in legatis.*

Exceptio notabilis eſt in legatis: Nam vulgo ex *l.* 1. *§.* 17. *ad SCt. Trebellian.* regula traditur: *Neminem oportere plus legati nomine praeſtare, quam ad eum ex haereditate peruenit.* Et certi inſubitatique iuris eſt, non poſſe plus rogari quem reſtituere, quam ei relictum eſt: quod amplius eſt, inutiliter relinqui. *l. filiusfamilias* 114. *§. apud Marcellum* 3. *de legat.* 1. *pr. I. de ſingul. rebus per fideicommiſſ.* Quam regulam etiam in legatis piis valere, notat *ad d. l.* 1. *ad SCt. Trebellian.* Brvnnemannvs. Hinc *l. final. C. de iure deliberandi*, quam paulo ante audiuimus, ſignanter ait: haeredem ob non confectum inventarium debitis haereditariis in ſolidum teneri. Et ſane, cum haeres ad praeſtanda legata ſe tantum ex quaſi contractu obſtringat, adeoque ab ipſo incipiat obligatio, in defuncto non radicata, ecquis credat, illum vltra id, quod in haereditate eſt, obligare ſe voluiſſe? Et licet haeres etiam hypothecaria actione teneatur, tamen nec illa vltra id, quod haeres ex haereditate defuncti accepit, porrigitur. Quanquam & hypotheca, quae legatario data, in *l.* 1. *C. communia de legatis*, valde anomala eſt & irregularis: nam primo legatarius in concurſu creditorum inter hypothecarios non collocatur, quoniam legata non intelliguntur, niſi deducto aere alieno. *§. final. I. de lege falcid.* Carpz. *part.* 1. *conſt.* 28. *def.* 117. Mevius *part.* 3. *Dec.* 381. Deinde & haec hypotheca tantum ab haerede incipit, eaque propter hypothecaria, quae alioquin indiuidua eſt, legati nomine contra haeredem pro rata tantum conueniri oportet. *d. l.* 1. *verſ. in omnibus C. commun. de legat.* Ioann. a Sande *l.* 1. *Deciſ. tit.* 12. *def.* 23. & *de prohibit. alienat. part.* 3. *c.* 7. *num* 6. 7. Berlich. *part* 2. *concl.* 67 *num.* 70. Negvsant. *de pignor. m.* 4. *part.* 2. *n.* 160. Ziegler. *Dec.* 24. Caeterum regulae, quam ſupra propoſuimus, ius nouum in *Nouella* 1. *c.* 2. *§.* 2. obſtare videtur; ſancit enim, non facientem inuentarium ſatisfacere oportere legatariis & fideicommiſſariis, *licet purae ſubſtantiae morientis transſcendat menſuram legatorum datio*, ſiue, vt in Graeco eſt: Κᾶν εἰ τὸ τῆς καθαρᾶς οὐσίας τῷ τελευτήσαντι ὑπερβαίνῃ μέτρον ἡτῶν λογάτων δόσις. Vnde colligit Desid. Heraldvs *l.* 2. *de rer. iudic. auctor.*

Digitized by Google

auctor. c. 2. §. 3. sequ. Haeredem, qui inuentarium non fecit, solidum praestare oportere, non modo creditoribus, quod dubium non erat, sed etiam legatariis & fideicommissariis particularibus; vt ita hoc modo & quartam amittat, si legata haereditatem exhauriant, &, si bona haereditatis non sufficiant, quod deest, de suo supplere teneatur. Quod etiam statuit BRVNNEM. *ad authent. cum testator. C. ad L. Falcid. n. 13.* WISSENBACH. *comment. ad l. fin. §. 12. C de iure deliber.* Enimuero acuta pariter ac verissima heic VLRICI HVBERI *praelect. ad tit. D. de iure deliberandi §. 8.* est obseruatio: puram ibi substantiam dici, quae deducta quarta ex lege Falcidia supereſt, vt apparet ex §. 1. *d. c. 2.* vbi IMPERATOR deductionem quartae Falcidiae vocat purificationem ignorantiae defuncti. Deductis igitur aere alieno & quarta falcidia, substantia est pura. Non facto autem inuentario, haeres vltra modum purae substantiae tenetur, quia Falcidiam amittit. Caeterum REFORMATIO FRANCOFVRTENS. *part. 6. tit. 3. §. 16.* contrarium ratione legatorum statuit.

§. III.

Altera exceptio est in militibus. Hos enim omissio inuentarii aeri alieno in solidum non obligat, sed tantum pro viribus haereditatis. *l. fin. §. final. C. de iure deliberandi.* Et iam antea GORDIANVS IMPERATOR militibus, qui damnosam haereditatem temere adiissent, succurri voluit, teste IVSTINIANO IMPERATORE in §. 5. *I. de haered. qualit. & different.* Idque etiamnum obtinere, tradit CVIACIVS *ad Nouell. 1. in calce* εἰτε στρατιωτικῶ. Equidem ACCVRSIVS, IASON, BALDVS, CASTRENSIS & SICHARDVS *ad d. l. final. C. de iure delib.* existimant, iuri huic per *Nouellam 1. c. 4. in fine.* derogatum esse. Sed perperam: ea enim tantum loquitur de amissione Falcidiae. Vt recte docet DVARENVS *ad tit. de militar. testam. c. 6,* WISSENBACH. *in commentar. ad d. l. vlt. pr. C. de iure delib.* Secunda *in milite.*

§. IV.

Tertia est in delictis: nam actiones, quae eorum nomine dantur, siue poenales sint, siue rei persecutoriae, siue mixtae, aduersus delinquentium haeredes non competunt, nisi quid ex delicto ad eos peruenerit, aut lis cum defuncto fuerit contestata. Quod cum ex iure Romano iam alii, & praesertim LAVTERBACHIVS *Dissertat. de transit. action. §. 31. sequ.* (vbi contra IACOB. GOTHOFREDVM, VINNIVM, A. FABRVM, de actionibus rei persecutoriis dissentientes, docte disputat.) prolixe deduxerint, nolo actum agere. Bene H. GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 21. §. 19. Haeres cur de caeteris debitis teneatur, de poenis non teneatur, vera causa haec est, quod haeres defuncti personam refert, non in meritis, quae sunt mere personalia, sed in bonis, quibus vt cohaerent ea, quae alicui debentur, ex ipsa rerum inaequalitate simul cum dominio fuit introductum.* Tertia *in delictis.*

§. V.

Sunt &, qui quartam & quintam exceptionem statuunt in Ecclesia & Fisco. Quos recte refutat FACHINAEVS *l. 6. controuers. 20. & 21.* Fiscus enim & ecclesia vtuntur iure communi, quoties speciali priuilegio non defenduntur. Conf. WISSENBACH. *part. 1. disp. 5 8. §. 21.* STRYCK. *de caut. testam. c. 22. m. 2. §. 3.* Quarta & quinta *in ecclesia aut Fisco, quae reiicitur.*

§. VI.

Quidam & sextam exceptionem addunt, si creditores & legatarii sciant atque confiteantur, haereditatem non fuisse soluendo. MEVIVS *ad Ius Lubecens. part. 2. tit. 1. art. 6. num. 5.* PEREZ. *Cod. tit. de iure deliberand. num. 12.* SICHARD. *ad d. l. fin. §. 4. C. de iure deliber.* Sexta, *si creditor confiteatur, haereditatem*

Digitized by Google

non fuisse soluendo, quae itidem reiicitur.

deliber. num. 1. 2. 3. ZOESIVS *ad tit. D. de iure deliber. num.* 15. & quos profert BRVNNEM. *Conf.* 62. *num.* 20. Quoniam, licet praesumtio iuris & de iure non admittat probationem in contrarium, tamen confessionem aduersae partis admittat. Enimuero & exceptioni huic parum solidi inest. Secundum enim ius vetus plus quam manifestum est, haeredem obligari aeri alieno, etiamsi haereditas non sit soluendo, vt supra diximus. Qui autem nouum negligit beneficium, vetus eligit grauamen, vt est in *l. final.* §. 14 *C. de iure deliber.* LAVTERBACH. *de inuentar. haeredit.* §. 23. *n.* 6. *& seq.*

§. VII.

Quidam statuunt, iure Canonum effectum, quem diximus, sublatum esse. Qui refelluntur.

Nonnulli opinantur, Iure Canonum haeredes, licet inuentarium neglexerint, vltra haereditatis tamen mensuram non teneri. GEORG. SCHVLZIVS *synopf. institut. tit de haered. qualit. & different. lit. E.* RITTERSH. *l.* 4. *de different. iur. ciuil. & Canonic. c.* 5. A quorum sententia merito abeunt FACHINAEVS *l.* 6. *controuerf.* 23. LAVTERBACH. *de inuentar. haeredit.* §. 23. *num.* 24. Etenim *in cap. Rainaldus* 18. *X. de testament.* quam pro sua sententia attulit RITTERSHVSIVS, tantum dicitur, si haeres inuentarium fecerit, tum etiam contra voluntatem testatoris falcidiam induci posse; & ex loco contrariorum, si non fecerit, tum eam induci non posse. Non tamen additur, ne vltra vires haereditarias teneatur haeres. Quod vero ad aequitatem, quam Ius Canonicum maxime intuetur, idem RITTERSHVSIVS prouocat; respondendum est, cum Ius Ciuile iustis ex causis ita statuerit, nec iure Canonico expresse contrarium sancitum sit, naturali illa aequitate valere iussa, dispositionem illam Iuris Ciuilis merito vigori suo relinqui.

§. VIII.

Iure Saxonico id certum est. Cuius ratio explicatur.

Illud certum est, iure Saxonico haeredem, inuentario etiam non confecto adeuntem, vltra vires haereditatis non teneri. Nam ita IVS PROVINCIALE SAXONICVM *lib.* 1. *art.* 6. Qui haereditatem percipit, debita soluit, quatenus defuncti haereditas vna cum omnibus mobilibus vel sese mouentibus durare noscitur, siue, vt in Germanica versione est, **als ferne das Erbe währet.** vid. SCHILTER. *Exercit ad Digest.* 38. §. 151. Idque adhuc hodie vsu receptum est. v. H. Pistor. *l.* 2. *quaest.* 2. *num.* 24. *sequ.* BERLICH. *part.* 1. *concl.* 48. *num.* 20. CARPZOV. *part.* 3. *const.* 33. *def.* 18. & ICti Saxonici passim. Qua in re Saxones secuti videntur merum ius naturale. Nam, secreta lege ciuili, rectae rationi vtique conuenientius est, haeredem vltra substantiam, quam defunctus reliquit creditoribus haereditariis, non obligari. Et quare haeres secundum ius Romanum creditoribus in solidum obligetur, est ex fictione, secundum quam haeres defuncti personam refert: At ius naturae fictionem hanc ignorat, & tantum propterea haeredem vult teneri, quoniam adeundo haereditatem se creditoribus tacite obstrinxit: non est autem probabile, quem vltra vires haereditatis aeris alieni onus suscipere voluisse. Aut, si dicamus, aes alienum bona defuncti tanquam hypothecam tacitam sequi, iniquum foret, hypothecae possessorem supra eius aestimationem obligari. v. PVFENDORF. *l.* 4. *de I. N. & G. c.* 10. §. 8. & *c.* 11. §. 19. & *l.* 5. *c.* 11. §. 12. Neque tamen insigni ratione destituitur ius Romanum; quid enim, si haeres, qui iureiurando quantitatem haereditatis patefacere iubetur, vt in Saxonia fieri consuevit, sit sine vlla religione & fide, perinde ludens iureiurando, vt testeris, annon actum est de creditore? Hinc alii Germaniae populi aut Germanicae originis diuersum a Saxonum iure statuerunt. v. SCHILTERVS *d. l.* §. 152.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX.

Antequam hinc abeamus, notandum, nobis non probari, quod magnae auctoritatis ICti tradunt, etiam non confecto inuentario, haeredem in conscientia sua ad plus, quam scit in haereditate esse, non teneri. v. complures adducti a BRVNNEMANNO *conf. 62. n. 21.* FACHINAEVS *l. 6. controuers. 24.* Leges enim ciuiles haud dubie obligant in conscientia. Quod heic valere debet inprimis, quoniam haeres beneficium legis fuit aspernatus. Equidem dicunt dissentientes, poenam non confecti inuentarii inniti delicto praesumto: cum praesumatur, haeredem subtraxisse bona haereditaria, si non confecerit inuentarium; praesumtionem vero illam cessare in foro animae. Enimuero coniectura hac potior vtique est lex ciuilis. Dicunt porro, secundum ius naturale haeredem ad maiorem summam, quam in haereditate est, soluendam non obstringi. Sed responderi potest, id non simpliciter iuris naturalis esse, quod lege ciuili iustas ob causas mutari nequeat. Illud quoque certum est, haeredem cum inuentario non amittere eius beneficium, licet iam vltra vires soluerit. MEVIVS *part. 4. Dec. 93.* Inuentarii tamen confectio non liberat haeredum vnum ab actione hypothecaria in solidum. MEVIVS *p. 4. Decis. 190.* Non prodest haeredi alia ex causa in solidum & vltra vires obligato. MEV. *I. Dec. 37.*

Subiungitur, effectum illum etiam in foro conscientiae obtinere.

§. X.

Alter effectus est, quod dominus rei, si simpliciter haeres extiterit venditori, repellatur a vindicatione rei suae per exceptionem *l. filius 31. D. de liberali causa. l. cum a matre 14. C. de Rei vindicat. l. venditrici 3. l. si fundum 5. C. de rebus alien. non alienand.* Idque etiam eo casu obtinet, quo aere alieno exhausta est haereditas. Quamuis enim ex persona defuncti lucrum non sentiat, tenetur tamen habere licere ex venditoris obligatione, cuius personam nunc repraesentat. v. NICOL. BVRGVNDVS *libro de euiction. c. 101. & sequ. vsque ad calcem libri.* E contrario, si adierit cum beneficio inuentarii, & aes alienum totam absorbeat haereditatem, procul dubio exceptione nulla remoueri potest. vid. idem BVRGVNDVS *d. libr. c. 100. vbi n. 3. & sequ.* casus aliquos expendit, si aes alienum non absorbeat totam haereditatem, aut si filius, qui haereditatem paternam adiit cum beneficio inuentarii, fundum suum a patre venditum reuocare velit, retenta legitima. Conf. TABOR. *in not. ad Coll. Iur. Argentor. tit. D. de acquir vel omitt. haered. §. 34. n. 9.*

ALTER EFFECTVS est praestatio facti defuncti.

§. XI.

Huic consequens est, agnatum, etsi ex haereditate defuncti, cui haeres cum beneficio inuentarii extitit, compensationem feudi alienati in totum consecutus sit, id oblato pretio ab auctore vindicare posse: Multum enim agnati vasalli interesse potest, feudum potius retinere, quam aequiualens consequi, vel quia maiorum siue auitum fuit, vel etiam propter iurisdictiones, dignitates, aliasue praerogatiuas, feudis adhaerere solitas. Id quod pluribus deduxit HARTM. PISTOR. *l 2. quaest. 9. n. 28. sequ.* SCHRADER *de feudis part. 7. c. 2. n. 55. sequ. & part. 8. c. 8. n. 27. vbi magis communem esse hanc sententiam scribit.* Conferantur complures allegati a ROSENTHALIO *c. 9. de feud. membr. 1. concl. 72. in gloss. lit. F.* FRANTZKIVS *l. 3. Resolut. 6. n. 19. sequ.*

Consectarium de reuocatione feudi alienati, si haereditas cum beneficio inuentarii fuerit adita.

§. XII.

Tertius effectus est: non confecto inuentario, fieri confusionem obligationum. Idque planum est, si iura creditoris & debitoris per haereditatis additionem in vna persona

TERTIVS EFFECTVS est

iurium creditoris & debitoris commixtio per additionem haereditatis.

sona concurrant ac commiſceantur, ſiue, vt POMPONIVS loquitur, in *l. pen. D. de ſolution.* cum in eandem perſonam ius ſtipulantis promittentisque deuenit, PAPINIANVS *l. Stichum 95. §. 2. D. de ſolution. & liberat. Aditio haereditatis nonnunquam iure confundit obligationem, veluti, ſi creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit haereditatem.* MODESTINVS *l. 75. D. eod. Sicut acceptilatio in eum diem praecedentes peremit actiones, ita & confuſio haereditatis peremit petitionis actionem. l. Granius 71. D. de fideiuſſ. Vbi ſucceſſit creditor debitori, veluti ſolutionis iure ſublata actione, etiam mandator liberatur: vel quia non poteſt pro eodem apud eundem quis mandator eſſe.* Conf. *l. 38. §. 1. D. l. 2. C. eod. l. 34. §. quidam D. de ſolution.* TERENTIVS *l. ſi id quod 21. §. 2. de liberat. legat. Confuſione perinde extinguitur obligatio, ac ſolutione.* Nimirum, vt SENECA ait *V. de benef. 8. nemo ſibi debet. Debitor non eſt ſine creditore, non magis quam maritus ſine vxore, aut ſine filio pater.* Et mox: *Hoc verbum debere non habet, niſi inter duos, locum.* Et *c. 9. Debet nemo, niſi alteri, reddit nemo, niſi alteri. Id intra vnum non poteſt fieri, quod toties duos exigit.* Exceptio vna eſt in lege Falcidia: cum enim ratio legis Falcidiae ponitur, ante omnia deducitur aes alienum, etiam id, quod ipſi haeredi a teſtatore debebatur. *l. ſi debitor 12. l. 15. §. 3. l. 87. §. 2. D. ad L. Falcid. l. 6. C. eod. l. vnic. §. 8. C. de rei vxor. action.* Cuius ratio haud dubie eſt, quoniam in ratione legis Falcidiae, cum de aeſtimatione patrimonii agatur, mortis tempus ſpectatur, quo tempore nondum eſt vlla actionum confuſio.

§. XIII.

Quod ſecus eſt, ſi inuentarium fuerit conditum.

E diuerſo, ſi confectum fuerit inuentarium, confuſionem impediri, plerisque placuit. Cui conſequens eſt, ſi creditor haereditatem debitoris cum beneficio inuentarii adeat, fideiuſſores conuentos exceptione confuſionis non gaudere. A quorum ſententia quidem abeunt A. FABER *Decad. 2. errorum Pragmaticor. 3. & 4. & l. 13. coni. iur. c. 19.* eiusque aſſecla fere perpetuus SCHIFFERDEGH. *l. 3. Diſp. forenſ. tract. 3. quaeſt. 5. & 6.* Sed perperam, IMPERATOR enim in *l. final. §. in computatione 9. C. de iure deliberand.* diſerte ſanciuit, ſi haeres ipſe aliquas contra defunctum actiones habeat, illas non confundi, ſed ſimilem cum aliis creditoribus per omnia habere fortunam, temporum tamen praerogatiua inter creditores ſeruata. Equidem ad hoc diſſentientes illi reponunt, inde non ſequi, quod actiones per aditionem in ſe confuſae & ita ſaluae manſerint, vt eas inſtar aliorum creditorum exercere neceſſum habeat, ſed id tantum innui, quod, cum haeres aditione haereditatis poſſeſſionem rerum haereditariarum conſequatur, debitum ſuum deducere & retinere poſſit; vt ita non confuſio actionis, quae per haereditatis aditionem contingat, ſed confuſionis ſaltem effectus impediatur, iusque deducendi & retinendi creditum haeredi conſeruetur, vt expreſſe Imperat. IVSTINIANVS ſe explicet in *d. l. finali §. 9.* dum ait: *damus ei licentiam excipere & retinere, quidquid in funus expendit.* Maxime cum beneficium inuentarii non impediat, quo minus quis haeres ſit, imo ita diſerte vocetur in *d. l. final. §. ſin autem §. etſi 4. & §. ſin vero 6. d. l.* Vt adeo exiſtimari debeat, IVSTINIANVM, tanquam malum latinitatis auctorem, aliter locutum fuiſſe, quam ſenſiſſe. Enimuero, vti hoc poſterius iniurioſum eſt in Imperatorem, ita nec prius ſententiae eius conuenit, imo manifeſte repugnat; tum quod haeres cum caeteris creditoribus ſimilem habere debeat fortunam; tum quia haeredi ita prouiſum eſt hoc beneficio inuentarii, vt inter creditores praerogatiua temporis ſeruanda, adeoque neceſſum ſit, vt, antequam illi ex haereditate ſatisfiat, is prius cum caeteris creditoribus concurrat, & ſuper prioritate certet, quod aliter fieri nequit, quam inſtituta actione, ſuper cuius

qua-

Digitized by Google

qualitate iudex cognoscat. Et quid, si haereditas non esset soluendo, vt haeres, quem Imperator indemnem seruare voluit, quod sibi detur, deducere nequeat? quid, si haeres tantum chirographarius creditor esset, & caeterorum creditorum praerogatiua, quorum aes totam defuncti substantiam absorbeat, excluderetur? Sane, qui cum beneficio inuentarii adiit haereditatem, haeres quidem est, sed certo respectu. v. omnino FRANTZKIVS *l. 3. Resolut. 5.* vbi ex professo contra illos dissentientes disputatur, & *n.* 19. complures Dd. pro nostra sententia adducuntur.

§. XIV.

Plane, si duae obligationes vnius rei, modo sint diuersi generis, in vna persona coierint, v. g. principalis debitor succedat fideiussori, vel retro, non minus fit confusio. VLPIANVS *l. 5. D. de fideiussor. Generaliter Iulianus ait, eum, qui haeres existit ei, pro quo interuenerat, liberari ex causa accessionis, & solummodo quasi haeredem rei teneri. Denique scripsit, si fideiussor haeres extiterit ei, pro quo fideiussit, quasi reum esse obligatum, ex causa fideiussionis liberari.* SCAEVOLA *l. si duo rei 93. §. 2. D. de solution. Si reus haeredem scripserit fideiussorem, confunditur obligatio* (ex exemplari Florentino mendose particula *non* inseritur, quam rectius omisit Holoandrina editio, cum particulam illam potius transferendam esse in §. 1. *d. l.* & analogia iuris & contextus suadeat, vt bene obseruauit CVIACIVS *l. 11. obs. 30.*) *& quasi generale quid tenendum est, vt, vbi ei obligationi, quae sequelae locum obtinet, principalis accedit, confusa sit obligatio.* Dixi autem notanter, tum fieri confusionem, si obligationes sint diuersi generis: nam secus est statuendum, si eiusdem sint generis vel potestatis, v. g. si vnus fideiussor alteri, correus correo succedat. Bene VLPIANVS *l. 5. D. de fideiussoribus. Vbi aliqua est differentia obligationum, potest constitui, alteram per alteram perimi: cum vero duae sint eiusdem potestatis, non potest reperiri, cur altera potius, quam altera, consumeretur.* Conf. *l. 21. §. 1. D. eod. l. 13. D. de duobus reis.* NICOL. BVRGVNDVS *libro de duobus reis c. 20.*

Nec minus fit confusio, si obligationes duae diuersi generis in vna persona coierunt.

§. XV.

Caeterum, cum supra euictum sit, beneficio inuentarii impediri confusionem, nec illa heic locum habebit, licet obligationes in vnam personam collatae diuersi generis fuerint. Idque tanto magis obtinere dicendum est, quoniam & secundum ius vetus, si contingit, plenius esse debitum in fideiussore, quam in reo; seu plus ab illo, quam ex huius bonis, posse accipi, non intelligitur extincta obligatio fideiussoria, quam in reo; seu plus ab illo, quam ex huius bonis, posse accipi, non intelligitur extincta obligatio fideiussoria, sed tanquam plenior durat. *l. 21. §. 2. D. de fideiussorib.* Nec fideiussio tollitur, vbi ex confusione vel extinctione creditori damnum imminet. *Neque enim,* vt ait PAPINIANVS *l. 3. D. de separat. ratio iuris, causam fideiussionis propter principalem obligationem, quae maior fuit, excludens, damno debet afficere creditorem, qui sibi diligenter prospexerit.* Ita recte absque vlla distinctione, quam alii adferunt, existimant, idque velut aequitati magis consentaneum defendunt, quos allegat ANT. HERINGIVS *de fideiussorib. c. 20. n. 37.* HARTM. PISTOR. *l. 3. quaest. 11. n. 14.* & ibi SIMON VLRICVS PISTOR. *in addit. lit. c.* CARPZ. *part. 2. const. 18. def. 13.* MEVIVS *part. 1. Decis. 38.*

Aliud tamen dicendum, si haeres inuentarium confecerit.

§. XVI.

Quartus effectus est duratio hypothecae, a defuncto constitutae, licet res, cui inhaeret hypotheca, ad tertium transferatur. *l. 16. § 3. D. de pignor. & hypoth. l. vnic.*

QVARTVS EFFECTVS

C rem

Ob duratio hypothecae, a defuncto constitutae, licet res, cui adhaeret hypocheca, alienetur. Quod secus est facto inuentario.

C. rem alienam gerent. At propter beneficium inuentarii minuitur siue extinguitur ius hypothecae, quod creditor habebat in rebus haereditariis. Si enim haeres, confecto inuentario, alicui rem haereditariam, quae oppignorata erat creditori haereditario, vendiderit, vt inde soluat creditoribus vel legatariis, a quibus vrgebatur ad solutionem, emtor huius rei, licet oppignoratae, plenam habet securitatem aduersus creditorem hypothecarium, qui pignoris sui iure nequit vti aduersus emtorem huncce. *d. l. vlt. §. 8. C. de iure delib. vbi Wissenbach.* Exceptionis huius ratio est fauor haeredis, qui alioquin posset ab emtore euictionis nomine conueniri, si creditori liceret, iure pignoris rem venditam euincere & auferre. Hoc autem inprimis obtinet, quando pecunia illa pro re vendita in legata & credita fuerit expensa. Vnde Baldvs monet emtores, vt sint in emendis rebus haereditariis cauti, & curent, vt pecunia soluta pro re conuertatur in legata & debita. Quae practica inoleuit hodie fere in omnibus instrumentis venditionum, vt dicatur, quem vendidisse **von seines besten Nutzens und Frommens willen, andern seinen vorstehenden Schaden zu wenden.** Quanquam cautela haec magis est vtilis, quam necessaria, vt demonstrauit C. I. A. *ad tit. D. de acquir. vel omitt. haeredit. §. 34. n. 4.*

§. XVII.

QVINTVS EFFECTVS non confecti inuentarii est amissio Falcidiae.

Quintus effectus non confecti inuentarii est amissio Falcidiae. *l. final. §. 14.* ibi: *sed etiam legis Falcidiae beneficio minime vtatur. C. de iure deliberandi.* Cuius vero ratio est, non praesumtio rerum subtractarum, vti Dd. friuole putarunt, sed quod haeres, qui neglecto inuentario ad deliberationem confugit, & consultauit, an res haereditariae sufficiant, non debet postea amplius vti beneficio legis Falcidiae; cum censeatur, deliberato consilio excussisque satis bonis, haereditatem adiisse; & cum beneficium inuentarii aspernatus fuerit, securum de facultatibus haereditariis solutionem omnium in se suscepisse. Quae ratio satis clare indicatur in *d. l. final. §. 14. C. de iure deliberandi.* Equidem Imper. in *Nouella I. c. 2. princ.* causam aliam adfert in verb. *per ea quae forte subripiunt aut malignantur*; & mox: *Cum vtique si nihil malignati essent.* Verum enim vero haec non fuit ferendae sed instaurandae legis causa, & proinde velut principalis aestimari haud debet. Addenda limitatio, nisi testator haeredi inuentarii confectionem remiserit. Ivlivs Clarvs §. testamentum *quaest. 66. n. 1.* Wesenbecivs *cons. 68. n. 2.*

SECTIO II.

DE EFFECTIBVS NON CONFECTI INVENTARII SPVRIIS ET DVBIIS.

§. I.

Dispicitur de aliis effectibus, primum quidem, an ob omissam

AN, quod modo diximus, amitti falcidiam, si haeres inuentarium non conficiat, pertineat etiam ad fideicommissa vniuersalia? siue, an haeres fiduciarius ob non factum inuentarium trebellianicam, quam vocant, deducere nequeat? vexatissima est quaestio, circa quam praxis cum praxi colliditur. Nam ita Vinnivs *in Comm. ad §. 7. I. de fideicommiss. vniuers. A sententia aientium tanta frequentia itum est in contrariam,*

vt

Digitized by Google

vt difficile sit dictu, vtra sententia maiori numero & rerum iudicatarum auctoritate nitatur. DESID. HERALDVS *l. 3. de auctorit. rer. iudicat. c. 2. §. 13. In quaestione de Trebellianica conseruanda vel adimenda ei, qui inuentarium non fecit, non solum Doctorum sententiae tantopere inter se pugnant, sed & decreta supremarum Curiarum proponuntur adeo contraria.* Et ab AYMONE CRAVETTA *cons. 17.* & CAROLO MOLINAEO *ad l. 4. Alexandri cons. 67*, est obseruatum: Plerorumque ICtorum circa quaestionem hanc opiniones tam esse perplexas, vt a se ipsis identidem dissentiant. Conf. SCHNEIDEWIN. *ad §. 5. I. de haeredit. qualit. & different. n. 19.* Iuuabit igitur, sententias hasce earumque argumenta accuratius expendere, vt tandem certi aliquid constituatur. *inuentarii confectionem Trebellianicae amittatur, anceps est quaestio.*

§. II.

Aientem sententiam tuentur GIPHANIVS *ad l. vlt. C. de iure delib. p. 100.* TREVTLER. *V. 2. Disp. 14. §. 10. lit. D.* & ibi BACHOV. *in not.* cum BALDO, STRVVIVS *Ex. 36. §. 33.* cum RENNEMANNO, FINCKELTHAVS. *de inuentar. haeredit. D. 5. §. 68.* STOCKMANN. *Decis. Brab. 42.* COVARRVV. *in cap Raynutius §. 11. n. 10.* COLLEG. IVR. ARGENTORAT. *ad tit. D. de acquir. vel amitt. haeredit. §. 36. n. 7.* D. EBERH. FABRICIVS *not. ad Gail. l. 2. obs. 138. sect. 1.* GRAEVAEVS *ibid.* VINNIVS *l. 2. Iur. quaest. 28.* HVBER. *Praelect. ad I. de haered. qualitat. & different. n. 4.* & complures prolati ab HVNNIO *part. 4. encyclop. tit. 17. c. 4. n. 18.* Nituntur hi auctoritate Nouellae I. aut certe eius ratione. Dicunt enim, qui inuentarium non fecit, non retinere Falcidiam, sed legata & fideicommissa solida soluere. Ergo non retinere Trebellianicam. Quae enim a Dd. vocatur Trebellianica, in legibus semper audit Falcidia. *§. 5. I. quib. mod. testam. infirm. §. 5. I. de fideicomm. haered. l. 6. pr. C. ad SCt. Trebellian. l. 47. §. 1. l. 86. D. l. 1.* & *l. 11. C. ad legem Falcid.* Vnde inferunt Dd., valere argumentum a Falcidia ad Trebellianicam, quae a fideicommissis vniuersalibus deducitur, arg. *l. 42. D. ad L. Falcid.* Dicunt praeterea, Nouellam, etsi nihil constituat de ea Falcidiae specie, quae Trebellianica appellatur, ad eam tamen porrigi, cum eadem sit ratio adimendae Trebellianicae haeredi, qui inuentarium non fecit, quae fuit adimendae Falcidiae; nempe, quia vterque dolo fecisse videtur, & praesumitur, amouisse ex bonis defuncti, quae ad Falcidiam aut Trebellianicam implendam sufficiant, & fortasse aliquid amplius. Quam rationem inprimis vrget TABOR *ad Coll. Iur. Argentorat. d. l.* Addunt quidam, IVSTINIANVM eadem Nouella ad confectionem inuentarii vocare velle non modo legatarios, sed & fideicommissarios, & §. *si vero* mentionem fieri, non modo legatariorum, sed & fideicommissariorum, his verbis: *si vero non fecerit inuentarium secundum hanc figuram, sicut praediximus, non retinebit Falcidiam, sed complebit legatarios & fideicommissarios.* *Qui communiter plures affirmant.*

§. III.

Contrarium propugnant complures, HVNNIVS & ab eo adducti *d. supra loco n. 12.* FRANCISCVS HOTOMANNVS *l. 4. obs. 14.* ROCCA *Dissert. select. c. 11.* MYNSING. *cent. 3. obs. 6.* GAIL. *2. obs. 131. n. 13.* FACHINAEVS *l. 4. controu. c. 38.* BRVNNEMANN. *ad auth. sed cum testator C. ad L. Falcid. n. 16.* Quorum sententiam ego probare non dubito. Nam inuentarium loco deliberationis est inductum. Atqui in fideicommissaria haereditate restituenda nulla est deliberatio, an sit soluendo: quoniam fiduciarius nihil restituit, nisi quod accepit, & haereditate restituta, actiones, quae haeredi & in haeredem competunt, ei & in eum dantur, cui haereditas ex fideicommisso restituta. Quin, si *Alii negant rectius.*

Digitized by Google

nolit restituere, cogi ad aditionem & restitutionem potest, nullo tum apud ipsum commodo manente §. 4 *& sequ. I. de fideicommiss. haeredit.* Quibus consequens est, si pro fiduciario inuentarium non fuit introductum, ipsum ob eius omissionem non posse quoque puniri. Et frustra est Cyprianvs Regnervs *in censur. Belgic. ad §. 6. I. d. t. n. 3.* qui eundem non Trebellianicae amissione, sed tamen poena pecuniaria mulctari vult. Nouellam I. quod attinet, loquitur ea manifeste de legatis & fideicommissis particularibus. Non enim fideicommissariis, qui haereditatem vel partem eius ex fideicommisso accipiunt, sed legatariis consulere voluit Ivstinianvs. Quod colligitur ex verbis ipsis *Nouellae c. 2. Hinc nobis ingressa est cura, & quaedam consideratio Falcidiae legis, quae etiam inuitis testatoribus (si extendantur res per legata) praebet, etiam retinere haeredes, quantum iis impleat quartam substantiae.* Vbi verba istius barbari interpretis, *si extendantur res per legata*, turbant doctos, qui pro *extendantur* scriptum volunt ab eo *extenuentur.* Sane scripserat *expendantur* εἴπερ ἐξαναλίσκονται τὰ πράγματα διὰ τῶν πρεσβείων. *Si bona legatis impendantur & consumantur.* Totus autem locus ille tersius ita verti potest: *Hinc nos cura & cogitatio quaedam legis Falcidiae subiit, quae vel inuitis testatoribus, si patrimonium legatis consumant, haeredibus retinere permittit, quantum illis ad quartam bonorum efficiendam satis sit.* Iam & inter quartam, quam haeres fiduciarius detrahit, & Trebellianicam Dd. insigniunt, atque Falcidiam, quam haeres de legatis vel fideicommissis particularibus deducit, insignis est differentia. Nam illa deducta, manet onus haereditarium pro quarta parte apud fiduciarium, & tantum pro dodrante in fideicommissarium transit: haec autem deducitur absque onere, & actiones actiue & passiue manent apud haeredem. In illam computantur quocunque iudicio a testatore accepta, in hanc vero tantum, quae iure haereditario ad haeredem peruenerunt. *l. 91. D. ad L. Falcid.* Quod si dicas, nisi inuentario solenniter facto haeredis, fideicommissum restituere rogati, cupiditatem coërceas, omnia conuertet, nihilque fideicommissario relinquet praeter querelas inanes. Respondet optime supra laudatus Heraldvs *d. c. 2. §. 7.* Dici hoc posse ad ius nouum suadendum, non ad probandum, ius illud iam olim fuisse constitutum. Sane aliis modis consultum est fideicommissariis. Nam, si haeredis fides tantisper suspecta est, potest cogi satisdare. *tot. tit. D. vt legator. seu fideicommissor. causa caueatur. l. ipsis 2. l. cum Artemidoram 4. C. vt in possess. legator.* Et idcirco facere inuentarium: cum non possit cauere & satisdare, nisi de bonis testatoris constet (v. Carpzov. *part. 3. const 8. def. 39.* Hahnivs *ad Wesenbec. tit de SCto Trebellian. p. 229.*) Sed pone, pergit Heraldvs, vtile esse & aequum, adimere Trebellianicam haeredi, qui inuentarium non fecit, vt hoc saltem modo ad inuentarium faciendum compelli possit, sicque fraudibus obuiam eatur. Primum quaero, num rationibus fideicommissarii satis hoc modo cautum sit? Quid si enim bona dissipet & dilapidet in inuentarium relata? Amittet quidem ille Trebellianicam, sed fideicommissarius amittet totam haereditatem, si haeres soluendo non sit. Ergo confugiendum erit ad antiquum remedium, quo haeres restituere rogatus grauatus, vt satisdet, cogi potest. Deinde, etsi hoc sit aequum, tamen, cum ius sit nouum, auctoritate suprema & αὐτοκρατικῇ opus habet. Non est κηρύκων opus, sed βασιλέως, id est, eius, in cuius manu est respublica, cuius est, leges & ius facere. Nam alias, quod iustum esse potest, non est ius, quemadmodum moneta quaedam, quamuis metalli pretiosissimi, quamuis imagine Principis insignita, si tamen Principis auctoritate percussa non est, moneta est reproba.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Ex dictis fluit, non probandos quoque esse alios, qui mediam quandam viam sequuntur, & Trebellianicam deduci negant ab haerede extraneo, qui inuentarium non facit: a liberis, & maxime primi gradus, deduci concedunt. v. GVIDO PAPA *Decis. Gratianopolit.* 53. OCTAVIANVS CACHERANVS *Decis. Pedemontan.* 147. *n.* 27. MICHAEL GRASSVS *tract. de success.* §. *Trebellianica. quaest.* 7. *n.* 2. FRANCISC. NIGER CYNACVS *l.* 1. *controu. forens. c.* 5. *n.* 5. *&* *n.* 42. TVSCHVS *tom.* 8. *concl.* 389. *lit. D.* SEBASTIANVS DE MONTICVLO *de inuentar. c.* 9. *n.* 169. *Et hinc recte temperamentum quorundam Dd.*

§. V.

Sunt, qui haeredem, non conficientem inuentarium, etiam legitimam perdere contendunt. GIPHANIVS *ad l. vlt. C. de iure deliberand. p.* 101. WISSENBACH. *ad tit. D. eod.* §. 23. *&* *ad Inst. Disp.* 25. §. 14. VINNIVS *l.* 2. *quaest.* 28. STRYCK. *de caut. test. tit. c.* 22. *membr.* 2. §. 2. cum CVIACIO, STRVVIVS *Ex.* 33. *Syntagm. iur. ciuil.* §. 5. Vbi ante omnia cum VLRICO HVBERO *praelect. ad l de haered. qualit. & different. n.* 5. est obseruandum, respectu creditorum non esse quaestioni locum: satis enim constat, legitimam non intelligi, nisi deducto aere alieno. *l.* 8. §. 9. *D. de inofficios. testam.* Quaestio duntaxat est, an legatarii filio, qui aes alienum omne dissoluit, actione legatorum legitimam auferre possint. Quod laudatus HVBERVS recte negat, quia nusquam potest fieri citra exhaeredationem, vt per dispositionem testatoris legitima tollatur. *l.* 23. *C. de inofficioso testam.* legata autem sunt dispositiones testatoris. Quod si dicas, legis hoc opus esse, non grauamen testatoris; reponam, ne legem quidem legitimam tollere posse sine vllo filii merito. Fac autem, legem id posse; nusquam liquet profecto, legem id voluisse. Scopus *legis final. C. de iure deliber.* est, haeredem, qui supersedit inuentario, relinquere in vetustis haeredum oneribus, nouorum onerum nihil addidit, nisi quod Falcidiam diserte ademit. Quis docuit nos, exclamat HVBERVS, a Falcidia argumentari ad legitimam, cuius multo iustior ratio, maior sine comparatione necessitas? Quis tam enormem in noua constitutione tolleret consequentiam, nulla ratione nixam? Sed nec *Nouella* 1. *c.* 2. quicquam dissentientes iuuat, loquitur illa tantum de Falcidia legatorum, & falsum est, constitutione illa contineri, vt, si legata haereditatem exhauriant, & bona haereditaria non sufficiant, haeres inuentarium facere insuper habens, quod deest, de suo praestet. Aut, si dicamus, ea id sanciri, aequum sane erat, legitimam excipi. Hactenus recte negant complures ab HVNNIO prolati. *d. c.* 4. *n.* 15. *sequ.* haeredem inuentarium non conficientem legitimam perdere. Addantur GEORG ACACIVS ENENCKEL *de priuil. parent. & liberor. priu.* 14. *part.* 1. *c.* 14. *n.* 45. RITTERSH. *ad Nouell. part.* 6. *c.* 8. *n.* 38. vbi sententiae huic, tanquam receptae, passim in iudicando inhaerendum esse censet BRVNNEMANN. *ad d. l. final. C. de iure deliber. n.* 29. *Nonminus quaeritur de legitima, quam inuentario non confecto perdit a multis est traditum. Negatur rectius, si quaestio sit de legatariis.*

§. VI.

Venio ad alium effectum. Tralatitium est, haeredem semel factum postea relinquendae haereditatis facultatem non habere. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS *AA. in l.* sicut 4. *C. de repudiand vel abstin. haered. Maior viginti quinque annis haereditatem quaesitam renunciando nihil agit, sed ius, quod habuit, retinet* §. *vlt. I. de haered. qualit. & different.* Quam miram esse Romani iuris subtilitatem scribit MORNACIVS *ad l.* 7. §. *sed quod D. de minorib.* rationem eius minime obscuram non satis assecutus. Exceptio est in minoribus *l.* 7. §. 5. *D. de minoribus l.* 1. *&* 2. *C. si minor ad haeredit.* v. tamen. *l. fin.* §. 6. *C. de* *Quaestio quoque est, an haeres cum inuentario additam haereditatem repudiare possit?*

Digitized by Google

C. de bon. quae liberis. Quanquam iure Saxonico quis bona haereditaria, edito tamen inuentario vel designatione iureiurando confirmata, abdicare possit, ne a creditoribus conueniatur, vt constat ex *iure Prouincial. Saxon. l. 1. art. 6.* & docet STRVVIVS *Ex. 34. Syntagm. iur. civil. §. 33.* Conf. COLER. *part. 1. Dec. 68. num. 2.* HARTM. PISTOR. *l. 2. quaest. 2. n. 44.* RAVCHBAR *part. 1. quaest. 29. num. 6.* Enimuero, an iure Romano cum inuentario adita haereditas repudiari possit? insignis est inter Iurisconsultos disceptatio.

§. VII.

Quod multi praeclari ICti affirmant.

Affirmat hoc cum MONTICVLO, PHANVCIO DE PHANVCIIS aliisque CARPZOVIVS *Decis. illustr. 25. n. 9. sequ.* BRVNNEMANNVS *Conf. 41. num. 37. sequ.* ex professo defendendum suscepit, GEORG. FRANTZK. *l. 3. Resol. 6.* Add. MEVIVS *discuss. leuam. inop. debitor. cap. 7. n. 165. & part. 2. Dec. 357. n. 7. Dec. 358. n. 7. part. 3. Dec. 18. num. 6. & part. 8. Dec. 442.* Rationum, quibus hi vtuntur, prima est: Quod *l. final. §. & haec quidem 13. C. de iure deliberandi* diserte statuat, ob inuentarium rite confectum licere haeredibus adire haereditatem, & ab ea sine damno decedere. Quae verba ne de indemnitate intelligantur, obstat, quod discessio dicatur ab adita haereditate, & propterea non nisi inconuenienter, de satisfactione creditorum pro viribus haereditatis possint accipi. Altera est *ex d. l. final. §. cum igitur 1. & §. sin autem 2.* vbi constituitur, si quis recta via haereditatem adire maluerit, vel vi sese immiscuerit, postea eandem repudiare non posse; sin autem quis dubius fuerit, vtrumne omittenda sit defuncti haereditas, non opus habere deliberatione; sed cum inuentario vel adire, vel immiscere sese posse; Quae cum ex opposito dicantur, non temere colligimus, licere in posteriore casu, quod in priore licitum non est. Tertia inde petitur, quod inuentarii confectio haeredem extra omne damnum iuris vel facti constituat. Nam ita *d. l. final. §. licentia 10. neque lucrum neque damnum aliquod haeres ex huiusmodi sentiat haereditate.* Hoc vero non fieret, si confecto inuentario, de qualitate haereditatis nihil sibi profuturae edoctus, & oneribus illis praecise implicaretur, & creditoribus haereditariis respondere ac satisfacere cogeretur, maxime, si lis diu protrahatur, & haereditas, quae ab initio aeri alieno sufficiens erat, expensis litis saepe magnis praeter opinionem exhauriatur. Hinc, quae quarta est ratio, ob inuentarium confectum non fit confusio obligationum, nec factum defuncti praestare necessum est, vt sectione praecedente diximus. Accedit hisce & quinta ratio ex DD. brocardico: haereditatem, cum inuentario aditam, haberi pro iacente, & haeredem constitui in eo gradu, acsi haereditatem non adiisset. Quod tanquam praeclarum & notabile tradit BALDVS *in d. l. final. § in computatione col. 2.*

§. VIII.

Alii negant rectius.

Ex aduerso de ea sententia se dubitare, scribit BRVNNEMANN. *in l. 3. C. de repudiand. haeredit. num. 7. sequ.* aperte negat BVRCHARDVS BARDILI *part. alt. concl. theoret. practic. Ex. 5. concl. 17.* FROMMANN. *de iure variand. c. 3. membr. 5. num. 235. sequ.* Et pro ea faciunt sequentes rationes. Nam primo, qui cum inuentario haereditatem adit, haeres vtique est, & ita diserte vocatur *in l. fin. § sin autem 2.* ibi: *subscriptionem tamen supponere haeredem necesse est. §. etsi praefatam 4. §. sin vero haeredes 6. cum sequ. C. de iure deliber.* Quam ob causam quoque recte STRVVIVS *Ex. 21. syntagm. iur. ciuil. §. 25.* LAVTERBACHIVS *tract. synopt. tit. de compensat. §. 2. n. 4.* MEVIVS *part. 1. Dec. 121. sequ.* statuunt, cum eo, quod debet haeres, compensari posse, quod debebatur defuncto, licet haereditas cum beneficio inuen-

Digitized by Google

inuentarii fuerit adita, modo soluendo sit. Bene MEVIVS ipse *part. 1. Decis. 39.* Error, inquit, est multorum, qui cum inuentario adeunt haereditatem, haeredes non esse; vnde ea non infrequens exceptio, se non esse haeredem, sed adiisse mediante inuentarii beneficio. Non enim minus hi, quam qui simpliciter adiit, haeredes sunt, nec alio iure ac loco censentur. Omnia de haeredibus iusta ac constituta aduersus illos obtinent. Tantum in eo peculiari iure fruuntur, quod per leges aut mores beneficio inuentarii additum fuit. Quatenus ex hoc quaedam haeredi, istud conficienti, relaxata aut indulta sunt, singulari vtitur iure. In quibus non est illius aliquod peculiare beneficium, censetur, vt pure haeres, &, vt haeres, tenetur ad ea, quae haeredi & in haeredem conueniunt. Atqui nusquam exserte traditur, haeredem cum inuentario posse haereditatem aditam repudiare. Quod enim est *in d. l. final.* §. 13. explicandum *ex d. l* §. 4. ibi: *nihil ex sua substantia penitus haeredes amittant.* Nimirum inuentarii beneficium a damno rerum suarum liberat, non a molestia. Porro aliud est, repudiare haereditatem, quippe quod solo haeredis facto fit, aliud cedere haereditatem creditoribus haereditariis & legatariis. Hoc certe non, nisi ab initio, fieri posse, antequam bona defuncti & haeredis commixta sint, contendit ipse MEVIVS *d. part. 1. Decis. 40.* & *part. 2. Dec 357.* IDEM scribit *part. 8. Dec. 442.* Iudicis non esse, illam renunciationem admittere, nisi auditis prius cohaeredibus aut creditoribus, tanquam quorum interest, cum ratio accedere queat, cur ad repudiationem etiam talis haeres admitti non debeat. Atque hae rationes vtique praeualent illis, quas paulo ante pro sententia affirmantium firmanda attulimus.

§. IX.

Si tamen affirmantium sententia recipienda, commendatur temperamentum Frantzkii.

Enimuero, si verum est, quod affirmauit MORNACIVS *in obseruat. ad l. 11. §. final. D. de interrogat. action. hodie neminem ambigere, quin haeres beneficiarius aditam eo titulo & nomine haereditatem omittere possit*; commendari vtique meretur temperamentum FRANTZKII *d. Resolut. 6. in calce*: Haeredem non repente & subito haereditatem aditam dimittere, sed, citatis ad id creditoribus & legatariis, iudicialiter se declarare, haereditatique tanquam iacenti curatorem petere debere.

§. X.

Denique quaeritur, an, vt non confecto inuentario, ita confecto eo, periculum rerum haereditariarum sit haeredis? De quo diuersae adferuntur sententiae.

Caeterum inter effectus haereditatis simpliciter aditae quoque est, periculum rerum haereditariarum singularium ad haeredem pertinere. At, si adita sit cum inuentario haereditas, id negant FACHINAEVS *l. 6. controuers. 3.* FRANCISC. BARRY *l. 11. de succeff. tit. 9. num. 22.* CARPZOV. *decis. illustr. 160.* A quibus diuortium facit MEVIVS *part. 2. Decis. 357.* quoniam, haereditate cum haeredis patrimonio commixta, vti commodum haeredis, ita quoque periculum sit. Distingendum autem putat BRVNNEMANNVS *ad d. l. final. C. de iure deliberandi*, an haeres in mora soluendi sit, an vero ante moram eius res perierit: priore casu periculum spectare ad haeredem, non vero posteriori: nam licet haeres sit dominus rerum haereditariarum, & certam quantitatem debeat, debere tamen ob res haereditarias, & quatenus haeres sit. Quanquam addat, MEVII opinionem iam videri conuenientiorem, & proinde, si res arbitrii esset sui, suasorem se fore, vt casus & periculum diuidantur.

Digitized by Google

DISSETATIO
DE
PROBATIONE IN POSSESSORIO, ET HVIVS EFFECTV, QVANTVM ATTINET FRVCTVS ET LITIS EXPENSAS.

SECTIO I.
DE
MODO PROBANDI IN POSSESSORIO.

§. I.

Partitio dicendorum.

DE probatione in possessorio plures scripsere, MENOCHIVS *remed. retin. possess. 3. num. 560. sequ.* MASCARD *de probat. concl.* 1184. & *sequ.* WESENBEC. *cons. 21. per tot.* ANDR CLVDIVS *rerum quotidian. cap. 6.* & ab his prolati. At, quam vaga & confusa sit eorum doctrina, qui vel paulum eosdem introspexerit, *non* difficulter fatebitur. Nobis ita partiri rem libet, vt ante omnia distinguamus inter iudicium possessorium ordinarium & summarium, quod Hispani interim, Lusitani auxilium chartae tuitiuae regalis, Galli recredence, Itali nouam prouisionem, Belgae remedium prouisionale nuncupant. Licet enim iura Romana eam distinctionem ignorauerint, & forte ea carere possimus, si possessoria ad antiquam formam reducerentur, vt prudenter obseruauit BRVNNEMANN. *c. 1. Proceff. num. 45. 46. 47.* tamen hodie in plerisque Europae regnis, & maxime in Imperio nostro, ea obtinet. Deinde in ordinario possessorio probatio fit vel remote, vel proxime; & tum vel artificiali, vel inartificiali modo.

§. II.

PROBATIO POSSESSIONIS IN ORDINARIO FIT *vel* REMOTE.

In ordinario possessorio remote fit probatio ex actibus, quibus possessio vera & proprie dicta vel acquiritur, vel exercetur. Acquiritur autem vel vere, vel analogice. Vere, si quis corpore rem contingat, *l. 1. §. 1. 3. 21. l. 3. §. 3. 4. 14. l. 47. D. de A. vel A. P.* quod non modo fit, cum res manu apprehenditur *l. 1. §. 3. eod.* aut fundum quis pedibus ingreditur, *l. 18. §. 2. in fine & passim eod.* IOSVAE 1, 3. *Locus omnis, quem calcauerit planta pedis vestri, in possessionem vobis cessurus est.* & XIV, 9. *Terra, quam calcant pedes tui, in hereditatem tibi tuisque concedit*; vbi sufficit, quamlibet partem ingredi ad totius possessionem *l. 3. §. 1. eod.* Quo pertinet etiam, quando hodie durch Aushauung eines Spans

Digitized by Google

Spans am Hauß, Ausleſch- und Wieder-Anzündung des Feuers auf dem Heerd, oder Ausgrabung eines Erdſtollen rem apprehendimus, v. CARPZOV. *Deciſ. 63. num. 4.* & *Proceſſ. tit. 25. art. 1. n. 2.* verum etiam oculis & aſpectu *l. 1. §. 21. l. 18. §. 2 eod.* ſc. in acquiſitione deriuatiua: ſecus enim eſt in originaria, vt conſtat ex *l. 7. pro derelict. l. 3. §. 1. & 3. de A. R. D.* Analogice, vel in rebus incorporalibus v. g. ſeruitutibus iisque affirmatiuis per vſum & patientiam, in negatiuis per prohibitionem; in rebus corporalibus per ſigna aut ſymbola. Quae quoniam a Dd. paſſim ad *tit. D. de A. vel A. P.* plenius traduntur, fuſius nunc exequi nolumus. Aeque huc iam pertinent illa Brocardica Dd. poſſeſſionem probari ex clauium traditione, MENOCH. *d. remed. 3. num. 569. n. 577. num. 584.* MASCARD. *de probat. concl. 298.* & *concl. 1185. concl. 1190. ſequ.* inueſtitura abuſiua, etiamſi res in conſpectu haud fuerit. D. AD EYBEN *Elect. feudal. c. 4. §. 11.* Poſſeſſio ipſa exercetur per detentionem cum animo & affectione ſibi habendi. Hinc probatur ex inſiſtentia rei & detentione, animo tamen poſſidendi coniuncta. *l. minus 2. C. de acquir. & retin. poſſeſſ.* MENOCH. *d. l. num. 561. ſequ.* SIXTINVS *2. Conſ. Marpurgenſ. 10. num. 71.* cultura rei. GLOSS. *in l. 3 verb. fruuntur C. finium regundor.* TIRAQVELL. *de praeſcr. §. 1. gloſſ. 5. verſ. neque tamen.* MASCARD. *de probat. concl. 1188.* fructuum perceptione. *cap. cum venerabilis X. de religioſ. domib. l. 48. de ſolut.* MASCARD. *de probat. concl. 1189.* TVSCHVS *concl. 410. n. 22. ſeq.* POSTIVS *de manuten. obſ. 23. num. 4. & 14.* penſionis vel canonis perceptione, *cap. cum accuſat. X. de reſtitution. ſpoliator.* CLVDIVS *cap. 6. rer. quotidian. n. 141.* Adde MASCARD. *de probat. concl. 1186. 1187.* beſtiarum inductione & paſtione, MASCARD. *de probat. concl. 1196. num. 1.* POSTIVS *de manutenend. d. obſ. 23. num. 4.* actibus praeceptiuis & prohibitiuis, quibus quis, tanquam dominum, ſe gerit. POSTIVS *de manuten. d. obſ. 13. n. 2. & 3.* Notandum autem heic, actus, qui controuerſiae cauſam dederunt, ad poſſeſſionem oſtendendam non ſufficere. MEVIVS *part. 3. Dec. 93. & part. 8. Dec. 449.*

§. III.

Vbi quaeritur, quot actus requirantur, vt ex iis probatio inſtitui poſſit?

Ad hunc locum pertinet inſignis quaeſtio, quot actus requirantur, vt ex iis poſſeſſio probari queat? MEVIVS *part. 4. Deciſ. 291. & part. 7. Dec. 168.* ait: ad habendam & probandam poſſeſſionem vnicum etiam actum, modo non vitioſum, ſufficere; ac *part. 8. Dec. 63.* actu etſi vnico, ſi quietus & approbatus ſit, poſſeſſionem transferri. Ipſe tamen *d. l. n. 1.* regulam eſſe fatetur, ex vno actu poſſeſſionem non quaeri. Nobis perplacet diſtinctio BARTOLI *in l. 1. §. interdicto de itiner. actuque priuat.* quae etiam eſt INNOCENTII & PANORMITANI *ad cap. cum eccleſia 3. X. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* an actus ex amicitia permitti ſoleant, & tum vel difficilius, vel facilius; an ſecus. Illo caſu, ſi quae fiunt difficilius, ſiue non facile conceduntur, v. g. ire per fundum alienum, aucupari, venari, paſcere, ſecare ligna in fundo alieno, intereſſe electioni, non tamen habere vocem, requirunt, quem pluries, nec minus, quam 30 vicibus, illo anno vſum eſſe; v. POSTIVM *de manuten. obſ. 8. num. 46. obſ. 53. num. 10.* & *Deciſ. 299. num. 9.* ſin facilime, v. g. excipere aliquem hoſpitio, vti alicuius molendino, vti alicuius artificis opera, licet infiniti actus probentur, quaſi poſſeſſionem probari negant. At, ſi ex amicitia haud ſoleant concedi, v. g. ius tigni immittendi, ius ſtillicidii, ius aquae ducendae, ius ſuffragii in collegio; in his dico & ſimilibus quaſi poſſeſſionem etiam vnico actu probari aiunt: neque enim conſuetum eſt, permitti, niſi quibus ius eſt talia faciendi. Ita poſſeſſio vel quaſi iuris praeſentandi & vnico actu vnaque praeſentatione & nominatione acquiritur. *cap. Conſultationibus 19. X. de praeſentat.* Adde de iurisdictione MASCARD. *de probat.*

Digitized by Google

probat. concl. 948. *num.* 6. de possessione iuris incorporalis etiam ecclesiastici Wesenbec. *conf.* 48. *n.* 20. Mascard. *d. concl* 946. *n.* 6.

§. IV.

PROXIME, modo artificiali *per* praesumtiones, *puta ex antiquiore possessione.*

Proxime per argumenta artificialia possessio probatur ex coniecturis siue praesumtionibus. Vbi primum occurrit vulgatum illud: si constet de antiquiore alicuius possessione, posteriorem alterius praesumi vitiosam & turbatiuam. *cap.* 9. *de probat.* Menoch. *lib.* 6. *praesumt.* 61. *num.* 1. *& sequ.* Alciatvs *Reg.* 2. *praes.* 21. vbi varias limitationes affert & plerasque reiicit. Postivs *de manutenend. obs.* 71. Klockivs *cum allegat. de contribut. c.* 4. *n.* 126. Matth. Wesenbec. *Conf.* 20. *num.* 2. *& sequ.* Mevivs *part.* 3. *Dec.* 91. Tabor *Barbos. locupl. voce possessio ax.* 20. *&* 21. Gonzalez *cum allegat. ad d. c.* 9. *de probat. num.* 9. Brvnnemann. *cent.* 5. *Dec.* 6. Clvdivs *c.* 6. *rer. quotidian. num.* 76. *sequ.* qui hoc ita accipiendum esse tradit, quando nimirum litigatores aequaliter probent de praesenti possessione, & vnus eorum antiquiorem probauerit: huius enim possessionem tum potiorem esse. Enimuero, quando iunior possessor solus possidet, & antiquior id fatetur, aut decennium est elapsum, vt Alciatvs *d. l. num.* 9. ille huic haud dubie est praeferendus, vt ibidem. *num.* 79. recte docet, & post Fontanellam & Cyriacvm Gonzalez *d. l.* Quod si etiam posterior possessio est titulo munita, ea, quicquid dicat Menoch. *remed.* 3. *retin. possess. n.* 728. ob iustam possessionis causam praeferenda possessioni titulo destitutae. Ipse Menochivs *d. l. n.* 730. Post. *tr. de manut. Dec.* 164. *num.* 9. & *Dec.* 118. *n.* 3. in beneficialibus titulatam possessionem praefert. Caeterum non procedit regula vice versa: qui hodie possidet, etiam olim praesumitur possedisse. Alciatvs *d. l. n.* 10. Si quis tamen probauerit, quod hodie possideat, & ante decennium possederit, praesumitur medio tempore possedisse & possessionem continuasse. Alciatvs *d. reg.* 2. *praes.* 22. *n.* 2.

§. V.

Et quod proprio potius nomine quis possedisse censeatur.

Est & alia praesumtio, quem suo potius quam alieno nomine, possidere. v. cum allegat. Mascard. *de probat. concl.* 1204. Menoch. *l.* 3. *de praesumt.* 91. *& l.* 6. *praesumt.* 67. *n.* 13. & *praesumt.* 68. *n.* 2. *& sequ.* Recte autem id declarat Mascardvs, vt tum procedat, quando extat causa, ex qua quis verisimiliter iure proprio possidere possit, veluti si aliquis praecedat titulus. Hinc mulier marito viuo familiaritatis iure in bonis eius morari censetur, quanquam, dum post mortem eius bona pignoris iure retinet, iam vere possidere incipiat. vid. Mevivs *part.* 5. *Dec.* 352. *num.* 1. *& sequ.* Porro tralatitium est: clandestinitatis vitium in titulo possidente non praesumi. Gvtteretzivs *l.* 10. *Commun. Opinion. c.* 34. *n.* 66. 67. v. *D.* Stryckivs *de compossess. c.* 3. *n.* 14. *sequ.*

§. VI.

Quaeritur, an ex partis apprehensione totius rei possessio praesumenda?

Solet quoque quaeri, an ex partis apprehensione totius rei possessio probetur? Quod affirmandum existimamus, si partes vna appellatione contineantur, v. g. fundi; item si pars apprehensa sit principalis, reliquae vel natura vel arte vel possessoris destinatione connexae. Vvlteivs 1. *de feud.* 10. §. 20. Strvv. *Ex.* 42. §. 16. Ita apprehenso castro & pertinentiarum, quae intra castrum sunt, possessio intelligitur acquisita. Vbi tamen cauendum, ne cum Gailio *obs.* 62. *num.* 7. *& obs.* 129. *n.* 7. hoc ad pertinentias omnes extendamus: nam illarum, quae sunt extra arcis ambitum, nulla est connexitas aut cohaerentia: nisi fortasse aliquod medium adipiscendae possessionis interueniat, quo & fun-

Digitized by Google

fundorum extra ambitum illum fitorum, redituumue aliunde venientium poſſeſſionem, ſi non naturaliter, ſaltem ciuiliter conſequamur; puta, ſi emtori vel donatario illarum rerum fundorum vel redituum inſtrumenta tradantur. *l. 1. C. de donation.* Non temere de ſententia illa GAILII dubitauit GRAEVEVS *l. 2. concl. 129. conſider. 1.* Illud libenter largimur GAILIO: apprehenſa vnius rei haereditariae poſſeſſione, caeterarum rerum eiusdem haereditatis apprehenſam non cenſeri. Idemque ſentiunt MYNSINGER. *cent. 3. obſ. 93.* MENOCH. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. num. 799.* WESENBEC. *conſ. 1. num. 51.* vbi hoc extendit ad feudalia bona. Add. FRIDERVM MINDANVM *commentar. 20. de interdict. n. 72. ſequ.* vbi plures caſus huc pertinentes expendit. Poſſeſſio vel quaſi in vna alteraue iuriſdictionis ſpecie operatur poſſeſſionem in caeteris, ad id genus iuriſdictionis pertinentibus. *cap. cum Eccleſia X. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* MEVIVS *p. 7. D. 34. per tot.* SCHVERF. *cent. 2. conſ. 32. num. 25.*

§. VII.

Inſtrumentis poſſeſſionem non probari, vulgata eſt Dd. traditio per *l. 48. D. de A. vel amitt. poſſeſſion.* & ibi Doctores, COTHMANN. 1. *Reſponſ. 20. n. 20. & ſeq. 2. Reſp. 72. n. 11. ſequ.* WESENBEC. *conſil. 20. num. 10.* & quos profert. MEVIVS *part. 4. Dec. 293. p. 6. Dec. 174. p. 7. Dec. 153 n. 13.* BRVNNEM. *ad l. 12. C. de probat. n. 2.* Etiamſi in inſtrumento fuerit perſcriptum, traditionem eſſe factam. COTHMANN. *d. Reſp. 20. n. 21.* Si tamen inſtrumentum contineat actus poſſeſſorios, per indirectum eo poſſeſſio probatur, v. g. ſi Notarius de ingreſſu ſiue apprehenſione inſtrumentum conficiat, vti quotidie fieri conſuevit. WESENBEC *d. conſ. 20. n. 10.* MASCARD. *de probat. concl. 1191. num. 27.* POSTIVS *de manutenend. obſ. 21. n. 8.* Inter ipſos quoque contrahentes, tradentem puta & accipientem, inſtrumentum de poſſeſſione fidem facere, non dubitamus. v. MYNSING. *ad c. 6. X. de fide inſtrument. n. 31. ſequ.* COTHMANN. *2. Reſponſ. 56. num. 60.* Quantum vero attinet tertium, id praeſumtiue probare, tradit idem COTHMANN. *d. l. n. 59.* quod in antiquis forte procedit. v. MASCARD. *d. concl. 1191. num. 31.* v. STRYCKII *Diſſert. de poſſeſſ. inſtrumentali in vol. 2.*

Inartificiali modo, per inſtrumenta regulariter poſſeſſio non probatur.

§. VIII.

Teſtibus poſſeſſionem probari, non eſt dubium. Atque hactenus verum eſt, plus valere teſtes, quam inſtrumenta. Probant autem teſtes, etſi de diuerſis actibus ad idem tendentibus teſtificentur. Bene MEVIVS *part. 7. Dec. 169. Singularitas de modo & tempore poſſeſſionis nihil demit teſtimoniis. Eſt enim poſſeſſio ex iis, vbi probatio in genere ſufficit. In quibus teſtes ſingulares probant, quando deponunt diuerſim ea, ex quibus poſſeſſio conſtat, dummodo ipſam contineat depoſitio: veluti, ſi ſinguli alios actus poſſeſſorios teſtificentur, modo ita comparati ſint, vt omnes immediate illam inferant. Et licet circa tempus ſingulares ſint, obeſſe non poteſt, dum tamen poſſeſſionem a quouis tempore repraeſentant.* Conf. STRVVIVS *Ex. 28. §. 48.* Notandum heic, a teſtibus ſuper actibus poſſeſſoriis teſtificantibus reddendam eſſe cauſam ſcientiae, licet de ea non interrogentur, niſi dicant, ſe vidiſſe, ab aliquo teneri ſiue poſſideri hanc vel illam rem: teſtimonium autem tale intelligi de poſſeſſione non iuris ſed facti. Quam in rem plurima Doctorum nomina cumulauit RVTGER. RVLANTVS *l. 3. de Commiſſar. c. 1. num. 1.* conf. MASCARD. *de probat. concl. 1207.* & *Concl. 1208.*

Vtique vero per teſtes.

§. IX.

In ſummariſſimo ſiue momentaneo nihil vltra nudum factum attenditur, nec iudex diſpicit, quisnam poſſideat, ſed quis tantum in poſſeſſione ſit. *Clem. ſaepe de Verb. ſignif.*

IN SVMMARIISSIMO

Digitized by Google

Gail. 1. *obs.* 6. Mevivs *part.* 2. *Dec.* 228. *part.* 3. *Dec.* 91. *num.* 1. *& part.* 5. *Dec.* 178. *num.* 7. *sequ.* modo id liti causam non dederit. v. Mevivs *p.* 3. *Dec.* 95. Hinc precario etiam possidens in hoc iudicio obtinet. Mevivs *part.* 9. *Dec.* 117. Et cum in eo sufficiat, aliquam fidem & verisimilitudinem super possessione fieri, nec exacta probatio desideretur, instrumenta ad fidem valere, existimat idem Mevivs *part.* 4. *Dec.* 293. Schilter. *Exercit.* 35. *ad Digest.* §. 21. Quod nos, nisi instrumentum super actibus nouissimis fidem faciat, vix locum habere posse, putamus. Vt autem instrumenta in iudicio hoc probent, recognitione eorum opus esse, contendit Finckelth. *obs.* 117. Testes iniuratos esse posse, affirmat Carpzov. *l.* 1. *Responsa* 11. *n.* 7. *sequ.* & *Proceff. tit.* 23. *art.* 1. *n.* 35. Mevivs *d. part.* 4. *Dec.* 293. *n.* 4. At, nisi alia adminicula accedant, magis placet, quod idem *part.* 8. *Dec.* 492. asserit, non tantum vsum fori in plerisque iudiciis, sed & analogiam iuris opinioni huic refragari. conf. Finckelth. *obs.* 32. Hahnivs ad Wesenbec. *de probat. n.* 5. An testium reprobatio heic admittenda, a iudicis arbitrio pendere, recte Mevivs pronunciat. *part.* 3. *Dec.* 132. Sufficere vnius testis, praesertim in dignitate constituti, testimonium in hoc iudicio demonstrauit Carpzov. *l.* 3. *Responsa* 94. *& p.* 2. *cap.* 7. *def.* 16. Non tamen, vbi de singulorum ex vniuersitate vtilitate agitur, hi sufficiant in summariissimo. v. Berger. *in resolut. p.* 516. Mevivs *conf.* 73. *n.* 14. *sequ.* Testes omnino inadmissibiles in summariisimo non probare, docet Carpzov. *p.* 1. *const.* 7. *def.* 17. An admittatur testium reprobatio in summariisimo, v. Farinacivs *quaest.* 62. *n.* 193. 195. Brvnnemann. *proceff. c.* 20. *n.* 20. Postivs *de manut. obs.* 96. *n.* 1. testes singulares etiam sufficiunt, de diuersis actibus deponentes. Mevivs *p.* 7. *Dec.* 160.

SECTIO II.

DE

EFFECTV POSSESSORII, QVANTVM ATTINET FRVCTVVM ACQVISITIONEM ET LITIS EXPENSAS.

Quaestio proponitur; an victor in possessorio a fructuum restitutione excusetur? vbi DIVERSAE *sunt* SENTENTIAE.

§. I.

QVaestio est frequens in iudiciis, vtrum victor in possessorio a fructuum restitutione excusetur? qua in re diuersae admodum sunt sententiae, simpliciter siue indistincte affirmantium, simpliciter negantium, & denique distinguentium. Videbimus de singulis.

§. II.

SIMPLICITER AFFIRMANTIVM, *quorum ratio est.*

Simpliciter affirmant Matthias Berlichivs *Decis.* 7. Benedict. Carpzovivs *l.* 1. *Responsa Electoral.* 18. *num.* 1. *&* 2. *loquens de possessorio summariissimo.* Brvnnemannvs *cent.* 5. *Dec.* 53. Hvber. *praelect. ad Digesta tit. de rei vindicatione* §. 9. vbi praeiudicium. Add. Berger. *resolut. d. l. pag.* 136. vbi alius casus ex Merenda *l.* 5. *controuers.* 27. &, qui multos alios profert, Klockivs *tom.* 2. *conf.* 2. *num.* 54. *& conf.* 29. *num.* 75.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Horum prima ratio est, quod in possessorio victor iustam litigandi & ad iudicium petitorium prouocandi causam habuisse censeatur, qualis vtique post litis contestationem malae fidei possessor effici non videtur, nec proinde ad fructuum perceptorum restitutionem teneri. Cui firmando BERLICHIVS *l. si quis 14. D. de vsuris & fructibus* adducit. *Prima.*

§. IV.

Altera ratio est, quod habens pro se possessionem, licet minus canonicam, a refusione expensarum litis liberetur: cum quia possessor conuentus, actore non probante, etsi nihil praestiterit, obtineat, ac proinde probabili sufficientique litigandi causae innitatur; tum quia auctore Praetore possidens vitiligator existimari non possit. v. CARPZOV. *d. respons.* 18. *num. 3. sequ.* Valet autem argumentum ab expensis ad fructus, vt euincit totus titulus *C. de fructib. & litium expensis.* *Secunda.*

§. V.

Tertia ratio est: quia bonae fidei possessor, titulum habens, etiam post litem contestatam excusatur a restitutione fructuum perceptorum, id quod GLOSSAM *ad l. si nauis 62. §. generaliter D. de rei vindicat.* & ex *l. si fundum 17. verbo non recte C. de rei vindicat.* SCHNEIDEWINVM *in §. si quis a non domino 35. I. de rer. diuision. num. 5.* adstruere, tradit BERLICHIVS. Tanto igitur magis excusabitur, qui fultus titulo sententiam in possessorio latam pro se habet. *Tertia.*

§. VI.

Quarta ratio est, quod litis coatestatio malae fidei possessorem non vere sed ficte efficiat, aequum autem sit, bonam fidem vere habentem a fructuum restitutione absolui; maxime cum bonae fidei possessor nec post iudicium acceptum teneatur de casu fortuito, vt manifeste decisum est in *l. 40. pr. de petit. haereditat. & l. 16. D. de Vindicat.* *Quarta.*

§. VII.

Accedat his quinta ratio, quod iussu Praetoris, adeoque bona fide possideat, qui in possessorio obtinet, qualem fructus suos facere, liquere putat CARPZOVIVS *ex l. loci 4. §. post litem D. fin. regund. l. 1. C. de petition haeredit. l. si quis bonorum 23. D. de legat. 1. l. quaesitum 40. & l. bonae fidei. 48. D. de acquir. rer. domin.* *Quinta.*

§. VIII.

Postremum, quod sextae rationis loco esse potest, nemo ignorat, ei, qui in possessorio obtinuit, fructus adiudicari. *l. 3. de interdict. l. 3. §. fin. vti possidet. l. quaesitum 8. §. ex hoc D. de precar. l. 1. §. 31. & §. 41. D. de vi & vi armat.* v. CLVDIVM *cap. 8. rer. quotidian. sect. 4. n 90. & sequ.* Cur autem ad fructuum restitutionem condemnabitur, qui eos ex iudicato accepit? *Sexta.*

Digitized by Google

§. IX.

SIMPLICITER NEGANTIVM, *quorum ratio est prima;*

Negat e contrario simpliciter Nicolavs Vigelivs *cent. 1. Decis. Iur. Controvers. 95.* Pro quo complures etiam rationes afferri possunt. Primum enim in possessoriis iudiciis Praetor etiam iniustum possessorem tuetur. *l. 1. §. 2. l. 2. D. vti possidetis l. final. D. vti possidetis l. final. D. de acquir. vel amittend. poss.* cap. *ex literis X. de restitut. spoliat.* vid. Henel. *de dotalit p. 479.* & malae fidei possessori deiecto possessionem adiudicat *l. 1. §. 30. D. de vi & vi armat.* Ecquis vero dixerit, talem sententia in possessorio lata bonae fidei possessorem effici? Sane pium Francisci Sarmienti monitum est apud Klockivm *1. conf. 40. n 18.* remedia possessoria in conscientia valde esse periculosa: nam nullo modo posse quem sine periculo animae remedio possessorio agere, etiamsi in eo bonum foueat ius, nisi etiam in iudicio proprietatis res ad eum pertineat, & aliter agendo scienter ad expensas omnes, damna & interesse victori teneri. Conf. Andr. Clvdivm. *cap. 1. Rer. quotidian. num. 174.*

§. X.

Altera;

Deinde certum est, malae fidei possessorem ad restituendos fructus tam perceptos, quam percipiendos, teneri. Atqui post litis contestationem possessores omnes sunt pares, & praesumtione iuris habentur pro malae fidei possessoribus, quantumuis eorum conscientia per litis contestationem mala fide conturbata haud fuerit. *l. sed etsi 25. §. 7. D. de petit. haeredit. l. nemo 10. C. de acquirend. & retinend. possess.* Adde *l. illud quoque 40. D. de petit. haeredit.* vbi Ictvs ait: ex euentu litis apparere, nullo iure litigasse possessorem, & hinc imputari ei posse, quod non statim restituerit. Idque magno consensu tradunt passim Dd. v. Hartmann. Pistor. *l. 4. quaest. 27. num. 1.* Klockivm. *Relat. Camer. 4. num. 313. & relat. 10. n. 229.* Carpzov. *part. 3. constit. 32. def. 30. & 1. Responsi. Electoral. 39.* Hinc in Augustiss. Camerali Iudicio An. 1588. 16. Septembris apud Tilemann. de Benignis *Syntagm. 3. Decis. Vot. 10. n. 131. sequ.* rea, non obstante, quod litigandi iustissimam habuisset causam, sicque ob tot difficultates & dubia, quae litem ambiguam & intricatam facerent, in bona fide constituta fuisset (verba sunt Referentis) ad restitutionem fructuum a tempore litis contestatae perceptorum condemnata fuit.

§. XI.

Tertia;

Iam & illud constat: sententiam in petitorio latam absorbere illam, quae in possessorio pronunciata fuit, eamque in irritum deducere. *cap. 5. X. de caus. possess. & proprietat.* Possessione autem in irritum recidente, res cum fructibus restitui debet. *l. filio 16. §. 1. D. de inofficioso testam.* maxime cum sententia in possessorio lata exceptionem rei iudicatae in petitorio non patiat. *l. 14. §. final. de except. rei iudicat.* Carpzov. *1. Responsi. Electoral. 16. & 17.*

§. XII.

Quarta;

Cui consequens est, si is, cui possessio adiudicata fuit, in petitorio succumbat, & propterea ad rem ipsam restituendam obligetur, eundem nec in accessoriis, quales sunt fructus, se defendere posse. Nam, qui dominus est rei, idem naturaliter & dominus est fructuum rei, vt recte ait H. Grotivs *l. 2. de I. B. & P. c. 10. § 4.* &, qui litem contestatur, in iudicio quasi contrahit. *l 3. §. 11. D. de peculio.* Certe sententia contraria nulla expressa lege nititur.

§ XIII.

Digitized by Google

§. XIII.

Neque vero deest, quod ad diuersum sentientium rationes respondeatur. Nam, primam quod attinet, iusta illa causa post iudicium acceptum, siue litis contestationem, ex iuris praesumtione iusta esse desinit: quoniam eo ipso reus se tacite obligat, restituturum se, cuius rei nomine condemnatus fuerit. Nec refragatur *d. l.* 24. *D. de vsur. & fructib.* loquitur enim de illo, qui dicit, se paratum ad soluendum, si probetur, & propterea ad iudicium prouocat, quem ICTVS in mora esse negat, si ex iusta causa id faciat, id est tali, quae eum liberet a culpa. Ecquid vero hoc ad rem, de qua agimus? *Iidem respondent ad simpliciter affirmantium rationem primam.*

§. XIV.

Eadem imbecillitate laborat ratio dubitandi secunda. Etenim saepius expensae compensantur, etiam cum reus a fructuum restitutione non absoluitur. Et diuersa est ratio: nam fructus ex re vel occasione rei prouenerunt, vt adeo non temere iura a litis contestatione, quantum fructus attinet, malam fidem collegerint. At expensarum refusio ob temerarium litigium, quod ex solo litis euentu non metimur, rationabili iudicis arbitrio imperari consueuit. In eo ambo conueniunt, quod non tantum de re principali, sed & de fructibus & litis expensis iudex sententiam ferat. Quo demum pertinet totus ille titulus C. *de fructibus & litium expensis.* *Secundam.*

§. XV.

In tertia ratione falsum omnino est, titulo innixum post litem contestatam a restitutione fructuum liberari. Aliud sane euincunt tot leges, quae non distinguunt inter possidentem cum titulo, & sine titulo. vid. CARPZOV. *l.* 1. *Responsi.* 39. *n.* 4. & 5. Nec SCHNEIDEWINVS, quod dissentientes volunt, asserit, vt ipsa inspectio manifestum facit. Et quod *l.* 17. *C. de rei vindicat.* attinet, ea expresse definit, etiam solam denunciationem & admonitionem extraiudicialem, factam a domino, ne quis emat, constituere emtorem malae fidei possessorem, ita vt ad restitutionem fructuum mala fide perceptorum condemnari queat. Quanto igitur magis id locum habebit, vbi accesserit litis contestatio, quae, vt supra probauimus, malam fidem ex iuris praesumtione inducit. *Tertiam.*

§. XVI.

In quarta ratione admitti potest, malam fidem, possessorii post litem motam superuenientem, nonnisi ex fictione iuris malam fidem esse. Enimuero, vbi aequum est, possessorem, cui nunc lis mota est, parem facere praedoni aut alii malae fidei possessori, ibi quoque par esse fingitur vtriusque causa: vbi non est aequum, ibi non fingitur par conditio. Par est conditio ratione diligentiae praestandae & fructuum restituendorum. At in articulo casus fortuiti par causa non est. Praedo ab initio intellexit, quod non debuit alienum contingere, ergo eius periculo res interit, etiam ante litem. Sed horum nihil praestare debet bonae fidei possessor: nam hic casus praecaueri non potuit, neque debuit possessor formidine illius liti cedere, aut ius suum indefensum relinquere, vt recte hoc vidit BARTOLVS *ad l.* 40. *D. de pet. haered.* *Quartam.*

§. XVII.

In quinta ratione nequicquam pro sententia sua CARPZOVIVS adduxit leges: nam *l.* 4. §. *post litem D. fin. regundor.* & *l.* 1. *C. de petit. haeredit.* expresse asserunt, post *Quintam.*

Digitized by Google

litem contestatam quem ad fructus restituendos teneri. *l. 23. de legatis* 1. loquitur de fructibus rei legatae ob moram praestandis, & *l.* 40. *&* 48. *D. de A. R. D.* agunt manifeste de bonae fidei possessore, qualis non est amplius, qui iudicium accepit. Nec verum semper est, bona fide possideri rem ex iussu Praetoris, quippe qui & malae fidei possessorem interdum vel deiectum restituit, vel turbatum in possessione tuetur.

§. XVIII.

Sextam. Denique nec sexta ratio quicquam efficit: diuersa enim ratio est possessorii & petitorii: hinc sententia in possessorio lata non parit exceptionem rei iudicatae in petitorio, vt supra diximus. v. & Richter. *Decis.* 83. *n.* 176. *sequ.* Adde etiam, possessorium a petitorio absorberi, vt supra itidem dictum.

§. XIX.

DISTINGVENTIVM. Alii igitur existimant, obtinentem in possessorio absolui quidem a restitutione fructuum usque ad litis contestationem in petitorio factam perceptorum, a tempore vero litis contestatae super petitorio eum ad restitutionem fructuum teneri. Huius sententiae esse Glossatorem, Capell. Tholos. Stephan. Avfrerivm & Filinvm, scribit Berlich. *d. decis.* 7. *n.* 1. Quos cum pro se adducant Gailivs 1. *obs.* 63. *n.* 11. Petr. Fridervs Mindanvs *de continent. causae cap.* 11. hi ex eorum sententia, licet paulo generalius loquentes, intelligi debent. At Brvnnemannvs *ad l. vulgo* 2. *D. de vsur. n.* 3. affirmantium sententiam intelligit de possessorio ordinario, quippe vbi de iure possessionis quaeritur: nam in summario possessorio vincentem non habere pro se praesumtionem aliquam, cum de solo facto possessionis quaeratur. Addit, se hoc quoque intelligere de fructibus percipiendis, quasi dicat, in possessorio ordinario vincentem, postea victum, de percipiendis quidem securum esse, at non de perceptis.

§. XX.

Subiicitur ἐπίκρισις. Quid dicemus? Ante omnia distinguendum videtur inter b. & m. fidei possessorem. Hic nunquam censeri potest b. fidei possessor, etsi in possessorio vincat. Atque hactenus militant argumenta Vigelii. At, quantum attinet b. fidei possessorem, placet omnino sententia distinguentium, vt, quamdiu viget possessorium, victor in illo a restitutione fructuum sit immunis: at in petitorio idem victus ad fructus restituendos a tempore contestatae litis condemnetur. Hoc enim analogia iuris desiderat. Neque refert, sententiam in possessorio pro possessore fuisse latam; quandoquidem agens omnis actione reali aduersarium possessorem agnoscit, quae confessio haud dubie idem valet, quod sententia; & tamen iura indiscriminatim illum, qui litem contestatus est, quantum attinet fructus, pro malae fidei possessore habent. Atque secundum hoc temperamentum Augustissimum Imperii iudicium, quod Wetzlariae nunc est, Anno MDCXCV. in causa Heyden contra Wendt pronunciauit, condemnans Baronem de Heyden, qui in possessorio ante obtinuerat, ad fructuum a tempore litis in petitorio contestatae perceptorum restitutionem. Idem sensit Referens in Augustissimo Iudicio Caesareo Aulico in Relatione I. apud Vffenbachivm. Placet etiam distinctio Brvnnemanni inter possessorium summarium & ordinarium. Quod vero idem Brvnnemannvs sententiam simpliciter affirmantem ratione fructuum percipiendorum admittit, quemadmodum ex iure nostro asseri queat, non videmus. v. Idem ad *l.* 25. *D. de vsuris.* Caeterum in Gallia Franciscus I. Rex constituit, fru-

Digitized by Google

fructus vniuersos deberi ab omnibus seu bonae seu malae fidei possessoribus non modo post litem contestatam, sed & a tempore litis apud iudicem motae, idque nulla amplius distinctione actionum realium & personalium, bonae fidei aut stricti iuris, fructuum naturalium aut industrialium. Secundum quam Constitutionem in iudiciis Gallorum quotidie pronunciari, testis est GROENEWEGIVS *ad l. 22. C. de rei vindicat.* Adde STOCKMANN. *Decis. Brabant.* 127. Aliter BERGER. *1. resolut. p. 156. 157.*

DISSERTATIO.

DE

PRAESCRIPTIONE IVRIVM, PER TEMPORVM INTERVALLA RENASCENTIVM.

SECTIO I.

§. I.

QVae circa vocem praescriptionis dici possunt, cum a tyronibus Iuris non ignorentur, non repetemus. Tantum hic dicemus, praescriptionis vocabulo nos intelligere exceptionem temporis, qua actio excluditur, velut certo tempore & termino praescripto exclusa. Licet autem obligationes actionesque tantum non omnes 30. annis praescribantur *l. 3. Cod. de praescript. 30. vel 40. annor.* tamen vexata inprimis est controuersia, num idem dicendum de iuribus actionibusque, quae per certa temporum interualla renascuntur?

§. II.

Cum autem fundamentum huius controuersiae consistat in vera explicatione *L. Cum notissimi 7. §. final. Cod. de praescr. 30. vel 40 ann.* quam interpretes mox in hanc, mox in illam partem trahunt, verba eius huc transferemus integra. Ita autem illa habent: *In his etiam promissionibus vel legatis vel aliis obligationibus, quae dationem per singulos annos vel menses aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum praescriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni vel mensis vel alterius singularis temporis computari, manifestum est: nulla scilicet danda licentia vel ei, qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta vel quoscunque alios annos detinuerit, dicendi, ex transacto tempore dominium sibi in iisdem rebus quaesitum esse: cum in eodem statu semper manere datas iure emphyteutico res oporteat: vel conductori seu Procuratori rerum alienarum, dicendi, ex quocunque temporum curriculo non debere se domino, volenti post completa conductionis tempora possessionem recipere, eandem reddere.* Quae & Doctorum inde resultantes opiniones, si breuiter examinauero, quaeque ex his mihi arrideat, si fuerit expositum, quid de resolutione dictae quaestionis sentiendum sit, sua sponte apparebit.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Bvlgarvs, vetus ille Gloſſator dictae *Legis* 7. §. *ſextum* ita explicat: procedere praeſcriptionem tam ad penſiones futuras, quam praeteritas, hoc eſt, quod ſtatim annuis & menſtruis praeſtationibus non ſolum praeteritis, ſed etiam futuris, ſit praeſcriptum, vbi a prima ceſſatione, qua quis cenſus & annuas praeſtationes ſoluere deſiit, triginta anni ſint elapſi, & quidem id obtinere indiſtincte, tam in praeſtationibus, quae debentur ex contractu, quam quae debentur ex voluntatibus vltimis. Probat haec inſuper cum ſuis ſequacibus (1) ex textu in *C. de quarta decima* 4. *X. de praeſcr.* vbi patet, quod vnica praeſcriptione quadragenaria tollatur quarta decimarum debita Epiſcopo, quae *communiter* ſoluitur quolibet anno, quia obligatio eſt de praeſenti, licet exactio dilata ſit ad tempus debitum. (2) Quia negligentia praecedentium excludat a petitione ſequentium, & negligentia, cauſata circa ius & actionem de praeſenti, noceat quoad exactionem, quae fieri poterit futuris temporibus *d. c. de quarta decima L. Corruptionem* 16. *Cod. de Vſufr.* (3) Illi, de quo actio competit, praeſcribi poteſt. *L.* 1. §. *fin. Cod. de Annal. Except.* Atqui pro futuris penſionibus & praeteritis, vt quis tam pro praeſenti, quam pro futuro tempore condemnetur, licet executio, donec praeſtationes futuri temporis debeantur, differatur. Ergo, (4) ſi ſtipulatio annua eſt vna, 30, annis tollitur in totum; atqui vnica hic eſt ſtipulatio, licet multi anni ſint, pro quibus penſiones debentur *L.* 35. §. *fin. ff. de mort. cauſ. donat. L.* 16. §. 1. *ff. de V. O.* Ergo totalis praeſcriptio obtinet. Accedit, (5) vbi vnica, non multiplex eſt obligatio, ibi vnam ſolam naſci actionem. *L.* 8. *ff. de eo quod cert. loc. L.* 38. §. 12. *de Ædil. Edict. L. fin. in fin. Cod. de duob. Reis.* Quapropter, cum hic prima actio a primo anno ſtatim extiterit in rerum natura & competierit, ab eo tempore curret praeſcriptio *L.* 1. §. *fin. Cod. de annal. Except.* Ergo, ſi ſemel eliſa, nec prae aliis criſtam (vt Doctores loquuntur) erigere audebit. *L.* 98. §. 8. *verb. nec admiſſum eſt ff. de ſolut.* nec vnquam reuiuiſcet. (6) Pro hac ſententia facit, quod praeſcriptio aequiparetur ſolutioni, & praeſcribens ſimilis ſit ſoluenti in *L.* 45. *in fin. ff. de adminiſt. Tut.* Solutione vero ſortis cum tollatur omnis obligatio & actio hinc deſcendens *pr. Inſt. quib. mod. toll. Oblig.* conſequi omnino videtur, praeſcriptione ſemel ſublatam actionem non reſuſcitatum iri ad petitionem futuri temporis penſionum *d. L.* 98. §. 8. *ff. de ſolut.* Hanc autem ſententiam praeter BVLGARVM in ſupra citato loco defendunt Gloss. ibid. *verb. cuiusque anni per d. L.* 35. §. *fin. ff. de mort. cauſ. donat. L.* 16. §. 1. *ff. de V. O.* Panorm. *in d. c. auditis n.* 36. Schneidew. *ad tit. Inſt. de Vſucap. rubr. de Spec. Vſucap. n.* 14. Cardin. Tvsch. *Tom.* 6. *pract. concl. lit. P. concl.* 545. Nicol. Boerivs *dec.* 336. *num. fin. in fin.* vbi hanc opinionem de generali conſuetudine Franciae ſeruari teſtatur. Et recepta eſt in Saxonia, Catalonia, Geldria, Hollandia, Burgundia. *Conſt. Elect. Saxon. part.* 2. *conſt.* 2. vbi Dan. Moller, *in Comm. n.* 5. *& ſequ.* Zanger, *de Except. part.* 3. *c.* 10. *n.* 12. *in fin.* Cancer. *p.* 1. *Reſol. cap.* 19. *n.* 17. H. Grot. 3. *Manud.* 46. §. jährliche Schuld.

§. IV.

Alia ſententia eſt Martini, antiqui Gloſſatoris, in *d. L.* 7. §. *fin. Cod. de praeſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* eorumque, qui illum ſecuti ſunt, vt Cyni *in L. apochis* 19. *Cod. de fid. Inſtrum.* Capel. Tholoss. 342. Speqvl. *lib.* 4 *part.* 2. *tit. de praeſcr.* §. 1. *n.* 13. Hostiens. *in ſumm. aur. X. de praeſcr. rer. immob.* §. *quae res praeſcribi poſſunt n.* 4. Borcholt. *de Vſur. cap.* 4. *n.* 36. vid. Wvrms. *Lib.* 1. *Obſ. Tit.* 45. *Obſ.* 5. Bvd. *tr. de moneta lib.* 2. *cap.*

Digitized by Google

cap. 24. *n.* 1. *seq.* GVID. PAP. *dec.* 406. *seq.* MATTH. COLER. *ad C. auditis* 15. *X. de praescr. n.* 14. PETR SVRD. *dec.* 24. *n.* 12. AND. KNICHEN *de vestitur. pact p.* 2. *c.* 3. *n.* 81. ANT. TESSAVR. *decis. Pedemont.* 114. *n.* 1. *sequ.* MYNS. *cent.* 3. *Obs.* 13. GAIL. 2. *Obs.* 73. THOM. MERCKELBACH. *in Consil. Klockii Tom.* 4. *cons. adopt.* 1. *n.* 283. allegatus a Dn. HARPRECHT *in tr. de praescr immunit. a Collect. c.* 2. *th.* 7. BESOLD. *thes. pr. voc.* Zinß. *Vol.* 1. *Cons. Argent.* 45. *n.* 8. vbi praeiudicium aliud refert ex GYLMANNO & multos allegat. SANDE 5. *tit.* 6. *def.* 1. vbi testatur, secundum hanc sententiam in suprema Frisiae Curia iudicatum esse. Add. C. I. A. *in tit. de Vsur. th.* 18. PAPON. 12. *Arrest. tit.* 3. *arr,* 5. COSTAL. *in L. si Vsusfructus* 28. *ff. quib. mod. Vsusfr. amitt.* FACHIN. 8. *controu.* 99. FRANC. SALGADO DE SOMOZA *in Labyr. Credit. p.* 1. *c.* 41. *n.* 66. & complures magnae auctoritatis ICti, qui omnes vnanimiter e contrario concludunt, quod ad quamlibet annuam pensionem & praestationem, dum semper renascitur, propria requiratur praescriptio, ita vt a die cessationis soluendae pensionis, faciendaeue praestationis incipiat currere praescriptio tantum pro illo anno, quo est cessatum, & in secundo anno, quo fieri debet solutio, incipiat praescriptio pro secundo anno, in tertio pro tertio, in quarto pro quarto, & sic deinceps de singulis annis, adeo, vt tot sint praescriptiones & tempora praescriptionum, quot sunt annuae pensiones & praestationes. Vnde, licet praescriptio vnius anni adsit, ea tamen ad sequentes annos simul se extendere haud potest.

§. V.

Glossator IOHANNES *in dict. L.* 7. §. 6. *Cod. de praescr.* 30. *vel* 40. *ann.* aliam, a duabus prioribus sententiis diuersam, opinionem fouet; distinguendo inter praestationes annuas, ex vltima voluntate seu legatis, & ex contractibus ac stipulationibus descendentes: Illis, modo praeteritis, his tam futuris, quam praeteritis, praescribi posse dicit. Huic multi quoque Doctores adstipulantur, recensiti a BOERIO *in dec.* 336. SCHVRFFIVS etiam hanc IOHANNIS tertiam sententiam fortissimis (vt putat) rationibus propugnat, *cent.* 1. *cons.* 10. quam vtpote communissimam amplectitur BALB. *in tr. de praescr.* 4. *part.* 47. accedit WESENBEC. *cons.* 2. *n.* 39. *sub fin. Vol.* 1. CHASSAN. *in Consuet. Burgund. rubr.* 9. §. 2. *n.* 5. *seq.* IASON. *in d. L.* 5. §. 16. *ff. de nou. op. nunciat. n.* 3. *seq.* TVLDEN. *ad lit. C. de praescr.* 30. *vel* 40. *annor. n.* 4. quoniam obligatio annui ex stipulatione vna sit, at vero legata annuae quantitatis tot sint, quot anni cedant. Hanc distinctionem probant exinde: Quia stipulatio annuae praestationis est vna, & vna actione petitur tota pensio, etiamsi concepta sit in plures annos, iuxta *d. L.* 16. *ff. de V. O.* Ergo etiam sufficit vna praescriptio; At in annuis legatis & aliis menstruis praestationibus, quae ex vltima voluntate debentur, plura sunt legata, & tot sunt praestationes annuae, quot sunt anni, ac praescriptio primi anni pura est, reliquorum vero annorum praestationes sunt conditionales. *L.* 4. *L.* 11. *de ann. legat.* Quoniam vero conditionalibus obligationibus non praescribitur, nisi vbi iam extiterint, *d. L.* 7. §. 4. *Cod. de praescr.* 30. *vel* 40. *ann.* merito inde plures requiruntur praescriptiones.

§. VI.

Sed quae ex horum pharetris depromta tela sunt penetrabiliora? Priorem sane sententiam, salua tamen illius defensorum auctoritate, cum aliis magnis Viris plane reiicio. Licet mirum videatur PETR. FRID. MINDANO *tr. de mandat. Cap.* 74. §. 5. contrariam MARTINI opinionem tot alleclas, totque illustria praeiudicia inuenire

Digitized by Google

potuisse; licet idem Bvlgari Glossatoris sententiam, iuribus & rationibus tanquam magis congruam, defendat; licet etiam inuito Imperatore verba *d. §. fin.* in *L. 7. Cod. de praescr. 30. vel. 40. ann.* eo detorqueat, quod nihil aliud velint, quam praescriptionem annuarum pensionum non a tempore obligationis, sed primae cessationis, dinumerandam esse. Adire enim possunt, qui idem cum eo adstruere conantur, *L. 7. §. 4. Cod. de praescr. 30. vel 40. ann.* & similes, vbi dicitur, quod obligationibus in diem & sub conditione non possit praescribi, nisi vbi dies vel conditio extiterint. Iam autem notum est, ratione futurarum pensionum obligationem esse in diem, & nondum competere. Haec certe, posito, non tamen concesso, quod *d. §. fin.* ita generalem & leuem explicationem saltem admittat, oppositum hoc argumentum satis diluunt, & propterea aequum rerum aestimatorem ad validiorem quandam sententiam descendere efficiunt. Nec quicquam hac in parte mouere debet Bachovivs *ad Tr. Vol. 2. D. 22. th. 3. lit. I.* qui a Mindano non multum discrepat, & ex verbis illis Imperatoris: *manifestum est &c.* idem euincere satagit, vtpote quae alias adhiberi non potuissent. Haec enim eius non sunt ponderis, vt a veritate Legum eapropter recedamus, cum nihil aliud dictis verbis Legislator indicare voluerit, quam actionibus nondum natis praescriptiones currere non posse, & propterea, quod tot sint praescriptiones, quot actiones, *manifestum esse*, id est, sana ratione & aequissima aequitate niti. Et quamuis demum Frid. Martini *in tr. de Censib. cap. 5. n. 111.* dicat: Gailivm *d. L. 2. Obs. 73.* aliam quandam sententiam sine iure defendere, contrarium tamen ex ipsius inspectione eluceſcit. Obiectiones ergo, quae facile ex dictis in huius Sectionis §. 3. formari possunt, vt aliquatenus resoluantur, ordo instituti iam postulat.

§. VII.

In uniuersum Bvlgaro eiusque assecla auctoritatem Imperatoris, quae splendet in *L. nostrae 7. §. fin. Cod. de praescr 30. vel 40. ann.* longe anteponimus. Argumenta vero ipsorum facile eneruantur, si dicamus cum Berlichio *in part. 2. concl. pract. 4. n. 5.* in contrarium adductum *C. de quarta decimae X. de praescr.* loqui de quodam iure personali, debito Ecclesiae Episcopali, tanquam personae fictae, in quam cadit quasi possessio *C. ad aures X. d. praescr.* non vero ibi quaeri de actione personali, competente ex promissione annua; vnde mirum non est, si sufficiat vnica praescriptio, sicut idem videmus in iure vsusfructus *L. Corruptionem 16. Cod. de Vsufr.* Praeterea dici posset, quod in dicta Decretali nec clare exprimatur, an Episcopus ibi egerit etiam ad praestationes *pro futuris annis*, an vero tantum petierit quartam decimarum & oblationum de praeteritis annis; Hinc, quia illa decisio ita potest adaptari praeteritis, vt futuris, praestationibus, ille intellectus, quo euitetur legum contrarietas & sustineatur earum veritas, accipiendus erit. Ad *secundum* responderi potest, id quidem procedere in querela inofficiosi testamenti, si illa intra quinquennium non opponatur, quia est causa haereditatis petitionis; secus vero esse in annuis praestationibus, vbi quantitas primi anni non est quantitas secundi anni, vt notum est. Consequentia *tertii* argumenti quoque corruit; ideo enim licet pro praesentibus & futuris pensionibus agere, quoniam absurdum esset, vt quis pro singulis pensionibus, quae saepe sunt exiguae, aut pro iam cessis tantum, peculiarem processum institueret. *L. 2. sub fin. Cod. de praescr. 30. vel 40. ann.* quae ratio per *d. L. 7. §. fin. Cod. eod.* in casu nostro cessat. Minus aduersatur argumentum *quartum*, cum praescriptio non aestimetur ab initio obligationis; nec tem-

Digitized by Google

tempus obligationis in praescriptionibus est attendendum, sed tempus actionis, quo efficax actio ex obligatione datur; alias, si ad initium obligationis respiciendum foret, etiam obligationibus in diem posset praescribi, cum hae non minus realiter existant, ac obligationes purae, licet dies nondum venerit *L. 213. ff. de V. S.* Quod autem stipulatio annuae praestationis vnica est, legatum autem annuae quantitatis tot continet legata, quot sunt anni *d. L. 35. §. fin ff. de donat. mort. caus.* illud iure Digestorum quidem procedit, iure Codicis vero exaequatae sunt stipulationes annuae quantitatis annuis legatis in eo, quia tot intelliguntur esse obligationes & actiones, quot sunt anni. *d. L. 7. §. fin. Cod. de praescr. 30. vel 40. ann. L. 26. pr. verb singulis annis nasci. Cod. de Vsur.* Deinde potest diuersitatis ratio etiam esse haec: Quod stipulatio eiusmodi, quandocunque stipulator moritur, ad haeredes sit transitoria, in legatis vero singulis annis finiatur. *L. 16. §. 1. ff. de V. O. Quintum* argumentum innititur fundamentis infirmis, cum pleraeque leges in terminis loquantur plane diuersis, iudice BERLICHIO *d p 2. concl. 4. n. 1.* Deinde etiam propositio illa, quod vnica hic sit obligatio, per ea, quae infra §. 15. *hui. sect.* proponuntur, negari poterit. Vel valebit distinctio inter obligationes, quae, si semel competiere, longi temporis lapsu penitus & in totum extinguuntur, ita vt nunquam renascantur, & actio vna in iis sufficiat: ac inter eas, quae licet peremtae, attamen quotannis vel per certa temporum interualla reuiuiscunt, & sic de nouo competunt, quo casu aliud dicendum esse, credo. *Sextum*, quod adduximus, argumentum prolixe resoluit MATTH. COLER. *ad C. auditis X. de praescr. n. 19. & 20.*

§. VIII.

Subscribo itaque cum aliis praedictae MARTINI Glossatoris sententiae, licet complures multa in contrarium & contra votum Dnn. Cameralium, a quibus saepius ita pronunciatum esse docet MYNS. *dict. cent. 3. Obs. 13.* GAIL. *d. L. 2. Obs. 73.* proferre non dubitent. Et *Primo* quidem munitus textu expresso in iam saepe allegata *L cum notissimi 7. §. fin. Cod. de praescr. 30. vel 40. ann.* Cui accedunt de iure Canonico, *C. constitutus 6. sub fin. X. de Relig. domib. vt Episcop. sint subiect. C. olim causam 20. fin. X. de censib. Secundo*, quia obligationibus in diem & sub conditione non potest praescribi, nisi dies venerit vel conditio extiterit, *L. 7. §. 4. Cod de praescr. 30. vel 40. ann. L. 7. §. si quis in diem 14. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* Atqui pro futuris praestationibus & annis sequentibus est obligatio in diem, per text. in *d. L. 7. §. fin. Cod. de praescr. 30. ann. L. 11. ff. de ann. Legat. L. 140. §. 1. ff. de V. O. L. 34. § 4 sequ. Cod. de donat.* Ergo necessario praescriptio cessabit. *Tertio* praescriptio sine possessione procedere non potest. *L. 25. ff. de Vsucap. C. sine possessione 3. de R. I. in 6.* Et cum tantum dicatur praescriptum, quantum possessum, ad non possessa praescriptio non poterit extendi. *L. 1. §. si quis hoc interdicto 4. ff. de itin. actuque priuat.* Nec denique dici potest, in quasi possessione non soluendi futurorum annorum eum, qui praescribit, esse; quoniam illae praestationes nondum sunt exigibiles, nec natae, neque peti valent, sed adhuc sunt nasciturae: quod enim in rerum natura non est, vsucapi nequit, cum non entis nulla sint accidentia *L. 14. ff. si cert. pet.* COLER. *ad C. auditis X. de praescr. n. 14.*

Digitized by Google

§. IX.

Displicet idcirco Iohannis, antiqui Glossatoris, opinio, eatenus scilicet, quatenus defendit, annuas praestationes ex stipulatione vel contractu descendentes, vti de praeterito, ita in futurum praescriptioni obnoxias esse; nam, quod eas praestationes, quae ex vltimis voluntatibus & legatis debentur, concernit, nobiscum in eo sentit, quod ibi saltem praeteritis, non vero futuris, praescribi posse dicat. vid. §. 5. *hui. sectionis.* Distinctioni autem huic directe opponimus *L.* 7. §. *fin. Cod. de praescr.* 30. *vel* 40. *ann.* vbi manifesto praestationes, quae debentur ex vltimis voluntatibus, & illae, quae ex contractu competunt, aequiparantur, idemque de iis iudicium fertur, vt separati proinde minime a nobis debeant, Nicol. Boer. *decis.* 336. *num.* 1. *in med.* Petr. Frid. Mindan. *de mandat. cap.* 74. §. 6. vbi etiam contraria soluit, Obiectio, de qua in *d.* §. 5. *hui. sect.* mentionem fecimus, ex iis, quae circa finem §. 7. habentur, satis quoque eliditur.

§. X.

Fluit ergo ex hucusque traditis luculenter, quod his promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quae dationem per singulos annos, vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, praescriptio quidem nocere, atque per eam ratione praeteriti temporis extingui possint: non vero idem de tempore instante siue futuro esse dicendum, quippe quo quaelibet harum actionum praescriptio nunquam se extendit, sed illae, licet aliquatenus pro praesenti sint elisae, per certa tamen temporum interualla reuiuiscunt, vel singulis in futurum renascuntur momentis. Exemplis cum res etiam alias obscura illustretur, libet nonnulla in medium afferre.

§. XI.

Primum sit: Si pro dotalitio (quod nimirum loco dotis est, & eius vice substituitur. Andr. Ravchbar. *part.* 2. *quaest.* 30. *n.* 22. Cothmann. *Vol.* 1. *Resp.* 48. *aliis* 50. 68. ac communiter per *vsumfructum quendam a marito vxori suae, post mortem suam, in bonis suis, in compensationem acceptae dotis constitutum* definiri solet. *Comp. iur.* Lauterb. *tit. de iur. dot*) maritus non quidem fundum aliquem, sed certos quosdam reditus annuos, siue in pecunia, siue in frumento aliaue re simili consistentes, viduae assignauerit. Illi enim praescribi non possunt, licet 30. anni sint elapsi, cum per certa temporum interualla in futurum renascantur, & vnusquisque annus propriam dehinc requirat praescriptionem, praesertim cum ratione sequentium annorum obligationem in diem vel sub conditione esse constet. vid. Henel. *de dotalit. p.* 381. *sequ.* vbi Martini Glossatoris sententiam quoque amplectitur.

§. XII.

Alterum est: Si Vsusfructus alternis annis legatur, non potest is non vtendo amitti, quia semper reuiuiscit & plura sunt legata, ac per singula legata ius capiendi inspicitur. *L.* 28. *ff. quib. mod. Vsusfr. amitt. L.* 11. *ff. de ann. legat:* Henel. *de dotalit. p.* 383. *pr.* Verstegen. *in Obseruat. de Vsufruct. Obs.* 17. *p. m.* 327. Secus tamen est, si via aut alia similis seruitus fuerit legata; nam ibi vnum est legatum, non plura, per *l.* 13. *ff. de Vsufr. legat.* vbi quoque subiicitur ratio. Hinc, si via proponatur alternis annis legata, perit non vtendo, quia vnum est legatum, vna seruitus. *l.* 7. *ff. quemad. seruit. amitt.* vid. *l. fin. Cod. de Seruitut. & aqua.*

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII.

Tertium est: Si obligatus quis, annuatim soluere censum vel praestationem in certo genere monetae vel frugum, loco earum vero per tempus longissimum, v. gr. 30. vel 40. annos, non conuentam monetam vel etiam fruges praestat, sed in alio & quidem minoris valoris genere soluit. Hic controuertitur, an contra priorem obligationem fit praescriptum? BERLICH. *in part. 2. concl. 5.* vbi hunc casum in terminis proponit, varias de his esse opiniones asserit, nimirum (1) quosdam reperiri, qui praescriptionem non concedant; (2) e contrario esse, qui eam vrgeant; nonnullos (3) distinguere inter bonam & malam fidem, ita vt illo casu illa locum habeat, non vero in hoc. Tandem dicto loco *num. 5.* eo concludit, quod praescriptio obtineat, & ita eum distinguit a casu in praecedente conclusione 4. *num. 23.* formatum, quando nimirum quis obligatus est, quotannis soluere 100. florenos, loco eorum vero, per tempus ad praescriptionem habile, non tot, sed saltem 50. praestiterit, vbi praescriptionem obtinere negat. Cuius diuersitatis rationes suppeditat SCHVRFF. *cent. 1. conf. 10. num. 9. & 10.* Hic enim, qui quinquaginta praestitit, soluit partem debiti, partem autem qui soluit, agnoscit totum. *L. cum fidem 4. Cod. de non num. pec.* Ibi vero aliud pro alio, scilicet moneta minoris valoris pro alia maioris valoris, quarum vna non est pars alterius, recipitur, vbi praescriptio procedit per *C. olim causam 20. X. de Cens.* add. *L. 13. ff. de Vsur. & L. 5. Cod. eod.* Verum enimuero, cum rationes supra adductae hic quadrent, nec bonam extensionem respuant, videre non possum, quomodo hic diuersitas prioris a casu posteriore hic proposito, sit inducenda. (1) Etenim in vtroque initium contractus respiciendum, & veteri obligationi nou potest praescribi, cum ea semper renascatur. Licet (2) hic aliud pro alio tanto tempore soluatur, nihil prohibet, cum illud, non obloquente creditore, *bene* pro illis annis, pro quibus fit solutio, admitti possit; tacite enim suum ius *eatenus* remisisse censetur, cuius multae possunt esse relevantes rationes, puta, si sciuerit, debitorem esse obaeratum & inopem, nec, quod debet, sine totali suarum substantiarum interitu vtiliter exigi posse. Ex quibus vero (3) praescriptio futurorum annorum minime coniecturanda, tum ob generalitatem textus in *d. L. 7. §. fin. Cod. de praescr. 30. vel 40. ann.* quia praestatio pensionum illorum annorum nondum fuit in rerum natura, tum, quia nemo temere suum iactare vel dissipare velle, praesumitur. Nec tacita renunciatio annorum praesentium ad futuros exinde valide trahi potest; idque eo magis, si creditor imposterum pensiones ex tenore obligationis solui petit; dum enim ius suum adhuc persequitur, quis eum renunciasse credet? Non obstat *d. c. olim causam 20. X. d. praescr.* immo nostram potius confirmat sententiam, nam dicitur ibi: *quia non nisi 36. annorum ad plus tempus effluxerit*, per quod, loco maioris, minoris valoris moneta annuatim praestabatur, locum non habere praescriptionem. Vnde dissentientes, vt BERLICH *d. p. 2. concl. 5.* SCHVRFF. *d. cent. 1. conf. 10. num. 8.* aliique autumant, si adfuisset quadragenaria praescriptio, vtpote quae in Ecclesiasticis ad minimum requiritur, procul dubio eam hic obtinuisse; Verum nullo modo haec consequentia procedit; Cum Pontificem ad tempus immemoriale respectum habuisse, potius credibile sit, ob rationes in §. 5. *sect. 2.* & ne facile statuamus differentiam inter ius Ciuile, quod clare hic disponit, & inter ius Canonicum, imo inter canones ipsos. Tum quia in dict. *C. olim* vtitur verbis NON NISI, quae certe tunc plane non, sed potius vocabulum LICET, vel simile, ob modicum, quod adhuc supererat, tempus, adhibuisset. Nec quicquam vrgent *L. 13. ff. & L. 5. Cod. de Vsur.* quia maximum inter annuas pensiones & vsuras est discrimen, de quo pluribus in §. 2. *sect. 2.*

§. XIV.

Quartum est: An decimae hoc modo praescribantur? Hertog. *Comment. ad Inst. de Vsucap. n. 32.* existimat, obligatum ad decimas, si ab eo 30. vel 40. annis non fuerint exactae, eximi a solutione decimarum. arg. *cap ad aures 6. X. de praescript. cap. Episcopum X. de praescript. in 6to* cap. *accedentibus 15. X. de priuil. & excessib. priuilegiat.* Alii contrarium tuentur, qui autumant, si decimae Ecclesiae vel eius ministris annuatim solui debent, eas nullo, ne quidem immemoriali tempore, praescribi posse *per C. reuertimini 65. c. 16. qu. 1.* Berlich. *part. 2. concl. 4. num. 24.* Cum Deus in recognitionem vniuersalis dominii eas sibi retinuerit. vid. pluribus Leibivs *Responsa Iur. 31. p. 407.* & Berlich. *d. loco & num. 18.*

§. XV.

Quintum est in praestatione laudemii. Hoc *consistit in certa pecunia, domino feudi pro receptione noui Vasalli solui solita.* Stryck. *Ex. Iur. feudal. cap. 17. quaest. 25.* Vel est secundum Struvivm *in S. I. Feud. cap. 10. aph. 12. certa pecuniae summa, ratione pretii rei aestimari solita, domino pro inuestitura, quibusdam casibus, a Vasallo soluenda.* An ille ergo praestatio praescriptione amittatur, non incongrue hic quaeritur? D. Schilter. *in Comment. ad Ius feud. Allem. pag. 654. & sequ.* eam in rem ita disserit: *Res eo redit, vtrum vna sit obligatio, cuius vi & praeteritum & praesens laudemium petitur, an vero tot obligationes, quot casus laudemiales existunt? Itaque eadem decidendi ratio etiam hic applicari potest, quae in decisione similis controuersiae de annuis censibus aut reditibus cernitur, de qua accurate Ferdin. de Castro Palao part. vlt. tr. alt. disp. 6. part. 33. Etsi itaque praestationes laudemiales casibus obuenientibus plures sint: vnica tamen illarum est obligatio, ex primaeua conuentione orta, & vnica qualitas rem reddens laudemialem &c.* Et hinc pro sententia Bvlgari concludit. Aliis contrarium placet, vid. Besoldvs *in thesaur. practico voce* Handlohn *& in addit.* Dubitandi ratio inde est, quod praestatio annuorum redituum itidem oriatur ex obligatione primaeua, & nihilominus ad eos recipiendos plures dantur actiones, si forte debitor solutionem differat. Ergo plures adsunt vel nascuntur obligationes, quia nulla actio, nisi aduersus eum, qui obligatione quadam nobis deuinctus est, intentari potest. *pr. Inst. de Act.* Vt adeo in laudemii obligatione idem videatur dicendum, ceu in qua plures dantur praestationes in casibus obuenientibus, Vasallo scilicet mutato.

SECTIO II.

PROPONIT LIMITATIONES EORVM, QVAE DICTA SVNT.

§. I.

Videamus de limitationibus. Prima haec est: Si non solum redituum solutio intermissa, sed etiam alius quidam actus, quo fundus ille rursus in libertatis quasipossessionem venit, interpositus, atque ab eo tempus longum completum fuerit. Vbi sane dicendum erit, libertatem oneris eiusdem, perinde vt seruitutum, vsucapi: puta, si forte praedii possessor, fundum eiusmodi, sciente & patiente illo, cui reditus debetur, alteri cuidam vendat, emtorque exinde reditum persoluere recuset, & in recusatione illa iste per

Digitized by Google

per longum tempus acquiescat, adeo, vt tum tam futuratum, quam praeteritarum pensionum libertatem, acquiri posse, analogia iuris suadere videatur, prout hanc limitationem in his ipsissimis verbis HENEL. *de dotalit. p. 381. circa finem* commendat, vid. sub exemplo CARPZOV. *S. P. F. part. 2. const. 3. def. 17.* PVFENDORF. *Lib. 5. de I. N. & G. cap. 10. §. 15.*

§. II.

Secunda sit haec: Licet singulae annuae praestationes proprias requirant praescriptiones, notabiliter tamen id ipsum fallit ratione vsurarum. Hae enim, si de pluribus annis debeantur, licet tantum 30. anni a primo praeterierint, in vniuersum per praescriptionem sunt sublatae, nec, vt de caeteris annuis praestationibus dictum, quotannis reuiviscunt. Cuius diuersitatis duplex vt plurimum solet allegari ratio, quarum prima: Quod vsurae sint odiosae, annuae vero praestationes fauorabiles. *L. 7. §. fin. Cod. de praescr. 30. vel 40. ann.* Odia autem debent restringi, & fauores ampliari *C. odia de R. I. in 6. L. 41. ff. de poen.* Secunda est: Quia vsurae pendent a sorte principali, tanquam membra a capite, cui infixa sunt & inseparabiliter adhaerent. Vnde, cum actio pro petitione sortis ac vsurarum non nisi sit vna, & semel tantum nascatur *L. 4. Cod. depos.* extincta actione principali, cessat petitio vsurarum, tanquam accessorii. *L. 26. Cod. de Vsur.* Annuae praestationes vero a nullo alio pendent, sed separatim & per se habent pro ipsarum exactione proditam actionem ex stipulatu, vel aliam, quae sub initium singulorum annorum nascitur. COLER. *ad c. auditis X. de praescr. num. 17.* BERLICH. *part. 2. concl. 4. num. 23.* WISSENB. *Part. 2. Disp. 4. §. 6.*

§. III.

Terriam limitationem proponit HERTOG. *Commentar. ad Instit. de Vsucap. num. 32.* Si praestatio annua descendat ex dispositione iuris, quippe quae formanda, siue, vt ipse loquitur, modificanda iuxta naturam, quam praescripsit ius. Quod applicat ad praestationem decimarum, quibus 30. annis praescribi autumat. De quo supra.

§. IV.

Quarta est: Si praxi siue consuetudine regionis alicuius contrarium sit receptum. De qua testatur STOCKMANN. *Decis. Brabant. 81.* de Saxonia v. HENEL. *p. 383.* v. tamen *p. 391.*

§. V.

An praescriptio immemorialis, seu illa, cuius in contrarium non extat memoria, non videatur ratione annuarum praestationum excluſa, vel, an nihilominus, hac non obstante, dictae pensiones peti possint, hic disquirere placet? Vbi pro quinta limitatione tenendum, quamuis 30. 40. & plurium annorum spatio iis non possit praescribi, bene tamen centenario, & longiore, ac inprimis immemoriali tempore: Nam hoc modo praescribuntur, quae alias sunt impraescriptibilia. *L. hoc iure 3. §. 4. ff. de aqua quotid. C. super §. praeterea de V. S.* Et excluſa praescriptione omni, non intelligitur excluſa temporis immemorialis praescriptio. Dd. *in L. seruitutes 14. ff. de seruit.* PANORM. FELIN. & CANON. *in rubr. & C. vlt. de praescr.* ANGEL. *in L. 1. Cod. ne de stat. defunct.* TVSCH. *6. concl 550. num. 4. sequ.* BOER *dec. 3. 6. num. 14* SIXTIN. *1. cons. Marp. 9. n. 31. & 4. cons. 37. n. 664. p. 841. &c.* Ac potius hic praesumitur species priuilegii & legis, quam prae-

Digitized by Google

praescriptio. Leibivs. *Responſ. Iur. 39. p. 485.* Sic per praescriptionem, excedentem hominum memoriam, Laicus exemtionem a decimarum onere etiam praescribere potest, per ea, quae tradit idem Leibivs. *Responſ. Iur. 31. pag. 407.* Licet non ignoremus, quae de praedictis in contrarium proponuntur, de quibus, praeter alios, Tabor *in Relat. Argent. 26. num. 8. ſeq.* vbi praeiud. videri potest. Et tantum de hisce.

SECTIO III.

DE

AFFINI ARGVMENTO.

§. I.

USuenit interdum, non nisi certo casu actioni esse locum, & propterea, quamdiu is non contigerit, praescriptionem cessare; Quod, quoniam argumento nostro oppido est simile, lubet nonnulla exempla in medium adducere.

§. II.

Primum sit in actione feudi reuocatoria. Haec competit agnatis non prius, quam post mortem alienantis eiusque liberorum, si qui adsunt. Stryk. *Ex. iur. feud. cap. 20. quaeſt. 7.* non solum in casu, quo in extraneum vel in remotiorem agnatum feudum fuit alienatum, H. Pistor. *p. 2. qu. 6. n. 20.* sed etiam, quando vni e pluribus agnatis, existentibus in pari gradu, feudum venditum, vbi reliqui, pro rata, illud reuocare valent, H. Pistor. *d. qu. 6. n. 30.* & quidem indistincte a tempore, quo cuiuis successio defertur, vsque ad 30. annos. Stryck. *d. l. qu. 19.* Schrad. *de feud. p. 3. c. 8. num. 39.* tanto magis, cum alias, vbi contrarium non est determinatum, in feudis quoque 30. annorum praescriptio attendatur *2. F. 26. §. quis. 2. F. 2. §. donare verſ. porro.* Hinc sequitur, si proximior agnatus feudum alienatum 30. annorum interiectu non reuocauerit, quod eiusdem possessor aduersus alios agnatos tutus esse nequeat, qui illo vita functo proximiores existunt. Feudum enim ad omnes agnatos, vi primae inuestiturae, aequo iure spectat, iam autem absurdum esset, iis, quibus nondum competiit ius agendi, currere praescriptionem, & feudum per negligentiam alterius, contra quem impleta praescriptio, auferri alteri posse, vid. *2. F. 39.* & Struv. *Synt. iur. feud. cap. 13. aph. 18.* Dictis expresse quoque consonat ius feudale Mecklenb. *Tit. 21. art. 19.* vbi sequentia legimus: Es kan auch den Agnaten die Verjährung der Zeit, welche, ehe und zuvor die Succeſſio an ſie gelangt, verfloſſen, und gegen den nächſten Agnaten entweder angefangen oder auch gantz compliret und vollzogen iſt, nicht im Wege ſtehen, noch ſie von der reuocation ihrer Stammlehen abhalten. vid. quoque *art. 20.* ibi: Sondern es wird die praeſcriptio und Verjährung wieder einen jeden Agnaten, von der Zeit an, wann ihn die Succeſſio erreichet, und Er das ius reuocandi erlanget, computiret und angerechnet.

§. III.

Alterum est in fideicommissis: Horum aliud est *Temporale*, quod ad certum tempus, vel ad certas personas restringitur, aliud vero est *Perpetuum*, quo, absque vlla determinatione temporis vel personarum, bona perpetuo in familia, quamdiu illa durat, & masculi-

Digitized by Google

masculi supersunt, permanere & conseruari iubentur. KNIPSCHILD. *de fideicom. famil. illustr. cap. 2. n. 41. & 43.* Huius posterioris ea natura est, vt, licet ad id vocatus, per vitae dies, eius habeat dominium arg. *L 29. §. 1. ff. qui & a quib. man. L fin. §. 3. Cod. Comm. de legat. L. 66. ff. de R. Vind.* PEREGR. *de fideicom. art. 40. n. 6.* STRVV. *S. I. Civ. ad Sct. Trebell. th. 40.* Eo tamen moriente, dominium ad sequentem in ordine de familia vocatum, ipso iure transit. PEREGR. *dict. loc. n. 7.* KNIPSCHILD. *c. 10. n 19. sequ.* Hinc, quia id restitutioni obnoxium, & eiusmodi res ob legis prohibitionem inalienabiles sunt. SICHARD. *ad Auth. Res quae. Cod. Comm. de Legat.* per vltimam voluntatem neutiquam de iis disponere possumus. *L. fin. § 2. dict. Auth. res quae. Cod. Comm. de Legat.* GAIL. 1. *Obs. 137. n. 1.* PHIL. MATTH. 1. *Marburg. Conf. 20. n. 43.* Non ineleganter ergo hic quaeritur, num bona, tali fideicommisso perpetuo onerata, praescriptioni sint obnoxia? Vbi breuiter responderi potest: Cum ex dictis tot intelligantur esse fideicommissa, quot ex eo sunt successiones, sicuti colligit ex *L. fin. Cod. de legat. & L. donationis. §. species ff. donat.* KNIPSCHILD. *de fideicom. famil. nobil. cap. 16. n. 5.* Quod ex ratione §. *nostri fin. in L. 7. Cod. de praescr. 30. vel 40. ann.* Et, cum iura antecessorum in succedentibus renascantur, praescriptio praecedens non successoribus reliquis, sed saltem praedefuncto possessori nocere possit.

§. IV.

Tertium est in praestatione euictionis: Solo enim temporis lapsu actio de euictione non excluditur. *L. emti actio 21. Cod. de Euict.* vbi BRVNNEMANN. Quia non nisi sub conditione, si res euicta sit, competit. *L. Euicta 70. ff. eod.* Priusquam igitur haec conditio exiterit, dies eius obligationis neque cessit neque venit, adeoque actio nondum nata est. *L. cedere diem 213. de V. S.* vid. FRANTZK. *de Euict. num. 969.* NICOL. BVRGVND. *de Euict. cap. 86. n. 2.* Secus est, si res ipsa fuerit vsucapta, tunc enim actio per consequens extinguitur. COMP. IVR. LAVTERB. *tit. de Euict. in fin.*

§. V.

Quartum est in exceptionibus; quae enim ad agendum sunt temporalia, ad excipiendum sunt perpetua. *L. 5. §. fin. ff. de dol. mal. & met. except.* Vbi ICTVS ait: *non, sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est: nam haec perpetuo competit, cum actor quidem in sua potestate habeat, quando vtatur suo iure, is autem, cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conueniatur.* Verum notabilis est exceptio, si, qui excipit, beneficio actionis poterat vti; vbi legitimum impedimentum aut iusta exceptio ab eo non potest probari *L. 5. Cod. de Except. dol.* Hinc valde dubitari potest, an admittenda sit ANT. FABRI 2. *Cod. tit. 32. def. 4. & 7. C. tit 7. def. 6.* quem secutus CARPZOV. *in proceff. tit. 19. art. 2. num. 14. sequ.* doctrina, statuentis, restitutionem in integrum, si per modum exceptionis proponatur, nullo, quantumuis longissimo tempore, excludi, vid. SFORTIAS ODDVS. *p. 1. qu. 35. art. 7. num. 41.* MEVIVS *part. 3. dec. 333.* BRVNNEM. *ad L. vlt. Cod. de temp. in integ. restit.* Similiter, secundum ius Iustinianeum, exceptio non numeratae pecuniae, licet non priuilegata, post biennium non potest opponi, quoniam in potestate chirographum scribentis erat, num vellet querelam non numeratae pecuniae mouere. vid. *L. 10. C. de Except. non num pec. L. 14. pr. & §. 3. eod.* FRANTZK. *Ex. 10. qu. 10.* HVBER. *in praelect. ad Inst. de liter. Oblig. num. 2.* quanquam, ex principiis iurisprudentiae Germanicae, ea adhuc post biennium, vt alia exceptio,

Digitized by Google

possit opponi. Quam in rem praxis est manifesta, vt pluribus probat Lavterbach. *in tract. synopt. de Mutuo & liter. Oblig. §. 3. num. 22.* Nebelkrae *dec. 22.* Mev. *p. 2. dec. 22. num. 3. & part. 8. dec. 365.*

§. VI.

An actio pignoratitia huc pertineat, coronidis loco dispiciendum restat. Complures ac graues ICti, ex quibus, omissis iam aliis, Wesenbec. *in paratit. ff. tit. de Vsurp. & Vsucap.* Strvv. *Ex. 43. §. 22.* Vinn. *Lib. 2. select. quaest. cap. 6.* legi merentur, in ea sunt opinione, quali ius reluendi pignora per certum tempus, ad praescriptionem sufficiens, remoueri ac tolli possit. Sed merito ab eorum sententia propterea praeprimis recedimus, quia (1) actio pignoratitia non nascitur, nisi debitum sit solutum, oblatum aut depositum. *L. si rem. 9. §. omnis 3. ff. de pign. act.* Sed praescriptio actionis demum incipit currere, vbi actio nata est. *L. 7. §. 4. C. de praescr. 30. ann. L. 1. §. fin. Cod. de annal. except.* (2) Quia sine possessione non currit praescriptio *L. 25. ff. de Vsucap.* Creditor autem non suo, sed debitoris, nomine possidet *L. 13. ff. de Vsucap.* Creditor (3) est quoque in mala fide, vbi non currit praescriptio. vid. Gail. *2. Obs. 18.* Myns. *cent. 1. Obs. 16.* Cviac. *in par. Cod. de praescr. 30. ann.* Borcholt. *in tr. de Vsur. cap. 6. num. 11.* Vvltei. *de feud. cap. 9. num. 12.* Fachin. *Lib. 2. contr. 13.* Bronchorst. *cent. 4. ass. 4.* Pulchre de hac materia etiam disserit Grot. *de I. B. & P. Lib. 3. cap. 20. §. fin. Illud*, inquit, *alibi quoque diximus, nullum tempus id efficere posse, ne luitio sit pignoris, si id praestetur, pro quo pignus suppositum est. Nam qui actus causam veterem & nouam habet, non creditur ex noua procedere. Ideo patientia debitoris veteri contractui, non derelictioni imputatur, nisi certae coniecturae aliam interpretationem exprimant.* Huic assensum praebet Pvfendorf. *Lib. 5. de I. N. & G. cap. 10. §. 15.* in verbis iam sequentibus: *Communiter traditur, pignora non posse vsucapi. Ratio redditur, quod luitio pignoris sit talis actus, qui non habet quotidianum exercitium, sed semel, vbi commodum fuerit. Accedit, quod vsucapiones potissimum sint introductae ad extinguendas lites infinitum pullulaturas, & ne dominia rerum sint in incerto, id quod circa pignora non est metuendum. Nam de illorum dominio non potest oriri dubium, cum ea detineantur, tanquam aliena. Et cum satis constet, quare dominus ista relinquat apud creditorem, non potest praesumi, illum eadem pro derelictis habere.* Vbi tandem subiicit limitationes duas notabiles, quarum vna desumta ex Grotii *loco cit.* Si reluere volens impeditur & acquiescit: deinde, si dilata in infinitum solutio, & interim valor monetae decreuit, vbi pignus, velut in solutum, retineri potest. Haec pro instituti ratione sufficiant; Reliqua iis, quibus & otii, & doctrinae, & iudicii vberior data est copia, relinquuntur.

* * *

DISSER.

Digitized by Google

DISSERTATIO DE SOLVTIONE PRO ALIO FACTA.

PROLOGVS.

SOlutionis *verbum*, ait PAVLVS *l.* 54. *D. de Solution. pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem.* Quod sic plerique omnes accipiunt, quasi eandem cum nummorum solutione caeteras liberationes habere potestatem significet: nam &, qui acceptilatione, delegatione, compensatione, confusione & his similibus modis liberati sunt, velut soluisse intelliguntur. At recte animaduertit BRISSONIVS *libro* 1. *pr.* sibi propius inspicienti visum, aliud sensisse PAVLVM, nec tam effectum rei, quam verborum vim potestatemque spectasse, quae si origini suae reddantur, perspicuum fieri, liberationem & solutionem solo nominis sono differre *l.* 47. *l.* 176. *de V. S.* vim vtriusque verbi eandem plane esse, ad eaque omnia genera pertinere, quibus obligationis vinculum quoquo modo dissoluitur. Quod ipsum, si solutionis nomen obligationi applices, planum erit. Quid enim aliud liberatio est, quam obligationis solutio? & hoc nimirum est, quod PAVLVS ait: *Magisque ad obligationis substantiam refertur, quam ad nummorum solutionem.* At aliquando, & quidem saepius, vox solutionis strictius accipitur pro ipsa rei debitae solutione *l.* 46. *pr. l.* 49. *l.* 67. *D. de Solution.* & definitur, modus obligationem dissoluendi per actualem & naturalem rei debitae praestationem animo soluendi factam. Quae significatio iam nostra in praesenti erit.

SECTIO I.

DE DIVERSA RATIONE SOLVENTIVM PRO ALIO.

§. I.

SOluitur pro aliis non vna ratione: vel enim contractus inter soluentem & illum, pro quo soluitur, antea nullus est celebratus, vel est aliquis contractus celebratus. Et tum vel speciatim, vt soluat, vel absque hoc. Priori casu, si pro ignorante aut etiam consciente debitore (modo scientia mandatum non inducat, *l.* 6. §. 2. *l.* 18. *D. mandat.*) soluatur, oritur quasi contractus negotiorum gestio. Nam ita LABEO *l.* 43. *D. de Negotiis gest. Cum pecuniam eius nomine solueres, qui tibi nihil mandauerat, negotiorum gestorum* Soluitur pro aliis vel conscient actu interueniente vel absque hoc.

Digitized by Google

actio tibi competit: cum ea solutione debitor a creditore liberatus fit. Nisi quid debitoris interfuit, eam pecuniam non solui. Tale negotium est etiam, quando fideiussor pro debitore principali soluit. PAVLVS *l. ex mandato* 21. §. 1. *D. mandati.* Fideiussori negotiorum gestorum est actio, si pro absente fideiusserit: nam mandati actio non potest competere, cum non antecesserit mandatum. Item, quando haereditatem cum aliquo communem habens totum debitum haereditarium soluit: cum suam tantum partem potuerit soluere, iuxta antiqui iuris regulam, quae vult obligationes inter haeredes diuidi actiue & passiue ipso iure. *l.* 157. §. 1. *de R. Iur. l.* 6. *C. famil. herciſc. l.* 26. *C. de pactis & paſſim.* In rei etiam communione ita obtinet, vt, qui potuit partem suam recte administrare, habeat negotiorum gestorum actionem, eaque teneatur. *l. si quis* 6. §. 2. *in fine D. comm. diuid. iuncta l. si communes* 40. *D. de negot. gest. l. his consequenter* 18. §. *penult. l. haeredes* 25. §. *si vnus* 15. *D. famil. herciſc.* Vid. BVSIVS *l.* 1. *subtilitatum iuris. c.* 18. vbi obstantia resoluit. Adde *l.* 65. *D. de Rei vindicat.*

§. II.

Interdum ex solutione pro aliis donatio existit.

Enimuero interdum potius donatio ex huiusmodi solutione existit, quam negotiorum gestio: puta, si pro inuito fuerit solutum. Hinc PAVLVS *l.* 40. *D. Mandati: Si pro te praesente & vetante fideiusserim, nec mandati actio, nec negotiorum gestorum est. Sed quidam vtilem putant dari oportere. Quibus non consentio, secundum quod & Pomponio videtur.* Conf. *l. final. C. de negot. gest.* Idem dicendum, si quis animo non inducendae obligationis pro alio soluerit. Exempli gratia, si mater pecunias erogauerit in alimenta liberorum *l.* 27. §. 1. *l. Neſſennius* 34. *l.* 44. *D. de Negot. gest.* Dixi, in alimenta liberorum, quibus similes sunt sumtus in studia. Caeterarum rerum diuersa est ratio. Nam ita GORDIANVS IMPERATOR *in l.* 15. *C. eod. Quodsi, vt repetiturus ea, quae in sumtum miſiſti,* (hoc est, non donandi animo, de quo *l.* 12. *C. eod.*) *aliquid erogaſti, negotiorum gestorum tibi intentanda est actio.* Vid. STRVVIVM *Ex.* 7. §. 54.

§. III.

Aliquando obligatio legalis ex tali solutione oritur.

Est quoque, vbi magis obligatio legalis ex solutione huius generis oritur. Puta, si petitor haereditatis conuentus (vt conueniri potest) debita haereditaria soluerit, hic enim victus condictionem ex lege habet, quanquam & negotiorum gestorum actione experiri queat. *l. final.* §. 1. *C. de petitione haereditat.* Rursus, si quis impensas in funus fecerit, & pro mortuo quasi soluerit, non tam ex quasi contractu, vt nonnulli putant, quam potius ex lege oritur obligatio. Quid enim opus fuisset auctoritate PRAETORIS *l.* 12. §. 2. *de religioſ. & ſumt. funer. l.* 3. § 6. ibi: *neceſſarium fuit edicere D. de negotiis geſtis,* ad producendam actionem funerariam, si eius causa esset contractus, quippe qui suapte vi actiones parere apti sunt. Est ergo qualitas adiecta a praetore quasi contractui negotiorum gestionis. Quae causa est, quod etiam contra indolem actionis negotiorum gestorum aduersus haeredem prohibentem detur actio funeraria. *l.* 14. §. 15. *de religioſ. & ſumtibus funerum.*

§. IV.

Inter solventem & illum, pro quo soluitur, diuersi celebrari possunt. Frequentissime est mandatum, quod non tantum verbis, sed & facto fit, v. g. praesentia scientia & patientia. *l.* 6. §. 2. *l.* 18. *D. mandati.* Si per literas fiat rogatio, vt pecunia soluatur, nihil refert, vtrum literae ad illum, qui soluere debuit, immediate, an ad alium, qui pecuniam soluendam accepturus fuerat, fuerint directae, dummodo ita scriptae, vt per accipientem exhiberi debuerint, & in his fuerit, vnde mandatum colligitur, vt

Digitized by Google

vt recte pronunciatum apud MEVIVM *part.* 4. *Decis.* 186. Interdum ex contractu innominato fit solutio, do vt facias. Quo casu si is, qui alienum debitum soluendum suscepit, a creditoribus remissionem impetret, Anastasiana Constitutione *l. pen. & final. C. mandati* ipsi opponi nequit. v. CARPZ. *Dec. illustr.* 67. MEVIVS *part.* 4. *Dec.* 414.

§. V.

Tributa & Collectas conductor soluit & soluere tenetur.

Ex contractu locationis & conductionis tributa & collectas conductor, siue inquilinus siue colonus, soluit, & soluere quoque tenetur, quoniam fiscus in tributorum & collectarum exactione, cum earum causa principalis sit res & rei possessio, possessorem sequitur. *l.* 7. *de public. & vectigal.* Nam, quod FRANCISC. AMAYA ad *l.* 2. *de annon. & tribut. n.* 53. *&* 54. ex eadem lege contrarium persuadere conatur, non mouet: quoniam in *d. l.* 2. non dicitur, vt AMAYA somniat, tributorum onus ad eos pertinere, qui pro suo possident, sed tantum annonas soluere eum, qui possessiones tenet & fructus percipit. Atqui possessiones tenere proprie denotat, fundum quoquo modo detinere. *l.* 9. *de rei vind. l.* 18. *de acceptilat. l.* 49. §. 1. *de acquirend. vel amittend. possess. Et l.* 4. *C. de agricolis*, qua pro sua quoque sententia vsus est, loquitur non de liberis hominibus, sed de colonis originariis. Vtcunque autem colonus ita soluere teneatur, reuera tamen soluit pro alio, hoc est, locatore, & solutum ab eodem repetit. Quicunque enim fructus, vt hic locator mercedem, lucratur, ad eundem etiam pertinent collectae propter fundum soluendae. arg. *l.* 13. *de impens. in rem dot. fact.* Ita recte post TABOREM, HAHNIVM, GARSIAM, THOMATVM, CAROCIVM statuit LAVTERBACH. *tract Synoptic. ad tit. D. locat. conduct.* §. 2. *n.* 19. BRVNNEMANN. *cent.* 3. *Dec.* 57. Obstare putatur *l.* 32. §. 6. *de administrat. tutor.* vbi dicitur, singulari ciuitatis consuetudine esse receptum, vt dominus collectas praestet. Vnde existimari posset, iure communi hoc onus incumbere conductori. Varie legem hanc proinde explicant Dd. Quidam eam exaudiunt de locatione ad longum tempus. Verum de hoc nihil est in lege: praeterea haec explicatio falsa nititur hypothesi, quasi locatio ad longum tempus transferat dominium. Alii respondent, eam loqui de oneribus extraordinariis, repente ex singulari causa fructuum magis, quam rei intuitu, conductori impositis. Verum nec haec explicatio conuenit legi generaliter loquenti. Nobis igitur in illa lege videtur, vocem conductoris late accipi pro emphyteuta, vt in *l.* 1. *D. si ager vectigal. pet.* Nam, vbi analogia iuris repugnat, a proprietate verborum recedi, nihil vetat. Deinde in lege illa notanter conductor non opponitur locatori, sed domino; adeoque haec nostra explicatio videtur ipsa lege iuuari: ad emphyteutam autem fundi onera haud dubie pertinent. An idem sit dicendum de colono partiario, disputatur. v. STRVVIVS *ad tit. D. de censib.* §. 91. vbi BOCERI sententiam probat LYNCKERVS. v. & KLOCK. *de contribut. c.* 11. *n.* 171. & *n.* 187. vbi de conductore ad longum tempus.

§. VI.

A magistris quoque & institoribus soluitur.

Interdum soluitur ex praepositione, v. g. a magistris & institoribus. Fit autem praepositio non vno modo, & quidem, si liberae sunt personae, vel per mandatum, verbis aut facto declaratum, v. g. si quis praesente & sciente domino se pro institore gerat, *l.* 1. *D. de Instit. Action.* LAVTERBACH. *tract. Synopt. ad d. tit.* §. 1. *n.* 3. Vel per contractum locationis & conductionis, si sc. pro opera certa merces sit promissa. arg. *l.* 1. §. 18. ibi: *sed aut ex locato cum magistro, si mercede ei operam exhibet. D. de exercitoria actione, l.* 11. §. 18. *l.* 12. *de Instit. Act.* Citra autem voluntatem praeponentis

Digitized by Google

vel expreſſam vel tacitam quis non intelligitur magiſter aut inſtitor. arg. *l.* 5. ibi: *praepoſitus l.* 11. §. 2. *in fine l.* 18. *D. de Inſt. Act.* quicquid alii dixerint, quibus non patrocinatur *l.* 1. ibi: *negotiorum geſtorum D. eod.* Nam reſpondendum, poſſe euenire certis caſibus, vt praeceſſerit praepoſitio vera, & tamen detur actio negotiorum geſtorum. Exempli gratia, ſi quis ſeruum ſuum praepoſuerit per iuſſum, & poſtea illum manumiſerit, hicque manumiſſus continuaret negotiationem. vid. *l.* 36. *D. de adminiſtrat. & periculo tutor.* Item, ſi quis bona fide ſeruientem, ſed reuera liberam perſonam, praepoſuerit. *l.* 19. §. 1. *D. de Negot. geſt.* v. tamen D. ab Eyben *Diſp.* 1. *de factor. c.* 5. *n.* 11. Notandum autem, hos teneri ſoluere: verum non aliter, quam inſtitorio nomine, & vt ex negociatione, quam adminiſtrant, ſoluant, non autem, vt de ſuo ſatisfaciant, vel aliquid praeſtent. Lavterbach. *tractat. ſynoptic. ad tit. D. de Inſtitor. act.* §. 1. *num.* 9. Nam, quicunque adminiſtratorio nomine contrahit, ille non de ſua, ſed eius pecunia, cuius nomine contrahit, ſolutionem promittere videtur & ad eandem obligatur *l.* 34. *verſ. veriſimile D. de Negot. geſt. l.* 45. §. 1. *de adminiſtr. tutor. l.* 1. §. *final. quod iuſſu. l.* 5. §. *fin. l.* 6. *de Inſtitor. Action.* Lavterbach. *d. l.* vbi etiam limitationes ſubiicit. Conf. *Diſſertat. de obligat. mandant. & mandat. contempl. tertii* §. 20.

§. VII.

Ex contractu ſocietatis ſoluitur pro ſocio.

Ex contractu ſocietatis ſoluitur pro ſocio. Eſt autem ſocietas alia vera, alia quaſi, quae incidens a Dd. vocari conſueuit. Ratione huius notandum, tum demum ex illa ſolui, ſi quis partem ſuam expedite adminiſtrare non potuit, niſi partem ſocii quoque attingeret, quo caſu non alia datur actio, quam familiae herciſcundae vel communi diuidundo. *l. ſi quis putans* 6. §. *ſiue autem D. communi diuid. l. haeredes* 25. §. *non tantum D. famil. herciſc.* Modo ſit prouocatum ad diuiſionem: nam, ſi placuit manere communionem, nihil vetat etiam, actionem negotiorum geſtorum concurrere velut generalem, ſubſidiariam, ex aequo & bono a Praetore introductam. Nam Impp. in *l.* 3. *C. de Negot. geſt.* diſertis verbis ſcribunt: ſi pignoris liberandi gratia debitum vniuerſum vnus cohaeredum ſoluere coactus ſit, habere eum eo nomine actionem negotiorum geſtorum vel communi diuidundo. Atqui hic partem ſuam commode adminiſtrare non potuit, niſi vt partem cohaeredis ſimul attingeret. Quare ſic tenendum: ſi vnus ſine parte ſocii rem ſuam gerere poterat, habet eo nomine actionem negotiorum, vt ſupra §. 1. diximus: communi autem diuidundo vel familiae herciſcundae non habet vnquam, quia non geſſit communi nomine, ſed ſuo & alieno ſine neceſſitate; at vero, ſi ſine parte ſocii partem ſuam non potuerit adminiſtrare, communi diuidundo vel familiae herciſcundae actionem tantum habet, ſi prouocatum ſit ad diuiſionem, quia reuera geſſit communi nomine: at, ſi in communione manere deſideret, habebit electionem, vtrum communi diuidundo, an actione negotiorum geſtorum velit experiri, ſecundum *d. l.* 3. iuncta *l.* 14. §. 1. *de communi diuidundo.* conf. *l. filiae* 18. §. 1. *C. famil. herciſc. l.* 31. §. *vlt. D. de Negot. geſt.*

§. VIII.

Multum tamen in ſocietate vera refert, an ſinguli

Multum tamen in ſocietate vera refert, an ſinguli ſocii, an per inſtitorem contrahant: priori caſu non niſi pro rata ſocietatis ſoluere tenentur, arg. *l.* 4. *pr. de exercit. action.* Lavterbach. *Diſſ. de obligat. ſociorum* §. 34. *ſequ.* Adeoque, ſi plus ſoluant, pro alio ſoluere cenſendi ſunt, niſi tanquam rei debendi in ſolidum ſe obligauerint. Lavterbach. *d. l.* Poſteriore caſu ſinguli in ſolidum ſunt obligati. arg. *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *de exercitor. action.*

Digitized by Google

action. l. 13. §. *fin. & l. sequ. D. de Institor. action.* LAVTERBACH. *de differt.* §. 21. §. 52. *sequ.* Vsque adeo, vt executio contra quemuis in bona non socialia fieri possit. LAVTERBACH. *d. l.* §. 54. *sequ.* socii, an per institorem contrahant.

§. IX.

Ex correali obligatione correus soluit pro correo. Equidem ille non videtur pro alio, sed pro se ipso soluere. Enimuero id ita est, si respectus ad creditorem habeatur. Cum enim creditor fidem omnium principaliter secutus sit, atque aliter credere noluerit, nisi cum omnibus aeque principaliter; intuitu eius ratio non habetur, in cuius vtilitatem versum sit negotium, sed liberum est ei, vnum ex his eligere & pulsare in solidum, si modo hodie renunciatum sit *authenticae hoc ita.* At intuitu correorum inter se & causa obligationis inspecta, alius obligatur pro alio. Promittit enim, quod reipsa alter debet, & sic pro alio intercedere dicitur. *l.* 4. *vxori* 17. §. 2. *D. ad SCt. Velleianum,* & fideiussoris loco habetur, vt post alios tradit NICOL. BVRGVNDVS *libro de duobus reis c.* 42. *n.* 1, *&* 2. Correus soluit pro correo.

§. X.

Propter quasi contractum tutelae saepe tutores soluunt pro pupillis, & coguntur soluere: hinc mandata contra eos pro debitis pupillorum decernuntur. Quanquam executio ipsos eorumque bona non afficiat, nec executio in haec, sed in pupillorum bona peragatur. *l.* 2. *de administrat. & pericul. tutor. l.* 4. §. 1. *de re iudicat.* Quod enim supra de institoribus diximus, etiam in tutoribus obtinet, eos scilicet tantum ratione officii teneri, siue hactenus, vt ex bonis pupilli solutionem procurent. arg. *l.* 19. *D. de rebus credit.* FABER *l.* 5. *C.* 24. *def.* 5. Igitur, si tutores exhibito inuentario & ostensis rationibus, quod facere tenentur, vt executionem euitent, doceant, nihil esse in bonis pupilli, vnde solutio fiat, omnino tuti sunt. MEVIVS *part.* 6. *dec.* 410. Cui consequens, finita tutela tutores omnino liberatos censeri. Nisi primo dolum in administratione commiserint. *l.* 13. §. 7. *de A. E. V. l.* 43. §. 1. *de administrat. & periculo tutor.* BRVNNEMANN. *ad l.* 15. *C. de administrat. tut.* (2) tanquam fideiussores interceserint, *l.* 15. *C. de administrat. tutor.* CARPZOV. *part.* 2. *constit.* 11. *def.* 49. BARBOSA *ad d. l.* 15. (3) proprio nomine, quamuis de rebus pupilli, contraxerint. Quod pluribus modis fit, vti videre est apud MEVIVM *c.* 8. *de arrestis n.* 29. *& sequ.* Eodem pertinet casus apud eundem MEVIVM *part.* 4. *Dec.* 188. de tutore, qui pupilli causa alteri mandauerat, vt pecuniam crederet. Saepe tutores soluunt pro pupillis & coguntur soluere.

SECTIO II.

DE EFFECTV SOLVTIONIS PRO ALIO FACTAE.

§. I.

QVando iam solutum est pro alio, diuersi omnino effectus existunt ratione vel illius, pro quo solutum, vel eius, cui soluitur, vel denique soluentis ipsius. Videamus de singulis. Diuersi sunt effectus, *solutione pro alio facta.*

Digitized by Google

§. II.

(1) Ratione eius, pro quo soluitur, *effectus est, quod ab obligatione liberetur.*

Ratione eius, pro quo soluitur, haud dubie effectus est, quod ad obligatione liberetur. *l. 5. l. 17. C. de solution.* v. omnino PVFENDORF. *l. 1. de I N. & G. c. 9. § 4. 5.* Nec refert, an verus debitor sciuerit, an vero ignorauerit, tertium pro ipso soluere. *pr. Inst. quib. mod. toll. obligat. l. 23. l. 40. l. 53. D. de solution.* Bene CAIVS *l. 39. D. de negotiis gest. soluendo quisque pro alio, licet inuito & ignorante, liberat eum: quod autem alicui debetur, alius sine voluntate eius non potest exigere: naturalis enim simul & ciuilis ratio suasit, alienam conditionem meliorem quidem, etiam ignorantis & inuiti, nos facere posse: deteriorem non posse.* Quod hic dixit ICTVS, pro inuito solui quoque posse, confirmatur *d. l. 23. & 53. D. de solution* nec obstat *l. inuito 69. D. de R. I.* nam leges non dicunt, illi, pro quo inuito soluitur, beneficium tribui, sed tantum dicunt, eundem liberari. Add. *l. 3. paroem. iur. German. 6.* Consequens hic est, veriorem videri (quicquid CAGNOLVS, MOLINAEVS & SVRDVS dicant) sententiam illorum, qui statuunt, si alius pro emphyteuta canonem soluat, dominum ex caducitate praedium vindicare non posse. Cum BACHOVIO, WISSENBACHIO, BRVNNEMANN. *ad d. l. 39. de Negot. gest. n. 3.* vbi *numero sequente* addit: *Et sic putarem, alium pro alio vectigal soluere posse, ne merces in commissum cadant, quod aliquando contigisse memini.*

§. III.

Resoluitur quaestio, *an illi, pro quibus soluitur, ipso iure ab obligatione liberentur?* vbi duae regulae.

Hoc loco commode quaeritur, an illi, pro quibus soluitur, ipso iure ab obligatione liberentur? Cuius quaestionis accurata resolutio viam nobis pandit ad aliam, quam post hanc tractabimus. Vbi existimamus cum NICOLAO BVRGVNDO *c. 40. de duob. reis num. 14. & seq.* duobus totam rem constringi posse regulis: Prima est: Pluribus aeque principaliter eodem genere obligationis obstrictis, veluti duobus tutoribus, correis & similibus, solutione ab vno facta, obligatio ipso iure extinguitur. Probat hanc regulam non tantum *l. Modestinus 76. D. de solution.* iuncta *l. 1. C. de contrario iudicio tutel* sed & eandem ratio confirmat: Nam cum singuli in solidum obstricti sint, vna tantum omnium est obligatio, vna summa, vna eademque causa: alterutro igitur soluente, totam obligationem ipso iure perimi necesse est, quae contemplatione creditoris non est alia atque alia, sed vna solutio omnes liberat. *l. 3. in fine D. duobus reis.* Altera regula est: Quoties plures ad vnam eandemque rem praestandam obstricti sunt, dispari genere obligationis, vel non principaliter, solutione ab vno suo nomine facta, caeteri ipso iure non liberantur. Exempli gratia, Sempronius mandat Titio, vt Maeuio pecuniam crederet. Hinc tam Maeuius, quam mandator, Titio obligati sunt, sed diuerso genere obligationis, mandator ex mandato, Maeuius ex mutuo. Itaque, si mandator creditori soluerit, ipso iure reum non liberat. Propter mandatum enim suum soluit & nomine suo. *l. Papinianus 28. D. mandati*, iuncta *l. Stichum aut Pamphilum 95. §. si mandata D. de Solut.* Eadem est ratio fideiussorum simul acceptorum. Horum enim vna quidem est tantum obligatio, vna actio, vna summa, sed tamen distincta ab obligatione debitoris; sed & ipsi inter se diuersas obligationes sustinent. Vno igitur fideiussore soluente, ipso iure non liberantur caeteri, quia principalis obligatio non tollitur ipso iure, sed tantum ope exceptionis: nam, quemadmodum mandator propter suum mandatum soluit, ita & fideiussor propter suam fideiussionem. Et in dubio quisque suo nomine soluere intelligitur. Qui autem soluit suo nomine, non debitoris, ipso iure debitorem non liberat. *l. si quid possessor 31. in princ. D. de petit. haeredit. l. si poenae 19. §. 1. D. de con-*

Digitized by Google

condict. indeb. Quae res facit, vt nec confideiussores ipso iure liberentur, quamuis vna omnes obligatione obstricti sint: nam, cum omnis obligatio a principali dependeat, per alterius confideiussoris solutionem suo nomine factam conuelli non potest, nisi debitor principalis ipso iure liberetur. Ita recte sentiunt NICOLAVS BVRGVNDVS *d. l. n.* 11. IOANN. A SANDE *c.* 7. *de action. cession. n.* 11. conferatur CVIAC. *ad l.* 3. *Responsor. Papiniani in fine.*

§. IV.

Ratione eius, cui soluitur, iam facile quaestio solui potest, an post solutionem adhuc cessio contra alios peti possit. Id enim negamus, si singuli principaliter sunt obligati, ceu quorum, secundum ea, quae iam diximus, ipso iure extincta est obligatio. Hinc nec correo, qui amplius parte sua soluit, datur condictio indebiti aduersus creditorem. vid. NICOL. BVRGVND. *d. l. cap.* 49. GRIVEL. *Decis. Dolan* 80. Aliud dicimus, si minus principaliter obligati sunt. Hinc adhuc post solutionem fideiussor creditorem poscere potest, sibi vt actiones cedantur, hic enim solutionem accipiendo nomen debitoris quodammodo vendidit. *l.* 17. ibi: *vendere l. cum is* 36. *D. de fideiussor. l.* 14 *C.* ibi: *nominis redemtione C. eodem.* vbi CVIAC. *l.* 76. *in fine de solution. l.* 5. *de censib.* Et hoc suadet etiam intentio fideiussorum, qui profecto, quando pro aliis aegre & reluctanter quasi soluunt, semper id agunt, vt magis suae, quam debitoris principalis, liberationi & indemnitati consulant, & potius, quod sua, quam quod alterius interest, quaerant. Cuius generis praesumtiones cum ad nouam actionem alias parandam faciant, *tot. tit. D. de condictione indebiti*, cur ne quidem ad beneficii iam parti vsum retinendum aut proferendum hic sufficiant? Opponunt dissentientes *l. vt fideiussor.* 39. *D. de fideiussor.* vbi MODESTINVS ait: *Vt fideiussor aduersus confideiussorem suum agat, danda actio non est, ideoque, si ex duobus fideiussoribus eiusdem quantitatis, cum alter electus a creditore totum exsoluit; nec ei cessae sint actiones, alter nec a creditore, nec a confideiussore conuenietur.* Verum enim vero in hac lege MODESTINVS tantum dixit, fideiussorem aduersus confideiussorem sine cessione agere non posse. An cessio post solutionem fieri possit, eo loco non quaesiuit, eaque de re verbum prorsus nullum est. Imo, vt obseruat BVRGVNDVS *d. l. n.* 11. si locum illum recte expendamus, tantum abest, vt sententiae nostrae aduersetur, vt plane existimem, multo magis argumento confirmari posse. Nam, quod ait, *nec a creditore conuenietur*, satis insinuat, creditorem adhuc habere directas actiones, sed inanes atque inutiles, quia per exceptionem doli mali elidi possunt, ne bis idem consequatur creditor. Absurda enim fuisset dubitatio, vtrum creditor, solutione a fideiussore accepta, confideiussorem eius conuenire posset, si actio eius ipso iure fuisset extincta. Eodem modo accipiendum, quod scripsit IMPERATOR ALEXANDER *l. cum alter* 11. *C. de fideiussor.* vt pluribus dicto loco exposuit BVRGVNDVS. Nobiscum sentiunt IOANN. A SANDE *d. c.* 7 *de cess. act. n.* 11. *sequ.* STRAVCH. *Diss.* 14. *ad Ius Iustinian.* §. 18. allegati ab HERINGIO *c.* 28. *de fideiussor. n.* 38. *sequ.* CARPZOV. 2. *const.* 17. *def.* 16. PHILIPPI *l.* 3. *eclog.* 63. *n.* 12. BRVNNEMANN. *cent.* 3. *Dec.* 84. *n.* 5. CRVSIVS *ad statuta Mindens. l.* 1. *tit.* 13. *Dec.* 2.

(2) Ratione eius, cui soluitur, *quaeritur, an post solutionem adhuc cessio contra alios peti possit?* Vbi distinguendum inter obligationem principalem & minus principalem.

§. V.

Equidem superuacanea censeri potest disputatio haec ratione fideiussoris, quantum attinet reum principalem, cum illi aduersus hunc actione mandati satis videatur consultum, vt adeo cessionis remedium ei sit inutile. Vti iudicauit ILICO VMMIVS *Disp.* 8. Interdum cessio omnino est necessaria ad

Digitized by Google

ad proceſſ. n. 36. Enimuero nobis contra videtur, ceſſionem ſaepe non vtilem tantum, ſed & omnino neceſſariam eſſe. Quid enim, ſi nuda perſonali actione, qualis mandati eſt, a debitore principali nihil, ceſſa autem vel cedenda, cum realis ſit aut priuilegiis munita, integrum debitum conſequi liceat? & miſſis, quae in facto conſiſtunt, iure noſtro ei, qui pro inuito interceſſit & ſoluit, quam citra ceſſionem intentet, actionem proditam nullam eſſe, apparet ex *l. 6. §. 2. l. 40. l. 53. D. mandati*, de quo infra. Quin & ratione confideiuſſorum vana foret diſputatio haec, ſi aduerſus eos fideiuſſori, etiam a reo in ſe non translatis actionibus, mandati contraria vel vtilis negotiorum geſtorum ſupereſſet. Quae Cyni & aliorum quidem fuit opinio, ſed legibus hactenus adductis manifeſte contraria, ac proinde frequentiſſimis calculis dudum reiecta. vid. Lenzivs *de nomin. ceſſion. c. 7. memb. 1. n. 32. ſequ.* vbi plures, ſimulque praeiudicia ſupremi Electoral. Saxon. Tribunalis allegat. Non tamen nusquam vtilem negot. geſt. actionem fideiuſſori in confideiuſſorem mores permittunt, poſt Argentraevm Wissenbach. *part. 2. ad D. Diſp. 27. § 19. in fin.* Adde Mevivm *part. 2. Dec. 218. p. 6. Dec. 387.*

§. VI.

Aliquando is, cui ſolutum, condictione indebiti tenetur.

Caeterum is, cui ſolutum, interdum condictione indebiti tenetur. *l. 19. §. 1. l. 65. §. vlt. de condict. indeb.* Niſi, cum debitor veri debitoris nomine vero creditori ſoluerit. Quo referri ſolet *l. 44. D. eod.* quae quondam duos ICtos, Vdalric. Zasivm & Stellam, acriter commiſit. Add. H. Grotivm *in ſparſion. flor. ad d. l. 44.* Quare, ſi inſtitor de ſuo aliquid ſoluerit, illud repetere & contra proprium ſuum factum venire nequit, licet dominus ſoluendo eſſe deſierit. arg. *d. l. 44. & l. 49. D. mandati.* Rurſus, ſi haeres non tantum ſuo, ſed & caeterorum cohaeredum, nomine totum debitum (licet errore iuris) ſoluerit, repetitio ceſſabit. arg. *dd. ll.* Secus, ſi tantum ſuo. Nam, vt Vlpianvs in *l. 31. D. de condict. indeb.* ait: *Is, qui plus, quam haereditaria portio efficit, per errorem creditori cauerit, indebiti promiſſi habet condictionem*, de quo v. *Diſſertatio noſtra de condiction. indebit. ciuil. debiti natural. §. 9.* Ratione perſonarum repetentium obſeruari meretur: Si procurator nomine domini indebitum ſoluit, competere hanc condictionem illius domino, qui in ſpecie ſolutionem illam mandauit, aut poſtea ratam habuit. arg. *l. 6. pr. l. 47. de condict. indeb. l. 6. C. eod.* etiamſi procurator propriam pecuniam ſoluerit. *d. l. 6. §. fin.* Si vero dominus ſolutionem illam in ſpecie non mandauit, nec ratam habuit, vtilem condictionem procuratori ipſi dari *d. l. 6. pr.* Andr Clvdivs *de condictione indeb. c. 5. n. 94. ſequ.* Si fideiuſſor principalis nomine ſoluerit indebitum, condictionem reo principali competere & fideiuſſorem habere actionem contra reum principalem, pro quo ſoluit *l. 47. de condict. indeb.* Si vero fideiuſſor ſuo nomine indebitum ſoluiſſet, ipſum ab accipiente ſolutum condicere poſſe. *d. l. 47. l. 38. §. final. eod.* Clvdivs *d. c. 5. n. 52. ſequ.* Tutore pupilli nomine ſoluente, pupillo condictionem dari *l. 57. princip. de condict. indebiti*, licet tutor de ſuo ſoluerit, *l. 6. §. final. eod.* niſi tutor, tutela finita, quod indebitum ſoluit, pupillo non imputauerit, quo caſu ipſi tutori vtilis indebiti condictio conceditur. *l. final. §. 1. eod.* Clvdivs *d. c. 5. n. 52. ſequ.* Cur his caſibus domino, reo principali & pupillo, ex facto aliorum quaeratur actio, ratio ex analogia iuris noſtri plana eſt: nam, quoties quis nomine alterius, intercedente traditionis actu, contraxerit, is nudum tantum miniſterium praeſtare intelligitur, nunciique naturam imitari; mirum vt non ſit, illi, cuius nomine contractus initus eſt, ex hoc contractu ſine ceſſione actionem dari *l. 9. §. 8. de reb. credit. l. 126. §. 2. de Verb. Obligat. l. 4. C. ſi certum petatur.*

Nam

Digitized by Google

Nam & possessio per actum traditionis alteri quaeritur, *l.* 1. §. 20. *de acquirend. possess.* Illud quoque notandum, si quis ob quantitatem indebite solutam agat, vsuras simul petere haud posse. *l.* 1. *C. de Cond. indeb.* quod egregie decem rationibus adstruxit MEVIVS *Conf.* 99. *n.* 14. *sequ.* Qui pro alio soluit indebitum, solum condictionem sibi acquirit, nec alteri vel mandati vel neg. gestor. actio competit. FABER *l.* 8. *tit.* 30. *def.* 10.

§. VII.

Effectus ratione soluentis pro alio, & quidem citra praecedentem contractum, est, quod is habeat negotiorum gestorum actionem. *l.* 20. §. 1. *Mand.* Nisi (1) pro inuito soluerit, is enim donare videtur. Modo actionem a creditore sibi cedi non curauerit: nam cessio etiam inuito debitore fieri potest. Aut prohibitio non aduersetur pietati aut publicae vtilitati, v. g. ne cura funeris suscipiatur. *l.* 14. §. 13. *de religios.* Vnde inferunt: repeti posse pecuniam pro alio, licet prohibente, in periculo vitae vel famae constituto solutam. STRVVIVS *decis. sabbath.* 17. *decis.* 15. aut locupletior fuerit factus, pro quo soluitur. HARPRECHT. *Conf.* 61. *n.* 314. (2) Non interfuerit debitoris, eam pecuniam solui. *l.* 43. *de Negot. gest.* (3) Non inducendae obligationis animo pro alio soluerit, de quo *supra* actum. v. hic omnino BRVNNEMANN. *ad l.* 2. *D. de negot. gest. n.* 2. *&* 3. Vbi proinde profuerit, ne quis amittat actionem negotiorum gestorum, aut etiam funerariam, expresse protestari, aut rationes singulares conficere. *l. Nesennius* 34. *D. de negot. gest. l.* 14. §. 7. *de relig. & sumt. funer.* v. MEVIVM *part.* 4. *Dec.* 317. *sequ. p.* 8. *Dec.* 195. Caeterum requiritur, vt debitoris causa sit solutum, v. *Compend. Iur.* LAVTERB. *tit. de solut.*

(3) Effectus rationis soluentis pro alio *citra praecedentem contractum.*

§. VIII.

Ex contractu mandati soluens consequitur actionem mandati contrariam, idque non tantum pro expensis realibus, quas fecit in rem, circa quam negotium sibi commissum; verum etiam pro personalibus, vt aperte euincit *l.* 10. §. 9. *mandati* & aduersum dissentientes recte docet LAVTERBACH. *tract. Synoptic. ad d. t.* §. 3. *n.* 3. Quod si fines mandati excesserit, v. g. plus soluerit, quam habebat in commissis, planum est, actioni mandati locum non esse. *l.* 5. §. 3. *&* 4. *l.* 22. §. 1. *l.* 41. *D. l.* 12. *C. mandat. l.* 10. *C. de procurat.* Sed annon aliud remedium competit? Heic quidam soluenti accommodant remedium ex *l.* 32. *de reb. credit.* vti IASON & ZASIVS; sed perperam, quoniam mandatarius sane culpa non caret. Alii suggerunt actionem negotiorum gestorum, vt ZOESIVS *ad tit. mandati n.* 20. Verum nec haec locum habet contra prohibentem dominum. *l. liberto* 31. §. 4. *de Negot. gestis*, iuncta *l. final. C. de negot. gestis*, multi allegati a LAVTERBACH. *d. tract. Synopt.* §. 2. *n.* 3. Putat tamen BOECKELMANNVS *ad tit. D. mandati n.* 14. alia ratione posse mandatario consuli: si enim petat mandans rem emtam, posse eum repelli exceptione doli mali; sin eandem iam acceperit, interesse, an sciens id fecerit, an ignorans. Priori casu videri emtionem ratam habuisse, arg. *l.* 18. *D. mandati*, posteriori teneri mandantem, indicato pretio, emtionem vel approbare vel improbare, & tum rem esse inemtam.

Ex contractu mandati soluens consequitur actionem mandati contrariam.

§. IX.

Ex dictis intelligitur, fideiussori soluenti contra debitorem principalem vel mandati, si huius mandato se obligauit, vel, si pro absente aut ignorante fideiussit, negotiorum gestorum actionem comparatam esse, *l.* 4. *pr. D. de fideiussor. l. mandati* 14. *C. eodem*

Datur fideiussori soluenti contra de-

Digitized by Google

bitorem principalem actio vel mandati, vel negotiorum gestorum.

l. 10. §. 11. *mandati.* Atque hactenus cessione actionum haud indiget, vt recte pronunciatum apud MEVIVM *part.* 2. *Dec.* 307. Tantum opus est, inquit ille, fideiussorem soluisse, antequam repetit, & huius quidem probatio incumbit fideiussori agenti: at, quando cum debitore res est, sufficit qualis qualis, modo verisimile sit, solutum esse, ex possessione chirographi, etsi nec cancellatum sit, nec a creditore redditum probetur. Nihil vltra requiritur, quam debitorem securum esse, quod adhuc alii soluere opus non habebit. Praeterea nihil eius interest, si liberatur. Conf. EVNDEM *part.* 6. *Dec.* 388. Caeterum hae actiones tum demum competunt, si fideiussor aliquid soluerit citra suam culpam, v. g. si non omisit exceptiones sibi competentes. *l. idemque* 10. §. 12. *l. si fideiussor.* 29 *D mandati* aut appellationem. *l.* 10 *C. eodem* vbi BRVNNEMANN. Heic quaestio est, si fideiussor non sponte, sed a iudice condemnatus & compulsus, soluerit, an solutum sine discrimine a debitore repetere queat, nec huic superstit contra rem iudicatam exceptio? Vbi recte pronunciatum apud MEVIVM *part.* 3. *Dec.* 340. non spectandum, quid inter creditorem & fideiussorem actum, sed quid debito, quod soluitur, & mandato congruum. Res iudicata aliis, quam, qui in iudicio causam egerunt, non obest. Non sequitur, quia condemnatus ita est fideiussor, id debere reum, pro quo interceſſit fideiussor, cum plures causae accidere queant ex suo facto vel errore; &, si vel iniuria iudicis condemnatus sit, tamen actione caret. Conf. HERING. *de fideiussorib. c.* 26. *n.* 23. *seq.* Fideiussori post cessas actiones soluenti, si plures habeat confideiussores, contra horum vnumquemque habet actionem in solidum. v. MOLLER. 3. *Semestr.* 15. Quod si vero fideiussor pro inuito debitore soluerit, distinguendum, an fideiusserit pro volente, an vero pro inuito. Priori casu, licet subtecuta solutionis prohibitione, fideiussor mandati actionem habebit: quia mandato de fideiubendo continetur quoque mandatum de soluendo. arg. *l.* 10. §. 11. *l.* 22. *pr.* §. 1. *l.* 29. §. 6. *mandati.* GLOSS. *in cap. vlt. X. de fideiussor.* post BARTOLVM BALDVM & alios MONTERVS A CVEVA *decis. Arragon.* 2. *n.* 56. id quod re non amplius integra reuocare mandatori haud licuit. §. 9. *I. mandati* iunct. *l.* 48. *D. eodem:* nisi iustam prohibendi causam habuerit reus. *l.* 30. *l.* 48. *D. mandat.* Posteriori casu carebit actione, nisi ei creditor actionem suam cesserit; de quo supra §. 7. Porro quaeritur, an exceptio non denunciatae litis proficiat debitori contra fideiussorem mandati agentem? quod recte negat laudatus MEVIVS *part.* 3. *Dec.* 339. vbi alii casus. Caeterum, vt teneamus, ad quidnam fideiussori soluenti competat actio aduersus debitorem principalem, multum interest, an cessio facta sit a creditore, nec ne. Priori casu sufficit, ei a creditore remissum esse debitum. *l.* 10. §. *vlt. mandat.* Fideiussori aliquando contra confideiussorem scientem ex neglecta exceptione est iusta exceptio. MEVIVS *p. IV. Dec.* 295. v. & H. PISTOREM *Obs.* 78. 79.

§. X.

Quae mandati actio quoque institori & magistro competit.

Eadem actio mandati competit quoque institori vel magistro. Quanquam eisdem quoque aliae interdum dentur, vt pro socio & locati, si praepositio facta ex locatione vel societate: non vero actio negotiorum, nisi in terminis habilibus, ad quos stringenda *lex.* 1. *ibi: negotiorum gestorum D. de institor. action.* de quo supra satis dictum.

§. XI.

Ex societate vera soluenti

Ex societate incidente vel actionem communi diuidundo, aut familiae herciscundae, vel negotiorum gestorum oriri, supra satis diximus. At si ex societate vera soluatur, refert,

Digitized by Google

refert, vtrum socius pro parte tantum sua, an in solidum teneatur. Priori casu soluens habet actionem negotiorum gestorum, vel mandati quoque, si vera est Dd. disciplina *ad l. nemo 68. pro socio.* CRAVETTAE 1. *consil.* 129. MENOCH. 3. *praesumt.* 461. *n.* 8. societatem tacitum quoddam mandatum inducere, ita vt socius, vtiliter rem gerens, tacitum mandatum habere videatur. Posteriori casu locum habebit actio pro socio: nam actiones bonae fidei dantur ad omne id, quod contrahentes sibi inuicem ex iure vel moribus praestare tenentur. *l.* 31. §. 20. *D. de aedilit. edict.* Neque vero existimandum, socium hunc nullam habere actionem: nam, licet liberetur socius, tamen inde non consequitur, aduersus hunc nullam competere actionem. Vt sub exemplo bene probat MEVIVS *part.* 4. *Dec.* 171.

comparatae sunt actiones.

§. XII.

Si ex correali obligatione solutum, grauissima est disceptatio, an & quae remedia soluenti parata sint, vt partem a correo repetere possit? Vbi illud certum est, si socii fuerint, id, quod alter pro altero praestitit, posse consequi actione societatis. *l. nec quidquam 3. D. de exercitor. act.* Si socii non fuerint, inuicem tamen per stipulationem repromiserint, redditurus se, quod alter praestiterit nomine alterius, procul dubio agi ex stipulatione. Tantum ergo supereſt quaestio, si nihil tale interceſſerit, an is, qui totum soluit, nullam prorsus actionem habeat? Putant quidam, nullam habere actionem. A. FABER 11. *coniecturar. 6. sequ.* ZOESIVS *ad tit. D. de duob. reis n.* 13. Distinguunt alii, an correi debeant ex causa respectu stipulantis onerosa, an vero lucratiua: priori casu actionem concedunt, eo referentes *l. 2. C. de duob. reis*, posteriori negant IOH. PETRVS SVRDVS *Dec.* 308. A. GOMEZIVS *l. 2. Resolut. 12. n. 3.* STRVV. *Ex.* 47. § 28. At plerisque visum, indistincte actionem dandam, & ita saepe iudicatum. A. FABER *C. de duob. reis def.* 1. CARPZOV. 2. *const.* 17. *def.* 14. CHRISTINAEVS 3. *Dec.* 114. *&* 4. *Dec* 178. Quod cum professa opera ex principiis iuris deduxerit NICOL. BVRGVNDVS *de duob. reis c.* 41. 42. 43. 45. 46. 47. superuacaneum arbitror, vel verbum addere.

Disquiritur, quae remedia soluenti parata sint, vt partem soluti a correo repetere possit.

§. XIII.

Tutori consulitur actione tutelae contraria, puta, si expensas litis pro pupillo soluerit, modo non temere litigasset, de quo casu agit BRVNNEMANN. *cent.* 3. *Dec.* 16. Potest tamen tutori soluenti interdum consultum esse remedio retentionis. De quo MEVIVS *part.* 5. *Dec.* 133.

Tutor habet actionem tutelae contrariam.

§. XIV.

Vnum adhuc addam: Debitorem, soluentem creditoris sui creditori, exceptione doli se tueri posse. *l.* 6. *D. de doli mali exception.* vbi BRVNNEMANN. *l. solutum* 11. §. 5. *D. de pignoratit. act.* idque ob vtilitatem, quae ex facto debitoris in creditorem redundat. MEVIVS *part.* 3. *Dec.* 360. *num.* 3. Nisi creditor habeat suam exceptionem contra suum creditorem, aut illi vtilitas sua auferatur. *l. si debitor.* 16. *de doli mali except.* Et hunc quoque inuitum aliquando soluere creditoris creditori, vsque adeo, vt ad hoc sufficiat extraiudicialis denunciatio. Praeterea hoc quoque obseruandum, nihil referre, a quo solutio pro alio fiat, etiamsi sit foemina & haec intercedere nequeat, soluere vtique pro alio potest. *l.* 4. §. 1. *l.* 5. *de Sct. Vellej. l.* 1. *l.* 4. *C. eod.* etiamsi ex interceſſione sciens, se non obligari, soluerit.

Debitor soluens creditoris sui creditori exceptione doli se tuetur.

Digitized by Google

SECTIO III.

DE

AFFINIBVS SOLVTIONIS.

§. I.

Affine solutionis primum.

Affinia solutionis sunt nouatio, oblatio debiti siue depositum iuris, & compensatio. Nouatio fieri potest expromittendo pro alio. Nam, vt Vlpianvs *in l. 8. § final. D. de nouation.* *Si alius promittat, liberare me potest, si nouationis causa hoc fiat: si autem non nouandi animo hoc interuenit, vterque quidem tenetur, sed altero soluente alter liberatur.* Addit: *Liberat autem is, qui, quod debeo, promittit,* (nouandi sc. animo) *etiamsi nolim.* Talis expromissor Iesus Christus, qui obligationem nostram & reatum in se suscepit, vt peccata nostra expiaret, ac plenissimam liberationem nobis acquireret. De quo plura habet H. Grotivs *libro de Satisfactione Christi.*

§. II.

Affine secundum.

Debitum pro ignorante etiam & inuito debitore ac extraneo offerri perinde, vt solui, posse, Dd. vulgo statuunt, quos sequuntur Sichardvs *ad l. 9. C. de solution. n. 12.* Schvlzivs *libello de oblat. pecun. cap. 2. num. 3.* Donellvs *ad l. 19. C. de vsuris num. 8.* At idem ille Donellvs *16. commentar. iur. ciuil. c. 13.* contrarium existimauit, persuasus, requiri, vt ipse debitor deponat; alium vero eius nomine deponentem, recusante creditore prorsus nihil agere: quoniam hac oblatione debitor vt plurimum per exceptionem liberetur, quam alius ei, velut extraneo, acquirere haud possit. *l. 1. C. per quas person. nobis acquir.* Enimuero certum non est, tantum per exceptionem liberari debitorem ope oblationis: etenim haec in *l. 19. C. de vsur. l. 9. C. de solution.* comparatur solutioni: in eadem *l. 19.* post oblationem negatur, creditori competere actionem, & in *d l. 9.* dicitur liberari debitor. Deinde nihil vetat, per consequentiam alteri acquiri, quod principaliter nequit. Adde Lavterbach. *de deposito iuris* §. 14.

§. III.

Tertium.

At compensatio pro alio fieri nequit, etiamsi ille consentiat. *l. in rem suam 18. §. 1. D. de compensat.* Mevivs *part. 7. Dec. 262.* Qua in re insignis inter compensationem & solutionem est differentia. Nimirum nihil refert, a quo soluatur; ast, a quo compensatio obiiciatur, plurimum profecto refert; quoniam compensatio ex momento mutui debiti debitores ipso iure liberat. Mevivs *d. l.* obseruat, ex persona alterius compensationem propterea opponi haud posse, ne esset occasio, creditores suos ex obtentu aliis debitorum vexare, exceptiones, beneficia aut commoda eripere, atque debiti sui petitionem contra bonam fidem eludere.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO DE IVRIBVS EX PACTO CERTO TEMPORI INCLVSIS.

SECTIO I.

CONTINENS RECENSVM IVRIVM, QVAE EX PACTO INCLVDI CERTO TEMPORI POSSVNT, VEL NON POSSVNT.

§. I.

Ingressus, Vbi regula: Tempus non esse modum tollendae vel finiendae obligationis. *Additur* ordo dicendorum.

A Romani iuris auctoribus non semel proditum est: Tempus non esse modum tollendae siue finiendae obligationis. Nam ita PAVLVS *l. obligationum* 44. *D. de obligat. & action. Placet, ad tempus obligationem constitui non posse, non magis quam legatum: Nam, quod alicui deberi coepit, certis modis desinit deberi. Plane post tempus stipulator vel pacti conuenti vel doli mali exceptione submoueri poterit.* IVLIANVS *l. cum* 56. §. 4. *D. de Verb. obligat. Qui ita stipulatur: decem, quoad viuam, dare spondes? confestim decem recte dari petit, sed haeres eius exceptione pacti conuenti submouendus est: nam stipulatorem id egisse, ne haeres eius peteret, palam est. Quemadmodum is, qui usque ad Kalendas dari stipulatur, potest quidem etiam post Kalendas petere, sed exceptione pacti submouetur. Nam & haeres eius, cui seruitus praedii concessa est, vt, quoad viueret, ius eundi haberet, pacti conuenti exceptione submouebitur.* De quo exemplo etiam ita PAPINIANVS *l.* 4. *D. de seruitutibus. Seruitutes ipso quidem iure neque ex tempore, neque ad tempus constitui possunt: sed tamen, si haec adiiciantur, pacti vel per doli exceptionem occurretur contra placita seruitutem vindicanti, idque & Sabinum respondisse, Cassius retulit, & sibi placere.* Conf. §. 3. *I. de Verb. Obligat.* Enimuero, multis difficultatibus obnoxiam esse hanc regulam, liquere ex illis potest, quae habent BARBOSA *Locupletatus voce tempus, axiom.* 40. MEVIVS *part.* 9. *Decis.* 167. *n.* 4 *& sequ. in not.* RAVCHBAR. *part.* 2. *quaest.* 23. *n.* 7. BRVNNEMANN. *ad d. l.* 44. *D. de O. & A. n.* 2. Equidem illud certum est, tempus ex suapte natura vim nullam effectricem habere: nihil enim fit a tempore, quanquam nihil non fit in tempore. Ex altera autem parte considerandum, non tam hic tempus, quam pactum, vim suam exserere. Annon enim emphyteusis, vsusfructus, locatio, commodatum, precarium, & alia multa hominum negotia tempore, ob additum pactum, tolluntur? VLRICVS HVBERVS *praelect. ad Inst. tit de V. O. n.* 4. regulam accepit de eiusmodi contractibus, in quibus id agitur, vt aliquid iuris perfecti ab altero in alterum transferatur. Et de his demum verum esse, obligationem certis finitisque modis tolli, quos inter tempus non numeretur. Addit: tametsi vero subti-

subtilitas iuris obligationem in perpetuum vltra tempus expressum producat, rationem tamen aequitatis manifeste refragari, ideoque illum, qui post tempus petere pergit, exceptione pacti vel doli mali submouendum. Nobis potissima ratio petenda videtur ab infirmitate, quam Romani inesse censebant pactis, etiamsi stipulationi aliisue contractibus stricti iuris intexerentur, quae ratio cum hodie cesset, ob redditam siue potius relictam pactis vim, quam a natura habent, parum quidem vtilitatis regula illa in foro habebit. Interim iuuabit, iura illa singulatim expendere, quae temporis finitionem ex pacto admittunt vel non. Vbi, vt ordine incedamus, primum dispiciemus de illis iuribus, quae ad statum hominum pertinent: Deinde ad iura in re & ad rem nos conuertemus, siue haec ex pactis, siue ex contractibus descendant; donec ad reliqua, & maxime ad effectum, quem definitio temporis ex pacto producit, deferamur.

§. II.

Inter iura, quae ad statum personarum spectant, eſt matrimonium, quod ad tempus contrahi non poteſt.

Inter iura, quae ad statum personarum spectant, haud dubie est matrimonium. Hoc ad tempus contrahi non posse, usque adeo, vt nec in contrarium dispensatio valeat, vere asserit ALB. GENTILIS *l. 2. de nuptiis cap. 18.* idemque euincit definitio nuptiarum *in §. 1. I. de patr. potest.* secundum quam eae indiuiduam vitae consuetudinem continere dicuntur. Quod vtique verum est, siue respiciamus intentionem nuptias ineuntium, quae haud dubie est, aut esse debet, vt ne coniunctio haec, quemadmodum in ipsis est perpetua aut indiuidua, vnquam dissolui possit: siue intueamur arctissimam illam societatem fortunarumque omnium communicationem, propter quam vxor maritum, vtvt exulem & vagabundum, sequi tenetur, & matrimonium rem vere esse sanctam, id est, non humanitus, sed diuinitus repertam, magno consensu gentes crediderunt. Neque aliter res se habet, si consulamus ius naturae, saltem quod decori aut honesti ratio praescribit. Etenim, si amicitiae caeterae dissui non possunt citra grauem culpam, tanto minus ista poterit, quae tot pignorum vinculo continetur; vnde pendet honesta tum propagatio, tum educatio nobilissimi animantis, creati ad diuinam imaginem.

§. III.

Idem obtinebat apud Romanos in concubinatu. (Vbi de matrimonio ad Talacko:)

Quod diximus de matrimonio, etiam locum habebat apud Romanos in concubinatu: nam, cui concubina erat, non poterat aliam adsumere, nisi prior aut morte, aut χωρισμῷ & quodam quasi repudio separata esset. NOVELL. 18. vers. *& haec dicimus* & vers. *sicut enim qui legitimi.* NOVELL. 89. *c.* 12. §. 4. *in fine.* Plane hodie in quibusdam Asiae partibus connubia ad tempus contrahi sueuerunt. De Iaponia BERNARDVS VARENIVS *descript. Iap. c. 13. Inualuit*, inquit, *ab aliquot annis consuetudo, vt, simulac nauis quaedam Belgica in Iaponiam delata est, mox illi praesto sint lenones & diuersoriorum hospites, qui praecipuos ex aduectis interrogent, annon pro tempore commorationis in istis locis cupiant sibi assumere pellicem aliquam aut vxorem? Annuente peregrino adducunt iuuenculam & contractum matrimonialem faciunt. Paciscitur sibi mulier in victum singulis diebus tres, quatuor aut sex stuferos, quantum potest: praeter haec pro vestitu vnam vel duas stolas fericas (pretium vnius est XXV. vel XXX. florenorum) totidemque gossipinas, cum aliquot calceolis ex ceruino corio. Parentibus vel lenoni, si mancipium sit, promittunt X. XV. vel triginta florenos. Facta conuentione dat Belga conuiuium, & pro tempore vxoratus est. Cum eius discessu matrimonium dissoluitur.* De Persis CHEV. CHARDIN. *Voyage en Perse p. 268.*

Les

Digitized by Google

Les Mahometans, qui suivent les dogmes d'Ali, prennent des femmes en trois façons, ou en les achetant, ou en les loüant, ou en les epousant. Ils tiennent pour licites ces trois manieres d'union. Leur religion l'enseigne ainsi, & la loy civile reconnoist pour également legitimes les enfans, qui en viennent, &c. Les femmes à loüage s'appellent Moutaa, d'Amouad, qui signifie concubine & aussi servante. On en prend tout autant, qu'on veut, pour le tems qu'on veut, & pour le prix qu'on accorde. A Ispahan, qui est la capitale de Perse, on en loüe de belles & jeunes pour 450. livres l'année avec l'entretien d'habits, de nourriture & de logement. Cette sorte de mariage est un contract purement civil. On le renouvelle au bout du terme, si les parties en sont d'accord; & l'on est libre de le rompre avant qu'il soit achevé, & de renvoyer la femme qu'on à loüée; mais il faut luy donner en la renvoyant tout le gage contenu dans le contract. Paulo post: *Il n'y a d'ordinaire que les gens de moyen estat & les etrangers, qui prennent des femmes à loüage, & ils le font pour pouvoir plus facilement s'en defaire. Les gens de qualité n'en prennent pas non plus, parce qu'ils ne veulent ni les restes d'un autre, ni qu'on jouisse d'une femme, qui leur a servi. S'il arrive par hazard, qu'un homme de qualité prenne de l'amour pour une femme, ou publique, ou qui n'est pas de condition à devenir son épouse; il la loüe pour 90. ans. C'est un moyen seur de l'avoir toute sa vie sans se marier avec elle.* Conf. ADAM. OLEARIVM *l. 5. Itinerar. Persic. c. 22.* & PETR DE VALLE *part. 2. Itinerar. ep. 17.* De Turcis RIGALTIVS *histor. Imper. Ottomann. l. 2. c. 21. Les Turcs ont aussi parmi eux une espece de demi mariage, qu'ils appellent Kabin. C'est quand un homme prend une femme pour un mois, pour deux mois, ou pour quelque autre tems fixe & limité, dont les parties ayant convenu, ils s'accommodent du prix en la presence du Cadis. Les étrangers qui n'ont pas le don de continence, & qui veulent avoir des femmes par tout, se servent fort de cette sorte de mariage, qui est la même chose, que celuy que l'on appelle en Espagne estre emancibado, ou Casado de media carta, avec cette difference neanmoins, que le dernier n'est pas permis comme l'autre par la loy.* Iam dudum de Saracenis AMMIANVS MARCELLINVS *l. 14. Rer. gestar. c. 4.* retulit: Vxores esse illis mercenarias, conductas ad tempus ex pacto, atque, vt sit species matrimonii, dotis nomine futuram coniugem hastam & tabernaculum offerre marito, post statum diem, si id elegerit, discessuram. Matrimonium tale vocari matrimonium ad talacko, id est, ad beneplacitum, testis est CACCIALVPVS *ad l. si qua illustris C. ad SCt. Ortifian. n. 12.* vbi memorat, Venetiis quaesitum, an liberi ex tali matrimonio nati censendi pro legitimis? Caeterum sponsalia ad certum tempus contrahi posse, constat ex *l. 2. C. de sponsalib. c. 22. X. eod.*

§. IV.

De adoptione, quae itidem ad ius personarum spectat, est *l. 34. D. de adoption.* *Quaesitum est, si tibi filius in adoptionem hac lege datus sit, vt post triennium eundem mihi in adoptionem des, an actio vlla sit? Et Labeo putat, nullam esse actionem; nec enim moribus nostris conuenit, filium temporalem habere.* Et adoptione.

§. V.

Ius summi imperantis in ciuitate an tempore circumscribi possit? quaeri solet. Nobis in thesi res plana videtur, si fingamus reip. Rectorem, cui summum ius sit, intra certum tempus imperandi, vt actus eius a nullo quoquam irriti reddi queant: Et enim rerum moralium indoles ex operationibus maxime cognoscitur, & duratio rei naturam non immutat. Seruitus Hebraeorum erat perfecta, tametsi ad septennium restricta: Proponitur *quaestio*, an ius summi imperantis in ciui-

Digitized by Google

tate tempore circumscribi possit?

& vere dominus est, etiam qui dominium ad certum tempus habet, vt paulo post dicemus. Quanquam, vt recte ait H. Grotivs *l. 1. de I. B. & P. c. 3. & 11.* si de dignitate quaeritur, quae maiestas dici solet, dubium non sit, quin ea maior sit in eo, cui ius perpetuum datum est, quam cui temporarium, quia ad dignitatem facit habendi modus. Caeterum, vbi ad exempla itur, res difficultate non caret. Vid. quae de illis disserui *part. 1. Elem. Pr. Ciuil. sect. 6. §. 8.*

§. VI.

Dominium interdum certi temporis cancellis constringi, non est dubium. Pavlvs *l. 66. de rei vindicat. Non ideo minus recte quid nostrum esse vindicabimus, quod abire a nobis dominium speratur, si conditio legati vel libertatis extiterit.* Pomponivs *l. 205. de R. I. Plerumque fit, vt ea, quae abire a nobis possunt, perinde in eo statu sint, atque si non essent eius conditionis, vt abire possint.* Seneca ait: *Tuum est etiam, quod sub certa lege tuum est.* Ita, qui rem sub addictione in diem aut lege commissoria comparat, pendente resolutiua, quam vocant, conditione, reuera interim dominus est. *l. 4. §. 3. D. de addict. in diem.* & res quoque ipsi perit. *l. 2. §. final. d. tit. l. 2. in fin. D. de lege Commissor.*

Dominium interdum certi temporis cancellis constringitur.

§. VII.

Emphyteutae ius, etsi natura sua sit perpetuum, pactione tamen temporarium fieri potest.

Dominium vtile aut saltem ius dominio proximum habet emphyteuta. Huius vero ius, etsi natura sua sit perpetuum (v. *l. 1. C. de officio Comit. Sacr. Palat. l. 1. & 3. C. de locat. praed. ciuil.* Ioann. a Sande *l. 3. tit. 6. def.* 10.) pactione tamen temporarium fieri potest. *Posse fundum ad tempus haberi conductum,* lege sc. emphyteutica, Pavlvs *in l. 3. D. si ager vectigal. petatur,* obseruauit, idemque experientia testatur. Fatemur tamen, ob adiectionem breuioris temporis, in dubio potius locationem conductionem praesumi. De quo videantur, si libet, Mevivs *part. 1. Dec. 163. part. 3. Dec. 281.* Cothm. 2. *Responsi. 79. n. 84.* Mascard. *de probat. concl. 603.* Menoch. *l. 3. praesumt. 108.* An vero, vt locatio, ita emphyteusis quoque tanto tempore ex tacita contrahentium voluntate renouata videatur? insignis est quaestio, quam negant Valascvs *de emphyt. quaest. 10. n. 20.* Fachinaevs *l. Controu. 84.* Hilliger. *l. 9. D. E. c. 15. A.*

§. VIII.

Ius superficiarium quoque ad tempus constitui potest.

Ius superficiarium non minus ad tempus constitui potest. Vlpianvs sane in *l. Praetor. 1. §. 3. D. de superficieb.* ei, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem, causa cognita actionem in rem competere, scribit. Hic mos Primatum Angliae est: Nam ita Monconys *Voyage d'Angleterre An. M. DCLXIII. p. 32. Les Grands & les Seigneurs d'Angleterre vendent les places pour 30. ou 35. ans & conviennent, de quelle maniere doit estre la maison, qu'on y batira, laquelle revient après ce tems aux proprietaires des fonds.*

§. IX.

Ex pactione ius feudi certi temporis lapsu finitur.

Ius feudi quoque ex pactione lapsu certi temporis finitur. Quo pertinet feudum soldatae, & feudum de cauena, quae in certa pecuniae praestatione, vulgo Gnaden-Gelder, aut annuis reditibus sub lege fidelitatis ad dies vitae concedi solent. v. Struvivs *c. 4. Syntagm feudal. aph. 18.* Hac in re miram rerum metamorphosin licet deprehendere. Olim enim huiusmodi feuda siue beneficia maxime erant propria; at postea, quae hoc modo conferuntur, impropria insigniri inualuit, vid. *lib. de feud. oblat. part. 2. §. 1.*

§. X.

Digitized by Google

§. X.

Seruitutem realem praefinitione temporis ſtricto iure non terminari, ſupra diximus. At vſumfructum lapſu temporis non amitti, ſed finiri, dixit PAVLVS *3. ſentent. 6. §. 38.* Conf. *l. 4. de vſufruct. l. 1. §. vlt. quando dies legati vel vſusfruct. cedat. l. 12. C. de vſufruct. l. 30. de vſufruct. legat.* Cur ita? Nimirum vſusfructus in facto conſiſtit. Facta, poſtquam perfecta, eſſe deſinunt. Et vſusfructus quotidie finitur *l. 1. §. pen D. de vſufr. accrẽſcend.* Quare poſt diem nec debetur vſusfructus praecedentis temporis, quia finitus; nec ſequentis, quia non conſtitutus. DONELLVS *l. 10. Comm. 16.*

Vſusfructus lapſu temporis non amittitur, ſed finitur.

§. XI.

Reſtat, vt videamus de iure ad rem. Vbi inter pacta ſe offerunt induciae, quae ſi ad breue tempus, manente belli apparatu, fiant, armiſtitium ſolent hodie appellari. Quaeri autem heic poteſt, an induciae ſint, quae ad centum annos condicuntur? Affirmauit H. GROTIVS *l. 3. de I. B. & P. c. 21. §. in fine.* At rectius negauit PVFENDORFIVS *l. 8. de I N. & G. c. 7. §. 4.* cum nulla videatur iniuria dari, quae non tanto temporis ſpatio velut vltro exoleſcat, ſic vt eius perſecutionem vltra ſeculum reiicere, abſurdum ſit. Nec obſtant exempla populorum, ad illud tempus inducias ineuntium, quando Ferdinandus Catholicus & Alphonſus V. Rex Portugalliae An. MCCCCLXXIX. ad centum annos & vnum, Baiazethes, Turcarum Imperator, cum Venetis An. MD. ad centum annos & vnum diem inducias pacti ſunt; & LIVIVS *l. 7. c. 20.* inducias cum populo Caeriti in centum annos factas in SCtum relatum fuiſſe, ſcribit. Vel enim tales ſynecdoche vſi, finitum tempus ponentes pro infinito; vel pacem magis gratioſo apud populum inducirum vocabulo velauerunt.

Quaeritur, an induciae ſint, quae ad centum annos condicuntur.

§. XII.

Compromiſſum quoque in arbitrum, quod ſaepe pacto fit, certo temporis ſpatio definiri poteſt, vt liquet ex *l. 13. §. 3. l. 14. l. 16. in fine. l. 21. §. 5. §. 8. & §. final. de recept. arbitr. l. 25. pr. & §. 1. l. 27. l. 32. §. 11. §. final. l. 50. D. eod.*

Compromiſſum certo temporis ſpatio definiri poteſt.

§. XIII.

Inter contractus primum ſe offert mutuum, quod ad certum tempus ſaepe dari, experientia docet. Quanquam ad id tempus debitorem non adſtringi, imo eundem, ante illud tempus offerentem pecuniam & legitime deponentem, vbi eam creditor ſine iuſta cauſa accipere recuſauit, liberari, verius eſt, & plerisque ICtis, (vt vt CVIACIO & MEIERO *in Colleg. Iur. Argent. ad tit. D. de ſolut. §. 13. n. 10.* diſſentientibus) pro regula placuit. Etenim, vbi certa die quid promiſſum eſt, totum medium tempus ad ſoluendum liberum relictum cenſetur. *l. 70. D. de ſolut. l. 38. §. 16. de V. O.* & quod quis aliquo anno dare promittit, ei poteſtas eſt, quolibet eius anni die dandi. *l. 50. de O. & A. l. 137. §. 2. de V. O.* quandoquidem adiectio diei pro reo eſt, non pro ſtipulatore. v. CARPZOV. *p. 2. Iurispr. forenſ. c. 28. def. 11. ſequ. & l. 5. Reſponſ. 102.* IOANN. A SANDE *l. 3. tit. 1. def. 10.* STRVVIVS *Ex. 47. Syntagm. iur. Ciuil. §. 75.*

Mutuum ſaepe ad certum tempus datur.

§. XIV.

Commodato ſaepe tempus additur. *l. 5. §. 8. l. 17. §. 3. commodat.* Poteſt tamen commodator ante illud rem commodatam repetere, ſi ex noua & inopinata cauſa propriis vſibus

Commodato ſaepe tempus adiicitur.

Digitized by Google

vſibus eam neceſſariam eſſe, probauerit, vt ex *l. 3. C. loc.* & *l. 8. C. de reuocand. donat.* recte docet poſt alios, quos profert, LAVTERB. *tract. Synopt. ad tit. D. commodat.* §. 1. *n.* 6. WISSENBACH. *ad l. 2. C. dict. tit.* Etenim, ſi locatio ad certum tempus & modum facta, ſuperueniente cauſa & propria indigentia, poteſt reſcindi, multo id magis locum habebit in commodato: cum locator accipiat mercedem, non commodator; & liberalitas ſua nemini damnoſa eſſe debeat. Accedit, in multis iuris articulis fauorabiliorem eſſe cauſam illorum, qui liberales ſunt, quam aliorum. e. g. in cauſa euictionis. Diſſentienti TVLDENO *ad tit. C. Commodati n.* 2. breuiter reſpondi *in annot. ad* PVFENDORF. *l. 5. de I. N. & G. c. 4. §. 6.*

§. XV.

Cui affine eſt *precarium.*

Affine commodato eſt precarium. Hoc ad certum tempus conſtitui poſſe, conſtat *ex l. 4. §. 6. l. 5. D. de precario.* Sed negotium videtur faceſſere CELSVS *in l. 12. eod.* qui diſerte ait: *Vbi conuenit, vt in Kalendas Iulias precario poſſideas, nullam eſſe vim huius conuentionis, vt rem alienam domino inuito poſſidere liceat.* Enimuero CELSVS non negat, poſſe tempus per pactum adiici precario; negat tantum, eam conuentionem obſtare, quo minus precarium concedens id, quandocunque libuerit, reuocare queat. v. MEVIVM *part.* 8. *Dec.* 402. BICCIVS *de poſſeſſ. duor. quaeſt.* 8.

§. XVI.

Depoſitum quoque diem recipit,

Depoſitum etiam diem recipit. Cuius effectus eſt, quod depoſitarius ante illum diem non poſſit res depoſitas deponenti reddere. *arg. l. 5. §. 5. Depoſiti.* At deponentem diei adiectio non impedit, quo minus ante eius lapſum rem depoſitam repetat, etiamſi aliud pacto conuenerit: tempus enim in gratiam deponentis additum cenſetur, & depoſitarius nihil obtendere poteſt; quoniam in depoſito nulla merces datur, quamobrem depoſitam rem diutius apud ſe retinere velit. *l. 1. §. 45. D. depoſiti.* & ibi BRVNNEMANN.

§. XVII.

Tralatitium eſt, in *ſtipulatione* promiſſorem ad certum tempus ſaepe ex pacto adſtringi.

In ſtipulatione promiſſorem ad certum tempus ſaepe ex pacto adſtringi, tralatitium eſt. Eius ſpecies eſt fideiuſſio, quippe ſtipulatio acceſſoria. Huic autem certum tempus a fideiuſſore non raro ſtatui, non minus in propatulo eſt. Vbi multum refert, quomodo fideiuſſio eiusmodi fiat: Interdum enim quis ſimpliciter ad certum tempus, v. g. tres annos ſe adſtringit fideiubendo, **da Er ſich nur auf drey Jahr lang verbürget;** interdum quis ita fideiubet, vt poſt lapſum praefiniti temporis, etiam qua illud eſt praeteritum, euaneſcat fideiuſſio, **daß nach Ablauff der drey Jahren, wann binnen ſolcher Zeit der Schuldner nicht zahlen ſolte, die Bürgſchafft allerdings erloſchen und krafftloß ſeyn ſolle.** Cuius diſtinctionis vſus eſt manifeſtus: nam ſecundum priorem formulam adiectio temporis hunc habet effectum, ne fideiuſſor ratione eius, quod poſt tempus praefinitum acceſſit obligationi, puta, ratione vſurarum, intereſſe, damni, adſtringatur: at ſecundum poſteriorem formulam fideiuſſio, etiam qua praeteritum tempus, finitur, & omnino extinguitur. v. COTHMANN. *Vol. 5. Reſponſ.* 49. IOANN. A SANDE *3. dec. Friſicar. tit.* 10. *def. 5.* MEVIVS *ad Ius Lubecenſ. l. 3. tit. 5. art.* 1. *n.* 4. & *part.* 9. *Deciſ.* 167. VINNIVS *l. 2. quaeſt.* 41. 42. LYNCKER. *deciſ.* 976. Conf. WISSENBACH. *ad tit. D. de fideiuſſor.* §. 25.

§. XVIII.

Digitized by Google

§. XVIII.

In pactis, emtioni venditioni adiici solitis, saepe dies certus statuitur, intra quem pacta illa operentur, puta, in addictione in diem. *l. 41. pr. de rei vindicat.* in lege commissoria, *l. sed Celsus 6. §. 1. D. de contrah. emtion. l. 2. l. 4. pr. l. 5. D. de L. Commissor.* in pacto de retrouendendo, vt intra certum tempus, binnen gewisser Zeit, rem venditam redimere liceat. *l. 2. C. de pactis inter emtor. & venditor.* v. omnino CARPZOV. *part. 2. const. 1. def. 8. & l. 5. Respons. Electoral. 28.*

In pactis, emtioni venditioni adiici solitis, saepe dies certus statuitur, intra quem pacta illa operantur.

§. XIX.

Locationem non raro ex conuentione finit tempus modicum vel longum. *l. 10. C. de locat. conduct. l. 67. §. 5. D. de furt.* vbi lustri fit mentio. conf. *l. 49. D. de action. emt. vend. l. si in lege 24. §. vlt. l. si fundus 33. l. cum in plures 60. locat. l. 3. §. cum quinquennium D. de iure fisci.* Etsi vero ante, tempus illud quam finiatur, nec locatori, nec conductori a locatione conductione recedere liceat; *l. 3. l. 15. C. locati.* tamen id fallit, cum ob alias iustas causas, tum inprimis, si conductor mercedem non praestat. *l. 54. §. 1. l. 56. locat.* vel locator aedibus conductis post contractum initum egere incipit. *l. 3. C. locat.* Quam legem, vt hoc obiter addam, non pauci perperam producunt ad praedia rustica. Nam *d. l. 3.* dispositio est singularis, contra ordinariam obligationum indolem. Accedit, non videri eandem domini necessitatem vtendi praedio rustico, quae est inhabitandi proprias aedes: Tecto & aedibus carere minus possumus; at merces ex praediis rusticis alimenta locatori suppeditat: nec semper aut facile mansionem pecunia comparandi facultas. Ita recte SICHARDVS *ad d. l. 3. C.* STRVVIVS *c. 9. dec. Sabbat. 15.* SCHILTERVS *ad §. 6. I. locat. cond.*

Locationem ex conuentione finit tempus modicum vel longum.

§. XX.

Societas non minus saepe ad tempus contrahitur. Nam ita PAVLVS *l. 1. D. pro socio.* ***Societas contrahi potest vel in perpetuum, id est, dum viuunt,*** (socii) ***vel ad tempus.***

Saepe societas ad tempus contrahitur.

SECTIO II.

DE MODO COMPVTANDI TEMPVS.

§. I.

FOrmulae, quibus ex pacto certo tempori ius vel obligatio includitur, variant. Vel enim haec esse potest: intra annos vel dies tot. Vel alia: a Kalendis Ianuarii ad Kalendas Maii. Ad priorem formulam pertinet *l. 133. D. de Verb. significat.* ***Si quis sic dixerit, vt intra diem mortis aliquid fiat, ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.*** Vbi Dd. notant: si intra certum tempus fieri quid debeat, sufficere, si vltima die & hora temporis istius definiti id fiat. *l. 1. §. si intra D. de successor. edicto.* v. omnino H. PISTOR. *obs. 224. n. 1. sequ.* Illud autem quaeritur, an dies, quo perficitur pactum, tempori, intra quod consistit ius, adnumerari debeat? siue, vt Dd. paulo obscurius loqui solent, an dies termini computetur a termino? Quod nobis negandum videtur: neque enim est probabile, contrahentes illum diem, quem pacto perficiendo destinarunt, saepe bona sui parte elapsum, voluisse sub tempore, de quo

Ostenduntur formulae, quibus ex pacto certo tempori ius vel obligatio includitur; & quidem prior.

Digitized by Google

conuenerunt, comprehendere. Atque hoc Romani iuris Auctoribus in actibus iudicialibus, qui a lege non sunt ita determinati, vt de momento in momentum labantur, etiam placuit. Vid. *l.* 1. *D. si quis caution. in iudic. sist. cauf.* Conf. Mynsing. *cent.* 5. *Obs.* 15. Tiraqvell. *de retract. gentilit.* §. 1. *gloss.* 11. *num.* 17 *sequ.* Eandem ob causam factum putamus, quamobrem veteres Germani anno in conuentionem deducto adderent diem. Quod deinceps ad alia quoque produci coepit.

§. II.

Altera. Alteram quod attinet formulam, existimat H. Grotivs *l.* 3. *de I. B. & P. c.* 21. §. 4. *num.* 3. sub exemplo induciarum; a quo die mensura aliqua temporis incipere dicitur, eum diem intra mensuram non esse: quia eius propositionis vis sit, discernere, non coniungere. Quae sententia non temere displicuit Pvfendorfio *l.* 8. *de I. N. & G. c.* 7. §. 8. & D. Schützio *Vol.* 2. *I. P. Ex.* 13. §. 16. *lit. F.* Nam initium vtique est maxime pars rei: neque semper voculae *a* vis est discernere eam rem, cui apponitur, a sequente, sed sape etiam initium notat in aliqua re comprehensum. Quid enim notius illis locutionibus: a capite ad calcem, ab ouo ad mala? Hinc vulgo dicunt: particulam *a* includere terminum a quo, si materia subiecta id postulauerit, vel natura contractus, aut mens disponentium seu fauor. vid. Stravch. *Lexic. part. iur. lit. a. ab. num.* 9. Est autem induciarum vtique insignis fauor, dum in iis parcitur humano sanguini. Hinc recte Grotivs *d. l. n.* 2. dixit, in illa formula terminum ad quem comprehendi: cum enim in rebus naturalibus duo sint terminorum genera, intra rem, vt cutis est terminus corporis; extra rem, vt flumen terminus est terrae. Ad vtrumque hunc modum, etiam quae voluntate constituuntur, terminos constitui posse. Magis autem naturale videri, vt terminus sumatur, qui pars sit rei. Nec infrequens est, particulam *ad* includere tempus vel numerum, cui adiicitur. Stravch. *Lexic. part. iur. voce ad n.* 4.

§. III.

Quaestio proponitur. Ad hunc locum pertinet quaestio, an intra tempus hocce actus omnino perfici & confirmari debeat?

§. IV.

Adiungitur exemplum. Verum libet, vt vsus dictae obseruationis magis pateat, exemplum proponere, quod Collegio nostro ante annos aliquot oblatum fuit, vbi ita pronunciauimus.

Urthel

In Sachen Ludwig Uhlenfelds, Supplicanten an einem, entgegen und wider Thrasibulum Velnitzen, Supplicaten am andern Theil, erkennen F. B. L. C. und R. zu W. allem Ein- und Vorbringen nach, und darauf gehabten Rath fremder Rechtsgelehrten, hiermit vor Recht: Daß unser an den Oberverwalter zu R. am 28. Iun. 1695. abgelassenes Rescript zu confirmiren, Supplicant Ludwig Uhlenfeld vor den letzten Licitatorn zu halten, und demselben das subhastirte Guth zu adiudiciren seye. Inmassen Wir hiermit confirmiren, und adiudiciren, mit Vergleichung der Gerichts-Kosten. V. R. W.

Rationes decidendi.

Als von dem Closter zu R. ein Hoff samt Garten und Gebäuen, zum Vogelshagen genannt, wegen der darauf hafftenden Schulden, subhastiret, und denen anwesenden Lici-

Digitized by Google

Licitatoribus pro lege dabey kund gethan worden, daß zwischen 9. und 11. Uhr Vormittags die licitatio solte zugelassen seyn, so bald aber der Hammer um 11. Uhr die Glocke würde berühret haben, kein Erbieten ferner angenommen werden, hat nach vorgangenen verschiedenen Licitatoribus Pelnitz 303. Rthlr. licitiret, und so bald dieses niedergeschrieben worden, Uhlenfeld wieder angefangen zu reden, Ich lege noch zwey Reichsthaler zu, indem Er aber sothane höhere licitation vorgebracht, ist der erste Schlag zu Eilffen von der Kirchen-Uhr gehöret worden. Nachdem nun bemeldter Pelnitz so wohl, als Uhlenfeld, die adiudication begehret, und ein jedweder vor den letzten Licitatorn gehalten werden wollen, hat der Ober-Verwalter seines Verhaltens halben Anfrage an die F. B. L. Regierung gethan, und auf erhaltenes Rescriptum gesprochen, »daß Uhlenfeld vor den letzten Licitatorn zu halten, und Ihm das subhastirte Guth zu» adiudiciren sey. »

Vid. Rescript. Act. N. 3.

Ob nun zwar nicht allein ICti R. H. und I. (v. LYNCKER. *Dec.* 709.) als sie von gedachtem Pelnitzen priuatim consulirt, pro requirente gesprochen, sondern auch ICti W. als von Fürstl. Regierung in Instantia appellationis die Acta an dieselbe transmittirt worden, ihre Sententz ebenmäßig contra Uhlenfeld abgefasset.

Sub publ. 29. Maji 1696. N. act. 40.

Dieweil aber (1) vorgedachter lex licitationis von dem Ober-Verwalter mit diesen formalibus praescribirt gewesen, daß, » wann die Uhr auf der Kirchen würde Eilffen schlagen, und der Hammer die Glocke berühret und ersten Schlag gethan haben, so» dann kein ferneres Erbieten solle zugelassen werden.»

Besage Protocoll. act. Num. 2.

Welche Verba dann (2) nicht zu verdrehen, und in praesenti tempore zu inrerpretiren, als ob, so bald der Hammer die Glocke berühren und den ersten Schlag thun würde, alsdann kein licitiren mehr solte zugelassen seyn, sondern simpliciter, wie Sie lauten, in praeterito tempore zu nehmen seynd, wann nemlich der Hammer die Glocke würde berühret, und den ersten Schlag NB. gethan haben, hoc est, wann solches geschehen, kein ferneres Erbieten solte zugelassen werden.

Verba enim, prout iacent, interpretanda sunt:

Dannenhero (3) nothwendig folget, daß derjenige, so vor dem ersten Schlag, oder auch in ipso actu des ersten Schlags, da der Hammer die Glocke berühret, doch eher die Glocke zum andernmahl angeschlagen, ein grössers pretium öffentlich bietet, annoch pro vero Licitatore zu halten sey: Siquidem particula alsdann, welche in berührtem lege licitationis enthalten, implicat extremitatem temporis, atque idem est ac ehe nicht, sic ut omnia prius facta & completa esse oporteat, quam dispositio legis vel conuentionis verificari possit.

WEHNER *Obs. pract. verb.* Alsdann ꝛc.

STRAVCH. *Lexic. practic. iur. verb. Tunc, in fine.*

Gleichwie (4) ohne dem denen subhastations-Rechten nicht zuwider ist, vt adiectio pretii non solum ante eum diem vel horam, qua addictio futura est, sed etiam ipso addictionis die vel hora, imo ipso momento, quo addictio signatur, locum habeat, modo addictio nondum perfecta, & decretum plane signatum, hoc est, sigillum de cera nondum sublatum fuerit, quemadmodum docet & testatur

ANTON. MATTHAEI *de auction. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 15.

Add.

Digitized by Google

Add. *L. si quis 133. D. de V. S.*
H. Grotivs *de I. B. & P. lib. 3. c. 21. §. 4.*

Und dann (5) aus denen depositionibus testium gewiß ist, daß Ludwig Uhlenfeld vor dem Glocken-Schlag ein mehrers, als Thrasybulus Pelnitz, zu bieten angefangen, dergestalt, daß Er die Worte, Ich lege noch zwey, vor dem ersten Schlag auf die 11. Uhr, gethan, immassen also gar eigentlich gehöret, und in Acht genommen zu haben, nachdrücklich deponiret

Ecbald Leusevvitz ad art. probat. 6. interrog. 1. art. 7. item ad art. 8. ad interrog. L. 2. c. 9. eiusd. art. 8. in Rotulo actor. N. 80.

Wormit übereinkommt die depositio des Pastoris, Ehrn Sebastian Marburg.

Ad artic. prob. 6. & 9. in Rotulo N. 81.

Auch (6) demselben nicht hinderlich seyn kan, daß etwa das Wort Thaler mit dem Glockenschlag überein kommen, vti deponit

Ecbald Leusevvitz ad art. prob. 6.

Oder auch, wie in vorberührtem des Ober-Verwalters protocollo gedacht wird, daß, wie Er angefangen zu reden, Ich lege noch zwey Thaler zu, die erste und andere Syllabe noch nicht recht von der Zunge gewesen, da der erste Schlag zu Eilffen von der Kirchen-Uhr gehöret worden.

Inmassen (7) Ihm dieses allein ad victoriam gnug seyn könte, wann Er auch nicht einmahl vor dem Glocken-Schlag, wie doch würcklich geschehen, sein höhers Erbieten zu thun angefangen, sondern erst in ipso actu des Glocken-Schlags solches gethan hätte:

Nicht zu gedencken (8) daß Thrasybulus Pelnitz nicht vor sich, sondern bloß als mandatarius Johann Michel Jordans, welcher den Krug beziehen wollen, nun aber gestorben, licitiret, vti deponit

Margaretha Iordans ad art. prob. & interrog. 1. eiusd. art. item ad interrog. spec. 2. & 3. art. 1.

Und deshalben nun die licitation auf sich nicht appliciren kan, per ea quae tradit Philippi *de subhastat. cap. 3. Comm. 14. n. 29. & 30.*

So haben Wir also nicht ohne Grund dafür gehalten, daß mehrgedachter Uhlenfeld vor den letzten Licitatorn zu halten, und demselben das subhastirte Guth zu adiudiciren, die bisherige Gerichts-Kosten aber, gestalten Sachen nach, zu compensiren seyn. Giessen, den 16. Oct. 1699.

Decanus, Doctores und Professores der Iuristen-Facultät daselbst.

§. V.

Ostenditur, si diei vox in formulis vsurpatur, diem intelligi ciuilem, qui etiam noctem comprehendat, aut

Caeterum, cum diei vox in formulis vsurpatur, dies intelligitur ciuilis (vt eum vocat Censorinvs *de die natali c. 19.*) qui etiam noctem comprehendat, & definiatur spatio 24. horarum aequalium. Haud dubie enim friuola erat cauillatio Cleomenis, qui aliquot dierum inducias cum Argiuis pactus, cum exploraſſet, eos tertia nocte dormire, fretos induciis adortus partem necuit, partem cepit. Cumque ei periurium exprobraretur, negabat, se vna cum diebus noctes in eo complexum fuisse. Plvtarchvs *apophtegm. Laconic.* Ferunt autem, illum vrbe, cuius gratia violarat conuenta, frustratum esse, eo quod mulieres, detractis e templis Deorum armis, illum vltae sunt, perinde quasi Diis poenas de eo sumentibus, postremo versum in dementiam, ipsum sibi gladiolo quodam fodisse

Digitized by Google

fodisse & incidisse corpus a talis usque ad loca vitalia, itaque vitam finiisse. Simili tamen commento contra Boeotios Thraces vsos, scribit STRABO *l. 9. Geograph.* Illud quoque obseruari meretur, quod TACITVS *de morib. German. cap.* 11. testatur, Germanos non dierum numerum, vt Romanos, sed noctium computasse. Id quod postea apud Francos quoque in vsu mansisse, ex lege Salica, Capitularibus, (*v. 3. Capit.* 45.) historicis & veteribus instrumentis constat, notauitque HIERONYM. BIGNONIVS *ad appendic. formular. Marculfi c.* 2. *& c.* 30. IACOB SIRMONDVS *in notis ad Goffridum p.* 38. Cuius causa forte inde, quia nox die prior, vt ex diuinis literis apertum est. v. H. GROTIVM *l.* 1. *de ver. relig. Chr.* §. 16. *in not. n.* 15. adde laudatum BIGNONIVM *not. ad LL. Salicas tit.* 42. *c.* 8. vbi aliam praeterea rationem adfert. definiatur spatio 24. horarum aequalium.

SECTIO III.

DE EFFECTV TEMPORIS, QVO IVS EX PACTO INCLVDITVR.

§. I.

HEic primum notetur regula: Quod permissum ad tempus post tempus prohibitum censeatur. *l. Statu liberum* 11. §. *Stichum* & ibi CASTRENS. *n.* 2. *l. Titia* 34. §. *final. de legat.* 2. *l. pater filium* 38. §. *fundum* 3. & ibi BARTOL. *de legat.* 3. *l. Imperator* 8. *D. de postuland. l. si vnus* 27. §. *si cum reo* 1. & ibi CASTRENS. *de pactis. l. si ita quis* 21. *de vulgar. & pupillar. substitut. l. sicut* 8. §. *sed intra annum* 18. *quib. mod. pign. vel hypothec. solv. l. si cum thermis* 7. *C. de locat. & conduct.* post TIRAQVELLVM & MENOCHIVM RAVCHBAR. *part.* 2. *quaest.* 23. *num.* 3. vbi *num.* 4. addit: hoc tralatitium esse in omnibus dispositionibus temporalibus, tam fauorabilibus, quam poenalibus, & odiosis; tam in vltimis voluntatibus & contractibus, quam statutis, legibus, vel iudiciis, vsque adeo, vt in his omnibus terminus regulariter habeatur pro peremtorio & exclusiuo, & post eius lapsum dispositiones huiusmodi finiantur & terminentur ipso iure, absque alia iudicis declaratione, idque FVLVIVM PACIANVM *l.* 1. *de probat. c.* 32, *per tot.* prolixe & luculenter declarasse. Add. CARPZOV. *l.* 5. *Respons. Elector.* 28. *n.* 6. *sequ.* TABOR *Barbos. locupletat. voce tempus ax.* 35. 36. Proponitur regula.

§. II.

Huic vicina regula est: Temporis expressi & limitati eam vim esse, vt, qui ad tempus obligari voluit, non possit obligatus retineri post tempus. *d. l. Imperator* 8. *in fin. de postul. l. Thais* 41. §. *intra* 12. *de fideicomm. libertat.* A. FABER *in Cod. tit. de fideiussor. Def.* 5. *n.* 6. Cui adiungitur regula vicina.

§. III.

Valent haec vsque adeo, vt post lapsum temporis nec moram purgare liceat: nam praescriptum conuentionalis termini in contractibus exacte est obseruandum, adeo vt cessatio post terminum peremtorie praeiudicet: modo tempus poenae vel committendi causa contractui iam constituto fuerit adiectum. *l. Aemilius* 38. *pr. de minorib. l.* 43. *pr. vers. nam si ita dictum esset. D. de contrah. emtion.* iunct. *l.* 5. *pr. D. si mensor falsum mod. dixer. l.* 7. *C. de pactis inter emtor. & venditor.* Hinc emtor, re ex commissoria lege commissa, pretium offerendo, inuito venditore, moram purgare nequit, vt *ex l.* 4. §. 2. *l.* 6. §. *final. l.* 7. *D. de L. Commissor.* post plures, quos profert, probat LAVTERB. *tract. synopt. ad tit. D. de lege Commiss.* §. 1. *num.* 13. Quanquam in transactione, propter summum finiendarum litium fauo- Vnde fluit primum.

Digitized by Google

fauorem, vsu fori non sine ratione videtur esse receptum, vt terminus etiam commissorius post lapsum temporis purgatione morae vel eius, quod interest, praestatione redintegrari possit. Vt post Avtvmnvm docet Hvber, *in praelection. ad tit. D. de transact. in fine* & *in eunom. Roman. ad d. l. 43. de contrab. emtion.* At, si tempus ipsi contractui perficiendo est impositum, v. g. si quis intra certum tempus, facturum se vel daturum aliquid, promisit, moram vsque ad litem contestatam purgare licet. Quo pertinent *l. si insulam 84. D. d. V. O. l. si ita quis 135. §. Seia 2. D. eodem. l. 11. de re iudicat.* v. Stryckivm *de purgat. morae c. 4. n. 28. sequ. vol. 1.* H. Grotivm *l. 3. de I. B. ac P. c. 20. §. 25.* Pvfendorf. *l. 8. de I. N. & G. c. 8. §. 4.* Dissentit Ziegler. *ad Grotium p. 596.* H. Pistor. *obs. 222. 223. 224. 225.* Tessavrvs *decis. 77.* An sufficiat oblatio verbalis? v. Hartmanl. Pistor. *Obs. 225.*

§. IV.

Secundum. Porro praescriptio conuentionalis seu terminus praefixus, qui coepit currere patri, currit etiam filio pupillo, absque spe restitutionis, vt *d. l. Aemilius 39. D. de minorib.* euidenter docet, & vulgo quoque receptum est. v. Ioann. a Sande *l. 1. Dec. Friscar. tit. 16. def. vlt.* Brvnnemann. *ad d. l. 38. n. 5.* D. Stryckivs *peculiar. Dissert. de praescript. conuentionali in vol. 1.* Illud autem singulare est, quod *in d. l. 38.* Princeps pupillam ex gratia restituit. Nimirum, quia dura Principi lex commissoria videbatur; venditor petitione pretii a lege commissoria recellerat, fraus quoque tutorum arguebatur. Quod si tamen iusta causa adsit, ob quam etiam maiores restituuntur, vulgo obtinet, eam quoque restitutionem indulgendam esse. v. D. Stryck. *d. Dissert. c. 5. n. 25. sequ.* Carpzov. *l. 5. Respons. Elector. 28. n. 10.* An sufficiat oblatio verbalis, v. Hartm Pistor. *d. obs. 225.*

§. V.

Tertium. Ex dictis fluit porro: Potestatem summi Imperantis, cui certus temporis terminus praefixus, elapso temporis puncto expirare, eundemque ipso iure ad priuatam sortem recidere, adeoque, quicquid is post illud tempus egerit, pro priuato habendum: sed nec opus est ad imperium ei abrogandum nouo populi decreto. Iura enim, quorum vigor a certo temporis termino suspenditur, eodem praesente, statim expirant: Sed, si ius committendum sit, vbi certarum actionum qualitas deprehendatur, ibi cognitione & iudicio est opus. Nimirum, an tempus praefinitum sit elapsum, dubium habere nequit: an vero actio aliqua recte aut secus sit suscepta, in vtramque partem disceptari potest. Vt bene dixerit Pvfendorf. *l. 7. de I. N. & G. c. 6. §. 15.*

§. VI.

Quartum. Non minus hinc fluit: Post finitas tempore inducias belli statum protinus redire, quippe sopitum magis, quam mortuum, nec noua belli indictione opus esse, vt recte docet Grotivs *l. 3. de I. B. & P. c. 21. §. 3.* Pvfendorf. *l. 8. de I. N. & G. c. 7. §. 6.* Adde, quae *ibi sunt annotata.* Cui quoque consequens est, si quis, postquam exierint inducias, intra terras hostiles, vtut vi maiore impeditus, deprehendatur, eum iure belli captiuum fieri, nec redeundi ius habere, vt idem Grotivs *d. l. §. 9.* tradit. v. omnino Zovchaevm *quaest. p. 403.*

§. VII.

Quintum. Fluit praeterea: Si arbitro certa dies dicta, intra quam sententiam ferre debeat, post illam diem latam sententiam haud dubie nullam esse. arg. *l. 25. §. 5. & 8. D. de recept. qui arbitr. recip.*

§ VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Sic & finito tempore, ad quod commodato res data, res illa restituenda est, licet casus vsum impediuerit, vt post alios recte docet LAVTERBACH. *tract. Synopt. de commodat.* §. 1. *num.* 6. *Sextum.*

§. IX.

Fideiussio quoque expirat, postquam exiit tempus, ad quod illa facta, verum diuersimode secundum distinctionem, quam supra dedimus *sect.* 1. §. 17. Ei autem hac in parte minus recte aequiparatur consensus, quem dominus feudi super eius oppignoratione ad certum tempus impertiit; tempore enim illo elapso dominus feudi prorsus obligari desinit. v. RAVCHBAR. *part.* 2. *quaest.* 23. BERLICH. *p.* 1. *concl.* 66. *n.* 58. post CARPZOV. & RICHTER. STRVVIVS 14. *Synt. feudal. aph.* 23. *n.* 4. Add. FINCKELTHAVS *appendic. obs.* 7. *praesertim in additione.* Quorum tamen sententia temperanda est, si creditor intra illud tempus solutionem debiti frustra vrsit, wann der Creditor die Zahlung nicht erlangen können, vt recte docet BESOLD. *delibat. ad Digest. tit. de pign. & hypoth. quaest.* 2. Non etiam vsurae desinunt, si debitor, qui vsuras & simul debitum intra certum tempus, v. g. biennium, soluere promisit, nec ad diem soluit, v. *l.* 12. *D. de vsur.* A. FABER *l.* 4. *C. tit.* 24. *def.* 3. *L. part.* 2. *const.* 30. *def.* 5. *Septimum.*

§. X.

Locatio denique lapsu temporis praefiniti extinguitur, etsi resignatio non fuerit facta. v. MEVIVS *part.* 2. *D.* 381. *& part.* 4. *Dec.* 385. *n.* 5. Nec antiquus conductor postulare potest, vt praeferatur nouo conductori, licet meliorem conditionem offerens. v. idem MEVIVS *p* 4. *Decis.* 23. Add. STRVVIVS *c.* 9. *Decis. Sabbath.* 1. E contrario etiam locator conductorem inuitum vltra tempus non poterit tenere. *l.* 11. *C. locat.* v. LAVTERB. *tractat. Synoptic. ad tit. D. locati conduct.* §. 1. *n.* 15. Caeterum, licet secundum iura Romana locatio (v. *l.* 13. §. *fin. D. l.* 14. *l.* 16. *C. locat.*) societas (v. *l.* 37. *D. pro socio* Differt. nostra *de societate facto contracta sect.* 2.) precarium (*l.* 4. §. *fin. l.* 5. *D. de precar.*) post elapsum tempus renouentur, id tamen secundum ius naturale ad foedera non pertinet. v. PVFENDORF. *l.* 8. *de I. N. & G. c.* 9. §. 11. *Octauum.*

DISSERTATIO,

SEV

SATVRA RERVM, QVAE AD IVS SPECTANT, SINGVLARIVM.

PRAEFATIO.

NOn proponemus *ladicem*, qualia STEPHANVS FORCATATVS auiario iuris ciuilis inseruit: vti sunt, pauonem semper in integrum restitui posse, quia sec. PLIN. vltra 25. annos non viuat, Psittacum, licet exacte voces exprimat, stipulari non posse, Anseribus Capcholcis ius testandi militare competere non potuisse, coruum ex arca Noae emissum iudicio mandati teneri, quod non redierit. Scripsit CAIVS, celebris apud Romanos ICtus, librum singularem *de casibus*, quo is quasi ludens collegerat casus singulares, nouos, infrequentes, ac quasi incredibi-

Digitized by Google

vt constat ex *l. Neratius* 63. *de condict. indebit. l. ei qui soluendo* 88. *de haered. institut. l. aliquando* 107. *de condit. & demonstr. l. satis constat* 22. *de iure patronat. l. duorum* 49. *de operis libertor. l. si ita scriptum.* 37. *de statu liber. l. item* 8. *de stipulat. seruor.* Quae vtique sunt vera iuris paradoxa (vt recte sensit IACOB. CVIACIVS *tract.* 7. *in African. ad l. cum quo.* 38. §. *qui hominem. D. de solut.*) non quae ANDREAS ALCIATVS coniecit in aliquot libros. Exemplo hoc visum mihi, nonnulla huius generis congerere, Saturae vocabulo insignita: Nam, vt FESTVS scribit: *Satura erat cibi genus, ex variis rebus conditum, vel secundum aliorum opinionem genus carminis, in quo multis de rebus coniunctim & confuse disputabatur. Ex quo satura lex multis aliis conserta legibus olim dicebatur.* Quanquam, quod de lege satura (velut specie legis) heic scripsit & ISIDORVM secutus GRATIANVS *can.* 7. *dist.* 2. merito coarguit STRAVCHIVS noster *amoen. iur. Canon. sem.* 1. *ecl.* 6. *c.* 5. Adde BARNAB. BRISSON *libr.* 17. *de V. S.* Est autem specimen hocce valde exiguum, exercitio saltem publico ansam praebiturum. Quod vt feliciter exeat, Deum T. O. M. ex animo veneror.

CAPVT I.

EX MATRIMONIO ILLEGITIMO NATVS LEGITIMVS.

§. I.

QVod matrimonium per se est iniustum propter impedimentum legis, id recte contractum potest ex accidenti esse iustum propter bonam fidem coniugis, saltem vnius. Cui consequens: liberos ex eo natos censeri legitimos. Quod non tantum Iure Canonum, sed & antiquis Germaniae legibus luculenter fuit constitutum, vt pluribus probaui in *Comment. de matrim. putativ.* §. 22. Add. Ivs PROVINCIALE ALEMANNICVM, Tit. wer unrecht in der Ehe sitzt ohne sein Wissen, *p.* 83. Exemplis in dicta commentatione allatis accedunt alia apud IEAN DV FRESNE *Journal des audiences du Parlement tom.* 1. *l.* 7. *ch.* 22. Et vbi vnus tantum coniux bonam fidem habuit apud IAMET DE LA GVESSIERE *Journal des principales audiences du Parlement tom.* 3. *l.* 4. *ch.* 6. *p.* 587. *seq.* & apud CLAVD. DV FERRIERE *in Iurispr. Digestor. collata cum ordinat. Regiis & Consuet. tit. de nuptiis p.* 522. vbi rationem subiicit: quoniam absurdum sit, natum ex parte legitimum esse, & ex parte spurium. Quorsum referas etiam, quod est apud CICERONEM *I. de Oratore*: *Vsu, memoria patrum, venit, vt paterfamilias ex Hispania Romam veniisset, cum vxorem praegnantem in prouincia reliquisset, Romaeque alteram duxisset, neque nuntium priori remisisset, mortuusque esset intestato, & ex vtraque filius natus esset, mediocrisne res in controuersiam adducta est? cum quaereretur de duobus ciuium capitibus, & de puero, qui ex posteriore natus erat, & de eius matre: quae, si iudicaretur, certis quibusdam verbis, non nouis nuptiis fieri cum superiore diuortium, in concubinae locum duceretur.* Vbi nos putamus, si posterior ignara fuit prioris matrimonii, natum ex illa non minus habendum fuisse pro legitimo.

§. II.

Caeterum, quae diximus, non procedunt, si iniusto matrimonio copulati ad culpam, quemadmodum TACITVS loquitur, fuerint ignari, vt apud QVINTILIANVM *declamat.* 347. *Ergo*

Digitized by Google

Ergo vxor, ſic a me amata, teſtamento relicta haeres, audita morte mariti, non requiſiuit, vbi periiſſem? Quo pertinet cauſa quondam per vniuerſam Galliam famoſiſſima. Vxor Malliardi cuiusdam paulo poſt mariti abitum cum alio, pacta eius matrimonium, coiuerat, & ex eodem filium genuerat; ambo demum a ſeptendecim annis, praetextu mortis mariti illius prioris, falſis commentitiisque literis probatae, nuptias celebrauerant. Aſt, cum Malliardus ille poſt annos quadraginta rediiſſet, a longa diſceptatione, quam mirifica vtrinque perorantium eloquentia nobilitauit, A. MDCLXXIV. menſe Martio in tertia inquiſitionum Curia fuit pronunciatum: poſteriores nuptias, non obſtante tanti temporis lapſu, fuiſſe nullas, & filium ante eas natum per ſubſequens matrimonium legitimatum haud exiſtimari oportere. v. prolixe *Journal du Palais tom.* 4. & ſupra laudatus DE GVESSIERE *d. tom. 3. l. 4. c. 5. p. 367.* Vbi inter alia dicebatur: *Que dans la vie civile il y a des choſes, qui ne ſe preſcrivent, la verité de la perſonne, & l'eſtat de mariage. La verité de perſonne ne ſe preſcrit point, parceque la perſonne ne peut jamais ceſſer d'eſtre ce qu'elle eſt: l'eſtat du mariage ne ſe preſcrit pas non plus, car le mariage eſt un ſacrament, dont le lien eſt ſpirituel & indiſſoluble, ce ſacrament ſubſiſte auſſi entre qu'il eſtoit auparavant. Non obſtant l'abſence de Maillard pendant les 40. années, le tems n'eſt pas capable de diſſoudre un mariage. Mulier alligata eſt viri legi, quanto tempore vixit.*

CAPVT II.

EX MATRIMONIO LEGITIME CONTRACTV NATVS SPVRIVS.

§. I.

FIebat hoc apud Romanos, ſi vxor in iuſto bello cum marito capta, & in captiuitate illa enixa filium vel filiam, ſola cum eo in ciuitatem ſuam reuertebatur. Audiamus MARCIANVM *l. 25. D. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: ſi vxor cum marito ab hoſtibus capta fuerit, & ibidem ex marito enixa ſit: ſi reuerſi fuerint, iuſtos eſſe & parentes & liberos, & filium in poteſtate patris, quemadmodum iure poſtliminii reuerſus ſit. Quod ſi cum matre ſola reuertatur, quaſi ſine marito natus, ſpurius habebitur.* Reſcriptum autem IMPP. SEVERI & ANTONINI, cuius iam meminit ICTVS, verbis hiſce recitatur in *l. 1. C. eod. Ex duobus captiuis Sarmatia nata patris originem ita ſecuta videtur, ſi ambo parentes in ciuitatem noſtram rediiſſent. Quanquam enim iure proprio poſtliminium habere non poſſit, quae capta non eſt, tamen parentum reſtitutio reddet patri filiam: qui cum ab hoſtibus interfectus ſit, matris duntaxat conditionem, quae ſecum filiam duxit, videtur neceſſario ſecuta: nam fictio legis Corneliae, quae legitimos apud hoſtes defuncto conſtituit haeredes, ad eam, quae illic ſuſcepta eſt, non pertinet: cum eo tempore, quo captus eſt, diem ſuum pater obiiſſe exiſtimetur.*

§. II.

Cur ita? Nimirum fictio L. Corneliae nequibat habere locum: quoniam fingimus, filium in captiuitate natum eſſe. Sed nec ius poſtliminii: hoc enim in iis, quae facti erant, nihil operabatur. Igitur, cum captiuitate bellica diſſolueretur matrimonium,

Digitized by Google

quippe quod inter seruos non erat; si vxor sola redibat, mortuo forte marito, vt matrimonium cum eo redintegrari haud posset, filio vel filiae ius postliminii non proderat. At postea IVSTINIANVS Imperator, ob captiuitatem matrimonium dissolui, vetuit *Nouell.* 22. *c.* 7. & *Nouell.* 117. *c.* 11. Idemque Canonum iure sancitum *c.* 5. §. *si autem* 4. *X. vt lite non contest.* Cui consequens, liberos in captiuitate natos esse legitimos. Liquet autem hinc, vere a LIVIO dictum: *Romanam ciuitatem ab antiquo minime in captiuos indulgentem fuisse.* Cur enim non finxere, filium ex captiuitate reducem in matrimonio, quod ab initio legitime contractum fuerat, in patria natum esse? cur nihil tale meritum a patris haereditate excluserе? nam matri & maternis aeque, vt alii spurii, successit. *l.* 2. & *l.* 8. *D. vnde cognati.*

CAPVT III.

INFANS AB VXORE IN CONFINIO DIVERSI MATRIMONII CONCEPTVS.

§. I.

NOn raro, etsi malo more, fit, praesertim inter milites, vt vidua protinus ab obitu mariti ad secundas nuptias transuolet. Vbi quaestio exoritur explicatu sane difficilis, cuinam, priori an posteriori marito, partus, in confinio diuersi illius matrimonii conceptus, adscribi debeat? Ante omnia hic dispiciendum videtur, an mulier ordinario, an extraordinario tempore pariat.

§. II.

Memorat IOANNES CORASIVS 2. *Miscellan.* 22. viduam, illico post mortem mariti sui nuptam, nono mense filium bene valentem peperisse, & hic natam acrem disceptationem, prior an posterior maritus pater eius haberi debeat? quam historiam *ex eo* repetens MATTHIAS ABEL seltsamer Gerichts-Händel, *cap.* 113. octo diuersas opiniones adfert, & quartam ex iisdem, vt veriorem & magis receptam, eligit: Scilicet, filium neutrius mariti censendum esse, quippe ex illegitimo matrimonio natum. Quae sententia etiam ALCIATI fuit 9. *paradox.* 12. *&* 3. *praesumt.* 27. Addatur NEWENHAN. *de iure viduit. membr.* 3. *sect.* 17. qui, recitatis aliorum sententiis, circa dubium hocce, quod vocat inextricabile, maluit ἐπέχειν. Nobis magis prima placet, filium posteriori marito adiudicandum: nam matrimonium intra annum luctus nubentis non est ipso iure nullum, ceu quam lex tantum infamia notari voluit. Filius igitur, de quo quaeritur, non tantum est legitimus, sed & illorum esse parentum intelligitur, in quorum matrimonio ordinario tempore fuit natus. Accedit, secundum maritum, qui tam praepropere vxorem duxit, habere, quod sibi imputet, si dubitare velit, an filius sit suus; praesertim cum suspicione non careant nuptiae vsque adeo festinatae.

§. III.

Diuersa est historia, quam verbis IACOBI CVRTII *tom.* 1. *coniecturar. ad fratrem l.* 3. *c.* 38. cum eiusdem iudicio enarrare libet: *Titia, quae priore viro Flauio Caro defuncto, post alterum ab eius funere mensem Maenio Longo nupserat. Id enim iam vulgo, nescio qua fron-*

Digitized by Google

fronte, quo colore, qua denique interpretatione, contra quam pudor & honestas poscit, vt rectum & verum defendi, non solum admitti solet. Haec ergo Titia intra septimum mensem a contractis cum Maeuio Longo nuptiis partum edidit. Coeptum est quaeri, vtrius esset: Maeuii Longi, an Flauii Cari? ac varie quidem haec quaestio a multis ad formulam Galli tractata est. l. Gallus in pr. de liberis & posthumis: Fuere, qui neutrius esse dicerent: nam perinde esse, qui patrem non posset monstrare, quasi nec haberet. Quidam communem volunt videri. Multi distinguunt, vtrum lineamentis & oris figura magis referat. Alii, vtrius esse melius sit partui. Aliqui malunt sortibus rem decerni. Nonnulli certius putant, vt tempus conceptionis ex positu & constitutione siderum in natiuitate retro petatur. Atque id genus alia, non minus indigna dictu, quam absurda. Quid enim turpius aut magis abhorrens, quam facilitate talium coniecturarum, aut aleae incertissimarum sortium, haereditates, familias, ac sacra gentilitia, adde etiam regna, committere & exponere. Quid ergo? Et diserte iam olim responsum, ac propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis receptum est: Septimo mense nasci perfectum partum. l. septimo, de statu hom. Et ideo credendum est, eum, qui centesimo octogesimo secundo die ex iustis nuptiis natus esset, iusto tempore natum & iustum esse filium matris suo marito. l. intestato in fin. de suis & legitim. haered. Iam ante idem statuit ALCIATVS *6. parerg. 22.* & post secutus est DIODORVS TVLDENVS *ad tit. C. de alend. liber. ac parent. n. 5.* Contrarium sensere ICTI Ienenses in responso apud BRVCKNERVM *Decis. Iur. matrimon: c. 15. post. n. 52.* quod inter decisiones retulit D. LYNCKERVS *Decis. 426.* sub exemplo viduae, post mortem mariti Centurionis septimo die nubentis Optioni, & octauo abhinc mense filiam parientis: quoniam, quae raro veniunt, non praesumantur. Igitur, si mater iuret, se ex priore marito filium concepisse, assertioni huic standum esse. Conf. BOERIVS *Decis. 299.*

CAPVT IV.

REVS ACTORI ALIMENTA ET EXPENSAS LITIS SVPPEDITANS.

§. 1.

ABsonum hoc videri posset, & perinde haberi, ac si quis iubeatur, arma aduersus semetipsum aduersario porrigere. Adhoc, si iura actoris & rei inter se contendamus, huius potiora esse, vt plurimum deprehendemus. Et tamen causae esse queunt, quamobrem id fieri & aequitas suadeat, & leges iubeant. v. *l. 4 §. 8. de damno inf.* vbi BRVNNEM. Dignissimum profecto argumentum, de quo curatius dispiciatur. Sed iuuabit primum audire leges. VLPIANVS *l. si instituta 27. §. 3. D. de inofficios. testament. De inofficioso testamento nepos contra patruum suum, vel alium scriptum haeredem, pro portione egerat & obtinuerat: placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, quae per inofficiosi testamenti accusationem pro parte ei vindicabantur, decerni, eaque aduersarium ei subministrare necesse habere vsque ad finem litis.* IMPER. CONSTANTINVS *l. final. C. de ordine cognitionum: Quod si ei, qui ad seruitutem vocatur, quicquam direptum esse memoretur: vniuersa, quae constiterit oblata, ita demum reddi conuenit ei, qui seruus esse contenditur, si modo saluam rem futuram per idoneos fideiussores promiserit. Nam, si tales dare non potuerit, tunc ea conuenit, de quibus in iudicio tractabitur, sequestrari in eum diem*

in

in quo controuerſia ſopiatur: ita vt ex iisdem (ſi aliqua alia facultas eſſe non poterit) tantum litis ſumtus & alimoniae homini ſubminiſtretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit aeſtimatum. Cum autem, necdum lite de ſtatu mota, res ab aliquo direptae ſint, & ſententia de reſtituenda poſſeſſione rerum lata, ille, ne huic ſententiae ſatisfieret, de ſtatu controuerſiam mouit: neceſſitatem habebit, & ſine ſatisdatione easdem res reddere, & tunc cauſam liberalem ſecundum iuris ordinem exercere. ALEXANDER III. PONTIFEX, *cap. 11. X. de accuſationibus, inquiſitionibus & denunciationibus: Ex parte tua: Prudentiae tuae reſpondemus, quod Monachi (niſi alia rationabilis cauſa impediat) eo quod de obedientia & ſubiectione Abbatis noſcuntur, ab eius accuſatione ſunt nullatenus repellendi: licet alios accuſare non poſſint. Quibus (ſiquidem cum proprium non habeant) de rebus monaſterii expenſae debent neceſſariae, donec cauſa debitum finem accipiat, miniſtrari.*

§. II.

Ex legibus hiſce magno conſenſu colligunt Doctores: quando reus bona, de quibus agitur, poſſidet, actor autem inops eſt, praeſumtionem tamen probabilem pro ſe habet, ei interea a reo illo alimenta ſubminiſtranda eſſe, & iudicem ſententia, quam vocant, prouiſionali id decernere oportere. GVIDO PAPA *ſingular. 537. in f.* MART. COLERVS *l. 1. de Aliment. c. 14. n. 38. ſeq.* COVARRVV. *pr. quaeſt. 36.* MATTH. DE AFFLICTIS *Dec. 10. & 152.* IOH. PETRVS SVRDVS *de aliment. tit. 1. quaeſt. 109. & ſeq. quaeſt. 119. per tot.* MEVIVS *P. 4. Deciſ 194. n. 4. & 5. & in not. p. 5. Deciſ 375.* Quod etiam ad ſumtus litis extendunt. MYNSING. *cent. 6. obſ. 21. n. 1.* HARTMANN. PISTOR. *l. 1. quaeſt. iur. tit. 20. n. 4.* & *in notis Simon Vlricus Piſtor.* cum multis allegatis. SVRDVS *d. tit. 1. quaeſt. 120.* CARPZOV. *Deciſ. illuſtr. 242. n. 28. ſeq.* & *tit. 24. Proceſſ. iur. art. 1. in fine.* TVMMEN *de litium expenſis c. 6. per tot.* Et in actione perſonali, puta ob creditum, id habere locum, aſſerunt MEVIVS *d. p. 4. Deciſ. 164. n. 6. & ſeq.* BRVNNEMANN. *ad d. l. 27. D. de inoffic. teſtament. n. 14.*

§. III.

Enimuero A. MERENDA *l. 5. controuerſ. 29. n. 10. & 11.* exiſtimat, ius dicentem *in* ſpecie *d. l. 27. §. 3. D. de inofficioſ. teſt.* non alia ratione motum fuiſſe ad alimenta decernenda in ſpecie, de qua agitur, quam ex charitate naturali, ex vinculo ſanguinis deſcendente; hanc enim non pati, vt nepos impubes, quem iniuſte exhaeredatum eſſe prima ſententia declarauit, miſere prae inopia vitam ducat, aliis paternam haereditatem ex teſtamento, quod breui velut inofficioſum reſcindi ſperatur, poſſidentibus. v. *l. ſi quis 5. §. ſi vel parens. 8. D. de agnoſcend. & alend. liber.* Nec obſtare ſibi putat *l. 1. §. totiens 2. D. de ventre in poſſeſſ. mittendo*, vbi VLPIANVS ait: *Aequius eſſe, vel fruſtra nonnunquam impendia fieri, quam denegari aliquando alimenta ei, qui dominus bonorum aliquo caſu futurus eſt.* Accipiendam enim legem hanc non de illo, qui litem, de cuius euentu dubitatur, ſuper dominio aliquorum bonorum mouit; ſed de eo, quem certum eſt, aliquo caſu adueniente, dominum bonorum futurum eſſe: tractare enim de poſthumo praeterito, qui aliquo caſu futurus erat ſuus haeres. Sed nec officere *d. l. final. C. de ordine cognit.* In eius enim ſpecie petere quem alimenta ex rebus, quas ante poſſederat, ſibi ablatis. Et in *d. c. 11. X. de accuſat.* Monachis, qui accuſauerunt Abbatem, alimenta ex bonis monaſterii decerni; quoniam ad monaſterium pertinet, alere Monachos, maxime cum ad illud tuendum labores & pericula ſubeant. MERENDA *d. l. 5. c. 30. n. 11. & 12.*

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Vtcunque vero haec non sine magna veri specie dicantur, tamen contraria sententia vsu fori praeualuisse videtur. Modo (1) actor sit pauper, (2) de eo, quod suum, vel totum vel pro parte litiget, (3) pro se bonae causae habeat praesumtionem. (Quae autem praesumtiones ad hoc sufficiant, pluribus tractat MENOCHIVS *l. 1 praesumt. 35.*) Sunt, qui etiam requirunt, latam fuisse sententiam in fauorem actoris, vt BARTOLVS, BALDVS, ANGELVS & alii *ad d. l. 27. D. de inofficios. testament.* A quibus tamen alii maiore numero dissentiunt. COVARRVV. *practic. quaest. c. 6. n. 6.* MENOCH. *d. praes. 35. n. 3. seq.* SVRDVS *de aliment. tit. 1. quaest. 112. n. 18. seqq.* SIMON VLRICVS PISTOR. *ad d. quaest. 20. lit. b.* BRVNNEMANN. *ad d. l. 27. de inofficios. testam. n. 5. & ad l. final. C. de ordine cognit. n. 23.* MATTH. DE AFFLICTIS *Decis. 11.* FACHINAEVS *l. 12. controu. 62.* Nec obstare sibi putant *l. qui de inofficioso. 20. D. de inofficios. testam.* vbi dicitur, de inofficioso agentem non ali, ne vnquam melioris sit conditionis, quam si confiteretur aduersarius. Quoniam in specie *d. l.* nulla concurrit coniectura pro filio, quod non recte siue legitime esset exhaeredatus. ANTON. MERENDA *d. l. 5. c. 30. n. 2 seq* distinxit; An agatur de illis personis, quas natura nos alere iubet, & non esse necessarium, vt sententia lata pro actore fuerit: quoniam talis circumstantia accidere possit, vt charitas naturalis, quam in decernendis alimentis huiusmodi personis ius dicens sequi debet, iubeat actori pauperi alimenta porrigi, antequam prima sententia lata fuerit. At, si de aliis personis agatur, vix esse, vt accidat casus, quod ante latam sententiam possint actori alimenta decerni: cum enim omnes admittant, necesse esse, vt magna adsit praesumtio boni iuris actoris, vt alimenta ei decernantur, vtique necesse esse, vt reo datum fuerit tempus, iura sua deducendi, & probandi exceptiones, quas actori opponit: antequam enim elapsum fuerit tempus probandi, non posse iudicem de bono actoris iure aliquid decernere; quia incertum sit, quid reus opponere velit aut possit; eo autem elapso, si putat iudex, bonum ius actorem fouere, cur sententiam non ferret? Addit MERENDA: Quod si contraria sententia tibi placeat, aduerte, praesumtionem valde claram esse oportere: quia, si secus esset, perperam allegaretur decisio *d. l. 27.* cum constet, extensionem de casu ad casum non admitti. Idem MERENDA *d. l. 5. c. 29. n. 10. & seq.* praeterea cautionem desiderat, & quidem fideiussoriam. At SVRDVS *d. t. 1. quaest. 125. n. 1. seq.* eam necessariam esse negat: quoniam alimenta non iure actionis, sed officio iudicis praestentur, nec actor victus ea restituere teneatur.

§. V.

Singulatim ex *d. l. final. C. de ordine cognit.* deducunt, si cuius bona sequestrantur, & is non habet, vnde viuat, eum saltem ex fructibus bonorum immobilium vel nominum sequestratorum consequi alimenta, & sumtus ex arbitrio iudicis in litem faciendos. MATTH. COLERVS *de process. executiu. p. 1. c. 2. n. 100.* MART. COLERVS *tract. de aliment. l. 1. c. 13. num. 37.* MENOCHIVS *de praesumt. 35. n. 23.* MEVIVS *p. 3. Decis. 280.* BRVNNEMANN. *ad d. l. 27. de inofficios. testam. n. 8. seq.* Et sane in sequestrum nec possessio nec dominium regulariter transfertur. *l. 39. D. de acquirend. vel amitt. possession.* Non minus hinc colligunt, vasallo inopi, contra dominum litiganti, alimenta ex bonis, de quibus lis est, danda. MENOCH. *d. praes. 35. n. 22.* SVRDVS *d. tit. 1. quaest. 121.* COLER. *d. l. 1. de aliment. c. 14. n. 48.*

Digitized by Google

§. VI.

Ex *d. c.* 11. *de accusation.* deducitur, quando inter magistratum & ciues controuersia est de administratione bonorum ciuitatis, aut de collectis similibusue, vti magistratus expensas ex publico sumit, ita eas pariter ciuibus ex publico aerario soluendas esse. MEVIVS *p.* 5. *Decis.* 341. BRVNNEMANN. *ad d. l.* 27. *de inofficios. testam. n.* 12. *seq.* Rursus, si collega e collegio expulsus sit, litiganti cum collegio eidem pendente lite alimenta praestanda esse. Dd. *ad d. l.* 27. *de inofficios. testam.* REBVFFVS *tom.* 1. *de sentent. prouision. in Praefat. n.* 115. MENOCH. *d. praesumt.* 35. *n.* 21. Vniuersitatis membrum litigans contra vniuersitatem seu collegium suum, si pro expensis ab vniuersitate imponatur collecta, an hic contra se contribuere teneatur? TEMM. *de litium expensis cap.* 6. *n.* 70. *seq.* Iudicem reo pauperi sumtus, qui in descriptionem actorum erogantur, aliosque necessarios, ne iis non suppeditatis defensione careat, suppeditandos esse, constat ex *O. Cr. art.* 47. *in fine.* ibique CLASEN.

CAPVT V.

CONDOMINVS REM COMMVNEM TOTAM IVRE VENDENS.

§. I.

SI rem communem cum alio habens eam alienet, valet alienatio, sed pro parte sua, etiam inuito socio, tantundem aut maius pretium offerente. *l.* 3. *& seq. C. de commun. rerum alienat.* v. MEVIVS *p.* 7. *dec.* 44. Enimuero fiscus gaudet priuilegio, rem cum alio communem in solidum siue vniuersam vendendi efficaciter, socio inuito & reluctante. *l.* 2. *C. d t.* Non, vt huic partis pretium auferat, sed vt, partis suae pretio retento, reliquam socio soluat. *l. vnic. C. de vendit. rer. fiscalium cum priuato communium lib. X.*

§. II.

Non multum dissimile constituit IMP. IVSTINIANVS *l.* 1. *C. de commun. seruo manumiss.* & §. *vlt. I. de donat.* socium cogi socio, seruum communem manumittere volenti seruum illum aequo pretio vendere. Nimirum etiam fauore libertatis multa contra iuris communes regulas constituta sunt.

§. III.

Quod si priuatus rem communem vendat, valet quoque venditio in vniuersum: nam & res aliena vendi potest. *l.* 28. *D. de contrahend. emtion.* v. *Dissert. de conuent. domin. translatiu.* §. 28. Quanquam tum alteri socio rei suae aduersus emtorem rei vindicatio, & huic aduersus venditorem actio euictionis nomine datur.

§. IV.

Illud non temere quaeras, cur rem cum alio communem habens eam pro parte sua alienare possit, etiam inuito socio; cum tamen in re communi potior sit ratio prohibentis. *l.* 28. *D. communi diuid.* Sed non difficilis est responsio: Etenim regula haec tantum habet locum in actibus, qui certam rei communis partem contingunt, puta, si socius

Digitized by Google

socius in certa communis praedii parte aedificare velit: *cum enim in re communi iura non singulorum tota sint, sed pro partibus indiuisis, atque intellectu magis partes habeant, quam corpore*, vt loquitur VLPIANVS *l. 5. D. de stipulat seruor.* fraus vtique alteri hac ratione fieret. Aſt alienator rei communis pro rata ſua, non hanc vel aliam particulam, ſed quicquid iuris habet, pro indiuiſo, in alterum permutando, vendendo, donando, aut ſimili titulo transfert. Et ſocius, ſi ei diſpliceat alienatio, ius habet προτιμήσεως, vt conſuetudo Germaniae & aliorum locorum fert, teſte MEVIO *p. 4. Deciſ. 397. n. 5. & ſeq. d. part. 7. Deciſ. 44. n. vlt.*

CAPVT VI.

MVTVS IVRANS.

§. I.

APud Hebraeos iusiurandum, vt & votum, non cenſebatur obligare, niſi verbis prolatum, vt ex GROTIO notat PVFENDORF. *l. 4. de Iure N. & G. c. 2. §. 1.* Contra Alexis exiſtimat apud STOBAEVM:

Ὅρκος βέβαιός ἐστι, κἂν νέυσω μόνον:
Firmum eſt iuramentum, ſi vel annuero tantum.

Et ſane quid vetat, ſignis an verbis quis mentem ſuam explicet? nec enim ſecundum ius in natura poſitum verba ad iusiurandum vsquam requiruntur. Et, quod eſt *in cap. penult. X. de iureiurando*, iurantis conſenſum non ſufficere, ſed verba requiri, exaudiendum eſt de illo, qui loqui poteſt, ſed verba generalia, referentia ſe ad aliud iuramentum, nec conceptam in Dei nomen formulam adhibuit. v. GEORG. FRANTZKIVS *l. 2. Reſolut. 1.* LAVTERB. *tract. ſynopt. de iurament. §. 1. n. 8.* FELTMANNVS *libr. de iureiurando in alterius animam c. 1. n. 47. & in not.* Quanquam & curator muti ſimul & ſurdi, ſi is, quid, quaue de re iurandum, probe edoctus fuerit, in ipſius praeſentis animam iurare poteſt. Plane, vt carnifex muti nomine Vrphedam praeſtare ſolet. Quomodo Collegium ICtorum Lipſienſe reſpondit apud FINCKELTHAVS. *obſeru. 45. n. 20.* Und weil der gewöhnliche Uhrfried von ihm, dem Stummen, nicht geleiſtet werden kan: So wird ihm der Scharffrichter an die Seiten geſtellet, welcher die Notul deſſelben Uhrfriedens in ſeines, des Stummen Seelen, zu ſchweren ſchuldig. Welches dann vorhero dem Stummen, weil er hören und Rede vernehmen kan, vermeldet, und dabey die ernſtliche Erinnerung gethan wird, daß alſo dann davor gehalten werde, als wann er den Eyd ſelbſten würcklich geleiſtet hätte.

§. II.

Conſequitur hinc, mutum in iudiciis teſtem eſſe poſſe, quicquid etiam dixerit ILICO VMMIVS *Diſp. 14. ad Proceſſ. §. 2. n. 16. & Diſp. 16. §. 1. n. 7.* & quos profert RVTGER. RVLANTVS *l. 2. de Commiſſar. c. 16. n. 1. ſeq.* Vt recte ſtatuit FARINACIVS *de teſtibus, quaeſt. 61. n. 36. & ſeq.* RVLANTVS *d. l. n. 3. & ſeq.* qui modos etiam, quomodo teſtimonium a talibus ferri poſſit, explicant. Audiamus BRVNNEMANN *Proceſſ. inquiſit. c. 8. membr. 2. n. 71. ſeq. Si examinandi muti & ſurdi & literarum pingendarum*

Digitized by Google

ignari: (Nam si literas pingere sciant, poterunt testimonium ferre in scriptis, MASCARD. *de probat. l. 3. conclus. 1395. n. 16.) vbi, si testis nutibus & signis scientiam significare possit, adhibendum putarem vnum atque alterum interpretem, qui signa eiusmodi interpretetur,* iuxta AMBROSIVM *l. 1. c. 6. Sed hac in parte scrupulosum oportet esse Iudicem & Notarium, nec iudex interpretatione vnius debet esse contentus, sed cuncta debet tentare ac rimari, vt intellectus ille signorum sit euidens & certus, alias vix veram producet probationem, vt ex Aufrerio aliisque docet* MASCARDVS *d. conclus. 1305. num. 25.*

CAPVT VII.

DOS DATA FILIAE SVPPOSITITIAE NON REPETENDA.

§. I.

MARCHANTIVS *in horto Pastor. tract. 8. lect. 10.* historiam, quae Lutetiae Parisiorum anno postremi Iubilaei MDCXXVI. contigerit, verbis hisce memorat: *Quidam inter primarios vrbis Consiliarios prolem enutriendam & lactandam commiserat coniugi vinitoris cuiusdam sui, extra vrbem in agris & vinetis commoranti, cum de sedulitate & fidelitate mulieris nihil ambigeretur, tota ei recenter natae puellae cura ita concredita est, vt fere curam ipsius parentes viderentur ad tempus deponere & resignare. Contigit autem, infantulam, nutricis negligentia igni propius admotam, in facie vstulari, & grauem ei deformemque maculam inuri. Quid faceret illa? quae parenti id nunquam ausa esset nunciare: inde, consilio cum coniuge habito, suam ipsam prolem, nec aetate nec facie absimilem, loco alterius supponit, &, cum per plures hebdomadas & forte menses altera visa non esset, credunt parentes sine scrupulo, suam esse. Itaque aetate crescens educatur in vrbe more nobilium, quae filia rustici erat, quae autem filia Consiliarii, ignobiliter in agris versatur, & more rusticorum enutritur. Tandem & illa rustica secundum nobile genus putatitium alterius Consiliarii filio nobiliter & opulenter in matrimonium datur cum dote correspondente. Altera penes vinitorem commoratur ignobilis. Quid faceret mater non mater? Vrgetur scrupulis conscientiae ob fraudem & damnum legitimae proli inde ortum. Post multos tandem annos, Iubilaeo adueniente, compuncta suasu confessarii fraudem detegit illis, quos res ista concernebat. Agnoscitur puellula legitima per notam quandam secretam, quam in ortu attulerat, in parte aliqua corporis. Instatur tunc pro recuperanda dote extraneae data. Matrimonium illud prioris non sine perturbatione est, tanquam in quo error fuerit circa personam. Quid autem deciderint iudices, plenius forsan Mercurius Gallicus proxime excudendus poterit aperire.* Eandem haud dubie respexit DIODORVS TVLDENVS *ad tit. C. de condict. indebiti n. 6.* euentum quoque subiiciens: *Libet illum excutere mirificum casum, qui proxime contigit.* (editus hic liber est *primum A. MDCXXXIII.*) *Praeses quidam filiolam nutrici rusticae lactandam tradiderat. Infans in ignem forte lapsa deformauerat prorsus faciem. Nutrix ex tantae negligentiae conscientia metuens Praesidis indignationem, perfuncta nutricula & redditura Praesidi pignus, supposuit suam aetate parem forma integram. Adoleuit ea apud Praesidem, & ab eo cum luculenta dote nuptui tradita fuit. Postea nutrix fiducia indulgentiarum Iubilaei diu suppressum suppositae prolis crimen confessa Parocho est. Sed is absolutionem negauit, nisi indicaret iis, quorum interesset.*

Prae-

Digitized by Google

Praeses igitur certior factus condixit dotem; sed sententia motus est, & recte: sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis causa, ex qua solutum repeti non potest. l. cum is qui. 32. & penult. D. de condictione indebiti.

§. II.

Sane IVLIANVS ICtus in *d. l. 32. §. 2. ita inquit: Mulier, si in ea opinione sit, vt credat se pro dote obligatam, quicquid dotis nomine dederit, non repetit: sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis causa, ex qua solutum repeti non potest.* Nimirum, vt POMPONIVS *ait l. 1. D. soluto matrim. Dotium causa semper & vbique praecipua est: nam & publice interest, dotes mulieribus conseruari, cum dotatas esse foeminas, ad sobolem procreandam replendamque liberis ciuitatem maxime sit necessarium.* Hinc dos vulgo causis piis annumeratur. *Euerardus loco legal. a dote ad piam causam n. 1.* & vulgo iactitatur: Ecclesiam, fiscum & mulierem pari passu ambulare circa priuilegia. BALDVS NOVELLVS *tr. de dote p. 8. priuil. 6. num. 17.* TIRAQVELL. *tractat. de priuileg. piae causae priuileg. 150.* SIXTIN. *vol. 2. Consil. Marpurg. 12. p. 28.* Quam ob causam etiam mulieris intercessio pro dote valida censetur *l. 41. pr. de iure dot. l. 12. l. final. C. ad SCtum Velleian.* ANTON. FABER *l. 4. C. tit. 21. def. 14.* MEVIVS *p. 9. Decis. 180. n. 10.* iunct. *p. 3. Decis. 85.*

§. III.

Quare, quod BARTOLVS & CASTALIVS tantum *d. l. 32.* locum faciunt, si quis obligatum se ad dotandum cum officio pietatis credat: & non ita fore, si quis se ex testamento, vel qua simili causa obligatum putet, id *d. l.* confutari, recte pronunciavit P. BVRIVS, nec contrarium ex *l. si quis se debere 7. & l. si donaturus 9. D. de condict. causa data*, euinci: cum vtroque loco soluens proponatur vel debitor, vel ex certa animi destinatione donaturus iussu mulieris fuisse. Rectius in vniuersum asseritur, ob dotem solutam cessare condictionem indebiti. MEVIVS *P. 2. Decis. 190. n. 5.*

CAPVT VIII.

TESTIMONIVM COECVM.

§. I.

QVid coecum sit testimonium, etiam eruditi ignorant. At doctissimus Grammaticorum, DONATVS, in Andria notauit, dicta fuisse coeca testimonia: cum multitudo, ciuitas aut tota prouincia laudabatur testis. Cuius generis est in illo CICERONIS *VII. Verrinar.* Testes enim sunt, qui in consilio fuerant, testes publicae tabulae: testis splendissima ciuitas Libyaetana: testis honestissimus maximusque conuentus ciuium Romanorum. Huic simile est hodie, si testes in globo audiantur. De quo ita A. FABER *l. 4. Cod. tit. 15. def. 3.* Plures testes, inquit, in globo, &, vt pragmatici loquuntur, per turbam auditi, vnius tantum testis loco habentur, sed multo dignioris fidei, si ex omnibus nullus sit, cuius testimonium probabili aliqua obiectione labefactetur. Quae res facit ex contrario, vt, si vel vnius vel alterius fides suspecta sit, caeterorum quoque omnium, licet integrae sint existimationis, fidei derogetur, sed non tamen vsque adeo, vt pro nullis omnino habeantur. Caeterum in ciuilibus duntaxat causis huiusmodi ratio audiendorum testium recepta est, in criminalibus non item, quia nec

Digitized by Google

necesse est, cum delicti probatio certo testium numero nullo concludatur: Praeter id, quod neque ciuile aut humanum esset, tot obiectis simul testibus reum obrui, cui potius, quantum aequitas patitur, faueri & subueniri oporteat. Si tamen de mala rei fama probanda agatur, nihil prohibet, quo minus multi in eam rem testes conglobati audiantur. Neque tamen eo minus exhiberi reo singuli debebunt, vel ob hoc ipsum, vt, si quid aduersus eos obiicere reus volet, aut mentientes fortasse praesentia sua terrere, & ad palinodiam compellere, commodius id praestare possit.

§. II.

Enimuero alii parum fidei reponunt in huiusmodi testimoniis. Audiamus virum prudentem OLDENDORPIVM *tract. de Testibus: Corruptissima est consuetudo, quia sic obseruatur multis in locis. Producuntur simul omnes testes, inter quos eligitur vnus, qui omnium nomine dicit, scilicet egregie edoctus, si non etiam corruptus a producente, quid potissimum dicendum sit. Tunc iudex interrogans eos, quid scitis de hac causa? ibi, cum primus dixit, reliqui quoque ad eius testimonium se referunt. Et is, qui a libellis adest, eodem errore, descriptis aliquot verbis primi testis, ita subdit: Secundus testis idem dixit. Tertius quoque idem. Deus bone! quid hoc aliud est, quam ansam porrigere apertissimis calumniis?* Conf. FARINACIVS *de testibus, quaest.* 80. *n.* 94. vbi rationes etiam adfert, & plura A. nomina, quare huiusmodi testimoniis standum non sit. Plane nec Romani coeco testimonio, si reus negaret, multum deferebant, vt illustribus exemplis probat ANTON. MATTHAEI *prolegom. de crimin. c.* 4. *n.* 15. Hinc LIVIVS *l.* 45. *c.* 31, *coecum crimen dixisse videtur, quod probari non potest, vel probatu difficile.*

CAPVT IX.

TESTIMONIVM IN PROPRIA CAVSA VALIDVM, VTVT INIVRATVM.

§. I.

ROtunda est sententia POMPONII in *l.* 10. *D. de testibus: Nullus idoneus testis in re sua intelligitur.* Cui parallela *l.* 10. *C. eod.* vbi IMPP. VALENT. GRATIANVS & VALENT. rescribunt: *Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iura submouerunt.* Vbi res propria idem notat, ac causa propria, de qua in *l.* 1. §. 11. *qu. appell. l.* 20. §. 1. *D. de app.* Et tamen fit vel conuentione, vel testamento, vel lege, vt huiusmodi testimonium valeat, v. HARPRECHT *de test. mort. caus. donat. legat. in codicill.* §. 11. vbi ratio. Videamus de singulis.

§. II.

Saepe pacto antichretico aut contractui locationis conductionis pactum inseritur, credendum esse priuatae creditoris aut conductoris designationi siue assertioni ratione impensarum, si quas facere necessitas vel vtilitas requirat. Quod pactum haud dubie valet, neque vltra quicquam desiderabitur: Nisi forte scribentem sinistrae premant suspiciones; vbi necessarium erit, vt is iureiurando designationem confirmet. Idque in praxi sic seruari, testatur MEVIVS *p.* 3. *Decis.* 41. *n.* 7. *in not.* conf. STRYCKIVM *de cautel. contract. sect.* 2. *c.* 9. §. 29. Caeterum de clausula illa in mutuo: *Stabimus super inter-*

Digitized by Google

intereſſe nudae aſſertioni creditoris, ſine iuramento vel alia ipſius probatione, an valeat? videatur omnino COLERVS *part. 1. de proceſſ. executiu. c. 10. n. 147.* vbi id pluribus argumentis negat, inprimis ne vſurariae prauitati fores pandantur. Contra DIODOR. TVLDENVS *ad C. de teſtibus n. 8. Si olim*, inquit, *conuenerit, vt ſtaretur nudae aſſeuerationi creditoris de damno, & eo, quod intereſt, probat ea plene. Non enim bona fides admittit ſententiam indulgentium reuocationem aut probationem contrariam. Caeterum non excludit neceſſitudinem iurisiurandi, ſaltem de calumnia, arbitriumque moderantis iudicis. l. vnde ſi Neruae. 79. D. pro ſocio. l. videamus. 4. §. 2. D. de in litem iurand.* THOMING. *Deciſ. 37.* Nobis tamen prior ſententia magis placet. Nam *Receſſ. Deputat. Spirae conditus An. 1600. §. So viel nun. 152.* creditori intereſſe petere ita permittit, daß er ſelbiges deduciren, gebührlich liquidiren und beſcheinen, auch darüber Richterliche Erkänntniß erwarten ſolle. Simili ratione aſſerimus cum CARPZOVIO *part. 1. conſt. 32. def. 29.* immiſſum creditorem ad rationes de fructibus perceptis reddendas obſtringi, etſi debitor, ſaturum ſe nudae ac ſimpliciter eius aſſertioni, promiſerit. *Vix enim vnquam*, inquit CARPZOVIVS, *ſubtilior fabrica vel melius fomentum prauitatis vſurariae atque deceptionis fraudulentae, quam per huiusmodi factum, dari poſſet.* Et HEESER. *loc. 1. de rat. redd. n. 118.* promiſſum domini, in rationibus ſimplici adminiſtratoris dicto ſine vlteriori probatione fidem iri habitum, liberare a ſcrupuloſa inquiſitione, & a culpa leuiſſima leuique, ſed non a dolo, ſiue vero, ſiue praeſumto.

§. III.

Nonnunquam teſtator remittit vel cohaeredum vni, vel executoribus teſtamenti, vel viduae ſuae editionem bonorum, quae ad ſe, cum morietur, ſpectabant, iuratam. Quod fieri poſſe defendunt IVLIVS CLARVS *receptarum ſentent. §. teſtamentum quaeſt. 66. n. 2. ſeq.* AVGVSTINVS BARBOSA *in collectan. ad l. final. C. arbitrium tutelae. n. 40.* CHASSANAEVS *ad Conſ. Burgund. rubric. 6. §. 6. verb. per inuentarium n. 23.* Alii negant, P. VOETIVS *l. de famil. herciſcunda, c. 3. n. 12.* ARGENTRAEVS *ad conſuet. Britann. art. 477. gloſſ. 2. n. 5.* Vbi certum putamus, huiusmodi diſpoſitionem nouercae non prodeſſe. v. BRVNNEMANN *cent. 2. Deciſ. 6.* PAVL. CHRISTINAEVS *ad L. Mechlin. tit. 9. art. 13. n. 4.* Quod ſi etiam ſint haeredes, qui neceſſario inſtituendi, parentes in fraudem legitimae eorum nihil quicquam ſtatuere poſſunt. CARPZOV. *part. 3. c. 12. def. 8.* At, quantum reliquos attinet haeredes, liberius teſtatori arbitrium relictum arbitramur, niſi haeredis illius, cui iurata editio remiſſa, fraus arguatur, eaque non leuibus indiciis probetur. Plane, vt pater prohibere poteſt, ne tutor inuentarium conficiat. *l. 2. C. de aliment. pupillo praeſtand. l. 2. C quando & quibus quart. deb.* Si tamen vtilitas pupilli ſuadeat, ſolenne inuentarium fieri, iudex vtilitatem potius pupilli, quam teſtatoris voluntatem, ſequetur. *l. 1. §. 1. D. vbi pupill. educari debent. l. 10. D. de confirmand. tutor.* CARPZOV. *l. 5. Reſponſ. 82. n. 4.* FINCKELTHAVS. *obſeru. 76. n. 25. ſeq.* Et patris aſſertionem de dote & paraphernalibus vxoris merito venerantur liberi haeredes, niſi falſitatem eius demonſtrare queant. v. CARPZOVIVS *part. 1. conſt. 28. def. 77.* LYNCKERVS *Deciſ. 628.*

§. IV.

Lex permittit, vt legatarius in teſtamento, in quo legatum ipſi relinquitur, teſtis eſſe queat. *l. 14. D. de rebus dubiis §. 11. I. de teſtament. ordinand.* Idque propterea, quia negotium principale haeredem contingit, in cuius praecipue gratiam cum legatarius teſtimonium dederit, is fidem eius reprobare non poterit, maxime cum illa tot alio-

Digitized by Google

aliorum teſtium auctoritate ac fide comprobetur. Quae rationes cum valeant in legatario partiario & haerede in certa re inſtituto, qui in plerisque pro legatario habetur, nec non in teſtamento nuncupatiuo, niſi quod in hoc legatarius teſtimonium ſuum iureiurando confirmare debeat, idem de illis quoque erit aſſerendum. Quod cum profeſſa opera demonſtrauerit D. FERDIN. CHRISTOPH. HARPRECHTVS *peculiar. Diſſert. de teſtimonio teſtamentario legatariis permiſſo*, nolumus actum agere. v. tamen STOCKIVS *Deciſ. Brabant.* 6. Non idem dicemus de codicillis, ceu in quibus legatarium teſtem minus eſſe idoneum, iam laudatus HARPRECHTVS *alia Diſſert. de teſtimonio teſtamentario mortis cauſa donatarii, nec non ipſius & legatarii & fideicommiſſarii in codicillis.* §. 8. *ſeq.* ſat firmis argumentis adſtruxit.

§. V.

Lex etiam eſt, quae patrem, bonorum filii aduentitiorum legitimum adminiſtratorem, a confectione inuentarii abſoluit, *l. fin.* §. 4. *in fine. C. de bon. quae liber.* Et licet is interdum bonorum illorum ſimplicem deſignationem, petentibus liberis, aut, ſi iudici ita viſum fuerit, edere cogendus ſit, tamen, vt ea iureiurando roboretur, neceſſe non eſt, vt recte docent MEVIVS *ad part. 2. Iuris Lubecenſ. tit. 2. art. 21. n. 7. ſeq.* FINCKELTHAVS. *obſeru. pract. 76.* BRVNNEMANN. *ad l. 16. D. de iureiurand. n. 8.*

§. VI.

Ex lege quoque eſt, ſiue potius ex conſuetudine, ſcripta, quae pro Dominis regionum in Imperio conficiuntur, & in eorum tabulariis reconduntur, in eorum cauſis plenam fidem facere, maxime contra ſubditos. De quo poſt alios videatur SCHILTERVS *l. 4. Inſtit. iur. publ. tit. 6. §. 3. & 4.*

§. VII.

Iam, cum Reges in actibus regiis ſuperiorem agnoſcant neminem, fidem eorum, vtvt iniuratam, in dubium vocare, piaculum erit. Quorſum referenda formula, TESTE ME IPSO, qua Reges Anglorum in diplomatis ſaepe vſos, teſtatur MABILLONIVS *l. 2. de re diplomatica c. 21. §. 7.* quamque ſub Eduardo VI. Rege adhuc in vſu fuiſſe, charta ſequens, ex ipſo autographo a me deſcripta, fidem facit, qua ius indigenatus Anno MDLII. Germano cuidam conceſſit:

» Edwartus Sextus, Dei Gratia Angliae, Franciae & Hiberniae Rex, fidei defenſor,
» & in terra Eccleſiae Anglicanae & Hibernicae ſupremum caput. Omnibus, ad quos
» praeſentes literae perueniunt, ſalutem. Sciatis, quod nos de gratia ſpeciali, ac ex
» certa ſcientia & mero motu, &c. &c. &c. conceſſimus ac per praeſentes concedimus
» Stephano Mygnot, ſub obedientia Imperatoris oriundo, ſeu quocunque alio nomine
» cenſeatur, quod ipſe poſthac durante vita ſua ſit indigena & ligeus noſter: & haere-
» dum noſtrorum, ac in omnibus tractetur, reputetur, teneatur, habeatur & guber-
» netur, tanquam fidelis ligeus noſter, intra Regnum noſtrum Angliae oriundus, &
» non aliter nec alio modo, ac quidem ipſe omnes & omnimodas actiones, ſectas &
» querelas, cuiuscunque ſint generis, in quibuscunque curiis, locis & Iurisdictionibus
» noſtris habere, exercere, eisque vti & gaudere, ac eas in eisdem practicare & practi-
» cari, reſpondere & reſponderi, defendere & defendi poſſit & valeat in omnibus, &
» per omnia, ſicut aliquis fidelis ligeus noſter, in dicto regno noſtro Angliae oriundus.
» Et inſuper, quod idem Stephanus terras ſeu reditus, penſiones & ſeruitia, ac alia

haere-

Digitized by Google

haereditamenta quaecunque intra dictum Regnum noſtrum Angliae, & alia Dominia » noſtra perquirere, recipere, capere, habere, tenere, emere & poſſidere, ac eis vti » & gaudere, eaque dare, vendere, alienare & legare cuicunque perſonae ſiue quibuscun- » que perſonis ſibi placuerit, ad libitum ſuum valeat & poſſit licite & impune, ac, quod » ipſe tabernas, ſhopas ſiue domos quascunque pro termino vnius anni, ſiue plurium » annorum conducere, habere & retinere poſſit & valeat, adeo libere, quiete, integre & » pacifice, ſic vt aliquis ligeorum noſtrorum intra dictum Regnum noſtrum Angliae » oriundus. Et, quod bene licebit cuicunque ſubdito noſtro, locare praefato Stephano » & aſſignare, ſiue &c. &c. quibuscunque huiusmodi tabernas, ſhopas, ſiue domos ad » terminum vnius anni, ſiue plurium annorum, absque aliqua foris factura, ſiue poena » quacunque ea occaſione incurrenda. Atteſtamur, quod idem Stephanus omnes & » omnimodas libertates, artes, franchesias & priuilegia huius Regni noſtri libere, quiete » & pacifice habere & poſſidere, eisque vti & gaudere poſſit, tanquam ligeus noſter » inter Regnum noſtrum Angliae natus, absque perturbatione, impedimento, moleſta- » tione, vexatione, calumnia ſeu grauamine noſtri vel haeredum noſtrorum aut aliquo- » rum aliorum quorumcunque, aliquo ſtatuto, actu, ordinatione ſeu prouiſione in con- » trarium inde antehac edita, facta, ordinata ſeu prouiſa, aut aliqua re, cauſa vel » materia quacunque in aliquo non obſtante prouiſo, ſemper quod idem Stephanus ad » omnes & ſingulas ordinationes, actus & ſtatuta huius regni noſtri Angliae tam edita, » quam impoſterum edenda teneatur & obediens ſit, iuxta formam ſtatuti in ea parte nuper » edit & prouiſi. In cuius rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. » TESTE ME IPSO apud Weſtm. triceſimo primo die Decembr. Anno regni noſtri » quinto. »

Per ipſum Regem & de data praedicta poteſtate
Cptm. per Cotton.

Sigillum magnum cereum a duobus membranae ſegmentis dependet.

Bene SYMMACHVS *l.* 18. *ep.* 43. *Videri omnibus ſecuritatibus eſſe vehementiorem Imperatorem aſſeuerantem.* Hinc, vt multi ICtorum ſummum Imperantem contra acta & probata iudicare poſſe aſſerunt; ita tanto magis, vbi nihil probatum fuerit, aſſertioni eius ſtabitur. v. BRVNNEMANN. *ad l.* 9. *C. de teſtibus. n.* 8. MYNSINGER. *cent.* 5. *obſeru.* 34. VMMIVS *Diſp. ad Proceſſ.* 16. §. 6. *n.* 40. Add. LYNCKER. *Diſp. de his quae Princip. libert. perperam adſcribuntur, ſect.* 1. §. 15.

§. VIII.

Plane iudici etiam ſine iureiurando creditur in iis, quae ad officium eius pertinent. CARPZOV. *Deciſ. illuſtr.* 24. *n.* 11. *ſeq. Deciſ.* 48. *pr.* MEVIVS *Part.* 1. *Deciſ.* 118. *& Dec.* 120. BERLICHIVS *Deciſ.* 212. *n.* 43. *ſeq.* Niſi is poſt actum, puta ſententiam, vel decretum, vel teſtamentum coram ſe confectum, ſi de huius ſolennitatibus quaeratur, teſtimonium perhibeat. Vbi profecto fidem non meretur, quoniam praeſumtio eſt, ipſum vel dedecus fugere, vel honorem aut lucellum ſperare. Et iudici aliquid aſſerenti non creditur, niſi quatenus aſſertio eius cum actis conſpirat. v. *Canon.* 1. *cauſ.* 4. *quaeſt.* 4. *l.* 6. *C. de poſtuland.* CARPZOV. *Part.* 1. *conſt.* 16. *def.* 61. 62. & *l.* 1. *Reſponſ. ElectOr.* 80. & *in praxi crimin. quaeſt.* 124. *in calce.* COTHMANN. 3. *Reſp.* 29. *n.* 333. *ſeq.*

Digitized by Google

CAPVT X.

FOEMINA NVPTA FOEMINAE.

§. I.

VEritatem lemmatis huius triplici exemplo libet confirmare. Primum narrat verbis hisce A. GISLEN. BVSBEQVIVS, *legation. Turcicae Ep. 3. Euenit in balneo, vt mulier magno natu caperetur amore iuuenculae, filiae cuiusdam incolae Constantinopolitani, hominis in tenui re, cumque apud eam procando & blandiendo non tantum proficeret, quantum eius insania postulabat, rem ausa est nostris moribus pene incredibilem, mutato cultu mentitur virum, conducit aedes in propinquo, vbi habitabat puellae pater: nomen edit inter mancipia Imperatoris de numero Chiaussorum; breuique, vt fit inter vicinos, insinuat se in eius consuetudinem, nec multo post de filiae nuptiis mentionem iniicit. Quid multa? visa est conditio patri non aspernanda. Libenter annuit, dicitur dos pro facultatibus, & item dies nuptiis, qua ingressus in thalamum, ad nouam nuptam, bellus ille sponsus, vbi capitis tegmen deposuit, & colloqui coepit, statim agnoscitur: exclamat virgo & parentes reuocat. Illi cognoscunt, non se viro, sed foeminae collocasse filiam. Postridie ducunt ad praefectum Gianizarorum, qui per absentiam principis vrbi praeerat, increpat mulieris tam grandis natu vesaniam, ecquid puderet propudium tam foedae libidinis tamque vecordis incepti? Tum illa: Abi sis,* (inquit,) *nescis, quid valeat amor. Faxit Deus, ne eius vires vnquam experiaris. Ad vocem tam absurdam non tenuit risum praefectus, statimque e conspectu amoueri illam & profundo mergi iussit.* Conf. TAVERNIER *Relation du Serrail du grand Seigneur ch. 17.*

§. II.

Alterum contigit in Hollandia. Vbi cum mulier, sexum mentita, vxorem duxisset, illam propter insignem perfidiam ex sententia Scabinorum Amstelodamensium in ergastulum publicum relegatam, testis est SIMON GROENEWEGIVS *ad Nouellam Leonis XCIIX.* Quam historiam non ineleganti carmine descripsit VINCENTIVS FABRICIVS, Consul quondam Gedanensis. Ex quo, cum prolixius sit, libet tantum duo, quibus id concluſit, disticha heic adscribere:

Protrahitur tandem turbata fronte maritus.
Et iam pro cara coniuge vincla gerit.
Proque toro sponsae vectes & clausira tuetur:
Quoique videt manicas, tot putat esse faces.

§. III.

Tertium exemplum non sine horrore vidit Hamburgum, quando ibi procax foemina, Anna Elisabetha Buncken, quae sexum suum veste virili diu occultauit, accusata publice, quod vxores duas vnam post alteram ritu Christiano duxisset, & cum iis in matrimonio illo imaginario aliquot annos perstitisset, nefandamque Venerem exercuisset, nec minus alia immania facinora perpetrasset, post confessionem spontaneam, dignas tandem sceleribus poenas luit. Nam post verba sententiae, (quam Findung vocant) in inferiori iudicio A. MDCCI. 5. Decembris publicatae, Amplissimus Senatus Ann. MDCCII. 20. Ianuar. ita pronunciauit: Daß, weilen Gefangene und Inquisitin mit-

Digitized by Google

mittelst Verstellung ihres Geschlechts und angenommenen Mannes-Namen nnd Kleidung, eine geraume Zeit ein liederliches gottloses Leben geführet, allerhand Betrügereyen und lose Händel verübet, zu zweyen malen nach einander mit andern Weibs-Personen sich ehelich durch Priesterliche Hand, zu schändlicher Profanirung Göttlichen Namens, und dessen Heil. Stifftung des Ehestandes, copuliren lassen, und in solcher doppelter Schein-Ehe etliche Jahre widernatürliche und Sodomitische Leichtfertigkeiten getrieben, auch in der ersten sich zum Schanddeckel ihres vermeynten Weibes anderwärtiger Unzucht gebrauchen lassen, dann ferner die von ihr heilloß betrogene letzte Frau bald nach der Copulation in die Fremde, und daselbst etliche Tage lang in Büschen und Einöden umgeführet, und zuletzt dieselbe gantz gefährlich und mörderisch verwundet, ꝛc. ꝛc. (enarrantur hic plura delicta) erkennet ein E. E. Rath für recht, daß sie ihr zur wohlverdienten Straffe, andern dergleichen Ubelthätern aber zum abschreckenden Exempel, an dem Ort, wo der Mord vollenbracht, mit glüenden Zangen einmal anzugreiffen, auch ferner mit dem Rade zu tödten, und der todte Cörper folgends zu verbrennen sey, und solche Straffe an derselben würcklich exequiret werden solle.

§. IV.

Proximum huic est matrimonium apud Turcas non ignotum, de quo testatur solers rerum Turcicarum scriptor RIGALTIVS *histor. Imperii Ottomannici l. 2. c. 21. Est*, inquiens, *apud eos matrimonii genus, si modo id tam honesto appellare licet vocabulo, Eunuchi cum muliere. Eunuchum dico, cui nihil prorsus virilitatis supereſt: Et tamen sunt, qui plures ducant vxores, ac cum iis voluptatem exerceant brutalem ac incognitam.*

CAPVT XI.

MATRIMONIVM TRANSFORMATVM.

§. I.

MOribus Germaniae iam ab aliquot seculis inualuit, Principes & Comites Imperii matrimonium ad morganaticam, quod vocant, inire. Hoc licere in matrimonium iustum, ex quo liberi, vt alii legitime nati, succedant, conuertere, cum rationibus, tum autoribus probat MYLER. *in Gamologia personar. illustr. c. 6. §. 37. 38.* Et sane, cum vis succedendi dependeat ab arbitrio patris, nec prioribus liberis aut agnatis ius sit quaesitum, nihil vetat, ipsum ab Imperatore impetrare, vt vxor dignatione sibi aequetur, & declarare, vt liberi iam nati vel nasciturі inposterum pro legitimis habeantur. Matrimonium tale non temere transformatum insigniuimus.

§. II.

At incidit aliquando dubitatio. Meminimus, nobis sequentem historiam narrari. Comes quidam Imperii nobilem foeminam matrimonium ad morganaticam sibi sociauit, addita pacto matrimoniali clausula hacce: Daß zu beständiger, ja ewiger Vesthaltung dessen allen, so in vorhergehendem bedächtlich abgehandelt, paciscirt, gesetzt und verordnet worden, beyde Paciscenten, bey respective Gräflichen Ehren, beyderseits wahren Worten, Treu und Glauben, ja dem Wort der ewigen Wahrheit, und so wahr

Digitized by Google

ihnen beyderseits GOtt, welchen sie anruffen, helffen solle, und sein Heil. Evangelium, zugesagt und versprochen, ja die Adeliche Dame solches mit einem würcklichen cörperlichen End coram Notario Caesareo bestätiget. Auia insuper, anxia de salute ac commodis nepotum suorum ex defuncta filia, a Comite stipulata fuerat, vt liberi ex iam contracto matrimonio nascituri a successione penitus excluſi essent, pacta simul poenam, si ille a conuentione resiliret. At Comes paulo post a Caesarea Maiestate coniugem ad parem suae dignitatem euehendam curauit. Vbi existimamus, coniuges illos promissionem tam sanctam sibi inuicem remittere potuisse. (Nam & iurisiurandi obligatio desinit, si velit is, cui iuratum. v. *l.* 1. *paroem. Iur. Germ.* 32.) Auiae autem cur ratione poenae conuentionalis experiri non sit integrum, nihil obstare: nam stipulatio illa nihil inhonesti in se continet, imo ad salutem liberorum prioris matrimonii, quibus iura nostra fauent, comparata est: in vtilitatem etiam tertii stipulari licet, si simul stipulantis interſit, & maxime, si poena conuentionalis adiiciatur. *l.* 38. §. 17. *de V. O.* §. 18. *l. de Inutil. stipulat.*

CAPVT XII.

INSOLITA PRORSVS MARITI IN VXORIS BONA POTESTAS.

§. I.

IVcundum est, leges aliorum populorum, &, quod in iis singulare, nosse, optandumque, vt THEOPHRASTI in colligendis legibus diligentiam hodie imitaremur, a quo ciuitatum non Graeciae tantum, sed & Barbariae leges se cognouisse, scribit CICERO *de finibus V.* v. AEGIDII MENAGII *obseruat. ad l.* 5. *Laertii p.* 122. Nos vnum exemplum heic adferemus ex consuetudinibus Siluaeducensibus, uyt de costuymen ende usantien de Houft Stadt ende Meyerye van s'Hertoghen Bosche, in cuius *titulo XIV. Van de Rechten de gehouvvelyckte Luyden aengaende*, omnimoda potestas marito in bona vxoris quaecunque tribuitur. En verba ipsa!

ARTYCKEL I.

EEn Man is Momboir van syne Huysvrouvve, ende magh alleen haere Goederen, Actien, ende Schulden als Momboire vervolgen, heysschen ende beschulden, ende daer-en boven magh hy soovvel allen syner Huysvrouvve Goederen van haerent vveghen gekomen, als syn eyghene Goederen, sonder consent ende byvvesen van syne Huysvrouvve verkoopen, versetten, veralieneeren, belasten, ende anderssints verbinden, eygene Leengoederen vvesende.

ARTYCKEL II.

INsgelyck een Vrouvve met haeren Man vvoonende, en magh haere Erffelycke Goederen niet verkoopen, verminderen, ofte belasten, noch in Recht staen, noch Procureur mechtighen, sonder consent van haeren Man.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Causa legis adeo insolitae constanti fama ab indigenis memoratur, quod aliquando foeminae maritos suos e captiuitate bellica liberare renuissent. Nimirum magnus fauor est redemtionis captiuorum. Hinc bona vxoris dotalia eam ob causam alienari valide posse, arg. *l.* 20. *D. soluti matrimon.* contra SVRDVM statuit TVLDENVS *ad tit. C. de fundo dotali n.* 7. & ita diserte statutum in ordinatione Ludouici XIV. Gall. Reg. ad res maritimas spectante. *l.* 3. *tit.* 6. *art.* 12. *Les femmes pourront valablement s'obliger & aliener leurs biens dotaux, pour tirer leurs maris d'esclavage.* Conf. *commentat. de Lytro sect.* 2. §. 22.

CAPVT XIII.

TESTAMENTA IRREGVLARIA.

§. I.

SPectat huc testamentum Hermocratis apud LVCILIVM *in Anthologia libro* 2. se ipsum in testamenti sui tabulis bonorum suorum scribentis haeredem; nec non pauperis illius apud LVCIANVM *in Toxari*, testamento vni amicorum diuitum matrem suam alendam, alteri filiam dotandam legantis. Vt autem in illo salse deridetur auarus, qui post mortem etiam suam bona sua ad alios deuolui aegre ferebat: ita in hoc continetur commendatio quaedam tacita suorum ad amicos.

§. II.

Non minus huc pertinet testamentum porci, cuius iam meminit HIERONYMVS *prooemio libri duodecimi Commentar. in Esaiam*, & *in Apologia ad Pammachium & Marcellinum.* Est autem tale:

M. Grunnius Corocotta Porcellus
Testamentum feci;
Quod quoniam manu mea scribere non potui,
Scribendum dictaui:

Magirus Cocus dixit: Veni huc, euersor domi, soliuersor, fugitiue porcelle; ego hodie tibi vitam adimo. Corocotta Porcellus dixit: Si qua feci, si qua peccaui, si qua vascula pedibus meis confregi, rogo, Domine Coce, veniam peto, roganti concede. Magirus Cocus dixit: Transi puer, adfer mihi de culina cultrum, vt hunc porcellum faciam cruentum. Porcellus comprehenditur a famulis, ductus sub die XVI. Kal. Lucerninas, vbi abundant Cymae, Clibanato & Piperato Consulibus; & vt vidit, se moriturum esse, horae spatium petiit, cocum rogauit, vt testamentum facere posset. Inclamauit ad se suos parentes, vt de cibariis suis aliquid dimitteret eis; qui ait: Patri meo Verrino Lardino do lego dari glandis modios XXX, & matri meae Veturinae Scrofae do lego dari Laconicae siliginis modios XL, & Sorori meae Quirinae, in cuius votum interesse non potui, do lego dari hordei modios XXX, & de meis visceribus dabo donabo sutoribus setas, rixatoribus capitinas, surdis auriculas, causidicis & verbosis linguam, bubulariis intestina, isiciariis femora, mulieribus lumbulos, pueris vesicam, puellis caudam, cinoedis musculos, cursoribus & venatoribus talos, latronibus vngulas, & nec nominando coco do, lego ac dimitto popam & pistillum, quae mecum detuleram a querceto vsque

ad haram; liget sibi collum de reste. Volo mihi fieri monumentum ex literis aureis scriptum: M. Grunnius Corocotta Porcellus vixit annos DCCCCXCIX, quod si semis vixisset, mille annos implesset. Optimi amatores mei, vel consimiles vitae, rogo vos, vt corpori meo benefaciatis, bene condiatis, de bonis condimentis nuclei, piperis & mellis, vt nomen meum in sempiternum nominetur. Mei domini & consobrini mei, qui huic meo testamento interfuistis, iubeti signare.

Lucanicus signauit. Tergillus sign.
Nuptialicus sign. Celsinus sign.
Lardio sign. Offellicus sign.
Cymatus sign.

Quod cum ciuis quondam meus, PETR. LAMBECIVS *l. 3. Comment. Bibliothec. Caesareae p. 346. seq.* cum ob insignem elegantiam antiqui putique sermonis latini, tum ob solennes testamentorum formulas, quae seculo post Christum natum tertio in vsu fuerunt, dignum iudicauerit, denuo, vt exscriberetur, eruditissimisque notis illustraretur, simulque demonstrauerit, reuera ad GORDIANVM IMPER. a Philippo Arabe nefarie occisum, pertinere, non alienum id ab hoc loco putaui.

§. III.

Mirum quoque est, apud Turcas legata dari in alimenta aetate defectorum aut morbo laborantium canum. Enimuero ipsi in eo insigne pietatis officium collocant, vt pluribus refert RIGALTIVS *l. 2. histor. Imp. Ottomann. c. 26.* Apud nos si tale legatum relinqueretur, haud dubie id in alios pios honestioresque vsos esse constat. v. *l. legatum 26. D. de vsu & vsufruct. legato. l. 4. D. de administr. rerum ad ciuitat. spectant. l. Imperatores 13. §. 1. D. de pollicitat.* MYLERVS *de Princip. & Statibus Imp. c. 88. §. 16.* CARPZOV. *p. 3. constit. 13. def. 27.* FINCKELTHAVS. *obseru. 97.* REVSNERVS *l. 4. Decis. 7.* a Romanis testatoribus Dii haeredes institui poterant, sed non omnes. v. VLPIANVS *Instit. tit. 22. §. 6.*

§. IV.

Nescio, an huc etiam referre liceat legatum personae propriae. Nam ita VLPIANVS *l. 43. §. 1. de Legat. 1. Qui ab hostibus redemtus fuerit, legari sibi poterit, & proficiet legatum ad liberationem vinculi pignoris, quod in eo habuit, qui redemit.* Nimirum pignus, quod ob solutum lytrum in redemto redimens a lege nanciscitur, non tantum solutione, sed & legato extinguitur.

CAPVT XIV.

SVCCESSOR SINGVLARIS AD DEFVNCTI AES ALIENVM OBSTRICTVS.

§. I.

SIngularem successorem aeri alieno, quo defunctus tenebatur, obnoxium non esse, constat. Et tamen hoc interdum fallit. Nam, si cui pars siue quota haereditatis legata, quem legatarium partiarium dicunt, (§. 5. & 6. *l. de fideic. haered. & fragment. Vlpian. tit. de fideicommiss. 25. §. 15.*) is vtique ad debita defuncti exsoluenda obligatur.

v. *l. 3.*

Digitized by Google

v. *l. 3. C. de sentent. pass. & restitut.* Quanquam is diuersus omnino ab haerede sit: nam primo vltra vires legati non tenetur: quoniam neminem oportet plus legati nomine praestare, quam ad eum ex haereditate peruenit. *l. 1. §. si is, qui D. ad Sct. Trebellian.* Deinde is nunquam potest a creditoribus haereditariis conueniri, sed tantum ab haerede, vt se indemnem praestet pro parte competente. *l. vlt. C. de haeredit. action,* iunct. *d. §. sed quia 5. I. de fideicom. haeredit.* FROMMANN. *de legatar. partiar. §. 20. 21. v.* & CARPZ. *decis. illustr. 20. n. 14. seq.* FROMMANN. *d. l.* putat, necessariam esse stipulationem inter haeredem & huiusmodi legatarium. Hoc vt admiserim iure Romano, secundum quod ex solo pacto dabatur actio, ita hodie ea non esse opus, arbitror: nam, qui partem haereditatis accipit ab haerede, tacite se obligasse censetur ad ratam portionem aeris alieni soluendam, quoniam aes alienum ipsi quodammodo haereditati inhaeret. Ferme, vt venditor haereditatis conuenire potest emtorem eius, vti sibi restituat, quod aeris alieni nomine praestitit. *l. 2. C. de haeredit. vel action. vendit.*

§. II.

Plane, vt etiam de donatario haereditatis PAPINIANVS *l. 28. D. de donat.* respondit: *Haereditatem pater sibi relictam filiae sui iuris effectae donauit: creditoribus haereditariis filia satisfacere debet; vel, si hoc minime faciat, & creditores contra patrem veniant, cogendam eam per actionem praescriptis verbis patrem aduersus eos defendere.* Cui parallela *l. cum res filio. 22. C. eodem.* Quanquam donatarius bonorum omnium, mobilium & immobilium quorumcunque, si de iuribus & actionibus nihil dictum, tanquam haeres, aut quasi qui sit loco haeredis, conueniri nequeat. A. FABER *ad d. tit. C. de donat. def. 11.* v. omnino BARDILI *de successore singulari c. 5. §. 13. 14. 15.*

CAPVT XV.

DEBITOR OB MALEFICIVM DEBITO LIBERATVS.

§. I.

LEmma hoc non temere paradoxon cui videatur. Sed historiam accipe: Mercurii, mercatoris Florentini, bona a Magno Duce confiscantur. Is abhinc in regnum Neapolitanum se confert, &, vt erat callidus, breui luculentas diuitias corradit. Conuenitur igitur hic a creditoribus ob aes alienum, quod Florentiae contraxerat; is contra se amplius teneri negat. Nostro iudicio recte.

§. II.

Audiamus PAPINIANVM *l. 3. D. de sentent. pass & restit. In insulam deportati bona fiscus poena remissa retinuit: creditores ex antegesto non habere cum eo, qui debitor quondam fuit, actiones constitit.* Ad quam legem videatur CVIACIVS *l. 16. Responsi.* PAPINIANI. VLPIANVS *l. 2. D. eod. Si deportatus restitutus dignitatem quidem indulgentia Principis recuperauerit, in sua autem omnia bona non est restitutus: nec a creditoribus, nec publico nomine conueniri potest.* IMPERATOR ALEXANDER *l. 3. C. d. tit. Si debitor poenam sententiae passus est, quam bonorum ademtio secuta est, quamuis postea ciuitati Romanae restitutus, non totam sub-*

Digitized by Google

substantiam, sed aliquid ex indulgentia Principis vt haberet, impetrauit, aeris tamen alieni ex praecedenti tempore liberatus est. Si vero partem bonorum accepit, pro rata portione eius tenetur. Quod si ob pecuniam, debitam fisco, bona eius occupata sunt, manſit vna cum suis fideiussoribus propriis creditoribus obligatus. PAPINIANVS *l.* 47. *pr. de fideiussor. Si debitori deportatio irrogata est, non posse pro eo fideiussorem accipi, scribit* IVLIANVS: *quasi tota obligatio contra eum extincta sit.* Nimirum, vt ait IMPERATOR §. 7. *I. de Societat. Cum in illius, cuius bona publicantur, locum fiscus succedat, is pro mortuo habetur.*

CAPVT XVI.

RES MORTVAE REVIVISCENTES.

§. I.

Fit non raro, vt, quae lex irrita esse voluit, aut alias extincta sunt, quasi reuiuiscant. Exempla sunt in contractibus pariter, ac vltimis voluntatibus. Tralatitium est, dolum dantem causam contractui bonae fidei efficere, vt contractus sit ipso iure nullus, *l.* 7. *pr. D. de dolo malo.* At, si deceptus velit, manere contractum, is iam validus esse incipit, nec audietur decipiens, si decepto ratione eius, quod interest, agenti opponat, contractum esse nullum: cum quia propriam turpitudinem allegaret, tum etiam quia, quantum ipsum attinet, consensus adfuit verus. Vt post alios recte docet CARPZOVIVS *part.* 2. *const* 34. *def.* 4. Nimirum nullitas, fauore alicuius introducta, nonnisi ipso volente opponi potest. Quare etiam, qui minori rem vendidit, si is, rem venditam vt tradat, conueniatur, contractus nullitatem frustra allegat. Post CRAVETTAM, GRATIANVM & alios CAPONVS *Decis. forens.* 394. *n.* 24. & post alios innumeros HECTOR CAPYC. LATRO *Decis.* 19. *n.* 10. *& seq.* vbi ita decisum refert. Conf. IOAN. A SANDE *l.* 2. *tit.* 4. *def.* 3. *vers. hinc ex facto tractatum fuit.* Similiter, qui sciens prudens sine decreto emit praedium pupilli vel minoris, emtioni stare tenetur, si pupillus vel minor non conqueratur, sed eam ratam habeat. Idem SANDE *d. l.* 2. *tit.* 9. *def.* 15. CARPZ. *part.* 1. *const.* 11. *def.* 28. BRVNNEMANN. *ad l.* 14. *C. de procurat. n.* 7. *seq.* Hinc (qui praecipuus obseruationis huius vsus est) periculum interea est accipientis. VINNIVS *in Commentar ad* §. 3. *I. quib. alienar. licet vel non licet, n.* 6.

§. II.

Rursus constat, solenni rerum debitarum depositione obligationem extingui. *l.* 19. *in fin. C. de vsur. l.* 9. *C. de solut.* etiam quantum attinet pignora. *l. final. C. de pignorat. action.* aut fideiussores. v. SCHVLTZ. *libr. de oblation. c.* 5. *n.* 6. *&* 7. Si tamen debitor postea, vti potest (v. *d. l.* 19. *vers nisi eas postea receperit. C. de vsur. l.* 19. *C. qui potior. in pignor.*) rem depositam recipiat, perinde erit, ac si depositio illa facta non sit, & obligatio reuiuiscit. SCHVLTZIVS *d. libro c.* 4. *n.* 32. MEV. *part.* 2. *Decis.* 315. Porro confiscatione tollitur obligatio, at restitutis bonis reuiuiscit obligatio. v. *l.* 3. *D. de sentent. pass. & restit.* v. omnino MEVIVS *p.* 2. *D.* 23.

§. III.

Testamentis quoque, quae infirmata puta, vel rupta, vel irrita sunt, saepe vita redditur, ex aequitate Praetoria. VLPIANVS *l.* 12. *pr. D. de iniusto rupto & irrito testam.*

Post-

Digitized by Google

Posthumus praeteritus, viuo testatore natus decessit: licet iuris scrupulositate, nimiaque subtilitate testamentum ruptum videatur, attamen si signatum fuerit testamentum, bonorum possessionem secundum tabulas accipere haeres scriptus potest, remque obtinebit, vt & Diuus Hadrianus & Imperator noster rescripserunt Idcirco legatarii & fideicommissarii habebunt ea, quae sibi relicta sunt, securi. Idem & circa iniustum & irritum testamentum erit dicendum, si bonorum possessio data fuerit ei, qui rem ab intestato auferre possit. PAPINIANVS *l. penult. § 2. de bonor. possess. sec. tab. Testamento facto Titius adrogandum se praebuit, ac postea, sui iuris effectus, vita decessit. Scriptus haeres, si possessionem petat, exceptione doli mali summouebitur, quia dando se in adrogandum testator cum capite fortunas quoque suas in familiam & domum alienam transferat. Plane, si sui iuris effectus, codicillis, aut aliis literis eodem testamento se mori velle declarauerit, voluntas, quae defecerat, iudicio recenti rediisse intelligitur: non secus, ac si quis aliud testamentum fecisset, ac supremas tabulas incidisset, vt priores supremas relinqueret. Nec putauerit quisquam, nuda voluntate constitui testamentum: non enim de iure testamenti maxime quaeritur, sed viribus exceptionis, quae in hoc iudicio quamquam actori opponatur, ex persona tamen eius, qui opponit, aestimatur.* VLPIANVS *l. 6. §. pen. D. iniust. rupt. & irrit. testam. Si quis damnatus capite in integrum indulgentia Principis sit restitutus, testamentum eius conualescit.*

CAPVT XVII.

ASTROLOGVS AVT CHIROMANTA VERBORVM CONTVMELIA NON CONTVMELIOSVS.

§. I.

Si aliquis Astrologus, vel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat: iniuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eos tenent. Ita VLPIANVS *l. 15. §. 13. D. de Iniuriis.* Conferatur FORCATVLVS *dialogo* 58. Nimirum Astrologus non aliud enunciat, quam quod artis suae regulis putat congruere; cum cuius vanitate error eius consentiens a dolo eum defendit, & praeterea alia lege punitur. Adde, etiam eos non raro rogatos aut iussos pronunciare. Vbi non possum non meminisse Nicolai Zorawski, Poloni, Medicae artis tum & Matheseos professione clari, qui ex astrorum ordine & influxu, vt futura introspiceret, inductus (renuerat autem diu, donec mandatum, minae etiam ex Gynaecei penetrali mitterentur) postquam planetarum domos & coniunctiones benigniores aut contra, cum regia genesi contulisset, & coeli imaginem ac constitutionem siderum deprehenso themate in tabulam effinxisset, primum quidem ambigua de exitu belli, & tandem vehementi iussione coactus, cum semel atque iterum intentissime astra speculatus esset, retulit: *Casimirum Regem non inglorie post tot casus & clades regnum recipere posse, non tamen illi, vt Regi, & in Polonia moriendum, ex fatali siderum positu coniicere.* Vt refert VESPASIAN. A KOCHOW. *Annal. Polon. climact. 2. libr. 1. ad A. MDCLV.*

§. II.

Dissimilis est ratio illius, qui testi contra se producto crimen obiicit falso. Nam, quod aliqui talem iniuriae crimen contrahere negant, interque eos FACHINAEVS *l. 9.*

contr. 13. nixi inprimis *l.* 12. *D. de iniur. l.* 44. *D. de iure fisici.* & quia testem obiecto crimine refutans, id non iniuriandi, sed sui defendendi causa faciat; nemini autem iniuriam inferre, qui iure suo vtitur. *l. nullus D. de Regulis Iuris.* non immerito aliis displicuit. Neque vero, vt recte ait TVLDENVS *C. de iniuriis n.* 3. defendendi munus sufficit. Non enim ius tibi est, mendacio & calumnia te defendere: atque ita regula illa cessat. Et quidem ita animus tuus defensionem spectat, vt primo incumbat in testis infamationem, tanquam defensionis fundamentum: defendere enim causam vis, detracta testi fide. Ad hoc obtinendum id agis, vt testem infames. Non ideo ergo impune testem infamabis, quod id ad vtilitatem tuam referatur: sufficit enim, quod intentio tua in vtrumque referatur, & quidem non minus fere studiose in contumeliam, quam in defensionem, quia quisque fere odit eum, cuius testimonio premitur. Nec mouet illa lex, quae ab iniuria excusat eum, qui, vt euictionem sibi conseruet, in seruitutem petit eum, quem scit liberum. *d. l.* 12. quia totum hoc non serio, nedum infenso animo, sed dicis causa geritur, iuxta *l.* 19. §. 3. *D. negot. gest.* Multo minus mouet altera lex, delationis infamia eum liberans, qui protegendae suae causae gratia aliquid ad fiscum nunciat. Aliud enim est, crimen alicui impingere, aliud, ex bonis eius aliquid fisco nunciare, tanquam ad ius eius pertinens. Tentemus tamen opinionum harum concordiam. Igitur, qui animo iniuriandi falsum crimen obiecit testi, tenetur, qualis vtique praesumitur, quippe in actu illicito, nisi contrarium, id est, de errore doceatur. Ergo tum demum excusabitur, cum rumor saltem vel coniecturae obiecti criminis exstiterunt. GRIVEL. *Decis.* 100. Ignoscendum enim est ei, qui non doli & falsi conscius, sed nimia credulitate arripuit, quod defensioni suae conducebat. *l.* 1. §. *non citius. D. ad SCtum Turpil.* Idem est, si defecerunt vel a teste, vel a parte impediti, qui probationem promiserunt. SVRDVS *Decis.* 89. Non probo conciliationem COSTALII de causa ciuili & criminali, quia qualitercunque sanguinem redimenti ignoscendum sit; id enim tum demum procedit, si alteri non nocetur. Hucusque TVLDENVS. Addatur CARPZOV. *p.* 4. *const.* 42. *def.* 7. *&* 8. BRVNNEMANN. *Cent.* 1. *Dec.* 90. HVBER. *praelect. ad I. tit. de Iniur. n.* 1. Rectius asseritur, testi, quod profert, iniurioſum non nocere. MEVIVS *P. IV. Decis.* 20.

§. III.

Caeterum Chiromantae ex fortuitis volae linearum ductibus non pauciora fere, quam Astrologi ex siderum dispositu, augurantur. Igitur, si ille virginem, quae manus suas inspici voluit, meretricem designet, eundem non minus, quam Astrologum, ab iniuriarum actione absoluemus. Vt recte scripsit D. RHETIVS *Dissert. de Virgin. c.* 3. Simili ratione dicemus, si Medicus consultus lepra aut morbo gallico aliquem laborare dicat, eum, vtut errauerit, iniuriarum actionem iure non vereri. Cum HARPRECHTO Colleg. Iur. Argentorat. *ad tit. D. de iniuriis.* §. 12. *n.* 39.

CAPVT XVIII.

MVTVS ET SVRDVS CRIMINI RESPONDENS.

§. I.

INspectio non vna heic occurrit. Fit enim interdum, vt quis se mutum & surdum simulet. Vbi, vt ratio non vna est, id indagandi: ita non est dubium, posse eam ob

Digitized by Google

ob causam aliquando torturam adhiberi. v. BRVNNEMANNVS *Cent.* 1. *Decis.* 63. Conf. FINCKELTHAVS. *obs.* 45. *quaest.* 1. vbi Collegium ICtorum Lipsiensium respondit: Es werden aber also dann ein Medicus und bewährter Chirurgus hierzu gezogen, welche sich mit allem Fleiß zu erkundigen pflichtig, ob der gefangene Stumme einen solchen Mangel an der Zungen habe, also, daß er zu reden nicht vermöge. Wann nun diese Besichtigung, wie sie allenthalben befunden, uns anderweit zum Versprechen überschicket wird, so ergeht darauf ferner, was recht ist.

§. II.

Si mutus & surdus sit natura, hunc multi pupillo infanti aut furioso comparant, & a brutis parum differre, aiunt. FINCKELTHAVS. *d. obseru.* 45. *n.* 8. *& seq.* At nos hoc perpetuo verum esse, negamus. Nam primum exemplo id non vno reuincitur. Ita BRVNNEMANNVS *ad l.* 10. *C. qui testam. facer. poss.* memorat, in Ciuitate & Academia Francofurtana fuisse ciuem natura mutum & surdum, qui artem suam non tantum exacte didicerit, sed etiam animi sensa aliis exquisite communicare potuerit; adhaec nouellas fere primas in ciuitate nouerit. Adde alia exempla apud RVDOLH. AGRICOLAM *l.* 3. *de inuention. c. vlt.* FRANCISC. BALDVINVM *ad* §. *praeterea I. quibus non est permiss. facere testament. n.* 14. RVTGER. RVLANT. *l.* 2. *de Commiss. c.* 16. *n.* 5. *p.* 60. Deinde tales arte quadam edoctos loqui, scribere, legere ac intelligere scriptores, complura itidem exempla loquuntur apud PVFENDORF. *l.* 4. *de Iure Natural. & Gent. c.* 1. §. 3.

§. III.

Modum procedendi contra tales, cum accurate definiuerit ordinatio Ludouici XIV. Galliarum Regis, circa causas criminales *tit.* 18. lubet inde huc transcribere *Artic. I. Si, qui accusatur, mutus aut vsque adeo surdus sit, vt audire prorsus nequeat, iudex ipsi ex officio Curatorem, legendi scribendique peritum, nominabit. Art.* 2. *Curator iusiurandum praestabit, pro virili ac fideliter accusatum a se defensum iri, cuius in actis mentio fiet sub poena irriti. Art.* 3. *Curator remotis arbitris ex accusato per signa aliosue modos causam eius condiscet. Art.* 4. *Mutus aut surdus, scribendi peritus, responsiones suas omnes, nec non dicta & exceptiones aduersum testes scribere ipsemet & annotare poterit, a curatore suo pariter consignanda. Art.* 5. *Si surdus aut mutus nescit aut recusat scribere, curator ipso praesente respondebit, exceptiones contra testes suppeditabit, & intererit actibus omnibus, quemadmodum accusatum facere par erat, eademque solennia obseruabuntur, excepto, quod curator capite nudo in praesentia iudicum tempore nouissimae interrogationis stabit, qualiscunque etiam conclusio aut responsio contra accusatum feratur. Art.* 6. *Si accusatus est, aut mutus aut surdus, aut surdus & mutus simul, acta processus omnia mentionem facient, curatorem ipsi adstitisse, sub poena nullitatis, expensarum, damni & interesse partium contra iudices. Sententia tamen definitiua nonnisi accusati mentionem faciet.*

CAPVT XIX.

IMPVBES CAPITE DAMNATVS

§. I.

ETsi POMPONIVS dicat apud VLPIANVM *l. cum autem.* 23. §. 2. *D. de aedil. edict. Neque impuberem, neque furiosum capitalem fraudem videri admisisse,* tamen experientia

Digitized by Google

rerum magistra docet, aliquando inueniri *puerum*, vt APVLEIVS *apologia pro magia* ait, *prius robustum scelere, quam tempore; ante nocentem, quam potentem; viridi pueritia, cana malitia; nondum poenae, iam iniuriae sufficientem.* Tales etiam ob furtum, habito prius cum iurisperitis consilio, vltimo supplicio puniri posse, non obscure innuit CAROLVS V. Imp. *Ordinat. Criminal. art.* 164. vbi etiam definitur: tam foeminarum quam masculorum aetatem in criminibus quarto decimo anno finiri. Conf. *l. 6. C. ad L. Cornel. de Sicariis.* Sed iuuabit exempla audire.

§. II.

Apud Athenienses, vt AELIANVS *l. 5. var. histor. c.* 16. refert. *Puer auream laminam, quae ex Dianae corona deciderat, cum sustulisset, nec latuisset, in iudicium adductus est. Iudices igitur crepundia, talos & laminam auream proposuerunt puero: qui quum iterum ad aurum se contulisset, plexus est tanquam sacrilegus: neque aetati veniam dederunt, sed flagitium & scelus vindicarunt.*

§. III.

Ex seculo sexto decimo exemplum memoriae prodidit, WIGVLEVS HVNDIVS, **Bayerischen Stammen-Buchs** *part. 2. sub gente Machslrain p.* 156. Augustae Vindelicorum Georgium a Machslrain nefarie occiderant, & suppellectilem eius diripuerant Oeconoma, ac puella tredecim, puer duodecim annorum. Cum vero grauis dubitatio exoriretur circa poenam horum impuberum, lege illius Ciuitatis statuente, vt nemo, nisi quindecim annos natus, vltimo supplicio afficeretur: placuit, ablegare Conradum Peutingerum, Senatus Graphiarium, cum Senatore alio ad Maximilianum Imperatorem, id nominis primum, qui, re discussa, & cum Iurisprudentibus communicata, pronunciauit, ob homicidium adeo dolosum Oeconomam ac puellam viuas defodiendas, (en consuetudinem illius temporis in Germania, quae olim quoque in Francia viguit, hodie adhuc in Suecia est, foeminas defodi viuas. v. STEPH. BALVZIVS *vit. Papar. Auenionenf. p.* 592.) puerum decollandum esse. Id quod factum mense Ianuario A. MDV.

§. IV.

Ex seculo septimo decimo BRVNNENANNVS *cent. 4. Decis. 2.* id narrat: *Puella aliqua, Dorothea, agens annum 13. instigatu alterius, Euae, septies ignem subiecerat molitoris alicuius aedificiis, adeo, vt tandem illae ades, in quibus molitor commorabatur, combustae sint. Quaeritur de poena? Ob aetatem a poena viuicomburii absoluebatur, sed ob insignem malitiam, quae aetatem praecurrebat, gladius dictabatur, cadauere vna cum consultrice viua comburendo, per l. excipiuntur.* 14. *ff. de SC. Syllan. Const. Crim. Car. V. Art.* 164 *Carpz. quaest.* 143. *n.* 48. *Anton. Matth. p.* 674. *Et ita decis. mense April. A. MDCLX. Additum tamen mense Maio, ius aggratiandi supremo magistratui competere.* Adde alia exempla apud STRVVIVM *c.* 19. *Obseruat criminal. 2. vsque ad 9. & de impuberibus magiae reis,* HARPRECHT. *conf. 7. n.* 315. *seq.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT XX.

INNOCENS IVRE EXVL.

§. I.

VEre IASON apud EVRIPIDEM *Medea:*

Πολλ' ἐφέλκεται φυγὴ
Κακὰ σὺν αὑτῇ:
Exilium multa trahit
Mala secum.

Apud eundem Chorus:

Μόχθων
Δ' οὐκ ἄλλος, ὑπερθεν
ἢ γῆς πατρίας ςέρεσθαι:
Malum enim
Non aliud maius est,
Quam solo patrio priuari.

Et tamen fit interdum, vt innocens eam poenam iure patiatur. Exemplo est vxor, quae maritum, quamuis ob delicta relegatum, sequi cogitur. Vt multis Theologis pariter ac ICtis visum, quos profert MEVIVS *ad l. 1. Iur. Lubecens. tit. 5. art. 10. n. 61.* Conf. SCHNEIDEWIN. *ad tit. I. de nuptiis part. 4. n. 49.* BEVSTIVS *de matrimon. part. 2. c. 13.* HARTMANN. PISTOR. *obseru. 148. n. 1. seq.* Cuius iuris ratio est consociatio aduersae pariter ac prosperae fortunae in matrimonio, quod ob delictum non soluitur: &, licet adulterium diuortio causam praebeat, si tamen vxor pro marito intercedat, non est, quare postea eum comitari detrectet, modo pure voluntatem hancce suam declarauerit, eandemque a conditione, si marito in patria manere liceat, haud suspenderit, vt pluribus docuit FINCKELTHAVS. *appendic. obseru. 9.* HARTM. PISTOR. *d. 148. n. 5. seq.*

§. II.

Enimuero hoc exilium intuitu vxoris proprie poena non est; Effectus potius poenae in eam redundat. Hinc nihil vetat, vxorem subinde in patriam reuerti, & de bonis suis disponere Quin, si ratio rei familiaris, vtilitas liberorum communis, aut honestas vxoris non permittant, vt ea maritum sequatur, iudex horum quoque rationem habebit, nec desideriis maritalibus gratificabitur, vt post alios recte monuit CARPZOV. *quaest. criminal. 130. n. 46. 47.* Conf *part. 4. const. 47. def. 7. 8.* MEVIVS *d. l. n. 63.* RICHTER. *Decis. 9. in fine.* v. STRYCK. *de desert. coniug. malitios. §. 18. sect. 6.* In pactis Romanorum cum Nabide, Lacedaemoniorum tyranno, est apud LIVIVM *l. 34. c. 35. Inuita* (coniux) *ne qua exulis comes esset.*

§. III.

Subsisto autem, an huc pertineat Ostracismus. Eo quidem vti ciuitates, quae a multitudine reguntur, obseruauit ARISTOTELES *III. Pol. 9. Haenamque*, inquit, *videntur maxime omnium sequi aequalitatem. Quare eos, qui conspiciuntur plurimum antestare potestate, propter diuitias vel multitudinem amicorum, aut alias quasdam huiusmodi opes, notabant, & e ciuitate eiiciebant ad certa quaedam tempora.* Verum addit ARISTOTELES: huiusmodi ciuitates non spectasse ad suae propriaeque Reipublicae vtilitatem, verum seditiose vsas ostracismis.

Digitized by Google

CAPVT XXI.

LEGATVS NON SANCTVS.

§. I.

LEgatos praestat inuiolabiles non gentium ius, vt vulgo putatur, sed instituti ipsius ratio. Nimirum legatus proprie dictus mittitur a summo imperante ad aequalem, qui, si illum recipit, eo ipso eidem securitatem tacite promittere videtur, &, nisi reciperet, humanae vitae commercia tollerentur, nec stare posset maior illa gentium societas. Est ergo legatorum sanctitas ex illo iure naturali, quod hypotheticum vocamus. Nam, dum iure libertatis naturalis ciuitatum rectores mittere legatos possunt, idque inter liberos populos passim vsurpatur, periret profecto vtilissimum hocce institutum, nisi legatis constaret sua sanctitas, maxime, cum hi mittentium referant personas, & ius ipsum naturae pares tractari, vt pares, velit. Ast, vt in aliis rebus, ita hic exceptio non vna est.

§. II.

Vere GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 18. §. 5.* negat, legem de non violandis legatis pertinere ad eos, per quorum fines transeunt legati: nam, si quidem ad hostes eorum eant, aut ab hostibus veniant, aut alioqui hostilia moliantur, interfici etiam posse. Idque exemplis probat. Quibus addo, quod verbis hisce narrat GRAMONDVS *l. 18. Histor. Gall. ad A. MDCXXIX. Pelsius, natione Zelandus, nobilis & Catholicus vir, cui commissum fuerat, vt pacta ad Rohanaeum perferret obsignanda, plagae ignarus per stagna Magolanae adiacentiae cum linguae & habitus errabat, coniectura pro Hispaniae Regis explo-ratore audit & capitur. Strenuus erat, & in omnes fortunae casus expeditus: coram iudice interrogatus constanter respondisse fertur: Catholici subditum se, eoque nomine innocentem. Ire se ad Rohanaeum nomine Regis sui; exsequendo pacto, de quo per delegatos conuenerat inuicem; de Regis Christianissimi fortuna ea conuentione actum, necne, parum sua interesse, qui debitam Domino suo fidem exsoluit: si moriendum, fore sibi ex laudabili facto glorioſum finem. Haec Pelsius coram iudice. Instabat Tolosano in Parlamento Procurator Regis, mortique deposcebat reum, excipiens: Regnis suos limites esse, queis circumscribitur auctoritas Regum; quae Rex Catholicus in Hispania edixerit, etsi maxime in Hispania valent, extra fines suos pro non scriptis habenda, extraneumque, in quo loco deliquit, puniendum ex lege regionis: alias impune ipsi fore, quandocunque auctorando delicto Principis sui mandata opponet: hoc interesse inter publicas & priuatas leges, quod hae indigenas tantum ligant, illae & ad extraneos porriguntur: pacem publici iuris esse, ideo, quicunque tandem violauerit, pro reo habendum. Longa altercatio fuit, tandemque capitalis poena indicta reo, quam subiit infracta constantia.* Simile exemplum A. MDXLI. statuerunt Hispani in Caesarem Fulgosium, virum multis eximiae virtutis ornamentis valde conspicuum, & Antonium Rinconium, Francisci, Galliarum Regis, legatos, Venetias per Padum nauigio petentes, & inde ad Turcicum Imperatorem, tum Caroli V. Imperatoris hostem, ituros. Quos, nescio, an contra ius gentium contrucidatos, recte scripserit PETRVS BIZARVS, *Genuens. histor. l. 21. ad d. A.* Conf. THVAN. SLEIDAN. *ad d. A.* Audi & exemplum, quod scriptor Polonus, VESPASIAN. A KOCHOW *Annal. Polon. climact. 2. libr. 5. ad A. MDCLIX.* commemorat: *Ipso ardescentis hostilitatis initio M. Ducis Moscouiae legatus, respirium ex via quaesiturus, Craco-*

Digitized by Google

Cracouiam diuerterat, cum vigili Magiſtratus ſedulitate detinetur in loco, donec ſiſtendum an dimittendum Rex decerneret. Viennam abit CC. Equitibus ſtipatus, etiam permultos mercibus onuſtos currus in quaeſtum negotiandi trahens. Non abs re, feruente iam bello, expediebat eum ſiſtere, quod hoſtis erat, iuſtiore forte detinendi cauſa, quam Chovvanski tractatus ſimulans, Geſienium captiuaſſet doloſe, ne dicam iniquiſſime. Caeſaris nihilominus amicitia tributum iri Rex voluit, vt liber mitteretur, quem retinendum multi cenſuere, vt qui legatus ad vicinos & vna explorator eſſe poſſet, ac forte fuerat.

§. III.

Sed nec ab hoſte ad nos venientes ſecuritate gaudent, literis commeatus haud muniti. Quod vero apud Romanos Feciales, poſtea apud Francos Heroldi, & abhinc in Europa Equites, qui milites dicebantur, inuiolabiles dicerentur, religioni adſcribendum. Plane, vt hodie apud Indos Sacerdotes, qui Bramenes vocantur, tempore belli vltro citroque ſecure ac tuto commeant, & inexpiabile ſcelus exiſtimatur, illos ſecus, quam opinio ſanctitatis poſtulat, attingere. Vt pluribus docui *Commentat. de Lytro S. I.* §. 8. Sane milites illos ſiue Equites gladios conſecratos ab altari accipere ſolitos, pluribus memorat IOANNES SARISBERIENSIS *in Polycratico l. 6. c. 10.* & PETRVS BLESENSIS *ep. 49.*

§. IV.

Quin & legati, eorumque comites, qui fide publica accepta apud nos agunt, ſi delinquant, ſecuritatem ſibi promittere haud poſſunt, quicquid dixerit GROTIVS. Apud EVRIPIDEM in Heraclidis dicenti Choro:

Μὴ πρὸς θεῶν κήρυκα τολμήσεις θένειν.
Ne per Deos aude percutere praeconem,

Reſpondet Demophoon.

Εἰ μή γ' ὁ κῆρυξ σοφρονεῖν μαθήσεται;
Niſi profecto iſte praeco modeſte ſe gerere diſcat, eum ſc. percutiam.

Quanquam tales legatos ſummi imperantes ob exemplum, quod viciſſim metuendum habent, plerumque, vt finibus ſuis excedant, iubere conſueuerunt, vel remittere cum poſtulato poenae aut deditionis. vid. CAMDENVS *hiſtor. Eliſabeth. Angl. Reg. ad A. MDLXXI. p. 220. & ſeq.* vbi elegans eſt diſceptatio cum Epiſcopo Roſſenſi, legato Reginae Scotiae, *& ad A. MDLXXXIV. p. 403. ſeq.* vbi de Bernardino Mendoza, Hiſpani in Anglia legato, regno excedere iuſſo. Nos circa exitum praecedentis ſeculi memorabile exemplum vidimus in Marchione, Carolo d'Aronges, Portugalliae Regis legato, Comitis Haluilli occiſore, quem Leopoldus M. Imp. impunitum dimiſit, a Rege ſuo puniendum. Henricus IV. Galliae Rex, cum Hiſpaniae Regis legatus, Balthaſar Zunica, ſcribam repoſceret, reſpondebat apud H. GROTIVM *l. 14. Hiſt. Belgic. ad A. MDCV. Si quis forte legatus arcana per artes rimaretur, diſſimulari mutuo & ignoſci: cruenta conſilia & iugulum petentia a ſe reſelli.* Tandem tamen ſcriba legato redditus, *probatumque Regi, dolos dolis, quam bello vlciſci.* E contrario Cromwelius A. MDCLIII. legati Portugalliae Regis fratrem, aliosque de eius familia, quod Nobilem Anglum nefaria caede occidiſſent, ex ſententia ICtorum Anglicanorum capitali ſupplicio addixit.

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Quod si ciuis originarius sit, & ministerio Reipublicae illigatus, simul autem legatum assiduum externorum Principum in ea agat, non dubitamus, talem contra leges officii delinquentem a Republica, cuius ciuis est, puniri posse. Exemplum insigne superius seculum vidit in Abrahamo Vicquefortio. Erat is natione Hollandus & Pensionarius, qui vertendis simul in alias linguas secretis literis a Statibus Hollandiae adhibitus, cum fidem silentii violasse, &, quae modis illicitis expiscatus fuerat, propalasse arguereturex decreto Curiae iustitiae, quae Hagae Comitum est, A. MDCLXXV. in ius trahebatur. Quanquam autem ipse commentario de legatis edito, satis prolixo, iniuriam sibi fieri, & ius gentium in se violatum, compluribus allatis exemplis, demonstrare conabatur, quod characterem Residentis, siue Legati assidui Ducis Brunsuigo-Luneburgici Cellensis, cui peculiariter innexus erat, Regis quoque Poloniae, Reginae Sueciae Christinae, & M. Ducis Hetruriae, quibuscum ipsi frequens literarum commercium, in ea Republica gereret; tamen ex altera parte deprehensum est, exempla adducta esse disparia, & personam, quam ab externis Vicquefortius habebat, non posse iustitiae subtrahere personam, quam a Republica & Patria acceperat, & in quam pariter, ac officium boni ciuis, deliquerat. Plane, vt duorum Principum legatus, contra eorum vnum peccans, puniri ab eodem poterit. Cuiusmodi exemplum Vicquefortius ipse protulit & probauit in legato Electoris Brandenburgici, quem hic in effigie Berolini suspendendum curauit, etsi idem eodem tempore nomine Sueciae Regis in Anglia legationem obiret. Caeterum exitus iudicii fuit, vt anni eiusdem mense Nouembre Vicquefortius ad perpetuos carceres condemnaretur, (in quibus etiam per annos aliquot detentus sit, donec siue solertia sua, siue conniuentia superiorum euaderet) & bona eius publicarentur. Abhinc ex decreto Ordinum Hollandiae in legem transiit, Hollandum, vtut externi Principis publico ministerio addictum, nihilominus in subditi conditione manere. v. DV MONT *memoires politiques pour seruir a la parfaite intelligence de l'histoire de la Paix de Rysvvick. tom. 4. p. 321. seq.* Si legatus aes alienum contraxit, in loco legationis eum conueniri non posse, ait H. GROTIVS. At Turcae aliter sunt persuasi. v. RICAVT. *l. 1. hist. Imp. Ottom. p. 227.*

CAPVT XXII.

SVMMVS IMPERANS, ILLVM, QVEM REGIT, SVPERIOREM AGNOSCENS.

§. I.

SVmmi imperantes, etiam qui sunt ἀνυπεύθυνοι, interdum ab illis, quos imperio suo obnoxios habent, conueniri se vincique patiuntur. PLINIVS *in Panegyrico suo de Traiano: Dicitur actori, atque etiam Procuratori tuo: in ius veni, sequere ad tribunal.* Sisimethra apud HELIODORVM *Aethiopicis l. X.* Τὰς ὑπεροχὰς ὁ δυσωπεῖ τὸ δίκαιον ἀλλ' ἔις ἐςὶν ὁ βασιλεύων ἐν ταῖς κρίσεσι, ὁ τοῖς ἐυλογωτέροις κρατῶν. *Fastigia dignitatis non respicit aequitas: sed is regnat in iudicio, qui probabilioribus vincit rationibus.* More hoc quoque Galliae Reges vtuntur, qui, ne regia maiestas detrimentum patiatur, per Procuratorem agunt & respondent. Exempla ex BODINO & aliis attulit LIMNAEVS *ad tit. 5.*

Digitized by Google

tit. 5. A. B. §. 3. obſeru. 1. Quibus adde illud Regis hodie regnantis, de quo non inſcitum exſtat Epigramma in Diurnis eruditorum Gallicanis ad A. M. DC. LXXXI. menſe Februario;

Regem inter populumque ingens de diuite fundo
Lis erat: Euentus Vrbs male tuta timet:
Stinduntur varii ſtudia in contraria Patres;
Rex propria, ſemet iudice, lite cadit.
Vinci dum voluit, potuit dum vincere, Patrem
Se populi, Regem ſe probat eſſe ſui.

Similia Regum Sueciae exempla commemorauit IOANNES SCHEFFERVS *memorabil. gentis Suecic. exempl. c. 11. §. 5. & ſeq.* Alia Principum Germaniae adducere poſſemus, ſi acta, quae ad Collegia ICtorum transmitti ſolent, de iis nos addubitare ſinerent.

§. II.

Enimuero, ſi Principes alicubi in proprio ſeſe foro conueniri patiantur ſuper debitis & ſimilibus cauſis, id non fit, vt recte obſeruauit PVFENDORF. *L. 7. de I. N. & G. c 6. §. 2.* quaſi forum iſtud agnoſcerent ſe ſuperius: tantum enim liquide actoris ius cognoſcere cupiunt; de quo vbi conſtiterit, obligationem ſuam vltro explere volunt. Nimirum ex contractu & promiſſo Regis naſcitur vera & perfecta obligatio hactenus, vt declaretur ius creditoris, ſed coactio ſequi non poteſt, ob ſtatum eorum, quibuscum negotium eſt: nam ſubditis cogere eum, cui ſunt ſubditi, non licet: ſed aequalibus in aequales id ius eſt a natura; ſuperioribus in ſubditos etiam a lege. H. GROTIVS *L. 2. de I. B. & P. c. 14. §. 6.* Theudotes, Oſtrogothorum Rex, apud PROCOP. *I. Gothicor. Legatorum venerandum eſt nomen, & apud gentes omnes honoratum.* Sed tamdiu ſui reuerentiam ſibi praeſtant legati, quamdiu modeſtiam ſibi cuſtodem adhibent, ne legatis decora egrediantur. Alioquin, ſi legatus Regem contumeliis inſultet, ſi alienum lectum polluat, etiam interfici eum iure poſſe, conſentit humanum genus.

CAPVT XXIII.

HOMAGII INSOLENS FORMVLA.

§. I.

HAbent Ciuitates Imperiales hoc ſingulare, quod Imperatori ſinguli earum ciues & incolae iurent, aliter ac in Principatibus & Comitatibus, in quibus regionum Domini tantum vaſallagium Imp. & Imperio praeſtant. (v. STRAVCH. *ſpecim. iur. publ. l. 1. tit. 19. §. 6.*) Eſt autem prorſus inſolens formula, qua Inclytam Coloniam Agrippinenſem vſam ſcribit BESOLDVS *Diſſert. de Iure & Imp. Ciuitat. Imper. §. 5.* Dieſen Tag heut, und dieſen Tag all, und von dieſem Tage fort, hulden wir freye Bürger von Cölln, unſerm lieben Herrn Herrn N. Röm. König getreu und huld zu ſeyn, behalten uns, unſern Weibern und Kindern, unſerer Stadt von Cölln Recht und Bürger-Freyheit, ſonder Argeliſt.

Digitized by Google

§. II.

Tenuit nos curiositas, vt exquireremus, vtrum formula haec hodienum adhuc obtineret, & certa fide accepimus, A. MDCLX. & MDCCV. aliam adhibitam fuisse, sed datis a legato Caesareo reuersalibus: Daß die Veränderung der Stadt Cölln und Bürgerschafft an allen deren Vortheilen, so ihnen vermög und in Krafft der alten formulae zukommen möchte, ohnnachtheilig seyn solle.

CAPVT XXIV.

INSOLENS SCABINORVM IVDICII WESTPHALICI IVRISIVRANDI FORMVLA.

§. I.

VEre scripsit AENEAS SYLVIVS *de statu Europae c. 29. Scabinos Iudicii Westphalici secretos habere ritus & arcana quaedam, quibus malefactores iudicant. Ea nondum quisquam repertus est, qui vel pretio reuelaret.* Quibus consona tradit MVNSTERVS *l. 3. Cosmograph.* Sie haben etliche heimlich gestärckt und verborgene Satzungen, nach denen sie die Ubelthäter richten, und halten sie auch also heimlich, daß noch keiner erfunden ist, der um Geldes willen, oder von Furcht wegen, etwas davon hätte geoffenbahret. IOANNES TRITHEMIVS *de Grammatica Theodisca* IMP. CAROLI M. *ab Otfrido absoluta apud* LAMBECIVM *l. 2. Biblioth. August. Vindob. c. 5.* Hodie Scabinos vulgo Frymeros, Latine autem Scitos appellamus, qui notis vtuntur occultis, quibus se mutuo Scitos intelligunt, iudicium in reos, quod CAROLVS M. dedit, in hodiernum vsque diem facientes. Conf. AVENTINVS *l. 4. Annal. Boiicor.* Comprobat hoc formula iurisiurandi, quo Scabini iudicii huius, die Frey-Schöffen, obligabantur, quamque ex MSto de modo procedendi in iudiciis hisce vsitato, circa tempora FRIDERICI III. Imp. vt videtur descripto, heic excerptam damus, vix ab Oedipo soluendam: Ich gelobe bey der heiligen Ehe, daß ich nunmehr die Fromme will wahren hüden und heelen vor M. vor V. vort vor E. vor st. vor s. vor 9. vor g. vor alle Q. und vor alle G. vor s: vor m. vor w. vor v. vor alle C. Vor alles das, was zwischen Himmel und Erden 9. H. lassen werden, besonder den Mán der diß recht kan H. g. und die betwa H. und Hn. kan und to re hey, und daß er wolle vorbringen vor diesem Freyen-Stuhl oder von einem andern in der H. Ach des Königs, daß er für wahr weiß, oder von warhafftigen Leuten hören sagen, daß zu Wege und Strassen gehet, daß f. f. sind, daß das gerichtet werde oder mit Gnaden gefristet mit Willen des Klägers, und will das nicht lassen umb L. noch umb L. noch umb s. noch umb 9. umb v. umb m. s. umb b. umb m. umb v. noch um einigerley d. d. g. h. l. werden, und starcken fort diß Gericht und Recht nach allen meinen Vermögen, und daß ich diß Recht anders nirgends umb auch mich einnehme, denn umb des Rechten willen, und daß ich diesen Freyen-Stuhl und Frey-Gericht forter will ehren und fördern der andern Frey-Stuhle und Frey-Gerichte, und was ich hier gelobe, daß ich steh und fest halten will, daß mir GOtt so helffe und seine Heilige, dann so schweige alle man stille.

Hinc

Digitized by Google

Hinc non temere coniicimus, dicta iudicia haec etiam in tabulis publicis **Still-Gerichte, heimliche Gerichte, heimliche Geding, verbotene Gerichte**, iudicia vetita. Nimirum, quod vetitum esset, eorum arcana propalare, &, vt AVENTINVS loquitur, quod ius silentio & taciturnitate sacrosanctum esset. Quanquam alii alias huius rationes reddant.

§. II.

Obiter heic addimus, quod *Dissert. de Consultat. LL. & Iudic.* §. 20. iam obseruauit, iudicia haec hodie in Westphalia nondum ab vsu recessisse, vtut intra arctissimos limites redacta. Id quod inter alia etiam confirmat pactum Herberhusanum, A. MDCLXVI. inter D. Hermannum Adolphum & D. Casimirum, Comites Lippiacos, initum: **Nachdem auch zum zwantzigsten Herrn Herman Adolphs Hoch-Gräfl. Gnaden vorbringen lassen, was massen Ihro Churfürstl. Durchl. zu Cölln darauf dringen, daß das Frey-Gerichte und die Frey-Stühle wieder in vorigen Stand gebracht würden, und in Herrn Casimirs Hoch-Gräfl. Gnaden Aemtern, Blomberge und Bracke, einige im Churfürstl. Cöllnischen Lehen-Briefe benannte Stühle wären, und dafern die Bestellung (darunter die Anordnung der Freyen-Schöffen mit begriffen) nicht würde begehrter massen geschehen, die Beysorge vorhanden, daß Ihro Churfürstl. Durchl. ein anders verordnen, und dahero begehret, daß Herr Graf Casimir den Frey-Grafen in Bekleidung des Freyen-Stuhls und der Freyen-Gerichte nicht möchte verhindern, haben Herr Graf Casimir Hoch-Gräfl. Gnaden erkläret, daß Sie nicht bedacht wären, einige Verhindern hierin zu thun.**

DE PAROEMIIS IVRIS GERMANICIS, LIBRI TRES.

PROLEGOMENA.

§. I.

An otiosa sit ac vana congerendarum iuris paroemiarum opera.

INanem aut certe non neceſſariam in congerendis, quae ſparſim reperiuntur, & explicandis Germanorum ius continentibus paroemiis operam poni, exiſtimari poterat, quando non deſunt, qui eas nihil probare, nec conſuetudinem inducere, nec ſcriptum ius euertere, fidenter affirmant. v. BERLICH. *D.* 299. *n.* 38. FINCKELTHAVS. *obſ.* 37. *n.* 46. conf. RENNEMANN. *de retorſ. part.* 3. §. 28. ANTON. DE FREVNDBERG *de Reſcript. morator. in epilogo n.* 23. AB ESSBACH. *not. ad Carpzou. p.* 2. *conſt.* 6. *def.* 14. Et iam olim a CEPHISODOTO, Iſocratis diſcipulo, reprehenſus ARISTOTELES, ὡς ὐ ποιήσας λόγυ ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, *quaſi operae pretium non feciſſet coaceruandis adagiis.* Vt eſt apud ATHENAEVM *lib. II.* Δειπνοσοφ.

§. II.

Quod viri temporum omnium grauiſſimi negant.

Enimuero, uti praeter ARISTOTELEM ſummus eius diſcipulus, THEOPHRASTVS, & alii in literis eminentes viri, quos nominat GERHARD. IOANN. VOSSIVS *de Philolog. c.* 6. argumentum idem tractauerunt, ita ab eodem ARISTOTELE non iniuria inter argumenta ἄτεχνα, velut illuſtre teſtimonii genus, paroemiae reponi videntur, a FABIO etiam *l.* 5. *orator. Inſtit.* Deorum ſubiungi oraculis; quoniam, vt ibidem legas, *non duraſſent aeternum, niſi vera omnibus viderentur.* SYNESIVS, Cyrenenſis Epiſcopus, *in encomio Caluitii:* Ἡ παροιμία σοφόν. Πῶς δ' ἐχὶ σοφόν; περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησίν, ὅτι παλαιᾶς εἰσὶ φιλοσοφίας ἐν ταῖς μεγίσαις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομέ ης ἐγκαταλείμματα περισωθέντα διὰ συντομίαν, καὶ δεξίοτητα. Παροιμία δὴ καὶ τὸ πο καὶ λόγ ἔχων ἄξίωμα τῆς ὅθεν κατιδεῖν φιλοσοφίας τὴν ἀρχαιότητα, ὥσε βόιον ἐπιβλέπειν ἐν αὐτῇ. Πάμπολυ γὰρ οἱ πάλαι τῶν νῦν εἰς ἀλήθειαν ἐυσοχώτεροι. *Paroemia quiddam ſapiens eſt. Quidni enim ſapiens quid? cum Ariſtoteles dicat, paroemias veteris eſſe philoſophiae, magna humanarum rerum calamitate deperditae, reliquias quasdam, partim ob compendium ac breuitatem, partim ob gratiam quandam ac dexteritatem perdurantes. Prouerbium enim ſermo eſt dignitatem habens, e philoſophia, vnde antiquitatem traxit, depromtum: adeo, vt graui ac torno vultu eam intueatur. Veteres enim longe perſpicaciores fuere in veritate agnoſcenda, quam qui nunc ſunt.* Haec SYNESIVS. Quae licet paulo liberalius dicta videri queant, multum tamen veri habent. v. H. CONRING. *de pr. ciuili c.* 14. *p.* 343. Et non inſcite nouellus ſcriptor noſtras D. SCHOTTEL. in der Sitten-Kunſt *l.* 3. *c.* 5. §. 7. Ein Sprichwort (nemlich Worte, ſo von allen ge-

geſprochen und zu einem Ja gemacht worden) nimmt ſeine Ankunft, als ein eigenes gebohrnes Lands-Kind, im Lande, wächſet und wird gebohren den Lands-Leuten im Munde, und iſt alſo ein natürlicher Klang und Sprache, und ein Ausſpruch und Schluß deſſen, was als eine Grund-Lehre bekannt und beliebet worden. Addit: Es kan eines groſſen und wichtigen Handels Ausſpruch durch ein Sprichwort offt geſchehen. Diuinae literae interdum ad prouerbia prouocant. 2. *Petr. II.* 22. Christvs ipſe allegauit prouerbia. *Iohann. IV.* 37. Hie iſt der Spruch wahr: Dieſer ſäet, der andere ſchnitet. Didymvs decem libros Prouerbiorum compoſuit. Helladivs *Beſontin. Chreſtomath.* Plato γνώμην vocat παλαιὸν λόγον. Plavtvs & Terentivs verbum vetus. Aristoteles *lib. 15. Rhetor. n.* 20. Prouerbia, quaeque vulgo iactata ſunt, teſtimonia ſunt. Sophocles βραχεῖ λόγῳ καὶ πολλὰ πρότινεῖται σοφὰ. *Sapientia ampla ſaepe in ſermone breui.* Conf. Grotivs *ad Eccleſiaſtic. III.* 31

§. III.

Ex quibus ſimul intelligitur, παροιμίαν, quae Latinis adagium ſiue prouerbium, heic laxiore a nobis notione accipi, vt complectatur quoque γνώμας, ſiue ſententias celebres, breues & argutas. In ſtricta enim & propria ſignificatione prouerbium eſt *oratio vulgata allegorica*, aut, ſi latine mauis efferre, *alludens ſiue innuens*, vt definiuit Ivlivs Caesar Scaliger *l. 3. Poetic. c.* 83. ita prouerbia diſtinguens a ſententiis, quarum ſignificatio ſimplex eſt & aperta. Conf. Erasmvm *Chiliad. 1, adag. a pag. 6. ad* 20. Quae ſtrictior ſignificatio origini vocabulorum videtur magis conuenire. Prouerbium enim dictum inde, quod verbum ex ſe ſit, ac praeterea pro alio verbo, id eſt, ſenſu ſupponatur: adagium non a circumagendo, quia in ore hominum circumferatur, quaſi circumagium, ſed quod e ſua prima ac propria ſignificatione agatur ad aliud iudicandum. Παροιμίαι a citharoedis translata, quippe qui prius, quam cantiones inſtituant, modos quosdam faciunt, quibus introducunt auditores. Enimuero vſus vocabula haecce latius porrexit. Germani nuncupant Sprichwörter: hinc vulgo dicimus, & in Legibus prouincialibus Alemannicis aliquoties reperitur: wir ſprechen ſc. insgemein. De vocab. Παροιμία. v. H. Grotivs *ad Ioann. X. 6. & in excerptis Poëtarum p.* 62.

Quid paroemiae vocabulo intelligatur.

§. IV.

Paroemias huius notionis etiam in deciſionibus ſiue loco iurium poſſe allegari, docent Ioannes Andreae, Ioannes de Anania, Felinvs & alii *ad cap. etſi Iudaeos* 13. *X. de Iudaeis.* Pruckmannvs 1. *conſ.* 50. *n.* 180. & 2. *conſ.* 15. *n.* 70. & *conſ.* 3. *n.* 121. Wern. Thvmmermvth 2. *fundam. Par. Cur. n.* 16. Feltmannvs *Reſponſ. milit.* 7. *n.* 70. *ſequ.* & *l.* 1. *de titul. honor. c.* 8 §. 13. *c.* 87. §. 6. qui alios quoque proferunt. Caeteris paribus, &, ſi iuris ratio non laedatur, illas admitti poſſe, ait Finckelthavsivs *obſ.* 89. *n.* 40. Sane Iuris noſtri auctores ad eas prouocare non erubeſcunt, vt in *l.* 6. §. 3. *de offic. Proconſ. l.* 79. §. 1. *de legat.* 3. *l.* 1. *C. quando liceat vnicuique*, vbi affertur: *Melius eſt in tempore occurrere, quam poſt exitum vindicare.* Cui reſpondet Graecorum prouerbium: ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λώιον, ἢ τελετήν, *multo melius eſt mederi initio, quam fini.* Cuiusmodi plura adducit Gvido Pancirolvs *theſauri var. iuris lect. l.* 1, *c.* 80. Et in iure Prouinciali Alemannico, vt modo dixi, aliqua allegantur, cum dicitur: wir ſprechen: vt proinde paroemia iuris ſit quaſi Rechts-Spruch ſiue Rechts-Sprichwort. Vbi tamen obſeruandum, in paroemiis etiam locum inuenire, quod de regulis iuris Romani dixit Pavlvs ICtus *l.* 1. *D. de Reg. iur. Non ex regula ius ſumi, ſed ex iure, quod eſt, regulam fieri.*

Eas etiam in controuerſiis decidendis vſum habere, oſtenditur.

Digitized by Google

Nimirum apud Romanos LL. XII. tabularum, Plebiſcita, SCta & aliae huius generis leges erant, quae deinceps a Iurisprudentibus in ſummam cogebantur, vt in foro verſantes breuia quaedam & ad rem quamcunque enarrandam & decidendam appoſita haberent ſubſidia. In quibus pronunciatis vnluerſalibus condendis cum facile error committi potuerit, recte dixit ICtvs: *ex regula ius non fieri.* Innuens hoc ipſo, inprimis, ex quibus fontibus illae deriuatae fuerint, videndum eſſe. Qua proinde cura opus etiam eſt in paroemiis, quae reuera iuris Germanici regulae ſunt.

§. V.

Qui ſint parœmiarum collectores, praeſertim in Germania.

De collectoribus paroemiarum egit fuſe Daniel Georgivs Morhofivs egregio libro, cui *Polyhiſtoris* titulum indidit, *l. 1. c. 21.* Qui Germanicas conſignarint, recenſet de patria lingua optime meritus Schottelivs, *l. 5.* **Von der Teutſchen Haupt-Sprach** *tract. 3.* Sebastianvm Franckivm, Henricvm Bebelivm, Evcharivm Eyringivm, Ioannem Agricolam, Ioannem Olorinvm Variscvm, Ioannem Fischartvm, Ianvm Grvtervm, Henricvm Lavrentivm Spigelivm, Heinischivm, Lehmannvm, Harsdorfervm, Zinckgrafivm, Ioannem Leonardvm Weidnervm. Ex quibus iam nominati Agricolae liber, Magdeburgi A. 1528. editus, titulum praefert: **Drihundert gemeiner Spreckwörde, der wy Deutſchen uns gebrucken, und doch nicht weten, woher ſe kommen.** Ipſe quoque iam laudatus Schottelivs inſignem nobis earum catalogum texuit, quanquam ſine ἐκθέσει. His addantur Pavli Winckleri, Conſiliarii Brandenburgici, ſententiarum Germanicarum adagialium Chiliades tres, Anno 1685. ſub titulo **Guter Gedancken,** Görlizii editae.

§. VI.

In paroemiis iuris commentatum eſſe neminem praeter Antonium Matthaei.

Caeterum hi, quos nominaui, ſcriptores fere eas collegerunt, quae ad mores ſpectant. At paroemias iuris, qui in vnum faſciculum combinarit illuſtraueritque, videre licuit neminem. De Germanicis loquor: nam Belgicas ſub titulo: *paroemiae Belgarum ICtis viſitatiſſimae*, publicauit A. 1667. ICtus doctiſſimus, Antonivs Matthaei, vtut ſpicilegium forte aliis adhuc reliquerit: tantum enim nouem, quae ſequuntur, expoſuit: ex quibus Prima: **Een Wyf maeckt geen Baſtaert;** Secunda: **Man ende Wyf hebben geen verſcheyden Gout;** Tertia: **Erfnis is geen Winſte;** Quarta: **Een Jaer Rente is hondert Jaer Rente,** ſiue, **een Jaer Loeſinge is hondert Jaer Loeſinge;** Quinta: **Niemant kan geven ende houden;** Sexta: **De bloedige Hant en neemt geen erfnis;** Septima: **Meubelen en hebben geen Gevolge;** Octaua: **Het naeſte lyf. Den Man voor't Wyf. De outſte op der Straeten;** ſiue, vt effertur in *Conſultationibus Hollandicis*: *Part. 6. conſ. 104.*

De oudſte op Strate,
De naaſte in grade,
Manns vor Brouwen,
Zullen een Hollands Leen behouwen.

Nona: Praeſcriptie **van een derdendeel von hondert Jaren gaet vor alle Segel ende Brief.** Ex Friſicis vnam latine loquentem adduxit Vlricvs Hvbervs *praelect. ad tit. D. de ſponſal. §. 16. quando virgo eſt in naſſa, pereunt promiſſa.* v. Berger *reſolut. ad tit. de ſponſal. p. 523.* Suecicis ſaepe vſus eſt Ioannes Loccenivs *ſynopſi Iuris Suecici.* Galli complures habent: Le pied ſaiſit le chef. v. Wissenbach. *D. 10. ad I. §. 7.* Le Roi ne plaide pas ſaiſi. Cui ſimile Cliuenſium: **De Heer komt nie gepaendet te Hove.** v. Thomas *coroll. Diſſ.*

Digitized by Google

Diss. de praescript. regalium. Qui confisque le corps, confisque les biens. v. STOCKMANN. *Decis.* 105. Reges Galliae non moriuntur. v. LIMNAEVM *ad c.* 1. *A. B.* §. 19. *obs.* 1. conf. *ad c.* 28. §. 7. *obs.* 5.

§. VII.

Natum hinc nobis consilium, paroemias iuris Germanicas, quae in ICtorum libris sparsim leguntur, congerendi. Vbi inprimis operam posuimus, vt veram atque genuinam cuiusque sententiam erueremus, tum illas, quae cuiquam regioni sunt propriae, segregaremus ab aliis, quae vniuersum Imperium peruagantur. Ne vero confuse tractarentur, libuit eas in libros tres dirigere, quorum primus paroemias iuris priuati, iuxta Digestorum seriem, secundus paroemias iuris publici, tertius paroemias ad iurisprudentiam vniuersalem pertinentes complecteretur. In quo si omnium ingeniis non satis erit factum, apud aequos tamen iudices, vti quidem persuasi sumus, valebit; etsi pari facultate destitueretur conatus, non defuisse de patrio iure bene merendi voluntatem. Neque vero inuidentes nos habebit, qui, quae nos fugerunt, attulerit exposueritque. Sit ergo *Institutum Auctoris.*

PAROEMIARVM IVRIS GERMANICARVM LIBER PRIMVS.

CONTINENS PAROEMIAS IVRIS PRIVATI.

PAROEMIA I.

Ad tit. D. de iustitia & iure.

Juristen, böse Christen.

§. I.

MAgnam paroemia haec ICtis mouet status controuersiam, vt ne Christianorum quidem numero eos censeri velit. Non ignotum apud Belgas vulgare dicterium, cuius meminit NIC. HENEL. *Silesiograph. c.* 1. §. 36. *Syt ghy een guot Iurist, soo syt ghy een quaat Christ.* Hoc est: *Si bonus es Iuridicus, malus es Christianus.* Contra VLPIANVS ICtos iustitiae sacerdotes merito appellandos putat, quod iustitiam colant, & aequi bonique iustitiam profiteantur, aequum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes. *l.* 1. *de I. & Iur.* Adde THILONEM *de necessitate ICti* & alios. Ecquid igitur in causa est, vt tam infami paroemia ICtorum ordo adspergeretur? *Sententia paroemiae*

§. II.

Videtur praecipua a vetere Germaniae nostrae statu repetenda. Nimirum ante aliquot centum annos Germania nostra discordiis ciuilibus misere laborabat, frigebant iudicia, pro iure ensis erat, aut, si quae iudiciis, simplici profecto & superficiaria ratione secundum patria iura expediebantur. Igitur, introducto iuris Romani vsu, non potuit non multis displicuisse noua iurisprudentiae disciplina, &, qui eam profitebatur, ICtorum ordo. Ipsius FRIDERICI Imperatoris Reformatiõ Anni 1441. a GOLDASTO *p.* 1. *Eius occasio & causa.*

Der

Digitized by Google

Der Reichsſatzungen adducitur, qua Doctores iuris a conſiliis & iudiciis omnibus ſemoueri voluit. Sed GOLDASTVS, licet ante aſſeruiſſet, multis autographis doceri poſſe, reformationem illam ab ipſomet Caeſare eſſe propoſitam, mox tamen ſui immemor docet, a Germaniae Vrbibus in medium adductam eſſe in Comitiis imperii Germanici. Certe FRIDERICI Imper. diploma, quo Doctoralem iuris dignitatem Adolpho Gegenero contulit, quodque a manu mea acceptum Diatribae *de Grad. Academ. c. 6. §. 21.* inſeruit Vir Cl. doctiſſimusque D. CHRISTIANVS ITTERVS, luculenter oſtendit, aut decoxiſſe iam eo tempore omnem laudatiſſimi illius Imperatoris in ICtos iram, aut falſo eidem adſcribi allegatam Reformationem, vt recte iudicat idem D. ITTERVS *c. 9. §. 21.* Add. Priuilegium de A. 1471. quo Luneburgenſi Ciuitati facultatem dedit, vt Leges Imperiales per duos aut tres eius Facultatis DD. docerentur. Eſt. ap AVT. GERMAN. PRINCIP. ſub *Ducib. Brunſu. p. 96.* Quicquid tamen ſit, vndecunque iſtud ſcriptum profectum fuerit, indignationem in ICtos ſatis prodit. Scripſit circa tempora Friderici illius Imper. FELIX MALLEOLVS. Hic vero *in Dialogo de nobilitate & ruſticitate c. 1.* teſtatur, *Iuriſtas male Chriſtos vel malos Chriſtianos* vocitatos. Ibidem refert ex LOTTARIO Cardinale, qui Romanae, vt loquitur, Curiae mores nouerit medullitus: *Non attendunt Iurium miniſtri merita cauſae, ſed merita perſonarum; non iura, ſed munera; non iuſtitiam, ſed pecuniam; non quod ratio dictat, ſed quod voluptas affectat; non quod lex ſentit, ſed quod mens cupit; non inclinant animum ad iuſtitiam, ſed iuſtitiam declinant ad animum.* Addit: *Vtimur communi prouerbio:* ***quod bonus Artiſta*** (i. e. Iurisperitus) ***nunquam fiat bonus.*** *Et hoc ideo, quia tales Artiſtae conſueti nimium ſubtilitatibus verbalibus, quae iure noſtro omnino reprobantur.* Et ex IACOBI SOLODORENSIS *moralibus:*

Dirue Iuriſtas, Deus, vt Satanae cithariſtas,
Linguas venales qui ducunt & Symoniales,
O Deus, extingues hos pingues atque bilingues,
Frontis enim tritae ſunt, horrendae quoque vitae,
Hi ſunt fautores ſcelerum, fraudisque miniſtri: &c.

Idem MALLEOLVS *d. dialog. c. 33. Iuriſtas peſſimum genus hominum* nuncupat.

TIDERICVS LANGENIVS in Saxonia:

Sunt ibi Legiſtae multi, pariterque Sophiſtae.

§. III.

Quae ſingulatim repetitur a prauo ius Romanum interpretandi ratione.

Acceſſit aliud, ambitio nimirum prauaque libido quorundam, qui in ius ciuile cum immanes commentarios ſcriberent, pene omnia ſubtili argumentorum collectione in diſceptationem vocauere, iusque dedere nobis controuerſum, quod tam actoris quam rei partibus deſeruit: hinc nulla cauſa aequa iniqua, iuſta iniuſta reperitur, ad quam defendendam deſit Doctoris alicuius auctoritas aut cauillatio ab iis excogitata, qui intelligendo effecere, nihil vt intelligerent. Quae verba ſunt D. CVNAEI ICti *oratione 6.* Idem deplorans IACOBVS SPIEGELIVS *in Lexico, voce Ius Romanum: Feliciter*, inquit, *actum cum poſteritate erat, ſi ea tanta religione ſeruata curaſſemus, quanta voluit ſagaciſſimus Imp.* (Iuſtinianus) *Verum, vt ſingulis rebus ſua neceſſario peſtis oboritur, ne huic reip. parti deeſſet, obortum eſt abhinc ſexcentis annis nouum Interppr. omni barbarie & philoſophiae ignoratione contaminatorum genus, quod dum leges legibus componit, obſcuris tenebras fundit, opinione verius, quam veritate, nititur, incitauit tantam ſimilium turbam, vt in nulla vnquam*

arte

Digitized by Google

arte vel doctrina maior scripturientium libido fuerit ineptiaue maior. Lex vna, assumtum vnum, vox vna, quae ipsa vna tantum veritate niti potest, in sexcentos intellectus traduci coepta, quisque, quae cogitauit, aut somniauit potius, pro sensu attulit, obtrusit, verumque ipsum more Lesbiae regulae rebus ipsis, non res vero & regulae aptauit. Eam in rem etiam multis disseruit LVDOVICVS VIVES *de causis corruptarum scientiarum libro septimo*, PRASCHIVS *in ICto vero & person. §. 3. & sequent.* SLEIDAN. *l. 3. de quatuor monarch. p. 227.* Hinc IVLIVS CAESAR SCALIGER *l. 3. Poet. c. 3. Iurisprudentia*, inquit, *ex matrona facta est meretrix, ex regina tyranna, ex matre nouerca.* Quanquam benignius existimet GROTIVS, primis illis commentatoribus infelicitatem temporum saepe fuisse impedimento, cum alioqui satis solertes essent ad indagandam aequi bonique naturam, & saepenumero fieret, vt optimi essent condendi iuris auctores, etiam tum, cum conditi iuris mali essent interpretes, *proleg. de iure belli & pacis §. 53.*

§. IV.

Sed & intricata Processus, Pontificibus auctoribus introducti, ratio non parum labis affricuisse videtur iudiciis, &, qui iudicia moderabantur, ICtis. Audiamus CVIACIVM, qui *ad c. 1. vt pendente lite nihil innouetur*, isthaec notat: *Est haec species explicatu difficilis & certissimum indicium longioris moraе iudiciorum, quae per diuerticula & flexiones, ac veluti maeandros quosdam quaeritur ab vtraque parte, etiam hodie in vrbe Roma. Nullus est profecto in orbe locus, in quo lites prolixioribus & ambagibus & fallaciis intricatae sunt.* Addatur IDEM *ad c. 11. de Probat. & alibi.* CONRING. *c. 32. de origin. iur. Germanici p. 202.* *Et iure Canonico.*

§. V.

Superiori seculo exortum sectae genus, quod vniuersum ICtorum ordinem exterminatum ibat. Lepidam de Professore quodam Wittenbergensi, lue hac infecto, historiam narrat IOANNES MANLIVS *in collectaneis p. 487.* Non fuisse eiusdem mentis LVTHERVM, in cuius colloquiis conuiualibus paroemia haec legitur, & Augustana Confessio satis prodit, & ex iisdem colloquiis, quae tamen nunquam pro suis agnouisse LVTHERVM constat, docet BECHSTADIVS *praefatione libri de bello*, quam integram exscriberemus, nisi prolixior esset. *Superiori seculo secta genus exortum, quod vniuersum ICtorum ordinem abolere conabatur.*

§. VI.

Cum vero apud nos Canonum iura non, nisi in certis causis atque vbi rationi congruunt, sint recepta; simul autem, restituto bonis literis nitore, iura Romana accuratius, quam olim, & liquidius ex suis fontibus educantur; cui rei grauissimi ICti magno cum fructu consuluerunt, professa opera docentes, qua via ad augustum illud prudentiae templum enitendum sit, quos inter nominare tantum satis sit NICOL. HENELIVM *in Otio Vratisl. c. 53.* MEVIVM *prodrom. iur. natur. insp. IX.* MAVRITIVM *praefat. consil. Chilonens.* laudatum PRASCHIVM *de ICto vero & personato.* BOECKELMANNVM *praefat. ad compend. Instit.* VLRIC. HVBERVM *de ratione iuris docendi & discendi diatribe*; postremo summi imperantes studeant, vt ne alii, quam probatae vitae & doctrinae, iuri reddendo vel docendo adhibeantur; facile patet, quid hodie de paroemia hac existimandum sit. Vere enim CICERO *l. X. de LL potius ignoratio iuris litigiosa est, quam scientia.* Habet, si fateri licet cum PRASCHIO, ars aequi & boni sua propudia, sed commune hoc habet cum aliis artibus, nec paucorum crimen in omnium culpam trahi, ius vel aequitas permittit. Add. IAN. NICIVM ERYTHRAEVM *l. 1 pinacothec. p. 272.* *Quid hodie de ea habendum.*

Digitized by Google

Ad Tit. D. de SCt. & longa consuetudine.

PAROEMIA II.

Ländlich, Sittlich.

SIVE

Landes-Weise ist Landes-Ehr.

Instituta cuique populo propria.

TEstem de ea habemus Schottelivm *l. 5.* **von der Teutschen Haupt-Sprache** *tr. 3.* Exprimit autem Graecorum illud: χώρᾳ καὶ νόμῳ, a quo non abludit Hebraeorum prouerbium, quod Christophorvs Cartwrigtvs *l. 5. Mellific. Hebr. c. 12.* consignauit: *Intrasti vrbem, ambula iuxta ritum eius.* Habessinorum apud Lvdolph *in commentar. ad hist. Aethiop. p. 560. Quum profectus fueris in regionem alienam, non sis, sicut tu, esto, sicut illi.* Cornelivs Nepos *praefat. vitar. excellent. Imperat. Non eadem*, inquit, *omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia maiorum institutis iudicari.* Addit: *Nulla Lacedaemone tam est nobilis vidua, quae non ad scenam eat, mercede conducta. Magnis in laudibus tota fuit Graecia, victorem Olympiae citari. In scenam vero prodire, & populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini: quae omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur. Contra ea pleraque nostris moribus sunt decora, quae apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet, vxorem ducere in conuiuium? aut cuius materfamilias non primum locum tenet aedium, atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Graecia: nam neque in conuiuium adhibetur, nisi propinquorum, neque sedet, nisi in interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur, quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione coniunctus.* Ivstinvs, aut quisquis est scriptor vetustissimus ad Diognetvm: *Christianos*, ait, *viuere vbique terrarum inter Graecos & Barbaros* τοῖς ἐγχωρίοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντας ἐν τῇ ἐσθῆτι καὶ διαίτῃ, καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ. *Vtentes moribus locorum tam in veste ac victu, quam in vita reliqua.* v. Grot. *ad Matth. VI. 17.* Ambrosivs ab Augustino interrogatus Mediolani de consuetudine ieiunandi *Sabbatho: Cum Romam venio*, inquit, *ieiuno Sabbatho; cum hic sum, nôn ieiuno.* Cui consequens est, aduenas vel peregrinos, in nostra ciuitate commorantes, ratione actuum, quos apud nos celebrant, summo subesse imperio: tametsi de caetero retineant personam, quam a ciuitate sua habent impositam. v. Svarezivm *l. 3. de LL cap. 33.* Stravchivm *de statut. a summ. Princip. §. 35. & Dissert. nostram de collis. leg. 4. §. 4.* Quare etiam verius est, tales temporarios subditos, vt eos H. Grotivs nuncupat, crimen maiestatis committere posse, licet non eodem gradu, nec aeque proprie, vt alii subditi. Vt recte docuit Bachovivs *2. ad Treutl. D. 23. §. 1. lit. B.* Licet multos apud Klockivm *c. 18. de contribut. n. 272. seq.* aliud sentire non ignoremus. Fluit quoque hinc, si lex actui formam det, inspiciendum esse locum actus, non domicilii, non rei sitae. De quo pluribus actum *d. dissert. sect. 4. §. 10.* Non minus hinc obiter intelligimus, vnde dictus sit contractus, heic locorum celebratissimus, **Landsittel-Leyhe**, quippe solis moribus primum receptus. Cuius nomenclationis ratio etiam Taborem nostrum latuit.

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA III.

Hundert Jahr unrecht, iſt nicht eine Stunde recht.

Ad tit. D. de LL SCt. & longa conſuetudine.

AGRICOLA iam aetate ſua adduxit his verbis: Was hundert Jahr iſt unrecht geweſen, dat wert nuwerle eine Stunde recht. *Prou.* 63. in margine addit: *Veritas temporis filia.* Pertinet autem haec Paroemia ad conſuetudinem aequitati naturali contrariam, quam potius corruptelam eſſe vocitandam, INNOCENTIVS III. Pontifex in *c.* 3 *X. de Conſangu. & affinit.* pronunciauit. Equidem tolerabilia ſunt, quae vetus conſuetudo comprobauit, vt eſt in *l. Imperator.* 13. *in fin. D. de pollicit.* Quod in alia Germanorum paroemia ita effert idem AGRICOLA: Wy hebbent alſo vunden, wy mothent dick alſo blieven laten. *Prou.* 232. v. BRVNNEMANN. *ad d. l.* 13. *de pollicit.* At hoc neutiquam pertinet ad conſuetudines prauas, quas nulla vnquam temporis praeſcriptio firmare poteſt. *Quaelibet enim conſuetudo, quantumuis vulgata, veritati eſt poſtponenda, & vſus, qui veritati eſt contrarius, abolendus,* vt GREGORIVS Pontifex ait *c.* 5. *diſt.* 8. Optime TERTVLLIANVS *de velandis virginibus c.* 1. *Veritati nemo praeſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinium perſonarum, non priuilegium regnorum.* Huiusmodi conſuetudinem erroris vetuſtatem vocat CYPRIANVS *epiſt.* 74. Nec minus inſignis eſt HERMANNI CONRINGII *in cenſura diplomat. Ludouiciani c.* 19. locus, quem integrum libet tranſcribere: *Praeſcriptionis immemorialis vis quidem magna eſt, ſed nonniſi circa veras & proprie, non autem μεταφορικῶς dictas poſſeſſiones: vere autem & proprie poſſideri illa demum poſſunt, quaecunque ſubiacent humano dominio aut arbitrio. In quae ſane hominibus dominium vel arbitrium non competit, illa nec vere poſſideri, nec vſucapi ab hominibus poſſunt. Iam autem veritas aut falſitas enunciationum non eſt obnoxia dominio aut arbitrio humano; nec ergo poterit quisquam ſuo arbitrio, quod falſum eſt, verum, quod verum eſt, falſum reddere. Nullus circa veritatem & falſitatem vſucapioni, nullus proinde etiam praeſcriptioni eſt locus. Per aliquot mille annos licet habitum fuerit verum id, quod falſum, eſt nihilominus & in aeternum manebit falſum.* Audiamus & POLYBIVM *l.* 13. *hiſtor. de veritate: Ipſa per ſe, neſcio quomodo, in animos hominum ſe inſinuat; & modo repente illam ſuam vim exſerit, modo tenebris obtecta longo tempore, ad extremum ſuapte vi ipſa vincit, obtinetque, & de mendacio triumphat.* Vſum paroemiae huius oſtendit MEVIVS *p.* 2. *Dec.* 378 *p.* 9. *Dec.* 160. BERLICH *part.* 4. *concl.* 16. *n.* 5. FRANZKIVS *p.* 2 *reſolut.* 23. *n.* 17. Si ciuiliter de fide quaeratur, nulla praeſcriptio poteſt obiici. *l.* 17. *l.* 18. *ad L. Cornel. de falſ. arg. l.* 201. *de R. I. l.* 18. *de Reg. Iur. in* 6*to. C. A. ad L. Cornel. de falſ.* §. 13.

Conſuetudinem recta ratione deſtitutam nullam, cuiuscunque temporis, fieri praeſcriptio.

PAROEMIA IV.

Ad tit. D. de ſtatu hominum.

Ein Weib trägt kein Baſtard,
VEL
Keine Mutter trägt ein Baſtard.

§. I.

HOc vt prouerbium allegant poſt alios REINKING. *tr. de retract. quaeſt.* 2. *n.* 168. D. STRYCKIVS *Diſſ.* 6. *de ſucceſſ. ab inteſt. c.* 2. §. 29. MVSCVLVS *de ſucceſſ. conuention. cl.* 1. *membr.* 3. *n.* 3. *lit. P.* Congruit Belgicum eiusdem ſententiae ab A. MATTHAI *paroem.* 1.

Origo paroemiae huius vetuſta.

Digitized by Google

Een Wyff maeckt geen Baſtaert, expoſitum, eoque innuitur, reſpectu matris, praeſertim quantum attinet effectus iuris, liberos ex innupto concubitu natos non cenſeri ſpurios, quos Germani vocant Baſtard, quaſi daß Art, hoc eſt, inferioris abiectaeque naturae ſiue conditionis. v. N. Burgvnd. *ad Conſuetud. Flandr. tr.* 13. At Gvilielmvs Somnervs in *Gloſſario deriuat. a* Beſt-aerd, i. e. optima indoles, ſiue natura, quoniam illegitimo & furtiuo concubitu procreati animo plerumque ſint alacri & elato, ingenio ſagaci & iudicio exacto. Argumento eſt inſigni, quod Guilielmum I., Angliae Regem, cognomento Baſtardi vti non puduit, & a quibusdam per ea tempora, vt honoris notam, vſurpatum. Henricvs Spelmann *Gloſſar. voce baſtardus.* Antiquiſſimum fuiſſe, inde colligas, quod in Specvlo Saxon. *l.* 1. *art.* 51. tanquam ſecundum iura antiqua dictum, memoratur, *prolem illegitimam ſuis matribus non exiſtere:* id eſt, *Spurium eſſe non poſſe ſuae matris.* In vernacula editione eſt: Man ſait, daß kein Kint ſeiner Mutter kebiſch Kint ſie, deß en iſt doch nicht, wann ein Weip mag gewynnen elich Kint, edele Kint, eigene Kint und kebiſch Kint. Addatur Weichbild. *Magdeburgenſe art.* 4. §. *vlt.* & Matth. Vossivs *Ann. Holland. & Zeland. l.* 3. *ad A. MCCXLIV.* vbi in controuerſia de ſucceſſione inter Margaretam & eius liberos, ex Bochardo Auennioue natos, paroemia haec allegatur. Licet autem Specvlvm Saxon. *d. l.* paroemiam hanc reiiciat, tamen, cum rationes, quae ibi adducuntur, minus ſint validae, vel id vſu non ſeruari, vel ad natos ex damnato & adulterino coitu reſtringi, obſeruauit Carpzov. 2. *Conſt* 14. *def.* 58. adde Coler. *Dec.* 50. Eſt autem inſignis paroemiae huius vis, quae per multos iuris articulos ſe extendit, congruenter admodum Romano iuri.

§. II.

Ex ex conſectaria quam multa deducuntur.

Hinc ſane ſequitur: (1) Edictum Praetoris de non vocandis ſine venia in ius parentibus ad matrem ſpurii aeque pertinere. Rotunde Vlpianvs in *l.* 4. §. 3. *D. de in Ius vocando: Etſi vulgo quaeſitus filius matrem in ius non vocabit.* Cui ſubuenit Pavlvs in *l. ſeq. d. t. quia mater ſemper certa eſt, etiamſi vulgo conceperit, pater vero is eſt, quem nuptiae demonſtrant.* (2) Aduerſus teſtamentum matris inofficioſum ſpurio dari querelam. *l.* 29. §. 1. *de inofficioſ. teſtament. Conſultat. Hollandic. part.* 2. *Conſ.* 296. (3) Spurium ſuccedere matri & maternis, etiamſi legitimi liberi ſimul extent. Quod cum Iure Ciuili apertiſſime ſit conſtitutum, *l. pen. in fin. C. ad SCt. Orphit.* ſunt tamen, qui hoc minus recte aut iuſte ſancitum audeant clamare, ait Palaeotvs *c.* 38. *de noth. ſpuriisque fil. n.* 6. Idem *c.* 41. *n.* 3. hoc verius & receptius eſſe, ſcribit. Qua in re differentia eſt in matre illuſtri, ſi legitima ſobole non careat. *d. l. pen. ad SCt. Orphit.* v. Mevivs *part.* 2. *dec.* 83. Quanquam hoc apud Flandros abrogatum ſit, teſte N. Burgvnd. *tr.* 13. *ad Conſu. Flandr. n.* 3. Extenditur, quod diximus, recte ad vlteriores transuerſales ex linea materna, vt proinde legitime nati illegitime natos ex linea materna non excludant. arg. *d. l* 2. & 8. *vnde cognati.* v. Carpzov. 3. *Conſt.* 18. *def.* 25. Philipp. *l.* 3. *ecl.* 28. Brvnnem. *Cent.* 3. *Dec.* 83. Lavterbach. *de ſingul. fratr. Iur. part.* 2. *membr.* 2. §. 51. Et ſicut ſpurii ad auiae maternae haereditatem admittuntur, vt liquet ex *d. l.* 8. *vnde cognati*, ita de aui materni haereditate idem recte aſſeritur, vtut lege, quam deſiderabat Cviacivs, ſingulari deſtituamur. v. Stryck *Diſſert.* 1. *de ſucceſſ. ab inteſt. c.* 2. §. 55. Retro omnia haec pari ratione ſeruanda erunt, ſi de ſuccedendo ipſi ſpurio agatur, quoniam traditum eſt, mutuas eſſe in hac re ſucceſſionis cauſas, ait Palaeotvs *d. c.* 41. *n.* 3. adde Richter *de ſucceſſ. ab inteſt. Sect.* 2. *membr.* 3. (4) Spurii defuncti, qui nullos ex matre cognatos habet, coniugem fiſco praeferri. v. Carpzov. *part.* 3. *Conſt.* 18. *def.* 31. *in fin.* (5) Spurios in maternis propter cognationem iuris retractus eſſe compotes.

Rein-

REINKING. *d. l.* (6) Matrem & auiam maternam, si velint, esse legitimas tutrices spuriorum. *Nou. 89. c. 14.* Ibi: *Dantes & matri & naturalium tutelam agere filiorum. Nov 94. c. 4. in fin. arg l. fin. C. quand. mulier tut. offic.* D. EYBEN. *de Tutel. foem. part. 1. membr. 4. §. 13. & 14.* (7) Matrem posse testari iure testamenti paterni inter spurios. v. CARPZOV. *part. 4. Const. 4. def. 24. n. 8.* vbi de consensu Doctorum testatur. (8) Matrem etiam a spurio alendam. *l. 5. §. 4. D. de agnoscend. vel alend. liber.* Quod etiam Athenis obtinuisse, videtur ex lege SOLONIS; nam apud PLVTARCHVM in Solone est: Τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι πατέρας τρέφειν. Conf. Is. CASAVBON *ad Diogen. Laert. in Solon. p. 22.* (9) Matri educationem liberorum huiusmodi deberi. v. pl. ANN. ROBERTVS *l. 1. Rer. Iudic. c. 9.* (10) Matrem posse iisdem quasi pupillariter substituere. arg. *l. 29. de inoffic. testament.* (11) Spurium a matre domicilium nanciscí. *l. 9. D. ad Municipalem. Quam enim aliam originem hic habet?* ait VLPIANVS *l. 1. §. 2. ad Municipal.*

Nec dubitandum, ex violento stupro natos respectu matris esse legitimos.

§. III.

Eo minus dubitandum, procreatos ex violento stupro contemplatione matris & maternorum legitimos censeri. v. CARPZOV. *l. 5. Resp. Elect. 113.*

§. IV.

Non pertinet haec paroemia ad natos ex damnato coitu.

Secus est in natis ex damnato coitu. *Nov. 89. c. fin. Consult. Hollandicae part. 6. Consult. 118.* Equidem tales succedere fratribus vterinis, existimat COVARRVVIAS *part. 2. de sponsal. c. 8. §. 5. n. 26.* eamque sententiam communem esse, ait GRASSVS. *§. successio ab intestato quaest. 34. in fine.* Sed profecto inuita Iurisprudentia. Cum enim coniunctio haec sub grauissimis poenis sit interdicta, ex ea ortam cognationem in quacunque parte iuris & successionis cuiuscunque specie attendi, fuerit absurdum, vt recte docet BACHOV. *ad Treutl. vol. 2. Disput. 16. §. 5. lit. E.* Non tamen ex adulterio natus censeri debet, cuius innupta mater cum marito rem habuit, ius enim illud nouum & corrigens, (*v. l. 6. §. 7. ad L. Iul. de adult. l. stuprum 34. §. 1. eod. l. 101. de V. S.* CARPZOV. *Pr. Criminal. quaest. 52. n. 75. seq.*) quod coitum huiusmodi pro adulterio habet, in nati damnum extendi non debet. Ita recte docuit PALAEOTVS *de noth. c. 42. num. 10. & seq.* SOCINVS *cons. 148.* A. FABER *ad C. tit. de legitim. haered. def. 8.* WISSENBACH. *ad l. 5. C. ad SCt. Orphitan.* & in collegio nostro respondimus Mense Aprili Anno M DC XCIV. Filium Sacerdotis siue Sacrificuli, velut propter religionem voti incestuosum, matri non succedere, multi tradiderunt. COLL. IVR. ARGENTORAT. *ad tit. vnde legitimi §. 11.* Sed vide NICOL. BVRGVND. *ad Consuet. Flandr. tract. 13.* WILH. RADELANT *Dec. Cur. Traj. 58.* HARTM. PISTOREM *l. 1. Quaest. 42. n. 5. & seq.*

§. V.

Nec ad successionem feudalem.

Caeterum in feudis paroemia haec non habet locum, quantum attinet successionem in feudo foemineo, cum 2. *feud. 26. §. naturales* generaliter loquatur. v. STRVVIVS *c. 9. Syntagm. feudal. aph. 3. num. 7.* idque etiam in Hollandia & alibi obtinet, si credimus A. MATTHAEI *paroem. 8. n. 25.* Nam LVDOVICVS GVICCIARDINVS *in Belgii descriptione*, agens de Antwerpia, contrarium testatur. Verba eius sunt: *Ex parte matris, nisi forte conceptus sit ex nupta, vel ex alieno marito religioseue, filius nothus una cum reliquis fratribus atque sororibus, etiamsi legitimis, singula quaeque bona, siue mobilia ea, siue stabilia, aequis partibus diuidit. Quinimo & in rebus clientelaribus idem ei est iuris, non aliter, quam si ex legitimo thoro prognatus sit. Obtinetque haec ipsa ratio per omnes has inferiores Catholici Regis prouincias, Louanio tantum excepto. Dictitant enim isti: non posse mulierem alia ratione filios*

illegitimos gignere, cum ipsorum quidem iactura. Hucusque Guicciardinus. An materna insignia ad illegitimos liberos transeant? disquiri potest. Affirm. Dionys. Gothofredus *ad l. 1. §. 2. D. ad municipal.* At pro negante dici posse videbatur, huius generis filios matris familiam & agnationem non ingredi, mulier enim familiae suae finis est *l. 195. D. de V. S.* Apud Saxones spuria non potest vtensilia capere. v. Coler. *Dec. 44.*

§. VI.

Non obtinet apud Gallos.

Apud Gallos iure consuetudinario, in plerisque etiam prouinciis, quae iure scripto vtuntur, bastardos omnes omnium haereditatum legitimarum incapaces esse, pluribus tradit & rationes exponit Desiderius Heraldus *Rerum & quaest. Iuris quotidian. cap. 1.* Apud eosdem spuriis non mater, sed fiscus succedit. Bvgnyon. *d. LL. abrogat. L. 1. tit. 15.* Grivvell. *Dec. 144.* In Belgicis Prouinciis quibusdam id LL. temperatur, vt pl. docuit D. Ant. Matthaei *in not. & obseruat. ad Annales Egmond. c. 62.* conf. Stockmann. *Decis. 67.* Isaevs Orator *Orat. de Philocten. haered.* hanc Athenienſium legem refert: νόθῳ μήτε νόθῃ εἶναι ἀγχιστίαν μηδ' ἱερῶν, μηδ' ὁσίων.

Ad tit. D. de rer. Divis.

PAROEMIA V.

Nahrung iſt kein Erbe.

Sub bonis haereditariis non continentur, quae ad victum siue alimoniam pertinent.

Est in quibusdam Germaniae regionibus notabilis bonorum distinctio in bona auita seu haereditaria, Erbe oder Erb-Güther, & acquisita. Plane vt Martialis 10. *epigr. 27.* dixit:

Res non parta labore, sed relicta.

De qua videatur plur. Mevius *ad l. 1. Iuris Lubecens. tit. 10. art. 6. & part. 4. Dec. 4.* Hac paroemia, quam Schottelius *l. 5.* von der Teutſchen Haupt-Sprach tract. 3. obseruauit, significatur: *Res, quae ad victum pertinent, sub bonis haereditariis non contineri.* Solet enim inter requisita bonorum haereditariorum poni, vt sint immobilia. v. Cothmann. *l. 3. Respons. 11. num. 24.* Sic apud Suecos Arff denotat bona haereditaria immobilia. v. Loccenius *Lexic. Sueo-Goth. voce* Arff.

Ad tit. D. de in ius vocand.

PAROEMIA VI.

Die Ladung bringt das Geleit mit.

SEU

Die Ladung trägt das Gleit auf dem Rücken.

Citationis comes est securitas.

Hoc vulgo dici solere, auctor est Heigius *p. 2. quaest. 22. n. 39.* & Dan. Moller. *l. 2. Semestr. c. 1.* Mevius *Part. 1. Dec. 3. n. 9. in not.* Brvnnem. *c. 8. n. 6. proces. inquis. n. 16.* quo docemur: Citationem tacite eundi & redeundi in se securitatem continere. Verum de ipsa Saxonia, cui natales suos debere videtur, an tuta sit paroemia haec, dubitat Colervs *de proces. Execut. p. 4. c. 7. n. 236.* nec non & Carpzov. *p. 3. Quaest. Crimin. 112. n. 16. & seqq.* Certe alibi potius existimatur aliud Germanorum adagium: Es iſt beſſer in den Reyſern, als in den Eyſen: Quo etiam Belgae vtuntur: *Het*

Digitized by Google

Het is beter in den ryſern, als in den yſern. D. FELTMANN. *Reſp. milit. 7. n. 70. ſequ.* Quare, qui in his ſunt partibus, rectius ſaluti ſuae conſulunt, ſi literas commeatus prius impetrent, quam in iudicio compareant. Leges enim loci non tuti exceptionem porrigunt. v. *c. 4. X. vt lit. non conteſt. c. 4. de fide inſtrument. c. 35. de offic. & poteſt. iudic. deleg.* Vbi tamen iudicis erit, diſpicere, vtrum legitimis indiciis fulta ſit haec allegatio, aut non interſit alterius, antequam ipſe literas huiusmodi impertiat. v. RVTGER RVLANT. *p. 1. de commiſſ. l. 3. c. 12.* MEV. *p. 3. Dec. 169.* Audire adhuc libet MOLLERVM prolato loco: *Etſi*, inquit, *vulgo in ore id habent omnes, citationem quamcunque iudicis ſecuritatem citato tribuere tuto veniendi & recedendi: ea tamen plerumque non ſatis ſibi cautum eſſe exiſtimantes illi, qui ob crimen aliquod accuſati, ipſimet in iudicio vt compareant, citantur, ſemper fere praeter citationem ſeorſim quoque cautionem ſecuritatis, quam in promtu, vbi opus fuerit, habeant, ſub ſigillo iudicis ſibi mitti poſtulant, & tum demum ſe citationi parituros profitentur. Recepto igitur more Scabinatus Lipſienſis pronunciari conſueuit, ſi vel fideiuſſoribus vel pignoribus caueant rei:* Daß ſie ſelbſt jederzeit perſöhnlich erſcheinen und dulten und leiden wollen, was ihnen zu Recht erkannt. Hoc eſt, *quoties citati fuerint, comparituros & executionem ſententiae, ſi qua contra ipſos feratur, qualiſcunque tandem illa futura ſit, expectaturos, cautionem ſecuritatis, quam petunt, illis dandam. Additur autem vt plurimum in ſententiis haec clauſula:* So lang, biß etwas peinliches wieder Sie erkannt wird, *quibus ſignificatur, tamdiu ſecuritatem dandam, donec vel poena capitali, aut alia corporis afflictiua reum afficiendum, aut quaeſtioni ſubiiciendum eſſe, iudex pronunciauerit, eaque ſententia publicata fuerit.* conf. CARPZOV. *quaeſt. crim. 112. n. 15.* BRVNNEM. *d. l.* vid. omnino ÆLIANVS *l. 13. Var. hiſtor. c. 38. pag. 706.*

Ad tit. D. de Pactis.

PAROEMIA VII.

Keine Antwort iſt auch eine Antwort.

§. I.

Silentium aliquando eſt pro denegatione, aliquando conſenſum continet.

PAroemia haec, cuius creber in ſermonibus familiaribus vſus, ancipitis eſt ſignificationis: aliquando enim ſilentium eſt pro denegatione, vt apud TACITVM *l. IV. Annal. cap. 53.* aliquando conſenſum continet. Equidem tacere interiectum eſt inter extrema duo, conſenſum ſc. & contradictionem, fateri & inficiari. *l. 142. de R. I. l. 1. §. 3. de tribut. action.* adeoque, dum ſilentium in nudis ſuis terminis conſiſtit, effectum conſequitur ab extremis ſeparatum & indifferentem, ex quo ſc. neque ad aſſertionem neque ad negationem conſtanter argui poteſt. Enimuero id non impedit, quin, prout res eſt, ſilentium ad alterum extremorum iuſta aliqua ratione applicetur. Igitur tenendum.

§. II.

Vbi agitur de praeſentis, & actum contradictione impedire valentis, praeiudicio

Vbi agitur de alterius praeſentis & actum contradictione ſua impedire valentis praeiudicio, modo ipſius actio non ſimul deſideretur, v. BERGER *ad Sch. p. 90.* ſilentium eſt pro conſenſu. IOANN. A SANDE *ad d. l. 142. de R. I.* LAVTERBACH. *de voluntate §. 13.* Quo pertinet illud GREGORII NAZIANZENI. 2. *de pace*: Τὴν σιωπὴν συγκατάθεσιν εἶναι, διδάσκει ἡ παροιμία. EVRIPIDES *Iphigenia in Aulide ap.* GROTIVM *in excerpt. pag. 280.* SOPHOCLES *ap.* GROT. *in excerpt. p 115.* CICERO *de Inuent. Libro I. Taciturnitas imitatur conſenſionem*, v. HVGON GROTIVM *ad Num. XXX, 4.* Praeſentia omnino deſideratur, v. *l. 2. pr.*

Digitized by Google

Silentium est pro consensu. Quod illustratur exemplis.

pr. ad municipal. l. 4. §. vlt. de fideiuss. l. 2. §. vlt. solut. matrimon. c. vlt. de accusat. in 6to. Quanquam praesens etiam intelligi debeat, qui per literas certior fit, & iis respondere potest. Ex eo etiam, quod impedire non possumus, consensus non recte colligitur. v. *l. 60. de R. I.* Rursus, si de nostro praeiudicio non agatur, i. e. si negotium nos haud contingat, vel, si contingat, respondere non simus obligati, nequicquam ex silentio consensum arguimus. Hinc sequitur: (1) Licet protestatio non possit ius tertio quaesitum aut iuris dispositione munitum tollere, v. CARPZOV. *Decis. Illustr. 75.* si tamen tertius in ea acquiescat, etiam tacendo, iuri eius renunciatum censeri. Quod eleganti exemplo declaratur in *l. fin. pr. naut. caupon. stabul.* vbi v. BRVNNEM. *ad l. 1. eius tit.* SCHILTER. *Exerc. 12. §. 21.* (2) Si quis fideiusserit pro debitore praesente & tacente, hunc pro mandante haberi. *l. 6. §. 2. l. 18. mandat.* Add. *l. 1. §. 5. D. de exercitor. action. l. 7. §. 11. ad SCt. Macedon.* (3) Si filius patri pecuniam, quam quasi ex mandato eius acceperat, soluat, patrem, nisi continuo testationem contrariae voluntatis interposuerit, qua actum filii sui improbet, consensisse existimari. *l. 16. de SCto Macedon.* Creditor enim filii fidem fuit secutus, quamobrem, nisi pater obtentum filii falsum esse testetur, posthac exceptione SCti Macedoniani vsurus merito repelletur. Vnde nescio, an satis recte Dd. quos profert MAVRITIVS v. 1. *Cons. Kilon. 21. n. 15.* colligant, illum, qui epistolam recipit, si non contradicat, videri approbasse, quod in epistola continetur. E contrario, (4) si quis alteri committat negotium gerendum, isque taceat, mandatum inde nullum colligi. *l. 8. §. 1. D. de procuratorib.* desideratur enim heic opera & factum, quae tacens nunquam in se suscepisse censetur, praesertim in negotio ipsum nullatenus spectante. v. BACHOV. *vol. 1. ad Treutler. D. 27. §. 5. lit. F.* vbi recte addit, hoc eo magis obtinere in absente, ad quem missa est epistola; quippe qui vix vnquam, si taceat, pro consentiente haberi queat: cum multa incidere possint & impedire, ne epistolae respondeatur, nec quisquam epistolae respondere teneatur, & potius non respondens pro recusante habendus videatur. Nec obstat *Clem 1. de Procurator.* loquitur enim in specie de procuratore iudiciali, qui instrumentum suae procurationis sine protestatione accipit. Hunc enim ratio officii obligat, vt litigantibus omnibus operam suam commodet, vt propterea ex literarum huiusmodi acceptione merito obligatus dicatur. Quae sane ratio cessat in priuatis personis, quibus liberum est, mandata suscipere. (5) Si quis procetur siue ambiat puellam, & haec taceat, nequaquam eam consentientem reputari. Vbi tamen diuersum est, si filia ad interrogationem patris sileat. *l. 7. §. 1. l. 12. D. de sponsal.* idque propter pudorem puellarum, & quia vtplurimum volunt renitentes videri: vt illa, quae patrem, matrimonium iuuenis saepius offerentem, sed blandis licet verbis nihil efficientem, & tandem absistentem, interrogabat, nonne ab ipso possit cogi? (hinc secus est in filio *l. 13. D. de sponsal.*) Accedit, filiam, vt respondeat patri, fas poscere, non aeque, vt respondeat proco. AMBROSIVS *l. 1. de Abrahamo c. vlt. Non est virginalis pudoris, eligere maritum: electionem mariti parentibus deferat, ne appetentiae procacioris aestimetur auctor, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vindicet. Expetita enim magis debet videri a viro, quam ipsa virum expetiisse. Verecundiam praemittat, antequam nubat, quo ipsum connubium plus commendet verecundia.* Adfert ibidem EVRIPIDIS *illud in Andromache: Sponsaliorum meorum pater meus curam subibit: hoc enim non est meum.* Add. *l. 2. §. 2. D. solut. matrim.* CARPZOV. *2. I. P. Consistor. 26.* Sic agnati, de consensu super feudi alienatione impertiendo requisiti, tacentes non censentur consentire. v. SCHRADER *Part. 10. de feud. sect. 19. n. 248. sequ.*

§. VI.

Digitized by Google

§. III.

Caeterum, quae diximus de indiciis conſenſus vel diſſenſus ex ſilentio, interdum patiuntur exceptiones: Nam fauore publicae rei pater, licet impedire non poſſit, ſi filiofam. ad munus publicum vocato taceat, pro conſentiente & fideiuſſore habetur, *l. 1. C. de filiisfamil. & quamdiu pater pro his teneatur*, vbi BRVNNEM. Deinde ob auctoritatem iudiciorum tacens interdum pro aiente, interdum pro negante habetur. Ita non reſpondens ad poſitiones confiteri eas cenſetur. *c. 2. de confeſſ. in 6to.* v. MEVIVS *part. 5. Dec. 191. & p. 9. Dec. 29.* MENOCH. *l. 2. praeſumt. 46.* ASCONIVS PAEDIANVS *2. in Verr. circ. init. Cum in Ius ventum erat, dicebat accuſator apud Praetorem reo, aio te Siculos ſpoliaſſe, ſi tacuiſſet, lis ei aeſtimabatur, vt victo & confeſſo, ſi negaſſet, petebatur a Magiſtratu dies inquirendorum criminum, & inſtituebatur accuſatio.* E contrario, vbi interrogationes in iure inſtruendae litis cauſa factae, ſi interrogatus taceret, pro negante habebatur, & ex mendacio ſuo poſtea conueniebatur. v. *l. de aetate 11. §. 4. & 7. D. de interrogat. in iure faciend.* vbi ratio luculenter traditur. Quod vero Seruator noſter interroganti Pilato non reſpondit, vt proinde hic cum Clytemneſtra dicere potuiſſe videatur, apud EVRIPIDEM *Iphigen. in Aulide.* *Additur exceptiones.*

Αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντός ἐστι σε.
Ipſum vero tuum ſilentium ſignum eſt tui confitentis,

ſingulare eſt exemplum, in quo reſponſum Agamemnonis habeat locum:

Ἴδε σιωπῶ. τὸ γὰρ ἀναιδυντόν με δεῖ
Ψευδῆ λέγοντα προσλαβεῖν τῇ συμφορᾷ.
En taceo! Oportet enim me impudentiam
Falſa dicentem adiungere calamitati.

aut cum Oreſte ap. EVRIPIDEM in tragoedia eius nominis: φησὶν σιωπῶν, *Tacens affirmat.* v. H. GROTIVS *ad Matth. XXVI, 63.* omnino v. QVINTILIAN. *Decl. 2. p. 27.* Praeterea Dd. tradunt: conſenſum tacitum non ſufficere in illis negotiis, in quibus Lex vel Statutum conſenſum expreſſum requirit. v. SCHRADER. *part. 10. de feud. ſect. 19. n. 248. ſequ.* Addatur prolixe de tacente, an & quatenus fateri, conſentire vel negare cenſeatur, MENOCHIVS *l. 6. praeſumt. 99.*

PAROEMIA VIII.

Ad Tit. D de Pactis.

Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann.

§. I.

ELegans haec Germanorum paroemia eſt, ſchemate, quam πλοκὴν Rhetores vocant, dictorum pactorumque conſtantiam praecipiens. In iure Alemannico *cap. 12.* eſt: Was der Mann gelobet, das ſoll er ſtet halten. Sachſ. Spiegel *lib. 1. art. 7.* Wer icht borgit adir glaubet, der ſal is gelden, und was er thut, das ſal er ſtete halden. In ſummario eſt: Was der Mann glabit, das ſal er ſtete halden. Simile eſt Succorum prouerbium, teſte LOCCENIO *Diſſ. 10. Synopſ. Iur. Suec. quaeſt. 1.* Thet man loffwar om Afftonen ſkal man hába am Morgonen. Et aliud Germanorum: Zuſagen macht Schuld. Nimirum haec laus fuit propria maiorum noſtrorum, datam ſemel fidem rebus omnibus antehabere, nec minus vere, quam magnifice, veteres Germani coram *Cuſtodia factorum quondam apud Germanos ſingularis.*

Digitized by Google

Senatu Romano exclamant apud TACITVM *XIII. Annal.* 54. NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE. De veteribus Frisiis VBBO EMMIVS *l. 2. Rer. Frisicar. in fine: Frisii in moribus apprime simplices erant, iusti & aequi observantes: verba pro literis & sigillo, dextram pro iuramento habebant: meliusque tum fidem verbo dextraque datam, quam hodie scriptura, sigillo, testibus firmatam, colebant.* Monet igitur hic locus, vt de obligatione pactorum paulo accuratius disseramus.

§. II.

Haec occasione quaeritur, qualem obligandi vim habeant pacta ex iure naturae?

Sunt, qui existimant, promissa per se vim obligandi non habere, sed eam accipere a lege ciuili certa forma modoque. Sed ei sententiae consensus Gentium repugnat. Verum sane est, simplicem asseuerationem de eo, quod quis facturus sit, debere quidem ex eo animo proficisci, qui tum temporis id velit facere, quod se facturum dicat: at non item ex eo teneri eum, qui dicit, in proposito perseuerare; quia voluntas humana habet ius, sua decreta mutandi, neque id ius solo sui respectu sibi potest auferre. At in promissione plus est. Habet enim promissio simul iuris translationem. Sicut enim dominus rei corporalis eam potest in alium transferre signo aliquo voluntatis; ita etiam ius ipsum, quod quis habet in suos actus aut res, potest in alium transferri in solidum aut pro parte definita. Et, quia tali facto ius aliquod in alterum transit, ideo voluntas iam vltra se honeste mutare non potest, quia nemo honeste aut velle aut facere contra ius alteri quaesitum. Hinc votorum, quae Deo fiunt, & promissorum inter homines vis oritur. Quibus obseruatis, procliue erit, respondere argumentis CONNANI dissentientis, quem eo nomine iam refutarunt SVTHOLT, *Diss. 12. ad I. §. 12.* & in primis H. GROTIVS *l. 2. c. 11. §. 1. & seqq.*

§. III.

Ex iure ciuili Romanorum.

Romani pacta nuda a non nudis distinxerunt, addentes insuper ciuili quodam & nouo inuento stipulationem, ex qua certa forma modoque ac proinde meditato concepta dabatur actio. Hac autem destituebantur nuda pacta, neque nisi ad exceptionem proficiebant, vti contra MAESTERTIVM egregie adstruxit noster quondam Cancellarius D. TABOR *in P. El. p. 151. & seqq.* Quod nuper vir doctus *in Colleg. Grotian. Ex. 6. §. 1. in not.* noua quadam ratione ita explicandum censuit: *quasi post tot constituta conuentionum legitimarum genera pacta apud Romanos nulla fuerint, vel, quae concipiebantur, non potuerint ostendi, quin statim in speciem contractuum inciderint, de his ergo frustra Praetores daturos fuisse formulas in iudiciis obseruandas.* Addit: *Se constanter asseueraturum, pacti nudi, prout Auctores iuris Romani definiuerunt, exemplum sibi hactenus non potuisse demonstrari.* Sed nos minime existimamus difficile, vt exempla, & quidem non pauca, proferantur: Pertinent huc omnia pacta de ineundo contractum nominatum; item pacta de dando vel faciendo, vt rursus quid detur vel fiat, quae contractus innominatos praecedere solent; retinent enim vim & naturam pactorum, etiamsi ad contractum constituendum comparata sint. Vnde est, quod in contractibus innominatis vtrinque poenitere liceat, antequam quid datum vel factum sit. arg. *l. 7. §. 2. de rerum permut. l. 3. C. eod.* Quod etiam valere, si vnus iam dederit vel fecerit, tametsi alter ad implendum sit paratus, cum aliis recte docet

STRVV.

Digitized by Google

STRVV. *Ex.* 25. §. 14. Rursus placita inter absentes stipulatio non sunt: requirunt enim leges ad eam verba praeciſe, & quidem congrua eodemque contextu prolata. *l.* 1. *pr. & §.* 7. *l.* 137. *pr. de V. O.* neque tamen semper in formam aliorum contractuum commigrant, quoniam causam siue negotium aliquod in se continere queunt, non receptum in ciuitatem Romanam ob infrequentiam, nec ad actionem confirmatum, ceu ex quo contractus aestimantur. vid. TABOR *P. Elem. p.* 167. Sic, si profecturus Romam, cum eo, qui Neapolim iturus erat, conueniam, vt iter simul intendamus, nudum erit pactum, nec Romano iure ad agendum efficax. Porro finge, vsuras foenebris pecuniae pacto promissas, hae exigi non possunt, quanquam solutae non repetantur, quoniam naturaliter ex conuentione debentur. *l.* 3. *C. de vsuris.* Adde, ICtos otiose dixisse, dari exceptionem ex pactis, si haec nullibi reperirentur.

§. IV.

Canonum iure a ciuili Romanorum receſſum putatur a plerisque. Afferunt primum *cap.* 1. *de pactis.* Verum Concilii Carthaginensis primi caput duodecimum, (quod integrum exhibet ANTON. AVGVSTINVS *collectione prima*) vnde hic Canon fluxit, satis aperte monstrat, actum fuisse non de pacto nudo, sed de transactione aliqua. Verba haec sunt dicti Concilii. *Summarium:* *Ex iure Canonum.*

Vt pacta inter Episcopos inita custodiantur.

Antigonus, Episcopus Madurenus, dixit: Grauem iniuriam patior, & credo, dolere Sanctitatem vestram contumeliam meam & computare iniuriam. Optantius cum se repraesentaret, pactum mecum habuit, diuisimus plebem. Manuscriptionis nostrae tenentur epitaccia. Contra hoc placitum circuit plebes mihi attributas, & vsurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus Episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, vt in se alliciat populorum imperitorum animos contra disciplinam, contra pacis placita. Vides hic, vt iam erudite docuit Illustris D. EYBENIVS *diss.* 2. *de factor. cap.* 2. §. 11. *& sequ.* fuisse inter Episcopos de finibus territorii ecclesiastici controuersiam (verb. *litem de plebibus*) hanc excepisse partitionem nouam (quam *pacem* heic appellat Gratus Episcopus) scripto consignatam, & in tabulas (haec enim sunt *epitaccia* siue pittacia) relatam. Deinde adducunt *c.* 3. *eiusdem tituli.* Sed huius genuinam speciem ex epistolis GREGORII M. restituit D. ZIEGLERVS *l.* 3. *ad Lancellot. tit.* 3. §. 2. Caetera confutauit BVSIVS *ad l.* 1. *D. de pactis n.* 5. *& seqq.* & GONZALEZ *ad c.* 1. *X. de pact. n.* 13. *sequ.*

§. V.

Moribus nostris, quod & paroemia nostra testatur, ad simplicitatem iuris gentium deuentum est, ita vt etiam ex pacto nudo, de re certa animo se obligandi a sciente & volente inito, detur actio. Nusquam hodie audiuntur huiusmodi verba. *Dare spondes? dare spondeo. Dabis? dabo.* Nec verbis duntaxat hodie obligationes nouantur, acceptilationes fiunt, fideiussores constituunrur. Neque praesentiam contrahentium ista requirunt. Vid. GREGOR. LOPEZ. *l.* 1. *Animadv. cap.* 9. WESENBEC *ad tit. pact. num.* 9. CHRISTINAEVS *Vol.* 1. *Dec. Belgic.* 91. GROTIVS *Isagog. l.* 3. *c.* 1. *verſ.* maer Gelyck de Duytſchen. FREHER. 1. *parerg.* 18. cum CARPZOVIO & aliis D. STRVV. *Ex.* 6. §. 15. MEVIVS *pag.* 5. *Dec.* 407. Exceptionem statuunt multi in pactis con- *Ex moribus; vbi distinguuntur pacta a pactis praeparatoriis siue prodromis contractuum.*

contractuum praeparatoriis, quae fiunt de futuris contractibus ineundis. Eo ipso enim, dum partes paciscantur de contractu ineundo & obligatione in futurum constituenda, simul sensisse videri, quod eo pacto efficaciter obligari nolint, & hoc in contractibus innominatis ferme praesumi. vid. STRVVIVS. *d. l.* §. 15. *&* 32. MAVRITIVS. *p.* 1. *Cons. Chil.* 13. *num.* 8. *&* 9. H. PISTORIS. *obs.* 167. MEVIVS *part.* 1. *D.* 175. *part.* 3. *Dec.* 27. *part.* 8. *Dec.* 316. *part.* 9. *Dec.* 3. Idem Iure Würtembergico constitutum, docet LAVTERBACH. *Diss. de arrha* §. 104. quemadmodum & Iure Ciuitatis Francofurtensis, de quo vid. *Ref. Francof. p.* 2. *tit.* 22. §. 2. Ego, quantum attinet contractus innominatos, libenter concedo, vbi ius Romanum ea in parte receptum est, id seruandum esse: At nego, idem principiis iuris patrii conuenire. In *libro* 6. *Capitul. Francorum tit.* 152. *&* *VII. Cap.* 417. est: *Commutatio, si non fuerit per vim & metum extorta, talem, qualem & emtio, habeat firmitatem.* Quod etiam cautum in LL. *Baiuar. tit.* 15. *c.* 8. & in LL. *Wisigothic. l.* 5. *tit.* 4. *c.* 1. Hinc vulgo dicimus: Getauscht iſt getauſcht. Et sane, qui rem dat, vt aliam aut eandem accipiat, vel vt aliquid fiat, non praeparat se ad contrahendum, sed reuera pure contrahit. Vt proinde ex principiis iuris Germanici GROENEWEG *ad l.* 5. §. 2. *de condict. caus. dat. caus. non sec. & ad l.* 3. *C. de permutat.* BRVNNEMANN. *ad l.* 1. *D. eod.* BERGER *ad Comp. Iur. Laut. tit. de pact. p.* 77. & alii, vt GVDELIN. *l.* 3. *de iur. nouiss. c.* 51. VIRGIL. PINGIZER *quaest.* 42. contractibus innominatis, solo consensu celebratis, recte eandem vim tribuant, quam habent alii contractus nominati. Praesertim cum ius naturae differentiam inter contractus nominatos & innominatos ignoret. De quo alibi. In caeteris vero negotiis omnino tenenda est doctrina DOMINICI DE SOTO *l.* 7. *de Iustit. & iur. quaest.* 2. *art.* 1. quam secutus est H. GROTIVS *lib.* 2. *de Iur. B. & Pac. c.* 11. §. 2. *& sequ.* diligenter distinguentis tres gradus loquendi de rebus futuris, quae nostrae sunt potestatis, aut fore putantur. Quorum primus gradus est assertio, explicans de futuro animum, qui nunc est, ad quem, vt vitio careat, requiritur veritas cogitationis pro tempore praesenti, non autem, vt in ea cogitatione perseueretur. Habet enim animus humanus non tantum naturalem potentiam, mutandi consilium, sed & ius. Et, si in mutatione sententiae est vitium aliquod, vt interdum accidit, id non est intrinsecum mutationi, sed ex materia, puta, quia prior sententia erat melior. Conf. PVFENDORFIVM *l.* 3. *de iure Natur. & Gent. c.* 5. §. 5. Alter gradus est, cum voluntas seipsam pro futuro tempore determinat, cum signo sufficiente ad indicandam perseuerandi necessitatem. Et haec pollicitatio dici potest, quae, seposita lege ciuili, obligat quidem, aut absolute, aut cum conditione, sed ius proprium alteri non dat. Multis enim casibus euenit, vt obligatio sit in nobis, & nullum ius in alio, sicut in debito misericordiae & gratiae reponendae apparet, quibus simile est hoc debitum constantiae siue fidelitatis. Tertius gradus est, vbi ad determinationem talem accedit signum volendi ius proprium alteri conferre: quae perfecta promissio est, similem habens effectum, qualis alienatio dominii. Ad gradum secundum pertinent pacta de contrahendo, quae proinde effectum obligationis non producunt. Bene HOBBESIVS in *Leviathane* c. 14. *Verba*, inquit, *de futuro, vt dabo, concedam, continent quidem transferendi iuris promissionem, sed nondum quicquam transferunt: nam significant, nondum dedisse.* v. THOMAS TREVISANVS *l.* 1. *Dec.* 69. *per tot.* MEVIVS *part.* 2. *Dec.* 333. *sequ. pag.* 7. *Dec.* 203. Exemplum sit in pacto de emendo & vendendo, de quo v. COTHMANN. 2. *Respons.* 4. *n.* 14. *seq.* MEVIVS 2. *Dec.* 300. *n.* 1. *seq.* BERLICH. *Dec.*

Digitized by Google

Dec. 142. 143. 144. 145. CARPZ. *Decis.* 96. LAVTERBACH. *tract. synopt. tit. de emt. vendit.* §. 1. *n.* 19. Aliud exemplum est in pacto de locando, apud MEVIVM *part.* 4. *Dec.* 234. Ex eodem fonte fluit, si venditurus rem pro certo pretio alius ex interuallo respondeat, illum non obligari, vt pro illo pretio vendat. v. MANTIC. *l.* 4. *de tacit. & ambig. conuent. tit.* 4. *n.* 3. Quo minus dubitandum, solos tractatus, quos vulgo bloſſe Vorſchläge vocamus, ad gignendam obligationem idoneos non esse. De quo videsis COTHMANN. *vol.* 4. *Respons.* 16. ANT. DE GAMMA *Decis. Lusitan.* 82. *n.* 3. Illud tamen obseruandum: vt ne pacta contrahendo ex sola verborum figura aestimemus. Exempli gratia, si quis dicat, vendam aedes mille thaleris, & alter dicat, emam, ex intentione & animo contrahentium perfecta est emtio & venditio, quippe quam pretii determinatio satis declarat. Conf. PVFENDORF. *d. c.* 5. §. 8.

§. VI.

Caeterum Dd. aliqui tradunt, licet verba concepta hodie non requirantur, firmiora tamen esse pacta, quae haec habent. Sed & verbum, promitto, inter praesentes interpositum, etiamnum vim & effectum stipulationis perhibetur obtinere. Post AFFLICTVM, MASCARDVM, & alios a se citatos IOSEPHVS DE SESSE *tom.* 2. *Dec. Arragon.* 182. *n.* 12. *n.* 19. *cum seqq.* add. TABOR *Barbos. locupl. voce promissio, ax.* 3. Maxime, si manu data vel sublata fuerit promissio facta, wann mit handgegebener Treue einander verſprochen, und Handtaſtung gethan worden. Manus enim obligationis est symbolum, ait CVIAC. *ad l.* 10. *C. de inut. stipul.* non tantum apud Germanos, de quibus vid. omnino HERING *c.* 11. *de fidei. n.* 104. 165. *& seqq.* sed & apud Persas, vid. GROT. *l.* 2. *de Iur. B. & P. cap.* 13. §. 22. *& in not.* Cuiusmodi promissionem iureiurando comparari, tradit COLER. *de proceſſ. Execut. p.* 1. *c.* 10. *n.* 284. *Firmiora sunt pacta etiam hodie, quibus stipulatio accesſit.*

§. VII.

Antequam hinc abeam, non incongruens reor, vno vel altero exemplo confirmare, quam sancte adhuc seris temporibus fides apud Germanos fuerit custodita. Primum est *Stephani Gumbenbergii, qui suorum cuneos praegressus, eum in Henricum Sweinkerstium pari ardore praecurrentem infesta hasta inueheretur, equum eius forte confodit. Prostratum autem aemulum, ne a succedentibus opprimeretur, hortatus est, vt in suum equum ascenderet, exceptumque tergo perduxit in castra. Eundem deinde ad curanda vulnera redire domum patitur, sola fide in pignus relicta. Prorsus, vt appareret in publico odio priuatis tantum de virtute & gloria fuisse certamen. Vix amicitiae hodie sanctius coluntur, quam tunc bella. Nec alter fefellit promissa. Eodem enim cultu, quo militauerat, seruatori suo captiuum se rursus stitit. Adeo etiam inter armatos sancta & incorrupta fides erat illo seculo, quam nunc malitia temporis in pace proscripsit. Externarum enim gentium vitia sic afflixere Germaniam, vt suis moribus vix relinquatur.* Quod grauissimum NICOLAI BVRGVNDI est iudicium, hoc narrantis, *l.* 1. *Hist. Bauar. ad A.* 1316. conf. REBDORFF *ad A.* 1347. *tom.* 1. *Script. Germ. Freher. p.* 435. Eiusdem BVRGVNDI fide & alterum subiungo exemplum de Henrico, Archiduce Austriae, *qui, transactione facta, a Bohemiae Rege domum remissus, cum pacta conuenta seruare non posset, rursus captiuitati se restituit. d. l.* 1. *ad A.* 1322. Postea prauo more inualuit: verheiſſen iſt Edelmänniſch, halten iſt Bäuriſch. CASPAR A LERCH Reichs-Ritterlichen Adels Herkommen und Freyheits-Betr. zweyte Grund-Satz. *n.* 168. Es *Exemplis aliquot ostenditur, seris adhuc temporibus fidem apud Germanos sancte fuisse habitam.*

Digitized by Google

ist wahrhafftig hoch zu bewundern, wie starck zur Zeit des Leistungs-Brauchs die Teutsche Treu, Zusag, Ja, Nein, besonderlich unter Fürsten, Grafen, Herren, Ritterschafft, Adel und Ehren-fähigen Personen gewesen, so daß die brieffliche und best-gelte Pacta und Verbindungen hoch-rühmlich gehalten, die Verbrecher mit Acht gestraffet, der Ehren entwürdiget, und durch zugesagte Treu und Glauben das verbriefte Leistungs-Recht (dessen Mißbrauch abgeschieden) summario quasi processu, den auch Chur-Fürsten und Grafen gefürchtet, und vielleicht desto lieber abgestellet haben, richtig exequiret und gehorsamst befolget worden.

Ad Tit D. de pactis.

PAROEMIA IX.

Willkühr bricht Land-Recht.

SEU

Geding bricht Land-Recht.

§. I.

Pacta derogant statutis siue legibus.

TRitum hoc verbum, quod adducunt post alios Rvdinger. *Cent. 5. obs. 65.* Wehner. *voce* Willkühr. Tabor. *Barbos. locuplet. voce pactum ax. 2. & 22.* Gryphiander *de Weichb. Saxon. c. 77. num. 6.* Kitzel. *de Iure monet. class. 2. quaest. 3. sect. 1. n. 17.* Lambert. Goris *ad Consuetud. Velauiens. art. 24 gloss. 2.* Frommann. *de Oper subdit. & rust. §. 41.* exprimit vulgatum illud: *Pacta dare legem contractibus*, siue, *pacta & statuta derogare Iuri communi, & prouisionem hominis tollere prouisionem legis.* Fluxit autem ex *Weichbild. Saxon. art. 24.* & apud Suecos eiusdem sententiae in vsu est: Fordrd bryter lagen. Alii ita efferunt: Gelübd und Willkühr bricht Land-Recht. Reinking. *de Retract quaest. 6. n. 303.* Henel. *de dotalit. p. 45.* Add. Heeser *part. 2. de acq. coni. loc. 10. n. 5. & seq.* Nimirum pactum quoque legi aequiparatur. Hinc lex contractus dicitur in *l. si dominus 8. D. de praescript. verb.* Lex commissoria, quam aliqui inepte pactum legis commissoriae nuncupant. Lex locationis in *l. 24. D. locati*, quae Vlpiano forma locationis audit, in *l. fructus 8. §. item D. solut. matrim.*

§. II.

Nisi pactum substantiae contractus contrarietur.

Fallit paroemia haec, si conuentio est contra substantialia contractus. *l. 27. §. 3. de pact. l. 23. de R. I. l. 1. §. 7. depositi.* Sic non valet pactum, vt sociorum vnus solum lucrum, damni nihil ferat. *l. 29. §. 2. pro socio.* Nam vtilitatum communio ita naturalis est societati, vt sine ea consistere non possit. Sic in pacto annuorum redituum sors perpetuo transfertur, ita, vt non liceat creditori contrarium paciscí. v. Frommann. *de different. ann. redit. & mutui §. 24.* Nec valet pactum, vt haeres socii succedat in societatem. *l. 52. §. 9. & 11. eodem.* Exceptio est in societate vectigalium. *l. 59. pro socio* (vbi de ratione laborant Interpp. sed verissimum est, id ita constitutum, quoniam conductioni vectigalium a fisco societas innexa fuit:) Aut ne depositum pro lubitu deposcatur. *l. 1. §. 45. depos.* Aut ne precarium reuocari possit pro lubitu concedentis. *l. 12. D. de precario.* v. Mevivm *p. 8. Dec. 402.* Cui non obstat, precarium concedi posse in longum tempus. *l. 4. §. 6. l. 5. D. de precar.* Nam, missis aliorum responsionibus, verissime dicitur: Legibus hisce significari, quando appositum precario est tempus,

eo

Digitized by Google

eo elapso, illud absque vlla reuocatione finiri, non autem, vt non reuocari possit interim, vt post COVARRVVIAM optime docet GONZALEZ. *ad c. 3. de precar. n. 3.*

§. III.

Rursus, quoties pactum a iure communi remotum est, seruari hoc non oportet. *l. 7. §. 16. D. de pact. l. 25. D. eodem.* Bene ARISTOT. *1. Rhetor. 15. n. 9.* Et ius publicum priuatorum pactis mutari non potest. *l. 38. D. de pactis.* Quo pertinet etiam, quod est in *l. 42. D. de pactis: Pactis priuatorum formam iuris fiscalis conuelli non posse.* v. *l. 2. & 3. C. sine censu & reliquis fund. comparari non posse*: & quae pluribus circa eas obseruauit TABOR. *part. 3. de metat. sect. 2. c. 1. §. 17.* ZIEGLERVS *l. 2. de iur. maiestat. c. 4. in mantissa.* Add. CARPZOV. *part. 3. const. 7. def. 25.* *Aut ius publicum laedat.*

§. IV.

Caeterum ex paroemia hac sequitur: Si ius commune vel statutum vxori certam portionem concedat, quam nec testamento auferre aut minuere permittitur, si tamen pactis dotalibus aliud conuentum fuerit, iis standum esse, nec ad portionem statutariam reditum concedi, etsi vltra dimidium alteruter coniux se laesum esse contendat. CARPZOV. *part. 3. Const. 20 def. 1. & 3. & Const. 23. def. 1.* MEVIVS *part. 6. Dec. 31. p. 9. Dec. 60.* STRYCK. *de succ. ab intest. D. 8. c. 5. §. 27.* v. tamen RICHTER *sect. 4. de succ. ab int. n. 6.* LYNCK. *d. 236.* & DD. passim. Rursus, si vox *quandocunque* conuentioni sit addita, sub hac vel simili formula, *promitto tibi decem, vt me, quandocunque volueris, possis conuenire*, excluditur praescriptio legalis siue statutaria. v. BESOLD. *Cons. Tubingens. 85. n. 70. seq.* ANT. FABER *7. 13. def. 9.* HARPRECHT. *ad tit. I. de vsucap. n. 167.* OLDENDORP. *libro de Vsucap.* vbi alia εὑρήματα suppeditat, quibus declinari possit praescriptio, v. tamen SABELLVS, *voce praescriptio n. 25.* *Consectaria paroemiae.*

PAROEMIA X.

Ad Tit. D. de pactis.

Ehren-Wort binden nicht.

§. I.

INterpretem huius elegantem damnus VLPIANVM, qui in *l. 19. §. 3. de Aedilit. Edict.* ait: *Ea solum promissa admittenda sunt, quaecunque sic dicuntur, vt praestentur, non vt iactentur.* add. *l. 17. D. de iure codicillor. § 1. I. de testament. milit.* Vulgo dicitur, ait OLDENDORPIVS *tr. de iure singulari: Verba honoris non obligant.* FELIX MALLEOLVS *dialogo de Nobilit. & rustic. c. 3.* lepidam narrans historiam, ex responso Doctoris cuiusdam Itali enunciat: *Curialis sermo non inducit obligationem. Ne, dum effuso sermone sese iactet, in promtum incidat sui periculum*, vt est in *l. vlt. C. de dotis promissione.* Itali dicunt: *Parole di compimento non sono appicciatorie.* v. MYLER. *de Princip. & Statib. Imp. c. 101. §. 23. 24.* Vsum hoc habet insignem in comi salutatione siue compellatione, & effusis titulis, v. g. getreuer, gehorsamer, unterthäniger, quippe, quae ius alteri non pariunt, nisi circumstantiae aliud ostendant. *Verba honoris non obligant.*

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Hinc fluxere nonnulla ICtorum brocardica aliaeque obseruationes.

Ex hoc principio fluunt brocardica illa ICtorum: **Verba honoris causa prolata non** inducere dispositionem, nec ob id venire in contentionem. ALEXAND. RAVDENS. *l. 1. de analogia c. 22. n. 1.* FRANCISC. MARC. *decis. 543.* Quae ex vrbanitate & ciuilitate fiunt, quantocunque tempore non praeiiudicare nec publico nec priuato iuri, nec in possessorio, nec in petitorio, ex Ll. & Dd. quos nominat MAGERVS, firmat *c. 9. de Aduocat. n. 903.* Verba de complacentia seruire de vento, nec importare obligationem, BOER. *decis. 153. n. 37.* MATTH. CVNO *l. 1. de pactis. c. 24. n. 109.* HERING. *de fideiussor. c. 20. § 33. n. 12.* Verba reuerentialia magis intelligi adulatoria, quam vera & seria. MANTICA *l. 2. de tacit. & ambig. conuent. tit. 4. n. 48.* Actus amicitiae ne quidem possessionem tribuere. Referens apud GYLMANNVM *tom. 4. part. 1. vot. 30. n. 183.* Add. KNIPSCHILD. *l. 1. de Ciuitat. Imperial. c. 82. seq.* VIETOR *de Exemt. Imper. Concl. 37. n. 10. seq.* MYLER. *de Princip. Imper. c. 101. §. 22. & 25.* PVFENDORF. *l. 3. de Iur. Nat. & Gent. c. 5. §. 6. & 10.* Pertinet etiam huc alia Germanorum paroemia: **Titul kosten kein Geld**, *titulos nullo constare pretio.* v. FELTMANN. *de titulis honor. l. 1. c. 15. §. 4.* RVTGER. RVLANT *part. 1. de Commiss. l. 5. c. 1.* Et quod SEVERINVS *de Statu Imperii Germanici c. 6. §. 7.* ait: *Inania titulorum (puta, quod Imperator ab Ordinibus nuncupatur Dominus clementissimus, quod ii in subscriptionibus literarum alibique de officio suo prolixissime pollicentur) genium seculi stylumque curiae produxisse, non plus fere efficaciae habentia, quam alia verba honoris, in quae ignauissimus quisque operum soleat esse effusissimus.*

Ad Tit. D. de transaction.

PAROEMIA XI.

Es ist besser ein magerer Vergleich, als ein feistes Urtheil.

§ I.

Praestat macilenta transactio, quam pinguis victoria.

PROverbium hoc passim allegatur, v. SVTTINGER. *obs. 47. num. 2.* DIETHER. *ad Besold. lit. V. n. 19.* FRANTZK. *l. 3. Resol. 20. n. 38.* LAVTERB. *de palmar. aduocat. §. 46. & in praefat. Dissert. de pacto remissorio maioris partis creditorum*; qui verissimum dicit, nec temere, si Gentis nostrae iudicia respicias, *vbi, si diuturna molestia cum sumtibus sit conferenda, grauius profecto putes sic vincere, quam confestim damnari*, vt ait FORSTNER. *ad II. Annal. Tacit.* conf. CARPZ. *p. 1. const. 1. def. 9.* A. FABER *l. 9. tit. 22. def. 1.* Plane, vt MARTIALIS 7. *epigramm. 64.*

Ah miser & demens viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet!

ARISTOTELES describit virum aequum non summo iure vtentem, sed cedentem iure suo. GROT. *ad Matth. 7. 19.* Persarum prouerbium apud PVFENDORF. *l. 7. c. 9. §. 6.* Et in vniuersum si spectentur, quae plerunque litibus solent accedere, animus exulceratus, vafrae artes, sine fine ampliatio, impendia, auocatio a negotiis melioribus, odia denique, non est dubium, satius fore, si tot molestiae etiam quauis tolerabili pactione redimantur: Hinc non improbat Praetor (inquit VLPIANVS *l. 4. §. 1. D. de alienat. iud. mut. caus. fact.*) *factum eius, qui tanti habuit, re carere, ne propter eam saepius litigaret.* Et CICERO, de officiis secundo, laudat a litibus, quantum liceat, abhorrentem, aut etiam paulo plus, quam liceat, abhorrentem. *Est enim*, inquit, *non modo liberale, paul-*

Digitized by Google

paulum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. IVLIANVS *ep.* 35. *ap.* PITH. *ad tit. de transact. p.* 469. Exemplum Eumenis Regis est apud LIVIVM *l.* 37. Quod ad me attinet, in aliis rebus cessisse *intra* finem iuris mei cuilibet videri velim, quam nimis pertinaciter in eo tetendisse. v. omnino I. GOTHOFR. *tom. I. C. Theod. p.* 157. Mitio apud TERENTIVM in Adelphis: *Do, praetermitto, & non necesse habeo, omnia pro meo iure agere. Praestat igitur macra transactio, quam opima sententia,* & satis lucratur, qui a lite cito discesserit. v. PARTHEN. *litigios. l.* 1. *c.* 4. KNICHEN. *de Saxon. non prouoc. Iur. voce Ius c.* 3. *n.* 73. Hanc ob causam in Recessu Imper. de A. 1654. §. Zweytens 110. prudenter constitutum, Daß der Richter erster Instantz die Partheyen in zweiffelhafften Sachen, nicht allein vor angefangenen Rechtstand und Litiscontestation, sondern auch in quacunque parte Iudicii, durch alle dienliche Mittel und Wege, auch schiedliche Erinnerungen, in Güte von einander zu setzen, und hierdurch alle weitläufftige kostspeltige Rechtsfertigung zu verhüten, sich befleisse. Adde ZIEGLER. *Dicastic. Conclus.* 22. CARPZOV. *l.* 2. *I. P. Consistor. def.* 265. *n.* 27. *l.* 3. *def.* 99. *n.* 18. *seq. Bene facit, qui emit concordiam,* ait GROTIVS *ad Ecclesiastic. VIII.* 2. Vnum addimus, iam dudum THOMAM SODERINVM apud MACHIAVELL. *l.* 7. *histor Florent. p* 429. velut trito adagio vsum: *potiorem esse macilentam transactionem, quam pinguem victoriam.* Quicum conuenit illud Hispanorum prouerbium: *Mas vale male auenencia, que buena sentencia;* & THEOCRITI *Idyll.* 23.

Ὀλίγῳ τοι ἔοικε κακῷ νῖκος ἀναιρεῖν.
Par est exiguo malo magnum litem tollere.

§. II.

Caeterum non imprudens heic est monitum FRIDERICI HILTROPII *part.* 2. *proceff. iudiciar. t.* 17. *p.* 319. Ne, qui post longos litium anfractus magnis sumtibus rem obtinuerunt, cum aduersario deuicto in nouam pactionem descendant. Solere enim victos plerunque, omnibus subterfugiis iam praeclusis, aduersario sub specie pacis, amicitiae & concordiae speciosam amicabilem compositionem, animorum hactenus exulceratorum coniunctionem & quandam ἀυνησίαν offerre, hoc animo & intentione, vt rebus iudicatis rursus obstaculum ponant, & earum executiones remorentur: neque enim iudicem ad executionem procedere rerum iudicatarum, si partes iudicatis rebus nouis compositionibus contrauenerint. *l. si causa cognita* 32. *C. de transaction. l.* 4. §. *si ex conuentione D. de re iudicata.*

Heic tamen commendatur cautio aduersus vafras quorundam artes.

PAROEMIA XII.

Ad Tit. D. de his, qui notantur infam.

Der wissentlich eine Hure oder Geschändete nimmt, ist entweder ein Schelm, oder will einer werden.

§. I.

SIgnificat paroemia: *Vel esse, vel fore nequam, qui scienter meretricem ducit,* siue, vt BERNEGGER. *ad Tacit. quaest.* 106. effert: *Eius animum, qui sciens volens meretricem ducit, a patriae proditione non abhorrere videri.* Ducta videtur ex antiquissimis Germanorum moribus. Nam ita TACITVS *de moribus Germ. c.* 19. *Publicitae,* inquit, *pudicitiae nulla venia, non forma, non aetate, non moribus maritum inuenerit. Nemo illic vitia ridet,*

Sententia paroemiae & eius origo.

nec corrumpere & corrumpi seculum vocatur. Et Franci, eorum posteri, infesti erant fornicatoribus, vt constat ex *libro 6. Capitul. 415. & 7. Capit. 143.* Iosephvs quoque velut interdictum Mosaicum *lib. 4. Origin. c. 18.* refert his verbis: *neque meretricis sunt nuptiae: huius enim propter iniuriam suo corpori factam nuptiale sacrum Deus non admittit.* Quanquam recte Seldenvs scribat *l. 1. de Vxor. Hebr. c. 11.* vndenam legem illam habuerit Iosephvs, se compertum non habere.

§. II.

Quidam non magnifice de ea sentiunt.

Hodie vim paroemiae inde colligas exoleuisse, quod multi non magnifice de illa sentiant. *Non ab honestis & grauibus viris, sed a vulgo & leuioribus hominibus ortum duxisse*, ausus est scribere Berlichivs *Dec. 297. n. 12. n. 40. Acrius vulgo dici*, existimauit Mevivs *l. 4. ad Ius Lubec. tit. 13. art. 3. in addit.* Add. ab Essbach. *ad Carpzou. p. 2. const. 6. def. 14.* Cui rei praeter externa vitia, quae Germaniam ab aliquot seculis inundauerunt, Pontificiae sanctiones causam praebuisse videntur, quando misericordiae genus in matrimonio cum meretrice collocauerunt. v. *cap. 20 X. de sponsal.* Neque defuere Canonum Doctores, impensius meretricio generi fauentes. *Cum enim tota illa Clericorum gens* (verba sequor Berneggeri *d. l.*) *prae reliquis luxuriosa sit, & careat vxoribus, ipsis opera danda fuit, vt ampliaretur facultas luxuriandi, quod neque celebris ille Practicus Papiensis dissimulare potuit.* Cuius Papiensis, circa initia quinti decimi seculi scribentis, verba adduxit Tabor *Coll. Argent. ad tit. D. si tab. testam. non extab. §. 23.* Hinc asseri solet (qui fructus est disputationis huius) quem ob matrimonium cum huiusmodi persona e sodalitio opificum aut mercatorum eiici non posse, nec dignitatis suae iacturam facere.

§. III.

Tres casus distinguuntur. Primus est, ducentis in matrimonium a se vitiatam.

Verum distinctius rem consideremus. Aut enim quis ducit vitiatam a se aut ab alio, & tum vel sciens vel ignorans. Priori casu, cum iure diuino deflorata ducenda fuerit vxor, quod etiam Athenis obtinuit, vt ex Plavte *Aulularia* discimus, neque vel Hebraei vel Athenienses ob hoc iura ciuium amisisse legantur, non iniustum est, matrimonio coëuntibus existimationem conseruari; praesertim cum matrimonium subsequens vitium, quod praecessit, purgare videatur. v. Carpzov. *p. 2. const. 6. def. 13.* idque eo magis valet, si post sponsalia concubitus anteuertat nuptias. v. Carpzov. *l. 6. R. 99.* Mevivs *p. 3. Dec. 38.*

§. IV.

Alter, ducentis ab altero vitiatam ignoranter.

Si quis ignorans ab alio vitiatam ducat, & retineat, eum infamiam aut saltem leuis notae maculam comitari, aequitas non patitur. Hinc paroemia nostra notanter vtitur voce **wissentlich**. Licet enim matrimonium ob vitium virgini (etiam inuitae. v. Carpzov. *l. 3. Resp. 114.*) illatum ante incompertum rescindi possit & soleat, tamen modis omnibus concordia tentari debet, vt is, qui errore duxit compressam ab alio, retineat eam, praesertim si est modesta; quia, vt prudenter monet Melanchthon, *loco de Coniugio*, diuortia saepe magnae calamitates sequuntur, quarum habenda est ratio a Iudice & ab actore. v. Berlich. *Decis. 298. in calce.*

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Sed neque nota impingi debet ob matrimonium cum illa contractum, quae moribus alioquin honestis ab amante se subigi passa fuit, vita emendatiore maculam eluens. Paroemia enim nostra voce Hure vtitur, quae descendit ab Hewern, locare, hoc est, corpus mercede accepta prostituere. Nam vtut ex Iure Romano stuprum sequatur infamia. *l.* 7. *D. public. Iudic.* SPECVL SAXON. *l.* 1. *art.* 5. (quod male negant CARPZOV. *Dec.* 17. *n.* 9. MEVIVS *l.* 4. *ad Ius Lubec. tit.* 5. *art.* 1. v. BRVNNEM. *ad l.* 25. *C. de adult.*) tamen aequum non est, infamiam aut leuis notae maculam, quae poenae genus est, in innocentem maritum transire. *Vnusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur*, ait CALLISTRATVS *in l.* 16. *D. de poenis.* BERLICH. *d. decis.* 199. *per tot.* STRVVIVM *ad tit. D. de his, qui not. infam.* Quanquam, si lex diserte vetet, talem in collegium opificum recipi, ea etiam hoc casu valere debeat, cum ducens talem ex consensu tacito se poenae subdat. v. FIBIGIVM *Ex.* 2. *semidec. quaest.* 5. & MEVIVM *ad Ius Lubec. Resp.* 6. Merito autem paroemiae nostrae locus fit, si quis societ sibi foeminam prostituti pudoris, cum hoc vilem abiectumque animum satis prodat. v. CARPZOV. *p.* 2. *Const.* 6. *def.* 14. REYGER *in Thesaur. voce collegium n.* 10.

Tertius, ducentis talem sic exter.

PAROEMIA XIII.

Ad Tit. de his, qui notantur infamia.

Der Müller ist fromm, der Haar auf der Zungen und in der Hand hat.

PRouerbium hocce, quod SPEIDELIVS voce Mühlen consignauit, molitorem probum ἐν τῶν ἀδυνάτων esse innuit. Sane ex MONACHO SANGALLENSI, rerum Caroli M. scriptore, colligas, ea tempestate ab officiorum Ecclesiasticorum honoribus, omnibus alioquin, quantumuis pauperibus, regia munificentia patentibus, exclusos fuisse molitorum filios, non aliter, ac nunc carnificum solent. Sic enim ille *l.* 1. *c.* 8. *Ne a scientibus rerum illarum arguar mendacii, quod nullum exceperim, fuerunt in eius schola duo molinariorum filii de familia sancti Columbani, quos, quod non congruit, ad Episcoporum vel coenobiorum regimen subleuari, tamen per merita, vt creditur, magistri sui praefecturam Balienfis Monasterii vnus post vnum strenuissime gubernarunt.* Nullos ferme in re concredita negligentius ac malitiosius versari, ac molitores, scribit FEDERICVS SCOTVS *l.* 4. *conf.* 6. *in fin. tom.* 1. KNICHEN *de iure Territor. c.* 4. *n.* 113. conf. omnino WEHNER *voce* ungerecht Gut. Haec causa fuit haud dubie, quamobrem in multis locis a collegiis opificum & mercatorum filii molitorum fuerint excluſi. Verum maculam illam aboleuerunt Constitutiones Imperii *A.* 1548. *tit.* von Handwercks-Söhnen, Gesellen, Knechten Lehr-Knaben. 37. *A.* 1577. *tit.* 38. Quod ad mercatorum collegia recte extendit MEVIVS *part.* 5. *Dec.* 116. quae est de molitoribus.

Molitor probus est ἐν τῶν ἀδυνάτων.

Ad tit. D. de his, qui notantur infamia.

PAROEMIA XIV.

Die Aemter und Zünffte in den Städten müssen so rein seyn, als wann sie von Tauben gelesen.

ITEM

Was unehrlich, können die Aemter nicht leiden.

Sodalitates ciuium in Vrbibus respuant, quamcunque immunditiem. Cuius paroemiae nimius rigor improbatur.

HOc multis in locis in prouerbium abiisse, auctor est Mevivs *Responſ. ad Ius Lubec. 6. & p. 3. Dec 39. n. 1. in not. p. 5. Dec. 117. n. 1. in not.* Sententia est: *Dignitates, praefecturas, & opificum atque mercatorum sodalitates* (quas Zünffte, quasi Zuſammenkünffte appellamus) *in vrbibus ab immunditie & labe omni liberas esse oportere.* Numirum, vt Mevivs *d. dec.* 117. ait, ad disciplinam & honestatem publicam pertinet, vt recipiendi in collegia mercatorum & opificum sint honestae vitae atque famae. Excitatur his moribus studium sectandi vitae innocentiam, vitandique morum corruptelas. Ideo in collegiis mercatorum atque opificum ab antiquo strictior atque alias inualuit disciplina. At plerumque id nimis in aliorum iniuriam & praeiudicium extenditur. v. Schweder *part. special. sect. 2. c. 14.* Qua de re non possum non adducere locum praeclarum viri πολιτικωτάτου Seckendorfii *in addit. des Teutschen Fürsten-Staats §. 41.* vbi demonstrat, ad augendam populo regionem facere, daß die Nahrung frey seye, und mit keinen Zünfften, Innungen oder Gilden, oder auch mit beschwerlichen Impoſten beleget und eingeſchrencket werde. Das ist, inquit, eine harte Lection der Handwercker und vor die Räthe der kleinen Städtlein, welche mehrentheils Handwercker sind, sowohl auch für etliche Obrigkeiten und dero Cantzeleyen, die sich die wenigen Gebühren von Meister-Geld, Handwercks-Buſſen, Beſtätigung der Innungs- oder Zunfft-Brieffe gefallen, oder durch die zum Schein falschlich vorgewandte schöne Ordnung, Zucht und Policey der Handwercker bethören lassen, wann sie in ihren Innungs-Brieffen und Artickeln lesen, wie die Handwercker erbar und gottesfürchtig mit einander leben, Schmähung, Flüche und schandbare Worte bey Straffe vermeiden, mit einander zu Grabe gehen, aus der Handwercks-Büchse den Armen steuern; Item, daß sie die Baſtarte, und die sich unkeuſch verhalten, und etlicher geringer verächtlicher Leute Kinder nicht in die Zunfft nehmen. Das alles sind schlechte Nutzbarkeiten, welche den Zwang, Monopolium und andere Ungelegenheiten der Zünffte keineswegs ersetzen. Iam dudum etiam, nec minus praeclare, Ioann. Ferrarivs Montanvs *libro VI. de instit. rep. c. 5.* de collegiis hisce grauiter queſtus est, *quapropter*, inquiens, *in societatibus suis atque collegiis isthaec ordinant atque statuunt, quod priuatim commodet, atque a publica vtilitate tam alienum sit, quam quod alienissimum. Hinc est, quod in rebus publicis non bene instructis pistores inter se statuunt, donec alteri panis superſit, ne alter venalem proponat. Calcearii, sartores, linteones atque alii, vt arctus sit famulitii numerus. Inter panniculatios conueniri solet, ne vltra praestitutum quisquam pannos annuo spatio conficiat. Quae ex eo promanant, quod in collegiis plerumque sunt plures eorum, qui vel artificia male callent aegreque exercent, aut sua luxu, alea & commeſſationibus profundunt ac decoquunt, quam qui sedulo laborant, rebusque acquirendis strenuam & honestam operam locant, artisque exercitium sibi vtile faciunt. Inter quos facile numerus vincit, &, quod priuatum est, vtili praefertur: tametsi haec illa hominum parum consideret, quid vtile-*

vtile sit, etiam vtcunque, sed, cum ipsis nulla emergendi spes est, aliis quoque successum inuident, & hoc pacto non solum, quod publice perniciosum est, vrgent, verum etiam, quod priuatim commodaret, interuertunt. Vnde fit, vt collegia illa artificum praeter hoc, quod ob inconsultam statutorum temeritatem illicita atque inhonesta habent, etiam multis oppidis perniciosa sint; Quo magis inuigilandum est magistratibus, ne tale quidpiam fiat, sed pestibus illis intercedatur. Quod statim fieret, nisi similem Deus ad similem duceret, faceretque, vt similes contingerent labris luctuae. Vtcunque autem moribus Germaniae antiquissimis invaluerit, spurios non recipi in sodalitates opificum, vt post alios testatur MYLER, *Gamolog. cap. 23. §. 4.* tamen hoc neutiquam porrigi debet ad illos, quorum parentes criminis fuere insimulati aut accusati, v. MEVIVM *d. p. 5. Dec. 117.* aut capitis damnati, vid. CARPZOV. *decis. 192.* aut qui nati ex spurio in legitimo matrimonio. CARPZOV. *decis. 111.* aut denique, qui vilioris, non tamen turpis, conditionis sunt. Eos enim a collegiis excludere, nihil est aliud, quam viam ad meliorem virtutem & fortunam emergendi praecludere, atque virtuti, industriae & artibus obicem ponere. Quod indignum & inhumanum non modo, sed etiam commodis ciuitatum contrarium est. MEVIVS *d. p. 5. Decis. 116.*

PAROEMIA XV.

Ad tit. D. de recept. qui arbitrium receper.

Laß dich in kein Compromiß,
Du verlierst die Sach, das iſt gewiß.

RHythmos hoſce incomtos, quibus prouerbii loco nos vti, teſtem habeo RVTGERVM RVLANTVM, ad verbum transferre poſſumus:

Ne compromittas, certo causa cadet.

Via minus tuta compromiſſum, quando?

Nimirum illis, qui malam fouent cauſam, compromiſſum non conducit. Hinc ſpretam plerumque potentioribus viam, compromiſſum dicit H. GROTIVS *annotat. ad l. 2. de I. B. & P. c. 23. §. 8.* videri volens CONNESTAGIVM *de coniunctione regnorum Caſtellae & Portugalliae*, vid. omnino OBRECHT. ad *Grot. 23. 8. Aliud in* GROTII *excerptis de Regno Hiſpaniae. p. 67.* Quin experientia docet, plenum eſſe aleae opus compromiſſum, niſi de bono arbitri animo ſis certus. Exemplum eſt in Polonis & Cruciferis, qui compromiſerant in Sigismundum, Caeſarem, a quo non expectata in Polonos lata ſententia v. CROMERVS *l. 18. Rer. Polonic.* vbi memorat, Vladislaum Regem cum Vitrodo de M. Duce Lithuaniae, decreto perlato ira & dolore in lacrymas vsque & vlulatum exarſiſſe. Quae cauſa haud dubie eſt, quamobrem, re per arbitri ſententiam euicta, auctor ad euictionem praeſtandam non adſtringatur. *l. 56. §. 1. D. de euiction.* v. BLANCVS *tr. de compromiſſis faciendis inter coniunctos, quaeſt 9. de effectu ſententiae n. 3.* vbi exceptionem ſtatuit in arbitris ſtatutariis, quippe in quos compromittens culpa careat. Alioquin compromiſſum digna eſt via, quam inſiſtant aequi & pacis amantes, vt compluribus exemplis Regum & rerump. hanc viam eligentium probat H. GROTIVS *d. l.* Et priuatis compromiſſum commodat, vt lites eo citius & minoribus expenſis molaſtiisue tollantur. *l. 37. D. de receptis, qui arbitr. recep.* CARPZOV. *part. 1. conſt. 1. def. 15.*

Ad tit. D. de iudicis.

PAROEMIA XVI.

Wo kein Kläger iſt, da iſt kein Richter.

§. I.

Si non ſit actor, nihilominus iudex de criminibus iu ioas.

IN ſummario Spec. Saxon. A. M.CCCC.LXXIV. Baſileae impreſſi, *l.* 1. *art.* 62. eſt: Wor keyn Cleger iſt, do ſal ouch keyn Richter ſien. Adde CONRAD. HARZ *de reor. inquiſit. concl.* 4. *num.* 91. Ad verbum transferas: *Vbi actor deeſt, deeſt iudex.* Idem exprimere videtur vulgaris regula: *Neminem ſine accuſatore damnandum eſſe*: De qua intrepide FRANCISC. DVARENVS *l.* 1. *Anno Diſp. c.* 38. pronunciat: a vulgo Interpretum confictam, nec apud vllum iuris auctorem extare. Et ſane VELPIANVS, quem eius regulae auctorem citant, *in l. reſcripto* 6. §. *ſi quis* 2. *D. de munet. & honor.* non prohibet, quo minus citra accuſationem facinoroſus puniatur (id enim publicae vtilitati maxime aduerſarium eſſet, nemine fortaſſis accuſare volente) ſed antequam ſit reus delatus, interim eum ab honoribus arceri vetat. conf. *l.* 17. *eod. tit. l.* 1. *C. de reis poſtul. X.* Quin etiam iubentur magiſtratus latrones & alios, quietem publicam turbantes, conquirere, & ſeuerisſime in eos animaduertere. *l.* 1. §. *ſi quis de Offic. praefect. vrb. l.* 4. *D. ad L. Iul. peculat. l.* 3. *D. de offic. Praefid. l.* 7. *C. de cuſtod. reorum.* Et in *cap.* 10. *de purgat. Canonic.* eſt: *Nec illud etiam improbamus, quod, licet nullus contra eam accuſator legitimus appareret, ex officio tamen (fama publica deferente) voluiſti plenius inquirere veritatem.* Hinc ad cauſas delictorum non poſſe applicari prouerbium hoc vulgatum, cum aliis ſcribit CASPAR. ZIEGLER. *ad aur. Prax. Calvol.* §. *Cuiacas, concl.* 1. *num.* 61. v. HEIG. *part.* 1. *quaeſt.* 39. LOCCEN. *Synopſ. iur. Suec. p.* 597. Verum, ais, quomodo iudex actoris ſimul partibus defungi poteſt? Reſpondeo eſt facilis, actoris locum ſubire interdum famam publicam, aliquando denunciationem partis laeſae, aut ſocii criminis confeſſionem prouocare Iudicem ad inquirendum; Magiſtratum praeterea non propriam, ſed reip. perſequi iniuriam, ceſſante vlla priuatae vindictae vel odii alicuius coniectura. vid. BACHOV. 2. *ad Treutler.* 31. §. 1. *lit. E.* Alicubi certis hominibus publica auctoritate id muneris imponitur, qui Fiſcales aut Aduocati fiſci appellari conſueuerunt, & primum ab Adriano Aug. inſtituti ſunt, teſte *in eius vita* SPARTIANO *c.* 20.

§. II.

De cauſis ciuilibus non aeque, vt paroemia indicat.

Verum haec ad cauſas publicas & criminum ſpectant. In reliquis paroemia noſtra locum accipit, eique reſpondet fere brocardicum Doctorum: *Iudicem non impertire officium ſuum, niſi imploratum. l.* 4. §. 8. *de damn. infecto.* v. BARBOSA Locupletat. *voc. Iudex. axiom.* 5. Vnde inferunt Dd. in rei vindicatione Iudicem fructuum ante litem conteſtatam perceptorum rationem non habere, niſi ſpecialiter petantur. v. STRVV. *Ex.* 11. §. 25. Dixi, ante litem conteſtatam: etenim poſt hanc iudicis officio vniuerſos fructus reſtituendos, licet ab actore non fuerint petiti, ſatis liquet ex *l. & ex diuerſo* 35. §. 1. *de Rei Vindicat.* Iunge BVSIVM; & *Iudici poſt acceptum iudicium omnium rerum officium incumbit, quaecunque in iudicio verſantur,* vt eſt in *l.* 25. §. 8. *de aedilit. edict.*

§. III.

Quanquam non Notandum tamen, eſſe nonnullas alias cauſas, in quibus ſponte ſua officium exſit iudex, v. g. pupillorum v. *l.* 3. §. *praeterea D. de ſuſpect. tutor.* miſerabilium perſonarum

Digitized by Google

rum *l. nec quicquam* 9. §. 5. *de offic. Proconf. l.* 28. §. 5. *C. de adminiſtr. tutor.* Addunt Dd. cauſas pias. BARBOSA, & quos profert, *ad l.* 2. *C. ſi mancipium ita venierit, ne proſtit.* argumento huius legis. TIRAQVEL. *de priuileg. piae cauſ. priuil.* 152. *nullae cauſae excipiantur.*

PAROEMIA XVII.

Wo einer ſein Gut findt / da ſpricht ers an.

Ad tit. D. de rei vindicatione.

§. I.

IDem ſignificatur, ſed cum circumlocutione in *l.* 25. *de Obl. & Act. In rem actio eſt, per quam rem noſtram, quae ab alio poſſidetur, petimus, & ſemper aduerſus eum eſt, qui rem poſſidet.* Paucis eloquar. *Rei vindicatio rem vbique ſequitur.* adde H. GROTIVM *l.* 2. *de iur. B. & P. c.* 10. § 7. *Rei vindicatio rem vbique ſequitur.*

§. II.

Hoc adeo verum eſt, vt nec pretium pro re euicta ſolui ſit neceſſe. *l. ſi mancipium* 23. *C. de rei vindicat l. ſuper emti* 16. *C. de euict.* Quin, etſi poſſeſſor iuſtum pretium offerat, audiendus non eſt. v. MEV. *p.* 2. *Dec.* 271. Nam, quare alter re ſua carere cogatur, nulla cauſa ſubeſt naturaliter iuſta, non conſenſus ipſius, non meritum, non compenſatio. Potuit etiam emtor ſibi cauere. Eam ob cauſam Imperatores in *l.* 2. *C. de furtis* reſcribunt: *Curate cautius negotiari, ne non tantum in damna huiuſmodi, ſed etiam in criminis ſuſpicionem incidatis.* conf. *l.* 5. *in calce C. eod. tit.* Vbi non poſſum non inſignem Francorum legem Childerici III. *c.* 24. quae inſerta *l.* 5. *c.* 344. & *l.* 6. *cap.* 351. in medium afferre, vt maiorum noſtrorum aequitas & circumſpectio prae ipſis Romanis eluceat. Sanxit illa: *Vt nulli ingenuo vniuerſam rem liceat comparare de incognito homine, niſi certe fide iuſſorem adhibeat, cui credi poſſit, vt excuſatio ignorantiae auferatur. Si aliter fecerit, ſiſtat hominem intra tempus a iudice praefixum. Quem ſi non potuerit inuenire, approbet ſe aut ſacramento aut teſtibus innocentem, quod eum furem neſcierit, & quod apud eum agnoſcitur, accepta pretii medietate reſtituat, atque ambo datis inuicem ſacramentis promittant, quod furem fideliter quaerant. Quod ſi omnino furem inuenire nequiuerint, rem, quantum emta eſt, domino rei emtor ex integritate reformet.* add. *legem Pipini ap.* BALVZ. *p.* 543. *ex LL. Longobard.* Aegyptiorum tamen lege in reſtitutione rei furtiuae quarta pars pro redemtionis pretio ſoluebatur, teſte DIODORO SICVLO *l.* 1. *Biblioth. pag.* 72. Alfredus Magnus, Anglorum Rex, vt omnibus hiſce incommodis mederetur, ſtatuit, *ſiue quis mancipia ſeu boues equosue dinceps venundaret, haud aliter venditionis auctorem idoneum haberi, niſi fideiuſſoribus interpoſitis prius ſatisfaceret, ſe, quod venum exponeret, iure poſſidere,* vt auctor eſt IOHANN. SPELMANN. *in vita eius l.* 2. § 15. Verum, quae limitationes huius doctrinae ſint, prolixe iam & erudite a compluribus eſt traditum. v. FRANTZK. 2. *reſolut* 9. CARPZOV. 2. *quaeſt. crimin.* 87. *n.* 54. *& ſeqq.* FINCKELTH. *obſ.* 56. RICHTER. *Dec. Ien.* 96. C. *Iuris A. de Rei vindicat.* §. 52. *Nec poſſeſſori pretium refundi neceſſum eſt.*

§. III.

Ex eodem fonte oriri dicit GROTIVS *d. l.* quod ab VLPIANO eſt proditum, qui rem alienam inuenit, hunc ita ad eam domino reddendam teneri, vt ἐυεργεσιαν, hoc eſt, prae- *Nec, qui rem alienam inue-*

nit, praemium inventionis petere poſſit.

praemium inuentionis, petere non poſſit. *l. 43. §. 9. de furt.* Et tamen huius legis argumento non inepte videntur concludere, qui repertorem retentione vti poſſe concedunt, donec honorarium ſibi aliquod praebeatur. v. TABOR. *Racem. Crim. 2. §. 36.* Id quod etiam iure Suecico conſtitutum. v. LOCCEN. *Synops. iur. Suecic. D. 5. §. 28.*

§. V.

Qui bona fide rem alienauit, dominus, quod ex alienatione lucratus eſt, debet reſtituere.

Caeterum, ſi res non extet, elegantiſſima eſt quaeſtio, quatenus, qui bona fide eam alienauit, teneatur? Sunt, qui hunc ad totius, quod accepit, pretii reſtitutionem adſtringendum arbitrantur. PAPPVS *l. 3. de iure non ſcripto c. 44. num. 8.* BERLICHIVS, PINGITZER, & alii apud STRVV. *Ex. 11. §. 13. initio.* Verum ratio praecipua, qua vtuntur, pretium nempe loco rei ſuccedere, in rei vindicatione falſa eſt, v. *l. 48. §. fin. de furt.* & tantum inuenit locum in iudiciis vniuerſalibus. v. BARBOSA locupletat. *Voce: pretium, axiom. 6.* Contra alii tantundem volunt reſtitui, quantum venditor factus eſt locupletior. C. *Iur. A. ad tit. de furt. §. 27. num. 1.* STRVV. *d. l. & quos profert,* CARPZOV. *p. 4. conſt. 39. def. 9.* conf. WALTHER. *de metat. c. 13. & 99 p. 156.* RICHTER. *dict. deciſ. num. 160.* TABOR. *in Benedictis cap. 4.* CAROLVS DE MEAN *obſ. & reb. iudicat. ad l. Leodienſ. 575.* LOCCEN. *Synopſ. iur. Suecici p. 837. 838.* Quae ſententia & naturali maxime & ciuili iuri eſt conſentanea. *Naturali;* quoniam rebus non extantibus humano generi placuit, vt, ſi tu ex re mea factus es locupletior, me rem non habente, in tantum teneatris, in quantum factus es ſocupletior: quia, quatenus es ex meo lucratus, eo plus habes, cum ego minus habeam: introducta autem ſunt dominia ad ſeruandam aequalitatem, in eo ſcilicet, vt quisque ſuum haberet, vt eleganter loquitur H. GROTIVS *d. l. §. 2.* conf. *l. 3. c. 10. §. 6. num. 2. Ciuili,* quod *condictionem* videtur concedere; nam ita AFRICANVS *l. 23. de reb. credit. Si eum, inquit, ſeruum, qui tibi legatus ſit, quaſi mihi legatum poſſederim, & vendiderim: mortuo eo, poſſe te mihi pretium condicere, Iulianus ait: quaſi ex re tua locupletior factus ſim.* At qualis haec condictio? CVIACIVS *tract. 2. ad Africanum in explicatione huius legis* Sine cauſa eſſe dicit recte! haec enim datur, *vbi res vel ex non iuſta cauſa ad quem peruenit, vel redit ad non iuſtam cauſam.* vt eſt in *l. 1. §. 3. de condict. ſine cauſa.* Vnde facile eſt confutatu argumentum FRANTZKII *l. 2. reſol. 9. num 125. & ſeqq.* contendentis, ne quidem pretium, qua venditor locupletior factus, reſtituendum, quoniam dominus nulla actione experiri queat, non perſonali, neque enim obligatione ex contractu vel delicto aut quaſi obſtrictum: non etiam reali, quia rem non poſſideat, neque dolo poſſidere deſierit. Reſponderi enim poteſt, actiones interdum ex generali quadam aequitate, a lege ciuili animata, proficiſci, vt optime docet & exemplis illuſtrat TABOR. *Part. Elem. p. 169.* Equidem leges, quae ex ex iure Romano adferuntur, vt *d. l. 23. D. de reb. credit. & l. 32. D. eodem,* non per omnia ad caſum, quem propoſuimus, quadrant; quam in rem nonnulla diſſeruit LAVTERBACH. *ad d. l. 32. part. 2. §. 20.* Enimuero ſatis eſt, ſententiam noſtram in naturali iure fundari & Romano iure abrogatam non eſſe. Alium ſimilem caſum habet BRVNNEMANN. *cent. 2. Dec. 97.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA XVIII.

Hand muß Hand wahren.

Ad Tit. D. de rei vindicat.

§. I.

PAroemia haec (quam ad verbum transferas: *manus tueatur manum*) sumta est ex iure Lubecens. *l. 3. tit. 2. art. 1. & 2.* quicum consonat ius Saxonicum. *L. 2. Spec. Saxon. art. 60.* Cuius summarium est: Leygestu eynem deyne varnde Habe oder vorsetzstu em adir wie du sust deine varnde Habe lest einem andern, verkoufst sie der, du hast keine Forderung doran, sunder alleine uf den, deme du sie gethan hast. In Latino: *Qui alteri equum, vestimentum aut aliquid mobile concesserit obligaueritque, aut quoquo modo res ab eius potestate cum consensu suo alienatur. Si percipiens eam rem vendiderit aut obligauerit seu detasseraverit, vel si eam rem furto spolioque amiserit, qui eam in huiusmodi potestatem tribuit, nullam, nisi aduersus eum, cui hanc rem concesserit aut obligauerit, habet actionem.* & Hamburgense *part. 2. tit. 2. art. 7.* Alia statuta adducit HENRICVS GIESEBERTVS *pericul. statutor. art. 13. n. 18.* Simile prouerbium habent Sueci, Hand skal Hand fölgia, laudatum a LOCCENIO *Synopf. Iur. Suec. Diff. 12. quaest. 5.* & *in Exercit. vlt. corollar.* Eiusdem sententiae videtur illa: Da jemand seinen Glauben gelassen, da muß er ihn wieder suchen. *Cuius fidem quis secutus est, res suas ei tradendo, eum in repetitione huius rei sequi necesse est.* Quemadmodum explicat Cancell. STRAVCHIVS *de Oppign. rer. imper. §. 14. v.* MEV. *p. 5. Dec. 174. in fine p. 8. Dec. 24.* Vtitur autem ius Lubecense hac paroemia, vt probet, commodanti aut deponenti Domino contra eum, qui rem a commodatario aut depositario venditam, donatam, oppignoratam aut alia ex causa alienatam accepit, non competere rei vindicationem, sed tantum aduersus commodatarium integram esse commodati actionem, sicut & Saxonico iure constitutum est. Quod quamuis aperte cum Romani iuris rationibus pugnet; quippe quo rei vindicatio contra quemuis possessorem datur *l. 9. ff. l. 23. C. de re vindicat. l. fin. §. 1. C. de furt.* non tamen absurdum est, vti nonnulli putarunt aut irrationabile (v. DIETHERVS *ad Besoldum, voce* Gewohnheit) CARPZOV. *part. 2. const. 26. def. 5.*) sed commerciorum vtilitatibus defenditur, vt ne timida & incerta foret inter mercatores mercium acceptio, vel inquisitio originis contractus multas pateretur difficultates. MEVIVS *ad Ius Lub. d. l.* & HAHNIVS *ad tit. commod. num. 7.* Prudenter LVDOV. GVICCIARDINVS *in Belgii descriptione de Antverpia. Quo caute*, inquit, *& circumspecte procedatur in bonorum stabilium emtionibus, optimae sunt & compendiosissimae quaedam consuetudines: ita quidem, vt ipsi emtores, praestitis prius de iure praestandis, intra decimum quintum, vel, vt longum sit, decimum sextum mensem fiant rerum emtarum securi, nec vllo inposterum tempore concedatur in eas euictio, vel quid aliud tale. Atque hae quidem leges efficiunt, vt & venditor statim reperiat rei suae emtorem, & emtori legitime cautum sit: nec requirantur, vt in aliis aliquot locis, pro re vendita, fideiussores.* Ad depositum paroemiam hanc pertinere negat MARQVARD. *de iure mercat. l. 2. c. 8. n. 88.* Caeterum paroemiae huius notabilem limitationem dedi ex COLERO *dissertat. de conuention. dominii translatiuis §. 29.*

Qui fidei alterius committit res suas, easdem ab ipso, non a tertio possidente repetit.

§. II.

Paroemia quoque haec non inuita transferri potest ad euictionis praestandae casum. Wahren enim latine significat fieri auctorem, siue euictionem praestare, vel, vt vernacula

Quisque ab auctore suo, euicti.

vt praestetur, petit. cula nostra dicimus, Wehrschafft leisten, schadloß halten. Vnde deſcendunt in iure Saxonico Warendator, Waranda & Warandatio v. Spec. Saxon. *L. 1. art. 9. & art. 15. l. 3. art. 83.* in iure feudali guarentisare *v. 2. feud. 34. pr.* adde Hottom. *Verb. feudal.* Voss. *de vitiis serm. lat. l. 2. c. 23.* Ergo sic paroemiae vis erit: Quemque a suo auctore euictionem exigere oportere. Quod etiam *in l. 59. ff. de euiction.* traditur, sed cum duplici limitatione. Prima est: Si cessa mihi fuerit actio a meo auctore contra auctorem suum. Altera: si quodam casu hypothecam habeam. v. Nicolavm Bvrgvndvm *de euiction. c. 63.* Adde Mevivm *p. 4. Dec. 50. p. 8. Dec. 24.* Ioh. Bapt. Larream *Dec. Granat. 73.*

Ad Tit. D. si ager vectigal. pet.

PAROEMIA XIX.

Die Henne trägt das Handlohn auf dem Schwantz.

Ex gallinae debito colligitur Laudemii praestatio. Adducit Diethervs *in addit. ad Besold. voce* Handlohn *p. 362.* Sententia est: *Ex gallinae debito colligi praestationem laudemii.* Moris est in plerisque Germaniae regionibus, rerum emphyteuticarum nomine loco canonis res minimas dari, praesertim gallinas, quae olim paucis obolis constabant. v. Sichard. *ad l. 1. C. de iure emphyteut. num. 28.* Hinc gallina μετονυμικῶς heic denotat emphyteusin, Handlohn vero laudemium. Equidem apud Germanos bona emphyteutica olim laudemialia haud fuisse, erudite probauit Schilterus *de bonis laudemialib. §. 11. & seq.* Quanquam simul fateatur, & ex documentis constare satis asserat, successu temporis bona emphyteutica pleraque facta esse laudemialia. Hinc nata est paroemia nostra, quae tamen complures exceptiones patitur; cum dentur bona seu praedia, de quibus annuatim quidem danda est gallina, nec tamen soluendum laudemium, vt testis idem Diethervs.

Ad Tit. de vsufructu.

PAROEMIA XX.

Was die Egde bestrichen, und die Hacke bedecket hat, das folget dem Erben.

§. I.

Secundum paroemiam hanc vsufructuarius fructus nondum perceptos post & semen ad heredem transmittit. Vulgo dici consuevit, ait Schvlzivs *ad tit. ff. de Rer. Diuis. lit. nn.* apud Saxones sc. ex Speculo Saxonico. *l. 2. art. 58.* Sententia est: *Si post sementem factam & rastris subactam decesserit vsufructuarius, fructus etiam nondum natos vel nondum perceptos ad heredes eum transmittere.* v. Hartmann. Pistor. *l. 1. quaest. 24. num. 74. seq.* Carpzov. *part. 3. const. 32. def. 5.* Quale ius quoque moribus Transsalaniae seruari testatur P. Bvsivs. Idque non solum in allodialibus, sed etiam in feudalibus obtinet, *d. art. §. 8.* sed & in pensionibus loco fructuum praestandis procedit, in denen Zinsen, so von verliehenen Erbgütern und Aeckern dem fructuario gebühren und ausständig seyn. Sintemahl auch dieselbe vor Erbe zu achten, und auf den Erben gefallet werden, so bald die Aecker, davon solche Zinß gefält, besäet worden. Vt loquitur Simon Pistoris

part.

Digitized by Google

part. Consil. Modestin. vol. 1. conf. 11. num. 8. Sed nec haeres fructuarii, qui fundos excultos & consitos in vsumfructum acceperat, cum fundis vltimi anni fructus restituere, nec impensas, quas dominus proprietatis in fructus prioris anni fecit, refundere tenetur, vt pluribus demonstrauit FRANTZKIVS. *l. 3. Resolut. 16. & 17.* Ex eodem principio, vxore mortua, maritus fructus industriales, in fundo dotali pendentes, consequitur. Vt pluribus deduxit FINCKELTHAVS. *obs. 54.*

§. II.

At Iure Romano tralatitium est, mortuo vsufructuario fructus nondum perceptos non haeredem eius, sed dominum proprietatis sequi. *l. 13. quib. mod. vsusfruct. amitt.* §. *37. I. de Rer. Diuis.* KLOCK. *vol. 2. conf. 66.* Quo spectat illud Ioann. IV, 37. *Alius est, qui seminat, & alius est, qui metit* v. ibi GROTIVS *simile Graecorum Proverb notans.* Nimirum apud Romanos soli, apud Teutones seminis ac culturae potior ratio habebatur. Æquum tamen est, hoc casu fructuarii haeredibus satisfieri ratione expensarum: id enim sapit aequitatem, licet iure destituamur, ait BACHOV. *ad* §. *37. I. de Rer. Diuis.* v. TIRAQVELL. *de retract. conuentional.* § *5. gloss. 4. num. 10.* CARPZOV. *d. l. def. 10. & 11.* FRANTZK *d. Resolut. 18. n. 8.*

Quod iure R. mano

PAROEMIA XXI.

Ad Tit. D. ad L. Aquil.

Einem vollen Mann soll ein geladener Wage weichen.

PRofert SCHOTTELIVS *l. 5.* von der teutschen Haupt-Sprach *tract. 3.* & PRVCKMANNVS *2. conf. 15. num. 70. crebro*, inquiens, *Germani sermone hoc vti solemus: Ebrio etiam quadrigam de via decedere.* Pertinet huc, quod est apud PLAVTVM *in Amphitruone*: *Bacchae bacchanti si velis aduersarier, ex insana insanior rem facies; feriet saepius. Si obsequare, una resoluas plaga.* Vsum habet paroemia haec insignem in damno dato ab ebrio, quod hunc irritans accepit; quippe qui actionem eo nomine non habet. arg. *l. 7. §. 4. vers. plane. l. 11. pr. l. 52. §. 1. ad L. Aquil. l. 203. de Reg. Iur.* Quo pertinet etiam, quod est in fabella apud SADVM *Rosar. Persic. c. 7.* de quodam, qui oculis laborans, mulomedicum accessit, remedium petiturus, cum ab hoc eodem, quo is iumenta solebat, vnguento inunctus & caecus inde factus esset; vbi re ad iudicem delata ab hoc pronunciatum: *In Medicum actionem sarciendi damni nullam competere: nisi enim coecus factus asinus fuisset, mulomedicum nunquam adiisset.* Aliud exemplum de prouocante laeso habet LAVTERBACHIVS *Ex. forens. 19. §. 10.*

Ebrio cedendum: propterea quod, qui hunc irritans damnum accepit, nullam eo nomine actionem habet.

PAROEMIA XXII.

Ad Tit. D. ad L. Aquil.

Ein Nachbar ist dem andern ein Brand schuldig.

§. I.

HAc post alios vtitur MOLLERVS *4. semest. 31.* D. WISSENB. *Diss. 36. ad I. §. 25.* Sententia est, *damnum incendio illatum vicino non esse sarciendum.* FINCKELTHAVS. *obs. 89.* IOH. AGRICOLA Uthlegginge gemener düdscher Spruckwörde 243. ita effert: Een Naber

Damnum incendio illatum vicinus

Digitized by Google

non refarcit, nisi illius, in cuius aedibus incendium exortum, culpa concurrat.

Naber moth mit dem andern ein Brandvůr vor leve nemen. In expositione addit: Ein Naber överst moth mit dem andern lyden ein Brandvůr, na dem male he dat nicht gerne gedan hefft, unde em ys sülven, wat he hadde, verbrennt, He yß ock denn, de mit em vorbrandt synt, nicht schüldich wedderersladinge tho donte, sunder he moth von synem Naber gelicker vahr ock vormoden syn. Verum hoc non pertinere ad incendium, quod culpa praecessit, satis intelligitur ex Speculi Saxonici *l. 2. art. 38.* Der Man sal gelden den Schaden, der von seyner Vorwarlosunge andern Luten geschyt das sie von barnde adir von bornen, die er nicht bewircket eines Knyes hoch baben der Erden. Quod iuri ciuili etiam congruit. v. *l. 9. D. de incend. ruin. naufrag. l. capitalium 28. §. 11. de Poenis.* adeo vt damnum leuissima etiam culpa dari sufficiat. *l. 44. D. ad Leg. Aquil.* & hoc non tantum committendo, sed & omittendo. Quanquam hac in re nonnulli dissentiant, & hos inter Zoesivs *ad tit. de Leg. Aquil. n. 6.* Brvnnemann. *ad d. l. 44. ad L. Aquil. num. 1.* & *ad l. 27. eiusd. tit. num. 11. & 12.* Ad quos conciliandos cum caeteris forte non inutilis est distinctio *C. A. ad L. Aquil. §. 5.* An arguatur sola cessatio & merum non factum, e. g. cum fructuarius agrum non coluit, an vero cessationem hanc praecesserit factum aliquod, e. g. si quis ignem non custodiuit: vt hoc, non illo casu leuissima culpa castiganda sit. Et certe ipse Brvnnemannvs *d. l.* ait: In custodiendo igne summam diligentiam, etiam ne quid omittatur, necessariam esse. conf. *l. si servus 27 §. 9. l. 30. §. 3. ad L. Aquil.* add. Tabor *Racem. Crim. ad tit. si famil. furt. feciss. dicatur §. 19.*

§. II.

Quis vero heic probabit, an actor, qui damnum tulit, an is, in cuius aedibus incendium exortum?

Ecquis vero heic probabit, an actor, qui damnum tulit, an vero contra *illum* erit praesumtio, in cuius aedibus incendium fuit excitatum? Hoc statuerunt *Scabini Lipsienses* apud Carpzovivm *prax. crim. p. 1. quaest. 39. n. 58.* adde Vinnivm *l. 1. quaest. 33.* Illud Academiae Wittenbergensis, Lipsiensis, Ienensis ICti. v. Stravch. *Diss. 19. §. 11.* vbi Auctores profert. Quorum sententia nobis potior videtur, & approbata ab Electore Saxoniae *Decis. 79.* nam licet in *l. 3. §. 1. de offic. Praefect. vigil.* dicatur: *Inhabitantium plerunque culpa incendium euenire solere, & in l. si vendita 11. D. de pericul. & commod. rei vendit. Incendium sine culpa fieri non posse*, v. Herald. *de re iudicata p. 105.* tamen haec praesumtio generalior est, quam vt ex ea quis possit condemnari: quia incendium contingere potest sine culpa patrisfamilias, quemadmodum liquet ex *d. l. 11.* vbi, postquam dixerat ICtus: *incendium sine culpa fieri non posse*, (quod sine omni exceptione non accipiendum docent *l. qui insulam 30. in fin. D. Locat. l. in rebus 5. §. 4. Commod. l. 9. §. 3. l. 15. §. 3. locat. l. 22. de negot. gest. §. 3. l. de emt. & vendit.* quid enim, si coelitus ignis immittatur?) addit: *incendium sine patrisfamilias culpa fieri posse.* Vtrumque, inquit Cviacivs *l. 17. obs. 29.* est verum, hoc specialiter, illud generaliter; quia, etsi fiat incendium sine culpa patrisfamilias, non tamen sine aliorum culpa, ideo certa persona & demonstranda & probanda, cuius culpa incendium exortum est. Praesertim, cum paterfam. quiuis rerum suarum curam habere praesumatur: &, quoniam sententia certa esse debet, atque in personam certam ferenda, certae vtique personae circa incendium culpam demonstrari, rationis sit. Videantur Gailivs, Matth. de Afflictis, Pingizervs, Magonivs, adducti a Ioh. a Sande *l. 3. tit. 6. def. 9.* Hahnivs ad Wesenbec. *tit. de offic. Praef. Vigil.* Harp. *cons. 88.* Nec paterfamilias de culpa & facto suorum famulorum regulariter tenetur *d. l. si vendita 11.* nisi illi particulari officio praesint, vt coquinae, vel stabulo, & in officio cul-

Digitized by Google

culpam vel delictum admiserint. *l. seruus 27. §. 9. D. ad L. Aquil. l. 1. §. vlt. D. naut. caupon. stab.* quia ratione deputationis praesumitur certa persona. PINGIZ. RAVCHBAR. & IOH. A SANDE *d. l.* Cui addendum: si modo etiam paterfamilias in eorum electione culpam admiserit, hoc est, negligentes, malos, improbos, aut facinorosos oscitanter in familiam suam receperit. *l. 27. §. 9. & 11. ad L. Aquil. l. 3. pr. de publican.* LAVTERBACH. *tract. Synopt. ad tit. D. locat. conduct. §. 3. n. 7. cum multis allegatis.* Caeterum superior praesumtio eo saltem valet, vt iudex contra inhabitatores inquirere possit, eosque vrgere, auctorem incendii vt nominent. Deinde eadem, qui in domo solus fuit, oneratur. v. BRVNNEM. *ad l. 3. de offic. praefect. vigil.* Vnde facile intelligitur, magnam esse probationis huius difficultatem; quam paroemiae huic occasionem dedisse, MOLLERVS existimauit *d. l.*

PAROEMIA XXIII.

Ad Tit. D. finium regendorum.

Dem der Hagen, dem ist auch der Graben.

NOstri rustici, ait GOSWIN AB ESSBACH *ad Carpzou. p. 3. const. 31. def. 16.* in huiusmodi controuersiis (de fossa) vtuntur regula, *quod, cuius sunt vepreta seu fruticeta in sepimenti ambitu, eius fossa est, quae illis adiacet.* **Dem der Hagen, dem ist auch der Graben,** siue **der Hagen zieht zu sich den Graben.** Iuxta quod axioma aliquoties inter rusticos rem decisam noui. Quod forte inde originem traxit, quia plerumque fossam fodiens littus fruticetis & sepimento munit, ne terra euacuata iterum irruat. Adde OETINGER. *de iure & controuers. limit. l. 1. c. 13. n. 9.* Apud Romanos distinguebatur inter fossas finales, & fossas factas agrorum secandorum causa: hae erant propriae, illae plerumque erant communes vtriusque partis pro regione vtriusque fundi: SICVLVS FLACCVS de conditionibus agrorum: *Videndum, inquit, quales sint fossae, ne, si quis siccandorum agrorum causa fecerit, finales esse videantur. Et intelligi potest ex ipsarum fossarum praestatione, vtrum propriae, an finales sint.*

PAROEMIA XXIV.

Ad Tit. D. familiae herciscundae.

Der ältere theilt, der jüngere wehlt.

§. I.

Maior natu diuidit, minor eligit. Quae regula inter Saxones vsitata ortum traxit ex iure Saxonico **Land-Recht** *l. 2. art. 29.* In eius summario est: **Der eldeste sal teilen, und der jungeste kiesen.** v. STRVV. *Ex. 15. §. 11.* Idem ex inueterata consuetudine obtinet in Ciuitate Mindensi. v. CRVS. *ad tit. 8. art. 23. def. 3.* Quanquam & hoc olim apud multos populos obtinuerit, vt ostendit CVIAC. *l. 13. obs. 24. Maior diuidat, minor eligat, lex vetus,* ait H. GROTIVS *ad Genes. XIII. 9.* & GOLDASTVS *l. 1. de maiorat. c. 27. n. 9. & sequ.* morem hunc apud Germanos pariter, ac apud Hebraeos, Graecos & Romanos, pridem vsitatum fuisse, tradit. Adde SPRINGENSFELD. *de Apanagio c. 11. n. 5. & c. 13. n. 6.* MYLER. *de Princip. Imp. c. 23 §. 8.* cum multis, quos profert CARPZOV. *part. 3. c. 15. def. 8.* Ratio autem eius esse haec videtur, vt maior, tanquam prudentior, diuidat; minor, ne per imprudentiam defraudetur, eligat.

Maior natu diuidit, minor eligit.

Digitized by Google

§. II.

Quod non est ex diuino iure.

Neque tamen hoc ex iure naturae est, quoniam aequale inter fratres successionis ius, modum & partitionem similem efflagitat. Non stringit exemplum Abrahami *Gen. XIII. 9.* Abrahamus enim cessit Lotho propria sponte, studio pacis & concordiae, vt ipse *d. l.* indicat. Ex vinculo iuris naturalis oportuisset Lothum, vt nepotem, cedere patruo suo reuerentiae causa, sed Abraham altercationis vitandae causa hoc iure cessit nepoti. Accedit, exemplum hoc videri alienius, cum Abraham & Loth nullam diuiserint haereditatem. LOCCENIVS *Diss. 9. Synopsi iur. Suec. quaest. 9.*

§. III.

Nec ex Canonum iure.

Sed nec Canonum iure fundamentum habet, vtut Canonistae aliter existiment. Nam *c. 1. de paroch. & alien. paroch.* quod vnum allegant, agit tantum de Episcopo, ob haeresin ante remoto, & postea ad vnitatem Ecclesiae reuerso, quem Pontifex vult admitti in partem prioris sui Episcopatus, iam alteri Episcopo dati, sed hac lege, vt ille, qui diutius in Episcopatu fuit, diuidat, alter eligat. Ita VINNIVS *l. 1. quaest. 35.*

§. IV.

Sed ex iure Saxonum, fere vniuersali Germaniae consuetudine hac in parte recepto.

Est igitur ex iure Saxonico, quod hac in parte generali quadam Germaniae consuetudine & in Camera Imperiali approbata receptum, scribit NICOL. BETSIVS *de Statut. & pact. famil. illustr. c. 4. §. 10. seq.* v. STRVV. *c. 19. Decis. Sabbath. 12.* Enimuero ROSENTHALIVS *cap. 7. Synops. feudal. concl. 17. n. 15.* id non eo sensu exaudiendum esse, acsi vnquam in Camera iudicatum esset, quasi consuetudo haec vniuersalis sit, sed quod, vbicunque locorum illa viget, valida ea censeri debeat, ex viris magna experientia praeditis se audiuisse memorat.

Ad Tit. D. Comm. diuid.

PAROEMIA XXV.

Gemein, ist selten ein.

Rara in communione viuentibus est concordia.

Ist ein gemein Sprichwort, teste IOH MELONIO *thesauro Iur. tit. 21. §. 1. &* significat, *raram in communione viuentibus esse concordiam.* Graeci ita extulere: Ἰσοτιμία μαχὴν ποιεῖ. v. CHRYSOSTOMVS *ad c. 4 Epheſ.* Hoc scilicet est, quod experientia dudum docuit, & communioni Platonicae inter alia obiecit ARISTOTELES. *l. 2. Pol. c. 3. ab init. Materiam communionis solere discordiam excitare,* est in *l. 77. §. 20. de leg. 2.* & immensas contentiones, in *l. 26. de seru. praed.* v. AB ESSBACH *ad Carpz. part. 2. const. 41. def. 9.* multi allegati ab HARPRECHT. *responſ. 4. p. 40.* Accedit aliud malum, obseruatum Imperatoribus. *l. 2. C. quando & quibus quarta pars lib. X. Naturale vitium est, negligi, quod communiter possidetur; vtque se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienae.* Haec ratio est, quare iura nostra neminem velint inuitum ad communionem compelli. *l. 26. §. 4. D. de Condict. indebit.* FROMMANN. *de condom. §. 46.* vsque adeo, vt nec pacto perpetua communio induci possit. *l. in hoc iudicium 14. §. 3. D. de commun. diuid.* nec praescriptione quacunque; quandoquidem actus, qui exercetur, non est directe contrarius, sed ei ineſt,

Digitized by Google

est, vt pars suo integro, vt recte philosophatur H. GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 4. §. 15.* BITSCHIVS *casuum pro amico spec. 5.* v. CARPZOV. *l. 1. Responsor. Electoral. 103.* STRVVIVS *c. 19. Dec. Sabbath. 2. & sequente.* MEVIVS *part. 9. Dec. 157.* Haec ratio est, quare minor ad diuisionem prouocatus non opus habeat decreto magistratus. v. HARPRECHT. *Resp. 4. n. 57. seq.* Ex eodem principio fluit, ius compascui semper reuocari posse. v. ESSBACH *d. l.* quod tamen non est perpetuum. STRYCKIVS *in vsu modern. tit. comm. diuis. §. 5.*

PAROEMIA XXVI.

Ad Tit. D. de aleator.

Es spielen sich eher zehen arm, als einer reich.

PRofert MEVIVS *ad l. 1. Iur. Lubecens. tit. 5. art. 10. n. 30.* Ad verbum vertas: *Ludendo citius decem facti pauperes, quam vnus diues.* Nimirum res ambigua lusus est. Quanquam hoc non vnum, quod aleam comitatur, malum sit. Inde enim fallendi artes, ira, inimicitiae, execrationes, rixae, certamina, caedes, iactura temporis, & alia incommoda. Hinc HORATIVS *1. ep. 18. ad Lollium:* *Aleae mala, praesertim cogitata, & hinc leges eam vetantes.*

Quem praeceps alea nudat.

& *ep. 19. ad Maecenatem*

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram:
Inde truces inimicitias & funebre bellum.

ARISTOTELES *4. Ethic. 1.* lusores vocat *αἰσχροκερδεῖς, turpem quaestum consectantes*, comparans cum aleatoribus stelliones vestiarios & latrones. *Nam lucri causa vtrosque suum illud negotium gerere, & turpia atque ignominiosa factitare. Atque hos quidem lucri causa maximis in periculis versari: illos vero ab amicis, quibus donare debebant, lucrum quaerere.* v. omnino MAVRICI *memoires p. 202. seq. L'Espion Turc ep. 50.* de Henrico IV. *Il etoit si impotent au jeu, quond il perdit, qu'il se fâchoit autant d'y perdre cent ecus, qu'il auroit été affligé de la perte d'une ville considerable.* Add. *l. alearum vsus 3. C. de aleatorib.* IODOC. DAMHVDERVM *prax. criminal. c. 126. n. 21. seq.* Atque hae causae sunt, quamobrem pleraeque respublicae bene constitutae aleam prohibuerint. De Romanis res nota est *ex tit. D. & C. de aleatoribus.* De Francis est *l. 6. Capitul. Careli M. 203. Quod Episcopus, Presbyter, Diaconus aleator & ebrius esse non debeat. Similiter Clerici & Laici, si permanserint in alea, communione priuentur.* Abhinc in LL. Prouincialibus Saxonicis & Alemannicis non pauca contra aleatores constituta, v. SPECVL. SAXON. *l. 1. art. 6.* & *l. 3. art. 6.* WEICHBILD. *art. 101.* SPECVL. SVEVIC. *c. 8. & c. 255.* Extat quoque seuera FRIDERICI Imperat. constitutio *l. 3. Constitut. Neapolitan. 57.* CAROLI VII. Gall. Reg. A. 1369. apud DAMHVDER. *d. l. n. 28.* De Suecis videatur LOCCENIVS *Synops. iur. Suecic. D. 8. §. 22.* Et hodie in Archiducatu Austriae, in Saxonia, Ducatibus Brunsuicens. Luneburgicis & Wurtembergico, sanctiones aduersus aleatores prostant. Vtut experientia doceat, eas parum sancte haberi, imo proculcari; plane, vt apud Romanos AMMIANVS MARCELLINVS *l. 28. histor. c. 4.* vrbis mala enumerans, non infimo loco aleam collocat, & nobiles aeque, ac plebeios, ei deditos fuisse, conqueritur. Ego tamen cum BRVNNEMANNO *ad l. 3. C de aleatorib.* non dubitarem secundum iura Romana pronunciare, quicquid alii dixerint. Add. CARPZOV. *l. 6. Responsor. Electoral. 96.*

PAROE-

Ad Tit D. de rebus creditis, vbi agitur de contractu chirographario. *Instrumenta testibus praestant.*

PAROEMIA XXVII.

Brieffe seynd besser denn Zeugen.

VEtus hoc fuisse apud Germanos prouerbium, indicat *Ius Prouinciale Alemann. l. 1. c. 48. §. 5.* Wir sprechen, daß Brieff pesser seint dann Gezewgen. Wann die Gezewgen sterbent, so beleibent die Brieff immer stät. Diß heissent Handfesten. Da hilfft ein todter Zeug als wol dir als ain Lebentiger. A. Matthaei *de probat. d. 3. n. 132. sequ. n. 155. Capit. Francor. l. 5. c. 368. l. 6. c. 149. 346. & l. 7. c. 354.* v. omnino *LL. Baiuariorum tit. 15. §. 12. 13.* ap. Balvzivm *l. 6. c. 416. 346. 149 Leges Wisigoth. l. 2. t. 3. §. 2.* Congruit illud Isaei *Orat. 7.* τεκμήρια κρείττω τῶν μαρτυρίων ἐστιν. *Argumenta testimoniis sunt meliora.* Idem *Oration. 3.* inprimis in materia haereditatum instrumenta testibus potiora ostendit. Philo *in Decalogo: Quoties desunt argumenta aut probationes, quae ex scripto fiunt, ad testes recidit controuersia.* Pvfendorf. *l. 5. de I. N. & G. c. 13. §. 9.* conf. *l. 3. c. 6. §. 16.* Cui consequens est, ex principiis iuris patrii siue Germanici creditori, qui scriptura debitoris nititur, probandi onus, pecuniam esse numeratam, non incumbere; praesertim si instrumenta sint guarentigiata, quae Brieff und Siegel nuncupamus, vt egregie demonstrauit Schilterus *Exercit. ad Digest. 12. §. 22. sequent.*

Ad Tit. de Reb. credit. vbi simul agitur de contractu chirographario. *Qui acceptat cambium, sine exceptione soluit.*

PAROEMIA XXVIII.

Chi accetta, pagha.

PRouerbio Italico heic locus non fuisset datus, nisi inter mercatores Germanos in vsum venisset, ciuitate nostra quasi donatum. Hinc laudant Marqvardvs *l. 2. de iure mercator. c. 12. n. 94.* qui transfert: Wer acceptiret, muß zahlen, *qui acceptat, soluit.* Lavterbach. *tract. Synopt. ad tit. de reb. credit. §. 3. n. 13.* Mevivs *Conf. 101.* Nimirum ex vsu mercatorum, qui cambium simpliciter acceptauit, sine exceptione soluere obstrictus est, vt multorum mercatorum testimoniis demonstrauit Ioh. Martinvs Vogtivs *tr. de Cambiis. §. 7. lit. e. p. 117. sequ.* addens etiam eam in rem ICtorum Argentoratensium & Lipsiensium responsa. Addatur Stryckivs *sect. 3. de cautel. contract. cap. 5. §. 10.* Idque receptum ob necessarium peregrinantium & liberiorem expeditioremque commerciorum vsum. Quamuis secundum ius Romanum cambii literas acceptanti (campsarius vocatur) ex persona literas cambii scribentis (hic tractans vel trassans, item campsor dicitur) exceptio non numeratae pecuniae competat, vt demonstrauit & contraria satis refutauit Lavterb. *d. l. n. 9. sequ.* v. Idem *Ex. 30. concl. 9.* Iure Hamburg. debitor chirographum recognoscere, eoque recognito soluere iubetur. *part. 1. tit. 24.* At Belgae exceptionem pecuniae numeratae priuilegiatam non agnoscunt. v. Groenew. *ad rubr. C. de non num. pecun.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA XXIX.

Ad Tit. D. de rebus credit. vbi simul agitur de contractu chirographario.

Wann die Liebe also zunähme, wie sie abnimmt, fräſſen sich die Ehe-Leute vor Liebe.

GErmani vere dicere solemus prouerbio: *si amor ita cresceret, vt decrescit, prae amore se deuorarent inuicem coniuges*, ait VITVS AMERBACHIVS *interpretat. in Phocylid. p.* 110. addens: *Sic enim fere fit, vt vna cum libidine decrescat amor, etiam inter probos & honestos coniuges, donec paulatim fuerit consuetudine & liberis, qui ex eo quoque pignora dicuntur, restitutus, aut potius ex libidinoso in castum & coniugalem transformatus.* Pergit: *Sunt autem hac in re plerumque viri inconstantiores & fastidiosiores, quam foeminae.* Haec genuina est causa, quare confessio acceptae dotis in instrumento dotali exceptionem non numeratae pecuniae admittat. *l.* 15. *C. non numerat. pecun. l.* 3. *C. de dote caut. non numerat.* Secus, si confessio facta post instrumentum illud. *l.* 14. §. 1. *C. de non numerat. pecun.* Nam sponsus, amoris stimulis agitatus & desiderio potiundi sponsam, nihil non scribit: at, si voti iam compos, post confectionem tabularum nuptialium, deferuente illo aestu, aliquid se accepisse fateatur, merito excluditur, vt prudens scriptor SALISIVS *in Sicilimen. ad d. l.* 14. disserit. Pertinet huc questus Ariadnae apud CATVLLVM:

Tum iam nulla viro iuranti foemina credat,
Nulla viri speret sermones esse fideles,
Qui, dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt,
Sed, simul ac cupidae mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.

Amor in coniugibus initio feruentissimus postea minuitur. Haec vera est ratio *l.* 14. §. 1. *C. de non numerat. pecun.*

PAROEMIA XXX.

Ad Tit. D. de iureiur.

Wer recht schweret, der betet recht.

§ I.

VEtus Germanorum prouerbium, teste SPEIDELIO *voce* Eyd, significat: *Iusiurandum verum iurare, perinde esse, ac Deum precari & venerari.* Et sane iusiurandum quoque venerationem ac honorem continet; etenim, qui iurat per rem aliquam, eam, tanquam religiosam ac sanctam, venerabundus colit ac reueretur. v. ZIEGLER *rabulistica p.* 155. GONZALEZ. *ad cap.* 26. *X. de Iurei. n.* 12. TERTVLLIANVS *libro de idolol. Quis, per quos deierat, non honorat?* verba sunt interroganter prolata, significantque, honore affici eum, per quem iuratur. Hinc SETSERVS *l.* 1. *de iuram. c.* 1. *n.* 11. iusiurandum speciem cultus diuini dicit. Crediderunt igitur Germani, Christianos iusiurandum non dedecere. Equidem scrupulus, an liceat Christianis iurare, mansit in Oriente circa quadringentesimum trigesimum a Christo nato annum, vt ex CHRYSOSTOMO, ISIDORO PELVSIOTA & aliis docet IACOBVS CAPPEL *ad Matth. V.* 34. Verum in Occidente scrupulum exemit AVGVSTINVS. *c.* 22. *quaest.* 1. Adde vsum iuramentorum in primitiua Ecclesia incomparabili diligentia probantem IOANNEM SELDENVM *l.* 2. *de Synedr. c.* 11. *p.* 480. *& sequ.* & GERARDVM IOANNEM VOSSIVM *Histor. Pelagian. libr.* 5. *part.* 2. vbi duo loca affert, primum

Iusiurandum verum iurare, perinde est, ac Deum precari. Vbi obiter traditur, quid veteres Christiani de iuramentis existimauerint.

mum CYPRIANI *Sermone de lapsis*, in quo de enervato corruptoque disciplinae rigore conqueritur, ac inter causas, cur Deus permiserit & immiserit Decianam persecutionem, peccatum quoque illud memorat, *non iurare tantum temere, sed adhuc etiam peierare*, quomodo locutus non fuisset, si iuramentum ἁπλῶς damnasset: alterum TERTVLLIANI *in Apologetic. c. 31. Sed & iuramus, sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum, quae est augustior omnibus geniis.* In veteri foedere Deus ipsemet iussit, vt per nomen suum iusiurandum praestaretur. *Deuter. X. 20.* conf. H. GROTIVS *ad Matthaei V. 34. p. 59.*

§. II.

Qui hodie illicita esse iuramenta statuant.

Posteris temporibus imputatum fuit Valdensibus, quasi iusiurandum omne improbarent. Verum SEISELLIVS ipse, qui acerbe in eos scripsit, hac in re eosdem purgat *p. 9. In reliquis*, inquiens, *ferme puriorem, quam caeteri Christiani, vitam agunt, non enim, nisi coacti*, (hoc est, a magistratu iussi, qui ius cogendi habet) *iurant, raroque nomen Dei in vanum proferunt.* Et *p. 77. Eorum hac in parte opinionem probamus, vt ab omni prorsus voluntario iuramento se contineant.* At hodie Anabaptistas, inque iis Mennonitas, & complures Socinianos ita sentire, in aperto est. Quackeros hac formula vti in Anglia, testis est HVBERVS *l. 3. de iure ciuit. sect. 2. c. 4. §. 16. Adfirmo vere, vt in conspectu DEI.* De abusu in delatione iurisiurandi v. ZOES. *de iurei. n. 29.* Simul autem hinc intelligitur, iusiurandum non vsurpandum temere. v. omnino H. GROTIVS *ad Matth. V. 34.*

PAROEMIA XXXI.

Gedrungen Eyd ist GOtt leid.

Ad Tit. Digest. de iureiur.

§. I.

Iusiurandum vi metuue extortum Deo displicet.

VEtus Germanorum diuerbium est, teste FRANTZKIO. *2. resolut. 2. n. 11.* RAVCHBAR. *l. 2. quaest. 4. n. 19.* LAVTERB. *tract. Synopt. de Iuram. in genere §. 1. n. 42.* significat, *iusiurandum vi metuue extortum Deo displicere.* Veritatem eius defendimus *in Comment. de Lytro sect. 2.* Equidem FRANTZKIVS *d. l. n. 24. & sequ.* hac in re forum interius conscientiae ab exteriore reip. separandum existimat: quasi summus Imperans, sicut ipsam promissionem infirmare, ita iusiurandum irritum declarare, &, si solutio iure facta sit, restitutionem, vel, ea nondum facta, promissi remissionem iniungere queat; iusiurandum vero, quia voluntas & materia capax concurrant, secundum conscientiam seruandum sit. At enimuero sententia haec semetipsam refellit: quae enim causa sufficiens est, vt summus Imperans a iureiurando liberet, eadem ita liberatum in conscientia tutum praestare potest, praesertim cum falsa sit hypothesis, promissionem metu factam naturali iure esse validam. EVRIPIDES *in tragoedia incerta.*

ὃ γὰρ ἀσύνετον
Τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐξεῖ, συνιέναι τὲς κακῶς
Παγέντας ὄρκυς, καὶ κατηναγκασμένης.
Συγγνώμονάς τοι τὲς θεὲς εἶναι δόκει,
Ἐάν τις ὄρκοις θάνατον ἐκφεύγειν θέλῃ
Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακά.

Non

Digitized by Google

Non caret sensu DEVS,
Vt scire nequeat, quod sacramentum dolo
Struatur, aut quod exprimat necessitas.
Speranda Deum facilis indulgentia,
Si quis periculum mortis, aut iram hostium,
Aut dura vincla iureiurando fugit.

§. II.

Tamen, si quis opinionem illam habeat, vt huiusmodi iusiurandum seruandum existimet, eum etiam in conscientia obligatum merito dicimus, aut, si ob reuerentiam DEI malit rei promissae iacturam facere, quam iuratam fidem destituere, talem ob animi generositatem etiam laudabimus, & laudauit CICERO Pomponium tribunum, quod terrore coactus iurauerat, seruantem. 3. *de Officiis: Tantum*, inquiens, *temporibus illis ius iurandum valebat.* Addatur AVGVSTINVS *ep.* 224. *ep.* 225. IOANNES MANLIVS *in Collectaneis p.* 195. de D. FACHIO ICto, qui in bello captus a Nobili & dimissus sub pacto, iureiurando firmato, de soluendis ter mille florenis, iusiurandum maluit seruare.

Et tamen, si quis opinionem habeat, tale iusiurandum seruandum esse, is obligatus ad id merito censebitur.

§. III.

Si populus alteri populo, licet ob vim maiorem, promittat, etiam haec promissio tenebit, cum in statu naturali collocati iudicem non habeant, adeoque Marti, qui ἀπερίσκεπτος est, negotii exitum committentes, nunquam ab armis cessaturi sint, si metus exceptio inter eos valere posset. v. tamen PVFEND. *l.* 8. *c.* 8. §. 7. quem refutandum sibi sumsit WERLHOF. *de pact. lib. gent.* §. 24. *sequ.* Hinc videmus, Hebraeos Reges & a Prophetis increpitos, & punitos a Deo, quod fidem Babyloniis Regibus iurata non seruassent. *Ierem. XXIX.* 7. *Ezechiel. XVII.* 12. *sequ.* BRVNNEMANN. *ad l.* 2. *D. de origin. iur. n.* 13.

Nec populo libero prodest excusatio, ob vim metumue iuratum esse.

PAROEMIA XXXII.

Ad Tit. D. de iureiurando.

Die Hand, welche den Eyd aufnimmt, kan ihn auch erlassen.

§. I.

Citant paroemiam hanc SETSERVS *l.* 1. *de iurei. c.* 24. CARPZOV. *l.* 3. *Ipr. Consist. def.* 55. *n. vlt.* BEVSTIVS *de matrimon. c.* 44. HARPR. *tract.* 7. *p.* 64. Ad verbum transferas: *Manus, quae iusiurandum accepit, remittere illud potest.* Nimirum iusiurandum aliud fit DEO simpliciter, aliud fit homini: siue, vt PAOLO SERVITA *discorso dell' origine, forma, leggi & vso dell' officio dell' inquisitione p.* 57. *& sequ.* ait: *altro e giurar assolutamente, altro e giurar in mano.* Quare autem huius generis iusiurandum tolli possit, rationes luculentas affert GONZALEZ *ad c.* 1. *de Iureiurand. n.* 9. inter quas praecipue illae: quod DEVS tantum in testem vocatur, ad conseruandam promissi fidem; fit autem in contractibus sine vlla testium iniuria, si partes a contractu discedant. Accedit, DEVM ratum & acceptum habere iusiurandum in commodum & fauorem partis, quae, si fauori suo renunciat, vis iurisiurandi dissoluitur. Hinc huiusmodi promissionibus tacite conditio haec inesse censetur, nisi alter aut condonauerit, aut remiserit, aut accipere recu-

Ille, in cuius gratiam iuratur, remittere iusiurandum potest.

Digitized by Google

sauerit. v. LAVTERB. *tract. Synopt. de Iuram.* §. 1. *num.* 36. STRYCKIVS *de Succession. ab intestat. Diss.* 8. *c.* 10. §. 107. vbi agit de patre, filiae iusiurandum, sub quo haereditati eius renunciauit, remittente.

§. II.

Remissio tacite vel expresse fit.

Nihil autem refert, vtrum remissio tacite, an expresse fiat, vt recte tradit SETSER. *d. l. num.* 21. Hinc pacto iurato de non petendo obstat pactum subsequens de petendo, licet iniuratum: & pacto alii iurato opponi possunt exceptiones, nec iis renunciatum censetur; quicquid dixerint ANDREAE *in Reg. quod semel, de R. I. in 6to.* IASON. *in l. pen. C. de pact.* GVTTIEREZ. *part.* 1. *de iuramen. cap. fin.* Quorum sententia reiecta est in *Rec. Imper. Anno* 1600. §. Wann in einer 33. v. SCHILTER. *c.* 2. *manud. philosoph. moral. ad Iurispr.* §. 25. Hinc facilima est resolutio quaestionis alias ancipitis, *an iurans, se soluturum, compensationis exceptionem opponere possit?* quod in thesi vtique affirmandum est; nam & compensando solutum censetur ciuiliter. v. MERENDA *l.* 1. *controuers. c.* 4. & quos profert LAVTERB. *tr. Synopt. ad tit. de compensat. n.* 3. vbi limitationem addit, si iam tempore praestiti iurisiurandi mutuum adfuerit debitum. Cui & illam adde, si iusiurandum realem solutionem, quae pecuniae numeratione perficitur, respexerit, v. ANTONI *de Rescript. morat. concl.* 53. *n.* 17. *& sequ.*

§. III.

Si DEO immediate iuratum, iusiurandum seruari oportet.

Caeterum aliter se res habet, si iusiurandum ad DEVM dirigatur, siue iusiurandum DEO, nemine alio interposito, detur. Hinc, si ciuitas pacta aut leges suas iureiurando sanciat, ipsa se religione exsoluere non poterit, cum non singuli singulis, ob mutabilitatem mentis humanae, sed DEO iurauisse videantur. Quare omnino, ne publicae quidem vtilitatis causa, recedere a promisso licebit: nam & de iure suo ciuitas potuit cedere, & verba queunt ita esse aperta, vt exceptionem nullam admittant. VALERIVS MAXIMVS *l.* 5. *c.* 3. Athenas ita alloquitur: *Lege legem, quae te iureiurando obstrictam tenet.* Athenienses enim & Lacedaemonii, hi ex Lycurgi, illi ex Solonis instituto, in leges suas iurabant, & iusiurandum quotannis renouabant. Romani quoque leges sacratas habebant, per quas ipse *populus Romanus*, vt CICERO *pro Balbo* explicat, *religione obligabatur.* v. H. GROTIVM *l.* 3. *de I. B. & P. c.* 19. §. 8. Add. P. SERVITA *d. l. p.* 56. *sequ.*

Ad Tit. D. de iureiurando.

PAROEMIA XXXIII.

Wann es dem Wolff zur Heyde, und dem Dieb zum Eyde kommt, so haben sie gewonnen Spiel.

Fur, vt crimine liberetur, iusiurandum purgatorium, quid veniat, parui pendet.

PRouerbium hoc recitat THEODORICVS *in Collegio criminali p.* 858. Eo Germani circumspectionem in iureiurando, ad detegenda etiam crimina adhiberi solito, (purgatorium vocant) commendare voluerunt. *Sicut enim lupus, vbi syluam vel ericetum fugientem excipit, tutus est; ita fur, vt crimine liberetur, iusiurandum parui pendet*; quoniam paucis ea vis est animi, vt mortem oppetere malint, quam periurium committere, non retinente eos diuinae vltionis, quae plerumque tarda est, metu. Bene PLINIVS *l.* 3. *ep.* 20. *Quotocuique eadem*

Digitized by Google

eadem honestatis cura secreto, quae palam? multi famam, conscientiam pauci verentur. Interim non dubitatur, imo in praxi quotidianum est, sicut in atrocissimis criminibus, (puta fractae pacis, *Ord. Camer. part. 2. tit. 10.*) ita in furto iuramento purgatorio (quod a PLVTARCHO *in quaest. Roman.* vocatur *βάσανος τις τῶν ἐλευθέρων, tortura hominis liberi,*) locum esse. v. CARPZOV. *part. 1. Iurispr. for. 22. def. 6.* Idque etiam Hebraeorum iuri est consentaneum. v. *Exod. XXII. 11. Deuter. XXI. 1. sequ. 1. Regum VIII. 31. sequ.* In homicidio iuramentum reo non est deferendum, nisi ex aliis argumentis innocentia eius apparet. v. HARTM. PISTOR. *obs. 108.* v. aliud monitum apud BRVNNEMANNVM *c. 9. Proces. Inquis. p. 255.*

PAROEMIA XXXIV.

Ad Tit. D. de iureiurando.

Nach dem todten Munde muß der Kläger seine Klage wider den Erben beweisen.

§. I.

LAudant eam post alios LAVTERBACH. *de iurament. credul. part. posterior. §. 10.* COLERVS *Dec. 116.* Sententia est: *Mortuo illo, cuius conscientiae lis fuit commissa, actori onus probandi aduersus haeredem illius incumbere.* Nec sine ratione: iuramentum enim est personale, nec ad haeredem eius, cui delatum est, transire potest: deinde haeres iustam ac probabilem rerum a defuncto gestarum ignorantiam habere censetur. Adhaec deferentis iusiurandum interdum interest, ab haerede id non praestari: Cum viro bono ac probatae fidei haud raro leuis ac improbus, scienti ignarus succedat. Tradunt tamen Dd. si causa non praecise defuncti conscientiae, sed scientiae ac notitiae commissa fuerit, haeredes hactenus adstringi, saltem, vt iurent de credulitate. v. LAVTERBACH. *d. l. §. 12.* Si vero haeredi demum delatum sit iusiurandum, quid iuris sit, quaeque distinctio adhibenda, praeclare explicat laudatus LAVTERBACH. *d. l. §. 14. & sequ.*

Mortuo illo, cui delatum fuit iusiurandum, actori probandi onus aduersus illius haeredem incumbit.

§. II.

Caeterum sunt, qui delatum iusiurandum & acceptatum ab illo, qui postea moritur, pro praestito habendum existimant, post GAIL & BERLICH. CARPZOV. *l. 6. Responsa 120.* MEVIVS *p. 6. Dec. 374.* add. *p. 5. Dec. 46. sequ.* v. SANDE *ad l. 39. D. de R. I.* Sed haec sententia non habet rationem, nisi deferens ipse in mora fuerit, quo minus iusiurandum praestaretur. Multo minus ea locum tueri poterit, si ille, cui iusiurandum delatum, morte praeuentus, super eo voluntatem suam non declarauit. Quod iterum praeclare exposuit LAVTERB. *de relatione iurisiurandi §. 12. sequ.*

Quod si moriatur a nonnullis.

Ad tit. D. commodati.

PAROEMIA XXXV.

Man muß mit andern Sachen behutſamer umgehen, als mit ſeinen eigenen.

§. I.

Res alienae maiore ſollicitudine tractandae, quam propriae. Quod verum eſt in commodato.

ADfert eam Pomereschivs *ad §. 1. I. de obligat. quae ex quaſi contr. naſcuntur.* Sententia eſt: *Res alienas maiore ſollicitudine tractandas, quam proprias.* Quod verum eſt utique in commodato, vſque adeo, vt, ingruente fatali caſu, commodatarius, ſui cauſa rem commodatam habens, eam propriae praeferre teneatur. *l. 5. §. 4. D. commodat.* Idque verum eſt, licet res propria pretioſior fuerit. Quamuis enim vitio verti commodatario nequeat, quod maluerit, rem viliorem perire: tamen, cum periculo ea poſſet eripi, eandemque compendii ſui cauſa perire fuerit paſſus, non eſt, quare commodator illud damnum ſentiat. Vt recte diſſerit Pvfendorfivs *l. 5. de Iure natural. & Gent. c. 4. §. 6. in calc.* & contra vulgatam Dd. opinionem (v. Brvnnemann. *ad d. l. 5. D. commodat. n. 13.*) adſtruxit Frantzkivs *ad tit. D. commodat. n. 50.*

§. II.

Non idem dicendum de negotiorum geſtione.

Alia eſt ratio negotiorum geſtoris, quippe qui non commodi ſui cauſa, nec ex affectatione quadam, ſed amico gratificaturus, vel ob neceſſitatem, cum alias res huius relinquerentur indefenſae, vel ob ſummam beneuolentiam ſiue affectum acceſſit ad negotium.

Τῶν γὰρ ἐκδήμων φίλων
Δεῖ τὰς κατ' οἶκον ὄντας ἐκπονεῖν τύχας.
Nam abſentum amicorum
Fortunas curare debent, qui domi ſunt.

Evripides *Andromacha* v. & Grot. *Excerpt. p* 144. Sufficit igitur exacta eius diligentia; quod non tantum confirmant *l. 11. D. & l. 20. C. de negot. geſt.* ſed & limitatio in §. 1. *I. de obligation. quae ex quaſi contract.* verbis: *ſi modo* &c. quae non de potentiali (vt diſſentientes volunt, quo pertinet *l. 1. §. 4. de O. & A. & §. 2. I. quib. mod. re contr. obl.*) ſed actuali concurſu intelligenda. Et, qui contrarium, inprimis ex *l. 25. §. 16. famil. herciſc.* propugnant, ex ipſius legis accurata lectione fallaciae compoſitionis & diuiſionis conuincuntur. Opp. *& l. 24. C. de iniur. l. 32. pr. de Negot. geſt.* ibi non etiam caſum. Atque hanc ſententiam quondam ex profeſſo tuitus eſt in Academia hac D. Gothofredvs Antoni *Diſputat. Antinulteiana 4. §. 23. ſequ.* & Frantzkivs *Comment. ad tit. D. de negot. geſt. n. 25. ſequ.*

§. III.

Nec de mandato. Vbi diſſentientium argumenta refelluntur.

Diuerſa quoque ratio eſt mandatarii, propter easdem fere rationes. Nemo ſane alterius negotia libenter imponi ſibi patietur, ſi tantam praeſtare debeat diligentiam, vt ſua alienis poſthabere cogatur: quo fiet, vt multorum negotia & commoda deperire neceſſum ſit, quae ſeruari potuiſſent, ſi ſub obligatione fidei & diligentiae accedere ad ea amico licuiſſet. Iam & in contractu iſto gratuito ſolita diligentia amico conſultum fuiſſe ſufficit, & habet, quod ſibi imputet, qui parum diligenti amico negotia commiſit. Adhaec, ſi ex iure Romano rem aeſtimemus, regula eſt in *l. 5. §. 2. D. commodati*, contra quam leges Codicis perperam adducuntur. Etenim *l. 13. C. mandati* qua diſſentientes praecipue nituntur, non quaerit principaliter de praeſtatione culpae, ſed de prae-

Digitized by Google

praestatione casus: adeoque priora verba non accipienda positiue, vt positionem siue decisionem contineant, sed παχυλῶς siue per remotionem. Deinde *l. 21. C. eod.* praecipue agit de dolo mandatarii, quodque eum sequatur infamia. Quo spectant etiam CICERONIS *illa pro Sex. Roscio Amerino: In priuatis rebus si quis rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quaestus aut commodi causa, verum etiam negligentius: eum maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe, quam furti. Credo propterea, quod, quibus rebus ipsi interesse non possumus, in his operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur: quam qui laedit, oppugnat omnium commune praesidium, &, quantum in ipso est, disturbat vitae societatem. Non enim possumus omnia per nos agere, alius in alia est re magis vtilis. Idcirco amicitiae comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es? cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato obstas? Recede de medio, per alium transigam. Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse: quod minime videtur graue iis, qui minime ipsi leues sunt. Ergo idcirco turpis haec culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam & fidem: nam neque mandat quisquam fere, nisi amico: neque credit, nisi ei, quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui laesus non esset, nisi credidisset.* Hucusque CICERO, non sine figuris rhetoricis. Quae tamen vera esse possunt, etiamsi tantum de praestatione doli vel culpae latae exaudiantur. Quod vero CORNELIVS NEPOS *in Attico c. 15.* Atticum laudat verbis hisce: *In nitendo, quod semel admisisset, tanta erat cura, vt non mandatam, sed suam rem videretur agere. Nunquam suscepti negotii eum pertaesum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat carius;* frustra inter laudes collocasset, si ex debito talia Atticus egisset. Vt igitur falsa est, etiam ex iure Romano, illorum sententia, qui mandatarium semper ad exactissimam diligentiam adstringunt, quod pluribus ostendit MEIERVS *Colleg. iur. Argentorat. ad tit. D. mandati §. 24. num. 13. & in libello de culpa §. 153.* Ita verior illa GLOSS. & MARTINI *ad d. l. 21. C. mandati* est, quam probat TABOR noster *Partit. Element. p. 239.* respiciendum esse, cuius causa mandatum est contractum. Cui etiam, quantum praxin attinet, adstipulatur SCHILTERVS *Exercit. ad D. 28. §. 80. & 82.* vt regulariter nullos mandatarios de leuissima culpa teneri existimet, nisi qui mercedem aut simile commodum acceperint; quod non tantum procuratores iudiciales, sed & mercatorii facere solent: quippe qui fere ex huiusmodi mandatorum & procurationum praemiolis viuere solent.

PAROEMIA XXXVI.

Ad Tit. D. ad L. Rhod. de iactu.

Von Bodmerey-Geld ist man nicht schuldig Haverey zu bezahlen.

De pecunia traiectitia non soluitur auaria, siue, contributio ob iactum marinum non penditur.

FRequenter auditur in Ciuitatibus Germaniae maritimis, & recepta est in Iur. Hamburgens. *part. 2. tit. 18. §. 6.* adducta etiam a SCHOTTELIO *libro de singularibus quibusd. & antiqu. in Germ. Iur. c. 22. §. 2.* qui eodem & praecedente capite accurate explicat, quid Germanis vocabula Haverey & Bodmerey significent. Respondet apud Belgas eiusdem sententiae paroemia, quam laudat WISSENB. *ad L. Rhodiam de iactu §. 5. Bodmerie ist geen auarie subiect*, v. tamen LVDOVICI XIV. *Ordonnance pour la marine l. 3. tit. 6. art. 16. sequ.*

PAROE-

Ad Tit. D. ad L. Rhod. de iactu.

PAROEMIA XXXVII.

Die so in einem Schiff zur See, sind gleich reich.

Mari iter facientes, in altum proiecti, aeque sunt diuites.

LAudant D. Marqvard. *l. 3. de Iure mercator. c. 4. n. 23. & in summar.* Schottel. *de singular. & antiquis in Germ. Iur. cap. 21. §. 15.* Sententia est: *mari iter facientes, in altum proiectos, aeque esse diuites.* Cui similis paroemia Belgarum apud H. Grot. *l. 3. in introd. ad Iurispr. Batav. c. 29.* add. Vinnivm *in not. ad Peckium Comm. ad l. 2. §. 2. D. ad L. Rhod. de iactu lit. h. p. 214.* Hinc est, vbi contributio ob iactum in mari facienda, si quae fuerunt consumendi causa imposita, vt cibaria, ea in aestimationem non venire: quandoquidem, si illa defecerunt, quod quisque habet, in commune conferre cogitur, vt ICtus ipse ratiocinatur *in l. 2. §. 2. D. ad L. Rhod. de iactu.* vbi Peckivs & Vinnivs *in not.* & Loccen. *l. 2. de Iure marit. c. 8. §. 21.* Cicero *Lib. IV. fam. Ep. vlt. In magno omnes, sed tamen communi periculo sumus. Quare non debes aut proprium aut praecipuum postulare, aut commune recusare.*

Ad Tit. D. de compensat.

PAROEMIA XXXVIII.

Abschlag ist gute Bezahlung.

§. I.

Compensatio vim habet solutionis.

QVod Latini compensationem, Teutones vocant **Abschlag** vel **Abrechnung.** Commendat autem paroemia haec (quam Pomereschivs *ad §. 39. Instit. de actionibus* quoque laudauit) compensationis aequitatem. Et sane nostra potius interest, *non* soluere, quam solutum repetere. *l. 3. D. compensat.* & dolo agit id petens, quod protinus debet restituere *l. 8. D. de doli mali & metus except. l. 173. §. 3. D. de Reg. Iur.* Adde, ex vsu esse reipublicae, vt lites minuantur, quod fit compensatione. Apud Francos maiores nostros damnabatur quasi plus petens, hoc est, causa cadebat, qui non detraxisset, quod compensandum erat. *l. 7. Capitul. 303.* Hinc statuta, quamuis solutionem requirant, compensationem nihilominus admittere, recte statuunt Dd. apud Lavterbach. *tract. synoptic. ad tit. de compensat. §. 2. num. 14.* Et in retractu quoque compensatio est pro solutione. Mevivs *p. 8. Dec. 68.* Tiraqvell. *de retr. §. 3. gloss. 3. n. 2. & sequ.*

§. II.

Explicatur locus ex iure Saxonico.

Quare, quod in iure Saxon. *l. 3. artic. 12.* est: **Welcher Mann auf den andern klagt, der hat dem andern nicht zu antworten, er seye dann erst ledig von Ihm,** vel ad reconuentionem pertinet, de qua paulo post, vel, si de compensatione intelligatur, Saxonum id proprium ius fuit, neque in reliqua Germania obtinet. Certe apud Saxones hodie contrarium obseruatur, etiam inter mercatores & ex literis cambii, v. Carpzovivs *lib. 2. Resp. 101.* add. *p. 1. Const. 8. Def. 1. & 2.*

§. III.

Compensatio solutioni aequiparatur

Caeterum, quod paroemia haecce compensationem solutioni aequiparat, tantum ratione quorundam effectuum debet intelligi. Hinc Mevivs *p. 1. Dec. 116. n. 2.* scribit:

a so-

Digitized by Google

a solutione ad compensationem legale & rationabile esse argumentum. Tamen in multis differt solutio a compensatione: haec enim fit ipso iure, ex quo primum vtrinque deberi coepit; ast illa obligationem nonnisi solutionis tempore extinguit: hinc parum refert, a quo soluatur; ast, a quo compensatio obiiciatur, plurimum profecto interest. Add. aliam differentiam apud MEVIVM *part.* 7. *Dec.* 52. *tantum quoad aliquot effectus.*

PAROEMIA XXXIX.

Ad Tit. de compensat.

Geld vor, Recht nach.

§. I.

PAroemia haec, quam IACOB SPIEGELIVS *in Lexico Iuris* & WEHNER *voce* Geld, *cum allegato* OLDENDORPIO consignauerunt, exprimere videtur, quod Aristippus apud LAERTIVM *l.* 2. *de vitis Philosoph.* Dionysio respondit: *Dato, deinde hoc quaeramus*: aut vulgatum illud: *Liquidi cum illiquido non esse compensationem. l. fin. C. de compensat.* siue, propter illiquidum non esse differendam executionem liquidi. *l.* 5. *D. de Stat. liber.* Quandoquidem ad officium iudicis pertinet, liquidum ab illiquidis separare, & haec ad vlteriorem discussionem remittere, illius solutionem iniungere. Sicut modus in talibus procedendi praescriptus est *in l.* 21. *de reb. credit.* vbi BRVNNEMANN. *in hac* 3. §. 13. *ad exhib. l. fin.* §. 1. *C. de compensat.* MEV. *p.* 1. *Dec.* 24. *num.* 5. *p.* 7. *Dec.* 102. *num.* 3. *& sequ.* vbi obseruandum, in numero illiquidorum non haberi, quod liquidum fieri potest ex celeri probatione; *d. l. fin.* quae in compensatione contra fiscum intra duos menses est perficienda; *l.* 46. §. 4. *D. de iure fisc.* in reliquorum causis intra tempus, arbitrio iudicis determinandum. v. D. LAVTERBACH. *tract. Synopt. de compensat.* *Liquidum prius soluendum.*

§. II.

Vsus etiam paroemiae huius se exserit in reconuentione. Quod si enim prius liqueat de vna re, quam de alia, vel alteruter litigantium moras nectat, quo minus Iudex pronunciet de causa illa tantum, de qua liquet, & supersedeat in alia, nihil vetat. *l.* 1. §. *vlt. quae sentent. sine appellat. rescind.* MYNSINGER. 1. *Obs.* 10. cum allegat. REYGERO *in not.* BACHOV. 1. *ad Treutl.* 25. §. 13. *lit. C.* MOLIGNAT. *de reconuent. quaest.* 44. add. CARPZOV. 2. *Resp.* 6. *Quod etiam locum inueniat in reconuentione.*

§. III.

Nisi fors quis dixerit, respicere paroemiam hanc ad Saxones, & qui Saxonum iure vtuntur. Hi enim reconuentionem non admittunt, nisi in causis connexis & post litem, quae prius mota est, finitam. Quo referri solet *in Specul. Saxon. l.* 3. *art.* 12. CARPZOV. *part.* 1. *const.* 7. *def.* 7. *seq.* add. *Ius Lubecens. l.* 5. *art.* 3. *tit.* 3. *Paroemia haec praecipue ad iudicia Saxonum pertinere videtur.*

Digitized by Google

Ad tit. D. de compensat.

PAROEMIA XL.

Wo einer Recht fordert, da soll er Recht pflegen.

§. I.

Causa conventionis & reconventionis coram eodem agitanda Iudice.

Allegatur hoc prouerbium in Specvlo Svevico *c.* 127. Wir sprechen, (en notam prouerbii!) wo der Mann Recht fordert, da soll er auch Recht nehmen. Consonat Specvlvm Saxon *l.* 1. *art.* 61. Wo der Mann Recht fordert, da soll er Recht pflegen, vbi Glossa: Wo ein Mann will klagen, da soll ein Mann auch antworten um die Wieder-Klage In summario *l.* 2. *art.* 12. In Wieder-Klage muß ein Bischoff vor einen Schulteissen zu Rechte stehen. Add. *l.* 3. *art.* 79. Weichbild. *art.* 28. §. Denn wo der Mann. Vt ita paroemia haec inter antiquissimas habeatur, & in vniuersa Germania vsum habuerit habeatque hodienum. Agit autem de reconuentione, nimirum, vt in iudicio, in quo aliquis dari sibi ius postulat, idem ius vicissim in se reddi patiatur. v. *l.* 14. *C. de sentent.*

§. II.

Hinc consectaria deducuntur.

Hinc sequitur, (1) ex moribus legibusque Germaniae extra controuersiam esse positum, Clericum posse coram Iudice laico reconueniri, vt plures etiam magno numero asserunt prolati a Ioh. Baptist. Larrea *Dec. Granatens.* 4. dissentiente. Add. Gail. 1. *Observ.* 37. *n.* 6. Rittershvs. *part.* 9. *ad Nouell. c.* 17. *n.* 10. Supponendum autem hic, causam esse talem, de qua iudex per modum conuentionis possit cognoscere: quamuis enim reconuentio tollat priuilegium personae, non tamen tollit priuilegium *causae*, vt recte obseruat Ziegler. *ad l.* 3. *Lancellot. Iur. Canon Instit. tit.* 9. §. 5. Reconuentio etiam coram iudice delegato sibi locum vindicat *c.* 1. *& c.* 2. *de mut. petit.* v. Schweder *part. special. sect.* 2. *c.* 17. §. 14. *Exceptio est in arbitris compromissariis.* v. Stryck. ad Lavterb. *p.* 173. Sequitur, (2) hinc esse, quod in plerisque Germaniae iudiciis actor cauere debeat de sistendo se in causa reconuentionis. v. Carpzov. *tit.* 9. *de Processs. artic.* 5. *part.* 1. *Const.* 5. *def.* 1. *& l.* 2. *Responsa.* 76. Quanquam, si reus eam cautionem temere siue citra causam petat, ei vtique indulgendum non sit. v. Mev. *p.* 3. *Dec.* 22. *p.* 4. *Dec.* 166. Sequitur (3) si actor reo reconuenienti respondere renuat, ei audientiam in causa conuentionis denegandam. Hilliger. *l.* 17. *D. E. c.* 18. *lit. M.* Sed nec eundem poenitere deinceps aut renunciare liti a se motae posse, vt declinet iudicium reconuentionis, vt recte docuit Bernardvs Vrsinvs *de Reconuent. c.* 25. Plura qui volet de materia reconuentionis, petat ex eodem Vrsino, vt & Molignati ac Giesebberti praesertim integris circa eam tractatibus.

Ad tit. D. de contrah. emtione.

PAROEMIA XLI.

Brauwerck ist manufactur, und keine Kauffmannschafft.

Braxatio siue coctio cereuisiae non est mercatura.

Allegat Mevivs *p. V. Dec.* 118. *num.* 3. probaturus, braxatores cereuisiae mercatorum in numero non haberi. Id quod sane verum est, si mercaturae vox stricte accipiatur, & idem denotet, quod ἐμπορία apud Graecos, cuius tres partes facit Aristoteles, ναυκληρίαν, φορτηγίαν, παραστασιν, *naucleriam, onerariam, institoriam* 1. *Pol.* 7.

Nimi-

Digitized by Google

Nimirum, vt docet Scholiastes ARISTOPHANIS *in Plutum*, Κάπηλός ἐστιν ὁ ἀγοράζων ἀπὸ τῆς αὐτοπωλίας, καὶ πωλῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἐν ᾗ ἠγόρασεν. ἔμπορος δὲ ὁ ἀγοράζων, καὶ ἐπὶ ξένης πωλῶν, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτοπωλίας ἢ ἀπὸ τῆς καπηλίας *Caupo est, qui emit a propria vendente, diuendit ibidem loci, vbi emit. Mercator est, qui vendit apud exteros, quae emit a propria vendente aut caupone.* Ad ipsum fusius hac de re disserentem p. 53. 54. *edit. Froben.* Quare mercatura non est, si quis emit, vt propria industria in aliam formam rem emtam conuertat. Quanquam *in l. 3. C. de commerc. & mercator.* sub vocabulo mercimonii etiam braxatio, siue facultas coquendi cereuisiam, comprehendi videatur, vt contra SCHRADERVM *l. 2. cons. 44.* euicit HENRIC. MICHAEL. *Respons XXIII. p. 386. seqq.* Add. TABOREM nostrum *de Iure cereuisiario, ad d. l. 3. C. de commerc.* *non mercatura.*

PAROEMIA XLII.

Ad Tit. D. Mandati.

Wer auf Gnade dient, soll mit Barmhertzigkeit belohnt werden.

§. I.

RECITAT paroemiam hanc AGRICOLA *prouerb. 268.* Wol up Gnade dönt, deme lohnt me mit Barmhertzigkeit. Vbi addit: dyt Sprickwort ys geweſen uth der Herrn untruwe unde ſtatt, dar nemand einen Herrn denen ſchalke, Er hebbe denn einen bestimmeten geſetteten Soldt. STYPMANNVS *de Salar. clericor. cap. 13. num. 53.* & confirmat ex iure Saxonico Landr. *l. 1. art. 22.* cuius ſummarium eſt: Wer uff Gnade dynet, der mus Gnade manen. Adde ius Lubecenſ. *l. 3. tit. 8. art. 7.* Sententia eſt: *Qui gratiae ſua, actio alterius vel propitiae voluntatis contemplatu miniſteria praeſtat, actionem eo nomine non habet, ſed remunerationem a gratia alterius vel miſericordia expectat.* Id quod etiam iuri Romano congruit; niſi perſonae conditio aliud exigat, quales complures enumerat IACOB GOTHOFREDVS, *commentar. de ſalario c 3. & ſequ.* Inter quos etiam referuntur Aduocati, ceu quibus de ſalario, vtut non conuento, extra ordinem ius dicitur. *l. 1. §. 10. l. 4. D. de extraord. cognit. l. 13. §. 9. C. de iudic.* Ord. Cameral. de Anno 1495. 1500. & 1555. *part. 1. tit 46.* IACOB. GOTHOFRED. *d. l. c. 5. §. 5.* Non etiam Procuratores, licet iudiciales. *l. 15. C. de Procurator.* perperam diſſentiente WESENBEC. *ad tit. D. de procurator. num. 12.* BRVNNEM. *ad l. 1. & 15. C. mandat.* Quanquam hodierni Procuratores iudiciorum in locum veterum Aduocatorum ſucceſſiſſe videantur: poſtulant enim, cauſis agendis adſunt, easque in foro & viua voce tuentur, inde & Oratores Redner diſerte appellati in Ord. Cameral. Ao. 1533. *rubric.* der Redner. v. & *Ord. Cam. A. 1555. part. 1. tit. 19. & 25.* item Fürſprecher, *Reformat. Francofurt. part. 1. tit. 5.* Cum ex diuerſo Aduocati hodierni pro tractatu tantum, ipſi cauſis non affuturi, laborent, & ius Procuratoribus ſuggerant, quales iurisprudentia Romana poſterior numero Aduocatorum non habuit *l. 1. §. 11. de extraordinar. cognit.* Hinc intelligi poteſt, quare VINNIVS *ad §. 13. I. mandat. num. 2.* & alii dixerint: *Moribus noſtris officium Procuratorum gratuitum eſſe deſiiſſe.* His GOTHOFREDVS *d. lib. c. 2. §. 15.* ſeruientes addit. conf. *c. 5. §. 12.* *Qui propitiae alterius voluntati imputat ſeruitia nemo habet.*

§. II.

Sed quid, ſi incertum fuerit promiſſum, e. g. in formulis: *feres non leue praemium, ſi rem meam bene geſſeris; plene tibi retribuam, prouidebo tibi de ſalario, non me ſenties ingratum.* *Quid, ſi incertum ſalarium promiſ-ſum.*

Ich will Ihm danckbar seyn, ich will Ihm geben, was billig ist, oder daß Er damit friedlich seyn könne; an valebit promissio? Negant BRVNNEMANN. *ad l.* 18. *C. mandat.* PEREZ *ad d. tit. C. num.* 1. LAVTERBACH. *de palmar. aduocator.* §. 39. STYPMANN. *d. c.* 13. *n.* 65. *sequ.* nixi *l.* 56. §. *pen. D. & l.* 17. *C. mandat.* Quibus rationem addit CONNANVS *l.* 7. *Comment. c.* 14. quoniam *vno teruncio dato liceret promissori actionem petentis frustrari.* Affirmat IACOB. GOTHOFR. *d. comment. c.* 2. §. 6. nisi promissum sit salarium incertae pollicitationis, quod scilicet totum ab arbitrio pollicentis dependeat, nullo vinculo aut nexu ciuili adstrictum; ita exaudiens *d.* 56. *& l.* 17. *mandati.* Nisi quis eas de promissione quantitatis ex euentu litis dandae, secundum *l.* 1. §. 12. *l.* 6. §. 7. *D. mandati* (pactionem de quota litis vocant) interpretari velit cum EYBENIO *Disq. ad tit. I. mandati Obs.* 10. *num.* 111. *sequ.* Vtcunque sit, paroemia nostra referri potest non inuita ad promissum, quod totum ab arbitrio pollicentis dependet. Merces tamen seruitii, super vno tantum anno conueuta, in sequenti continuo debetur. MEV. *p.* 7. *Dec.* 8. Quod vero CONNANI rationem attinet, ne eiusmodi illusionibus fidei datae religio violetur, Magistratus erit, prouidere, & certam aestimationem adhibere, prorsus vt in *l.* 1. §. 10. *D. de extraord. cognit.* vid. omnino MEVIVS *ad Ius. Lubec. d. l. n.* 13. *seq.*

Ad Tit. D. de contrahend. emtion. vbi agitur de emtione spei.

PAROEMIA XLIII.

Wagen gewinnt, wagen verliert.

§. I.

Tentare fortunam vel lucrum vel damnum affert. Crebro auditur paroemia haec, & rationem suggerit praecipuam, quamobrem conuentiones, quae aleam continent, sustineantur, tametsi interdum insignis inde laesio resultet. EVRIPIDES apud GROTIVM *excerpt. p.* 158. Eodem recidit paroemia: wer wil gewinnen, muß beysetzen: Nimirum in illis, quae ab incerto fortunae euentu pendent, siue, vbi spes emolumenti metum damni compensat, laesio insuper habetur. v. MEVIVS *Cons.* 27. *num.* 67. *sequ.* Quod alii ita efferunt: proprie laesum non existimari, cui tempore contractus de certo commodo vel damno non constabat. *Cons. Argentor.* 2. *Cons.* 23. *num.* 32. GAIL. 2. *Observ.* 8. *num.* 2. & ibi GRAEVEVS, SVRDVS *de aliment. tit.* 9. *quaest.* 11. Euentum damni & lucri incertum contractum facere licitum, qui alias videri potest illicitus, & ad alia multa ob incertudinem in iure connitueri, ait NICOL. HENELIVS *c.* 6. *de dotalit.* §. 11. *in fine,* idemque *in notis ac §§. sequ.* per multa exempla prolixe confirmat. v. *l.* 34. § 4. ibi: *incertus fortunae exitus. C. de donat.* vbi BRVNNEMANN. Et minor quoque non restituitur aduersus damnum in actu, ex quo commodum quoque consequi potest, vt docet MAVRIT. *de restitut. in integrum. c.* 297. v. STRVV. *Ex.* 8. § 45. vbi FRANTZK. *allegat.* LAVTERB. *tract. Synopt. de resc. vendit.* §. 1. *n.* 10.

Tentare fortunam vel lucrum vel damnum affert.

Vnde conventiones, quae aleam continent, sustinentur, licet insignis laesio inde resultet.

§. II.

Quam in rem tredecim afferuntur exempla.

Hinc subsistit: (1) Emtio spei, qua ipsum percipiendi actum, tanquam aleam vel sortem, emimus. Nam, vt emtor pretium soluere tenetur, licet nihil perceptum sit; ita venditor conqueri non potest, licet id, quod perceptum est, longo interuallo pretium exce-

Digitized by Google

excedat, *l. 8. §. 1. D. de contrah. emt. l. 12. de act. emt. vendit. l. quod si 10. & seq. D. de haered. vel act. vendit.* v. LAVTERB. *tr. Synopt. ad tit. D. de contrah. emt. §. 1. n. 10.* Quo referri etiam potest: (2) Conuentio de censu vitalitio, germ. Pfründkauff, a nonnullis etiam Leibgeding dicta, in Italia, Germania, Belgio, Gallia vsitata, interdum etiam aerario recreando adhibita. De quo IOH. MELONIVS *in Thesaur. iur. tit. 9 n. 31.* Jährliche Gülden Leibgedings-weiß, so lang einer lebt, zu kauffen, ist auch ein billiger und zuläßiger Contractus, und seynd auch die Verkäuffer schuldig und verpflichtet, denselben zu halten, sonderlich wann des Jahrs über 10. oder 12. Gülden von einer Person, die 30. oder mehr Jahr ist, geben werden. Die Ursach, daß hierinnen ein mehrers zugelassen, ist, dieweilen der Gewinn oder Schaden hierinn zu beyden Theilen ungewiß; dann des Menschen Leben ist ungewiß und vielen Gefahren unterworffen, also, daß keiner gewiß sagen oder versprechen kan, ob er den morgigen Tag werde erleben. v. CANONIST. *ad cap. in ciuitate X. de vsur.* CARPZOV. *part. 2. const. 42. def. 3. n. 4.* & quos magno numero adducit NICOLAVS HENELIVS *de Dotalit. c. 6. §. 11. & in not. lit. g.* Hinc, vti haeredes emtoris de laesione queri non possunt, licet ipse intra paucos dies post eiusmodi contractum mortuus esset; ita retro nec illa laesio allegari poterit, si emtor vltra solitum humanae vitae terminum vitam produxisset. v. ANNAEVS ROBERTVS 4. *Rerum Iudicat. 2.* IOH. A SANDE *3. Decis. Frisic. tit. 4. def. 17.* KLOCK. *2. de aerar. c. 20. n. 11. & sequ.* Adde HENEL. *d. l. & §. 16.* (3) Loteria, de qua CHRISTOPH. LONGOLIVS *l. 3. ep. 33. Noua ista*, inquit, *aleae ratio plane nostra est, & a nobis loteria, quasi vascularium dicas, appellatur: ab argenteo scilicet vasorum ad abaci ornamentum apparatu, qui ita inter eos, quorum in sortem coniecta sunt nomina, distribuitur, vt cuique aliquod vas obtigerit.* Paulo aliter describit PVFENDORF. *l. 5. de Iur. Nat. & Gent. c. 9. §. 6.* vid. MENCKEN *ad tit. de aleator. p. 162.* Vtcunque sit, si cui ex animi sententia ludus ille non procedat, frustra, vbi fraus non interuenit, de aduersante sibi fortuna conqueretur. Par ratio est (4) Ollae fortunae. De qua PVFENDORF. *d. l. §. 7.* STRVV. *Ex. 15. Synt. Iur. Ciuil. §. 58.* DEDEKENVS *vol. 2. Conf. Theologic. p. 280. sequ.* LOCCENIVS *Synops. Iur. Suecic. Diss. 10. quaest. 6.* (5) Sponsionis. v. LOCCEN. *d. l. quaest. 5.* STRVV. *d. l.* Multos auctores, qui exempla sponsionum apud veteres consignarunt, protulit H. GROTIVS *flor. sparsion. ad Ius Iustinian. p. 150.* Morem inter Italos receptum suo tempore notauit THVANVS *l. 97. ad A. 1598.* v. omnino HVBER. *Eunomia Romana ad l. 37. de Reb. cred. p. 481. sequ.* Quae apta sunt turbandae publicae rei, super his vtique illicitae sunt sponsiones v. HVB. *d. l.* (6) Sortitionis, de qua DIONYS. GOTHOFREDVS *ad l. vlt. pr. C. commun. de legat.* latissime TIRAQVELL. *de iure primogen. quaest. 17.* RHETIVS *de Iure ac iudicio fortunae in vol. 2. Dissert.* Vbi tamen obseruandum, eam in diuisione haereditatis adhibitam non obstare, quo minus modicam etiam ob inaequalitatem diuisio facta rescindi possit: quoniam non ipsa inaequalitas, vnde laesio prouenit, sed attributio rerum sorti commissa fuit. v. CONSIL. MARPVRG. *1. cons. 32.* (7) Pacti antichretici, vbi fructus sunt incerti. *l. 14. l. 17. C. de vsur.* BERGER. *resolut. ad Compend. Lauterb. p. 224.* De quo multa huc pertinentia habet HAGEN. *tract. de vsur. c. 11. n. 123. sequ.* ne alios nunc allegem. (8) Dotalitii: de quo NICOL. HENEL. *d. l. §. 10. & c. 15. §. 26.* (9) Societatis vniuersalis vniuersarum fortunarum siue specialiter initae; in qua lucrum & damnum inter socios aequaliter distribuitur, licet collatio rerum sit inaequalis. FELICIVS *de Societat. c. 9. n. 23. c. 26. n. 29. In hac enim societate*, vt recte obseruauit H. GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 12. §. 24. in fine, non id, quod hinc aut illinc*

Digitized by Google

obuenit, sed quod probabiliter sperari poterat, computandum est. (10) Pacti inter cohaeredes, ne praestetur euictio. *l. 14. C. famil. herciſc.* Quia videntur mutuum periculum in rebus diuiſis ſuſcepiſſe. v. omnino Frantzkivs *ad tit. D. de euict. n. 393. ſequ.* De quo alio loco pluribus. (11) Diuiſionis inter cohaeredes, ſi res fideicommiſſo conditionali, vt, altero ſine liberis decedente, partem ſuam reſtituat, effectum inter ſe diuiſerint. v. Franzk. *d. l. n. 378. ſequ.* Vel, ſi vnus bona onere aliquo aut conditione affecta accipere, & quod in praeſenti vtiliora eſſent, vtilitatem cum futuri euentus periculo compenſare vellet. v. idem Franzkivs *d. l. n. 403. ſequ.* (12) Aſſignatae certae portionis liberis, quorum pater ad ſecundas nuptias tranſit. Quales liberi nuncupantur abgetheilte, abgeſonderte, abgelegte, mutſchirte Kinder. Nimirum multis in locis Germaniae pater, ad ſecundas nuptias tranſiturus, inuentarium ſub iureiurando conficit, &, prout ex priore matrimonio vnus vel plures ſunt liberi, certam ipſis portionem aſſignat. De Auſtria, Marchia Brandenburgica, Hamburgo, Lubeca, Brema, Ducatu & Ciuitate Mindenſi v. Iacob. Andreas Crvsivs *ad l. 2. Statutor. Mindenſ. tit. 2. Dec. 2.* Adde de Hildeſia Hahnivm *de iure rerum c. 9. concl. 72.* De Lubeca nominatim Mevivm *ad Jus Lubecenſ. part. 2. tit. 2. art. 2. n. 205. ſequ.* de Roſtochio Cothmann. 1. *Reſponſ. 3. & 4. Reſponſ. 6.* Cuius effectus inter alia eſt, quod aſſignata huiusmodi portio pro legitima ſit, &, ſiue poſtea accedat quid, ſiue decedat bonis patris, non tamen inde vel augeatur vel imminuatur portio illa. v. Goeddevs 1. *Conſ. Marpurgenſ. 26. n. 86. ſequ.* Modestin. Pistor. *part. 2. conſ. 2.* (13) Renunciationes haereditatis deferendae, a Nobilibus foeminis fieri ſolitae, ſi paterna abhinc bona augeri contingat. v. Frantzk. *l. 2. Reſol. 4. n. 30.* Stryckivs *de Succeſſion. ab inteſtat. D. 8. c. 10. §. 147.* (14) Vnio prolium. v. Berger. *ad Comp. Lauterb. p. 36.* (15) Conductio metallifodinae. v. A. Matthaei *l. 2. de iunct. c. 4. n. 9.*

§. III.

Eoque pertinet contractus auertendi periculi, ſiue ASSECVRATIO. Qui de ea ſcripſerint.

Exemplis hiſce adde contractum auertendi periculi, de quo ex profeſſo egerunt Benevenvtvs Straccha, Anconitanus, & Petrvs Santerna, Luſitanus, ſub titulo: *de aſſecurationibus & ſponſionibus mercatorum*, quo iudice in parte prima *n. 3. eſt ea materia peregrina & vtilis, ab aliis non declarata, & multum practicabilis, & frequentata maxime in Ciuitatibus maritimis, vt eſt Vlisbona, Venetiae, Ancona, Neapolis & Genua, & alibi in diuerſis mundi partibus & prouinciis.* Poſt hos Scaecia *tr. de commerciis*, Loccenivs & Stypmannvs *de iure maritimo*, Marqvardvs *de iure mercatorum*, praeſertim vero Rvtgervs Rvlantvs *in peculiari conſilio* von Erledigung einer ſchweren in Aſſecuranz-Sachen vorgeſtellten Frage, cui non contemnenda, ex celebrioribus emporiis depromta, attexuit, non pauca habent huius argumenti. Abhinc Reinoldvs Kvricke *Diatriben de aſſecurationibus* Diſſertationi *de iure Hanſeatico* praemiſit, in quam pleraque ex Ordinationibus Philippi II. Hiſpan. Regis, & Amſterodamenſibus, & ad has H. Grotii annotationibus tranſtulit. Noſtris vero auſpiciis cum de eodem argumento Anno MDCLXXXVII. diſſertationem ediderit Albertvs Schvnemannvs, Lubecenſis, placuit, eam, ſed non parum locupletatam, heic ſubiicere.

§. IV.

Eius NOMENCLATVRA.

Contractum auertendi periculi dixit latine H. Grotivs *lib. 2. de iure B. & cap. 12. §. 23.* quod nempe aliquis alterius periculum in mari auerſum it, aut in ſe recipit. Ab eodem *l. 2. Ann. Belgic.* ad A. 1576. inſignitur: *frequens negotiantibus auerſi periculi pactio, qua incertus euentus certa mercede in alium transferri ſolet.* Poſſis etiam *contractum traiecti-*

Digitized by Google

iectitium cum Imperatore IVSTINIANO *in l. 26. §. 1. C. de vsuris* dicere. Vulgo assecuratio vocatur, & mercatoribus contracte *assecurantie*, *contract* van Verſekering off *assecurantie*; quod nimirum alter alterum ex conuento ſecurum vel indemnem reddat de periculo nauis & mercium; veluti alias ſecurum aliquem facere dicimus, cauendo pro eo, qui id a nobis petiit. *l. 1. ff. qui ſatisd. cog.* LOCCEN. *de iur. marit. l. 2 c. 5. §. 1.* Hiſpani appellant *Seguros de mercadores*, vel *Seguros* ſimpliciter, Luſitani, *Apoſtas*, teſte SANTERNA *part. 1. a princ.* Quanquam id vocabuli generale eſſe, vt ſponſiones quoque complectatur, non obſcure innuat idem *d. l. n. 2.* STRACCHA *de Aſſecurat. in princ. n. 8.* putat, circumlocatione quadam latine efferri poſſe, conuentionem, rem exportandam ſaluam fore. conf. *l. illa ſtipulatio. 67. de Verb. oblig.* Adde plura alia apud STRACCHAM *d. l.*

§. V.

Definiunt quidam hunc contractum, *conuentionem indemnitatis pro certo pretio.* DEFINITIO. Quae tamen definitio nimis generalis eſt; quoniam in omnibus contractibus caſum fortuitum pacto, etiam intercedente pretio, ſuſcipere poſſumus. vid. *l. 9. §. 2. locat. l. 6. C. de pignorat. act. l. 1. C. depoſit. l. 1. C. commodat. cap. vnic. extr. commodat.* Itaque rectior illa & luculentior: Eſt conuentio idonea de praeſtanda indemnitate rei vel mercium, pro certo pretio transferendarum. LOCCENIVS *d. l. §. 4.* Vel, eſt rerum alienarum, ſiue mari ſiue terra exportandarum, periculi ſuſceptio, vt definit STRACCHA *dict. princ. n. 45.* Vel, ſecundum KVRICKE *dicta Diatribe*, eſt conuentio, qua quis periculum traiiciendarum ſiue alio terra marique vehendarum mercium, vel etiam nauis ipſiusmet, & indemnitatis eo nomine praeſtationem in ſe pro certo periculi pretio ſiue praemio in ſe recipit. Breuiter etiam circumſcribere poſſes, quod ſit conuentio, qua quis rerum, quae ad alium ſpectant, transportandarum periculum pro certo pretio in ſe ſuſcipit. Quae deſcriptio ex ſequentibus lucem accipiet.

§. VI.

Diuiditur hic contractus in terreſtrem & maritimum. Ille ſuper rebus, quae terra; hic, quae mari transuehuntur, initur. Quanquam rarus ille ſit, hic frequentiſſimus; quem propterea potiſſimum intelligi hoc loco volumus. Eſt & alia diuiſio in ſimplicem ſiue purum, & conditionatum, idque vel ratione temporis, vel ratione loci, vel ratione caſuum, vt deinceps in obiecto pluribus dicemus. Quanquam reſpectu habito ad euentum periculi ſiue caſus, aſſecuratio omnis conditionem in ſe contineat. v. SANTERNA *de aſſecurat. part. 3. n. 42.* LOCCEN. *d. l. §. 5. & ſeqq.* DIVISIO.

§. VII.

Contractum hunc vix olim cognitum, nunc eſſe inter receptiſſimos, ait H. GROT. *l. 2. c. 12. §. 3. in fin.* Iure Ciuili ignoratum, tradit HERING. *de fideiuſſor. cap. 12. n. 3.* Seculo quarto decimo videri introductum, obſeruauit KVRICKE. Tamen LOCCEN. *d. l. §. 2.* ex LIVII *lib. 23. c. 49. & l. 25. c. 3.* nec non SVETON. *Claud. cap. 18.* affert exempla, ex quibus liquet, conuentionem hanc non plane ignoratam fuiſſe veteribus. Quanquam in exemplis hiſce auerſio periculi gratuita fuerit. Quod hodie ſecus ſit. Apud Romanos pactio de foenere nautico pro pecunia traiectitia non longe abfuit ab hoc noſtro contractu. vid. TABOR. *part. Elem. p. 212.* de quo infra. ORIGO.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Et an iustus sit contractus hicce?

An iusta sit & licita talis conuentio, quaerit Santerna *part. 1. de assecurat. c. 5.* & affirmat. Conf. Marqvardvs *l. 2. de iure Merc. c. 15. num. 3.* vbi multos adducit consentientes, quibuscum & nos facimus, neque naturale neque ciuile ius huic contractui obstare, persuasi. Non naturale; quia & ludi siue fortunae, siue mixti sua natura & iure naturae pro illicitis non habentur. *arg. l. 8. §. 1. de Contrah. Emt. Vendit.* & Struv. *ad tit. ff. de Aleator. §. 56.* Multo igitur minus hic contractus. Non Ciuile, quippe quo conuentio sub conditione, quae pendet ab incerto fortunae casu, valet, & actionem producere dicitur *l. si gratuitam. 17. §. fin. de praescript. verb. l. a Titio de Verb. obligat.* adde *l. ex emto. 2. §. fin. & l. sequ. de action. Emt.* Accedit, ex simili ratione sponsiones, quas Wettungen vocamus, per se iure omni licitas existimari, dummodo fiant super re honesta: v. g. super belli aut obsidionis exitu, super matrimonio futuro, item masculo vel foemina nascituris. Vt est recepta tam Theologorum quam ICtorum sententia, vid. Gvil. Amesivm *l. 5. de casibus conscient. c. 45.* & alios magno numero adductos a Lavterb. *in Compend. ad Tit. ff. de aleat.* Negotium tamen facellere videtur *l. 5. de naut. foen.* vbi periculi pretium approbatur, si modo in aleae speciem non cadat. Ita enim legem hanc legit Cviacivs 9. *obs.* 28. ope Basilicorum, sequitur *Colleg. Iur. Argent. ad Tit. ff. de naut. foen. §. 16.* Verum enim vero, cum haec lex in Basilicis plane omissa sit, & in Synopsi quoque Basilica nihil tale legatur, proinde alii aliae vel lectiones vel explicationes placent. Salmasivs *cap. 9. de mod. vsur. p. 350.* particulam *non* in *d. l.* delet, vt sententia affirmans exeat. Sed hoc violentum est. Stypmann. *de iur. marit. p. 4. c. 2.* ita exponit, vt totam Scaevolae mentem perturbare & corrumpere videatur. Alii aliter. Quare melior fortasse est vulgata Glossae lectio: *Si modo in aliam speciem non cadat.* Vt sensus sit: species illas, do, vt facias vel non facias, non posse assimilari incerto traiectitiae pecuniae periculo, quippe cum in iis magis sit praestanda bona fides, quam periculum. Qua explicatione admissa, sententiae nostrae non obstat. Solet quoque obiici *c. nauiganti vlt. init. X. de vsur.* in quo explicando multum se torserunt Dd. Verum Fridericvs Hortledervs *in pecul. Commentar. ad d. c. vlt.* quem Ivstvs Zinzerling. *comm. ad d. l. 5. de foenor. nautic.* subiunxit, cum ex verbis eiusdem capitis, tum ex ratione docuit, id legendum esse, inserta particula *non*, hoc modo: *vsurarius non est censendus.* Idem existimauit Struvius *c. 16. Decis. Sabbat. 5.*

§. IX.

EFFICIENS.

Contractum hunc inire possunt, qui alias paciscí & commercia exercere non prohibentur. Vetantur autem Clerici, quia mercaturam facere prohibentur. *Cap. Negotiatorem. 9. c. fornicat. 10. dist. 88.* Et quicunque in Clero esse voluerit, emendi vilius & vendendi carius studio non vtatur; quod si exercere voluerit, cohibeatur a Clero. Vt est *in c. 3. cauf. 14. quaest. 4.* conf. *c. qualitas. 2. cauf. 33. quaest. 3.* Casp. Zieglervs, ICtus Witteb. *de Iure Maiest. l. 1. c. 41. §. 15. seq.* Milites quoque negotiari non possunt, vid. *l. vnic. C. Negotiat. C. ne milit. lib. XII. l. milites 15. C de re militari.* vbi ratio additur: quod milites, qui a Republ. armantur & aluntur, solis debeant publicis vtilitatibus inuigilare, nec agrorum cultui & custodiae animalium vel mercimoniorum constitui, sed propriae muniis insudare militiae. Quod tamen in praxi non obseruatur. Caeterum duae regulariter in hoc contractu sunt personae, receptor nempe siue auersor periculi, quem Hollandi Verſekeraar, vel *Asseuradeur* vocant; & assecuratus, vt appellatur.

Digitized by Google

latur, vel *geaſſureerde* iisdem Hollandis. Vbi adhuc obſeruandum, etiam inter abſentes per proxenetas ſiue mediatores poſſe contractum hunc celebrari. v. STRACCHA *de aſſecurat. gloſſ. 3. n. 3.* Caeterum aſſecurare poſſunt easdem merces vnus vel plures, modo ſine fraude fiat. STRACCHA *de aſſecurat. gloſſ 3.* Quod ſi aliquis clanculum merces ſuas bis, ter vel amplius diuerſis in locis aſſecurari curauerit, quid iuris ſit, v. *Ordinat. Philippi II. Hiſpan. Reg. art. 14. 15.* STRACCHA *d. gloſſ. 3. n. 6.*

§. X.

FINIS in hoc contractu diuerſus eſt, ratione aſſecurati & aſſecurantis ſiue receptoris periculi. Ille enim cogitat, vt aſſecurationis clypeo res ſuas contra ſaeuam fortunam tueatur & defendat. Vt loquitur SANTERNA *part. 1, ab init.* Quorſum MARTIALIS quadrat iocus: FINIS.

Dimidium donare Lino, quam credere totum (Mari)
Qui mauult, mauult perdere dimidium.

Et Germanorum prouerbium: Es iſt beſſer ein halbes Ey, als eine ledige Schaale. Hinc obſeruat SANTERNA *part. 1. de aſſecurat. n. 4.* licet vere quis credatur pauperior fieri, cuius res nauigio transferuntur, ſi tamen rerum iſtarum aſſecurationem ſtipulatus fuerit, praeſumtionem illam ceſſare. v. tamen PVFENDORF. *l. 3. c. 7. §. 3.* Contra periculi receptoris ſcopus eſt, vt ex praemio, quod vocant, ſiue remuneratione ſuas augeat facultates. *Audaces fortuna iuuat.* Respublica praecipue hoc in contractu ſcopum habet, vt commercia promoueantur. SCACCIA *de commerc. §. 1, quaeſt. 7, p. 3.*

§. XI.

Obiectum huius Contractus eſt *periculum incertum rerum, mari praecipue in alia loca transportandarum.* Dixi *periculum*, quo vocabulo licet interdum denotetur damnum culpoſum, & res noſtro periculo eſſe dicatur, in qua tantum culpam leuem & leuiſſimam praeſtamus. Textus eſt expreſſus *in l. 5. §. 7. ff. Commodat.* vbi VLPIANVS: *Dico, periculum, quod culpa contingit rogantis commodatum, ipſum praeſtare debere. l. 39. §. 12. de adminiſt. & peric. Tut. l. 40. eod. l. 40 locat. l. vnic. §. 4. furt. aduerſ. naut. caup. ſtabul. l. 25. pro Socio.* fruſtra diſſentiente BACHOVIO *vol. 1. ad Treutl. D. 20. §. 14. lit. D.* Hoc tamen loco ſtrictius accipitur, vt tantum ad caſum fortuitum pertineat. Quae ſignificatio etiam habetur in *l. 17. §. 2. de praeſcript. verb. § 3. Inſt. de Emt. vend. l. 4. §. 1. l. 7. l. 8. ff. commodat.* Adeoque ſub nomine periculi, de quo fit cautio, comprehenditur omnis caſus, qui accidit in mari a tempeſtate, ab hoſtibus, praedonibus, repreſſaliis, arreſtis, citra fraudem & culpam contrahentium, aut domini mercium vel nauis. GROT. *introd. iur. Holland. part. 24.* Hinc, ſi culpa domini mercium aut nauis interuenerit; vt, ſi non fecerit, quod diligens & cautus faceret, aut quod ex pacto debet, receptor periculi non tenebitur. vid. SANTERNA *de aſſecurat. part. 4. n. 16. ſequ. Conſult. Holland. part. 2. conſ. 322.* Vbi haec extat definitio: *Aſſuradeurs zyn niet gehouden in die ſchaden, die door verzwegen koopmanchoppen perſonen, by de viand wonende, toekomende zyn onſtaan, niet tegenſtaanende deze Clauſul. Op't goed hem toekomende of iemand anders, wie dat' et zij, van wat qualiteit of conditie.* Conf. *part. 3. conſult.* (quae H. GROTII eſt) *175.* MARQVARD. *d. l. num. 48. & ſeq.* Variae hoc loco quaeſtiones occurrunt. Vbi praenotandum in vniuerſum: periculum vel per ſpeciales caſus exprimi ſolere, & ſic ad non expreſſa quis non tenetur. v. SANTERNA *p. 3. num. 61. vbi quaerit, an aſſecuratione in caſum* OBIECTVM, PERICVLVM. *Vbi*

Digitized by Google

tempestatis facta, casus depraedationis comprehendatur? Vel principalibus casibus enumeratis, generalem clausulam subiici; & sic ad omne periculum tenetur. RITTERSH. *ad l. contractus 23. de Reg. iur. cap. 18. p. 236. 237.* E contrario, omni periculo suscepto, posse quem limitare conuentionem, excluſa vna vel altera specie, v. g. piratarum incursu, & tunc excluſio vnius facit inclusionem reliquarum. Sed & in aliqua periculi specie posse restringi, ne respectu huius vel illius casus locum habeat, praesertim, si ille casus non facile caueri queat. vid. STYPMANN. *p. 4. Iur. mar. c. 8. n. 335. sequ.*

§. XII.

Quaestio prima est: *an sub periculi nomine etiam casus insoliti contineantur?*

Quaeritur autem primo, vtrum sub nomine periculi etiam casus insoliti contineantur? v. g. si nauis in balaenae molem sub vndis latitantem impetu vehementiori illisa compagibus reuulsis perierit; currus mercibus onustus, exorta subito ventorum vi, de ponte in flumen praecipitetur. Et sunt sane non pauci, qui casus insolitos non solum in hoc, sed & in aliis contractibus excipiunt. vid. BARBOSA *in Cod. ad l. 1. C. commod. n. 14.* SEBASTIAN. MEDIC. *de casib. fortuit. part. 1. quaest. 15. n. 18. & quaest. 16. n. 48.* GAIL. *2. obs. 23. n. 18.* P. SANTERNA *de assecurat. part. 3. n. 74. & seq.* MEVIVS *consil. 1. n. 93. seq.* Contra alii non admittunt distinctionem inter casus insolitos & solitos. Aiunt enim, casum fortuitum nihil aliud esse, quam insolitum, qui humano captu praeuideri non possit. *l. in rebus 18. in pr. commod. l. ex conducto 15. §. 2. locat. conduct. l. 1. §. 4. de oblig. & act. l. 6. C. de pignorat. act.* Et quod si casum saepe & communiter contingentem suscepisse dicatur, cur non multo magis insolitum & raro contingentem? cum ab hoc minus periculi & damni metuendum, quam ab illo; atque indefinita oratio pro vniuersali valeat. *l. si plures. 98. ff. de leg. 3.* conf. STRVVIVS *exercit. 24. §. 17. & c. 16. Decis. Sabb. 14.* In hoc opinionum conflictu tutius videtur cum MARQVARD. *d. l. 2. c. 13. n. 76.* vt, qui ad casus insolitos se adstringi nolit, eosdem specialiter excipiat.

§. XIII.

Quaestio secunda: *An damnum a tertio datum pertineat ad assecuratorem?*

Porro quaeritur, an damnum a tertio, nimirum gubernatoris culpa datum, liberet assecuratorem a praestatione periculi? Negat hoc SANTERNA *part. 4. de assecurat. n. 19. & seq.* quod factum tertii non impediat, obligationem committi. Verius tamen, assecuratorem esse liberatum, quia nonnisi de casibus fortuitis tenetur; nisi generaliter ad omnes casus, etiam culpa nautae datos, se obligarit. vid. STRACCH. *de assecurat. gloss. 2. & 29.* I. LOCCEN. *de Iur. marit. lib. 2. c. 5. n. 13.* Et hoc Genuensium consuetudine receptum, quod scilicet Assecurator non teneatur, *Genuens. Decision. 160. n. 15.* testantur. Idem de Gallia & Brabantia CHRISTINAEVS *vol. 3. dec. 47.* memorat. E contrario, quia assecuratores se expresse obligauerant, *voor de schelmerye en onachsamkeit van de Schippers*, & nautae vectigal soluere neglexerant, illos assecurationis nomine teneri, responsum legitur in *Cons. Holland. p. 5. consult. 212.* Eadem est ratio formulae, quae in quibusdam instrumentis legitur, daß sich Assecurans von allen und zu allen in den Platz des Assecurati stelle, add. *Pollice* in RVLANTI Consilio *p. 169. 176. p. 191.* Caeterum ex resolutione huius quaestionis porro inferimus: Si ex casu, contingente in ipsa naui culpa Magistri nauis, vt, si merces, non bene reconditae, nec diligenter seruatae, ab humore aut muribus corruptae fuerint, non assecuratorem, sed nauarchum obligari. Si vero merces a tempestate aut procella (marinae tempestatis discrimine, vt dicitur in *l. 3. C. de nautic. foenor.*) humidae & corruptae fuerint, inde assecuratorem teneri. QVINT. WEYTS. *tr. de auaria* Belgice scripto *p. 460. in fin.* vid. SANTERN. *p. 4. de assecurat. n. 31. seq.*

§. XIV.

Digitized by Google

§. XIV.

Quaeritur tertio, si nauis iniuste capta fuerit a piratis siue aliter per vim iniustam, an teneatur assecurator? Negat hoc SANTERNA *d. p. 4. n. 26. seq.* conf. MARQ. *d. l. 2. c. 13. n. 63.* Verius videtur contrarium: Nam & furtum & confiscatio interdum casibus fortuitis accensetur. vid. *l. 35. §. 4. de Contrah. Emt. l. 14. §. 1. de peric. rei vend. l. 11. l. 33. locat.* iunct. FRANTZK. *in comment. ad Tit. D. de peric. & commod. rei vend. n. 13. sequ.* Quaestio tertia: *An de naue iniuste capta teneatur assecurator?*

§. XV.

Quaeritur quarto, an assecurator ob iactum salua naue factum teneatur? Quod affirmatur; quoniam iactus ille haud dubie casus est fortuitus. Licet igitur aduersus assecuratorem magister nauis actionem non habeat, sed aduersus dominum mercium, quicum contraxit, hic tamen, quod eo nomine praestitit, ab assecuratore poterit repetere, vt recte docuit LAVTERBACH. *de aequitate & extens. Leg. Rhodiae §. 13.* conf. STRVV. *c. 16. Decis. Sabbat. 15.* Quaestio quarta: *An ob iactum salua naue factum?*

§. XVI.

Haec de periculo. Sed notanter addidimus ***incertum.*** Hic enim contractus nullus est, si quidem assecurans rem, cui cauetur, saluam iam peruenisse, quo debebat, aut mercator eandem iam periisse nouerit. Nam materia huius contractus est damnum sub ratione incerti, seu periculum incertum. Atqui, si assecurans sciuerit, rem saluam iam in portum peruenisse, nullum praestat periculum. Vbi autem dominus mercis sciuerat, eam iam periisse, periculum ab altero praestari non potest, quia periculo res, nisi existens, (saltem opinione contrahentium, vt infra probabimus) subiici non potest, vt post H. GROTIVM *l. 2. de Iur. B. & P. c. 12. §. 23.* disserit PVFENDORF. *l. 5. de Iur. Nat. & Gent. c. 9. §. 8.* Sufficit autem, assecuratum hoc sciuisse ex fama. SCACCIA *de commerc. §. 1. quaest. 1. n. 157. Decis. Genuens. 36.* vel saltem ex vno aliquo teste, seu aliis verisimilibus coniecturis. *Decis. Genuens. 42.* vt & Neapoli iudicatum refertur *in dictis Decis. decis. 102.* & apud MERLINVM *Rota Romana Dec. 597.* conf. *Stat. Genuens. l 4. c. 17. Antwerp. tit. 54.* Sciuisse autem illum, etiam ex tempore praesumitur: si scilicet tantum temporis effluxerit, quo nuncius siniistri casus vel naufragii potuerit deferri. LEONINVS *conf. 22. n. 8. Ordinat. Amsterodam. art. 20. 21.* Quae tamen praesumtio iuris, & non iuris simul & de iure est, vt proinde contrarium assecuratus probare possit. INCERTVM.

§. XVII.

Diximus praeterea, ***rerum periculum assecurari.*** Res vtique requiruntur. Nam, si dominus non habuerit merces in mari, quas ibi dixit se habere, merito in praeiudicium promissoris assecurantis non valeat assecuratio. *arg. l. si quis fundum. ff. de condit. & demonst.* vid. SANTERNA *p. 3. de assecurat. num. 14. & sequent.* Adde *part. 1. consult. Holland. 234. vbi extenditur: Receptorem periculi hoc casu ne quidem praemium restituere, quin nondum datum adhuc petere posse.* Caeterum, si assecuratus non res, quas dixerat, sed alias nullius pretii naui intulerit, & postea nauem perire fecerit, dolus est arbitraria poena dignus. Cuius rei recentiora exempla non desunt; at nobile iam exemplum habemus in historia Romana apud LIVIVM *l. 25. c. 3.* Nam publicani, Postumius & L. Pomponius Veientanus, quia publicum erat periculum a vi tempestatis in iis, RERVM. *Vbi*

Digitized by Google

quae portarentur ad exercitus, & ementiti erant falsa naufragia, & ea ipsa, quae vera renunciauerant, fraude ipsorum facta erant, non casu, in veteres quassasque naues paucis & parui pretii rebus impositis, cum mersissent eas in alto, exceptis in praeparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces, ementiebantur. Verum, quam seuerus fraudis huius vindex populus Romanus fuerit, pluribus enarrat LIVIVS *d. l.* Adde VALER. MAXIMVM *l.* 5. *c.* 6.

§. XVIII.

Quaestio prima: *An nauis, quae iam periit, in assecurationem recte deducatur?*

Huc pertinent variae quaestiones. Prima est, an nauis, quae reuera iam periit, in assecurationem recte deducatur? Affirmat hoc LVC. LANGERM. *de Iure in curia mercatorum vsitat.* §. 95. STRACCHA *de assecurat. gloss.* 27. *n.* 2. GAMMA *decis.* 18. *pr.* STRVVIVS *cap.* 16 *Decis. Sabbat.* 4. Negat MARQVARD. *d. l.* 2. *c.* 13. *n.* 28. post LOCCEN. *d. l.* 2. *c.* 5. *n.* 9. quia assecurator periculum in se recipere videatur futurum, non etiam praeteritum; nisi expresse hoc actum, vt teneri assecurans velit, etiamsi tempore contractus initi casum sinistrum passae fuerint. Et facere pro hac sententia videtur, quod rei non existentis non valeat emtio. *l. nec emtio* 8. *de contrah. emt. l.* 7. *ff. de haered. vel action. vendit.* & stipulatio rerum, quae non existunt, non subsistat. *l. si homo mortuus* 69. *ff. de Verb. obligat.* Nihilominus aiens sententia nobis verior videtur, si assecuratus nihil de interitu siue casu fortuito, ne quidem per coniecturas, resciuit, de quo supra satis diximus. Nam in huiusmodi conuentionibus etiam spes loco rei esse potest. *arg. l.* 8. §. 1. *de contrah. emt. l.* 8. §. *fin. de pericul. & commod. rei vendit.*

§. XIX.

Quaestio secunda: *An pecunia?*

Quaestio secunda est, an sub nomine mercium intelligatur pecunia? affirmat hoc MARQVARD. *d. l. num.* 19. *arg. l.* 66. *de verb. sign.* vbi dicitur: quod mercis appellatio tantum ad res mobiles pertineat. Neque dubitandum, apud Romanos mercis appellationem etiam ad pecuniam pertinuisse. vid. *l.* 1. §. *vlt. l.* 4. *l.* 5. *ad L. Rhod. de iact.* iunct. *l.* 2. §. 2. *eod.* Add. MANTIC. *dec.* 313. FRANCISC. NIGER CYRIAC. *quaest. for.* 10. *n.* 8. Tamen *Ordinat. Amsterodamens. art.* 17. statutum: pecuniam sub generali assecurationis vocabulo non comprehendi, nisi clare id fuerit expressum.

§. XX.

Quaestio tertia: *An vita hominis?*

Quaestio tertia est, an vita hominis possit assecurari? Affirmat MOLINA *de contract. disp.* 507. SCACCIA *de commerc.* §. 1. *quaest.* 1. *n.* 142. STRVVIVS *c.* 16. *Decis. Sabbat.* 10. Quamuis enim humanae vitae sufficiens aestimatio vix videatur respondere posse; commoda tamen & damna, quae ex illius breuitate vel longaeuitate pendent, aestimationi subiacent. Plane, vt hodie, si ex inflicto vulnere liber homo illico perierit, agi potest ratione commodi ex operis & aliunde probabiliter amissi. BRVNNEMANN. *ad l.* 3. *D. si quadrupes pauper. fecisse.* FELTMANN. *Institut. iur. nouiss. ad tit. D. de Leg. Aquil.* §. *vlt.* VINNIVS *ad princ. Institut. ibid.* Verum hoc Statuto Antwerpiae prohibitum est *tit.* 54. §. 2. Quod & Amstelodamensibus placuit, vid. *Ordinat. Amsterodam. art.* 23. & ibi in notis GROTIVS. Hodie nihil frequentius fieri, testatur KVRICKE *d. diatrib.*

§. XXI.

Quaestio quarta: *An sub naue assecurata etiam merces comprehendantur, quae sunt in naui?*

Quaestio quarta est, an naue assecurata nauis aut mercium tantum, an nauis & mercium simul periculum susceptum videatur? Distinctione hic opus est, quam proponit MARQVARD *d. l. n.* 20. *& sequ.*

§. XXII.

Quaestio quinta: *An assecuratio mercium, quae asse-*

Quaestio quinta est, an assecuratio mercium, quae assecurati sunt, pertineat quoque ad illas merces, quas cum altero habet communes? Affirmant SANTERNA *part.* 3. *de assecurat. n.* 58. MARQVARD. *l.* 2. *de iure mercator. c.* 13. *n.* 41. *sequ.* Negant alii, quia, quod

Digitized by Google

quod commune est, meum non censeatur, quantum attinet dispositionem de parte socii mei *l. 68. pro socio.* v. VALASC. *consult. 64. num. 12.* GAMMA *Dec. 181. n. 4.* Nobis videtur inprimis ad formulam assecurationis esse respiciendum.

curati sunt, pertineat quaeque ad illas merces, quas is cum alio habet communes?

§. XXIII.

Progredimur, quod in contractus nostri obiecto reliquum est, visuri: nempe *res mari praecipue in alia loca transportandas.* Vt res mari queant transportari, naui opus est. Hic quaeritur: Si in vna & eadem nauigatione merces transferantur ex vna naui in aliam, & nouissima deperdatur cum mercibus, num assecurator vel promissor de isto periculi euentu teneatur? Hic inspicienda est formula assecurationis: an in ea mentio sit facta nouissimae nauis, an minus. Si mentio facta sit, vtique ex lege conuentionis tenetur, modo absque dolo & culpa iste casus acciderit. Si mentio facta non sit, non tenetur. Si tamen merces in scapham traiectae fuerint, nauis onustae leuandae causa, quia intrare flumen vel portum non poterat, vt magna nauigia portubus se grauatim insinuant, quemadmodum PETRONIVS *in Satyra* loquitur, eoque scapha submersa sit, iste casus perinde aestimabitur, atque si in ista naui accidisset. *arg. l. nauis. ad L. Rhod. de iact.* (praesertim, si promissor cauerit de damno, vsque dum nauis appulerit ad portum) secus, si hoc alia de causa contigerit. Vid. SANTERNA *part. 3. n. 36. sequ.* STRACCHA *Gloss. 8. de assecurat. num. 2. & gloss. 13. num. 3.* GARSIAS MASTRILLVS *decis.* 182. ZIEGLER. *l. 1. de Iur. maiest. c. 41. §. 26. sequ. vbi elegans casus & Responsum ICtorum Wittenbergensium.*

MARI PRAECIPVE IN ALIA LOCA TRANSPORTANDARVM. *Vbi* quaeritur, *quae nauis intelligatur?*

§. XXIV.

Illud facile intelligitur, assecurationem simpliciter factam de prima nauigatione intelligi debere. Sermo enim simpliciter prolatus de vno & primo intelligendus est. *arg. l. 89. §. 1. ff. de Verb. signif.* Vid. SANTERN. *p. 3. n. 30. & seq.* adde EVNDEM *n. 46.* de tempore nauigationis instituendae. conf. RVLANT. *p. 4. de Commiss. l. 2. c. 16. n. 18.* Non minus constat, iter in contractu expressum ab assecurato mutari non posse; post MARTAM STRVVIVS *c. 16. Dec. Sabbat. 6.* Caute igitur a mercatoribus Anconitanis adiiciuntur haec verba: *viaggio non mutato*, teste STRACCHA *de assec. gloss. 14.*

Quae nauigatio?

§. XXV.

Caeterum, cum transportatio de vno loco in alium fiat, a quo loco & ad quem periculum ab assecuratore praestandum sit, videre restat. Hic, nisi aliud conuenerit, aut lege definitum sit, rationem naturalem dictare, ait LOCCENIVS *d. l. 2. c. 5.* vt assecuratio initium habeat a tempore mercium in naualia translatarum, & duret, vsque dum merces in destinato portu saluae sint exoneratae. Add. *Ordinat. Amsterodam. art. 4.* RVLANT. *de Commissar. p. 4. l. 2. c. 16. num. 16.* Quid vero, si assecuratio ab vno portu in alium facta sit absque mentione mercium in terram exportandarum? Resp. Assecurationem inchoari a tempore impositarum naui mercium, & finiri tempore nauis destinatum portum ingressae. *Ordinat. Philipp. II. art. 13.* Tamen in *Ordinat. Antvverp. de assecurat. art. 13.* temperamentum additur his verbis: *Indien de assecuratie gedaan is, van den eenen hauen tot den andern, zonder te sprecken van den goederen te lande te brengen, dat de assecuratie einden zal, vvanneer t' Schipp in de gedestineerde haven gekomen zal zyn, ende aldaar vast gelegen zal hebben, in saluamente ded tyd vaan 24. uuren.*

Et de quo loco, & ad quem locum.

Digitized by Google

Quod sub exemplo explicatur in *Consult. Holland. p. 1. consult.* 284. Dissentit nonnihil ab hac doctrina BENEVENVTVS STRACCHA *de assecurat. gloss. 12. num. 1. & seq.* Verba eius sunt: *Finge modo quaestionem alias agitatam. Titius assecurauerat merces a loco solito non munito ad portum Anconae, onusta deinde naui mercibus in isto loco oneris impositi merces a praedonibus seu piratis direptae fuerunt. Dubitatum fuit, num Titius teneatur? dicebant nonnulli, rem esse extra controuersiam, cum ex verbis formulae omnem casum direptionis assecurator in se suscipiat. Beneuenutus vero contra. Verba enim illa, dal porto, latine sonant de portu. Dictiones autem* a *vel* ab *sunt separatiua, l. datio. ff. si per venditorem, de act. emt.* Verum, quam fragile hoc sit argumentum, facile intelligitur. Nam particula *a* non semper excludit, sed interdum pro subiecta materia includit. Vid. STRAVCH. *in Lexic. part. iuris voce a vel ab n. 9.*

§. XXVI.

FORMA ESSENTIALIS, CONVENTIO *qualis?*

Venimus nunc ad *formam* huius contractus *essentialem*, quae haud dubie consistit in *conuentione de auersi periculi pretio praestando, vel, si merces perire contigerit, aestimatione earum ab assecuratore soluenda.* At qualis haec conuentio? Hic Rhodus, hic saltus! Contractum esse innominatum, tradit SANTERNA *p. 1. n. 7. & p. 3. n. 12.* referens ad *do vt facias*, vel facio vt des. Conf. STRACCH. *gloss. 6. n. 10.* & quos magno numero protulit RVTGER. RVIANTVS *supra citato consilio.* Locationem, ARCHIEP. FLORENT. *de vsur. c. 2. §. 46.* CORRAD. *de contract. quaest. 71. pr.* Fideiussionem LOPEZ. *de contract. l. 2. c. 16.* Emtionem SCACC. *de cambiis, Rota Genuens. dec. 3.* GIVRBA *obs. 73. n. 6.* Nouum *& iure ciuili* incognitum contractum; quamuis simile aliquid apud veteres reperiatur, *Lvc.* LANGERM. *de iur. in cur. mercat. vsit. §. 91.* Stipulationem pecuniae traiectitiae TABOR, celeberrimus quondam huius Academiae Cancellarius, *p. 3. sect. 4. §. 38.* vbi etiam multos profert, qui fideiussionem vocant. Add. STYPMANN. *part. 4. de iure marit. c. 8. n. 21. sequ.* LOCCENIVS *l. 2. de iure marit. c. 5.* MARQVARD. *de iure mercator. l. 2. c. 12. num. 1.* vbi quaestionem hanc Caesarea decisione indigere scribit. At non est, quare heic fluctuemus; verissimum enim est, esse contractum, (quia praesupponit dominia & pretia rerum) & quidem peculiarem; quoniam est frequentissimus hodie, & ius naturae discrimen contractuum nominatorum atque innominatorum ignorat, vt optime docuit H. GROTIVS *l. 2. de Iur. B. & P. c. 12. §. 3.* Adhaec, cum iure quoque Romano propter congruam interrogationem & responsionem contractus innominati migrarent in stipulationem, eiusque naturam induerent, *l. 3. & l. 7. C. de rerum permutat.* cur, quae assimilatur hodie stipulationi, id non praestet sola pactio, praesertim inter mercatores?

§. XXVII.

DE AVERSI PERICVLI PRETIO PRAESTANDO.

Diximus, *esse conuentionem de auersi periculi pretio praestando.* Pretium hoc vulgo praemium, *Verseeker-Loon vel premien*, appellari consueuit. Eius quantitas definiri nequit, sed, prout nauigatio longinqua vel breuis, loca pluribus vel paucioribus periculis obnoxia sunt, ita maius vel minus praemium paciscimoris est. Vid. STYPMANN. *d. c. 8. num. 348. 249. sequ.* MARQVARD. *l. 2. c. 13. §. 69. seq.* Offert autem

Digitized by Google

autem se hoc loco elegans quaestio: An nempe in contractu hoc remedium *l. 2. C. de rescind. vendit.* locum inueniat? Quod negant SANTERN. *de assecurat. p. 5. num. 1. & seq.* STRVVIVS *c. 16. Decis. Sabbat. 18.* Affirmat SCACCIA *de commerc. §. 1. quaest. 7. part. 2. ampl. 10. §. 1. quaest. 1. n. 132.* RVTG. RVLANT. *part. 3. de Commiss. l. 3. c. 15. n. 1.* Ab his nos stare malumus; quia in contractibus stricti iuris aeque ac bonae fidei remedium illud locum habet, vt docet LAVTERBACH. *tr. Synopt. tit. de rescind. vendit. §. 1. n. 33.* Modo receptor periculi, maius periculi pretium haberi posse, ignorauerit.

§. XXVIII.

Praeterea diximus: *vel, si merces perire contigerit,* (casu sc. fortuito) *aestimatione earum ab assecuratore soluenda.* Hic quaeritur, quomodo aestimatio fieri debeat? Num sc. tempus obligationis contractae, vel infortunii, v. g. naufragii, vel denique locus, quo deuehendae res erant, spectanda sint? BENEVENVTVS STRACCHA *gloss. 6.* post SANTERNAM egregie hoc argumentum tractat, & quinque propositiones format. *Prima est:* Si assecurator promisit, merces saluas fore in aliquo loco, v. g. Vlyssippone vel Anconae, eius loci aestimationem respiciendam *l. fin. de condict. tritic.* *Altera:* si promissio in genere facta, tempus contractae obligationis considerandum. *arg. l. 28. ff. de nouat.* & quia assecuratus magis damno, quam lucro, consulere voluisse censendus sit. *Tertia:* Si aestimatio mercium expressa est hoc modo: si eaedem amittantur, duo millia florenorum solutum iri, standum esse aestimationi, idque est extra controuersiam, arg. *l. 52. de V. O.* & Hamburgi frequentatur. v. *Pollice* RVLANTI *consil. subiunct. p. 179.* *Quarta:* Si aestimatio facta his verbis: *super mercibus, quae ascendent ad duo millia scutatorum,* & assecurato onus probandi, quod merces tanti valuerint, incumbere. *Quinta:* Si aestimatio facta hac formula: *merces esse valoris seu aestimationis duorum millium.* Et similiter assecurato onus probandi iniungendum esse, contra SANTERNAM, qui putat, hoc in casu, si assecuratus deceptus est, succurrendum eidem esse remedio ex *l. 2. C. de rescind. vendit.* Verum haec ex dignitate persequi & inuestigare nunc non licet. Add. *Consult. Holland. p. 6. cons. 13.* vbi quaestio: *Of Asseuradeurs gehouden zyn te betalen alle de Kosten en gifften, gedaan tot recouvrement van den goedern, al vvar 't dat de zelue meer beliepen, als de vvarde van den goedern, of hooger, als zy hebben by verlies van't goed angenommen te betalen.* Vbi affirmatur. GARSIAS MASTRILLVS *Decis. 197.* vbi quaestio, an assecuratores teneantur ad totalem perditam siue aestimationem ad quantitatem damni secuti?

VEL, SI MERCES PERIRE CONTIGERIT, AESTIMATIONE EARUM AB ASSECURATORE SOLVENDA.

§. XXIX.

Ad formam accidentalem huius contractus pertinet, quod aliquando redigatur in scripturam seu instrumentum, quod *Pollice* vocant. Formulam Italicam egregio Commentario illustrauit BENEVENVTVS STRACCHA *de Assecurat.* Belgicam MARQVARDVS *d. c. 13. n. 68.* Latinam LOCCEN. *d. l. §. 6.* Belgicam & Latinam SCHOTTELIVS *de singular. & antiqu. in Germ. iur. c. 23. §. 6.* In formando autem eiusmodi instrumento requiritur: (1) Nomen assecurantis, addito plerumque loco domicilii, vbi habitet. Sed an nomine quoque ficto inserto valebit instrumentum? Affirmat STRACCHA *gloss. 7. n. 1.* quoniam fit relatio ad literas onerarias. Quod plerumque solent Iudaei mercatores facere: mentiuntur enim nomen Christiani alicuius propterea, ne naues depraedentur pira-

FORMA ACCIDENTALIS. *Instrumentum, vulgo Pollice.*

Digitized by Google

piratae Christiani, soliti Iudaeorum Turcarumque merces diripere. (II) Apponitur nomen nautae. v. g. **dar Mayster van ist N. van NN.** (III) Nomen nauis. v. g. **int Schip St. Jonas.** Cuius effectus hic est, vt, si assecuratio super certa naui facta, mercibus postea in aliam coniectis, non teneat assecuratio, nisi adiecto pacto, vt nauem mutare liceat. Straccha *gloss. 6.* (IV) Nomen loci, vbi nauis oneratur, **Port, Haven oder Reyde von Lisabon.** (V) Nomen loci, quo tendit, vt, **von Sevilla nach Antwerpen.** Qui locus si non seruatur, tollitur obligatio ob dolum. Leoninvs *cons. 23. n. 5. & 6.* (VI) Designatio mercium. (VII) Nomen assecurati, ad quem merx pertinet. (VIII) Exprimitur tempus, ex quo assecuratio & incipit & finit. (IX) Additur liber cursus nauis, vt in libera potestate sit magistri nauis. (X) Adiicitur susceptio periculi siue in genere, siue in specie, siue in totum, siue sub certo modo. (XI) Fit conuentio super quantitate & numeratione pretii. (XII) Subscribunt assecuratores sua nomina cum designatione quantitatis, quousque in se suscipere periculum voluerunt. (XIII) Adiici solet, factam esse assecurationem secundum stylum & obseruationem fori. Adde Stypmann. *part. 4. de Iure marit. c. 7. n. 389. sequ.* vbi de requisitis instrumenti huius latius agit. Praeterea notandum: Philippum, Regem Hispaniae, A. 1570. pragmatica sanctione contrahentibus hisce certam praescripsisse formulam, sub annullationis poena obseruandam, vt liquet ex §. 1. & §. 2. Et in vniuersum pactionem assecurationis contra formam lege praescriptam nullam esse, responsum est in *Consultat. Holland. part. 1. consult. 187.*

§. XXX.

EFFECTVS PRIMVS, *obligatio.*

Effectus primus conuentionis huius est obligatio. Vbi grauissima occurrit quaestio: Si periculi pretium initio non sit datum, casus vero aduersus *contigerit*, vt res seu merces interirent, an is, qui periculum suscepit, eo, quod nihil *ipsi* datum, poenitere possit? Notum est & tralatitium, quod in contractibus innominatis, vbi alter *nondum* impleuit, poenitere liceat. *l. 3. §. 2. l. 5. pr. de condict. caus. dat. non secut.* Idem ergo hic obtinere voluit Rvtgervs Rvlantvs *in supra citato consilio*: **Von Erledigung einer schweren in Assecurations-Sachen vorgestellten Frage.** Sed contrariam amplectitur sententiam Strvv. *exerc. 25. §. 48.* Marqvard. autem *d. l. num. 16.* controuersiam hanc ex consuetudine loci, vbi lis mouetur, decidendam esse, contendit. Cui assentimur: nam multis in locis ius Romanum, quantum attinet poenitentiam in contractibus innominatis permissam, est receptum; & speciatim ab Amstelodamensibus Anno 1620. sancitum, vt, nisi praemia protinus parata pecunia exsoluantur, assecuratores de damno secuto teneri non debeant. Quod olim secus erat. v. H. Grotivs *ad Ordinat. Amsterd. p. 155.* Idem postea placuit magno Senatui rerum Bellicarum Hispanico Madriti, 21. Iunii 1629. & Genuensibus, 11. Septembr. eodem Anno. Quorum decretorum exempla subiunxit consilio iam dicto Rvlantvs. Idem sub Nis. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. docet, quomodo apud Hamburgenses ab Ao. 1617. ad 1619. variatum hac in re fuerit. Citra huiusmodi legem ex sola conuentione hac efficacem oriri obligationem arbitramur.

§. XXXI.

Ortus, actio, *quae competit assecurato.*

Effectus ortus est actio, quae datur vel assecuratori, vel assecurato. Huic regulariter actio competit ad rerum casu fortuito amissarum aestimationem consequendam; modo probet casum fortuitum. *Decis. Genuens. 3. p. tot.* Add. Loccen. *d. l. §. 17. 18.*

Inter-

Digitized by Google

Interdum etiam assecuratus agere potest contra assecuratorem, si suspectus est de non solvendo, vt cautionem cautionis praestet, & assecuratus seruetur indemnis, ad similitudinem fideiussionis indemnitatis. *arg. l. 116. de V. O. l. 8. §. 12. de fideiuss.* LOCCEN. *d. l. §. 8.*

§. XXXII.

Assecuratori datur actio ad consequendum periculi pretium, contra assecuratum, sed non contra tertium, ad quem forte assecurata nauis peruenit. *arg. §. omnium Instit. de action. l. 1. §. 16. ad SCt. Trebell.* Atque ita responsum in *Consult. Holland. p. 1. cons. 282.* Hoc autem pretium potest denegari, si forte nauis non potuit portu exire, aut alio modo fuit impedita. vid. omnino SANTERNA, *p. 3. n. 22. sequ.* *Assecurationis.*

§. XXXIII.

De actionibus hisce cognoscunt Hamburgi mercatores, quibus id committi consueuit, nullo suspensionis remedio superstite, vt intelligitur ex formula Hamburgensibus vsitata apud RVLANT. *d. cons. p. 179.* Itali suas habent Cabellas securitatum, teste SCACCIA *de commerc. §. 1. quaest. 1. n. 141.* Belgae Cameras assecurationum, de quo in §. sequente. Ad iudicis autem officium inprimis spectat, vt verba instrumenti, quod Pollice vocant, accurate ponderet. *Decis. Genuens. 120. n. 5.* *Qui de actionibus hisce cognoscant?*

§. XXXIV.

Antequam de affinibus dispiciamus, lubet, quae ratio assecurationis apud Amstelodamenses sit, ex IOANN ISAAC PONTANI *l. 3. rerum & Vrb. Amstel. c. 4.* (quod integrum agit de assecurationis dicasterio totiusque contractus ratione) succincta descriptione apponere: *Assecurationis magistri*, inquit, *siue dicasterium verius, augescentibus indies ac longe lateque se extendentibus oppidi commerciis, institutum anno 1598. Eique tres praeter Secretarium & Scribam iuratum ex Magistratu Viri spectatissimi quotannis praeficiuntur, remanente subinde aut vno aut altero ex prioribus, prout visum Consulibus fuerit. His causas & controuersias ex eo negotio exortas iuxta legum, quae ea de re latae habentur, praescriptum & venustate ac decidere permissum; cum & omnes eiusmodi contractus, coram ipsis, literis signatis perfici debeant. Quin & eidem Camerae fas etiam, causas decidere ex assecurationibus extra oppidum ortas, modo relatiue ad hanc siue bursam siue Camerae dicasterium spectauerint, aut alias a parte aduersa ad Camerae huius forum delatae fuerint. Excipiunturque perpetuo, ac loco nullo habentur assecurationes illae, quae de vita quarumcunque etiam personarum, aut de itineribus, aut peregrinationibus alicuius ad oras longinquas animi causa susceptis, instituuntur. Tantum eas valere & eo loci agi ac tractari volunt, quae de rebus & mercibus terra aut mari vltro citroque perferendis transiguntur, quod in hunc fere modum fieri consueuit: Mercator, cuicunque assecurare quidquam in animo est, non semper nauim vniuersam cum onere integro, sed eius saepenumero portionem tantum assecurationi permittit, reliquum suo periculo reseruans. Quo statuto, alium aliquem vnum aut plures ex negotiatoribus compellat, aut suo nomine compellari per alium facit, se in eiusdem nauigio, nomine & nauclero existente tali (addito quoque, ex quo & in quem soluere portum nauis destinauerit) constituisse, florenorum aliquot millena sibi assecurare. Idque vbi alius in se receperit, in singulos centenos florenos octo, aut decem aut pluribus (prout paciscí inter se queant, aut communis tunc vsura, aut periculi etiam ac rei ratio postulare videatur) pactis florenis, Eoque pacto instrumenta ac literae coram Camerae Assessoribus* *MANTISSA de assecurationis Dicasterio totiusque contractus ratione apud Amstelodamenses.*

ribus conficiuntur; quas sua manu vnus aut plures, quis & quantum assecurauerint singuli, addentes subscribunt, statimque iisdem summa, quanta vnicuique ex pacto debetur, ab assecurato annumeratur. Atque (quod & literis dictis inseritur, quas Pollice a pollicendo, vt videtur, appellant) profitentur sancteque testantur, se incidentia omnia pericula & casus fortuitos in se recipere ab eo tempore, quo nauis soluit, vel assecuratio instituta fuit; tutum sc. & indemnem, quem assecurauerunt, ab aqua, igni, tempestatibus, amicis, inimicis, ab arrestis Regum, Reginarum, Principum, Dynastarum, Rerumpublicarum, a negligentia vel nautarum vel nauclerorum, aliisque similibus casibus atque infortuniis, quaecunque aliquo modo obuenire naui aut mercibus nominatis queant, nullis exceptis, sese nimirum in assecurati locum constituentes, & eum, vt dixi, per omnia a periculo immunem fore, seque id praestituros, pollicentes. Vbi deinde saluam & feliciter eam nauem appellere contingit, assecuratores, reseruato, quod sibi acceperint, assecurationis eum contractum irritum statim reddi atque expungi sinunt. At econtra, si perire naufragio, aut alias, eandem nauem accidat, tenentur tum singuli, quodcunque & quantum subscripserant, mercatori, qui assecurare nauem fecerat, praesenti pecunia totum restituere; ea tamen lege, vt nauigium ipsasque naufragii tabulas, & quidquid ex iis commodi adhuc ad assecuratores redundare fortasse possit, mercator seu assecuratus in vniuersum vicissim permittere assecuratoribus teneatur. Vsi autem in rei huius explicatione sumus voce trita, & qua ICti hodie recentiores passim vti constat, cum veteribus & prisco seculo eiusmodi periculorum, vt sic dicam, praestationes notae non fuerint. Nam iidem ICti dubitant adhuc disputantque, cuiusnam rei contractus assecuratio habenda sit. Et inter eos PETRVS SANTARENENSIS *&* ANTONIVS VALASCVS, *inter Lusitanos Iurisperiti doctissimi, huc tandem accedunt, vt statuant, esse assecurationem quendam Emtionis & Venditionis contractum, quod in ea aestimentur merces, quae postea soluuntur; & quia olim etiam apud antiquos, vt habent ICtorum responsa, iactum retis emi & vendi pro more solitum sit, & foenus quoque nauticum iisdem nominatum omnibus permissum fuerit.*

§. XXXV.

AFFINIA: Primum.

Inter affinia se offert primo loco species haec, quae innexam habet assecurationem. Caius & Titius ineunt societatem, ab vno collata pecunia, ab altera opera & industria, vel etiam ab vtroque pecunia ad commune lucrum & damnum. Mox Caius suscipit in se sortis periculum, sub conditione tamen amplioris lucri eiusque incerti, quod minus cedat Titio, cui sors salua. Denique pro incerto lucro, quod Titius habere posset, datur ei aliquid certo minus, vt v. g. si potuit lucrari decem vel amplius, sit contentus quatuor vel quinque, reliquum vero cedat illi, qui sortis periculum suscepit. De iustitia huius implexae conuentionis vide omnino HENR. ZOESIVM *ad tit. D. pro socio. num.* 25.

§. XXXVI.

Secundum.

Deinde huc pertinent omnes conuentiones, quae aleam continent, de quibus §. 2. dictum. Porro maximam cum contractu hoc affinitatem habet pactio de foenore nautico: nam & ibi sunt periculum, statuta loca & tempora, intra quae nauis salua appellat vel pereat. Differt tamen in eo, quod in hac pactione requiratur, pecuniam traiectitiam sub vsuris nauticis creditam esse, quae periculo creditoris nauiget. *l.* 1. *l.* 3. *de nautic. foenor. l.* 1. §. 7. *naut. caupon. stabular. l.* 122. §. 1. *D. de V. O.* Dicamus

cl-

Digitized by Google

clarius: pactio haec continet periculum pecuniae; assecuratio mercium: illa suscipitur periculum pecuniae propriae, seu a se creditae; hac periculum mercium alienarum. Illa apud antiquos Saxones & hodie Belgas, Ciuitatesque Germaniae maritimas, vocatur Bodmerey siue Bodemeny, a carina siue fundo nauis, in quem magister nauis mutuo accipit pecuniam perituram, si fundus ille interierit. De quo plura videantur apud SCHOTTELIVM *de singular. & antiqu. in Germ. iur. c.* 22.

§. XXXVII.

Denique finitimus assecurationi est contractus, in Hispania consuetus & frequens, quando res magni pretii sub hasta venum exponens certam illi promittit pecuniam, qui repromittit, pro illo praemio rerum venalium pretium intra iusti valoris terminos a se, quantum potest, auctum, & rem, deficientibus aliis, emtum iri. Vbi, perinde, vt in auertendi periculi conuentione, repromittens ille licitator conqueri non potest, licet eueniat, vt bona auctioni commissa ipse pro summo pretio accipere cogatur. Post AZORIVM, Cardinalem LVGONEM & SREINIVM, STRVVIVS *c.* 16. *Decis. Sabbath.* 19. Tertium.

PAROEMIA XLIV.

Ad tit. D. Rescind. vendit.

Kauff und Backenstreich seynd ungleich.

IN vulgatissimo hocce prouerbio testem ciere, res foret superuacanea. Sententia est: *vt alapae ad mensuram non impinguntur; ita emtiones quoque* (eiusdem scilicet generis rerum) *inaequales esse solere.* Nimirum ementes atque vendentes vno ac simul diuerso proposito ad contractum huncce plerumque accedunt: vno, vt lucrum ambo faciant, quo pertinet, quod vulgo dicimus, vt auctor quoque SCHVLTZIVS *ad tit. I. de emtion. & vendit. lit. c.* Ein jeder sucht seinen Vortheil. *Quisque commoda ad sua est intentus:* diuerso, *dum emtor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi vota gerunt*, vt est in *l.* 8. *C. de rescindend. vendit.* Deinde pretia rerum ἐν ζυγῷ definiri nequeunt, & vix possibile est, exactissimam aequalitatem scrutari, vt propterea contrahentes modicum ab aequalitate illa discessum mutuo sibi condonare videantur. Iam & fora vix sufficiunt litibus, si inaequalitatem quamlibet in controuersiam deducere liceret. Ne dicam, iure naturae ob solam inaequalitatem contractum emtionis rescindi vix posse, vt demonstratum *in commentatione de lytro sect.* 2. §. 22. vbi simul docui, PVFENDORFIVM ipsum ea in re sibi non constitisse. Loquor de iure naturae stricte sic dicto, quod actionem inter ciues, vel inter diuersos populos ius belli parit. Quin enim iure naturae indicante, siue abusiue sic dicto, quod opposito quid melius esse insinuat, aliud sit dicendum, dubitari nequit. v. STRACH. *XXVII*, 28, 1. *sequ.* 1. *ad Thessalon. IV*, 6. STRACCHA *de mercatur. part.* 1. *num.* 29. *sequ.* Hinc in communem velut fori legem receptum, vt cuique liberum foret, quam optima posset, conditione emere aut vendere, modo fraus circa substantiam rei non interuenerit. Quod Imperator IVSTINIANVS *in Nouell* 79. effert: ἐμπορικῶς ἀλλήλοις περιγράφειν. Vnde explicanda *l.* 16. §. 4. *D. de minorib.* Caeterum constat ex *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* si laesio dimidium veri pretii excedat, actionem dari. Quanquam veteres Germani ab huiusmodi

Vt alapae, ita emtiones (eiusdem scil. generis rerum) sunt inaequales.

Hinc permissa in his laesio est.

Digitized by Google

rescissione valde abhorruerint, ceu per quam bona fides videbatur laedi. Vid. Capitular. Caroli M. V. 210. Seneca *de Benef. VI*, 15. *Nihil venditori debet, qui bene emit.*

Ad tit. D. de rescind. vendit.

PAROEMIA XLV.

Ein Tax kan ein jeder machen, aber Leute zuwege zu bringen, die auf den gemachten Tax kauffen, ist nicht eines jeden Thun.

Aestimatio rei non pendet a priuato cuiusque affectu.

CReberrime *in sermonibus vti solemus*, ait Prückmannvs *Vol.* 1. *conf.* 50. *num.* 180, cuius sententia est: *posse quemque pro affectu res aestimare, verum emtores considere, qui eam praestent, non cuiusuis esse.* Hinc in remedio *l.* 2. *C. de Rescind. vendit.* non satis est, testes adesse, qui dicant, vidisse se ante & post contractum homines complures, qui rem pro tanto pretio communis aestimationis emere voluerint, vt contra Bartoli doctrinam recte asseruit Mascard. *de probat. concl.* 1396. *num.* 3. sed requiritur, rem siue fundum talem communi aestimatione tanti valuisse, & communiter ita venditum ac emtum esse. Frantzkivs cum allegat. *l.* 3. *Resolut.* 4. *num.* 16. *sequ.* Et res aestimandae, quanti vere sunt, non ex singulari vnius affectu. *l. pretia rerum* 63. *ad L. Falcid. l.* 33. *ad L. Aquiliam.* v. Frantzkivs *d. l.* 3. *Resolut.* 2. *num.* 59. *sequ.* Hinc porro sequitur, ad huiusmodi aestimationem iuramentum suppletorium non sufficere. Pinellvs *d. l.* 2. *C. de rescind. vendit. part.* 3. *c. vlt. n.* 13. Prückmann. *d. l. n.* 176.

Ad Tit. D. locat. conduct.

PAROEMIA XLVI.

Kauff gehet vor Miethe. vel Kauff bricht die Leyh.

§. I.

Locationem infringi emtione, & paroemia docet, & iuris Romano est consentaneum. At in quibusdam locis contraria est paroemia.

ITa vulgato apud nos prouerbio dici, testatur Moller *l.* 4. *Sem.* 14. In foro Saxonico lippis & tonsoribus id notum, scribit Carpzov. 3. *Resp.* 17. *num.* 8. Schvltz. *in Synops. pag.* 411. *seq.* Philipp. *Vs. Pract. inst. l.* 3. *tit.* 21. Dieth. *ad Besold. voce* Kauffen. Respondet Gallicum: *Venduë ou achat passe louage*, teste Wissenbach. *Disp. ad Instit.* In Statutis ciuitatis Mindensis est. *l.* 1. *tit.* 8. *art.* 6. Es gehet, nach dem alten Gebrauch, Kauff vor Miethe oder Heuer, jedoch soll dem Heurlinge in diesem Fall ein halb Jahr zuvor die Auffkündigung geschehen. Ad verbum veritas: *emtionem venditionem infringere conductionem*, siue, *contractum emtionis antehaberi contractui locationis.* At sententia est: emtorem, vt stet locationi venditoris, non obligari; id quod aeque Romano iure constitutum est. *l.* 9. *C. de locat. & conduct. l.* 25. §. 1. *D. eod.* & manifesta nititur ratione: Emtor enim consequitur ius in re, vt propterea non immerito titulus dominii translatiuus vincat dominium: at conductor personam locatoris tantum habet obligatam, *l.* 11. §. 13. *locat. cond.* nec actio personalis

fundi

Digitized by Google

fundi sequitur possessorem. *l. fin. de contrab. emtion.* nec exceptio locationis factae, si opponatur, venit ex qualitate rei, sed tantum ex qualitate personae, quae ad successorem huiusmodi non transit. Frisii, Omlandi, Zutphanienses, Velaui eadem vtuntur paroemia: **Koop breeckt Huyr.** Transisalani, Hollandi, Brabanti, Flandri, Hannones, Rutemondani contrariam vsurpant: **Huyr gaet vor Koop.** v. WISSENB. *de curat. bon. dand.* §. 14. & *ad l. 9. C. de locato & conducto.* A. MATTHAEI *de auction. l. 1. c. 7.* §. 20. GVDELIN. *l. 3. de iur. nou. c. 7. vers. sciend. Consult. Holland. part. 1. cons. 287.* Hos in Germania secuti sunt Hamburgenses *part. 2. statut. t. 9. art. 13.* **Wann einer sein Hauß auf ein oder mehr Jahr verhäuret hat, und mittlerweil dasselbige verpfändet, verkaufft oder sonst alienirt, so soll solcher Contract allezeit dem Häuerer an seinem habenden Rechte und noch restirender Zeit unverfänglich seyn.** Quanquam in agro Hamburgensi secus obtineat. v. **Land-Recht** *art. 60.* Idem ex Suecorum iure tradit LOCCENIVS *Synops. iur. Suec. append. p. 817.* In Westphalia GOEDDEVS *ad l. 289. de Verb. signif.* notat, contraria duarum ciuitatum esse dicteria, alterum: **Kauff geht vor Gewinn**; alterum: **Gewinn geht vor Kauff.** Æquitatem contrariae paroemiae ostensurus ABRAHAM A WESEL *ad Nouell. Constit. Vltrai. art. 19. n. 10. sequ.* *Ecce*, inquit, *infelicitatem conductoris: in aedibus conductis officinam forte instruxit, ad hanc emtores illectauit, eos ita assuefecit, vt ire & redire soleant, id vnicum eius est aucupium, in eo totae eius consistit salus; alter eiusdem commercii, fortunis huius inuidens, eumque quaestum intercipere studens, dominum, vt aedes sibi vendat, conuenit, actionem conducti, quam hic a conductore timet, in se suscipere offert, immodico oblato pretio tandem dominum sua voluntate ad vendendum cogit; emtor mox conductori migrandi necessitatem denunciat, vt ipse eas inhabitet; decedere iussus iniuriam cum domino iudicio expostulat, atque ex conducto agit; iudex id, quod interest, quoniam plerumque difficilis probationis, ad exiguam summam deducit; cum conductore actum atque conclamatum est. Eapropter non sine ratione* ***rixosam illam iurisprudentiam*** *praesenti edicto abrogat Legislator noster, ac, nisi aliud conuentum sit, emtorem necesse habere locationi prioris domini stare, edicit.*

§. II.

Sed, ne crude paroemia haec accipiatur, notanda sunt quaedam & de venditore, & de emtore, & de vtroque, & denique de conductore. Ad venditorem praecipue pertinet declaratio, quam habet ICtvs *in l. 25. §. 1. D. locat. & cond. Qui fundum fruendum vel habendum alicui locauit, si ex aliqua causa fundum vel aedes vendat, curare debet, vt apud emtorem quoque eadem pactione & colono frui & inquilino habitare liceat, alioqui prohibitus aget cum eo ex conducto.* Adde *l. 9. pr. D. h.* CARPZOV. *p. 2. const. 37. def. 5. & 5. Respons. Elect. 17. n. 16.* Et hoc adhuc hodie, non obstante hoc nostro prouerbio, obtinere, recte asserit MOLLER. *l. 4. Sem. 14.* Agere autem conductor potest non tantum sumtuum culturae causa factorum nomine, contra quam perperam iudicatum apud PAPONIVM *tit. 6. arrest. 7. appendic.* verum etiam ratione eius, quod ipsius amplius interest, vt constat ex *d. l. 25. §. 1. D. locat.* Nisi igitur venditor ad praestationem eius, quod interest, conductori velit obligari, cum emtore paciscí debet, ne colonum, durante tempore conuento, expellat. Quae pactio vtique valet. *d. l. 9. l. 5. & l. 53. §. vlt. de act. emt.* Nec ad rem facit, quod diximus, neminem alteri stipulari posse, *l. 38. §. alteri de V O.* quia pactum hoc interponitur respectu eius, quod interest locatoris, venditionem potius continuari, quam infringi; vt adeo effectu ipso is non tam

Declaratur paroemia nostra ratione venditoris.

alteri, quam sibi, stipulatus censeatur. Caeterum, quod dixi, venditorem conductori ad id, quod interest, obstringi, existimandum est cessare, vbi res vrgente necessitate alienatur. arg. *l. 3. C. de locat. & cond.* BERLICH. 1. *concl.* 45. *n.* 13. *&* 14. v. LAVTERB. *tract. Synopt. locat. cond.* §. 1. *n.* 30.

§. III.

Ratione emtoris.

Quod ad emtorem attinet, de eo quidem concepta est paroemia, sed, si ratio eius attendatur, iuste porrigitur ad alios successores singulares. v. *l.* 9. §. 1. *l.* 32. ibi: *si ab eo, cui legatus esset fundus, prohiberetur, locat. cond. l.* 33. *eod. l.* 59. §. 1. *de vsufruct.* DEL CASTILLO *de vsufruct. c.* 73. *n.* 2. LAVTERB. *tract. Synopt. ad tit. locat. conduct.* §. 1. *n.* 29. BRVNNEM. *ad l.* 25. *locat. conduct. n.* 2. *seq.* Quod si ex necessitate iuris per sententiam iudicis cui res sit vendita, vel alio titulo acquisita, huic negant contra conductorem ius esse D. FRANTZK. *de locat. & conduct. n.* 243. *& seqq.* BRVNNEM. *ad l.* 9. *C. locat. & ad l.* 8. *de reb. auctor. iudic. possid. n.* 9. Add. MEVIVS *p.* 7. *Dec.* 69. *p.* 9. *Dec.* 66. CARPZOV. *l.* 5. *Respons.* 17. *n.* 18. *sequ.* Verum BARBOSA rectissime obseruasse videtur *legis* 8. §. 1. *de reb. auctor. iudic. possid.* in qua se fundant, rationem non in necessitate venditionis esse positam, sed missionis indole, quippe quae ex primo decreto, adeoque custodiae causa, erat facta. Multo ergo minus, qui rem ex pacto de retrouendendo reluit, locationi interea factae stare tenetur. v. SCHILTERVS *prax. analyt. de iure retrou. part.* 3. *c.* 6. §. 28. vbi diss. argumenta refellit. Caeterum nihil refert, vtrum emtor sciuerit, locationem esse factam, an non; v. LAVTERB. *d.* §. 1. *n.* 28. nam ex sola taciturnitate & ex sola scientia consensum haud colligimus, nisi intercedat aliquod factum, ex quo is elici possit. *arg. l.* 8. §. *non videtur D. quib. mod. pign. solu.* Ad hoc, vt emtor locationi a venditore factae stare teneatur, pactum speciale requiritur. *l.* 25. §. 1. *Locat. conduct. l.* 59. §. 1. *D. de vsufruct.* aut certe tale factum, ex quo non possit non consensus intelligi: quale est, si inter venditorem & emtorem actum, vt pensiones ad hunc pertineant. LAVTERB. *d.* §. 1. *n.* 30.

§. IV.

Ratione emtoris & venditoris.

Ad venditorem pariter ac emtorem spectat, quod venditio valida esse debeat. Nam, si contractus emtionis manifesto est nullus, conductori, quem emtor expellere vult, exceptio competit, ipsi nondum ius expellendi esse, cum nondum rem acquisiuerit. Quod tamen minime trahendum est ad illas exceptiones, quae in voluntate vel emtoris vel venditoris sunt positae ad contractum, vel confirmandum vel infirmandum. vid MEVIVS *p. V. Dec.* 33. *p. VI. Dec.* 144.

§. V.

Et ratione conductoris.

De conductore sequentia obseruari opportunum erit.

1. Quemadmodum singularis successor non tenetur stare locationi, ab emtore contractae, sed conductorem expellere potest, vti iam docuimus, ita vicissim nec conductorem eidem ad obseruandum cum auctore initum contractum teneri. v. *l.* 32. *locat. conduct. l.* 13. §. 3. *de action. emt.* & rationes alias apud MEVIVM *p. V. Dec.* 29. adde FRANTZKIVM *locat. conduct. n.* 226.

2. Tradit idem MEVIVS: Conductori quidem re conducta excedendum esse, sed commodo tempore, & quamprimum fieri possit. *p. V. Dec.* 339. & hoc quidem recte. Verum, quod *n.* 3. *& seqq.* addit: *si ad annuum spatium contracta sit locatio, non nisi post istum annum, seu quo anni tempore locatio finietur, & alias ex fundo discessus iuxta pacta vel*

more

Digitized by Google

mores fieri debet, neceſſitatem eius infligendam eſſe, vix recipi poteſt, niſi friuolam & inanem velimus reddere & LL. Romanarum & paroemiae noſtrae ſententiam.

3. Valet paroemia noſtra etiam in colono partiario (vti vocatur *in l. 25. §. 6. locati l. 26. §. 1. de furtis*) ceu recte docent MANTICA *l. 5. de tacit. & ambig. conuent. tit.* 11. MAVLIVS *de locat. & conduct. tit. 8. n. 11.* vbi BALDVM, BVTRIONEM, & ANGELVM diſſentientes allegat. Et in admodiatore, v. TABOR. *membr. 2. de admod. c. 6. n. 2.*

4. Praeterea obtinet paroemia, etiamſi locatio ad longum tempus ſit facta. Qui diſſentiunt Dd. *ad l. 9. C. locat. conduct.* GVIDO Papa *dec. 486.* AVFRER. *deciſ. Tholoſ. 420. Rota antiqua 86.* nituntur vulgata hypotheſi, locationem huius generis transferre dominium & poſſeſſionem: Quam egregie deſtruxerunt BVSIVS *ad l. 39. & l. 44. locat. conduct.* FRANTZK. *C. ad tit. locat. conduct. n. 29. & ſeqq.*

5. Si conductor de indemnitate hypotheca ſibi proſpexit, adhuc paroemiae locum eſſe, ſtatuunt cum adductis LAVTERBACH. *d. §. 1. n. 28.* ABRAHAM A WESEL *ad Conſt. Nouell. Vltrai. 19. n. 6.* neque referre putant, hypotheca ſit ſpecialis, an generalis. Rationem adferunt: Quod per hypothecae conſtitutionem conductor ius reale conſequatur, rem locatam retinendi & perſequendi, donec, quod ſua intereſſet, praeſtetur. Quae & alias ordinaria natura pignoris eſt. *arg. l. 12. §. 1. quem pign. ſolu.* FRANTZK. *d. l. 139.* Cui conſequens eſt: Si emtor illud, quod intereſt, offerat, hypothecam liberari, & conductorem cedere oportere, FRANTK. *d. l.* & multi apud MAVL. *d. l.* Diſſentit quidem cum SCOTANO & aliis STRVVIVS *Ex. 24. §. 27.* ſed argumenta, quibus hoc adſtruere conatur, actui diſputationis reſeruabimus.

6. Si quis rem a fiſco conduxit, emtori ad iſtum expellendum ius non eſſe, aſſerunt vulgo Dd. ex *l. fin. de iure fiſc. l. 3. C. de mancip. & colon. patrim.* quod haud dubie propterea eſt conſtitutum, ne conductori fiſcus teneatur. v. MAVL. *d. l.* vbi etiam de iis agit, qui conduxerunt a Republica vel Eccleſia.

7. Conductor ob adiectum pactum protimiſeos potior eſt emtore. v. MEVIVS *part. 2. Dec. 300. & part. 3. Dec. 323.*

§. VI.

Corollarii loco ſubnectitur, quamobrem apud Romanos conductori ius retentionis non fuerit conceſſum.

Corollarii loco libet quaerere, quae cauſa fuerit, quamobrem Romani retinendi facultatem non conceſſerint conductori, ne opus habeat poſtea, vt experiatur difficili ac incerti exitus actione contra locatorem ratione eius, quod intereſt? Etenim verius exiſtimamus, ſec. ius naturale conductorem non cogendum, re conducta excedere, antequam ſibi ſatisfactum. Quandoquidem ipſa ratio dictat, quoties id, quod meum nondum eſt, ſed mihi dari debet, aut loco rei meae aut mihi debitae, cum eam ipſam conſequi non poſſum, aliud tantundem valens accipere licere ab eo, qui rem meam detinet, vel mihi debet. Vnde ſequitur, quod multo magis poſſim id, quod penes me eſt, ſiue corporale eſt, ſiue incorporale, retinere. Vt recte philoſophatur GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 7. §. 2. & l. 3. c. 19. §. 15.* Enimuero obſeruandum: Apud Romanos ius retentionis nonniſi certis ex cauſis permiſſum fuiſſe. Vt BARTOLVS, BALDVS, PAVL. DE CASTRO, ALEXANDER, IASON & plerique alii *ad l. ſi non ſortem §. ſi centum D. de condict. indeb.* annotarunt. Et ſane retentio ſpecies executionis priuatae eſt, quam creditor propria auctoritate facit. v. COLER. *de proceſſ. executiu. part. 1. c. 2. n. 184. ſequ.* MEVIVS *p. 7. Dec. 289. n. 2.* Hinc SENECA *6. de Benef. c. 6.* Romanorum inſtitutis conuenienter: *In foro*, inquit, *actiones quaedam ſeparantur, nec confunditur formula.* Nimirum Romani ſine longis ambagibus & comperendinationibus lites dirimebant.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII.

Emtorem rem conductam vindicare posse.

Obseruandum praeterea, emtorem rem ab alio titulo conductionis detentam vindicare posse rei vindicatione directa vel vtili, aut actione confessoria, si cui vsusfructus est venditus. Huic consequens est, cum emtor aduersus conductorem in lite semper sit superior, siue possessoria siue petitoria remedia respiciamus, non posse illum poscere venditorem, vt rem ea parte vacuam praestet.

Ad Tit. D. locati conduct.

PAROEMIA XLVII.

Wer freyen will, muß erst ausdienen.

Volens inire matrimonium prius expleat famulatui praefinitum tempus.

PROFERT MEVIVS *l. 1. ad Ius Lubecens. tit. 4. art. 4. num. 6.* Sententia est: *Qui volet inire matrimonium, prius expleat praefinitum famulatui tempus.* Cui consequens est: si obtentu matrimonii famulus vel ancilla ante discedat, eo nomine interesse peti posse: est enim haec quidem honesta, sed non necessaria causa, quae nusquam inter modos finiendae locationis refertur. Aliud Iure Saxonico veteri cautum. Verba SPECVLI SAXONICI sunt *l. 2. art. 33. sicut mercenarius, si matrimonium contraxerit, aut ei tutela incumbit pupillorum, licite a domino recedat, &, per quantum tempus famulabatur, tantum a domino consequitur pretii; quod si plus acceperat, hoc tantummodo restituet sine emenda.* Consonat *Ius Lubecense d. l. Hamburgense part. 2. tit. 9. §. 4.*

Ad Tit. D. locati conducti.

PAROEMIA XLVIII.

Es hat kein Müller Wasser genug, wie kein Schäffer genug Weyde.

Nunquam molitoribus aquae, nunquam pastoribus pascua sufficiunt.

LAUDANT PISTORIS *part. 3, quaest. 106. n. 8.* KNICHEN *de superioritate territoriali c. 4. n. 312.* HENELIVS *otio Vratislau. c. 44. p. 386.* Ea innuitur: *nunquam molitoribus aquas, nunquam pascua pastoribus sufficere.* Hinc iniqua est petitio molitoris, vt mercedem remittat locator molendini, quia abundantiores aquas non praestitit; nisi demonstrauerit, a locatore illo contra contractum vel consuetudinem factum, vt aqua flueret deterior. v. MEVIVS *p. 4. Dec. 40.*

Ad Tit. D. qui potior. in pignor.

PAROEMIA XLIX.

Die ältesten Brieffe gehen vor.

§. I.

QVI PRIOR TEMPORE, POTIOR EST IVRE.

DE paroemia hac testatur: Die Nassau-Catzen-Elnbogische Lands-Ordnung *part. 1. c. 14. §. 5.* his verbis: Welcher nun in solchen Fällen die älteste Pfandverschreibung hat, derselbe wird einem andern, der da eine jüngere hat, vorgezogen, und heist dißfalls nach dem gemeinen Sprichwort: **Die älteste Brieff die gehen vor.**

Ean-

Digitized by Google

Eandem habet sententiam, quam vulgatum illud: *Qui prior tempore, potior est iure.* v. *l.* 10. *l.* 11. *pr. qui potior. in pignore. l.* 2. *l.* 7. *C. eod.* Nec ratio est obscura. Etenim, qui hypothecam accepit, ius in tota rei substantia & in solidum habet, vt proinde alteri in eadem idem ius constitui non possit.

§. II.

Extenditur haec paroemia, vt valeat, (1) etiamsi prior horae aut momenti interuallo praecedat. v. HERING. *de fidei. c.* 12. *num.* 25. STRVVIVS *Ex.* 26. §. 27. cum allegat. IOH. A SANDE *l.* 3. *tit.* 12. *def.* 16. HVBER. *in Eunom. ad l.* 16. §. 8. *de pignor. & hypoth. n.* 4. vbi elegans exemplum. Consonat Catzen-Elnbogische Lands-Ordnung. *d. l.* §. 6. Darum, so sichs zutrüge, daß ein Schuldner zweyen Creditoren einerley Gut verschrieben, und also ein jeder eine Pfand-Verschreibung von einem Jahr und Tag hinter sich hätte, aber doch daraus zu befinden wäre, daß zum Exempel die eine Verschreibung nur eine Stunde älter wäre, als die andere, so würde derjenige, welcher die älteste Verschreibung, auch nur von einer Stund eher hätte, dem andern in der Bezahlung vorgezogen. Idque euidens est ex ratione ante data, vt sententia dissentientium, quae est HOTOMANNI *de pignor. c.* 4. CVIAC. *ad l.* 29. *Edict. in l. aliena* 20. *de pignorat. action.* A. MATTHAEI *l.* 1. *de action. c.* 19. §. 66. & *Disp.* 14. *de iudic.* §. 25. nihil fingi posse absurdius, non temere dicat BACHOV. *l.* 3. *de pignor. c.* 3. *n.* 3. Quanquam hodie id vsu obtinere raro soleat, cum instrumentis dies tantum, non horae aut momenta apponantur; & alias tempore aequalia censeantur, quae eundem habent diem. v. *l.* 1. §. 2. *l.* 4. *pr. l.* 6. §. 6. *D. de edend. l.* 34. §. 1. *de pignor. l.* 28. *D. ad L. Falcid. Nou.* 47. *c.* 1. Atque de casu illo, vbi obscurum est, quis prior pignus acceperit, intelligi commode potest *l.* 16. §. 8. *de pignor.* quam EVSTATHIVS *libro de diuers. tempor.* HARMENOPVLVS 2. *promt.* 5. §. 38. perperam his verbis enarrauerunt: Ἐὰν δύο τισὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ὑποτεθῇ· αἱ ὧραι αἱ προλαβοῦσαι, καὶ ὑστερίσασαι ἐ ποιοῦσι τῷ ἑνὶ αὐτῶν προτίμησιν, ἀλλ' ὑπόκειται αὐτοῖς κατ' ἀναλογίαν τὸ χρέος. *Si duobus eadem die eadem, res oppignoretur, horarum discrimen non tribuit alteri praerogatiuam, sed vtrique res pignori est pro rata debiti.* Adde HVBER. *d. l. n.* 4. Posset etiam dici cum aliis, verba: *eadem die* in *d. l.* 16. §. 8. non pertinere ad quaestionem de concursu creditorum, sed de iure agendi in solidum contra possessorem, quod primo venienti creditori datur. In *Statutis Hamburg. Part.* 2. *tit.* 5. §. 1. est: Da mehr Verpfändung zugleich auf einen Tag vor dem Rath beschehen, und eingeschrieben werden, sollen alsdann die Gläubiger zugleich, doch nach Anzahl ihrer jeden Schulden zugelassen werden, es wäre dann, daß die Partheyen sich anders verglichen.

PAROEMIA HAEC EXTENDITVR PRIMO, *etiamsi prior vel momenti interuallo praecedat.*

§. III.

Etiamsi (2) priori hypotheca pacto constituta, posteriori tradita. *l.* 12. *pr.* & §. *fin. h.* Nam iure Praetorio sola conuentio pignoris iure afficit rem. Aut is immissionem ab ipso iudice impetrauerit. CARPZ. *p. I. c.* 28. *def.* 112. *n.* 4. MEV. *p.* 4. *D.* 123. 124. HAHN. *ad tit. D. qui potior. in pign. n.* 1. BRVNNEM. *ad d. l.* 12. Atque hinc facile intelligitur, quamobrem in re duobus vendita secundum *l.* 15. *C. de Rei vindicat.* secus sit. Dominium enim non transit sine traditione. Bene iterum Catzen-Elnbogische Lands-Ordnung *d. l* §. 7. Und obgleich der ander Gläubiger, welcher die jüngere Verschreibung hat, das verpfändete Gut in würcklichen Besitz bekommen hätte, so würde ihm doch

SECVNDO, *esse prior tantum pacto ius hypothecae fuerit consecutus.*

Digitized by Google

doch der erſte und älteſte Gläubiger vorgezogen, und kan ſich dieſer würcklichen Inhabung gegen den älteſten Gläubiger zu ſeinem Vortheil nicht gebrauchen. Tamen inter mercatores potiorem eſſe cauſam poſſidentis, traditur. SCACCIA *de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 438. Et ſecundum Gallorum & Belgarum mores, qui res mobiles ex voluntate debitoris poſſidet, hypothecariis aliis, licet temporis vel cauſae priuilegio munitis, potior eſt. Vnde Gallorum prouerbium: *Meubles n'ont point de ſuite*, & Belgarum: *Meubelen en hebben geen gevolge.* v. ANT. MATTHAEI *paroem. Belgic.* 7. CHRISTIN. *Vol.* 1. *Dec.* 274. ZYPAEVS *Notit. Iur. Belgic. p.* 125. CAROLVS DE MEAN *Obſ. & reb. Iudic. ad Ius Leod.* 327. *n.* 2. conf. *Stat. Hamb. part.* 2. *tit.* 4. *art.* 2. *Ius Lubecenſ. l.* 3. *tit.* 4. *art.* 6. *de naui*, vbi MEVIVS *Comm. l.* 3. *de iure marit. c.* 4. §. 3.

§. IV.

TERTIO, *etſi priori res ex certo die vel conditione obligata.*

Aut (3) res primo ex certo die vel ſub conditione obligata fuerit. Nam, etſi quis ante diem vel conditionem exiſtentem ſecundo idem pignus pure obligauerit, dein conditio vel dies extiterit, primus tamen ſecundo potior erit, quoniam dies non impedit, naſci obligationem, ſed tantum, vt exactio differatur, efficit, nec in poteſtate debitoris eſt, facere, ne veniat dies: exiſtens autem conditio retrotrahitur ad diem oppignorationis. *l.* 9. *l.* 11. *l.* 12. §. *ſi pignus D. qui potior. in pignore.* Exemplum eſt in *d. l.* 9. *in princ.* vbi quis balneum conduxerat ex primis kalendis, ſeruumque ſuum Erotem Titio locatori oppignouerat, & mox ante Kalendas eundem ſeruum pignori dederat. *Et reſpondet* Africanus: Titium locatorem potiorem eſſe, quoniam ſic iam res coeperat in ea cauſa eſſe, vt inuito Titio ius pignoris in eo ſolui non poſſit. Nec refert, quod hic non hypothecae, ſed ipſi contractui principali dies adiectus ſit: quoniam dies adiectus contractui principali cenſetur repetitus in hypotheca: ſiquidem, antequam *conſiſtat* obligatio principalis, nec res hypothecae obligata eſſe poteſt. Excipitur *conditio procedens* ex debitoris voluntate, penes quem eſt, an exiſtat, nec ne, & conſequenter, *penes quem* eſt, obligetur, nec ne: ea enim non retrahitur. Ex. gr. conuenit, vt res tua, quando pecuniam numerauero, mihi pignori ſit, poſtea eandem rem pure obligas Titio, dein pecuniam numero. Heic Titius potior eſt: cum enim non obſtante pacto (quippe quod praeparatorium tantum fuit. v. *l.* 10. *de Reb. Credit.*) in mea poteſtate fuerit, accipere pecuniam, nec ne, placuit, eam conditionem non retrotrahi in praeiudicium Titii. *l.* 1. §. *vlt. l.* 9. §. 1. *qui potior. in pignor. l. penult quae res pignor. obligari poſſ.* Hinc, ſi quis obligauerit, quae in praedium conductum illaturus eſſet, reſpondet GAIVS *in d. l.* 11. §. 2. eum locatore potiorem fore, cui res illae, antequam illatae fuiſſent, pure erant obligatae: fuit enim in poteſtate debitoris, an res inferret, nec ne, maxime, quia non fuit hypotheca determinata ad res certas; & quamuis fuiſſet determinata, idem tamen adhuc reſpondendum foret, nec ob id conductor cogi poteſt ad res inferendas. Enimuero vſu interdum venit, vt prima facie conditio poteſtatiua videatur, quae tamen penitius inſpecta non eſt in poteſtate noſtra, e. g. transactionem fecimus, poenamque ſub hypotheca bonorum promiſimus, ſi alteruter eam violaſſet; durante transactione, eadem bona alii obligaui: dein transactio violata eſt. In hac ſpecie potior eris eo, cui poſtea eadem bona pure obligata ſunt, quia conditio non eſt vere poteſtatiua. Nam hoc poſſe dicimus, cuius & contrarium poſſumus citra cuiuspiam iniuriam: velle autem transactionem violare honeſte non poſſumus. *l.* 3 *l.* 4. *D. de R. I. l.* 15. *D. de condition. inſt.* ANT. MATTHAEI *de auct. d l. num.* 71. Rurſum Titius promiſit dotem 100. florenorum, eamque ſibi a marito reddi ſtipulatus eſt, accepto in hypothecae huius ſecuritatem fundo,

Digitized by Google

fundo, postea, cum Titius mediam tantum partem dotis soluisset, maritus eundem fundum Sempronio obligauit, & mox reliquam partem Titius soluit; iam quaeri poterat, an soluto matrimonio Titius quoad integra centum potior sit Sempronio? Responsum est in *l. qui dotem* 1. *D. qui potior. in pignor. Cum ex causa promissionis ad vniuersae quantitatis exsolutionem, qui dotem promisit, compellitur, non vtique solutionum obseruanda esse tempora, sed diem contractae obligationis.* Nec refert, quod videatur in potestate mariti esse, residuum dotis non accipere; quo casu non est potior ille, qui ante praestationem, imo contractam obligationem conuenit, sed cui secundo pignus fuit obligatum. Falsum enim est, id esse in potestate mariti, vt ostendit PAPINIANVS *in d. l.* 1. additque rationem hanc, quia alias non probe faceret, nec bona fide ageret, cum futurum esset, vt mulier minorem dotem haberet. Et quamuis conuenerit, vt dos restituatur Titio, potest autem ea restitutio cedere in vxoris commodum. arg. *l. 33. D. soluto matrim.* Add. plur. HARTM. PISTOR. *l. 3. quaest. Practic.* 13.

§. V.

Aut (4) hypotheca prior sit tacita, subsequens expressa. Neque enim minus potenter operatur lex, quam conuentio. v. BACHOV. *l. 4. de pignor. c. 7. n.* 1. qui a pleriisque receptam hanc sententiam dicit, licet non desint, qui dissentiant apud eundem, quibus accessit Catzen-Elnbogische Lands-Ordnung *d. l.* §. 10. QVARTO, *etsi prior hypotheca tacita.*

§. VI.

Aut (5) hypotheca anterior generalis, posterior sit specialis. *l. 8. D. de distract. pignor. l. 6. l. qui potior. in pignor.* nam semper specialia generalibus insunt. *l.* 147. *de R. I.* quae lex est GAII ex libro vicesimo quarto ad Edictum Prouinciale, in quo actum de priuilegiis creditorum. v. MEVIVM *p. 8. Dec. 396. num. 3.* Nec aduersatur, in toto iure generi per speciem derogari. *l.* 80. *de Reg. Iur.* id enim verum est, si fiat ab iisdem personis, non diuersis, vt hic. Exceptio insignis est, si anterior creditor cum speciali hypotheca generalem acceperit, vel in subsidium, *l. 2. qui potior. in pignor.* vel simpliciter. *l. 2. C. de pignoribus*, quae lex est singularis, parallelam in iure non habens. Etenim creditor, qui non contentus generali omnium bonorum hypotheca, specialem adiici curat, videtur ipse quodammodo legem sibi praescripsisse, specialem prius excutiendi, nec, nisi in subsidium, cum sc. specialis non sufficiens erit, ad generalem perueniendi. Aequitatem autem insinuant in *d. l.* 2. Impp. *quando temperandam esse iurisdictionem dicunt.* v. HARTM. PISTOR. *l. 3. quaest. pr.* 14. CARPZOV. *part.* 1. *const.* 28. *d.* 128. *& p. 2. c. 23. def.* 29. *&* 30. MEVIVS *part. 2. Dec.* 116. *Conf. Holland. part.* 1. *conf.* 260. BACHOV. *l. 4. de pignor. c. 5. n. 2.* HENELIVS *de dotalit. c.* 12. §. 7. cum multis allegatis. Igitur, vt creditores, cum generali hypotheca specialem accipientes, melius sibi consulant, speciali hypothecae adiicere solent, *vt ne specialitas generalitati deroget:* Daß die Generalität des Unterpfands der Specialität, und diese jener keinesweges nachtheilig sey. Hanc enim clausulam aduersus exceptionem non discussae specialis hypothecae valere, etiam A. FABER. *Dec. 6. error. pragmat. 3.* defendit, & summorum Tribunalium iudicatis firmari, obseruauit HENEL. *d. l.* Caeterum, quod H. PISTORIS & CAROCCIVS, quos sequitur MEVIVS *part. 2. D.* 117. *p. 4. Dec.* 48. *p. 5. Dec.* 143. *num. 3. d. l. 2. C. de pignor.* id extendunt ad debitorem ipsum, cum eiusdem legis ratione non conueniat, facilius admittam, quod idem MEVIVS *p. 2. Dec.* 285. statuit, eum, qui generalem hypothecam habet, si rem vnam elegerit, & in eam immitti se curauerit, QVINTO, *aut generalis fuerit.*

Digitized by Google

perinde aestimari ratione aliorum creditorum, quasi generalem & specialem hypothecam simul habeat. Sed hoc ἐκ παροδοῦ. Illud adhuc obseruandum, licet hypotheca generalis bona futura etiam complectatur, adeoque praelationem habeat *l. 2. C. qui potior. in pignor.* tamen fiscum in bonis quaesitis post illum contractum praeferri. *l. 28. D. de iure fisci.* Quod BRVNNEMANNVS *in Commentario* extendit ad dotem & Ecclesiam.

SEXTO, *aut fiscus ex contractu habens hypothecam concurrat.*

§. VII.

Aut (6) Fiscus, cui ob contractum initum hypotheca competit, cum alio, cui eadem bona pignori sunt data, concurrat. *l. 8. D. qui potior. in pignor.* STRVV. *Ex. 26. §. 30.* vbi tangit *l. 21. D. eod.* quae cum *l. 28. D. de iure fisci* committi consueuit. conf. A. MATTHAEI *de auct. d. l. n. 81. seq.*

SEPTIMO, *aut hypotheca prior conuentionalis, posterior sit iudicialis.*

§. VIII.

Aut (7) hypotheca prior conuentionalis, posterior sit iudicialis. Dissentit quidem MEVIVS *p. 8. Dec. 447.* sed ratione oppido infirma nixus. Tamen vera est eius sententia, si posterior, sciente priore, programmate puta publico admonito, in possessionem missus fuit. v. *l. 6. l. 10. C. de remiss. pignor. l. 24. D. quae in fraud. creditor.* TREVTLER. *Consil. 1.*

OCTAVO, *aut hypothecam cum praelatione habentes inter se concurrant.*

§. IX.

Aut (8) hypothecae, quibus praelationis priuilegium est annexum, inter se concurrant. *l. 2. l. 8. C. qui potior. in pignor.* Nam priuilegiatus contra priuilegiatum non gaudet priuilegio suo.

NONO, *aut priuilegium exigendi personale simplex cum hypotheca concurrat.*

§. X.

Aut (9) priuilegium exigendi personale simplex cum hypotheca concurrat. Nam illud tantum operatur, vt simplicibus quis praeferatur, non hypothecariis; nec tale priuilegium habentes vi hypothecae praeferri possunt, quippe quae posterior est, adeoque regulae nostrae inhaerendum. Argumentum insigne est in *l. 8. D. qui potiores in pignore*, vbi de Republica, quae alteri credidit sub hypotheca, & cum fisco *concurrit*, tacitam hypothecam habente, dicitur, quod illa tum demum praeferatur, *si prior tempore* sit. Rursus ex *l. 19. pr. & §. 1. qui potior. in pignor.* constat, vxorem habere personale priuilegium & tacitam hypothecam, ex *l. vnic. §. 1. C. de R. V. A.* Et tamen vxor non praelata fuit anterioribus hypothecariis, donec in *l. 12. pr. & §. 1. C. qui potiores in pignor.* IMPERATOR noue, vt vxor anterioribus hypothecariis praeferretur, statuit. v. LAVTERBACH. *tractat. Synopt. de pignor. siue hypotheca §. 5. num. 27.*

DECIMO, *aut dies solutioni destinatus nondum venerit.*

§. XI.

Aut (10) dies solutioni destinatus non dum venerit, debitore aufugiente, vid. STRVV. *c. 34. Decis. Sabbat. 36.*

LIMITATVR PRIMO, *si posterior hypothecam habeat vi instrumenti publici.*

§. XII.

Fallit paroemia haec, (1) si primo oppignoratio facta sit instrumento priuato, secundus habeat scripturam publicam, (sola confirmatio Principis vel magistratus non sufficit. MEVIVS *p. 7. Dec. 232.*) tunc enim secundus potior est, nisi priuatum instrumentum testium, inter quos foemina esse nequit, subscriptionem contineat *l. scripturis 11. C. qui potior. in pign. Subscriptionem*, dico, *contineat.* Rationem allegat BRVNNEM. *ad d. l. 11.* quia debitor priuatum instrumentum facile condere posset in fraudem creditoris & in diem

Digitized by Google

diem proferre. Hanc subscriptionem enim requirit *d. l.* 11. vt proinde sola testium praesentia sufficere non videatur, vt recte pronunciatum apud MEVIVM *p.* 7. *Dec.* 233. quicum non conueniunt, quae habentur apud EVNDEM *p.* 5. *Dec.* 157. *& p.* 8. *Dec.* 362. Addenda est huius limitatio, si a defuncto data hypotheca est priuata, ab haerede constituta publica, v. STRVV. *Ex.* 44. §. 60. Notandum autem, ad iudicialem siue publicam hypothecam requiri, vt ad petitionem debitoris pariter, ac creditorum, facta sit. CARPZOV. *p.* 2. *const.* 23. *def.* 23. MODEST. PISTOR. *p.* 4. *quaest.* 137.

§. XIII.

Fallit (2) in pignore praetorio, in specie ita dicto, idque, siue vnus siue plures custodiae causa in possessionem mittantur. *l.* 15. §. 15. *de damno infecto l.* 12. *de bon. auctor. iudicis possidend. l. vlt. C. eod.* Etenim pignus huiusmodi reuera pignus non est, nec ius reale immisso confert, sed tantum quosdam pignoris effectus habet. Idque adhuc hodie obtinet. v. MEVIVS *p.* 5. *Dec.* 3. eoque pertinet vulgatum illud: Eines Creditoris Vorlauff soll dem andern nicht schaden. ZAHNIVS *de Municip. c.* 69. *n.* 11. licet in Belgio & alibi aliud receptum sit, teste GVDELINO & aliis, quos adduxit STRVVIVS *d. l.* §. 8. v. & WISSENBACH. *ad l.* 3. *C. vt in possess. legat.* Aliud, si immissio fiat ob executionem rei iudicatae. BRVNNEMANN. *ad l. final. C. de bon. auctorit. iudic. poss.* v. omnino BERGER *ad tit. de damno infecto p.* 691. SECUNDO, *in pignore praetorio.*

§. XIV.

Fallit, (3) si creditor tempore posterior soluat anteriori, quod ei debetur: nam tum soluens, licet aliis posterior, ipso iure in illius locum succedit. *l.* 11. §. *vlt. qui potior. in pignor. l.* 1. *l.* 5. *l.* 8. *l.* 10. *C. eod. l. vlt. C. de his, qui in prior. creditor. loc. succed.* Idem ius est, si anterior pecuniam oblatam nolit accipere, & posterior eam obsignet atque deponat. *d. l.* 11. §. *vlt. qui potior. in pignor. l.* 1. *C. eod.* Verum de hoc iure offerendi alibi ex professo agitur. v. ANTON. MATTHAEI *d. l. n.* 87. *sequ.* MEVIVS *p.* 4. *Dec.* 212. *seq.* TERTIO, *si creditor tempore posterior soluat anteriori.*

§. XV.

Fallit (4) in creditoribus chirographariis. *l.* 6. *in fin. C. de bon. auct. iudic. possidend.* Cur ita? nimirum per hypothecam creditor ius in tota rei substantia & in solidum consequitur, adeoque in eadem alteri idem ius constitui non potest aut valere, nisi in euentum, vbi prior dimissus fuerit. Fallit etiam, si hypotheca posterior sit priuilegiata. vid. BERGER. *resolut. p.* 749. vbi insignem casum exhibet. Verum chirographariis omnibus debitor aequaliter obligatus est, quippe qui in infinitum se obligare potuit. Adde IOH. DE DICASTILLO. *l.* 2. *de I. & Iur. tr.* 2. *n.* 59. *sequ.* vt intelligas Moralistarum circa hanc rem fluctuationes: nam ipse *num.* 67. addit; vtramque opinionem, quae creditoribus personalibus praerogatiuam temporis tribuit, & non tribuit, esse valde probabilem & in praxi pro foro conscientiae tutam. Idem dicendum cum STRVVIO *Ex.* 44. §. 56. (quicquid alii dicant) arbitror de simpliciter priuilegiatis, qui classem quartam solent constituere. Nam, quod est in *l.* 32. *D. de reb. auctor. iudicis possid. priuilegia aestimari non ex tempore, sed ex causa*, hanc sententiam habet: non valere inter eos regulam, prior qui tempore, vt in creditoribus hypothecariis; sed concurrere omnes in sua classe, & partes facere, qui eandem causam priuilegii possint ostendere. conf. *l.* 7. *D. qui potior. in pignor.* QVARTO, *si chirographariis inter se concurrant.*

Digitized by Google

pignor. Perperam hoc explicat ANT. MATTHAEI *d. c. 20. num. 7.* scribens: si plures priuilegiati concurrant; non esse facile dictu, quis ordo inter eos obseruandus. Tandem concludit: primum locum fisco, alterum deponenti apud numularium deberi. Quae omnia falsa sunt. Fallit (5) si priore creditore sciente (v. g. programmate publico admonito) in possessionem missus posterior. v. *Not. ad* SCHILT. *p. 653.*

§. XVI.

Paroemia haec in aliis quoque rebus vsum suum habet.

Caeterum, quemadmodum regula: qui prior tempore, potior est iure, in aliis quoque rebus vsum suum exserat, in compendio tradit BRVNNEM. *praelect. ad c. 56. de R. I. in 6to.* CARPZOV. *p. 3. const 32. def. 10. in fine.* Addatur BRVNN. *Consilium 152.* vbi disquiritur, si cui generalis a Principe expectatiua, mox alteri specialis concessa, quis praeferri debeat? De iure, in quibusdam ciuitatibus maritimis recepto: Daß die jüngste Bodmerey-Brieffe vor andere dergleichen Brieffe gehen. i. e. *Nouissimum pecuniae nauticae instrumentum praeferri aliis similibus, si concurrant plures, qui instrumenta nautici foenoris diuersa habent,* (Aliter ius marit. Suecic. *tit. 4. c. 8.*) v. VINNIVS *ad Peck. tit. D. de exercitor. action. p. 95.* SCHOTTEL. *de singul. quib. & antiqu. in Germ. iur. c. 22. §. 9.* Idem obtinet in den Byl-Brieffen v. *Ius Suecicum marit. tit. 4. c. 9. in fine.*

PAROEMIA L.

Wer erst kommt, der mahlt erst.

Ad Tit. D. qui potior. in pignor.

Wer vorkommt, der mahlet vor, und das ist Mühlen-Recht.

§. I.

Qui praeuenit, molendi prius ius habet.

AFfinis praecedenti est haec paroemia, vt proinde visum fuerit, eas coniungere. Est autem vulgatissima. v. MYLER. *metrolog. c. 17. § 6.* HENEL. *Otio Vratislav. c. 44. p. 391.* IOH. HERING. *de molendin. quaest. 44. num. 19.* vbi appellat frequens Germanorum dicterium, & ad varias res translatum, ortum haud dubie habens ex Iure Saxonico. *l. 2. art. 59.* Gloss. Lehn-R. *art. 11.* & Speculo Sueuico. *l. 1. art. 233. §. 1.* vbi legitur: Welcher Wagen zuerst auf die Brücke kommt, der soll auch des erst überfahren, er seye geladen oder nicht. Der auch ehe zu der Mühlen kommt, soll auch ehe mahlen. Sententia est: *Illum, qui praeuenit, molendi prius facultatem habere. Hoc iuris esse in molendinis.* Respondet paroemia Belgica: Die eerst komt, eerst maelt; & Gallica: *Qui premier arrive au moulin, le premier doit moudre son grain.* Limitat MYLERVS. *d. l. §. 8. & sequ.* HENEL. *d. l. cum* RENATO CHOPPINIO ratione domini molendini, quem regulariter praeferendum esse contendit. Cuius ratio est in *l. Praeses 6. C. de seruit. & aqua:* Durum, tuis ex praediis aquae agmen ortum, sitientibus agris tuis, & aliorum vsum vicinorum iniuria propagari. Adde FRITSCHIVM *de iure fluuiatic. part. 3. p. 44.*

§. II.

Obiter tangitur, quid in

Caeterum, quod de vehiculis sibi obuiis dicit Auctor Speculi Sueuici, ratione manifesta nititur: *Loca enim publica vtique priuatorum vsibus deseruiunt iure sc. ciuitatis, non quasi*

Digitized by Google

quasi propria cuiusque; & tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet, vt est in *l. 2. §. 2. ne quid in loco publico.* Sed nolo pluribus id persequi, cum accurate iam tractauerit FELTMANN. *pec. disceptatione de vehiculis sibi obuiis*, quam libro *de inspectione cadauerum* subiunxit. Adde MENCKEN *ad Digesta p. 548.*

vehiculis siue obuiis obtineat.

PAROEMIA LI.

Ein Verkauffer lobet seine Waar.

Ad Tit. de aedilit. edicto.

LAudat MEVIVS *p. 3. Dec. 324. num. 7.* & valet idem, quod illud PLAVTI *Persa: Tua merx, tua indicatio est.* Venditor nimirum conditionem emtionis offerre, ac simul pretium rei suae statuere debet. Hinc in dubio contra venditorem pro emtore lex facit interpretationem, *l. veteribus 39. D. de pactis. l. 21. l. 33. D. de contrah. emtion. l. 172. D. de R. I.* Habet enim, quod sibi imputet, qui non apertius locutus est: alter autem, quod plures sensus recipiebat, id suo iure accipere potuit in partem sibi vtiliorem. Vt differit H. GROTIVS *l. 3. de Iur. B. & P. c. 29. §. 26.* add. IACOB. GOTHOFR. *ad d. l. 172. de R. I.* Atque hoc verum est, etiamsi agatur de accessoriis, quae venditor ipse ab initio venditioni accessura dixit, vt in *l. 5. D. de euict. l. 18. l. 66. de contrah. emtion. l. si quis 26. & sequ. de action. emt. l. 13. qui potior. in pignor.* Nisi agatur de accessoriis, quae non venditor, sed emtor, emtioni accedere se velle dixit. Est enim tum, quod imputari emtori possit, qui accessionis mentionem a se iectam non apertius designauerit, adeoque aequissimum, interpretationem aduersus ipsum fieri. Quo referenda *l. 34. D. de contrah. emtion. & l. 60. eod.* (De quarum intellectu alioquin varia est Interpretum disciplina, v. FORNERIVS. 2. *Select. interpr. 18.* HOTOMANN. *3. amicab. Responsi. 10.* EMVND. MERILLIVS *3. variant. ex Cuiac. 11.*) Plane, vt etiam interdum contra promissorem fit interpretatio & contra conductorem, v. *l. 2. §. 13. de haered. vendit. l. 38. §. 18. l. 106. de Verb. Obligat. l. 29. locat.* IAC. GOTHOFR. *ad d. l. 172.*

Venditoris est, indicare, siue pretium rei suae statuere. Hinc in dubio contra venditorem fit interpretatio.

PAROEMIA LII.

Kauff erfordert Kauffmanns-Gut und Glauben.

Ad Tit. D. de aedilit. Edicto.

§. I.

MErcatorum vulgatum dicit RÖVENSTRVNCK *l. 1. Meditam. aedilit. c. 3. n. 43.* Sententia est: *Emtionem venditionem sinceras merces requirere & bonam fidem.* A quo non discrepat Ius Romanum. Nam, quod bonam fidem attinet, notum VLPIANI illud *in l. 1. §. 1. de action. emt. Omnia, quae contra bonam fidem fiunt, venire in actionem emti.* POMPONII *in l. 6. §. final. eod. Dolum malum semper abesse oportere in iudicio emti, quod bonae fidei sit.* Et venditor secundum Aedilitium edictum de vitiis tenetur, siue sciuerit ea, siue ignorauerit; quoniam nota habere potuit, & nihil interest emtoris, qui fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate. Si tamen venditor emtorem de morbo vitioue certiorem fecerit, vel morbum aliquem specialiter ac nominatim exceperit, non tenebitur. *l. quaeritur 14. §. 9. de aedilit. edict.* Idem dicendum, si emtor rem vitiosam recipiendo sciens prudens agnouerit. *l. 1. §. 6. de aedilit. edict. l. 48. §. 4. eod.* Quo pertinet illud HORATII:

Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex.

Emtio venditio sinceras merces requirit.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Iure Romano, corruptas merces qui vendunt, stellionatus tenentur.

Caeterum in paroemia hac fundatur lex Romana, stellionatus reos pronuncians, qui merces corruptas distrahunt. *l. 3. §. 1. de Stellionat.* Quo pertinent etiam, qui carnes cadaueroſas aut morbidas vendunt. *Quale flagitium* (ſequor verba VITI AMERBACHII *interpret. in Phocylidem p. 88.*) *in iis praecipue ciuitatibus graſſatur, in quas magna multitudo peregrinorum commeare ſolet, vt ſunt conuentus, caſtra, emporia, Academiae & ſimilia loca, niſi magiſtratuum diligentia, vel naturalis quaedam gentis probitas repugnet. Deprehenduntur nonnunquam lanii aegrotas pecudes mactare ac vendere pro viuida carne & recente. Fit idem etiam frequentius in publicis hoſpitiis & apud eos, qui habent venales & quaeſtuoſas menſas, quam in priuatis locis. Digni autem erant tales homines, qui hoc faciunt, non carnificinio, ſed carnifice. Non enim adimunt aut furantur pecuniam, aut alia fortunae bona, ſed valetudinem propter pecuniam, prorſus excoecati cupiditatibus, ita, vt furibus longe ſint deteriores, & non multo, quam veneſici, meliores. Quo magis aduigilare debeant Principes & alii Magiſtratus, & ſeuere punire, qui deprehenſi eſſent & conuicti huius immaniſſimi ſtellionatus, & cauere, quantum poſſet fieri, ne quid tale committeretur, nec a ciuibus, nec a peregrinis.*

Ad tit. D. de aedilit. edicto.

PAROEMIA LIII.

Wer die Augen nicht aufthut, der thue den Beutel auf.

Ob vitia aperta actionem non habet emtor.

QVi non vult aperire oculos, aperiat crumenam, vernaculo prouerbio dicimus, ait PVFENDORF. *l. 5. de I. N. & G. c. 3. §. 10.* Simile illud, quod mercatorum eſſe ſcribit, ſed improbat IOH. AGRICOLA prouerb. Licht Dach, klar Ogen. conf. GRYPHIANDER *l. 1. c. 124. n. 215.* Plane, vt SILENVS apud EVRIPIDEM *in Cyclope* dixit: φῶς ἐμποληµασι πρέπει. *Lux conuenit contractibus.* Pertinet autem ad emtionem venditionem, quae ex Ædilitio edicto non vitiatur, ſi venditor manifeſta vitia non expreſſit. Neque enim ignorantia, quae in ſupinum hominem cadit, emtori prodeſt. v. *l. 15. §. 1. de contrah. emtion. l. 1. §. 6. l. 3. l. 4. pr. l. 14. § vlt. l. 48. §. 3. 4. l. 55. de adilit. edict. l. 4. §. 5. de doli mali except.* IOH. FERDIN. BEHAMB Roßtäuſcher-Recht *caſu XI. cum allegat.* MEVIVS *ad Ius Lubecenſ. p. 3. tit. 6. art. 14. n. 7. & art. 15.* Quinimo ICTVS in *l. 43. §. 1. de contrah. emtion. ea*, inquit, *quae commendandi cauſa in venditionibus dicuntur, ſi palam appareant, venditorem non obligant, veluti ſi dicat ſeruum ſpecioſum, domum bene aedificatam.* Verum enim eſt noſtris quoque temporibus, quod de propolis dudum dixit CICERO 1. *officior. nihil eos proficere, niſi admodum mentiantur.* Hinc prouerbium: An der Hunde Hincken und an der Krämer Schweren, ſoll ſich niemand kehren. conf. locum CHRYSOSTOMI *in canon. eiiciens diſt 88.* Ita pronunciatum apud MEVIVM *p. 4 Dec. 49.* BRVNNEMANN. *cent. 3. Dec. 10.* Exemplum capi ſolet de porcis leproſis (welche die Kerner oder Finnen haben) v. CARPZOV. 2. *Conſt. 34. def. 16.* HAHN. *ad tit. de aedilit. edict. num. 6.* Quanquam vitium hoc ab illis demum, qui artem callent, cognoſci poſſit, adeoque reliquorum ignorantiae non imputetur, vt bene notauit BRVNNEM. *ad l. 18. D. de aedilit. edict. num. 8. ſeq.* Habet in hac materia locum, quod a Diogene Babylonio apud CICERONEM *de officiis* tertio eſt proditum: *vbi iudicium emtoris eſt, ibi fraudem venditoris eſſe non poſſe.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA LIV.

Ad Tit. D. de aedilit. edicto.

Einem geſchenckten Gaul ſoll man nicht ins Maul ſehen.

§. I.

APplicat hanc Paroemiam FRANTZKIVS, ICtus praeſtantiſſimus, *tit. de Ædilit. edict. n.* 47 48. ad Ædilitium edictum, quod in rebus donatis locum non inuenit, *ne donator liberalitatis ſuae poenam patiatur*, vt diſſerit MODESTINVS *l.* 62. *D. ad Ædilit. edict.* qui exceptionem ſubdit: *Quod donator de dolo ſe obligare debeat ſoleatue; ne, quod benigne contulerit, fraudis conſilio reuocet.* ANTONIVS CONTIVS *ad illam Modeſtini legem* eiusdem ſententiae Gallorum paroemiam laudat. Et SCIPIO GENTILIS 1. *parerg.* 20. obſeruat: Gallos atque Italos vulgo dicere ſolere: *Donati equi non eſſe dentes inſpiciendos*, h. e. *res donatas non eſſe ſcrupuloſe probandas.* Licet autem paroemia noſtra de equo donato (id enim Gaul notat, vox quae deſcendit a caballo, aſſumta traduce Gallica, cheual) concepta ſit, tamen non eſt dubitandum, quin ad alias quoque res pertineat.

Ob rerum donatarum vitium donator non tenetur.

§. II.

Aliud eſt in datione in ſolutum; quippe quae inſtar emtionis obtinet, vt BACHOVIVS 2. *ad Treutl D.* 2. §. 1. *lit. C.* recte tradit. Sed quid de locatione conductione habendum? Et in hac aeque Ædilitio edicto locum eſſe, docuit CVIACIVS *lib.* 12. *Obſ.* 38. ſequitur MEVIVS *p.* 2. *Dec.* 380. Sed manifeſta eſt *l.* 63. *de Ædilit. edict.* cuius exemplum CVIACIVS ſibi, vt ſolet, contrarius *ad l.* 1. §. 2. *Comment. de Iuſtit. & Iure* referendum dicit *ad l. non omnium D. de LL.* non, quod ratio aliqua non adfuerit, ſed quia nobis ignorata. v. BVSIVS *ad d. l.* 63. & STRAVCH. *Diſſ. prior. ad Ædilit. edict. c.* 5. §. 2. & 3. Ego arbitror, Ædilitium Edictum regulariter pertinuiſſe tantum ad conuentiones dominii translatiuas. At in vſu temporario, quem praeſtat locatio conductio, quum parum praeiudicii vertatur, paratum fuiſſe remedium ordinarium, locati ſc. & conducti actionem.

Secus eſt in datione in ſolutum.

PAROEMIA LV.

Ad Tit. D. de euict.

Vor Gewalt iſt man zu gewehren nicht ſchuldig.

§. I.

PAſſim haec paroemia legitur. v. WEHNER. *in Obſeruat. voce* Gewehr. Vir Conſultiſſimus D. MOLLENBEC. b. m. Collega quondam meus honoratiſſimus, *cent.* 2. *Diu. Iuridic.* 21. *n.* 27. CARPZOV. *part.* 2. *conſt.* 34. *def.* 25. SCHNEIDEWIN *in apoſtill. ad l.* 17. *C. de act. emt. vend.* Ea innuitur, *contra violentiam ſiue vim maiorem euictionem non praeſtari.* Quod Romano iuri congruit. Etenim hoc requirit, euictio vt praeſtetur, victoria iudiciali rem auferri. *l. non tamen* 24. *D. de euiction.* Hinc facto Principis per iniuriam ſpoliatus actionem de euictione aduerſus auctorem ſuum non habet. *l. fin. C. de action. emt. vendit.* CARPZOV. *l.* 5. *Reſponſ.* 46. BERLICH. *Deciſ.* 130. MEV. *p.* 6. *Dec.* 34. FRANTZK. *de euiction. n.* 777. BVRGER. *cent.* 4. *ſingul. obſ.* 11. adde STRYCK. *de cautel. contr. ſect.* 2. *c.* 8. § 40. *ſequ.* KLOCK. 3. *conſ.* 135. *n.* 227. & 2. *conſ.* 26. *n.* 25. HARPRECHT. *conſ.*

Contra vim maiorem non praeſtatur euictio.

Digitized by Google

conſ. 42. n. 24. ſequ. Idem dicendum, ſi malitia aut iniuria iudicis res amittatur *l. ſi per imprudentiam 51. D. de euiction. l. 8. C. eod.* Non alienum heic eſt aliud Germanorum prouerbium: Gewalt und Gunſt bricht Recht, Siegel und Kunſt. Item: Es iſt böß rechten, wann Gewalt Richter iſt. Gewalt geht vor Recht.

§. II.

Exceptio eſt, ſi nominatim aliud conuenit.

Fallit hoc, ſi nominatim & expreſſe aliud conuenit. *l. 12. C. de euiction.* BRVNNEM. *ad l. vlt. C. de action emti.* Quorſum tamen referenda non eſt promiſſio defenſionis *de iure & de facto*, aut praeſtandae euictionis *tam aduerſus iuris quam facti moleſtiam.* Ea enim intelligitur ciuiliter, ſecundum naturam actus principalis, videlicet in iudicio non ſolum producendo iura ſua, ſed etiam aſſiſtendo emtori gratia, diligentia, patrocinio. Siue, vt SCHNEIDEWIN. *d. ſupra loco* loquitur, vt venditor liti aſſiſtat, conducat Aduocatos, ſollicitet cauſam apud iudicem, praeſtet expenſas. Quae omnia facti, non iuris ſunt. Deinde caſum fortuitum non temere quis ſuſcepiſſe in ſe cenſetur: & verba illa praeſtandae euictionis aduerſum facti moleſtias pertinere poſſunt ad defenſionem aduerſus vindicationem vel turbationem poſſeſſionis ante perfectam rei venditae traditionem; cum venditoris vtique ſit, a poſſeſſione omni vacuam rem praeſtare. v. MYNSING. *c. 1. obſ. 54.* COTHM. 1. *Reſp. 25. Reſponſ. 31. n. 146. & 2. Reſp. 89. n. 112. ſequ.* MEVIVS *ad l. 3. Iur. Lubecenſ. tit. 6. art. 4. n. 8. ſequ.* NICOL. BVRGVND. *de euict. c. 7.* FRANTZK. *d. l. n. 778. ſequ.*

§. III.

Reſoluitur l. 67. D. de fideiuſſorib. quae paroemiae huic videtur contraria.

Caeterum, quod diximus, aduerſus violentiam potentiorum aut iniuriam iudicis euictionem non praeſtari, videtur ex *l. exceptione 67. D. de fideiuſſor.* impugnari poſſe: Vbi fideiuſſorem iniuria iudicis condemnatum eſſe, non ſufficit, vt mandati ei denegetur actio. Enimuero diuerſa eſt cauſa emtoris, diuerſa fideiuſſoris: nam, emtione celebrata, periculum omne ad emtorem pertinet, ac per conſequens iudicis iniuria habetur, vt caſus fortuitus. At fideiuſſor vel alius, qui cum mandato vel ſine eo alienum negotium ſuſcepit gerendum, culpam tantum & diligentiam, vt in re aliena, praeſtare debet, eaque propter iniuria iudicis ſola ei non nocebit. *l. 22. §. cui autem D. rem ratam haberi.* Aliter CVIAC. *tractat. 6. ad African. ad l. 24. de euiction.*

Ad Tit. D. de vſuris.

PAROEMIA LVI.

Die Tochter frißt die Mutter.

ITEM:

Wucher hat ſchnelle Füſſe, er laufft, ehe man ſich umſiehet.

Vſurae ſunt voraces.

PRofert DOERINGVS *Bibliotheca iur. p. 970.* SCHOTTEL. *part. 5.* der Teutſchen Haupt-Sprache *tr. 3.* Ea innuitur, quod LVCANVS de ſtatu rerum, qualis in Vrbe paulo ante bellum ciuile fuit, cecinit:

Hinc vſura vorax, rapidumque in tempore foenus.

Vnde

Digitized by Google

Vnde multa mala in ciuitatem redundant, & sequitur apud eundem LVCANVM:

Hinc concussa fides, & multis vtile bellum.

TACITVS VI. *Annal.* 16. *Vetus vrbi foenebre malum: & seditionum discordiarumque creberrima causa.* Haec causa est, quare foenori Romanis Legibus modus sit praescriptus, idemque in republica optima suaserit PLATO *libro V. de LL.* Eo magis autem hoc prouerbium in Germania valuit, vbi vsurae erant grauissimae. Vt enim testatur WIGVLEVS HVNDIVS im kurtzen Auszug Historischer Observationen: Hat Graf Henrich von Wartstein A. 1355. auf die Herrschafft Harbach für dreyßig Pfund Pfennig jährlich vier verschrieben, item A. 1379. für achtzig Pfund jährlich zehen Pfund. Addit: Deren Brief seynd mehr vorhanden, daß der Zeit allemal ein Pfund um zehen Pfund ist verkaufft vor zehen Gülden, von hundert zehen. Davon in der alten Fürsten Heyraths Brieffen und Verweisungen gar viel zu finden, bis ungefährlich auf das 1440. Jahr haben die Fürsten nicht mehr, als von zwantzig ein, zu verzinsen, und ist also hernach in Brauch kommen, daß man diß für eine Land-läuffige leidentliche Verzinsung gehalten.

PAROEMIA LVII.

Ad Tit. D. de vsuris.

Schuld zahlen macht Haupt-Geld.

§. I.

RECitat paroemiam hanc OLDENDORP. *classi. 6. act. 1. in fine* & IACOBVS SPIEGELIVS *Lexico iuris lit. W.* Tralatitium est, vsuras vsurarum siue anatocismum Romanis legibus prohiberi. *l. 28. C. de vsur.* Nec enim mouere quenquam debet *l. 11. D. de vsur.* Nam respondetur, vsuras, ad legitimum modum auctas, (v. g. si quis loco quatuor inposterum quinque praestat) anatocismum non esse. Sed nec obstat *l. 60. pro socio.* Nam lucrum est id ipsum, quod principaliter ex societate debetur. Postremum nec *l. 15. D. de petit. haeredit.* refragatur; quoniam fructus in haereditate accessio non sunt, sed pars haereditatis, quae, vt vniuersitas iuris, fructus quoque continet. v. A. FABER *l. 4. tit. 24. def. 4.* MEVIVS *p. 7. D. 302.*

Anatocismus iure Romano ejs prohibitus.

§. II.

Exceptio notabilis est, si persona debitoris & obligatio reuera mutetur. A. FABER *d. l. def. 23.* Quo pertinet paroemia nostra: *Æris alieni solutione* (facta scil. tertio loco creditoris, aut a tertio loco debitoris) *fors constituitur.* Exempli gratia. Negotiorum gestor pro debitore soluit vsuras, hae igitur vsurae indolem sortis induunt. *l. 19. §. 4. D. de Negot. gest. l. 18. C. eod.* Similis est ratio, si tutor pro pupillo vel de suo soluat, vel accipiat vsuras. *l. 7. §. 12. l. 58. §. ff. de administr. tutor.* FRANTZK. *l. 2. Resolut. 10.* CARPZOV. *2. const. 30. def. 30.* v. BRVNNEM. *cent. 1. Dec. 73.* Si mandatarius vsuras, a debitore mandantis acceptas, in vsus suos conuertat *l. 10. §. 3. in fine D. mandat.* Aut si fideiussor nomine debitoris principalis vsuras praestet. BERLICH. *Dec. 268. n. 23.* CARPZOV. *part. 1. const. 28. def. 170.* MEVIVS *p. 6. Dec. 328.* v. tamen EVNDEM *p. 8. Dec. 249.* Quod tamen ad vsuras vsurarum ex proprio debito non videtur extendendum. HVBER. *ad D posit. 9.* IOANN. A SANDE *l. 3. tit. 14 def. 6.* CARPZOV. *d. l. def. 32. & de asyl. deb. posit. 30. n. 361.* BRVNNEMANN. *ad l. 28. C. de vsur. n. 3. & seq.* STRVV. *Ex.*

Sed excedit. paroemiae suggerit hanc, si persona debitoris rexera mutetur.

Digitized by Google

37. §. 57. *in fine.* Lvder. Mencken *de tutore & curatore ex suo debito vsurarum obligato.* XXI.

§. III.

Quid, si tertius solutis sorte ac vsuris obligationem creditoris in se transferat?

Quid, si tertius solutis sorte ac vsuris obligationem creditoris in se transferat? Hic distinguendum reor, an delegatio facta, an sola cessio. Priori casu reuera alius creditor subrogatur; & abhinc debitor totam summam, vt sortem, debere incipit. v. Carpzov. *p. 2. const. 30. def. vlt.* Strvv. *obs. crim. c. 15. obs. 3.* Quod secus est in posteriori casu. Etenim ratio iuris non patitur, vt petere cessionarius queat, quod non potest cedens *l. 143. l. 156. §. 3. de R. I.* Deinde cessionarius, qui, vt est in *l. 5. C. de haeredit. vel action. vendit.* refert personam cedentis, ex huius persona & iure agit; &, licet vtili actione suoue nomine interdum experiatur, tamen haec cum directa effectu eadem est, & obiectum quod attinet, ab ea non differt: vt adeo mutatio creditoris formaliter & reuera heic non fiat. v. Brvnnem. *ad l. 28. C. de vsur. l. 26. D. de condict. indebit. num. 25. sequ. de cess. act. c. 5. n. 66. & 3. Dec. 73.* Mevivs *p. 8. Dec. 232.* Philippi *ad decis. Elector. 5. obs. 4. n. 13.* Frommann. *de anatocism. §. 21.* Hinc, si posterior creditor debitum omne cum vsuris offerat, & succedat in locum prioris, non potest pro vsuris vsuras exigere. *l. 12. §. 6. D. qui potior. in pignor. l. 22. C. de pignor.* Est enim hic reuera instar cessionarii, & quoad omnia sic successit in locum primi, vt nec meliore, nec alio iure vti possit, quam ipse primus fuerat vsurus, si creditum ei non esset solutum. v. Gabriel. Mvdaevm *tr. de pignorib. tit. quib. mod. pign. vel hypothec. solu. num. 78.* Brvnnem. *Cent. 3. Dec. 7.*

§. IV.

Persona non mutata, fors noua non fit.

Caeterum, quamdiu debitoris vel creditoris persona non mutatur, fors *noua non* fit, ac propterea vsurae non debentur. Hinc vsurae, quas ipse tutor *pupillo debet,* quamdiu apud eundem tutorem manent, indolem vsurarum retinent. Ita iudicatum apud Ioh. a Sande *l. 3. Dec. Frisicar. tit. 14. def. 6.*

Ad Tit. D. de vsur. & fructib.

PAROEMIA LVIII.

Gartenwerck, Wartenwerck.

SIVE

Garten muß man warten.

Horti culturam desiderant.

Laudat haec prouerbia Nicol. Henelivs, elegans ICtus, *de dotalit. c. 11. §. 6.* sententia est: *hortos culturam desiderare.* Quae vti planum faciunt, dari fructus industriales, nequicquam dissentiente Corasio *l. 5. Miscellan. c. 9.* ita inde neutiquam inferre licet, fructus naturales nullos esse. Nam naturales dicuntur illi, in quibus natura praeualet, industriales, in quibus hominis industria & labor primas ferunt. v. locum Virgilii *ad Compend. Lauterb. p. 674.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA LIX.

Ad Tit. D. de testib.

Kinder und Narren sagen die Warheit.

COmmuni solere efferri prouerbio, testis est, (si quotidiani sermones de eo nos dubitare sinerent) GERDES *de Iure reuelat. c. 2. n. 1.* v. omnino A. MATTHAEI *de probat. c. 5. n. 28. sequ.* Sententia est: *Infantes* (quo vocabulo Germani impuberes signare solent) *& stolidos siue simplices veritatem dicere.* Appositè SENECA *3. l. 7. epist. controv. 20.* (iuxta alias edit. 5.) *Nihil certius est puero quinquenni. Nam & ad eos peruenit annos, vt intelligat: & nondum ad eos, quibus fingat.* Hinc cum WESENBEC *ad tit. de test. n. 3.* CARPZOVIO *part. 1. c. 6. def. 55.* & aliis non facimus, qui negant, pubertati proximos testimonium posse perhibere. Etenim tales nec natura, impediuntur, nec lege prohibentur. *Non natura,* quia intelligunt, quod agunt, & doli dicuntur capaces. *l. 111. de R. I.* puniuntur etiam, vt plurimum quidem extraordinarie, aliquando etiam, vtut rarissime, vltimo supplicio. v. *Ord. Crim. art. 164.* CARPZOV. *quaest. 143. num. 45. seq.* BRVNNEM. *4. Dec. 2. & cons. 90.* STRVVIVS *c. 19. observ. criminal. 2. vsque ad 9.* IACOB. GOTHOFR. *ad l. 111. D. de Reg. Iur.* Et quamuis perfectum intellectus iudicium non habeant, id tamen ad veritatem dicendam non requiritur; quandoquidem foeminarum quoque iudicium est lubricum, & de his perinde, vt de pueris, dicitur, faciles esse ad mentiendum. *l. 4. C. de sponsal. c. forus 10. X. de V. S.* & tamen eaedem testes haud dubie esse possunt. *l. 20. §. 6. qui testam. facere poss. c. 3. X. de testib. Non lege,* quoniam lex nulla extat, & *l. 3. §. 5. D. de testib.* impuberes in publicis iudiciis prohibentur tantum esse testes. In Ordinat. Ludouici XIV. G. R. est *tit. 6. art. 2.* les enfans de l'un & de l'autre sexe, quoiqu'au dessous de l'age de puberté, pourront être reçus a deposer &c. v. pag. sequ. Fateor, eos de negotiis omnibus testes idoneos haud esse: Exempli gratia, si impubes testificaretur, falsam monetam esse factam: hoc enim captum eius excederet. *l. 1. §. 1. C. de fals. monet.* Deinde nostra sententia intelligenda de illis, qui sponte veniunt, & testimonium perhibent. *l. 19. §. 1. de testib. cap. 14. & 15. caus. 12. quaest. 5.* v. omnino TABOR *de test. p. 59.* Sponte ergo venientes audiendi, non compellendi sunt. Notandum porro, esse eos quidem idoneos, sed non omni exceptione maiores: quantum autem fidei ipsis tribuendum, iudicis est, arbitrari. *d. l. 3. §. 1. de testib.* Quanquam secundum quorundam locorum consuetudinem a testimonio penitus arceantur, qui nondum aetatis quartum decimum annum impleuerunt. v. Preuffisch. Land-Recht. *l. 1. tit. 35. art. 8. §. 2.* Würtemb. Land-Recht *part. 1. tit. 36.* Statut. Hamburg. *part. 1. tit. 28. art. 3.* E contrario hodie ex quorundam sententia etiam in quibusdam delictis impuberes, adultae aetati propiores, testes audiuntur. v. FARINACIVS *Quaest. criminal. 58. n. 15. & 44.* BRVNNEMANN. *in proceff. criminal. c. 8. membr. 2. num. 30. sequ.* v. SCIP. GENTILIS *ad Apuleium p. 233.* An puber testari possit de eo, quod vidit in impubere aetate, v. FICHARD. *part. 3. cons. 13.*

Impuberes non prorsus a testimonio repellendi.

PAROEMIA LX.

Ad Tit. D. de testib.

Ein Zeug, kein Zeug.
Eines Mannes Rede, eine halbe Rede.

§. I.

NOtissimum est & in ore omnium prouerbium, vt teste opus non habeat. Ad verbum reddas: *testis vnus, testis nullus.* Norimbergae in curia scriptum, testatur IOANNES MAN-

Vnius hominis testimonium

Plenam fidem non facit.

Manlivs *in collectaneis superiori seculo editis, sub octauo praecepto: Vnius viri oratio, dimidia oratio.* Eines Mannes Rede iſt keine Rede. conf. A. Matthaei *de probat. c. 6. n. 15. sequ. c. 5. n. 41.* Non abludit Suecicum apud Loccenivm *Diſſ. 39. quaeſt. 8. Effter eens taal ſkal ingen dömas.* Et ſane ita iure diuino ſancitum. *Num. XXXV, 30. Deuter. XVII, 6. Iob. VIII, 17. 2. Corinth. XIII, 1. 1. Timoth. V, 19. Hebr. X. 28.* & Romano. *l. maritus 20. de quaeſtion. l. 9. §. 1. C. de teſtib. c. 10. & 23. X. eodem.* Scaevola apud Valerivm Maximvm IV, 1. *vnius teſtimonio aliquem cadere, peſſimi,* aiebat, *eſſe exempli.* Seneca *in Declamat. Vni etiam de minori ſcelere non creditur.* v. Qvintilianvs *p. 662. ſequ. Lib. 7. Capitul. Francor. 283. Vnius teſtimonium, quamlibet ſplendida & idonea videatur eſſe perſona, nullatenus audiendum.* v. omnino I. Gothofredvs *ad l. 3. C. Theodoſ. de teſtib. tom. 4. p. 322. 323. 324.* Ratio eſt, quia vnus facilius decipi, corrumpi, aut mentiri poteſt, quam plures, & quia, vt Plinivs *l. 8. Natural. Hiſtor. c. 22.* loquitur, *nullum tam impudens mendacium eſt, vt teſte careat.* conf. Pvfendorf. *l. 5. de Iur. Nat. & Gent. c. 13. §. 9.* Intelligenda autem regula de effectu plenae probationis. Quo minus enim alios effectus habeat vnius teſtis teſtimonium, non eſt dubitandum. Sic, ſi teſtis vnus exceptione omni maior de ipſo delicto teſtificetur, id ſatis eſt ad decernendam torturam. *Ord. Crim. Carol. V. art. 30.* vbi notanda verba: In der Hauptſache die Miſſethat betreffend, gründlich, einen guten tauglichen Zeugen. Modo, quod addit Bauarica Proceſſus Criminalis ordinatio, ſonſten vor den Gefangenen keine Vermuthung vorhanden, die Ihn etwas entheben möge. v. Tabor. *tr. de tortur. ad d. art. 30.* Quae *Dd.* circa hanc rem ſtatuunt, v. apud Ant. Fabrvm *C. de teſtib. def 20.* Sic vnius teſtis aſſertionem ſupplet iusiurandum neceſſarium, modo aſſertio eius cum illo, quod iurandum, exacte congruat. Bene Aristoteles. *2. Rhetor. 20. μάρτυς γὰρ πιστὸς καὶ εἰς χρήσιμον. Teſtis enim fide dignus, etiamſi vnus ſit, vtilis eſt.* v. Vinnivs *1. quaeſt. 44.* Mev. *part. 4. Dec. 297. p. 7. Dec. 41.* A. Matthaei *de iudic. cap. 16. §. 39.*

§. II.

Quod varie limitatur.

Sunt tamen variae limitationes, quas inter PRIMA eſt: Si in poteſtate vel munere publico conſtitutus de iis, quae ad officium ſuum pertinent, teſtificetur. Exempli gratia, apparitor iudicii. *Ord. Cameral. part. 1. tit. 36. pr.* Hinc in Speculo Saxonico eſt *l. 1. art. 8.* Des Fronebaten Gezug ſtehet vor czweine Manne, wo mans bedarff, da man mit ſieben Mannen gezugen mag. v. Mevivs *part. 4. Dec. 269.* Myns. *5. obſ. 51. & 6. obſ. 10.* Lavterbach. *de Nuncio §. 58.* Notarius peritus in lite. Mynsing. *6. def. 34.* Mevivs *p. 3. Dec. 171.* v. tamen *p. 4. Dec. 13.* Denunciantes ex officio illos, qui contra leges deliquerunt, vti Cenſores apud Romanos. Myler. *hyparchолog. ſiue de Officialib. c. 10. §. 9.* v. Myns. *Cent. 5. obſ. 34.* Brvnnem. *ad l. 9. C. de teſtibus.* Hotomannvs *quaeſt. illuſtr. 27.* Vinnivs *Diſp. 46. n. 40.* Everhard. *de Legat. 129. n. 19.* Multo magis Princeps ipſe, ſiue is ſit Imperator, ſiue regionis Dominus in Germania, modo qua talis conſideretur. v. Farinac. *de teſtib. quaeſt. 63. c. 2. ſequ.* Berlich. *part. 1. concl. 36. n. 63. ſequ.* Bachov. *2. ad Treutl. Diſp. 5. §. 7. lit. A.* Henrico II. R. Gall. ſancte iuranti, quod hominem quendam in turpiſſimo ſcelere deprehendiſſet, non crediderunt iudices, ſed hominem dimiſerunt. Carpzov. *de lege Regia c. 2. ſect. 7. §. 17.* vid. Lyncker. *de his, quae Principum libertati perperam accenſentur. Sect. V. §. 15.* SECVNDA, ſi teſtis de proprio facto deponat, accedentibus aliis adminiculis; v Farinac. *d. quaeſt. 63. n. 221.* A. Faber *l. 4. C. tit. 14. def. 35.* Mascard. *de probat. vol. 1. in praefat. quaeſt. 11. n. 13.*

Menoch.

Digitized by Google

MENOCH. *l. 2. A. I. C. cas. 99. n. 13. sequ.* BRVNNEM. *cent. 4. Dec. 96.* BARDILI *Diss. de teste vnico §. 57. sequ.* de innocentia rei, v. *Ord. Crim. art. 143.* ZANGER. *de tortura reor. c. 2. n. 43.* MASCARD. *de probat. concl. 905. n. 10.* MEVIVS *part. 8. Dec. 492. n. 3.* FARINAC. *d. quaest. 63. n. 42.* CARPZOV. *quaest. crim. 114. num. 74. sequ.* de possessionis actu, vbi agitur in iudicio summariissimo. FARINAC. *d. quaest. 63. n. 33.* CARPZOV. *l. 1. Resp. 11. l. 3. Resp. 94 & part. 2. c. 7. def. 16.* de exhibitione rei, vbi agitur actione ad exhibendum. BRVNNEM. *cent. 2. Dec. 44. & ad l. 3. D. ad exhib. n. 13. sequ.* de re, cuius probatio est difficilima, morte puta in acie, mati, aut ex morbo contagioso. v. CARPZOV. *l. 2. Iurispr. Consist. def. 167. p. 1. const. 16. def. 38.* PEREZ. *ad tit. C. de naufrag. num. 10. & 11.* MEV. *part. 5. Dec. 134.* TERTIA, si conuenerit inter partes, vt vnius testimonio stetur. v. FARINAC. *d. quaest. 63. n 23.* MYNS. *5. obs. 26.* COVARRVV. *2. V. R. 13.* plures allegati a SCHRADERO *part. 10. tr. de feud. sect. 9. n. 105.* HVBER. *Prael. ad tit. D. de test. §. 18.* QVARTA, si defunctus voluit, vt dicto vnius stetur. *l. 14. D. de dote praelegata*, vbi BRVNNEMANNVS *l 25. D. de rebus dubiis*, vbi iterum BRVNNEM. Addunt QVINTVM, si de nullo testis commodo vel damno agatur. MARILIANVS *Dec. 68.* MAGON. *decis. 79.* Verum alii hoc recte negant, nam *l. quaero 58. §. vlt. de aedilit. edict.* qua Auctores moventur, requirit praeterea & alia indicia. VALASC. *consult. 73.* MENOCH. *cons. 576.* VALCAR. LVCCENS. *Decis. 67.* TVLDEN. *C. de testib. n. 8.*

§. III.

Illud adhuc addendum, aliud esse testem vnum, aliud singularem: cum hoc enim alios concurrere, nihil vetat. v. TABOR. *ad d. art. 30. §. 8. & sequ.* MYNSINGER. *cent. 3. obs. 76.*

Aliud est testis vnus, aliud singularis.

PAROEMIA LXI.

Ad Tit. D. de testib.

Borchart ist Lehnharts Knecht.

QVi mutuum accepit, foeneratoris seruus est. MARQVARD *l. 4. de iure mercat. c. 9. num. 30.* v. omnino PVFENDORF. *de I. N. & G. 5. 7. 9. p. 749.* Idem dixit iam dudum SALOMON. *Prov. XXII, 7.* Perperam vero hinc colligit CARPZOV. *part. 1. const. 16. def. 67.* debitorem repellendum a testimonio pro creditore. Nam ipse CARPZOV. initio illius definitionis fundamentum posuerat: Nullibi creditorem pro debitore suo testimonium ferre prohiberi, &c, quod prohibitum non est, permissum censeri. Atqui idem de debitore vsurpare possumus. Quanquam fateamur, eum exceptione omni maiorem non esse, & a iudice cognoscendum, quantum ei fidei tribui oporteat. *l. 3. pr. D. de testib.* Dicunt etiam Dd. quod vnicus testis fidem faciat plenam contra eum, a quo productus. BVRSAT. *cons. 337.* SVRDVS *decis. 284.* ROVAR. *decis. Luccens. 343.* CAVHERON. *cons. 76.* MENOCH. *cons. 60.* Sed merito in hoc reprehenduntur a quibusdam, cum producens testem tantum eius personam, non & dicta approbet. Quid enim, si ea auditu vel relatu alieno nitantur? v. TVLDEN. *C. de testib. num. 8.*

Debitor creditoris seruus est. Verum hinc neutiquam sequitur, illum in huius causa a testimonio repellendum.

PAROE-

Digitized by Google

Ad Tit. D. de testib.

PAROEMIA LXII.

Die in eines Brodt seyn, müssen auch in seinem Besten seyn.

§. I.

Qui de pane alicuius viuunt, pro commodis eius laborare debent. Hinc familiares in causa suorum dominorum a testimonio repelluntur.

EA affertur a Gryphiandro *l.* 1. *Oeconom. c.* 10. *n.* 13. & loquitur de domesticis, quos apud Aristotelem *l.* 1. *Pol. c.* 1. Charondas ὁμοσιπύους, *penus socios*, Epimenides Cres ὁμοκάπνους, *fumi socios* dixerunt. ICti nostri circumscribunt: *Qui viuunt ad vnum panem & vinum*, v. 1. *Cons. Marpurg.* 15. *n.* 63. Hi ob victum propioremque coniunctionem arctius inuicem obligantur, &, vt paroemia nostra loquitur, *qui de pane alicuius viuunt, pro eiusdem commodis laborare debent.* Dessen Brodt du issest, dessen Lied auch sing. *Cuius edis panem, illius & aspice nutum.* Haec causa est, quamobrem iura Romanorum seruos, libertos, mercenarios & liberos homines, bona fide seruientes (vulgo dicimus die in des producirenden Theils Kost und Brodt seynd,) a testimonio pro Dominis & Patronis repulerint, *l.* 52. §. 2. *D. de aedilit. edict. l.* 89. *de furt. l.* 11. §. 1. *de poen. l.* 6. §. 5. *D. de his, qui ad eccles. confug.* Exceptiones varias v. in *Consil. Marpurg. d. l. num.* 165. *sequ.* Carpzov. 1. *Const.* 16. *def.* 54. Brvnnem. *ad l.* 3. *C. de naufrag.* Farinac. *de testibus quaest.* 55. *n.* 135. 137. 140. *n.* 335.

§. II.

Modo tempore testimonii ferendi adhuc in familitio sint.

Caeterum, vt domestici repellantur, aestimandum est tempus testimonii ferendi. Tunc enim, si reuera non sint in domo producentis, etiamsi tempore negotii gesti fuerint, non est, cur repellantur. Et e contrario, si tunc in domo eius habitent, cum haud ita pridem alibi habitassent, vtique inter domesticos numerandi sunt. *l.* 1. §. *item D. de quaest.* Quod tamen verum est, nisi opera producentis mutata sit conditio, forte tantisper, donec testimonium dixerit. Nam huiusmodi simulata mutatio, quam nonnulli pro cautela suggerunt, nihil prodest. Simulatio autem probari potest ex coniecturis, maxime si lato testimonio ad priorem conditionem mox redeant. *arg. l. f. §. si seruus D. de quaest.* v. Oldendorp, *libro de testibus.*

Ad Tit. D. de testib.

PAROEMIA LXIII.

Pfaffen sollen nicht aus der Beicht schwätzen.

Sacerdos sibi qua Sacerdoti patefacta retinear.

VEtus Germanorum prouerbium erat & esse debet, ait Speidel. voce Beicht. Quo pertinent etiam Canones in *c.* 2. *de poenit. dist.* 6. *c.* 2. *X. de officio. iudic. ordinat. c.* 12. *X. de poenitent. & remission.* Carolvs M. in *Capitulari primo A.* 813. apud Balvz. *tom.* 1. *capit.* inquiri voluit, an verum sit, in partibus Austriae Presbyteros de confessionibus, accepto pretio, manifestare latrones. Et sane, si arcana tegi, ipsa prudentiae & iustitiae ratio iubet. v. *Prouerb. XI.* 13. quanto magis depositum ex confessione, praesertim apud illum, qui Christi loco sedet, custodiri par est? Hinc denunciatio a Sacerdote facta, ne quidem indicium sceleris perpetrari praebet. v. Carpzov. *part.* 1. *const.* 16. *def.* 70. & *l.* 3. *Iurisprud. Consistor. def.* 25. Finckelthavs *obs.* 94. Brvnneman. *cent.* 3. *Decis.* 28. Verum heic multi longius, quam oportet, iuere. Binetvs, Iesuita,

Isaaco

Digitized by Google

ISAACO CASAVBONO aliquando dixit: *Praestare, Reges omnes perire, quam si vel semel confessionis sigillum violaretur: Regum enim imperium iuris humani esse, confessionem vero diuini.* Et alius in Galliis Iesuita, vt auctor est idem CASAVBONVS *in respons. ad epist. Card. Perron.* affirmauit: *Si Dominus noster Iesus Christus in terris versaretur morti obnoxius, & aliquis sibi in confessione dixisset, velle se illum occidere, priusquam confessionem reuelaret, passurum se, vt Christus occidatur.* Quod apophthegma idem PERRONIVS *in libro aduersus Regem M. Britanniae* approbauit. Add. CASAVBONI *epistol. ad Frontonem Ducaeum inter epistol.* 170. IESVITA CRETENSIS, *apologia pro Garneto, Tantam esse*, scribit, *sigilli confessionis religionem, vt in nullo casu, propter nullum finem, etiam pro tuenda tota republica & spirituali malo, violare illud liceat.* Quae verba quoque sua fecit SVAREZ *de Poenit D. 33. Sect. 1. n. 2.* Addantur DOMINICVS SOTO *in 4. sentent. D. 15. quaest. 4. art. 5.* HENRICVS HENRIQVEZ *in summa de poenit. l. 3. c. 16. num. 15.* Quanto rectius ex eodem grege LAYMANNVS *l. 5. tractat. 6. c. 14. p. 254.* scripsit: *Secretum sigilli, ita vniuersim atque in omni casu obligantis, non videtur sufficienter sumi ex solo naturali iure; siue consideremus iustitiae obligationem, ob tacitum, quod inter confitentem & confessarium intercedit, pactum: siue consideremus obligationem veritatis religionis, suppositio sacramento poenitentiae; quippe quod fidelibus alioquin exosum fieret. Nam neutra harum rationum obstare videtur, quo minus in raro casu, v. g. grauissimae proditionis reipublicae inferendae, si confitens abstinere nollet, prodi posset sine vlla iniuria, tam ipsi, quam sacramento, inferenda: propterea quod in tali casu dignus ille non sit, cui secretum seruetur.* At MARCVS ANTON. DE DOMINIS *l. 5. de Rep. Eccl. c. 7. §. 104.* cum pluribus demonstrasset, poenitentiam Ecclesiasticam non esse verum sacramentum, consequens esse asserit, sigillum confessionis nihil ferme plus habere obligationis, quam ex iure naturae quisque habeat circa secreta sibi commissa, ex quibus posset infamiae notam poenitens secretus subire, aut scandalum exoriri. Addit: *Et talis sigilli reuelatores graui poena etiam a potestate Laica esse puniendos; quia remedium hoc insigne externae poenitentiae odiosum reddant, & ab eo deterreant infideles.* v. & ZIEGLER. *ad Lancellot. 25. 9.* STRYCK. *ad Brunnem. p. 775.* STRVVIVS *c. 27. obs. crim. 14.* omnino TABOR. *de conatu c. 2. §. 10.* Illustre exemplum in Carolo, Philippi II. Regis Hispanorum filio, est apud IAC. AVGVST. THVANVM *histor. l. 43. ad A. 1568.* Illud omnino absurdum est, quod cum BONACINA & aliis affirmauit ANTON. GOFFAR, Leodiensis S. Theologiae Doctor & Protonotarius Apostolicus, *in Compendio moral. Theolog. sub tit. de confession. §. 36. p. 96.* Confessionarium, qui carnaliter cognouerit poenitentem, non teneri, vt istam circumstantiam aperiat, quia copula cum poenitente non habeat specialem malitiam, necessario exprimendam; modo Confessionarius illam in confessione non sollicitauerit.

PAROEMIA LXIV.

Ad Tit. de testibus & de nuptiis.

Armuth ist keine Schande noch Unehr.

§. I.

PAupertas non est ex genere malorum, vt interpretatur NOLDEN *de Statu Nobil. c. 23. n. 14.* MEVIVS *c. 4. disc. leuamin. inop. debitor. sect. 1. n. 106.* Ad verbum vertas: *Paupertas nec turpitudinem adfert, nec existimationem minuit. Bonae enim mentis soror est paupertas*, vt ait PETRONIVS ARBITER, *nec est in paupertate vitium, sed in paupere,* secun- *Paupertas existimationem alicuius bonam non minuit.*

secundum SENECAM *de remediis fortunae.* SYRACIDES *X. 26. Noli despicere pauperem prudentem.* Hinc aliud Germanorum est prouerbium: Armuth studirt, Reichthum panquetirt. Hinc sola paupertas tutorem suspectum non facit. §. *vlt. I. de suspect. tutor. l. 8. D. eodem. Heus*, dicebat ille apud TERENTIVM in *Phormione*, *quanta haec mea paupertas est, tamen adhuc curaui vnum hoc quidem, mihi vt esset fides.* Nec solam ob paupertatem pater consensum suum ad nuptias denegare potest. v. CARPZOV. 2. *Iurisp. consist. def. 55.* Ob paupertatem non soluitur matrimonium. CARPZOV. *l. 2. Iur. Consist. def. 204.* Paupertas etiam a testimonio quem non repellit. BESOLD. *conf. Tubing. 110. n. 94 sequ.* CRAVETTA *tom. 6. conf. 991. n. 104. vbi plures.* Et sane, vt optime obseruauit DESIDERIVS HERALDVS *l. 1. Rer. iudicat. c. 5.* reperiuntur pauperes quidam non propter improbitatem, sed, quod sint pene nimium probi; quidam etiam, quod nimis expositi sint & humani; quibus obstat ζεὺς μειλίχιος, ne sint diuites; quod Xenophonti dicebat ille apud ipsum XENOPHONTEM *l. 7. Expedit. Cyri:* ἐμποδίως γάρ σοι ὁ ζεὺς ὁ μειλίχιος ἐστιν. *Obstat enim tibi Iupiter ille comis & paulo facilior.* Nihil magis obstat diuitiis, quam morum facilitas & comitas, quae faciunt, vt nihil negare possis, nihil nimis flagitare; quae duae sunt parandarum & cumulandarum opum rationes. *Fieri vix posse*, aiebat ARISTOTELES *l. 4. Nicomach. c. 5. vt homo liberalis diues sit, cum nec accipiat ab aliis, nec sua seruet.* PLAVTVS *prologo Rudentes:*

Rem bene paratam comitate perdidit.

Idem ARISTOTELES *in problematibus*, opere subtilissimo & ex intima plerumque natura promto, (vt iudicauit MERICVS CASAVBON. *ad Laertii vitas*) ad quaestionem: *cur paupertas apud homines bonos potius, quam prauos, esse soleat?* interprete THEODORO GAZA respondet: *An, quia omnibus odio habetur, atque expellitur, ad probos perfugit, rata, apud eos maxime permanendi locum se posse assequi: e contrario; si ad prauos venerit, nunquam eos fortuna ista contentos fore, sed vel furta vel latrocinia adituros: quibus rebus futurum, vt ipsa amplius apud eos manere nequeat. An, quia homines probos optime se vsuros existimat, nec sibi petulanter contumelioseque quippiam facturos? Itaque, vt nos pecuniarum deposita tute bonis hominibus credimus; sic etiam haec sibi dispensat & statuit. An, quia mala est, nunquam se malis iungere velit: Nam, si ita maluerit, omnino malum irremediabile ipsa redditur. An libenter se ad viros optimos confert, quia foemina est, inopsque proinde & virium & consilii, vt huiusmodi hominibus commendatam se esse, magnopere velit & desideret.* Haec ARISTOTELES, quae, vt ipse ridens secum scripsit, ita vix quisquam citra risum legerit,

§. II.

Locuples tamen aliquando maiorem fidem, quam egenus, meretur.

In testimoniis tamen locuples maiorem fidem, quam egenus, facit. Equidem diuitiae amplae non sunt semper argumentum vitae innocenter actae; maxime si partae sunt; cum eae saepius absque iniuria aliqua parari nequeant. Vbi tamen agitur de re testimoniorum, hominis opibus abundantis fides minus suspecta est, quam egentis & miseri, qui lucri causa quid facilius admittere praesumitur. *l. 3. D. de testib.* Quod locum habet in administratione & ministerio omni. Πένης πρεσβεύων, inquit LIBANIVS *in progymnasm. κἂν δικαιότατα διακονήσῃ, δωροδοκεῖν ὑποπτεύεται. Homo pauper, etsi innocentissime legatione fungatur, in suspicionem incidit sordium.* Quam ob causam etiam pauper, non habens in bonis 50. aureos, ab accusatione repellebatur. *l. 10. D. de accusation.* Neque tamen pauperis testimonium omnino reprobatur, sed, vt perpendatur paulo accuratius, paupertas facit. WESENBEC. *conf. 18. n. 27.* Referens apud KLOCKIVM

telat,

Digitized by Google

relat. Cameral. 131. *n.* 35. IVL. CLARVS *l.* 5. *sentent.* §. *final. quaest* 24 *n.* 11. Nam, si quis genus vitae sectatur, quod paupertas magis deceat, quam diuitiarum abundantia, quale est philosophorum institutum, monachorum & caeterorum eiusmodi, tantum abest, vt voluntaria ista paupertas fidem eius minuat, vt potius eam augeat & adstruat. Quare & Xenocrati iusiurandum remissum, qui honor haud alii cuiquam, quanquam opibus abundanti, est habitus. Nec maior vnquam aut testatior fides, quam SOCRATIS, ARISTIDIS, EPAMINONDAE, PVBLICOLAE, FABRICIORVM, & aliorum quorundam, rara paupertate beatorum; quomodo de iis loquebatur SILIVS ITALICVS. Atque hoc est ἐπιτήδευσις, *vitae institutum siue genus*, qua testes quoque idoneos vult aestimari IVSTINIANVS Imperator in *Nou.* 90. *c.* 1. vt optime iterum de dictione hac, vulgo interpretum ignorata, docuit HERALDVS *d. l.* §. 4 *&* 5. An obiectione paupertatis committatur iniuria, vid. *Not. ad Schütz. p.* 1059. v. *l.* 5. §. 1. *qui satisdare cog.*

PAROEMIA LXV.

Ad Tit. D. de sponsal.

Ist der Finger beringet, So ist die Jungfrau gedinget.

PRouerbium hoc adducunt BESOLD. *Thes. Practic. voce* Hafft-Geld. LAVTERBACH. *tr. de arrha.* §. 95. plura de hoc argumento HARTMANN. *de bened. Sacerdot. c.* 5. §. 8. *seqq.* de Friderico II. Imper. *App. Chronic. Helmold. p.* 275. *apud* ERP. LINDENBROGIVM. Nimirum mos Christiani orbis perantiquus est, annulum a procis dari. De quo more multa diligenter congessit FRIDERICVS LINDENBROGIVS *in doctissimo glossario, voce: annulus sponsalitius*, & quos profert GONZALEZ. *ad c. vlt. desponsi. impub.* 12. CAROLVS CANGIVS *in glossario, voce: subarrare.* TERTVLLIANVS *in Apologetico c.* 6. *Olim*, inquit, *nulla mulier aurum norat, praeter vnico digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo.* Hinc vulgo Dd. dicunt: annuli datione sponsalia probari. Quod verum est, si tractatus ante habitus de sponsalibus vel matrimonio contrahendo probari possit. v. MEVIVS *p.* 7. *Dec.* 183. *n.* 4. *p.* 8. *Dec.* 39. *n.* 5. LAVTERB. *d. l.* §. 83. 84. Add. MASCARD. *concl.* 100. *& concl.* 1023. *n.* 2. BESOLD. *cons.* 140. Quo animo Rebecca ab Abrahami ministro futuri sui sponsi, Isaaci, munera sponsalitia accepisse videtur. *Gen. XXIV.* 47. 53. Nisi forte consuetudine inualuerit, annulum, certa forma insignitum & foeminae traditum, infallibile fidei coniugalis esse argumentum. Quae consuetudo reprobanda non est, eamque respicit paroemia nostra, vbi dicere licet:

Annulus sponsalitiorum index.

Pulchra tuum, virgo, digitum meus annulus ambit:
Eccur coniugium te pepigisse negas?

Vt proinde paroemia haec ex illarum sit numero, quae certis tantum in locis valent. Adde COLERVM *Dec.* 300. ARNISAEVM *c.* 3. *de iure connub. sect.* 1. *n.* 7. *&* 8. Apud Wisigothos, annulo in arrham dato, non licebat vni parti inuita altera mutare voluntatem. *III.* 1. 3.

Digitized by Google

Ad Tit. D. de sponsal.

PAROEMIA LXVI.

Alle Freyer reich, und alle Gefangene arm.

Proci omnes diuites, vinculis nexi miseri.

ADducta a GRYPHIANDRO *l. 1. oecon. legal. c. 8. n. 15.* quam ad verbum reddas: *Proci omnes diuites, vinculis nexi miseri.* v. PVFENDORF. *5. de I. N. & G. c. 3. §. 3. in fine.* Plerique nimirum proci aut nuptias conciliaturi exprimunt illud LIBANII *in progymnasm.* Πολλὰς καὶ καλὰς μελετήσας λόγους, καὶ τὰ ὄντα αἴρας, καὶ τὰ οὐκ ὄντα προσθεὶς, *meditatus adueniens cum multis elegantibus verbis, &, quae adsunt, auferens, &, quae absunt, addens.* Et proxenetarum ingenium est, laudare, vt ait STRACCHA *part. 3. de proxen. n. 7.* & eorum ingenium ad mendacia procliue, vt IDEM ait *part. 4. num. 3.* Vnde infertur: si proxeneta matrem aut foeminam a diuitiis eximie laudauerit, licet postea contrarium inueniatur, eum eapropter, modo dolus & calliditas abfuerit, conueniri non posse: quoniam nihil ab ingenio suo alienum fecit, & monstrauit magis personam, quam obtrusit, tametsi eam laudauit. *l. 2. D. de proxenet.* vid tamen CARPZOV. *Dec. 130. n. 20.* Habet & heic locum VLPIANI illud in *l. 19. §. 3. D. de aedilit. edict. Ea solum promissa admittenda sunt, quaecunque sic dicuntur, vt praestentur, non, vt iactentur.* Quare etiam recessuris a sponsalibus praetextus promissorum huiusmodi vanorum haud proficit. Vt plerorumque ICtorum sententia est, quam tamen temperat cum CYPRAEO BRVNNEM. *ad l. 11. D. de interrogat. in iure faciend. n. 25.* Hinc etiam proxeneta ad euictionem non tenetur. LOCCEN. *Synopt. p. 869.*

Ad Tit. D. de nuptiis.

PAROEMIA LXVII.

Ein alter Mann und eine junge Frau, gewisse Kinder.

Apud Romanos Lege Iulia & Papia sexagenariorum nuptiae vetitae, a Iustiniano simpliciter permissae.

APud Romanos Lege Iulia & Papia sexagenario masculo cum foemina quinquagenaria nuptiarum contrahendarum potestas ademta, &, vt SENECA apud LACTANT. *l. 1. D. I. c. 16.* loquitur, *fibula illis imposita fuit*, ducta metaphora a Comoedis & cantoribus, qui voci conseruandae infibulati fuerunt; vt ex IVVENALE, MARTIALE & CELSO discere est. Inter pares quoque annos citius foemina senescit. QVINTIL. *Decl. 306.* Postea CLAVDIVS TIBERIVS, Caesar, sexagenarii nuptias etiam cum minore quinquaginta annis vetuit SCto, quod Claudianum vocat VLPIANVS *tit. 16. §. 3.* Quo pertinet SVETONII illud in *Claudio c. 23. Caput Papiae Poppeae legis a Tiberio Caesare, quasi sexagenarii generare non possent, adauctum fuisse.* Cui SCto tamen secutis temporibus Claudius, eodem SVETONIO teste, abrogauit. v. plur. IACOB. GOTHOFRED. *not. ad L. Iul. & Pap. c. 2.* At IVSTINIANVS, Imperator, *l. 27. C. de nuptiis* Legem illam Iuliam & Papiam hac in parte penitus sustulit.

§ II.

Digitized by Google

§. II.

Apud nos, ſicut & alibi, huiuſmodi nuptiae quidem conceduntur; (niſi quis omnino frigidus ſit, & tali mulier ſciens non nupſerit, ceu quo caſu eae irritae reddi poſſunt, vt recte annotauit BRVNNEMANN. *ad d. l. 27. C. de nuptiis*) Solent tamen eae vulgo exagitari, & etiam a Conſiſtorio diſſuaderi. v. CARPZOV. 2. *I. P. C.* 13. Bene AVGVST. *de bonor. reduct. c.* 8. Nuptiarum bonum in quibusdam ſaltem eſt humanitatis ſolatium. Quorſum & paroemia noſtra pertinet: *Senex decrepitus & puella, pueri certiſſimi*, vt tranſtulit CYPRAEVS *c.* 9. *de ſponſal.* §. 8. *num.* 7. *ſequ.* addens: *nam, etſi pueri non naſcantur, ipſi pueri ſunt*: & quoniam adiuuae deeſſe non ſolent. Plane vt Itali prouerbio dicunt: *A donne ſauie ne mancano mai figliuoli. Callidae foeminae prole nunquam carent.* Apud Gallos eſt Prouerbium: *qu'une habile femme ne manque jamais d'heritiers.* v. BAYLE *diction. hiſtor. & critique voc. Daurat.* Adde alia dicteria apud REINKINGIVM *l.* 3. Bibliſcher Policey *ax.* 17. At ERASMVS *libro de Chriſtiano matrimonio*: *Prodigioſum*, inquit, *illud videtur, quod tamen in nonnullis fieri videmus, praeſertim apud Britannos & Italos, vt tenera puella nubat ſeptuagenario. Certe Veneri litaſſe oportet tales ſponſos, ſi feliciter cadit matrimonium.* Quanquam interdum cauſae ſint, quamobrem huiuſmodi nuptias improbare non debeamus. Vbi HADRIANVM VALESIVM, fratris Henrici, qui annum primum & ſexageſimum transgreſſus puellam formoſam & ingenuam duxerat, nuptias in vita eius ita excuſantem, audire libet: *Fuere multi, etiam amici & noti, (quibus autem notus non erat Valeſius?) qui eum reprehenderent: fuere &, qui veluti parum ſanum irriderent. Hos inter epigrammatarius ſenex, qui valde acutus ſibi videbatur, diſtichon triuiale compoſuit de coeco ſene, vxorem ducente, vt ab ipſa duceretur. Quod ne in Valeſium dictum crederetur, idem poëtica licentia mihi & communibus amicis confidenter aſſerebat, epigramma multo ante has nuptias a ſe ſcriptum ac editum fuiſſe. Nimirum ſunt homines ad vituperandum atque damnandum, quam ad laudandum, multo natura proniores. Equidem Valeſium, ſi ſexaginta annis maior ſibi neceſſarium credidit vxoris ſolatium; ſi confidere & ſe ac ſua committere coniugi, quam famulis, maluit; ſi menſae ac lecti, vitae atque fortunae fidelem ſociam habere; ſi ſolitudinis taedia finire voluit; Valeſium, inquam, nihil inuſitatum feciſſe, nec propterea carpendum aut traducendum iudico. Factum multis maximorum & ſapientiſſimorum virorum veterum ac recentiorum exemplis defendi poteſt. Solet fieri: fieri licet. Habuit Valeſius, quos ſequeretur: habebit, qui imitabuntur. Vulgare prouerbium eſt, eius, qui valeat, annos numerari non oportere. Senex quidem erat Valeſius, quum vxorem duxit: ſed erat vegetae ac viridis & incipientis ſenectutis; ſupra aetatem robuſtus erat, proſperrima valetudine vtebatur; intra annos vndecim ac menſes fere ſex ex coniuge ſeptem liberos tulit, quatuor mares, tres ſexus foeminini; maritus ſtudiis vacauit, vt caelebs, dictauit, vt caelebs, mutua cum amicis officia exercuit, vt caelebs; magnum lienis dolorem, quo tandem conſumtus eſt, diu fortiter tulit. Quid amplius iuuenis facere potuiſſet? At male oculatus puellam formoſam duxit. Oculis Valeſii nil iam metuendum erat, cum altero pridem captus eſſet, altero tam maritus viderit, quam caelebs. Puellam venuſtam duxit. An melius & prudentis facturus fuit, ſi anum deformem duxiſſet? formoſam ſibi coniunxit, vt eam magis & perſeuerantius amaret; puellam, vt ex ea generaret haeredes, quos ab anu exſpectare non potuit. Nam matrimonium liberorum quaerendorum cauſa contrahitur. Puellam, inquam, accepit, vt ea obſequentiore vteretur, vt quaſi tenellam arbuſculam flecteret, qua vellet, vel quaſi mollem ceram pro lubitu duceret atque formaret. Vetulis quippe virginibus nihil durius & intractabilius, nihil peruicacius, nihil morum plerumque peſſimorum tenacius, nihil ridicula prudentiae affectatione putidius poteſt*

Vt & apud nos, niſi quod dicteriis exagitentur, vt in paroemia hac.

Digitized by Google

reperiri. Quare non Valesius, sed ipsi censores, qui eum damnauerunt, risu digni fuerunt atque damnandi.

Ad tit. D. de nupt.

PAROEMIA LXVIII.

Längst Leib, längst Gut.

§. I.

Superstes coniux bonorum vsufructu gaudet.

MOribus quorundam Saxoniae inferioris aliorumque locorum receptum nouimus, vt altero defuncto superstes coniux, etiam mater, bonorum omnium quasi patrio iure administrationem suscipiat, eamque alii licet marito iuncta retineat: tametsi non praestiterit, quae Romana iura a tutricibus requirunt. Stryck. *ad Compend. Laut. tit. vnde Vir & Vx. in quibusdam locis Ducatus Brunsvicensis & Episcopatus Hildesiensis non existentibus liberis superstitem coniugem, licet agnati adsint, omnia capere.* Hinc natum proverbium, quod pactis dotalibus saepe insertum obseruauimus: Längst Leib, längst Gut. Quasi dicatur: *Superstes coniux bonorum vsufructu gaudeat.* Ad verbum exprimas: *Diutius corpore* (superstes) *diutius bonis sc. fruatur.* Atque huius legitimae administrationis tam opima sunt iura, tam ampla potestas, vt nihil ei desit, praeter alienandae proprietatis facultatem. Quam in rem Illustris Vir D. Eyben. *part. 3. de tutel. foem. membr. 5. §. 6.* testimonium publicum Consist. & Senatus Neoburgensis ad Visurgim nobis protulit: Es werden von der Mutter die Kinder erzogen, und zu deme, was einem jedweden beliebig zu lernen, gehalten, mit Speise, Kleidung, und, wann Sie erwachsen, bey der Aussteurung mit nothdürfftigen Kleidern, leinen Geräthlein und Bett-Gewanden, versehen, dahingegen behält die Mutter die völlige administration und Abnutzung der Güter; Solten aber die Vormünder vermercken, daß die Mutter oder derselben Mann anderer Ehe die Güter ohne deren consens zu alieniren, oder sonsten mit Schulden zu aggraviren sich unterstünden, und vernehmen liessen, auf solchen Fall haben sie sich derselben anzumassen, und dieselbe von einander zu setzen, sonsten verbleibt es nach dieser Stadt Gewohnheit, längst Leib, längst Gut, es sey dann, daß etliche vor Jahre bewilliget, und in den Ehe-Notuln anderst versehen wäre.

§. II.

Vbinam hoc obtineat.

Eadem fere Statuta Louanii extare, Peckivs *l. 5. de testam. coniug. c. 2.* Coloniae Agrippinae inque vicinis locis, nec non Seruestae, testatur Coppen. *l. 1. obs. 129. n. 20.* addens, ea ita explicanda esse, vt procedant, deducta legitima liberorum, vel eo, quod legitimae loco succedit, puta, dote congrua vel donatione propter nuptias, secundum facultates & dignitatem defuncti mariti. *l. quaero 60. l. 69. §. 4. D. de iure dot.* quod iisdem verbis ante eum scripserat Gailivs *2. observ. 144. n. 1.* obseruante Illustr. D. Eybenio. *d. l. §. 8.* Vt adeo mater haec non absimilis sit illi, cui testator vsumfructum omnium bonorum reliquit, liberis haeredibus institutis: De quo vide Mynsing. *Cent. 5. obs. 73.* Gail. *2. observ. 144.* Consult. Holland. *part. 2. Cons. 204.* Praesertim quod & hae vsufructuariae nuptiarum repetitione vsumfructum non amittant. Gail. *2. obs. 98. n. 24.* Idem ius obtinet in Principatu Mindensi, nisi quod in Actis ab Illustr. Regimine Mindensi ad Collegium nostrum A. MDCXCVIII. mense Decembre transmissis in causa

Hauß

Digitized by Google

Hanß Mayers zu Barckſen hinterlaſſenen unbefreyten Töchtern, Klägern, contra deren Stieffvater, Hanß Saſſenberg, Beklagten, reo iniuncta probatio: daß die Gewohnheit oder Regul, Längſt Leib, Längſt Gut, auch unter den Eigenbehörigen, in dem Fall, da der Anteceſſor in matrimonio die Stette beweinkauffet, und Kinder aus ſolcher Ehe vorhanden, im Fürſtenthum Minden üblich ſey; & quaeſitum, an ille, quod probandum erat, probaſſet?

PAROEMIA LXIX.

Ad Tit. D. de nuptiis.

Leib an Leib, Gut an Gut.

EXtat apud RVDINGERVM *in l. 3. obſerv. 44.* WEHNER. *obſeruat. practicis, voce* **Gut.** quo innuitur ſocietas bonorum inter coniuges, quae dici ſolet ſpecialiter inita, ſiue vniuerſarum fortunarum, nonnullorum Germaniae locorum ſtatutis vel moribus recepta, de quo in noſtra *Diſſert. de ſocietat. facto contracta ſect. 1. §. 4.* Hinc idem RVDINGERVS obſeruat, pactis dotalibus initis, **Leib an Leib, Gut an Gut**, coniuges inuicem ſibi ſuccedere de conſuetudine Franconiae & iudicii prouincialis Würzburgenſis, probata etiam in Camera Imperiali. Ex eodem principio fluxit alia, quanquam Gallicano idiomate concepta.

Coniuges, vt corpora, ita bona communicant.

PAROEMIA LXX.

Ad Tit. D. d. Nuptiis.

Qui epouſe femme, epouſe ſes dettes.

IN Iure Leodienſi, quod extat apud CAROL. DE MEAN. *obſerv. & reb. iudicat. ad Ius Leodienſ. 57. Le Mari eſt tenu aux dettes de ſa femme & de ſon precedent mari, d'où vient le commun prouerbe:* ***Qui epouſe femme, epouſe ſes dettes.*** Cui reſpondet paroemia Belgica: Die de mann trouvvt, Die trouvvt oock de ſchulden. *Quae viro nubit, illigat ſe eius aeri alieno.* WISSENB. *ad l. 1. C. ne vxor pro marito.* Addatur LAMBERTVS GORIS *in aduerſar. iur. tract. 1. c. 4. n. 1. & ſequ.* LAVTERB. *de aere alieno in ſocietat. coniugal. contract. §. 10. excipit tamen concurſum creditorum* BRVNNEM. *ad l. 14. D. de LL. n. 6. vbi praeiudic.*

Quae marito nubit, eius alieno aeri ſe illigat.

PAROEMIA LXXI.

Ad Tit. D. de Nupt. C. de ſecundis nuptiis.

Ein Stieffvater, eine Stieffmutter,

vel, vt alii efferunt:

Wann die Henne zum Hahn kommt, vergiſſt ſie ihrer Jungen.

ALii ita efferunt: Wer eine Stieff-Mutter hat, hat auch einen Stieff-Vater. STRYCK. *de iure bl.and. c. 2. n 8. in not. 2.* Paroemia haec male ominatur liberis, quorum mater denuo nubit. Ait enim: *Vitricum ex matre nouercam efficere, & gallinam, ad gallum delatam, pullorum obliuiſci.* Appoſite HIERONYMVS *l. 2. epiſt. ad Furiam 19.* Su-

Mater liberis vitricum aſciſcens, fit nouerca; Hanc

ob causam mali educationis liberorum LL. Romanis ademta. An & hodie?

Superducit mater filiis non nutricium, sed hostem; non parentem, sed tyrannum: inflammata libidine obliuiscitur vteri sui, & inter paruulos suos miserias nescientes lugens dudum nouo nupta componit. Apud Homervm, *l. XV. Odysseae initio*, cum Penelope a procis sollicitaretur, Minerua, vt exinde sibi caueat, Telemacho suadet.

Οἶσθα γὰρ οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσι γυναικὸς.
Κείνῳ βούλεται οἶκον ἀφέλλειν ὅς κεν ὀπήοι.
Παίδων δὲ προτέρων καὶ κηριοδίοιο φίλοιο
Οὐκέτι μέμνηται τεθνηότος, οὐδὲ μεταλλᾷ.
Scis enim, qualis animus in pectoribus mulieris:
Illius vult domum augere, quemcunque duxerit.
Filiorum autem priorum & mariti dilecti
Non amplius recordatur mortui, neque inquirit.

Seu:

Noui, qualis amor muliebri in pectore regnet,
Illius vt capiat sobolem florere domumque,
Cui post iuncta viro est: At natos saeua priores
Negligit, & cari quondam dulcisque mariti
Immemor, haud vlla capitur post funera cura:

Ita vertit Scip. Gentil. *libro de sec. Nupt.*

Aliter H. Grotivs *sparsi. flor. p.* 348.

Electra apud Evripidem in eius nominis tragoedia:

Γυναῖκες ἀνδρῶν, ὦ ξέν, οὐ παίδων φίλαι.
Mulieres viris, o hospes, haud liberis amicae sunt, iisque fauent.

Siue, vt H. Grotivs vertit,

Mulier maritum plus amat, quam liberos.

Idem in Agei fabula:

Πέφυκε γάρ πως πᾶσι πολέμων γυνὴ
Τοῖς πρόσθεν, ἡ ζυγεῖσα δευτέρῳ πόσει.
Odit priores mulier affectus suos,
Postquam secundo foederi implicuit fidem.

Conf. Rittershvs. *ad Nouell. part. 4. c 3. num. 4.*

Antigonus tutor datus Demetrio, accepta huius in matrimonium matre, Regem se constituere laborauit. v. Ivstinvm *l.* 28. Pertinet huc ludicra historia de matrona Ephesina, quam Eumolpus narrat apud Petronivm *in Satyrico*, & exemplum flagitiis plenum apud Livivm. *l.* 30. *c. 9. sequ.* Nec mirum, mulieres sic obliuisci liberorum ob nouum viri cubile, cum saepe obliuiscantur ob cubile non viri, id est, ob illegitimum concubinatum, vt commemorat I. A. Thvanvs *l. XI. histor.* de Bona Sforcia, Poloniae Regina, quam ait cuidam Papa caudae omnia bona in testamento, praeteritis liberis, reliquisse. v. omnino Pvfendorf. *l. 6. c. 2. §. 5. in fine.* Haec causa est, quamobrem matri, quae vitricum liberis asciuit, educationem denegauerint Romani. *l. 1. C. vbi pupilli educar. debeant.* & Ivstinianvs *Nouell. 22. c. 38.* non alio casu matri liberorum educationem commiserit, quam si casto & perpetuo viduitatis voto semper insisteret. Nam, vt apposite Constantinvs Imper. *in l. 22. C. de administrat. tutor.* ait: *lex non solum contra tutores, sed etiam contra foeminas immoderatas atque intemperantes prospexit minoribus, quae plerumque nouis mari-*

Digitized by Google

maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt. Quanquam GROENEWEG. *ad tit. C. vbi pupill. educar. debet,* scribat: *tetricam hanc & funestam praesumtionem, licet forte in Italos cadat, a morum nostrorum simplicitate atque integritate omnino alienam esse, eapropter hodie pupillos passim educari apud matrem, quamuis ad secunda vota transierit.* Apud Gallos multis saepe SCtis iudicatum esse, liberorum educationem matri auferri non debere, licet ea ad secundas nuptias transierit, testatur ANN. ROBERTVS. *l. 1. Rer. iudic. c. 8.* vbi rationem adducit, quia Romano iure matres filiis ex Tertylliano successerint, quod hodie saepe secus se habeat. De MESA etiam. *l. 2. var. Resolut. 25. n. 38. sequ. cum multis, quos profert,* eo inclinat, si suspicio omnis absit, mater filio non sit successura, & tam ipsa, quam vitricus, exploratae probitatis sint. Sane, veteres Germanos minus suspicaces hac in re fuisse, inde colligas, quod iis mos fuerit, apud nouercam pupillum educari, teste PROCOPIO *l. 4. Gothic.* Et sunt ex nostratibus ICtis, qui matrem secundo nubentem ab educatione liberorum suorum arceri nolunt, si vitricus sit honestae famae. v. CARPZOV. *2. Const. 11. def. 43.* Sed hoc propter viam. Ex eadem causa Romani binubae matri tutelam liberorum abstulerunt. Et pleraeque leges de secundarum nuptiarum poenis in eadem ratione fundantur. De quo alibi. Caeterum, quod hic de matre traditur, idem de patre est in *l. 4 C. Theodos. de maternis bonis.* vid. IAC. GOTHOFR. *l. 8. p. 656.*

PAROEMIA LXXII.

Ad Tit. D. de iure dot.

Eingebracht Gut ergreifft auch ererbt Gut.

VUlgo dicimus, & laudat TABOR *ad Colleg. Argent. de iure dot. §. 26.* WEHNER voce: zubringen. Ad verbum transferas: *Bona paraphernalia corripere etiam haereditate delata,* i. e. sub bonis paraphernalibus etiam comprehendi, quae per viam successionis ad vxorem sunt deuoluta. Vocabulo autem Eingebrachten Guts hic intelliguntur paraphernalia illa, quae praeter dotem vel vxor marito expresse tradidit, vt eius fiant, existente matrimonio; vel sciente ac patiente vxore maritus per multos annos administrauit. *l. 9. §. vlt. D. de iure dot. l. 8. l. vlt. C. de pact. conuent.* (Perperam WESENBECIVS *paratitl. ad tit. de iure dot.* inuita muliere maritum administrationem habere tradit, abusus *l. 21. C. de procurator.* quae loquitur de procuratione iudiciali.) Insignis paroemiae huius vis est ratione acquisitionis fructuum ex huiusmodi bonis. Nam fructus industriales maritus haud dubie lucratur, nec non naturales, qui modici sunt. *l. 15. l. 33. §. 1. l. 57. de donat. inter vir. & vxor.* TABOR. *d. l. §. 27.* v. BACHOV. *ad Treutler. vol. 2. D. 7. §. 9. B.* TESSAVRVS *Dec. 187. per tot.* MEVIVS *ad ius Lubecens. part. 2. tit. 2. art. 12. num. 153. sequ.* BRVNNEM. *ad l. 17. C. de donat. tutor. tit. & vxor.* MENOCH. *l. 3. praesumt. 9.*

Sub bonis paraphernalibus etiam haereditate delata comprehendun-tur.

PAROEMIA LXXIII.

Ad Tit. D. de iure dotium.

Theuer im Sack, theuer wieder heraus.

HOc prouerbium inter familiae herciscundae arbitros, unter den Theil-Richtern, in Ducatu Würtembergico natum esse, obseruauit LAVTERB. *de periculo rer. in societ. coniugal. illat. §. 54. n. 12.* quo innuitur, si pretia rerum in societatem coniugalem illa-

Aestimatio rerum, in societatem coniugalem illatarum,

Digitized by Google

creſcens vel decreſcens lucro vel damno eſt coniugi.

illatarum conſtante matrimonio augeri vel diminui contingat, totum illud lucrum vel damnum ad coniugem, qui eas res intulit, pertinere. Et ſane id in locis omnibus, vbi ſocietas bonorum inter coniuges vſitata eſt, (niſi vniuerſarum fortunarum ſit, ſiue ſpecialiter inita, quod non praeſumitur) obtinere, rationis eſt.

Ad Tit. D. de pact. dotalib.

PAROEMIA LXXIV.

Kinderzeugen bricht Eheſtifftung.

Natiuitas liberorum rumpit pacta dotalia, in modum vltimae voluntatis facta.

ALii ita efferunt: Kinder tauffen bricht Eheſtifftung. Lynckervs *analect. ad Struvium tit. ſolut. matrimon. §. 49.* Pertinet autem ad pacta dotalia, in modum vltimae voluntatis facta, quippe quibus ſemper ineſſe videtur conditio, ſi *ſine liberis*, ſiue *ἀπαιδίας*: quoniam teſtamenta agnatione ſui rumpuntur. §. 1. *I. quib. mod. teſtam. infirm.* Hahnivs *de iure rerum c. 9. num. 12.* Si tamen liberi nati viuis parentibus decedant, reuiuiſcunt pacta dotalia. arg. *l. 12. pr. de iniuſto, rupt. & irrit. teſtam.* Hahn. *d. l.*

Ad Tit. D. de agnoſcend. & alend. liberis.

PAROEMIA LXXV.

Ein Vater kan eher zehen Kinder ernähren, als zehen Kinder einen Vater.

Liberi parciſſimi eſſe ſolent in alendis parentibus; illis tamen iudex indulgere haud debet.

NOs prouerbio dicimus, ait Vitvs Amerbachivs *interpretat. in Phocylid. p. 105. Vnus pater facilius poteſt alere decem liberos, quam decem liberi vnum patrem.* Nimirum natura ſic eſt comparatum, vt & magis amentur liberi, quam parentes, & plus eis, quam parentibus, debeatur. Nam, vt recte Philoſophi docent, quod ex nobis naſcitur, velut pars quaedam eſt noſtri. Ergo, ſicut vnusquisque ſe maxime omnium natura amat, ita ſecundum ſe liberos amat plurimum, vt ſui partem aliquam. In *l. final. C. de curator. furioſor.* eſt: *Nullum affectum vincere paternum.* Et parentes cenſeri magis amare perſonas liberorum, quam proprias, colligunt 'Cti ex *l. 8. in fine quod metus cauſ.* Vvlteivs *1. conſ. Marpurg. 29. num. 78. & 94.* Hinc poſt Salomonem *Prov. V, 16. 17.* & Siraciden XXXIII, 20. monet Reinking. *l. 3. Bibl. Policey ax. 51.* Man muß ſeinen Kindern und Nächſten alſo helffen, daß man ſelber bey Brodte und Nahrung bleibe, die ordentliche Liebe fähet von ſich ſelber an, und thut alſo einem andern Guts, daß Sie ihr ſelber darüber nicht vergeſſe. Es pflegen gar offt Eltern aus ſonderbarer, zuweilen gar zu groſſer, Liebe ihre Güther zu übergeben, und hernacher Ihnen in die Hände zu ſehen, aber es hat ſolche Unvorſichtigkeit viele gereuet, und haben ſich gar ſehr dabey betrogen gefunden. Die Liebe, ſprechen die Philoſophi, iſt ex genere grauium, ſie ſteiget mehr abwerts, von den Eltern auf die Kinder, als aufwerts, von den Kindern auf die Eltern. Ein Vater kan viele Kinder ernähren, aber vielen Kindern wird es ſchwer und ſauer, einen Vater zu unterhalten. Etliche Eltern handeln vorſichtiger, daß ſie zwar ihre Güther den Kindern übergeben, behalten ſich aber ein

Refer-

Digitized by Google

Reſeruat oder Auszug bevor, wiewohl ſolches auch nicht allemahl, wie der Fälle viele erlebet, gerathen, und deßwegen groſſer Streit zwiſchen Eltern und Kindern erwachſen. Interim iudicis eſt, non indulgere malitiae liberorum, ceu quos non tantum ius diuinum *Geneſ. XLVI*, 47. *Exod. XX*, 11. *I. Timoth. V*, 8. ſed & Romanum *l.* 5. §. 4. 10. *D. de agnoſcend. & alend. liber. l.* 9. *D. de condit. inſtit. l.* 50. *ad SCt. Trebellian. l.* 5. *C. de patria poteſt.* ad alendos parentes adſtringit. Aiunt Hebraei, vel in piſtrino filium laborare debere, vt ſubueniat parentibus. LESBONAX: Iuſtum eſt, liberos parentibus, a quibus nutriti ſunt, praemia nutritionis reddere, ἀντιγηροτροφῆσαι. In inſcriptionibus Romanis GRVTERI *p.* 656. laudatur puer aetatis caſtae, Geruntius alumnus, & quod fuerit *maternae ſenectutis alendae ſtudioſus.*

PAROEMIA LXXVI.

Ad Tit. D. de tutelis.

Es wird nie kein treuer Vormunder gefunden.

EST prouerbium Germanorum, ait CYPRAEVS *de ſponſalibus c.* 6. §. 9. *num.* 13. Ante dixerat: *In tutoribus & curatoribus rarior eſt fides.* HERING. *de molend. quaeſt.* 50. *num.* 28. WEHNER voce Gerhaber, vbi ſimilia prouerbia adfert. Vormünder. Hinc Maximilianus II. Imperator Gerhaber, Auſtriaco idiomate tutores dictos, Gernhaber appellare ſolitus fuit: Alii in voce Germanica Vormunder ita ludunt, daß Sie ihren Pfleglingen das Brodt vor dem Munde abſchneiden. Hinc alia paroemia: der Pfleger Treu wird nicht mehr neu. D. ab EYBEN *Diſqu.* 4. *ad Inſtit. obſ.* 4. v. HENEL. *otio Wratisl. c.* 1. At nimis generaliter & iniurioſe CYPRAEVM prouerbium, de quo agimus, allegare, ſcribit A. *Parthenii Litigioſ. l.* 1. *c.* 3. *num.* 36. ANT. HERING *de molendin. quaeſt.* 50. *num.* 28.. Et tamen vera eſt haec paroemia vt plurimum. Saepe, ait ADLZREITER. *part.* 2. *Ann. Gent. Boj. l.* 5. §. 10. illa ipſa, quae ius humanum & amor poſteritatis aetati immaturae conſtituit, praeſidia in eius cedunt perniciem; dum tutorum fraudibus luditur in orbitatis damna ex pupilli ſpoliis, & ſaepe euertitur, quod omni ope eſſet erigendum. MORHOFIVS *epigrammat. Selectis p.* 815.

Nuſquam tuta tutorum fides.

Fallit, tutores qui dixerit eſſe dativos,
Eſſe ablativos, nemo negare poteſt.

Lubricum tutelae dixit PAPINIANVS *l.* 3. §. 3. *D. de vſur.* Quo magis laudanda populorum inſtituta, quae ſollicitam de pupillis curam, tam enixe diuinis literis commendatam, (v. Exod. XXII, 22. ſeq. Iob. XXII, 9. 18. Ierem. XXII, 3.) habuerunt, & officium tutorum accurate circumſcripſerunt.

Digitized by Google

PAROEMIA LXXVII.

Viel Köch verſaltzen den Brey.

SIVE

Bey vielen Hirten wird übel gehütet.

A pluribus res male geritur.

EXtant apud Schottelivm *l. 5.* der Teutſchen Haupt-Spr. *tr. 3.* Reinking. *l. 1. de Regim. ſecul. & eccleſ. c. l. 1. c. 1. num. 25.* Lavterbach. *de honorario tutore* §. 12. Sententia eſt: *a pluribus rem male adminiſtrari:* ſiue, *minus recte curari, quae committuntur multis*: quoniam ſaepius diſſenſione aut aemulatione ſe inuicem impediunt, aut alterius operae mutua praeſumtione aut fiducia ceſſant omnes. Adhaec magis latent fraudes. Haec ratio eſt, quare apud Romanos Praetor operam dederit, vt per vnum tutela adminiſtraretur, non per plures ſpargeretur: ſane enim facilius tutor vnus & actiones exercet & excipit, ait Vlpianvs *l. ſi plures 3. §. 6. de adminiſtrat. & pericul. tutor.*

Ad Tit. D. de acquir. vel omitt. haered.

PAROEMIA LXXVIII.

Wer einen Heller erbt, muß einen Thaler bezahlen.

§. I.

Haeredes in re minima ad aes alienum omne obligantur.

GErmanorum hoc prouerbium, quod laudat Ampliſſimus D. Mollenbecivs b. m. *centur. 2. diuiſ. iuridic. 67. num. 19.* ad verbum reddas: *ex obolo haeredem ad thalerum etiam ſoluendum obſtringi.* Idem Romano iure conſtitutum fuit, *l. 8. D. de acquir. vel omitt. haeredit. l. 23. D. ſolut. matrim. Nov. 1. c. 2. §. 2. v.* & locus Chrysost. apud Grot. *ſparſ. flor. p. 54.* Quo reſpectu vtique non errant (quod putauit Bachov. *D. 6. de action. §. 5.*) ſtatuentes, haeredem creditoribus ex quaſi contractu obligari. v. Lavterbach. *Diſſert. de tranſ. act. §. 5.* conf. omnino Frantzk. *3. reſolut. 6. num. 38. ſeqq.* Hinc haeres adeundo debitum ſubire, in *l. 1. D. de autorit. tutor.* & apud Ambrosivm *2. offic. 15.* dicitur, & quaſi contrahere, in *l. 3. §. vlt. l. ſequ. quib. ex cauſ. in poſſeſſion. eatur.* conf. Dio Chrysost. *orat. 31.* Nam ſecundum ius naturale merum obligatio haeredis vltra quantitatem rerum haereditariarum non extenditur. Hoc enim aequitati quam maxime congruit, vt recte docet Pvfendorf. *lib. 4. de Jur. Nat. & Gent. c. 10. §. 8. & c. 11. §. 19.* Verum Romani & noſtrates, praeviſis fraudibus innumeris, ſi pro modo haereditatis aes alienum diſſolui poſſet, *ius* illud introduxerunt. Quod cum durum videretur Ivstiniano, reducturus iuris naturalis aequitatem, conſtituit: ne confecto inuentario, fraudium euerriculo, vltra vires haereditarias onera ac debita haeredem ſequerentur.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Liquet hinc, neque ex iure nostro, neque secundum mores admitti posse sententiam MEVII *part. 2. ad I. Lubec. tit. 1. art. 6. num. 5.* PEREZ. *in Cod. de Iure delib. n. 12.* & aliorum, qui haeredes, etiam non confecto inuentario, absoluunt, si creditores aut legatarii norint & fateantur, haereditatem non esse soluendo. v. *l. f. §. 14. C. de Iur. deliber. d. Nou. 1. c. 2.*

Licet creditores aut legatarii fateantur, haereditatem non esse soluendo.

§. III.

Ex dictis etiam intelligi potest, qua ratione verum sit illud: *Haeredem cum defuncto pro eadem persona haberi. Nou. 48. pr.* BARBOSA locuplet. *voce haeres*, hoc est, haeredem defuncti personam referre, & eiusdem iuris potestatisque esse, cuius fuit defunctus. *l. 59. de R. I. l. 149. D. eod. l. 14. C. de euict. l. si ab eo 7. C. de liberali causa l. 10. C. de solut.* Quod cum H. GROTIVS *l. 2. de I. B. & P. c. 14. §. 10. l. 3. c. 2 §. 1. ipsi rerum dominio coaeuum, siue cum dominiis rerum introductum esse* dicat, id secundum ante dicta debet intelligi. Quanquam praeter illam, quam attuli, adhuc aliae sint exceptiones. Nam (1) id procedit in bonis, non in meritis, quae personalia sunt. *l. si poenam 20. D. de poen.* H. GROTIVS *l. 2. c. 21. §. 19 & l. 3. c. 19. §. 5.* (2) Si quis pro parte haeres est, tantum pro illa parte eiusdem cum defuncto iuris censeri debet. *l. 14. C. de Rei vindicat.* v. NICOL. BVRGVND. *de euict. c. 69. num. 4.* PINELLVS *l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 79.* (3) Si negotium est nullum, obligatio non transit in haeredem. v. *c. constitutus 8. X. de restitut. in integr.* idque certi est iuris, si negotium simpliciter est nullum. Quid, si nullum certo respectu? v. NICOL. BVRGVND. *d. l. c. 101.* Multa alia eximia annotari possent, sed prolixior iusto essem, si amplitudini materiae vellem obsequi. v. TIRAQVELL. *de iure connub. gloss. 9. num. 47. seq.* AFFLICT. *Dec. 112.* DECIAN. *5. conf. 131.* CACHERAN. *Dec. 180.* VVLTEI. *3. conf. 21. n. 22. sequ.* ANT. FABER *tit. C. de haered. action. def. 4. Consult. Hollandic. part. 2. conf. 113.* BRVNNEM. *conf. 36.*

Haeredem cum defuncto pro eadem persona haberi. Explicatur regula: haeredem eodem iure censeri, quo defunctus.

PAROEMIA LXXIX.

Der Todte erbt den Lebendigen.

Ad Tit. D. de acquir. vel omitt haeredit.

§. I.

VVlgatum dicit Collegium Iur. Argentorat. *ad tit. de acquirend. vel amitt. possess. §. 12.* Simile Belgarum: *De Dode erft den Levenden.* v. CVRTIVS 1. *eixac. 6.* GROENEWEG. *ad l. 14. de suis & legitim haared.* Accuratius efferunt Galli: *le mort saisit le vif.* i. e. *mortuus transfert possessionem rerum haereditariarum in superstitem.* Saisir autem haud dubie est vox Germanicae originis a sätzen vel säſſ n, hinc Erbſaß, Landſaß. In Iure Municipali Bruxellensi est, titulo *van den successien ende verstarf. art. 274. De doode erft ende saisert den Levenden.* In Charta Caroli, Francorum & Nauarrae Regis, A. 1322. apud AVBERTVM MIRAEVM *l. 2. Diplomat. Belgic. c. 82.* Robertus, Roberti Flandriae Comitis filius, dicebat, *se esse saisitum per consuetudinem patriae notoriam, quod mortuus saisit viuum, de Comitatu & patria Flandriae.* Hanc consuetudinem esse in quibusdam Germaniae Ciuitatibus, testatur GIPHANIVS *in l. 3. pr. D. de acquir. vel amitt. possess. n. 25.* nominatim de Colonia Agrippina HERMANNVS HERMES

Haeres ipso iure succedit in possessionem defuncti.

ad tit. D. de acquir. vel omitt. haeredit. memorans eius Statutum his verbis: Daß der Beſitz aller beweg- und unbeweglichen Allodial-Lehen oder Churmötigen Güter, Häuſer, Erbſchafften, Zinſen, Fahren und Renthen, welche der Abgeſtorbene auf Zeit ſeines Hinſcheidens eingehabt, beſeſſen und nachgelaſſen, nichts davon ausgenommen, auf deſſen inſtituirte oder ſonſten von Rechts- und Gewohnheit wegen rechte an- und abweſende Erben ab inteſtato ohne einige vorhergehende ſonderbare Apprehenſion verfolgen und continuiren, auch niemand von auswendigen, was, weſſen Stands oder Condition er ſeye, bey 100. Goldfl. und anderer arbitrari-Straf ſich gelüſten laſſen, ſolche heimlich oder öffentlich anzugreiffen und einzunehmen. Idem ſancitum *Ordinat. Politic. Magdeb. c.* 44. §. 15. Antiquitatem huius iuris ex iuribus Germaniae priſcis, *Alemannico c.* 264. *Saxonico l.* 3. *art.* 83. erudite demonſtrauit Ioan. Schiltervs *Ex. ad Digeſt.* 15. §. 11. *& ſequ.* & *Ex.* 30. §. 105. Proinde, conſuetudinem illam eſſe validam, dubitari nequit. v. Gailivs *de Arreſt. c.* 12. *n.* 16. Mynsing. 3. *obſ.* 39. prolixe Clvdivs *c.* 3. *Rerum quotidianar. n.* 14. *& ſequ.*

§. II.

Huic conſequens eſt, haeredi tam retinendae, quam recuperandae, remedia competere.

Paroemiae huius conſequens eſt, haeredi, in quem ipſo iure continuatur poſſeſſio defuncti, remedia tam recuperandae aduerſus inuaſores, quam retinendae aduerſus turbantes, competere. Tiraqvell. *tract. le mort ſaiſit le vif in praefat. declarat.* 6. *n.* 15. Postivs *de manut. obſ.* 55. *n.* 54. & quos profert Mevivs *part.* 2. *I. Lubecenſ. tit.* 2. *art.* 27. *n.* 6. *ſequ.* Atque in hoc etiam fundatur (non ſane in iure Romano) aſſertio Gailii *de Arreſt. c.* 1. *n.* 22. *& c.* 11. *n.* 8. *&* 33. quam iuri diuino, naturali rationi & ciuilibus legibus conſentaneam, ſcribit Ernest. Cothmann. 2. *Reſponſ.* 55. *n.* 44. *ſequ* probat Mevivs *part.* 3. *Dec.* 135. *& Dec.* 189. *ab init. & de arreſt. c.* 6. *num.* 37. *ſequ* poſt mortem poſſeſſoris illico eius bona inuadentes non eſſe in cauſa poſſeſſionis potiores illis, quos ordo ſucceſſionis vel propius vel ex aequo contingit. Caeterum haec paroemia etiam in regnis, quae ſucceſſione deferuntur, obtinet. v. Limnaevs *ad A. B. p.* 250.

Ad Tit. D. de option. legat.

PAROEMIA LXXX.

Der hat Chur, hat Angſt.

SIVE

Die Wahl hat Quaal.

Optio eſt anxia, quoniam poſt eam poenitere non licet.

Profert Schottelivs *l.* 5. der Teutſchen Haupt-Sprache *tr.* 3. ea ſignificatur: *Optionem eſſe anxiam.* Nec immerito: impedit enim ſaepe, quo minus variare liceat. Nimirum *electio, quae facta ſecum trahit executionem, variationi locum non relinquit. l.* 4. §. 2. *l.* 7. *D. de lege commiſſor. l.* 35. *D. de condict. indebit. l.* 106. *de V. O. l. final.* §. 14. *C. de iure deliberandi.* Eligens vnum ex duobus incompatibilibus non poteſt non alteri renunciaſſe. v. *Diſſ. de iure circa caut. Socin.* §. 23. Iason apud Evripidem *in Medea*:

Αὐτὴ τὰ δ' ἔιλω. μηδὲν ἄλλον αἰτιῶ.
Tu haec ipſa elegiſti: nullum alium accuſa.

Qvintil. 309.

Bis optare vis, quod etiam ſemel multum eſt;
Emiſſa vox eſt, poteſtatem tuam ipſe finiſti:

Sene-

Digitized by Google

SENECA *l. 3. controu. 8. Ad legem raptatoris aut mortem aut indotatas nuptias optet.* Optio semel puellae datur, immutabilis est semel emissa. Addit: Nunquam constabit, quid futurum sit cum illa, si, quod optauerit, possit sequenti semper optione rescindere. *p. 237.* Sic, qui elegit, cui facultas optionis relicta, non potest postea mutare voluntatem, vt aliam sumat rem, quoniam ius omne legati prima testatione, qua se dixit sumere, consumsit, vt est in *l. apud Ausidum 20. D. de optione legata.* v. omnino MOLLER. *5. Semestr. 26.* Idem est in electione ex obligatione alternatiua. v. CHRISTINAEVS *1. Dec. 124.* BRVNNEM. *ad l. 66. de procurator.* Sic in mulieris, quae dotem marito intulit, arbitrio est, an dotem illatam repetere, an vero, vt dotalitium sibi congruum assignetur, petere velit: optione autem semel facta, variationi amplius locus non est, vt pluribus docet NICOLAVS HENELIVS *de dotalit. c. 4. §. 23.* add. CARPZOV. *p. 3. const. 20. def. 44.* HEESER. *part. 2. de acqu. coniugal. loc. 16. n. 177. sequ.* Alia exempla habet MEVIVS *part. 7. Dec. 370.* & *part. 9. Dec. 147.*

PAROEMIA LXXXI.

Ad Tit. D. quis ordo in possession. seruetur.

Es ist nichts liebers, als Kindes-Kind.

§. I.

TRitum apud Germanos prouerbium, teste CYPRAEO *de sponsal. c. 3. §. 4. n. 12.* quo significatur, summam esse affectionem & στοργὴν aui in nepotes & neptes, etiam paterno affectu maiorem. Consonat illud Hebraeorum apud I. DRVSIVM *Dec. 2. Adag. Ebraic. 8. Filii filiorum* (i. e. nepotes) *tanquam filii.* CALLISTRATVS *l. 220. §. 3. de Verb. signif. Non possumus dulciore nomine nepotes nostros, quam filii, appellare. Etenim idcirco filios filiasue concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumue diuturnitatis nobis memoriam in aeuum relinquamus.* conf. *l. 34. C. de inofficios. testam.* Hoc, cum subitio in locum siue repraesentatio etiam inter liberos apud veteres Germanos ignoraretur, causam dedit haud dubie edicto Childeberti Regis, qui eam primus in Franciam introduxit, & in Transrhenanas partes Otho, Henrici filius, teste WITICHINDO *libro 2.* & SIGIBERTO *in Chronic. ad A. DCCCCXLII.* vbi tamen pro *patruis* mendose legitur *patribus.* Adde *legem Longobard. l. 2. tit. 14. §. 18.*

Amor parentum in nepotes est tenerrimus siue vehementissimus. Hinc ius repraesentationis, quod vocant, siue subitionis in locum.

§. II.

Ex ratione paroemiae huius etiam fluxit, liberos rogatos restituere non aliter ad hoc adstringi, quam si sine liberis moriantur, idque propter pietatis coniecturam. *l. 102. D. de condit. & demonstrat. l. 30. C. de fideicommiss.* Porro, si fideicommissum fauore familiae conseruandae factum, sub filiis etiam nepotes comprehenduntur, v. BRVNNEM. *cent. 2. Dec. 74. n. 6.*

Hinc petenda ratio l. 30. C. de fideicommiss.

PAROEMIA LXXXII.

Ad Tit. D. quis ordo in possess. seruet.

Gleiche Brüder, gleiche Kappen.

IDem dicit, quod Imper. PHILIPPVS *l. 11. C. famil. herciscc. Inter filios & filias bona intestatorum parentum pro virilibus portionibus aequo iure diuidi oportere, explorati iuris est.* Quod

Fratribus aequales portiones debentur.

Digitized by Google

Quod ius aliqui ex ipsa naturali ratione deducunt. v. plur. MAVRITIVS *part. 2. conſ. 1. n. 4.* Et concedi hoc poteſt de illo iure naturali, quod eſt pro certo rerum ſtatu. Enimuero, vbi lex ciuilis intercedit, id iuris naturalis eſſe deſinit. v. PVFENDORF. *l. 4. c. 11. § 8. circa finem.* Hinc dubitandum non eſt, ius, quod vocant, primogenituraе, vbi ex lege ciuitatis obtinet, iniuſtitia carere. v. MAVRIT. *d. l. n. 6. ſeq.* Quanquam legem Anglorum, quae minores natu in plerisque prouinciis ab haereditate excludit, multis rationibus impugnet ROBERTVS SHARROCKIVS *de offic. ſec. ius. natur. c. 13. n. 4.* v. omnino PVFENDORF. *l. 3. c. 2. § 5.* vbi etiam elegans locus ARISTOTELIS.

Ad Tit. D. quis ordo in poſſeſſion ſeruetur.

PAROEMIA LXXXIII.

Je näher dem Sip, je näher dem Erbe.

§. I.

In linea transuerſa propior gradu praefertur caeteris in ſucceſſione, ſed aliter Saxonico vetere, aliter communi iure.

VTitur hac paroemia poſt MANZIVM TABOR *Partition. Elementar. p. 125.* STRYCKIVS *Diſſert. 3. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 3. §. 3.* Eſt autem ſententia: *Proximiorem gradu praeferri caeteris in haereditate.* Quae vti in linea transuerſa tantum obtinet, ita, ſi ex iure Saxonico, vnde nata (v. SPECVL. SAXON. *l. 1. art. 3. & art. 17.*) explicetur, ſine diſtinctione locum habet. Eo enim a fratribus germanis fratrum praedefunctorum liberi excluduntur. Hinc *Receſſ. Imperii Wormatienſis An. 1521. §. item* als auch hiebevor 17. & Edictum Caroli V. Norimbergae eodem Anno 28. Nouembr. von dem Regiment promulgatum, apud Saxones non obtinet; quoniam Elector & caeteri Principes Saxoniae protinus contra illam Imperii Conſtitutionem proteſtati ſunt, teſte SCHNEIDEWINO *ad Inſtit. in tertio ordine ſuccedendi n. 14.* Si vero ad ius Iuſtinianeum exigatur, ei demum locus ſit, ſi neque fratres defuncti, neque fratrum liberi, vel ſoli, vel cum *illis concurrentes*, inueniantur. In reliquis enim nulli repraeſentationis iuri locus eſt, adeoque ſola gradus proximitas attenditur. In cuius tamen aeſtimatione minus exercitatos ſaepe errare, non imprudenter monet BRVNNEM. *ad d. l. 6. C. commun. de ſucceſſ.*

§. II.

Proximitas illa indiſtincte ad iuris habet.

Hi ergo ſiue foeminae, ſiue maſculi, tam cognati, quam agnati, tam ex vno latere, quam vtrinque coniuncti, ſine differentia bonorum, vnde prouenerint, cernunt haereditatem & in capita ſuccedunt. STRVVIVS *Ex. 38. §. 35.* Vnde, cum aliquando quaereretur de ſucceſſione defuncti compatruelis, quando concurrebant compatrueles tam ex vtroque, quam vno latere coniuncti? exiſtimantibus nonnullis, hos ab illis prorſus excludi per *Nou. 118. c. 15.* rectius Collegium Iuridicum huius Academiae, vt & Marpurgenſes ICti, cenſuerunt, inſuper habita duplicitate vinculi, omnes in capita admittendos eſſe, per *l. 2. §. 2. de ſuis & legit. haered. l. 1. §. vlt. ſi pars haered. petat. l. pen. in fin. C. de legitim. haered.* quae leges iure Nouellarum diſerte non correctae, merito ad decisionem cauſarum adhibentur. Vt dicitur in dem Solmiſchen Land-Recht *part. 2. tit. 27. §. 10.* HARPRECHT. *ad pr. I. de haered. quae ab inteſtat. defer. n. 423. & ſeqq.*

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Hinc etiam dubites de sententia CARPZOV. *p. 3. Const. 18. Dec. 26.* & STRVV. *d. l.* in fin. affirmantium, si persona aliqua duplici ratione defuncto coniuncta sit, (veluti sit patruelis & consobrinus neptis ex auunculo magno & neptis ex amita magna) duas eam haereditatis partes accipere. (Wann e. g. zwey Brüder zwey Schwestern hätten zur Ehe gehabt, und des einen Bruders Kind verstürbe, bekäme des andern Bruders Kind zwey, und des dritten Bruders Kind nur ein Theil.) Nam, si in hoc collateralium ordine causa proxima & adaequata non est vinculi ex sanguine qualitas, sed quantitas, seu graduum aequalis distantia, parque ratio, secundum allegatas ante leges, geminatum sanguinis vinculum quid hoc loco proficere queat, non video. Vide inprimis contra illam CARPZOVII sententiam differentes Ill. EYBEN. *Disqu. 12. ad Instit. obs. vlt.* vbi alia non infirmiora argumenta subiicit. BRVNNEM. *ad l. 40. de legat. 3.* vbi memorat, pro nostra sententia ICtos Francofurtenses pronunciasse. conf. EVNDEM *cent. 1. Dec. 20. Dec. 66.* Sane in *d. l. 40. de legatis 3.* qua CARPZOVIVS pro sua sententia vtitur, duae portiones non ex duplici sanguinis vinculo; sed vna ex hoc, altera ex codicillis deferuntur, vt recte vidit DE SOVSA *Decis. Lusitan. 1.* Add. RITTERSHVS. *ad Nouell. part. 7. c. 13. n. 15.* IOAN. A SANDE *l. 4. tit. 8. def. 2.*

Etiamsi vna personarum duplici vinculo defuncto sit coniuncta.

§. IV.

Caeterum in regionibus quibusdam Germaniae paroemia haec vsum non habet, vbi ius reuersionis (vt vocat GVILIELMVS RANCHINVS *ad §. 14. I. de succeff. ab inteſtat.*) vulgo das Rückfalls-Recht, ad familiarum conseruationem introductum, vt bona redeant, vnde processerunt. In Frisiorum Comitiis, Anno 1323. Vbstallesbomi habitis, decretum apud VBBONEM EMMIVM *l. 13. Rer. Frisicar. In praediis emendis & vendendis ius proximitatis valeat, habita ratione eius lineae, a qua illa prouenere. Idem in adeundis haereditatibus seruetur, nisi aliter testamento defuncti fuerit cautum. Contra facere praesumens in mulctam XX. marcarum incurrat.* Postea in LL. Frisiorum Amasanis, ab Ezardo I. Frisiae Comite reformatis, statutum *l. 2. tit. 135. 138. 154. 165. sequ.* Alles Erb-Gut fällt wieder auf die Seiten, woher es erstlich ausgekommen ist, und nicht auf die Sielbeste oder nächste Freunde, daher es nicht auskommen ist. Idem ius est in Ducatu Iuliacensi & Comitatu Marcano. v. *Dissert. de collision. LL. sect. 4. §. 26.* Gallorum moribus bona transferri ad lineam, vnde bona processerunt, adeo, vt frater, certe quoad bona illa, abs septimi aut noni gradus agnato excludatur, memorat NICOLAVS VALLA *tr. 5. de reb. dub. n. 4.* GROT. *ad Num. XXVII. 10.* Nota, inquit, Hebraeo more patruos fratrum filiis praeferri, vt propiores ei, a quo bona venerunt; idem mos per Phoenices in Africam venit. v. *quae a nobis notata de I. B. & P. l. 2. c. 7. §. 24.* In regnis paroemia nostra an valeat, non adeo dictu est facile. Quemadmodum discere possumus ex controuersia successionis Lusitanicae, cuius summam ex integris voluminibus contractam exhibet CAMDENVS *p 3. Hist. Elisabethae ad A. 1581. p. 337.* De feudis videatur STRVV. *c. 9. Syntagm. feudal. aph. 7. n. 3.* STRYCKIVS *Diss 3. de succeff. ab inteſtat. c. 2. §. 10. sequ.* Caeterum hoc loco non praetereundum, proximitatem, de qua loquitur paroemia, attendi tempore mortis. v. BRVNNEM. *ad l. 1. vnde cognati.*

In quibusdam Germaniae regionibus ius aliud obtinet. Obiter attingitur, quid in regnis, quid in feudis iuris sit.

Digitized by Google

Ad Tit. D. quis ordo in posseſſ. seruetur,

PAROEMIA LXXXIV.

Die halbe Geburt tritt ein Glied weiter.

§. I.

Fratres vnilaterales gradu vno sunt inferiores ambilateralibus.

VVlgatum vocat Stryckivs *Dissert. 3. de succeſſ. ab inteſt. c. 3. §. 6.* Sententia est: *Fratres vnilaterales gradu vno inferiores esse ambilateralibus.* Hinc fratres vnilaterales cum ambilateralibus ad haereditatem fratris non admittuntur. Atque hactenus iuri Iustinianeo congruit *Nouell. 118. c. 3. verſ. vnde consequ.* Quod vero fratres vnilaterales cum Germanorum liberis aequaliter succedant, est ex iure Saxonico. v. Carpzov. *3. const. 18. def. 10.* Eoque inprimis respicere videtur paroemia haecce Saxonibus nota. Adde Brvnnem. *cent. 1. Dec. 29.* Frantzkivs *ad Inst. de succeſſ. ab inteſtat. c. 11. n. 48. sequ.*

§. II.

Adducitur paroemia Belgica.

Apud Belgas obtinet paroemia: **The Naeste in the Bloede, the Naeste in the Goede.** *Qui sanguine proximus, idem & succeſſione.* Cuius si sententia est, quam ei tribuit Wissenbach. *diss. de different. theor. & praxeos §. 73.* fratres, geminatione insuper habita, adeoque promiscue succedere, eique consuetudinem quarundam Hollandiae partium suffragari, teste H. Grotio *lib. 2. Isagog. iurispr. Holland. c. 28. verſ. Volle ossie halve*; contrariatur paroemiae nostrae.

Ad Tit. D. de acquir. rer. domin.

PAROEMIA LXXXV.

Dein Fund, mein halb.

§. I.

Inuenta secundum paroemiam hanc inuentoribus sunt communia.

FRequens est haec acclamatio inter itineris socios, alterutro eorum occupante, *quod* alter prius conspexit, vt prouerbii indolem induisse videatur non *tantum apud nos*, sed & Romanos. Quemadmodum ex illo Phaedri *5. fab. 6.* intelligere licet.

Inuenit caluus forte in triuio pectinem,
Accessit alter aeque defectus pilis,
HEIA, *inquit*, COMMVNE QVODCVNQVE EST LVCRI.

Fuit & Graecorum prouerbium: Κοινὸς Ἑρμῆς. Mercurius enim & lucri & viarum Praeses habebatur. De quo Erasmi adagia videantur.

§. II.

Modo rerum inuentarum ignoretur dominus.

Ante vero, quam de hoc dicamus, praelibanda erunt nonnulla de inuentione in vniuersum. Est haec vel rerum nullius, de quibus v. § 18. *& § 40. I. de R. D.* vel rerum amissarum siue deperditarum. Ad quas *l. 43. §. 4. de Furtis* pertinet. *Qui alienum quid iacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur, siue scit, cuius sit, siue ignorauit; nihil enim ad furtum minuendum facit, quod, cuius sit, ignoret.* conf. *l. 3. de incend. ruin. naufrag.* Specvl Saxon *l. 2. art. 29.* Seneca *ep. 120.* Quod si tamen ignoretur Dominus, nec proposito libello, vt fieri moris erat apud Romanos, vel post publicam praeconis vocem quisquam compareat, non dubito, quin & huiusmodi res acquirantur occu-

Digitized by Google

occupatione. Bene GROTIVS: *Ex dominio*, inquit, *nemo ius habet praeter dominum. Non esse autem, & non apparere, tantundem valent quoad eum, cui non apparet 2. de I. B & P.* 10. §. 11. quanquam, vt plena sit acquisitio, accedere vsucaptionem oporteat. Quemadmodum recte docet TABOR *Rac.* 2. §. 36. Neque vero legibus nituntur, etsi pie moneant, qui huiusmodi res in vsus alimoniamque pauperum conferri volunt. Nam *auth. omnes peregrini C. commun. de succeff.* quam allegant, de peregrino, qui intestatus decessit, loquitur, cuius bona deficiente haerede legitimo in vsus pauperum cedere debent, non autem hospiti acquiri, ne occasio ei detur, violandi iura hospitalitatis, vel testandi libertatem auferendi. Vt pluribus disserit FR. SARMIENTVS *l. 6. Select. Interpr. c.* 10. Add. DOM. A SOTO *l. 5. de Iust. quaest. 3. art. 3.* NICOL. BVRGVNDVS *tract.* 11. *ad Consuet. Flandr. n.* 1. *& sequ.*

§. III.

Enimuero, vt repertae res acquirantur, opus est apprehensione & occupatione. Quoniam initium possessionis est corporis ad corpus adiunctio, qualis circa res mobiles maxime fit manibus, circa res soli pedibus. Vti recte GROTIVS philosophatur *l.* 2. *c.* 8. §. 6. conf. *l.* 1. §. 1. *l. 3. pr. & §. seqq. l.* 8. *de acquir. vel amitt. possession.* Qua in re nobilissima est decisio vetus in causa Andriorum & Chalcidensium apud PLVTARCHVM *in Quaestionibus Graecis.* Vtrisque in Thraciam profectis, nouarum sedium quaerendarum causa, renunciatum est, Barbaros Acanthum reliquisse. Speculatores bini, quorum Andrius alter, alter Chalcidensis, electi, fuga & solitudine satis animaduersa, coepere cursu contendere, vter vrbem pro derelicto habitam prior occupando acquireret. Chalcidensis, cum vinceret pernicitate, Andrius hastam eiaculatus portis infixit. Hic iaculo, ille corpore praeueniisse, exclamat. Dissensione hinc orta, arbitri asciscuntur Erythraei, Samii, ac Parii. Vicere Chalcidenses numero sententiarum. Nam pro iis censuerunt Samii, & Erythraei, pro Andriis autem Parii. Pro Chalcidensibus dici poterat, vrbem obsessam non ideo fieri hostis, licet vel mille tela in eam miserit. Rationes vtrinque exhibet PATR. AERODIVS *l. 5. Pandect. rerum iudicat. tit.* 21. *c.* 1. Ex eodem principio Angli A. 1656. bellum Hispanis facturi inferebant: *Detectionem terrarum, & quod Hispani insulis, fluminibus, promontoriis Americae vocabula imposuerint, non apprehensa simul & seruata locorum possessione, inanem esse titulum, cui nullum ius superstrui possit*, apud PVFENDORFIVM *l. 6. Rer. Brandeb.* §. 11. add. THVANVM *l.* 71. *ad A.* 1580. *p.* 340. CAMDENVM *ad d. A. p.* 347. Quare nec oculis rem notasse, aut prius vidisse, sufficit; sed, qui prior apprehendit & occupauit, habebit. Vt plerique Interpretes, quorum nomina cumulauit HARPRECHTVS *ad* §. 18. *I. de rerum diuis.* tradiderunt. Neque negotium nobis facessit *l.* 2. §. 21. *de Acquir. vel omitt. possess.* cuius haec sunt verba: *Non est corpore & actu necesse, apprehendere possessionem, sed etiam oculis & affectu.* Nam loquitur de acquirenda possessione, intercedente alterius traditione. Puta, si quis rem mihi traditurus est, & in meo conspectu poni iubeo; licet enim corpore meo non contingam, tamen solo aspectu possessionem acquiri, ex sententia PAVLI dicendum est. At alia est ratio occupationis earum rerum, quae ad neminem spectant, adeoque actu potius corporeo, quam visu & contrectatione in dominium transeunt. Verbo: *d. l.* loquitur de acquisitione deriuatiua, non originaria. Adde BACHOV. *ad Treutl. Vol.* 2. *D.* 20. §. 2. *lit. H.* KOPPEN. *l.* 1. *Dec.* 9. *n.* 1. SEBAST. MEDIC. *gloss.* 1. *de acquir. rer. domin. part.* 2. *n.* 22.

et vterque simul cas occupeb.

Digitized by Google

Ad Tit. D. de acquirendo rerum dominio.

PAROEMIA LXXXVI.

Was für meinem Feind bekomme, das iſt mein.

§. I.

Quicquid hoſti eripitur, capientis fit.

SOlt die gemeine Art zu reden, vt teſtatur Byrger. *cent.* 1. *obſeru.* 54. ad verbum exprimas: *Quicquid ex hoſte capio, meum eſt.* Nam ita Gloſſa quoque Saxonici iuris. Weichb. *art.* 2. Was ich meinem rechten Feind nehme, oder in einem rechten Krieg gewinne, das iſt mein. Nimirum apud Germanos, quemadmodum & apud alios Europae populos, res mobiles hoſtium capientibus cedunt. Quam in rem luculenta eſt conſtitutio in Receſſibus Imperii Reuter-Beſtallung zu Speyer Anno 1570. aufgericht *art.* 96. da auch Städte, Schlöſſer, Flecken, Land und Leute erobert würden, ſollen dieſelbige, ſamt dem darzu gehörigen Geſchütz, Munition und dem Verrath Proviant, in alle Wege uns und dem H. Reich zuſtehen, folgen und bleiben. Zudeme ſollen dieſelbige eroberte, gehuldigte, aufgenommene Städte, Schlöſſer, Land und Leute, nachdem ſie aufgenommen, weiters nicht beſchädiget noch gebrandſchatzet werden, aber alle andere Haab, ſo nach Kriegs-Brauch preiß iſt, ſoll ihnen bleiben. De perſonis tamen captis ſub diſtinctione ſtatuitur *in art. praec.* 94. 95. v. *Diſſertatio noſtra de lytro ſect.* 2. §. 2. Adde de acquiſitione rerum in bello captarum Petr. Fabrvm 2. *Sem.* 3. H. Grotivs *l.* 3. *de Iur. B. & P. c.* 6.

§. II.

Quid, ſi miles noſter res noſtras ab hoſte captas recuperauerit.

Quid vero, ſi miles noſter res noſtras ab hoſte captas recuperauerit? Iure Romano mobiles res regulariter poſtliminii ius non habebant, *l.* 28. *D. de captiu. & poſtlim.* v. omnino Herald. *obſeru. p.* 120. Exceptiones ſunt in *l.* 2. *&* 3. *eod.* Quibus *addunt Dd. ſi* captae ab hoſtibus ſtatim in fuga fuere recuperatae. v. Carpz. *part.* 4. *Conſt.* 35. *def.* 9. Freinshem. *ſuppl. ad Liuium l.* 16. *c.* 50. *&* 49. Aſt H. Grotivs obſeruauit, poſterioribus temporibus introductum, vt res mobiles nullae prioribus Dominis reſtituerentur. *l.* 3. *de I. B. & P. c.* 9. §. 15. Confer. Petr. Cvnaevs *in ſingulari Reſponſo de iure poſtliminii, Orationibus eius annexo p.* 392. *ſequ.* Adde *Ius Militar. Hollandic. art.* 63. *& ſequ.* Speidel. voce Beuth. Quanquam Brvnnemannvs aequum & gentium iuri conſentaneum exiſtimet, etiam ex interuallo gratis recuperata ad veterem dominum redire. *in Comment. ad d. l.* 28. *D. & ad l.* 12. *C. de poſtlim. reuerſ.* Idem ſtatuit Vinnivs *deciſ.* 130. *n.* 4. Sane, praeterquam quod ciuitas obligata eſt ad tuenda quaecunque ciuium bona, eademque erepta recuperanda (hanc enim ob cauſam maxime, vt ſua tenerentur, respublicae ciuitatesque conſtitutae ſunt, vt veriſſime ſcripſit Cicero *lib. ſecundo de Officiis*) ratio iuris poſtliminii, vt alibi oſtendimus, non alia eſt, quam quia hoſtis quilibet aduerſus hoſtem iuſta eſſe arma ſua aut putat aut credi vult, & proinde occupationem rerum ſibi ab hoſte ablatarum eſſe iniuſtam. Quae ratio in rebus quoque mobilibus procedit. Verum Romani, potentiae late parandae cupidi, quibuscunque modis accendere virtutem militum voluerunt. Quem finem cum nos non habeamus, putatem, niſi ius Romanum hac in parte ſpecialiter receptum ſit, Brvnnemanni ſententiae accedendum eſſe, modo earum rerum poſſeſſori impenſae & exſolutum pretium refundantur. v. plur. Harprecht. *conſ. Tubingenſ.* 47. *n.* 138. *ſequent.*) praeſertim cum apud Germanos, vt bene oſtendit Schilterus *Exercit.*

ad

Digitized by Google

ad D. 50. §. 10. ex captiuitate redeuntes bona sua, interea occupata, non postliminii fictione, sed iure dominii repetant. Adde rationes alias apud PVFENDORF. *l. 8. de I. N. & G. c. 6. §. 25.* & ZIEGLER. *not. ad H. Grot. l. 3. c. 6. §. 3.* Quod vero GROTIVS de iure Gentium adfert, ex hypothesi est, alibi a nobis reiecta.

PAROEMIA LXXXVII.

Ad Tit. D. de acquir. rer. dom.

Wer säet, der mähet.

VUlgo dicimus, vt apud Belgas, die saeyt, die maeyt. *Qui serit, metit.* CYPRIAN. REGNER. *ad §. 36. Inst. de Rer. diuision.* Qua in re discrepat ius Teutonicum a Romano. Nam secundum hoc, mortuo fructuario, fructus, licet maturi, ad haeredem eius non pertinent. Secus illo, vt constat ex *Speculo Saxonico. l. 2. c. 58.* Vnde vulgo dici consueuit, teste SCHVLZIO *in Synops. Instit. Imperial. ad tit. I. de R. D. lit. n.* Was die Egde bestrichen und die Hacke bedeckt, das folget dem Erbe, de quo supra. Rursus apud Romanos consita & condita solo cedebant. Etenim *in l. 53. D. de R. V.* est: *si fundi possessor eum excoluisset seuisseteque, & postea fundus euincatur, consita tollere non potest.* At Germanis diuersum placuit. Hinc in *Speculo Saxon. 2. art. 49.* statutum: *Qui autem adhuc non mota actione seminauerit, ipsi competere* (semina & labor) *videbuntur, & ei, qui agrum obtinebit, praestet censum.* Was er aber besehit ehe der Clage, do behält er die Sahet, und gibbit seinen Zinß dorabe, wenne der das Land behält. Consentit *Ius Alemannicum art. 222.* Preuss. Landrecht, *l. 3. tit. 3.* Nimirum Germani, agriculturae & pecuariae rei dediti, ius culturae & seminis solo praetulere. Romani vero ad solum, velut partem principalem, spectabant, forte etiam lites minuere volebant, rati, magis fore liquidum, quid pro cultura & semine debeat solui, quam quanti locari potuerit fundus. Vt hoc egregie docuit de Iurisprudentia omni & inprimis de Germanica meritissimus SCHILTERVS *Exerc. theor. Pract. 16. §. 59. sequ.* Caeterum ex hoc principio fluit, fructus pendentes iure Saxonico reputari inter res mobiles. v. CARPZOV. *p. 2. Iurispr. forens. const. 28. def. 124. n. 2. seq. & part. 3. const. 13. def. 10. n. 5. sequ.*

Qui serit, metit. Hac in parte a Romano iure Teutonicum differt.

PAROEMIA LXXXVIII.

Ad Tit. D. de acquir. vel amitt. possession.

Wer nicht kan fechten, (sich bey seiner Possession vel quasi manuteniren,) Der gewinnet nichts in Rechten.

ALlegat LINCKEN *de Vogteia c. 4. §. 11.* & *de centena cap. final. §. 6.* Paroemia autem haec infelicem litis exitum illis praedicit, qui possessionem suam, cum possunt, quouis modo, etiam armis, non defendunt. Equidem contra spoliatores iuris remedia sunt prodita: at profecto experientia ignorare nos non sinit, quam multa illis effugia pateant. Iam dudum GÜNTHERVS *in Ligurin.* cecinit:

Causa semper in omni
Iudicium spoliatus amat, qui possidet, odit.

Commentatur paroemia hac defensio possessionis.

Satius

Satius igitur est, possessionem suam, etiam armis oppositis, defendere. Id enim iura nostra permittunt. *l.* 29. *D. ad L. Aquil. l.* 49. §. 1. *eod. l.* 1. *C. vnde vi.* FACHINÆVS 1. *controv. c.* 32. Responsa. Altorfens. 79. Quoniam absque citatione & cognitione causae solenni possessio, vtut iniusta, est auferenda nemini. *l.* 14. *C. de pact. c.* 4. *&* 5. *X. de restitut. spoliator.* post SCHVRFFIVM *cent.* 3. *cons.* 1. WEHNER *cons. Francon.* 87. *num.* 4. MEVIVS *part.* 6. *Dec.* 173. (vbi limitat, *nisi possessio notorie sit improba, & titulus eius manifeste inualidus.*) Ita vt possessio talis ne sequestrari quidem possit. *l. vnic. vbi* AZO *n.* 3. CVRTIVS *&* *Dd. communit. C. de prohibit. sequestrat.* MEVIVS *p.* 5. *Dec.* 308. Nec sub cautione quis eam dimittere teneatur. MEVIVS *part.* 1. *Dec.* 24. *&* 32. Nec distinguendum, Princeps sit, qui possessionem auferre velit, an alius iudex. *l. meminerint* 6. *Cod. vnde vi.* WESENBEC. *ad. l. momentaneae* 3. *C. qui legitim. person. standi in iudic. n.* 5. Nec dubium est, huic vim opponi intra modum posse. MEVIVS *part.* 1. *Dec.* 27. Quin, si amissa sit possessio, armis aut collecta, manu eam recuperare licebit, modo id fiat in continenti, antequam partes ad aliud deuenerint *l.* 3. §. 9. *l.* 7. *de vi & vi armat.* Quae & alia prolixius est prosecutus D. STRVVIVS *de vindicta priuat. c.* 6.

Ad Tit. D. de cessione bonorum.

PAROEMIA LXXXIX.

Da nichts ist, hat der Kayser sein Recht verlohren.

§. I.

Sententia huius paroemiae, & qui de ea testentur.

PAssim laudant hoc adagium. vid. THOM. FREIGIVM *in paratit. de dolo, axiom.* 2. ANTONI *de Rescript. morator. tit.* 5. *c.* 6. *n.* 37. *sequ.* TABOR *Rac. Crim. ad l.* 12. *D. de furt.* GAILIVS *de arrest. c.* 9. *n.* 20. WEHNER voce: Armuth. MEVIVS *p.* 6. *Dec.* 8. KLOCK. *de contrib. c.* 11. *n.* 61. Nec abludit illud MARTIALIS *l.* 2. *epigr.* 3.

Sexte, nihil debes, nil debes, Sexte, fatemur:
Debet enim si quis, soluere, Sexte, potest.

Nimirum Sextus erat extreme pauper. Eiusdem sententiae est *l.* 6. *de dolo malo. Is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam aduersarii inanis est actio.* & in *l.* 12. *D. de furtis. Qui non habet, quod perdat, eius periculo nihil est.* adde *l.* 17. *de petit. haeredit.*

§. II.

Ei contrariatur alia regula: Qui non habet in aere, luat in corpore.

Huic contrarium est brocardicum Dd. *Qui non habet in aere, luat in corpore,* cuius sententiam eleganter expressit GVNTHERVS *l.* 8. *Ligurin. extremo.*

Cuius fortuna laborans
Non potis est, auro venales soluere noxas,
Arctatur vinclis:

& Germani eleganter dicimus: Wer nichts im Beutel hat, muß mit der Haut bezahlen. *Qui non habet, vnde soluat, eius tergum siue cutis pro crumena transfigat.* Conuenit Suecorum prouerbium apud LOCCENIVM. *Dissert.* 23. *Synops. iur. Suecic. quaest.* 2. Then som icker har Kop, han betale medh Kroppen. *Corporalis poena succedit loco realis satisfactionis.* Cui simile Hispanorum apud SOLORZANVM *l.* 1. *de Indiar. Gubernat. cap.* 19. *num.* 30. v. pl. FINCKELTHAVS. *obs.* 89. BRVNNEM. *cent.* 4. *Dec.* 66. Verum id vel absurdum

Digitized by Google

dum esse, vel in solis causis criminum locum habere, dicit SCIPIO GENTILIS *l. 3. de iurisd. c. 11.* atque ita loqui leges, quae eam in rem allegari soleant. Eo abuti multos pernicioſissime, tradit FABER *in ration.* v. BACHOV. *ad tit. de in ius vocand. p. 465.* Rotunde VLPIANVS *l. 1. §. vlt. D. de poen. Generaliter placet in Legibus publicorum iudiciorum vel priuatorum criminum, qui extra ordinem cognoſcunt, Praefecti vel Praeſides, vt eis, qui poenam pecuniariam egentes eludunt, coërcitionem extraordinariam inducant. l. ſi quis 7. §. 3. de Iurisdict. l. vlt. D. de in ius vocand. l. ſi quis 35. D. de iniur. l. 9. de incend. ruin. naufrag. & 4. C. de ſerv. fugitiv. c. finem litibus 5. X. de dolo & contum.* SENECA *in ſuaſoriis extr. Et Ciceroni, vt oportuit, de corio Ceſtii ſatisfecit.* PLAVTVS *in Poenulo. Collo rem ſoluam iam omnibus.* CASSIODORVS *l. 9. variar. ep. 2. Aut decem librarum auri diſpendio feriatur, aut, ſi facultas vindictae non ſufficit, per fuſtuaria ſupplicia laceretur, & reddat debitum poenis, qui non potuit compenſare pecuniis.* IDEM *l. 10. Var. ep. 28. Triginta librarum auri multa feriatur. Quod ſi ad hoc damnum idoneus non potuerit inueniri, corporali ſupplicio poenam luat, qui non potuerit in ſupradicta perculſione ſufficere.* Verum quaeritur: An idem obtineat, ſi poena ex delictis per ciuiles actiones exigatur, veluti actione furti, bonorum raptorum, iniuriarum? quod negant cum COVARRVVIA TESSAVRVS *dec. 182. num. 3. & ſeqq.* BOCER. *cl. vlt. Diſſ. 36. §. 3.* C. I. A. *ad tit. D. de ceſſion. bonor. § 5.* ceſſione bonorum eos elabi poſſe, putantes. Sed BACHOVIVS *in not. ad Weſenb. de ceſſione bonor. num. 3.* id ſine haesitatione affirmat, add. FARINAC. *Prax. crimin. l. 1. quaeſt. 26. num. 7. & num. 34.* D. ROTH. *in Diſſert. de tergo ſubſidiar. §. 39. & ſequ.* cum iis, quos profert, auctoribus. TABOR *in not. ad Coll. Arg. d. l.* diſtinguendum retur: an debitor cedat bonis ante condemnationem, an poſt eam: & quidem cedendo ante nihil agi, quia etiamnum ſit ex delicto debitor, cui L. Iulia non proſpexerit, nec dignum habuerit, qui moleſtia liberaretur; at, poſtquam condemnatio publicata fuit, atque ita ex iudicato debitum pecuniarium factum, ceſſionem non videri denegandam. Nos affirmantibus calculum noſtrum adiicimus, idque firmamus potiſſimum ex fine poenarum & ſcopo, qui triplex eſt: vt emendetur is, qui peccauit; vt ſatisfiat patienti, ne poſthac tale quid patiatur, aut ab eodem, aut ab aliis; denique, ut alii exemplo deterreantur. Quos fines tribus vocabulis appellant Graeci & diſtinguunt: Νεθετίαν, ἀποπλήρωσιν & παράδειγμα. Neuter vero, ſi negans aſſertio vera eſſet, vlla parte euaneſceret. Praeterea ICtus *in l. ſi quis 35. D. de iniur.* ſimpliciter pronunciat: *Si quis iniuriam atrocem fecerit, qui contemnere iniuriarum iudicium peſſit ob infamiam ſuam & egeſtatem, Praetor acriter exſequi hanc rem debet, & eos, qui iniuriam fecerunt, cohercere.* Adde *l. ob foenus. 49. D. de adminiſtrat. tutor. O. Crim. art. 157. art. 216.* Illud ad exemplum de damno iniuria dato, quo poſt COVARRVVIAM C. A. *d. l.* vtitur, addimus; videndum eſſe, num damnum ex vero, an ex quaſi delicto ſiue culpa proueniat. (Errant enim complures, qui id ſemper verum eſſe delictum arbitrantur, quos recte confutauit TABOR *Partit. El. 153.*) & poſteriori quidem caſu, inprimis, ſi culpa vel leui vel leuiſſima damnum datum eſt, praedictam regulam non valere. v. CARPZOV. *Prax. Crimin. quaeſt. 39. num. 48. ſequ.* Ad temperamentum vero diſtinctionis quod attinet, vix id ſuſtineri poſſe videtur. Nam creditor, vnum remedium executiuum intentans, aliud, donec ſibi ſatisfiat, intentare non prohibetur, vt brocardicum ICtorum habet apud MEVIVM *de Arreſt. c. 15. num. 45.* eſt autem ſpecies ſolutionis, cum tergum pro crumena tranſigit. Adde alias exceptiones, ad hanc regulam pertinentes, apud BARBOSAM *locuplet. voce Luere.* Propter ſumtus litis, etiamſi quis ex delicto condemnatus, admitti ceſſio-

cessionem, quoniam ea condemnatio ciuilis sit, statuit Mornacivs *ad l. 178. de Reg. Iur.* ita iudicatum in Auditorio Parisiensi, memorans. Sed videatur *c. finem. 5. X. de dolo & contumac.* vbi Innocentivs III. rescribit, in expensas litis condemnatum, si soluendo non sit, secundum arbitrium discreti iudicis puniendum.

§. III.

Paroemia haec nostra spectat ad contractus, non tamen vbiuis locorum.

Nostra igitur paroemia valet in debitis ex contractu. His enim beneficium cessionis indulserunt Leges Romanae, v. & rationem apud Isocratem *in Areopagitico. p. 347.* Quanquam nonnullis in locis obaerati debitores in carcerem publicum, in den Schuldthurm, condantur; isque lege publica Imperii nostri illis decernitur, qui nullo fortunae ludibrio, sed solo suo vitio aut dolo bonis sunt delapsi. *Ord. Pol. A. 1577. tit. 23.* In ciuitate Noribergensi etiam cessio bonorum est abolita v. Wvrffb. *p. 172.* Adde, quae dicemus in paroemia: Der Kercker quälet, aber zahlet nicht. Alibi mancipatio viget seu addictio in seruitutem, vel ad manus creditoris, seu ad operas creditori praestandas. Vid. Mevivm *ad l. 1. Iur. Lubec. tit. 3. art. 1. p. 8. Dec. 391.* Strvvivs *Ex. 44. §. 23.* Quin & olim in Romano Imperio moris fuisse videtur, inopes debitores creditoribus addici in temporariam seruitutem: nam Imperator in *l. si quis unquam C. Theodos. de Annon. ciuit. Si quis*, inquit, *etiam pauperrimus erit, cogetur exhibere operariam seruitutem.* v. omnino Wissenb. *ad l. 12. C. de obligat. & act.* Et vbiuis locorum reduci in vsum, optat Caspar Barthivs *libro singulari de debitore inope creditori addicendo.* v. Pvpendorf. *l. 3. c. 7. §. 3.* In quibusdam vrbibus Helueticis obseruatur, vt testis est Ioannes Manlivs in *Collectaneis* sub octauo praecepto: contrahentem plus aeris alieni, quam sit soluendo, nulla venia parabili, capitali supplicio affici. Cuius legis graues habuerunt causas legislatores, videlicet ne leuibus hominibus vlla daretur occasio, honestos decipiendi. *In oppido Bretta*, vt idem notat, decoctor, qui non est soluendo, trahitur per ciuitatem, & *perfunditur* aquis; quod est nota infamiae. Boeoti deductos in forum ibique sedentes cophyno operiebant, & sic coopertos ignominia notatos putabant, vt auctor est Stobaevs *sermon. 42.* Apud Romanos ante Augustum decoctoribus Equitibus, quamuis quis fortunae vitio, non suo, decoxisset, lege Roscia certus locus in theatro ignominiae causa constitutus. De Groninga Vbb. Emmivs *de agro Frisiae & Gröning. p. 57.* Alios ritus cessionis, ignominiam habentes, legere est apud Carolvm Cangivm *voce Chrenecruda.* Scip. Gentilem *ad l. 11. C. de cession. bonor.* Lavterbach. *dissertat. de Nuncio §. 29.* Limnaevm *tom. 2. addit. ad Ius public. ad l. 4. p. 309. sequ.* Philipp. *Vsu Practic. Instit. l. 1. eclog. 41.*

Obiter additur; inopiae obiectu non statim sisti executionem.

§. IV.

Caeterum, licet propter inopiam aduersarii seu ob defectum bonorum inanis sit actio, tamen, eo obiecto, non est statim sistenda executio. vid. Mevivm *p. 5. Dec. 8.*

Ad Tit. D. de cessione bonorum.

PAROEMIA XC.

Gute Panquetirer, geben gute Banquerottirer.

Insignes epulatores siue decoctores

Profert Mevivs *ad l. 1. Iur. Lubecens. tit. 5. art. 10. num. 25.* Nimirum duo vastissimi diuitiarum gurgites sunt, victus atque vestitus, vt scribit Auctor Anglus nouarum Solymarum *l. 5.* Quod omnium temporum & multorum populorum historiae testantur.

Tali-

Digitized by Google

Talibus beneficium cessionis bonorum non proficit. Quam in rem est notabilis Imperii Constitutio Policey-Ordnung A. 1577. tit 23. ibi: Welche zu Zeiten mit ihrem übermäßigen Pracht, unordentlichen Wesen und Leben in Abnehmen und Verderbung kommen. v. & DIPHILVS *in excerptis* H. GROTII *p.* 786. Vnde vox Banquerot v. *Iournal des Sçavans* A. 1686. p. 418. CATVLLVS *luxum populatorem opum dixit.* *fori consuetudo.*

PAROEMIA XCI.

Der Kercker quälet, aber zahlet nicht.

Ad Tit. D. de cessione bonorum.

§. I.

SIc dictum vulgo habet: *carcer affligit, non soluit*, ait MEVIVS *part.* 8. *Dec.* 389. *num.* 51. QVINTIL. *Decl.* 311. *in fine.* Dura vincula alicui videntur, dura conditio seruitutis? Reddat, quod accepit. Carcer vocatur corporis cruciatus in *l. fin. C. qui soluit. bon. ceder. poss.* Vbi obseruandum: Iure Romano liberum hominem ob aes alienum carcerem pertimescendum non habuisse, si ad cessionis bonorum asylum confugere vellet *l.* 2. *C. de exact. tributor. l.* 1. *& tot. tit. C. de cession. bonor.* Ab hoc vero plerisque in locis, non tantum in Italia, Hispania, Gallia, Anglia & Belgio, sed & in celebrioribus Germaniae superioris emporiis, vsus recessit publicus; dum, vt idem MEVIVS *ad l.* 1. *Iur. Lubec. tit.* 3. *art.* 1. *num.* 31. *sequ.* disserit, fidem supra perfidiae metum constringere metu, augescens hominum perfidia exigit. Ideoque, cum legum beneficiis abuti, res suas decoquere & fallere, inter artes referretur, moribus & statutis locorum ad ius priscum Romanorum, quo obaeratis imminebant compedes, reditum esse; quo & cautius mercari discerent, & taedio carceris solutionem citius cogitarent, condignaque suae negligentiae poena castigarentur, assignato vtplurimum certo carcere, quem vernacula nostra Schuld-Thurm appellamus. Cuiusmodi statuta & mores num iuste probentur, pergit MEVIVS, frustra disputatur, quandoquidem ratio & vtilitas euidens est, vsus admodum antiquus. Hinc LIVIVS *lib.* 8. *Histor. c.* 28. cum apud Romanos cautum esset, ne inposterum debitores necterentur, & pecuniae creditae bona, non corpus obnoxium esset, ait: *victum eo die ob impotentem iniuriam vnius* (Lucius Papirius is fuit) *ingens vinculum fidei.* Refragatur huic paroemiae ius Saxonic. v. SCHVLTZ *ad I. de action. pag.* 593. Ius Noricum vid. WVRFBAIN *p.* 172. *Carcer affligit, non soluit.*

§. II.

Huic instituto, quod paroemia nostra innuit, consequens est, debitorem non ante e carcere dimitti, quam sumtus, in se a creditore factos, & debitum ipsum exsoluerit, MEVIVS *ad Ius. Lubec. d. l. num.* 72. v. tamen Coll. Iur. Argentorat. *ad tit. D. de re iudicat.* §. 102. *in fine.* *Hinc a carcere non liberatur debitor ante sumtuum in se factorum, & debiti exsolutionem.*

PAROEMIA XCII.

Herren und Heiligen gehen über alles. Herren und Heiligen gehen vor.

Ad Tit. D. de priuilegiis cred.

§. I.

Fiscus tacitam hypothecam habet praeter alios creditores.

ITa Germani dicere solent, teste Colleg. Argentorat. *ad tit. D. de reb. auctor. iudic. possid.* §. 32. *num.* 22. Eckolto *ad tit. D. de iure fisci*, innuentes, *summas potestates & pias causas in concursu creditorum, vt vocant, protepraxia vti*, siue, *inter creditores primam summorum imperantium & piarum causarum haberi rationem.* Fiscus & ecclesia a pari procedunt. Brvnnemann. *ad l.* 20. *C. de Episc. & Cler. num.* 6. Tabor *Barbos. locupletat. voce fiscus ax.* 2. Henel. *de dotalit. p.* 30. Et quidem planum est, fiscum ratione tributorum & aliorum onerum publicorum secundum iura Romana in prima classe collocari. v. *l.* 1. *C. si propter. public. pensitat.* idque etiam ad extraordinaria tributa pertinet, cum leges generaliter loquantur, & subsit eadem, si non maior ratio, ob necessitates reipublicae. Tributorum enim finis est, vt potestates publicae habeant, vnde sumtum faciant ad bonos tuendos ac coërcendos malos. Tacitvs *IV. histor. Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* v. Carpzov. 4. *Responsi. El.* 77. *& part.* 1. *const.* 28. *def.* 49. Quanquam, vbi actione personali, ex contractu v. g. aut administratione, agit fiscus, in secunda classe sit ponendus. *l.* 28. *l.* 46. §. 3. *D. de iure fisci. l.* 1. *C. de priuileg. fisci.* Mevivs *p.* 4. *Dec.* 253. (nam errat A. Matthaei. *l.* 1. *de auction. c.* 20. *num.* 2. ei in quarta classe inter priuilegiatos locum assignans) & ex delictis post chirographarios. *l.* 17. *l.* 37. *de Iure fisci. l. vnic. C. poen. fiscal. credit. praef. lib. X.* secundum ius Ciuile sane: nam apud Saxones aliud obtinet. v. Carpzov. *d. c.* 28. *d.* 104. *&* 4. *Responsi. El.* 14.

§. II.

Es secundum paroemiam hanc nostram Ecclesia & piae causae.

De debitis ad pias causas res non ita expedita est, qua de re insignis in vtramque partem legitur disceptatio apud A. Matthaei *d. c.* 20. *num.* 5. Illud certum est: iure Ciuili Ecclesiam habere tacitam hypothecam in re emphyteutae, si is pensiones debeat, vel fundum emphyteuticum deteriorem fecerit. *Nov.* 7. *c.* 3. §. 2. ibi: *obligatum esse ad hoc ipsum & haeredes, eius successores, eiusque res.* In reliquis ergo debitis ad consuetudines respiciendum. Eae autem reditibus, qui piis causis debentur, vt plurimum antelationem deferre videntur, credita vero in quarta classe, priuilegiatorum sc., collocare. v. post Consultat. Saxon. Mevivs *ad Ius Lubec. l.* 3. *tit.* 1. *art.* 12. *n.* 41. *seqq.* Hahnivs *ad Wesenbec. n.* 4. *p.* 363. *p* 365. Brvnnem. *cent.* 1. *Dec.* 83. *& de concurs. credit. c.* 5. §. 18. Lavterb. *ad I. Wurtenib. part.* 2 *tit.* 75. §. 94. In Electoratu Saxonico ecclesia ex credito iure tacitae hypothecae habet indistincte. v. Brvnnem. *de concurs. cred. p.* 74. vbi Strickivs.

§. III.

Explicatur breuiter dictum D. Ecclesiam.

Simul hinc intelligi propter viam potest, quousque verum sit, quod vulgo nostri iactitant, Ecclesiam, fiscum & mulierem pari passu ambulare circa priuilegia. Baldvs Novellvs *in tract. de dote part.* 8. *priuileg.* 6. *n.* 17. *post Glossam. & alios*, Hering *de fideiussor.*

Digitized by Google

iussor. c. 1. num. 454. TIRAQVELL. *tract. de priuileg. piae causae, priuileg. 158.* SIXTIN. *2. fiscum & Cons. Marpurg. 12. num. 28.* REVSNERVS *p. 4. Dec. 3. num. 25, & 39.* CORBVLO *de iure emphyteutic. cap. 15. limit. 1. n. 2.* *mulierem pari circa priuilegio passu ambulare.*

§. IV.

Huic affine est, alimenta pro certo pretio praebita in quibusdam locis praerogatiua singulari gaudere: Kostgeld gehe vor alle andere Schulden, quoniam alimenta piis causis annumerantur. v. MEV. *d. t. 1. art. 11. n. 77. sequ.* *Alimenta in quibusdam locis singulari praerogatiua gaudent.*

PAROEMIA XCIII.

Was nicht eine bestimmte, gemessene, gewiedmete Zeit hat, wird allweg auf ewig verstanden.

Ad Tit. D. de diuers. tempor. praescription.

§. I.

ITa vulgo dici, auctor est REYGERVS *Thesauro iuris, voce tempus.* vbi transfert: *Tempus indeterminatum pro perpetuo haberi.* Exemplum insigne est in exceptionibus; quae enim ad agendum sunt temporalia, ad excipiendum sunt perpetua *l. 5. §. fin. ff. de dol. mal. & met. except.* Vbi ICTVS ait: *non, sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est: nam haec perpetuo competit, cum actor quidem in sua potestate habeat, quando vtatur suo iure; is autem, cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conueniatur.* Verum notabilis est exceptio, si, qui excipit, beneficio actionis poterat vti; vbi legitimum impedimentum aut iusta exceptio ab eo non potest probari. *l. 5. D. de doli mali & met. except.* Hinc valde dubitari potest, an admittenda sit ANT. FABRI *2. Cod. tit. 32. def. 4. & 7. Cod. tit. 7. def. 6.* (quem secutus CARPZOV. *in proceff. tit. 19. art. 2. num. 14. sequ.*) doctrina, statuentis, restitutionem in integrum, si per modum exceptionis proponatur, nullo, quantumuis longissimo, tempore excludi. vid. SFORTIAS ODDVS *p. 1. qu. 35. art. 7. num. 41.* MEV. *part. 3. dec. 333.* BRVNN. *ad L. vlt. Cod. de temp in integ. restit. & ad d. l. 5. de doli mali & met. except.* Similiter, secundum ius Iustinianeum, exceptio non numeratae pecuniae, licet non priuilegiata, post biennium non potest opponi; quoniam in potestate chirographum scribentis erat, num vellet querelam non numeratae pecuniae mouere, vid. *L. 10. C. de Except. non num. pec. L. 14. pr. & §. 3. eod.* FRANTZK. *Ex. 10. qu. 10.* HVBER. *in praelect. ad Inst. de liter. oblig. num. 2.* Quanquam, ex principiis iurisprudentiae Germanicae, ea adhuc post biennium, vt alia exceptio, possit opponi. Quam in rem praxis est manifesta, vt pluribus probat LAVTERB. *in tract. synopt. de Mutuo & liter. Oblig. §. 2. num. 22.* NEBELKRA *dec. 22.* MEV. *p. 2. dec. 22. num. 3. & part. 8. dec. 365.* *Tempus indeterminatum pro perpetuo habetur.*

§. II.

Fallit paroemia haec in relegatione. Si enim quis relegatus fuerit ad tempus, sed indeterminatum, e. g. daß Peinl. Beklagter auf ein Zeitlang oder auf künfftige Erlassung zu verweisen seye, relegatio vltra annos decem non extenditur. *l. 23. D. de poenis.* HAHNIVS *ad Wesenb. d. tit. num. 7.* HARTM. PISTOR. *obs. 189.* CARPZOV. *quaest. criminal. 130. n. 17. & part. 1. constit. 47. def. 7.* Vsque adeo, vt eo tempore elapso, non impetrata venia, reuerti relegato liceat. BERLICH. *1. concl. 72. n. 35.* *Fallit in relegatione, ad tempus indeterminatum dictata.*

Digitized by Google

PAROEMIA XCIV.

Ad tit. D. de fideiussor.

Bürgen soll man würgen.

§. I.

Fideiussores rigide excutiendi.

POpulari prouerbio iactari solet, teste Gailio 2. *observ.* 29. *n.* 4. apud Ioh. Agricolam est prouerbium 136. Bürgen schal men würgen, &c. exprimit vulgatum illud: *Sponde, noxa praesto est.* Ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. Quod dictum Chiloni tribuit Laertius *l.* 1. *Vit. Chilon. in fin.* v. & *Excerpt. ex Epicharmo p.* 480. Respexisse autem Germani videntur ad licentiam conueniendi fideiussorem ante debitorem principalem. Quod egregie probat ex vetustis Germanorum legibus Schilterus *Exercit. theor. pract.* 48. §. 21. *seqq.* Hoc ius etiamnum obseruatur Norimbergae *l.* 1. *Reform. tit.* 19. In Pomerania inferiori e contrario locus est excussioni, etiamsi beneficio ordinis vel excussionis fuerit renunciatum, nisi creditor impedimenta adesse, probauerit. v. Hoffger. Ordnung *tit.* 67. §. 27. Iudex pro fideiussoribus ad liberandum procliuior esse debet. Mev. *p.* 9. *Dec.* 167. *n. vlt.*

§. II.

Non raro temeritas est, per sponsiones aliorum debitis se illigare.

Et sane non raro a temeritate parum abest, per sponsiones aliorum se debitis illigare. Hinc, qui fidem pro aliis interponit, sua dilapidare & donare censetur. v. *Syracid. XXIX,* 24. & stolidus dicitur, qui fideiubet. *Prouerb. Salom. XVII,* 18. Ioh. a Sande *l.* 2. *Def. Frisic. tit.* 5. *def.* 8. *vers. an etiam ex fideiussione.* Mevius *ad Ius Lubec. l.* 1. *t.* 5. *art.* 10. *n.* 36. 37. vbi addit: *pessimum genus hominum esse, quod promiscue & vulgata quasi fide supra patrimonii vires spondet, sibi noxium, aliis fraudulentum.* Eamque ob rem, *cum alicubi* (vt in ciuitatibus maritimis aut mercaturae deditis plerisque) *statutum esset, vt vxor, si aliud non fuerit conuentum,* de bonis suis tam dotalibus, quam haereditariis, *debita a* marito intra matrimonium contracta exsoluat; nos in Collegio nostro A. MDCXCIII. mense Nouembr. pronunciauimus, vtut statutum illud generaliter loqueretur, fideiussionem a marito pro summa bis mille quadringentorum thalerorum sine vllo rei familiaris commodo factam, & quidem non conscia vxore, eam neutiquam tenere. v. Mev. *d. l.* 1. *tit.* 3. *art.* 7. *n.* 37. *seqq.* Abraham a Wesel *de connubial. bonor. societat. tract.* 2. *cap.* 3. *n.* 45. *sequ.* cum *multis allegat.* Quanquam ipse sententiam hanc moribus nostris minime quadrare existimet. Consequens ex hac doctrina est in *not. ad Comp.* Lavterb. *p.* 131.

PAROEMIA XCV.

Ad Tit. D. de solution.

Geborgt ist nicht geschenckt;

SIVE

Lange borgen ist nicht quitt geben.

Dilata debiti solutione, debitum ipsum remissum non censetur.

ALlegat post Philippvm Zorer. im Bedencken über etliche vorfallende Fragen. *quaest.* 5. *num.* 365. Lavterb. *de Residuo* §. 6. Est autem frequens vsu etiam in sermonibus familiaribus, & sensum habet, dilata debiti solutione debitum ipsum remissum non censeri. Vnde inferimus, creditorem, qui solutionem partis etiam sponte admisit, ratione residui

refidui ſibi non nocere. Quod pluribus exemplis illuſtrat LAVTERB. *d. l. & §. ſequ.* Ratio huius eſt, quoniam in dubio nemo donare praeſumitur, maxime ſi paterfam. diligens & ſtudioſus ſit. *l. 25. D. de probat.* Ex quo Dd. colligunt, donandi animum ſemper declarandum eſſe, alias errorem potius, quam donationem, praeſumi. MASCARD. *de probat. concl. 54. n. 5. & concl. 639. n. 10.*

PAROEMIA XCVI.

Ad Tit. D. de ſolut.

Anweiſung iſt keine Zahlung.

§. I.

VVlgo apud noſtrates dici ſolere, auctor eſt FRANTZK. *ad tit. D. de euiction. n. 54.* FINCKELTH. *obſ. 91. n. 17.* Significat autem, *delegationem vel ceſſionem non eſſe ſolutionem.* Quod citra controuerſiam verum eſt, ſi ita explicetur, quod inuito creditori alius debitor a debitore ſuo obtrudi non poſſit. v. *l. 42. D. de pignorat. action. l. 21. §. 3. D. de negot. geſt.* nam debitori fas non eſt, pactione ſua creditoris petitionem eo inuito tollere aut mutare. *l. 25. C. de pact. l. debitorem 15. C. de pignor. l. 39. D. de negot. geſt.* v. TABOR. *de praeſid. debitor. egent. praefat. §. 7.* vbi diſputat contra WESENBECIVM & alios.

Delegatio vel ceſſio non eſt ſolutio.

§. II.

At delegatio, ſemel volenti creditori facta, vtique eſt ſolutio, ſaltem effectum ſolutionis habet. *l. 8. §. 3. ad SCt. Velleian. l. 37. §. 4. de oper. libert. l. 187. de V. S.* v. FINCKELTH. *de obſ. 91.* LAVTERB. *Diſſert. de ſolut. §. 1.* Solutionis vicem delegatio continet, eſt in *l. 37. §. 4. D. de oper. libertor. l. 26. §. 4. mandat.* Quam in rem cum pulcre diſſeruerit DESIDERIVS HERALDVS, lubet integrum locum heic ex *cap. 5. Obſeruationum* huc transferre. *Titius*, inquit, *centum debebat Sempronio. Maeuius, qui pro Titio fideiuſſerat, Seium debitorem ſuum Sempronio delegauit, qui nouatione ei promiſit ſtipulanti nouem ſe ſoluturum. Seius non erat ſoluendo. An poteſt Maeuius agere mandati contra Titium, pro quo fideiuſſit & ſoluit, quandoquidem debitorem ſuum Sempronio delegauit? Soluit autem & qui reum delegat. l. Quamuis 8. §. Interdum. D. Ad SC. Velleian. Atqui, cum Seius ſoluendo non eſſet, nihil videbatur abeſſe Maeuio. Nam, quid ei aberat delegatione iſta, cum Seius, quem delegauerat, ſoluendo non eſſet? cum a Seio, quem delegauerat, nihil ſperare poſſet, ſicque Seius proprie nihil ei deberet, ſiquidem is debet, qui poteſt ſoluere? Reſpondet tamen* PAVLVS *l. inter cauſas. 26. §. abeſſe. Mand. pecuniam fideiuſſori intelligi abeſſe*, quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. *Ergo, quamuis Seius ſoluendo non eſſet, quoniam tamen cum ſibi a Maeuio delegatum admiſit Sempronius nouatione facta, Titius liberatus eſt, ſicque nomen delegatum, quod re vera bonum non erat, factum eſt bonum, ad Sempronium quod attinet. Non eſt factum bonum ſimpliciter, ſed reſpectu Sempronii, cui Titius obligatus erat, quique ea delegatione liberatus eſt. Nec longe ab hoc abeſt, quod ludebat* MARTIALIS *epigr. LXXIX. lib. V.* Vinum tu facies bonum bibendo. *Vinum quidem tibi dabo fortaſſe non adeo bonum, ſed quod tamen bibendo bonum facies, id eſt, quod tamen, quia tu bibes, tanquam bonum, cum non habeas melius, bonum facies. Sed, ſi Sempronius errauit; ſi putabat Seium, idoneum eſſe, ſi eum neſciebat eſſe non ſoluendo, eritne*

Niſi fiat volenti creditori. Vbi obiter, a ceſſione diſtinguit aſſignationem, tradit.

Digitized by Google

liberatus Mœuius? Negat Accursius, & post Accursium Cuiacius in d. §. abesse. Nam, si per ignorantiam & errorem creditor deceptus fuerit, quia credebat, bonum esse nomen, quod erat malum, hoc casu æquum esse, ait, ne delegatio liberet delegantem: & hoc confirmari l. si cum dotem. 22. §. si mulier. D. sol. matrim. & l. Promittendo. 42. §. si a debitor. D. de iur. dot. Quod an sit verum, dubito. Vix enim fingi potest, quenquam admittere delegatum sibi nomen, nouatione facta, quod sciat, non esse idoneum, nec posse exigi. Hoc si ita est, vbi locum habebit propositio illa, creditorem, qui admittit debitorem delegatum, bonum nomen facere, nisi quia tale sit nomen, quale habetur ab eo, a quo admittitur? Ergo, si creditor, qui admittit debitorem delegatum, bonum nomen facit, id putat bonum. Et ideo eodem momento, quo admittit nomen delegatum, liberatur is, qui delegauit, quia creditor eo debitore est contentus. Nec ad rem facit, quod eum putabat idoneum; Nam de facultatibus eius cum potuerit inquirere, si ea in re cessauit, sibi imputet. Ipse enim se decepit. Atque hoc ita se habere, ostendit exceptio, quae colligitur ex l. 22. §. 2. & l. 45. §. 7. D. Mand. eum, qui delegauit, liberari, nisi periculo suo delegauit. Si igitur periculo suo delegauit debitor, non liberatur, nisi nomen sit idoneum; si non suo periculo, sed simpliciter, liberatur. Nec ad rem facit d. l. si cum dotem. §. Si mulier. vbi de dote agitur, pro qua soluto matrimonio nomen non idoneum mulier accepit, per nouationem decepta: quo casu dotis fauor concurrit cum deceptione. Plus negotii facessit d. l. promittendo. §. si a debitore. Vbi periculum dotis, quam quis pro muliere promisit sub conditione, cum soluendo iam non esset, cur ad virum pertineat, causam hanc adferre videtur Paulus, quod sciens, nomen esse tale, id sequutus nihilominus esset; vnde argumento a contrario sensu concludunt, si ignorasset vitium nominis, delegationem illam nihil ei fuisse nocituram; quo in argumento committi existimo fallaciam compositionis. Neque enim sciens *cum sequentibus verbis iungendum videtur, sed separandum. Haec igitur coniungunt,* sciens tale nomen, *cum haec ita distinguenda videantur;* Quod si iam tunc debitor, cum sub conditione promitteret, soluendo non fuerit, *periculo viri* esse, quod sciens tale nomen sequutus videretur, quale initio obligationis *fuerit. Cum igitur is, qui dotem promittebat sub conditione, iam tum soluendo non esset,* nec *post stipulationem noui quidquam acciderit, quo deterior eius conditio esset, videtur periculum ad virum pertinere, qui sciens, id est, vltro, sua sponte, & sine diligentiori inquisitione, aut exactiori cautione, nec periculo delegantis, debitorem admisit talem, qualis erat initio obligationis. Nam, si post promissionem, & antequam conditio existeret, lapsus esset facultatibus, non idem esset dicendum, & periculum ad mulierem pertineret.* Nec enim videri maritum nomen sequutum eo tempore, quo exigere non poterit, *ait ibidem* Paulus. *Hoc igitur nomen sequutus est maritus, quale foret, cum dotem exigere posset. Initio obligationis reus erat idoneus, post soluendo esse desiit, eo tempore, quo maritus poterat exigere, (nam ante conditionis euentum exigere non poterat) sane videtur sequutus nomen idoneum; & quod idoneum futurum esset, cum exigere posset. Non est idem dicendum, si reus iam soluendo non erat, cum promittebat; quia nihil noui potuit accidere postea, quo nomen esset deterius, & maritus sciens & volens, sciens & prudens, (vt l. 8. D. Mand.) nomen est sequutus, quale erat initio obligationis; non, quod sciret tale esse, quale erat, id est, non idoneum; sed, de quo amplius inquirendum sibi esse, non existimauit. Dicamus igitur, creditorem, qui admittit debitorem delegatum, bonum nomen facere, etsi re vera bonum non sit; quomodo definiebat Vlpianus, eum, qui admisit fideiussorem minus idoneum, eo tamen ipso, quod eum admisit, idoneum ab eo comprobatum. l. 3. D. De fideiuss. Sic igitur statuamus, eum,*

Digitized by Google

eum, qui debitorem delegatum aut fideiussorem admisit, cum iam non esset idoneus, eo contentum esse debere, nihilque postea accidere posse, cur eum reiiciat; siquidem deterioris conditionis esse non potest. Quod si melioris esset futurus, hoc creditoris bono cederet, nec esset causa, cur eum reiiceret: si quis autem, postquam, nouatione facta, promisit sub conditione, antequam ab eo exigi posset, soluendo esse desiit, aduersus reum principalem competere creditori actionem. Idem dicendum de cessione nominis in solutum, ex titulo praeambulo facta: quanquam hic liberatio non contingat ipso iure, vt in delegatione, sed ope exceptionis. *l. pupilli 96. §. soror. D. de solut.* FRANZK. *d. l.* Nisi forte creditori a debitore suo nomen tantum assignetur, vt illud exigat & pecuniam exactam solutionis loco retineat. Quo casu paroemiae nostrae adhuc locus esse potest, & praestare debet assignans, quicquid ille, cui nomen assignatum, a debitore nequit obtinere. v. *l. 27. § fin. de legat. 3.* LAVTERB. *tract. synopt. ad tit. D. de haeredit. vel action. vend. §. 2. n. 19.* NICOL. BVRGVND. *c. 11. de euict. n. 4. & seq.* MEVIVS *conf. 31.* SCHILTER. *Ex. forens. 30. §. 89.* vbi integrum consilium exhibet, noue ECKIVS *de cess. act. §. 9.* vbi paroemiam, *assignationem non esse solutionem*, huc applicat. vid. HARPRECHT. *de assignat. nominis A. 1703.*

§. III.

Illud quoque obseruatu dignum, si quis teneatur propterea, quia aduersus alium actionem habet, illum cedendo eam liberari, siue, vt IGTVS loquitur in *l. 51. in fin. D. de peculio, in omnibus, quos idcirco teneri dicimus, quia actionem habent, delegationem pro iusta praestatione esse*; iungantur *l. 16. §. vlt. de petit. haeredit. l. 2. §. 3. D. de haeredit. vendit.* v. *Not. ad Comp.* LAVTERB. *p. 753.* MEVIVS *part. 9. Decis. 11. n. 4.* idque vt circuitus euitetur, ita constitutum videtur. arg. *l. 53. in fin. de condition. indeb.* Sit exemplum. Vectores, quorum merces iactae sunt, agunt aduersus magistrum nauis; hic si malit actiones suas, quas aduersus illos habet, quorum merces saluae sunt, praestare, vtique est audiendus. v. PECKIVS *ad l. 2. pr. ad L. Rhod. de iactu.* Rursus, si venditori res citra culpam (secus, si culpa, licet leui) surrepta, condictionem furtiuam, vel rei vindicationem, quam habet, cedendo emtori liberatur. *§. 3. in fin. I. de emt. vendit.* add. *l. 5. §. 12. D. commodat. l. 3. §. idem Labeo 5. D. de in rem verso. l. 38. §. 1. D. de solution. l. 16. D. depositi. l. item veniunt 20. §. ait Senatus 17. D. de petit. haeredit.* Quod si iam quaeras, quamobrem creditor, rem oppignoratam maiori pretio, quam fuerat debitum, vendens, non audiatur, si ratione residui non soluti actionem velit cedere. *l. 42. D. de pignor. act.* responsio facilis est, creditorem ad residuum teneri ex natura contractus, non idcirco, quia contra tertium actionem habet.

Aut nisi quis conueniatur propterea, quia aduersus alium actionem habet.

PAROEMIA XCVII.

Tausch ist kein Raub.

Ad Tit. D. de vi bonor. raptor.

PRouerbium hocce vulgatum insignit CARPZOV. *p. 2. quaest. crim. 91. n. 9.* Eo innuitur, *permutationem vestimentorum aliarumque rerum coactam pro rapina non habendam*, adeoque ordinariae poenae locum haud facere. Praeiudicia adfert idem CARPZOV. *d. l. n. 11.* & rationem illam: quoniam, *quotiescunque dolus vel delictum per actionem ex contractu vel quasi purgari queat, actio de dolo & criminalis accusatio* ‖ *esset.* Enimuero recte asserit laudatus CARPZOVIVS, si permutatio tantum dicis causa fiat, & pro re nauci extorqueatur res pretiosa, non dubitandum, quin vera committatur rapina, eiusque ordinaria poena habeat locum.

Permutatio rerum coacta non censetur esse rapina. Quod temperatur.

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA XCVIII.

Ad Tit. D. de iniuriis.

Wehrmann oder Gewehrsmann haben, hilfft nicht.

§. I.

Auctorem habere, quam quis protulit, iniuria non excusat.

Paroemia haec spectat ad conuiciatores, eosque negat excusari, tametsi contumeliae, quam dixere vel protulere, auctorem habeant. Wehrmann enim notat illum, qui alteri ad euictionem tenetur, & hinc medii aeui latinitate dicebatur Warantus Warentis siue Warendator, vnde Warandia. v. Carolvs Cangivs *in Glossario his vocibus.* Nititur autem paroemia haec optima ratione; quid enim calumniam innocentis ab alio auditam proferens vlterius & euulgans aliud facit, quam telum ab auctore paratum emittens aut adiuuans, vt feriat illum, qui eo petitur? Certe charitas Christiana exigebat, alium contra calumnias defendi, aut ex imbecillitate amici profecta tegi potius, quam calumniam cum laesione dispergi. Congruit hoc Romani iuris rationibus. v. *l. vnic. C. de famos. libell.* Matth. Coler. *p. 1. Dec. 161.* Finckelth. *Obs. pract. 73.* Carpzov. *2. Respons. Elect. 62. n. 7. pract. crim. p. 2. quaest. 69. n. 68. seqq. p. 4. const. 42. def. 5.* Andr. Iacob. Crvsivs *ad l. 3. Stat. Mindens. art. 1. Decis. 5.* qui opponi solita refutat. Theodoric. *Colleg. criminal. c. 2. aph. 21. lit. H.* Stryck, *de iure sens. Diss. 3. c. 3. n. 60 seqq.*

§. II.

Quid temperatur.

Putat tamen Ant. Matthaei, si non dolo malo, sed garrulitatis vitio tacenda quis effuderit, nominato auctore, liberandum esse. Neque enim garrulitatem proprie dolum esse, alioquin omnes mulieres dolo facerent, quae plenae rimarum hac atque illac perfluant, inprimis incidentes in callidum percontatorem. v. *de crim. l. 47. tit. 4. c. 1. n. 3.* Hactenus Plavti illud *in Trinumo* locum habere potest:

Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,
Vnde quicquid auditum dicant, nisi id appareat,
Famigeratori res sit cum damno & malo.

Maiorem habet rationem, si quis in arcano accepta apud eum, cuius id refert, animo non malo deponat, praesertim in literis. Qua excusatione vtitur Philippvs Melanchthon *in ep. ad Ioach. Camerar. A. 1533.* cum ab inimicis eo nomine incusaretur. *Quod si,* inquit, *libertate forte nostra in scribendo vsi fuerimus, quis me tandem poterit reprehendere? Nam, si scribimus ita fere ad amicos, quemadmodum cum illis colloqui consueuimus, fieri nequit, vt, quasi a iuratis testimonium diceretur, ita omnia exquisite & circumspecte proferantur. Quis autem erit tam inhumanus, qui illa euulgare, aut, si quid euulgatum forte sit, eo in perniciem meam abuti velit? Ego neminem laedendi animo, nemini obtrectandi voluntate, non odio incitatus, non commotior ira, nulla impulsus maleuolentia, aut narro in literis, quae audiui, αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι plerumque, aut refero interdum, quid ego iudicem, quid sperem, metuam, suspicer, optem. Haec fraudi mihi esse non debebunt, atque adeo ne possunt quidem praetermitti. Sed τὰ δικαστήρια etiam commemoras. Ego vero, vt amans bonarum artium & studiorum humanitatis illius, ἀκριβοδικαίαν quasi forum exceptione quadam declinabo & sequar τὸ τῆς ἐπιεικείας, vel appellabo etiam omnium bonorum fidem & aequitatem.* conf. Mevivs *pag. 5. Dec. 219. num. 7. sequ.* Sed & si, crimen publice sciri, interfit, aut nocens sit infamatus, non erit damno, fama vel auditione a fide dignis acceptum euulgasse. *v. l. 18. & l. 33. de iniur.* modo absit animus contumelioſus. Quemadmodum hoc recte

Digitized by Google

recte temperat MEVIVS *p. V. Dec.* 389. Adde omnino TVLDEN. *ad tit. C. de iniur. n.* 6. vbi distinguit inter crimina & peccata siue vitia defectusue. Illud quoque obseruandum, iniuriantem inuitum non teneri, vt auctorem suum nominet, arg. *Nov.* 18. *c.* 5. BRVNNEM. *cent.* 1. *Dec.* 74. conf. PEREZ. *ad tit. C. de iniur. n.* 6.

§. III.

Caeterum paroemia haec etiam locum habere potest in eo, qui alterius instigatu crimen aliquod denunciat, quod probare nequit. v. *l.* 8. *C. de calumniator.* Et si quis v. g. Aduocatus ex mandato alicuius conuicium alteri faciat. *l.* 11. §. 3. & 4. *C. de iniur. l.* 5. *C. de accusat.* CARPZOV. *l.* 5. *Respons. Elector.* 62. PHILIPPI *l.* 3. *ad Inst. eclog.* 84. Nisi iussu illius proferat, qui potestatem imperandi habet. *l.* 154. *de Reg. Iur.* v. Responsum eam in rem apud THEODORIC. *d. l.*

Paroemia haec pertinere etiam ad illos potest, qui alterius instigatu crimen denunciant, quod probare nequeunt.

PAROEMIA XCIX.

Gut Gruß, gut Antwort.

Oder:

Wie man in den Wald rufft, so schallet es wieder heraus.

Ad Tit. D. de iniuriis.

§. I.

GErmanis vsitata, teste FINCKELTHAVSIO *observ.* 37. *num.* 14. AGRICOLA *prouerb.* 157. Gudt Gruth gifft gudt Antwort. Reque ipsa innuens, quod TERENTIVS dixit in *Andria: si mihi pergit, quae vult, dicere, ea, quae non vult, audiet*; vti me salutas, ita iure resalutaberis. RICHT. *p.* 2. *Dec.* 92. *num.* 10. Si aliquid ad defensionem meam scripsero, sit in te culpa, qui me prouocasti, non in me, qui tibi respondere compulsus sum. HIERONYM. *ad Ruffum.* Non obscure probat remedium retorsionis, quod scriptis iuribus, hoc est, Iustinianeo & Canonum iuri, incognitum, aduersus prolatas iniurias quotidianus seculi nostri tuetur vsus, vt praeter experientiam testatur Ill. D. MAVRITIVS *p.* 1. *Cons. Chilon.* 17. *num.* 3.

In paroemia hac fundatur ius retorsionis, in Germania vbiuis vsitatum.

§. II.

At sunt sane, qui e Christianitate, vt ita loquar, id extrusum volunt. ERASM. VNGEBAVR. *Diss. ad Inst.* 13. *quaest.* 10. WISSENB. *ad Inst. Diss.* 4. §. 4. & 5. RENNEMANN. *singulari Commentario de iure retorsionis contra verba iniuriosa hodie passim vsurpatae.* FINCKELTH. *d. obs.* 37. Argumenta, quibus vtuntur, praecipua sunt:-(1) Diuinis literis priuatam vindictam prohiberi, *Leuit. XIX*, 18. *Prov. XXIV*, 29. *Roman. XII*, 19. *I. Corinth. VI*, 1. *I. Thessal. V*, 15. & inprimis *Matthaei V*, 39. vbi Christus exerte praecipit: *Ne obsistite iniurioso, sed caedenti te in dextram maxillam, alteram quoque obuerte. I. Petr. III*, 9. (2) Deum sibi vindictam reseruasse. *Deut. XXXII*, 35. *Psalm. XCIV*, 1. *Nah. I*, 2. *Ierem. LI*, 36. *Ebr. X*, 30. *Prov. XX*, 22. a quo potestas vindicandi iniurias ad summas potestates earumque administros profecta sit. (3) Actionum contra iniurias & iudiciorum esse copiam, quibus experiri liceat. §. 7. 8. 10. *I. de Iniur. & tot. tit. D. & C. eodem.*

Quod alii Christianae religioni aduersari conuenduns.

Digitized by Google

§. III.

Nostra sententia. Verum enim vero, si rem ex aduerso suis ponderibus libremus, vix, quae opposita sunt, obstare videbuntur. Nimirum retorquere nihil est aliud, quam prolatas iniurias regerere, & tueri famam, quam alter maledicendo quasi temerauit. Licet enim fama & existimatio nostra per aliorum contumelias non auferatur, tamen externus honos, quem Aristoteles *bonorum externorum maximum esse* dicit, *4. Eth. 7.* vtique laeditur contumeliis, vel delibatur. Igitur, si desit animus vindictae cupidus, & de resarcienda tantum dignitate, quam alter impuro ore maculare ausus est, cogitetur, hactenus nihil vitii inesse retorsionibus videtur: cum ipsae etiam diuinae literae curam famae nobis commendent. Ita Ieremias Iudaeis obicientibus, quod vellet ad Chaldaeos desciscere, respondebat: *Non est verum, non ibo ad Chaldaeos, Ierem. XXXVII, 13. 14.* Ita Christus ipse, cuius praeceptum extabat *Matth. V, 22.* discipulorum suorum duos, & Paulus Apostolus Galatas stultos vocat. v. *Lucae XXIV, 25.* Adeo verum est, animo facta diiudicari. Equidem difficile est, sine sensu vltionis maledicenti remaledicere; verum de hoc priuati cuiusque conscientia cogitabit, rationem redditura Deo, si affectibus nimium indulserit. Vt autem leges ciuiles propterea omnem iniuriarum retorsionem tollant, inde non consequitur, praecipue cum propter hominum plerorumque indolem, insuetam male audiendi, & ne prolixis, molestis vel acerbis litibus inuoluerentur, consuetudine vsque adeo inoleuerit, vt frustra essent imperantes, si prorsus e rep. eliminare conarentur. Seneca etiam iudice, tanto excusatius peccet, qui dolorem regerit. Quare, sicut in aliis multis rebus, *ita* hoc quoque locum habet illud insigne Ciceronis *de Officiis l. 3. Aliter leges, aliterque philosophiam aestimare atque tollere astutias: Leges, quatenus manu tenere res possunt; Philosophos, quatenus ratione atque intelligentia.* Neque frustra praecipiunt ciuilis prudentiae magistri: expedire, vt interdum minus bona permittantur, atque ad minora *delicta* conniueatur, siue maioris incommodi gratia, siue, quod illa virtutum praestantia superet *ciuium captum*, siue denique, ne irrito aduersus adulta vitia nisu hebescat acies publicae *auctoritatis*. Quibus bene intellectis, non difficile erit, ad obiecta respondere, & quidem breuiter, officium, inquam, priuati cuiusque ab officio iudicis vel legis distinguendo. Quo tendit etiam doctrina Viri elegantes docti, Hvberi, *praelection. ad tit. I. de iniur. §. 1.* Sectator dogmatum Platonis, Maximvs Tirivs, diatribae titulum fecit: Εἰ τὸν ἀδικοῦντα ἀντιδικητέον. An iniuria retorquenda in auctorem, apud Grotivm *ad Matth. V, 39. p. 63. & 65.*

§. IV.

Remedium tamen hocce retorsionis intra certos terminos est coërcita. Interea, ne nimium haec retorsionum licentia euagaretur, moribus nostris intra certos terminos est coërcita. Nam *primum* retorsio debet fieri in continenti, velut *ira* incalescenti hoc datum videatur. v. Struv. *c. 10. de vindicta priuat. aph. 4.* *Deinde* retorsio illatae iniuriae respondere, nec eam excedere debet. Proinde potest iniuriis provocatus obiectum v. g. furti vel latrocinii crimen mendacii arguere, quin & addere mendacii exaggerandi causa: tu mentiris vt fur, vt latro; non vero ita: tu fur, tu latro es. *Quod ex mercium.* Quod ex Obrechto, Carpzovio, Harprechto, Berlichio, Mynsingero, Schneidewino, & aliis adstruit Mavritivs *d. l. n. 9. & sequent.* vbi etiam contra Schradervm *p. 9. de feud. c. 4. num. 124.* recte disputat, approbantem diuersi criminis exprobrationem, add. Struv. *d. l. aph. 10.* *Porro* ad iniurias reales retorsio non pertinet, vt mox dicetur.

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Si quis igitur contumelia verbali se laesum existimet, nec velit experiri in iudicio, hoc retorsionis remedio, sed intra fines a moribus, vt dixi, praescriptos vtetur. Nihil autem refert, praesens quis regerat iniuriam, an absens: verum hoc casu non aliter valebit retorsio, quam si retorquens schedulam vel libellum, siue per se, siue coram Notario & testibus conceptum, absenti conuiciatori vel per nuncium vel per literas insinuandum curauerit. Post alios Illustris MAVRITIVS *d. l. n.* 16. Quod tamen in Ducatu Würtembergico non sine ratione vetitum. Cum enim rixarum mater sit retorsio, nec per eam iniuriae componantur, aut animi reconcilientur, imo potius exacerbentur, vnde saepius tristes proueniunt exitus, tumultus & caedes; idque vel maxime procedat in iniuria scripta, quae ex aliquo interuallo retorquetur, eapropter ipsa plane non erit ferenda. Facilius autem admittitur verbalis, quae ex iusto dolore & calore iracundiae facta videtur: quod dici nequit de illis, qui scripto retorsionem faciunt, eamque per Notarium & testes insinuari curant, vt disserit LAVTERBACH. *ad Part.* 1. Würtemb. Land-R. *tit.* 77. §. 104. cum RVTGERO RVLANTO *part.* 2. *de Commiss. l.* 5. *cap.* 7. An vero instrumentum retorsionis recte ad iudicium deferatur? quaerit MEVIVS *p. V. Dec.* 338. nec male respondet: Hoc quidem in morem fere abiisse, & de eodem multos multifariam existimare, sed rationi congruentius videri, vt iudex huiusmodi instrumenta reiiciat. Esse enim retorsionem actum extraiudicialem; vtque ad hanc sine auctoritate Praetoris accedant partes, ne sc. in iudicio iniuriarum actione contendere opus habeant, ita etiam iudicem permittere non debere, vt ad iudicium deferatur, eo minus quod in retorsione sit priuatae auctoritatis quoddam arbitrium. Praeterea iudicis officio conuenire, lites imminuere, non occasionem dare, aut ianuam aperire, quod ista ratione fiat. Id quod pluribus persequitur dicto loco MEVIVS. Famosum Legati Suecici, Liliehockii, retorsionis, aduersus Electorem Brandeburgicum apud Regem Poloniae factae, exemplum commemorat pluribus PVFENDORF. *l.* 15. *Rer. Brandeb.* §. 25. *sequ. ad A.* 1677.

Potest etiam in scriptis fieri. Vbi quaeritur, an retorsionis instrumentum recte offeratur Iudici?

PAROEMIA C.

Ad Tit. D. de iniuriis.

Auf eine Lüge gehöret ein Maultasch.

SIVE

Auf eine Maulschelle gehöret ein Dolch.

§. I.

CARPZOV. *quaest. crim.* 30. *p.* 35. vocat vulgatum dicterium. v. IDEM *part.* 4. *const.* 10. *def.* 5. BACO *de* VERVLAM. *in opuscul. p.* 421. Paroemia haec licentiam concedit, si quis se laesum obiecto mendacii probro existimet, non tantum verba verbis reponere, sed & verberibus (quae ἀποδείξεις ἀναγαῖαι Graecis audiunt, quoniam sentiuntur) siue alapa inflicta semet vindicare. *Obiectum mendacii probrum, vulnere grauius, recepto Nobilitati more, manu confutare,* est apud ROBERT. IOHNSTONVM *l.* 1. *l. Rer. Britann. ad A.* 1603. *Verbo mentiendi cum vbique probroso, tum praecipue apud nos vel ii, quibus minor decoris cura, grauissime offenduntur,* ait THVANVS *l.* 72. *ad A.* 1580. loquutus de rixa inter Monpensierium & Niuernium. Moralistae hoc vsque adeo defendunt, vt ad occi-

Paroemia vult, obiectum mendacii probrum licere alapa alapam sica confutare.

Digitized by Google

dendi potestatem producant. Lessius *l. 2. de I. & I. c. 9. d. 11. num. 76.* Nauarrum ita inducit loquentem: *Ex sententia omnium licet contumelioſum occidere, quando aliter ea iniuria arceri nequeat.* v. Grotium & Pvfendorf. *l. 2. c. 5. §. 13.* Plures eandem in sententiam profert Montaltivs *epist. prouinc. 7.* Audiamus H. Grotium *ad. Matth. V, 39. p. 66.* postquam dixerat, Iuris Romani interpretes statuisse, bonorum nostrorum inuasorem recte necari, si aliter seruari possessio nequeat. Addit: Neque hac stetit ICtorum indulgentia, non animis tantum, sed & reip. ni fallor, periculosa. Si ob bona hoc licet, quidni seruandae existimationis causa? inquiunt. Est autem turpe fugere, licet igitur homicidium facere, etiamsi fuga pateat. Item turpe est, conuicium pati, praesertim viro nobili, ergo etiam ea de causa homicidium culpa vacat. Quin & singulares dimicationes habent suos patronos, & res omnibus LL. vetanda etiam LL. ordinatur. Eo ventum est, vt inter Christianos, crucis Candidatos, quotidie palam publice fiat, quod profanarum gentium LL. seuere puniissent. Adeo pati iniuriam, dedecus putatur, laus, hominem occidere. Ego vero neque illud, quod honorem vocant, qui non est honor, sed vanorum hominum stulta persuasio, neque possessiones vllas cum vita hominis, etiam viliſſimi, comparandas puto.

§. II.

Quae propterea reiicitur.

Verum modum huncce reuincendae iniuriae, vtut prauo more receptum, repudiauit sanior Iurisprudentia, non excusatura in iudiciis, qui verbalem iniuriam verberibus maluit, quam verbis, propulsare, & propterea paroemiam hanc merito improbant Carpzov. *quaest. crim. 79. num. 40.* Harprecht. *ad tit. I. de iniur. §. 12. num. 176.* Berlich. *p. 5. concl. 64. num. 30.* Struvivs *de vind. priuat. c. 10. aph. 10. n. 9.* v. pl. Pvfendorf. *l. 2. c. 5. §. 12.* Besoldvs *voce* Maultasch. Struckivs *Dissert. de alapa.*

Ad Tit. D. de iniuriis.

PAROEMIA CI.

Der Person Freund, der Sachen Feind.

§. I.

Potest lis etiam inter amicos esse. Hic quaeritur primo: an honoris amicitiaeque symbolis actio iniuriarum tollatur?

Sententia est: *Posse amicitiam geri, salua lite siue controuersia.* Plane vt Cicero Philipp. XI. *Quapropter vt inuitus saepe dissensi a Q. Fusio, ita sum eius sententiae libenter assensus, ex quo iudicare debetis, me non cum homine solere, sed cum causa dissidere.* Cuius occasione duae quaestiones considerari merentur. Prima est: An actio iniuriarum familiaritate, vel intercedentibus honoris amicitiaeque symbolis (qualia sunt mutua salutatio, ludus, capitis nudatio, apud nonnullas gentes osculum, apud Germanos propinatio) tollatur? Certum est, dissimulatione aboleri iniuriam. §. 5. *I. de iniur. l. 11. §. 7. eod.* ex quo sequitur, signa haec non inualidum remissae iniuriae argumentum praebere. conf. Carpzov *l. 2. I. P. Conf. def. 265. n. 25.* Limnaevs ad A. B. *c. 1. §. 5. obs. 3.* Putat tamen Bachovivs *ad d §. 5. I.* hoc non procedere, si familiaritatis actus non proprio motu, sed occasione ab alio data, & quasi ex necessitate & honestatis gratia exerceatur. Quod interdum admitti potest, de quo responsum ICtorum Ienensium memorat Richter *reg. 2. n. 71.* Verum in exemplo, quo Bachovivs vtitur, duorum aduersariorum, qui communi intersunt conuiuio, non video tantam familiaritatis necessitatem, & solennes sunt apud nos contestationes propinantis: Ich will dirs auf Hoffrecht bringen, & huic respondentis: Ich will es auf Hoffrecht bescheid thun, neque solus accubitus inter multos firmum placati animi

est

est indicium. Magis luculenta est illorum sententia, qui existimant, post litem motam & subsecutam litis contestationem, huiusmodi familiaritatis actibus iniuriarum actionem non interire. v. post FARINACIVM & MASCARDVM, BERLICHIVS *p. 5. concl. 70. num. 18. seq.* & FIBIG. *Exercit. 12. Semidec. quaest. 2.* vbi ICtos Ienenses ita pronunciasse tradit. Atque hoc conueniens est admodum paroemiae nostrae, cuius sententia potissimum ad lites in iudicium deductas pertinet, quasi tunc, missis odiis inimicitiisque priuatis, arbitrio iudicis causam suam commisisse videantur.

§. II.

Quaeritur secundo: an vsu Sacrae Synaxeos subiata censeatur iniuria?

Huic vicina est altera quaestio: An vsu sacrae synaxeos dissimulata censeatur iniuria? quod recte negauit Senatus Frisiorum apud IOH. A SANDE *l. 5. tit. 8. def. 12.* At ANT. MATTHAEI *l. 47. de Crimin. tit. 4 c. 7. §. 15.* separandum putat officium magistratus a pietate atque officio actoris. Magistratus officium esse, delictis, si probentur, poenam irrogare. At pio actori conuenire, vt exploret conscientiam, cogitetque, quam parum cum professione congruat iniuriarum actio. Enimuero, si Christianis licet in ius de iniuria sibi illata ire, spiritu sc. mansueto, non irritato, aut vindictam spirante, vt docent Theologi, nullam video causam, quamobrem post sacrae coenae vsum non idem liceat. Recte hoc & fusius explicat HVBERVS *praelect. ad tit. I. de iniur. num. 6.* BALVZIVS *ad l. 1. Regin. c. 60. verb. discordantes.* Quam omnia tum ex charitate! Si qui Christiani dissidebant, statim reconciliabantur, si id fieri poterat, ex consensu patrum. Qui vero fratribus suis reconciliari recusabant, illis ecclesiae introitu interdicebatur, donec ad pacem redirent. Et is recipiebatur, qui ad satisfactionem occurrerat. v. *Capitula* HERARDI, Archiepiscopi Turonensis, *c. 120. L. 7. Capit. 171. Concordia Regularum c. 12. & 17.* REGINONEM *l. 2. c. 375. sequ.*

§. III.

Ex hac paroemia sequitur, litem habentes a sacra communione arceri non posse.

Caeterum ex hac paroemia quoque recte inferimus, litem habentes a sacra communione arcendos non esse; cum nihil vetet, lites sine odio personae exerceri, & coniectura fiat in meliorem partem. v. CARPZOV. *l. 2. Iurispr. Consist. def. 265.* vbi etiam laudatur prouerbium hoc, & *def. 288.* MEVIVS *part. 4. Dec. 208.*

PAROEMIA CII.

Der Hehler ist so gut als der Stehler.

SIVE

Hehler und Stehler gehören an einen Galgen.

Ad Tit. D. de receptatoribus.

SEntentia est: *Qui celat furem & furtum, furi esse comparem.* TABOR. *in Racem. crim. ad l. 14. de furt.* ita effert: Der Hehler (i. e. susceptor rei furtiuae & occultator) und der Stehler haben einerley Verdammniß. Congruit SPECVLVM SAXONICVM *l. 2.* Land-Recht *artic. 13.* Wer Dübe behüßet adir roup oder ethnen man mit hülffe dorzu stercket, wirt er des obirwunden, man sal so obir yn richten, als obir yenen. (sc. furem, de quo in eodem articulo agitur.) Congruit prouerbium Suecicum apud IOANN. LOCCENIVM *Synops. iur. Suec. Diss. 24. quaest. 1.* v. & *VI. Capitul. Franc. 159. Prouerb. Salom. XXIX. 24.* PHOCYLIDES Ἀμφότεροι κλῶπες καὶ ὁ κλεψάμενος καὶ ὁ κρύψας. *Vterque fur,*

Talis occultator, qualis fur. Quod illustratur. Expenduntur LL. Romanae.

& qui furatur, est, & qui occultauit. Ad quem locum VITVS AMERBACHIVS notat: *Germani hoc admodum eleganter dicimus in hanc sententiam:* ***Talis occultator, qualis est fur.*** PLATO *de Legibus XII. Si quis rem furto sublatam sciens susceperit, eandem cum fure poenam sustineat.* vid. LOCCENIVS *l. c. p.* 462. Adde edictum Regis THEODORICI *c.* 116. Iuuabit contulisse Romanas leges. *L. 1. de receptat.* dicit: *pessimum esse genus receptatorum, sine quibus nemo diu latere possit, & ideo perinde puniendos, atque latrones, quos susceperunt. l. 9. C. ad l. Iul. de Vi publ. Crimen non dissimile est, rapere, & ei, qui rapuit, raptam rem scientem delictum seruare. L. 14. C. de furt.* Conf. *l. 12. C. de crim. pecul. & tot. tit. C. de his, qui latron. Eos, qui a seruo furtim ablata scientes susceperint, non tantum de susceptis conuenire, sed etiam poenali furti actione potes.* Quae, si cum cura ponderentur, nullum relinquunt dubium, quin eadem receptatores, quae auctores scelerum, poena maneat. Et tamen in aliis legibus *L. 1. in fin. C. de recept. l. vlt. §. vlt.* iuncta *l. 1. §. 1. de abigeis. l. Metrodorum* 40. *D. de poen.* extraordinaria poena videtur statui.

§. II.

Conciliantur. Has dissidentes externa specie leges plerique ita conciliant, vt dicant, puniri mitius eum, qui tantum furem vel alterius criminis reum recepit: Eadem autem poena affici, qui societate scelerum contracta recepit. Hoc enim longe grauius duplexque admissum videtur, & recipientis & participantis spolia atque rapinas. Adde ANT. MATTHAEI *l. 47. de crim. tit. 10. c. 2.* FINCKELTHAVS. *obs. 112.* CARPZOV. *p. 3. quaest. 134. n. 37.* Adde *2. quaest. 17. & p. 4. const. 40. def. 6.* Igitur hac distinctione temperanda erit paroemia nostra: nam & ipsum ius Saxonicum, ex quo fluxisse illa videtur, si pro verborum sono simpliciter accipiatur, in terris Saxonicis non obseruari, tradit idem CARPZOV. *d. quaest. 134. n. 45.* & FINCKELTHAVS, *d. l. n. 24. sequ.*

§. III.

An huc pertineant res furtiuas ementes? Caeterum illos, qui res furtiuas tantum, licet scienter, emunt, nunquam ordinaria furti poena, sed extraordinaria, & regulariter carceris, relegationis, vel etiam pecuniaria poena coërceri, tradunt TABOR *Racem. criminal. 4. §. 31.* CARPZOV. *quaest. criminal. 87. n. 60.* De Iudaeorum singulari iure memorabilis est lex in *Speculo Saxonico l. 3. art. 7. Emit Iudaeus calices, libros, aut de sacris ornamentis quicquam, vel si haec ei obligantur: ista si in eius inuenta erunt possessione & earum nequiuerit habere Warendatorem, sicut fur, condemnatur. Si quid de aliis rebus emerit non furtiue nec occultando, die lucente & non clausis ianuis: si met tercius hoc probare poterit, licet res sic emta sit furtiua, ipse tamen summam super eo datam cum suo iuramento obtinebit impensam. Si vero in testibus defecerit, nummos se sentiat perditurum.* Enimuero, vti ius hocce moribus desiisse, docui in Dissertatione *de subiectione territoriali §. 8.* ita praeterire heic non possum morem inclutae Reip. Francofurtensis, qui in viridi adhuc vsu est. Si quis enim, cui res furto ablata est, suspicetur, eam Iudaeis Francofurtensibus diuenditam aut pignori datam esse, adire ibi poterit Scholae Iudaicae apparitorem, quem **Schulklöpffer** vocitant, & ab eo petere, vt omnes & singuli sub poena banni siue excommunicationis iubeantur, designatarum rerum indicium facere. Vbi vel ipse, vel Consul Reipublicae, pro quantitate sc. pretii rei ablatae, gratificatur, sed cautione ab illo, qui bannum petiit, accepta, pretium, quod exsolutum est, refusum iri. Cuius Legis, vt videtur, ratio est, ne quis cum expensae pecuniae iactura semet ipsum prodere obstrictus sit. Quanquam, si quis citra ban-

Digitized by Google

bannum resciscat, a Iudaeo res furtiuas emtas esse, hic non refuso pretio eas restituere teneatur. Sed iurabit verba SCti, Anno MDXXXVII. die Iouis post Ægidii diem conditi, audire: Wann jemand bey der Juden Schulklöpffer um ein Juden-Schulband ansuchen wird, den soll der Juden Schulklöpffer vor allen Dingen fragen, ob er das versetzte Pfand, wo es gefunden wird, lösen wolle; wann dann der oder dieselbe das Pfand zu lösen willig, und auch das Pfand über 4. Gülden nicht werth wäre, so soll alsdann, und nicht ehe, das Schulband gethan werden; wäre aber das Pfand besser, dann 4. Gülden, so soll der Schulklöpffer ohne Vorwissen und Zulassung der Burgemeister kein Schulband thun, sondern die Personen, so das begehren, für die Burgemeister weisen, die den Ansuchenden auch vorhalten, und von ihnen vernehmen sollen, wo das Pfand gefunden wird, ob sie dann willig seyen, dasselbige zu lösen? sind sie dann das zu thun uhrbietig, und versprechen den Burgemeistern oder ihrer einem, dem also nachzukommen, alsdann, und sonst nicht, soll das Schulband erlaubt und vollzogen werden. Conf. PVFEND. *lib. 8. c. 4. §. 5. vbi de Ægyptiis.*

§. IV.

Neque notitiam furis habentes huc pertinent. Bene VLPIANVS *l. 48. §. 1. D. de furt.* *An furis notitiam habentes?* *Qui furem nouit, siue indicet eum, siue non indicet, fur non est: Cum multum interfit, furem quis celet, an non indicet: qui nouit, furti non tenetur: qui celat, hoc ipso tenetur l. 1. & 6. C. de seru. fugitiu.* Neque enim leges simplicem notitiam & scientiam reprehendunt, aut coërcent, quippe quae vel inuitis aliquando insinuatur, aut incerto populariue rumore circumfertur, sed participantem. Add. *l. 3. de noxal. action.* TABOR *Rac. criminal. ad l. insiciando 67. pr. D. de furtis.* De quo in paroemia sequente.

PAROEMIA CIII.

Ad Tit. D. de receptatoribus.

Es mag ein jeder seinen Schaden verschweigen, wann er will.

§. I.

IN iure Prouinciali Alemannico est: Wir sprechen: (en notam prouerbii!) Es mag ein jeglich Mann seinen Schaden verschweigen, obe er will. Consonat SPECVLVM SAXONICVM *l. 1. art. 62.* Man sal nymant twingen czu Komer (Clage) der er nicht begunst hat. Ein jeglich mag wol seinen Schaden verschwigen dieweil er will. Sententia est: *Quemque damnum sibi datum reticere posse, si velit.* Nemo vindicare se cogitur. SENECA *3. contr. 5.* Congruit IVS ROMANVM *l. 48. §. 1. de furtis l. 1. & 6. C. de seruis fugitiu. l. 22. §. vlt. de iure fisci.* ex regula generali in *Tit. Cod.* Vt nemo inuitus agere vel accusare teneatur. Non reuelans, ob defectum forte probationum, reus censeri nequit. MYNS. *cent. 5. obs. 40. n. 4.* Quo pertinent illa vulgi dicteria: Ich will sein Verräther nicht seyn. Es gehet mich nicht an. Apud RENNEMANNVM *Disp. 52. Iurispr. Rom. Germ. §. 4.* A qua excipiebantur (1) Irenarchae, quorum officium describitur in *l. 6. D. de custod. & exhibit. reorum. tot. tit. C. de Irenarch. l. 1. C. de his, qui latr. Nou. 97. c. 1. §. 2.* BARN. BRISSON. *de Verb. Significat. l. 9. hac voce.* (2) Crimina grauiora publica, vt maiestatis. *l. 5. §. 6. C. ad L. Iul. Maiest.* parricidii, *l. 2. & 6. D. ad L. Pompei. de parricid.* raptus, *l. vnic. C. de rapt. virgin.* falsi. *l. 1. §. 2. l. 16. §. 2. ad L. Cornel. de falsi.* falsae monetae. *l. 1. C. de falsi. monet.* Apud TACITVM *3. Annal.* est: *Sane lenius in suo dolore esset; Reipublicae iniurias ne largiretur.* *Damnum sibi datum quis reticere potest.*

Conf.

Conf. ORDIN. CRIMINAL. CAROLI V. *art.* 111. ORDINATIO NOVA MONETAR. FERDINANDI I. *Imp. A.* 1559. §. hierauf ſagen. Sic & latrones ac facinoroſos homines quisque in praediis ſuis latitantes ſignificare debebat. *l.* 2. *pr. C. de his, qui latron.* Addatur CARPZOV. *prax. criminal. quaeſt.* 234. *n.* 56. STAMMIVS *de Seruit. perſonal. l.* 2. *c.* 13. *n.* 11.

§. II.

Quid Canonum iure, quid moribus obtineat, traditur.

Quidam iure Canonum diuerſum contineri ſtatuerunt, per *cap.* 4. *X. de furt.* vbi HIERONYMVS pronunciat: *Non fur ſolum, ſed (etiam) ille reus tenetur, qui furti conſcius, quaerente poſſeſſore, non indicat.* BRVNNEMANN. *ad d. l.* 48. §. 1. *de furt.* Sed perperam. Nam & iure Romano rem domino ſurreptam poſſidens, ſi non exhibeat auctorem, a quo rem accepit, fur cenſetur. *l.* 5. *& l.* 12. *C. de furt.* Poteſt etiam locus ille HIERONYMI ad forum conſcientiae referri. v. TABOR *Racemat. Criminal.* 4. §. 35. Licet autem iure Saxonico receptum ſit, vt ſubditi crimina nonnulla, quorum conſcii ſunt, ad magiſtratum deferre teneantur, alioquin puniendi. v. SPECVL. SAXONIC. *l.* 1. *art.* 59. & WEICHBILD. *art.* 47. ORDINAT. VINARIENS. *tit.* 25. Quod & in Electoratu Palatino & Ducatu Wurtembergico obtinet, teſte STAMMIO *d. l. in fine.* LAVTERBACH. *Different. Iur. Ciuil. & Wurtemberg. in cauſ. criminal.* §. 5. *n.* 6. *ſequ.* Add. quae dixi von denen Ruge-Gerichten in *Diſſertat. de Conſult. LL. & iudic.* §. 28. Tamen quem delicta in ſe commiſſa ſubticere non prohiberi, ex paroemia hac noſtra concludit RENNEMANNVS cum MYNSINGER. *ſ. obſ.* 40. & COLERO *Dec.* 205. Illud dubium non habet, ſi quis a magiſtratu de delicto interrogetur, ſilentium in vitio eſſe, aut parem furi eſſe, qui a magiſtratu adiuratus furem ſibi notum non indicat. vide legem *Leuitic. V,* 1. TABOR *tract. de Tortur. ad art.* 31. *Ord. Criminal. Caroli V.* §. 16. add. *p.* 220. 221. Huius generis eſt notabilis adiuratio apud SOPHOCLEM *in Oedipo.*

Ad Tit. D. ad SCt. Turp. & de abolit. crimin.

PAROEMIA CIV.

Bekannt iſt halb gebüßt.

Spontanea confeſſio ad mitigationem poenae proficit.

PEne eiusdem eſt ſententiae, cuius SENECAE illud in *Agamemnone.*

Quem poenitet peccaſſe, pene eſt innocens.

Et PHAEDRI *l. IV. fabul.*

Saepe impetrauit veniam confeſſus reus.

Ad verbum vero transferas: *Confeſſus* (vltro ſc.) *poena dimidium luit.* IOH. AGRICOLA *prouerb.* 123. Bekant iſt halff gebotet. SPECVL. SAXONIC. *l.* 2. *art.* 14. *Prouerb. Salom. XXVIII.* 13. Multum vero refert, vtrum confeſſio & poenitentia anteuertat accuſationem criminis, an ſequatur. Etenim non haec, ſed illa poenam mitigat. v. TIRAQVELL. *de poen. temperand. cauſ.* 3. *n.* 1. *& ſequ.* CARPZOV. *quaeſt. crim.* 49. *n.* 72. *ſequ.* FINCKELTHAVS. *obſ.* 97. HARPRECHT. *Reſponſ.* 9. *n.* 98. 99. & nominatim de furto IDEM *p.* 4. *conſt.* 32. *def.* 16. Adde *l. edicto* 13. *D. de iure fiſc. l. vnic. C. de his, qui ſe defer. canon. Presbyterum* 3. *diſt.* 50. WESENBEC. *paratit. D. de poen. n. vlt* CARPZOV. *quaeſt. criminal.* 149. *n.* 23. *ſequ.* Egregie ARRIANVS *l.* 7. *de expedit. Alexandri, vnicam peccati medicinam eſſe cenſeo, peccati agnitionem & confeſſionem, manifeſtumque poenitentiae documentum edere. Nam, qui iniuriam accepit, non ita grauiter laeſum ſeſe iudicat, ſi is, qui laeſit, per-*

Digitized by Google

perperam seſe feciſſe fateatur: & bona alicui ſpes ſit, ſe non amplius iniuria affectum iri, ſi is, qui affecit, poenitentiam facti prae ſe ferat. Et ARISTOTELES 2. *Rhetor.* 3. *In inficiantes & contradicentes magis inſtigamur. Verum aduerſus confitentes, iuſte ſe caſtigari, conquieſcimus excandeſcentes. Cauſa vero eſt, quod manifeſta negare, indicium eſt inſignis impudentiae. At impudentia eſt deſpicientia & contemtus.* Hinc PLAVTVS *Menaechmis*:

Nihil hoc confidentius, qui, quae videt, ea pernegat.

Et apud ARISTOPHANEM Equitibus, quo loco Cleon & Agoracritus, ὁ ἀλλαντοπώλης, *fartor ſeu lucanicarum venditor*, contendunt de impudentia, Cleon quidem eo impudentiam teſtatam facit, quod frontem adeo perfricuerit, vt furta confiteatur ſua, neque vllam hinc infamiam reformidet: at Agoracritus eo alteri palmam praeripere conatur, quod manifeſta quoque furta perneget, neque periurium extimeſcat.

PAROEMIA CV.

Man henckt keinen, man habe ihn dann.

Ad Tit. D. de requirendis vel abſentibus damnandis.

TRitum eſt in ore vulgi verbum, quo indicatur, *ſuſpendio enecari neminem, niſi qui praeſens ſit.* Vnde liquet, veteres Germanos ignoraſſe commentitium illud ſupplcii genus in imagine. Cui ſimile olim ſupplicium in ſtatuas fuit. De quo pluribus egit EMVNDVS FIGRELIVS *de Statuis Illuſtrium Romanorum, libro ſingulari Anno 1656. Holmiae edito, cap.* 37. Add. IACOB. GOTHOFREDVM *ad lib.* 17. *C. Theodoſ. de poenis.* DESIDER. HERALD. *lib.* 1. *de rer. iudicat. auctorit. cap.* 13. §. 7. Poena repraeſentatitia in atroci crimine habet locum. FARINAC. *l.* 1. *Proc. crim. quaeſt.* 10. *n.* 78. COLER. *part.* 1. *Dec.* 107. *n.* 35. v. tamen CARPZOV. *quaeſt. crim.* 131. *n.* 41. *vſque* 47. LYNCKER. *dec.* 1373. LYCVRGVS orator *contra Socratem p.* 164. memoriae prodidit, Hipparchum, Timarchi filium, proditionis accuſatum fuiſſe, &, cum die iudicii conſtituta contumax abfuiſſet, morte eum multari & damnari iudicibus viſum. Poſtquam autem corpus contumacis, legitimum ſane poenae pignus, per abſentiam prehendere non licuiſſet, iudices effigiem eius atque imaginem, tanquam ipſummet Hipparchum, de ſumma arce deiici atque praecipitari iuſſiſſe, erectaque columna, vt Hipparchus caeterique ſcelerati & proditores in ea inſcriberentur, ſuffragiis ſuis decreuiſſe. Athenienſes ſtatuas (εἰκόνας) Demetrii Phalerei amplius trecentas, facta ſeditione, deieciſſe conflauiſſeque, & quidem, vt quidam addant, in matulas, memorat STRABO *l.* 9. *Geographiae* & DIOG. LAERTIVS *l.* 5. *vit.* qui ſubiicit, Demetrium dixiſſe: *at virtutem eos deturbare non potuiſſe, ob quam ſtatuas poſuerint.* TREBELLIVS POLLIO *in XXX. tyrannis. Nouo*, inquit, *iniuriae genere imago in crucem ſublata, perſultante vulgo, quaſi patibulo ipſe Celſus videretur affixus.* In Gallia iam dudum executiones in effigies damnatorum fuerunt vſitatiſſimae. Quod praeter ANNAEVM ROBERTVM 1. *Rerum Iudicatarum* 10. exempla complura apud THVANVM teſtari poſſunt, qui *l.* 22. *ad A.* 1559. memorat quoque, Baſileae Dauidis Georgii, poſtquam is biennium & ſex menſes ſepultus fuerat, effigiem in haſta alte ſuſpenſam, & cum caeteris oſſium reliquiis plauſtro impoſitam, demum combuſtam eſſe. Aliud exemplum de Colino apud eundem THVANVM *l.* 53. *A.* 1572. de Rohanaco GRAMMONDVS *l.* 17. *ad A.* 1628. & *in app. epiſt.* 84. *ep.* 1623. H. GROTIVS *ep.* 436. vbi refert, quendam, vt moris in Gallia ſit, per imaginem rota frangendum iudicatum. Hodie in

Contra ſententiam paroemiae huius etiam in abſentes commentitio ſupplicii genere animaduerti, docetur.

quibusdam Germaniae regionibus, praesertim in Electoratu Brandenburgico, idem in vsum venit. De Saxonia v. Philippi *Vsu Practic. Instit. lib. 4. Ecl. 80.*

Ad Tit. D. de quaestionibus.

PAROEMIA CVI.

Wann man mit Läugnen könte vom Galgen kommen, würde niemand gehangen.

§. I.

Inficiatio sola a poena non liberat.

PRofert Speidel. voce **Urgicht**, & alioquin notissimum est. Ad verbum reddas: *Si inficiatio sola a patibulo liberaret, in patibulum tolleretur nemo.* Quam in rem apposite scribit Mevivs *p. 9. Dec. 51.* his verbis: *Nemo quidem, vt poenae ex delicto reus, condemnatus est, nisi conuictus aut confessus. At non vtrumque ad condemnationem requiritur: alterutrum sufficit, vel conuictum vel confessum esse. Cum per duos testes fide dignos probatum est delictum, ad condemnationem iuste proceditur, etsi reus praecise factum negauerit. Proprium est reorum fugere, & negare. Si nonnisi ex illorum confessione ad poenam deueniendum esset, rarius punirentur delinquentes.* Addit in notis Mevivs: *erroneam esse illorum sententiam, qui putant, reum ita conuictum prius torquendum, aut alia ratione ad confessionem adducendum esse. Nullo iure*, inquit, *sic requiritur. Abutuntur textu ex Criminali Constitutione Caroli V. art. 16. qui non loquitur de conuictis, sed de deprehensis in delicto, postea tamen negantibus, nec aliter conuincendis.* Consonat ius diuinum *Deuter. XVII. 6.* Romanum *l. 12. de testib. l. 16. C. de poenis.* Addatur omnino D. Tabor *de Tort. c. 5. §. 48.* vbi rationes alias satis luculentas adfert.

§. II.

Vbi quaeritur, an iudicia & coniecturae ad condemnationem valeant?

Enimuero non ignobilis est quaestio, an indicia & coniecturae ad condemnationem sufficiant? Sunt, qui existimant, tametsi indubitata & violentissima aduersus reum habeantur indicia, eiusque exceptiones prorsus verisimiles non sint, vt proinde delictum, de quo quaeritur, ab eo commissum non credi non possit, nonnisi & extraordinariae poenae locum fore. Adde de hac quaest. Ioseph. Ludovicvm *consil. 45.* Hieronym. *decis. Auenionens. 20.* Grivell. *decis. 14. & decis. 93. & decis. 23.* Eleganter in vtramque partem Diodorvs Tvldenvs *ad tit. C. de probat. n. 22.* vbi tres sententias proponit & examinat. Bossivs *in criminal. tit. de inquisit. n. 30. p. 41. & tit. de conuictis n. 34.* Menoch. *l. 2. A. I. Q. cas. 279. n. 1. & sequ.* Grammatic. *Dec. Neapolit. 8. n. 26.* Manzivs *ad art. 9. Sanct. Criminal. Caroli V. n. 5.* v. A. Matthaei *de probat. c. 2. n. 47.* E contrario A. Matthaei *in l. 48. D. tit. 15. c. 6.* eam amplexus est sententiam, quam paucorum esse dicit, quod reus, indiciis & argumentis conuictus, non minus ordinaria poena adfici possit, quam si testibus esset conuictus. At Tabor *d. l. ad art. 22. §. 2. & sequ.* in argumenta ab eo allata grauiter inquirens, hoc ita demum admittit, si legitimus iudiciorum ordo fuerit peractus, puta, si reus super praesumtionibus auditus, & siue ordinarie, siue subsidiarie per confrontationem & torturam conuictus, aut si reum argumenta ita strinxerint, vt illis vel omnino nihil vel nihil solide respondere potuerit. Atque hactenus admittendum, quod Cicero *in partitionibus oratoriis* dixit: *non esse expectandum, dum fateatur, argumentis peccata conuinci.* Quale exemplum refert Ioh. San-

Digitized by Google

SANDIVS *l. 5. Dec. Friſicar. 9. def. 15. circa finem* & aliud MOLLER. *3. ſemeſt. 41.* de illo, qui torturae admotus omnia confitebatur, ſed in iudicio confeſſionem ſemper reuocabat, quem, quod vrgentiſſimis indiciis premeretur, poenae commeritae addictum commemorat. Et in collegio noſtro A. 1697. menſe Maio ad requiſitionem Coſſ. & Senatus Wezlar. Iudaeum quendam, a furto violenter perpetrato paulo poſt cum inſigni furtiuarum rerum quantitate deprehenſum, ſed praefracte inficiantem, nec poſt quaeſtiones, de complicibus habitas, quicquam confitentem, accedente extraiudiciali confeſſione & fama peſſima, ſuſpendio addiximus. Caeterum in criminibus leuioribus praeſumtionibus violentis grauatum condemnari, & poena arbitraria puniri poſſe, non eſt dubitandum, v. CARPZOV. *quaeſt. crim. 16. n. 19. ſequ. quaeſt. 116. n. 51. ſeq.*

PAROEMIA CVII.

Ad Tit. D. de quaeſtionibus.

Der Argwohn iſt ein Schalck, und zwar ſo arg, daß er vielmal die Uuſchuldigen in groſſe Gefahr und Schaden bringt.

Ex ſuſpicione ſola condemnandus neme.

SAgt das gemeine Sprichwort, teſte HARSDORFERO *part. 1.* der Geſpräch-Spiele, & *in libro cui tit.* Teutſcher *Secretar. p. 10. n. 15.* vbi addit: Deswegen die Geſetze heilſamlich verordnet, man ſolle allen Miſſethaten, welche den Tod verwürcken, gnugſam nachfragen und erforſchen, wie es ſich damit verhalte, auf daß niemand aus falſchem Wahn unrecht thue. Und ſolches wird annoch bey allen wohlbeſtellten Gerichten beobachtet. Von dergleichen argem Wahn ſoll ein ſeltſames Exempel folgen, welches ſich vor wenig Jahren zu Nürnberg begeben. Ein reicher Kauffmann hatte ſeine gute Freunde zu Gaſt gebeten, und als ihm ob der Mahlzeit ſein güldener Ring, welcher ihm an der Hand ſehr weit war, unter den Tiſch fiel, ließ er ſolchen liegen, ſagend: Daß er unverlohren, und ſich ſchon finden müſte. Des Rings wurde etliche Tage vergeſſen, und ſolcher von der Magd, ſo die Stube ausgekehrt, erfordert. Sie vermeldete mit hohem Betheuern, daß ſie keinen Ring gefunden, und ob ſie wohl ſonſten ſich ehrlich und wohl verhalten, lieſſe man ſie doch nicht auſſer dem Verdacht. Dieſe Magd wuſte ſich gerecht, und verlangte zu wiſſen, wo der Ring, welcher nicht verſchwinden können, hinkommen? Deswegen beginnet ſie auf einer alten Vettel Einrathen den Schlüſſel lauffen zu laſſen, und bey ſolcher halben Zauber-Kunſt fällt das Zeichen auf eine andere Dirne, in welcher Rockſack ein Ringlein, das allen im Hauß unbewuſt war, und ſich nachgehends auch wieder verlohren: darüber wendete ſich dieſer Argwohn von der beſagten Magd auf dieſe, daß ſie der Herr in das Gefängniß legen, und peinlich wolte verhören laſſen. Inzwiſchen ſich dieſes begab, waren etliche Tage verfloſſen, und fügte ſich, daß der Hund für den Augen des gantzen Hauß-Geſinds ſich brache, und zugleich den verlohrnen Ring, welcher bereits mit einer Haut überzogen, abſcheulich anzuſehen war, hervorſpeyete. Dahero man nicht anders hat muthmaſſen können, als daß etwan ein Speichel auf den Ring geworffen, und der Ring damit von dem groſſen Hund zugleich eingeſchluckt worden. Dieſe Geſchicht lehret, daß man in dem Diebſtahl, wie auch andern Verbrechen, behutſam verfahren ſolle. Nimirum, vt AVGVSTINVS *epiſt. 54.* ait: *Omnes aut pene omnes homines amamus noſtras ſuſpiciones vel vocare vel exiſtimare cognitiones, quando credibilibus rerum ſignis mouemur:*

cum credibilia nonnulla sint falsa, sicut incredibilia nonnulla sunt verae. Livivs *l. 2. c. 7. Nulla vnquam adeo spectata virtus est, vt suspicione violari nequeat.* Laudat Ammianvs Marcellinvs *l. 22.* Iulianum Imperatorem, quod nunquam ex coniecturis iudicaret, vt quae, quod non esset, arguerent saepius. Apud Phaedrvm est *l. 3. fab. 11.*

Maligna insontem deprimit suspicio,
Quod bona possideat.

Hinc elegans, pia & prudens est illa constitutio, quae inter Caroli M. leges Iudices officii sui & in condemnando diligentiae admonet. 7. *Capitul. 259. edit. Baluzian. Omnia primo diligenter cunctos oportet inquirere, vt cum iustitia definiantur. Nullus quemquam ante iustum iudicium damnet, nullum superioris arbitrio iudicet. Prius quidem probet, & sic iudicet. Non enim, qui accusatur, sed qui conuincitur, reus est. Pessimum namque & periculosum est, quenquam de suspicione iudicare. In ambiguis Dei iudicio reseruetur sententia. Quod certe agnoscunt, suo, quod nesciunt, diuino reseruent iudicio.* De muliere falso credita, maritum & filium occidisse, v. & Camdenvm *ad A. 1602. p. 898.*

Ad Tit. D. de quaestionibus.

PAROEMIA CVIII.

Flüchtig Mann, schuldig Mann.

Ex fuga arguitur criminis reus, non tamen, vt quis propterea torqueri queat,

SOlet prouerbio dici, teste A. des Auslegers gemeiner Teutscher Sprichwörter, & Conrado Harzio *de Inquisit. reor. c. 8. n. 21.* Quo significatur: *fugitiuum reum esse criminis.* Add. Mascard. *concl. 820. n. 1. sequ.* Id quod vtique verum est, *si fuga* consideretur, vt delictum ipsum, cui a iure sua imposita est poena, v. g. carcerem *effringentis*, aut militis in bello. Enimuero, si de probatione delicti commissi quaeratur, fuga nonnisi verisimile & remotum indicium inducit; tantum abest, vt sola ad torturam aut condemnationem sufficiat. Liquet hoc ex *Ord. Crim. art. 25. 26. 27.* nam postquam de indiciis & nominatim de fuga actum esset, subiicitur demum generalis regula, nullum eorum, de quibus egerat, indiciorum ad torturam solum sufficere. v. omnino Tabor *libro de tort. analys. Crim. art. 25 p. 157. sequ. ad p. 171.* & Frommannvs *de fugae iustit. & iniustit. §. 54. 55. & §. 56. 57.* vbi singulatim disquirit de fuga famuli & officialis. Bachov. *ad Wesenbec. de confess. n. 5.* vbi Wesenbecivm refutat & respondet *ad l. 7. §. 2. de suspect. tutor.* agi ibi de tutore, copiam sui non faciente, quo fit, vt pupillus impetret missionem in bona; quae etiam in casu simplicis contumaciae ante litem contestatam decerni solet, & sola comparitione tollitur, tantum abest, vt effectum condemnationis habeat. *Ordinat. Criminal. art. 95.* Brvnnemann. *Process. inquisit. c. 8. n. 69.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA CIX.

Von hören sagen leugt man viel.

Ad Tit D. de quaestionibus.

PRofert SCHOTTEL. l. 5. Von der Teutschen Haupt-Spr. tract 3. Ad verbum transferas: *Rumoribus atque auditionibus multum ineſſe mendacii.* Von hören sagen lernet man lügen. STRYCK. *de iure ſenſ. diſſ. 3. c. 3. n. 7.* hinc teſtimonium de auditu non probat. vid. GROTIVM *ad Luc. I, 2.* PVFENDORF. *l. 5. c. 13. §. 9. p. 818.* Sententia eſt: *Famam ſine auctore, ſiue quae incerto auctore temere vagatur, nullam vim probandi habere.* v. de fama A. MATTHAEI *de probat. c. 1. num. 3.* De qua fama MARTIALIS l. 7. ep. 5. loquitur:

Auditiones & rumores multum trahunt ex mendacio.

Certus abeſt auctor, ſed vox hoc nunciat omnis.

CICERO *l. 12. ep. ad Caſſium 10. Nos de Dolabella cotidie, quae volumus, audimus: ſed adhuc ſine auctore, ſine capite, rumore nuncio.* Elegantiſſime ACHILLES TATIVS *de amorib. Clitophont. & Leucippes l. 6. Calumnia & fama duo ſunt ſibi cognata mala, nimirum quia haec illius filia eſt. Atque illa quidem gladio acutior, igne ardentior & ad perſuadendum Sirenibus aptior eſt: haec vero aqua fluxior, vento celerior, & pernicior alis. Quamobrem ſermo, cum a calumnia emiſſus fuerit, ſagittae in morem euolat, abſentemque, in quem mittitur, vulnerat: qui vero audit, facile admodum credit, iraque accenſus in vulneratum furit. At fama huiuſmodi multiplex quidem ſtatim diffunditur: & ſermonis vento acta, linguaeque pennis interim ſuſtentata, omnes in partes circumfertur, in obuii cuiusque aures illabens.* FABIVS QVINTILIANVS *Declamat. 11. Quis, iudices, neſciat, hanc famae eſſe naturam, vt ſit vnius hominis audacia:* Et mox. *In rumore, cuius probationes, cuius argumenta non habemus, calumniae genus eſt primum credere.* Hinc DEMOSTHENES *in Eut.* Οὐ δὲ μαρτυρεῖν ἀκοὴν ἐῶσιν οἱ νόμοι ἀδ' ἐπὶ τῆς βλάβης. *Ne in grauioribus quidem criminibus leges admittunt teſtimonium de auditione.* Quae autem requirantur, vt teſtimonium de auditu probet, vid. *Not.* ad SCHILTER *de teſtib.* Valet tamen ad praeſumtionem. PVTEVS *l. 2. Dec. 13.* quandoque etiam ad probationem plenam, nempe circa res antiquitus actas *l. ſi arbiter 28. de probat.* Verum, ſi in iis de maiori praeiudicio agatur, neceſſe eſt, vt includant famam. CACHER. *Conſ. 1. n. 85.* SCHVRFF. *Cent. 3. conſ. 99.* TVLDENVS *ad tit. C. de teſtib. n. 6.* Teſtimonium de auditu aliquando probat, (1.) cum de cognatione vel affinitate tractatur, & teſtes ſunt omni exceptione maiores, qui dicunt, ſe audiuiſſe a maioribus ſuis, & aperta computatione diſtinguunt gradus, videruntque ipſi, perſonas, de quarum cognatione quaeſtio eſt, ſeſe pro talibus mutuo geſſiſſe, *cap. licet ex quodam X. de teſtibus,* quod niſi admitteretur, impoſſibile foret, conſanguinitatem probare. MYNSINGER *ad c. 33. X. de teſtib. n. 2. & ſequ.* (2.) Cum quaeritur de memoria, *l. ſi arbitr. de probat.* (3) ad probandam famam requiruntur teſtes alieni auditus.

PAROEMIA CX.

Gemein Gerücht iſt ſelten erlogen.

Ad Tit. D. de quaeſtionibus.

TEſtis de ea idem SCHOTTELIVS. Congruit Graecorum illud: Ὁ ζηνὸς λόγος πιστὸν τεκμήριον. TABOR *de confront. p. 110.* Sententia eſt: *Famam raro mentiri.* Quae ne priori videatur contraria, intelligenda eſt de manifeſta fama, quae non a maleuolis hominibus, ſed perſonis fide dignis orta, qualis illa 1. *ad Corinth. V, 1.* Hinc, quatenus fama indicium

Fama raro mentitur.

Digitized by Google

ad torturam, & quidem remotum, faciat, sapienter in *Ordination. Criminal. Caroli V. art.* 25. §. erstlich requiritur: vt persona tanta sit animi temeritate vel leuitate, quae credere faciat, eam delictum, de quo quaeritur, commisisse; Eine solche und verwegene oder leichtfertige Person, daß man sich der Missethat zu ihr versehen möge. Deinde, vt fama non a maleuolis, non a leuibus hominibus, (quorum testimonium coecum vocabat Donatvs) sed ab illis, qui odia atque affectus procul habent, & honestae vitae sunt, orta sit, solcher böser Leumuth nicht von Feinden oder leichtfertigen Leuten, sondern von unpartheylichen redlichen Leuten kommen. Quod igitur Hadrianvs Imperat. *l. testium* 3. §. 2. *de testibus* rescripsit: *Consentientem famam confirmare rei, de qua quaeritur, fidem*, sensum habet, solam famam id non praestare, sed quae subnixa est aliis indiciis aut probationibus, id enim vox *confirmare* satis innuit. Vt proinde audiendi non sint, qui ex *d. l.* 3. *de testib.* inferre ausi: Vbi aliunde probatio sumi non potest, ibi famam plene probare. v. Tabor *tr. de Tortur. ad Ordin. Criminal. d. art.* 25. Ad huiusmodi famam etiam pertinet, quod est in *cap. inter nos* 6. *X de purgat. canonic. Quod si quis de aliquo crimine publica laborat infamia, accusatore & testibus deficientibus, ad purgationem est compellendus.* Quae pro rumore & contra rumorem dici possunt, vid. apud A. *l.* 2. *ad Herennium p.* 39. *edit. Londin.* Cicero *orat. pro M. Coelio. At fuit fama? Quotusquisque eam effugere potest in tam maledica ciuitate?*

Ad Tit. D. de quaestion.

PAROEMIA CXI.

Gleich sucht sich, gleich findet sich.

Wie der Wirth ist, also schickt Gott die Gäste.

Mores hominis cognoscuntur ex societate.

PRofert Gryphiander *l.* 1. *oeconom. legal. c.* 28. *num.* 95. *p.* 790. Indicat autem, mores hominis cognosci ex societate. *Add. Psalm. XVIII*, 26. *Prov. XIII*, 20. Quam rationem Areopagitae potissimum in iudicando secuti sunt. Aristot. 1. *Rhetor.* 12. Livivs 1. *c.* 46. *Contrahit celeriter similitudo eos, vt fere fit malum malo aptissimum.* Et Evripidis in *Phoenice* hanc in rem praeclara est sententia.

Ego saepe iudex lectus ad causas fui:
Et saepe dictis testium contraria
Arbitria feci, teste mihi vita rei:
Ego namque certis scire dum quaero notis,
Probus an sit aliquis, speculor ingenium viri,
Et quod sequatur vsque viuendi genus.
Si quis malorum pascitur consortio,
Inquirere vltra parco, compertum hoc habens,
Talem esse quemque, quali amicitia vtitur.

conf. Plinivs *l.* 4. *ep.* 27. Vltimos tres *versus etiam recitat* Demosthenes *Orat. de falsa legatione p.* 232. Congruit Prouerbium Latinorum: *Quales domini, tales cætelli.* v. & Ammian. Marcellin. *l.* 28. *c.* 1. *in not. Lindenbr.* Hinc frequens cum facinorosis familiaritas aut conuersatio indicium (saltem remotum) ad torturam praebet. Ord. Criminal. Caro-

Digitized by Google

Caroli V. *art.* 25. §. zum Vierten. v. & *art.* 44. ibi: Auch sonderliche Gemeinschafft mit Zauberin und Zauberen hat. TABOR *tr. de Tortur. ad d. art.* 25. §. 25. *sequ.* CARPZOV. *quaest.* 120. *n.* 35. *sequ.*

PAROEMIA CXII.

Ad Tit. D. de quaestion.

Die Krähe läst das Hüpfen nicht.

NOstratium fert adagium, teste D. TABORE *de tortur. art.* 25. *Crim. Ord.* §. 10. Der Wolff hat ein böses Geschrey, er richtet sich selbst. Quo innuitur, semel malum semper praesumi talem. *can. semel* 8. *de R. I. in sexto. Nov.* 72. *praefat.* maxime in eodem delicti genere, si nimirum suspecta persona simile facinus vel perpetrarit, vel attentarit, vel de eo delata sit. Vt idem TABOR explicat. Sane coniectura haec non parum in iudicando valet. Ita Simius apud PHAEDRVM *l.* 1. *fab.* 10. inter Lupum & Vulpem, quae ab illo furti arguebatur, sedens iudex, cum vterque causam peroraſſent suam, dixit sententiam:

Graculus saltitare non desinit, siue, semel malus semper talis praesumitur.

Tu non videris perdidisse, quod petis,
Te credo subripuisse, quod pulcre negas.

conf. GELLIVM *l.* 14. *N. A. c.* 2. Apud PROCOPIVM *l.* 4. *Goth. histor.* memoratur prouerbium: *Lupo mutari pilos interdum, animum nunquam.*

PAROEMIA CXIII.

Ad Tit. D. de quaestion.

Hexen weinen nicht.

PRouerbii huius meminit BESOLD. *in Thesauro practico*, *voce* Weinen, & an certum magiae indicium sit, lacrymas tenere, disquirunt BERLICH. 4. *Concl.* 5. CARPZOV. *prax. crimin. p.* 1. *quaest.* 19. *num.* 63. OLDEKOP. *tractat. alt. contra Carpzov. quaest.* 10. & *tit.* 4. *obs.* 14. Freud in den Gewissens-Fragen von Hexen *quaest.* 253. *sequ. p.* 497. *qui plures allegat.* D. MAVRITIVS *de demonc. sagar. cap.* 3. §. 19. DEL-RIO. *l.* 5. *disquisit. magic. sect.* 5. § 25. *p.* 726. *sect.* 9. *p.* 741. HARPRECHT. *conf.* 7. *num.* 64. *sequ.* BRVNNEM. *c.* 8. *Proceſſ. inquisit. m.* 5. *num.* 69. Enimuero, quamuis experientia docuerit, lacrymas non misisse sagas, vtut summis cruciatibus tortas; cum alioquin secundum SOPHOCLEM *Aiace flagellitenente*,

Sagae lacrymas haud emittunt. An hoc magiae iudicium?

Κάρτα τοι φιλοκτιγον γυνή,
Promtum flere foemineum genus;

& iuxta EVRIPIDEM in *Medea*: γυνὴ δὲ, θῆλυ, κἀπὶ δακρύοις ἕφυ, *Mulier sit sexus natura mollis, & ad lacrymas procliuis; nominique muliebri pene conceſſum sit immmoderatum in lacrymas ius*, vt SENECA *de consolatione ad Heluiam cap.* 16. loquitur; adhoc *lacrymae coacti doloris intra praecordia & intolerabilis silentii sint eruptio*, vt est in SENECAE *controv. l.* 8. *c.* 6. Tamen, istud infallibile magiae esse indicium, inde non sequitur: non raro enim ea hominis est natura, vt lacrymas prorsus neget, & ex pumice, quam ex oculis eius, elicere lacrymas facilius sit: interdum ea doloris est magnitudo, vt fletum impediat. Oedipus apud SENECAM *in Oedipo*:

Fletu-

Digitized by Google

Fletuque acerbo funera & queſtu carent,
Quin ipſa tanti peruicax clades mali
Siccauit oculos: quodque in extremis ſolet,
Periere lacrymae.

Ad Tit. D. de poen.

PAROEMIA CXIV.

Narren-Spiel will Raum haben.

Petulantia modum deſiderat.

PRaeterquam quod vſu quotidiano ſatis eſt cognita, profertur a magnae quondam & doctrinae & prudentiae Academiae huius Theologo, D. Kiliano Rvdravffio b. m, *p. 2. Inſtit. moral. c. 7. ax. 7.* Ad verbum transferas: *petulantiam in loco ſpatioſo exercendam.* Sententia eſt: *petulantiam deſiderare modum.* v. H. Grotivs *in Excerpt. p. 480.* Sane, qui ex petulantia quem occidit, impune non abit. Poenam relegationis in quinquennium eo caſu dictatam, memorat Vlpianvs *l. 4. §. 1. D. ad L. Corn. de ſicar.* & ſaepe ita pronunciatum, ſcribit Brvnnemannvs *ad l. 5. C. eod.* Add. *l. 6. §. 7. D. de re militar.* Carpzov. *quaeſt. criminal. 27.* fuſtigationis poena dictata apud Lyncker. *deciſ. 1064.*

Ad tit. D. de poen.

PAROEMIA CXV.

Was einer trunckener weiſe ſündiget, muß er nüchtern büſſen.

Peccans in ebrietate, ſobrius factus, poenas luit.

SEntentia paroemiae huius in vulgus notae eſt; *peccantem in ebrietate, ſobrium factum, poenas dare. Qui peccat ebrius, ſobrius punitur.* Sane ebrietas a poena *omni non* liberat. Quin Gailivs *2. obſ. 110. n. 27. ſequ.* ebrioſum, der gewohnt iſt voll zu ſeyn, *ordinaria* poena afficiendum exiſtimat. A cuius tamen ſententia alii non immerito recedunt, *quos* profert D. Fabricivs *in not. ad Gail. d. l. ſect. 3.* v. Reinkingivs *l. 2. de Reg. ſecul. & eccleſiaſtic. cl. 1. c. 8. n. 33. ſequ.* Carpzov. *quaeſt. criminal. 146.* Brvnnem. *ad l. 6. D. de re militar. n. 4.* non autem ſufficit quaelibet ebrietas. v. omnino Brvnnem. *ad l. 3. §. 7. de re militar.* & *de proceſſ. inquiſitor. c. 9. n. 63.* conf. plur. Harprecht. *reſponſ. 20. num. 60. ſequ.* Brvnnem. *2. D. 21.*

Ad Tit. D. de poenis.

PAROEMIA CXVI.

Die Gedancken ſeynd Zoll frey.

§. I.

Cogitationis poenam nemo meretur.

CIcero *pro Milone* ita extulit: *Cogitationes ſunt liberae.* Ictvs in *l. 18. D. de poen. Cogitationis poenam nemo meretur.* Apvleivs *florid. 4. Omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in cauſa eſt;* ita vt contra in maleficiis etiam cogitata ſcelera non perfecta adhuc vindicantur, cruenta mente, pura manu, quae ad actum externum non proceſſit, ſed in nudis, vt loquuntur, merisque propoſiti terminis conſiſtit. vid. *l. 225. de V. S.* Elegans locus Iac. Gothofr. *ad l. 2. C. Theodoſ. de raptu.* Haec paroemia vt intelligatur, ambiguum vocis *cogitationis* euoluendum erit. Nimirum ea vel nudam mentis agitationem notat, vt eſt animae ſemetipſam alloquentis ſermo; vel latius & *παραστατικῶς* (vt Vlpianvs alibi loqui-

Digitized by Google

loquitur) ad illos animi motus pertinet, qui iam ad actus externos sunt digressi, sed intra exitum subsederunt, vt loquitur SENECA 7. *Declamat.* siue, *vt l. 225. de V.S.* loquitur, si ipso facto initium mente deductum fuerit. Et in hac notione loquitur *l. 5.* ibi, *cogitatio. & §. 4. C. ad L. Iul. Maiest. Can. quisquis 9.* ibi, *quisquis cum militibus scelus maiestatis cogitaverit. Distinct. I. de poenit. l. 1. §. 3. de seruo corrupt.* Eadem latitudine interdum vox *voluntatis* vsurpatur. De quo v. TABOR *de Conatu c. 2. §. 3. & seqq.*

§. II.

In prima significatione cogitationis diuersos ponebant gradus Stoici. Ex quorum disciplina differentem audire libet HIERONYMVM *ad c. 5. Matth. vers. 28.* (v. omnino GROTIVM *ad Matthaei V. p. 41.*) *Inter πάθος*, inquit, *& προπάθειαν*, hoc est, *inter passionem & propassionem hoc interest; quod passio reputatur in vitium, propassio, licet vitii culpam habeat, non tenetur in crimine. Ergo, qui viderit mulierem, & anima eius fuerit titillata, hic propassione percussus est. Si vero consenserit, & de cogitatione affectum fecerit, de propassione transiuit ad passionem.* Προπάθεια denique, *vbi morbus inualuerit, & affectus radices adeo altas egerit, nec ex animo auelli facile queat, nec auelli a re desiderata, cui προσηλῶσθαι quodammodo videtur.* adde *can. homicidium 28. dist. 1. de poenit. can. qui viderit 32. quaest. 5.* Verum haec ad tribunal animi pertinent. *Vbi, quantum ad tribunal animi pertinet, distinguendum.*

§. III.

In foro externo paroemia nostra & vulgata regula, *cogitationis poenam mereri neminem*, audienda est. Neque refert, an cogitata casu aliquo, puta, per confessionem subsequutam, ad notitiam aliorum peruenerint; quia *humanae naturae* (aut ciuili societati) *congruum non est, vt ex actibus mere internis ius aut obligatio inter homines nascatur*, vt GROTIVS ait *l. 2. de I. B. c. 20. §. 18.* CATO apud GELLIVM *l. 7. c. 3. voluntates nudas inanesque neque legibus, neque poenis obnoxias.* v. omnino GROTIVM *l. 2. c. 20. §. 39.* Quam ob causam BODINVS Senatum Parisiensem incusat, quod Nobilem Normannum, qui Monacho Franciscano confessus fuerat, se voluntatem Regis (Francisci I.) occidendi habuisse, nihil tamen, quod impiae voluntatis ipsum poenituisset, ausum esse, tanquam maiestatis reum damnarit. *l. 4. de rep. c. 7.* add. *l. 2. c. 5.* vbi secus existimat. Atque hactenus admitti potest, quod Rhodii in Senatu Romano apud LIVIVM *l. 45. c. 24.* aiebant: *neque moribus, neque legibus vllius ciuitatis ita comparatum esse, vt, si quis vellet inimicum perire, si nihil fecerit, quo id fiat, capitis damnetur.* Habemus tamen etiam apud veteres exempla, vbi cogitatio & meditatio sceleris & affectus nonnunquam pro effectu puniti, vt de Glauco apud HERODOTVM *lib. VI. &* IVVENAL. *Satyr. XIII.* *As in externo foro nihil nocet, cogitata casu quodam ad aliorum peruenisse notitiam.*

§. IV.

Caeterum, vbi latius vocabulum cogitationis sumitur, vt iam coepta est ad externos actus procedere, dicendum adhuc regulariter: conatum malefaciendi extra poenam esse. *l. 53. in fin. de Verb. Signific.* quo referenda est etiam, *l. 1. D. de furt.* vbi ICTVS negans, *solam cogitationem furti faciendi furem facere*, non de cogitatione stricte sic dicta intelligendus est, cum in hoc nulla verteretur dubitatio, (furtum enim sine contrectatione non fit *l. 1. §. vlt. de furt.*) sed de illa, quae iam ad effectum aliquem, saltem communis deliberationis, consilii & decreti est producta, ex qua effectus contrectationis sequatur. conf. *l. si quis 52. §. 19. de furt.* Adde *l. item apud 15. §. 10. de iniuriis l. 1. §. vlt. quod* *Quid, si cogitatio ad actus externos processerit?*

Digitized by Google

quisque iur. in alium l. 3. D. de his, qui not. infam. Non obstat *l. 14. ad L. Cornel. de Sicariis*, vbi rescriptum HADRIANI Imper. ex CALLISTRATO refertur: *In maleficiis voluntatem spectari, non exitum*; nam τὸ *non* in hac lege (vt alibi, v. BRISSONIVM *voce non.*) significat *non tantum*, vt eleganter explicauit D. TABOR *d. dissert. c. 3. §. 6. & seqq.* vbi etiam §. 13. § *seqq.* subiungit exceptiones, ad superiorem regulam pertinentes. Eleganter SENECA *l. 7. de tranquillit. c. 7.* SERVIVS ad illud VIRGILII *VI. Aeneid. Ausi omnes immane nefas.* Secundum morem Romanorum dicit, quo non tantum exitus punitur, sed & voluntas. MAXIMVS TYRIVS *Serm. 2.* ap. IAC. GOTHOFRED. *ad l. 1. C. Theodos. ad L. Iul. de ambitu.* QVINTILIANVS *Decl. 274. de insidiatoribus*: *Insidiatus ciui, etsi non effecerit scelus, poenas tamen legibus soluit.*

Ad Tit. D. de poenis.

PAROEMIA CXVII.

Ein Mahl, kein Mahl.

Semel perinde est ac nunquam. Vbi quaeritur, quatenus in poenis hoc locum habeat?

SAepe auditur paroemia haec, (quam ad verbum transferas: *Semel, nunquam*) vbi de condonanda aut mitiganda ob delictum leuius poena agitur; plane vt vulgo etiam dicimus: *primo gratis, secundo satis, tertio poenam dabis.* v. SIRACIDEM *XXIII, 21.* Facilius enim venia donatur, aut leuius plectitur, qui prima vice vsitatum, non enorme delictum patrauerit, quam qui saepius ad eundem impegit lapidem, ait PVFENDORF. *l. 8. de Iur. Nat. & Gent. c. 3. §. 22.* & conferatur pluribus TIRAQVELL. *de temperand. poen. cauſ. 10. n. 3. & 5.* Scriptor Graecus, nescio quis, apud H. GROTIVM *l. 2. de Iur. B. & P. c. 20. §. 30. in not.* eodem interprete latine loquens: *Aliquando ignorasse, quid vita exigat, hominis est: at in iisdem rebus saepius aberrare, emotae est mentis: quo enim plura sunt, in quae incidimus, delicta, hoc maiorem poenam commeremur. Dixi*: in leuioribus delictis; nam in maioribus, quale est homicidium, obtinet alia paroemia: Wer einen erwürgt, darff zehen ermorden. Cuius sententia esse videtur: qui hominem ex proposito occidit, (id enim haud dubie notat vox erwürgen, quod citra insignem violentiam fieri nequit) vitae amissione puniri, perinde ac alium, qui homines decem occidit. Et nihil refert, an delictum huiusmodi circa idem obiectum siue eandem rem semel fiat, an saepius repetatur. Quod indubie verum est in delictis, quae Dd. vocant successiua. De quo videatur FARINACIVS *de Criminib. quaest. 22. num. 18.* & inprimis TABOR noster *Racemat. criminal. 1. §. 74. seqn.*

Ad Tit. D. de Appellat.

PAROEMIA CXVIII.

Suppliciren und Appelliren kan man niemand verwehren.

§. I.

Appellationes & supplicationes sunt ex genere litterum.

TEstem de prouerbio hoc HARSDORFERVM damus, si colloquia familiaria de eo nos dubio omni non eximerent. Sententia est: *Supplicare vel appellare nulli non licere.* Cui congruit VLPIANI *l. 6. D. de appellat. Credo, humanitatis ratione omnem prouocantem audiri debere.* In 7. *Capitul. Francor 333. Appellantem non debet afflictio vlla aut carceris*

aut

aut detentionis iniuriare custodia. Et liceat appellatori, vitiatam causam appellationis remedio subleuare. & 4. Addit. 17. *Appellationis vocem nulli oportet negare.* Hinc appellandi facultatem naturali iuri adscribunt non pauci ICti. v. plur. GONZALEZ. *ad c. 53. pr. de appellat.* v. ZIEGLER. *Dicast. c. 51. §. 9.* v. omnino BOECLERI *Dissert. de iudic. p. 60. seq.* Appellationem *auxilium commune* vocat PAPINIANVS *l. 3. §. 1. D. rem ratam haberi* Quando enim summus imperans iudicem infra se statuit, eum non ἀνυπεύθυνον, sed obnoxium sibi velle censetur; quoniam saepe fit, iudices inferiores iniquas dare sententias, vel gratia, odio sordibusue corruptos, vel imperitia imprudentiaue lapsos. Vt adeo errent ICti, interque eos MAESTERTIVS *l. 2. de iustit. leg. Roman. c. 64.* qui appellationem ciuilis esse iuris, contendunt. Peccant etiam iudices, interpositam appellationem reiicientes, aut appellanti, ideo quod appellauit, iniuriam inferentes. *l. 25. C. de appellat.* Sane illis, qui appellationi non deferunt, ex iure Romano in causa criminali poena arbitraria decernitur, in ciuili triginta auri pondo. *l. 21. C. de appellat. l. 33. l. 51. l. 58. l. 59. l. 60. C. Theodos. eod. & ibi Iacob. Gothofredus.* At secundum ius Canonicum in causa criminali iudex deponitur, in ciuili arbitraria mulcta plectitur. *c. 31. X. de appellat.* v. ZIEGLER. *Dicastic. conclus. 15.*

§. II.

Ex iure naturae non simpliciter tali, sed quod pro certo rerum statu est.

Notandum tamen, appellandi facultatem iuris naturae esse non simpliciter, sed pro certo rerum statu, nec primaeui, sed illius, quod actum voluntatis humanae sequitur. Quare dubitari nequit, pro rei qualitate aliisue circumstantiis appellationem lege publica a summo Imperante lata (non lege municipali siue statuto. *cap. 19. X. de iureiurando*, contra quam male statuunt RITTERSHVS. *part. 10. ad Nouell. in praefat.* & PAVL. VOETIVS *sect. 5. de statut. c. 2. §. 10.* vbi multos profert in vtramque partem) non solum restringi, sed & omnino tolli posse. CONSTANTINVS Imperat. *in l. 1. C. Theodos. quorum appellatio non recipitur: Moratorias dilationes frustratoriasque non tam appellationes quam ludificationes, admitti non conuenit. Nam, sicut bene appellantibus negare auxilium non oportet: ita his, contra quos merito iudicatum est, inaniter prouocantibus differri gesta non decet.* Appellationum solennia non introducenda, & per haec appellantes vltra mores vel leges a iudice non onerandi. v. MEVIVS *p. 2. Dec. 8.* Hinc poena in eos statuebatur. *l. 6. §. 4. C. de appellat.* Erat ea interdum infamiae. *l. 19. l. eod.* aliquando librarum argenti quinquaginta *l. 5. C. quorum appellat. non recip.* a qua ne Clerici quidem immunes erant *l. 2. C. de episcopal. audient.* v. insignis locus BACONIS DE VERVLAMIO *de certit. leg. aph. 94. 95. 97.*

§. III.

Pactis appellandi facultas tolli potest.

Quin valeat quoque pactum, ne appellare liceat, nos dubitare vetat *l. vlt. §. vlt. C. de temporib. appellat.* Qua in parte discrimen est inter conuentionem priuatorum & statutum municipale. Nimirum hoc respicit principaliter superioris praeiudicium, ne sc. causae ad ipsum per appellationem deferantur: at conuentio partium, qua appellationem remittunt, non respicit praeiudicium superioris, sed vtilitatem & auxilium litigantium. Vt recte docuit GONZALEZ. *ad d. c. 19. de iureiurand. num. 6.* v. GAILIVM I. *obseruat. 135. num. 10. 11.*

Digitized by Google

Ad Tit. D. de administrat. rer. ad ciuitat. pertinent.

PAROEMIA CXIX.

Mißrechnen ist kein bezahlen.

Ob errorem calculi solutio potest retractari.

GErmanorum est prouerbium, teste Heringio *de fideiuss. c. 20. §. 21. num. 24. &* significat: *Errorem calculi non esse solutionem.* Quod Romano iuri congruit. Hinc rationes administratorum, licet subscriptae & expunctae, propter calculi errorem intra triginta annos retractari possunt. *l. 8. pr. de administr. rerum ad ciuit. pertinent.* Hinc sententia & transactio ob errorem calculi nulla pronunciatur. v. *l. 1. §. 1. quae sentent. sine appell. rescind. l. vnic. C. de errore calculi.* vbi Brvnnemannvs & Heeser *de ration. reddend. loc. 15. num. 55. sequ.* Tabor *Relat. Argentorat. 110.* Hinc error calculi in ipsa executione & instrumento, quod vocant, guarentigiato, opponi potest. v. Illustris D. ab Eyben *in not. ad Perez. Codic. de errore Calculi.* Nisi forte litem, super errore calculi motam, sententia vel transactio composuerit. v. Brvnnemann. *d. l.* Mevivs *p. 4. Dec. 300.* Heeg. *part. 1. quaest. 20. num. 19. sequ.* vbi hoc velut cautelam commendat.

Ad Tit. D. de administrat. rer. ad ciuitat. pertinent.

PAROEMIA CXX.

Er kan viele Handwercke, aber betteln ist das beste.

Vierzehen Handwercke, funffzehen Unglück.

Wer viel Handwercke zugleich lernet, lernet selten was wohl und recht.

Plura exercens opificia raro operae pretium facit.

PRofert post Bornitivm & alios Mevivs *Responss. 7. p. 75.* Speidel *voce Zunfft.* Sententia est: plura opificia exercentem raro in singulis excellere, aut operae pretium facere. Congruit latinum prouerbium: *tractent fabrilia fabri.* Haec causa est, quare iure Romano non licuerit amplius quam in vno collegio esse. *l. 1. §. fin. de colleg. & corpor.* v. pl. Werlhof *de connumer. marit. p. 131.* Add. *l. 17. §. 4. D. ad municipal. & in l. vlt. pr. C. de Assessorib.* dicitur: *cum vnus ad vtrumque festinat, neutrum ab eo bene peragi. l. 13. §. 4. D. ad SCt. Trebellian.* Hinc valent statuta opificum, vetantia quem plura opificia exercere, aut pluribus sodalitatibus adscriptum esse. Brvnnemann *cent. 2. Dec. 65.* add. evndem *cons. 56. & ad l. 1. D. de colleg. & corpor. num. 4. sequ.* Richter *Dec. 80. num. 36.* Vid. Fritschivs *de collegiis opificum. cap. 5. §. 4.*

* * *

LIBER

Digitized by Google

PAROEMIARVM IVRIS GERMANICARVM, *LIBER SECVNDVS.*

QVI

PVBLICI ET FEVDALIS IVRIS PAROEMIAS COMPLECTITVR.

PAROEMIA I.

Wann der Kayser stirbt, setzet sich der König in den Sattel.

§. I.

PRouerbium hoc allegat LIMNAEVS *ad Capitulat. Caroli V. art. 26. p. 276.* Cuius sententia est: Regem Romanorum, mortuo Imperatore, in Imperatoriam dignationem ipso iure succedere, & administrationem suscipere. Id quod prouerbii Rudolphi II. exemplo confirmat VICQVEFORT, libro Gallica lingua edito *de electione Imperator. c. 8. p. 115. sequ.* Verba eius sunt: *Rodolfe ayant été elû Roy des Romains pendant la vie de Maximilien II.* son Pere, & se trouvant à la Diete de Ratisbonne, où l'Empereur mourut le deuxieme d'Octobre 1576. il fit aussi-tot effacer la marque de son logis, & au lieu de *Majesté Royale*, il fit mettre: *pour sa Majesté Imperiale.* Hinc Ferdinandus I. *in Recess. Imper. A. 1559.* se vocat hiebevor erwehlten, bestätigten und gecrönten Römischen König, auch Kayserl. Majest. (sc. Caroli V.) und im Fall der Erledigung des Kayserthums unzweiffentlich rechten Successorem und erwehlten Römischen Kayser. Add. SELDVS *in considerat. ad Imper. Ferdinand.* COLERVS *de iure Imp. German. sect. 8.* LIMNAEVS 2. *I. P. c. 15. n. 8.* Exceptionem statuit Capitulatio D. IOSEPHI *art. 47.* quando decedente Imperatore, antequam Rex octauum decimum aetatis annum attigisset, interea per Imperii Vicarios Imperium administrari, & abhinc ille, dato Electoribus antigrapho de seruanda Capitulatione, perinde quasi denuo iurauisset, cauere, nec ante Imperii gubernacula attrectare debuit. Quanquam diuina indulgentia, seruato in hunc vsque diem Augustissimo Imperatore, cautionem illam, magno Imperii bono, superuacaneam esse voluerit. Locus hicce admonet, cum anno millesimo sexcentesimo octuagesimo nono ipsis calendis de Rege Romano, de cuius electione Augustae Vindelicorum circa idem illud tempus agebatur, verba publice faceremus, vt ex oratione illa obseruationes nonnullas excerpamus & illustremus. De homonymia vocabuli Regis iam pluribus actum in *Dissertat. de diplomat. German. Imper. & Reg. sect. 2. §. 1.* Heic autem notat Rex Romanus, viuo Imperatore designatum ac futurum ab huius morte successorem.

Imperatore mortuo, Rex ipso iure in Imperatoriam succedit dignitatem.

§. II.

Regis viue Imperatore eligendi institutum diu viguit in Imperio.

Itaque prima sit obseruatio: Viguisse hoc institutum a longis temporibus in Germania. Etenim, cum moris adhuc esset, successione & sanguinis iure deferre imperium, saepenumero Imperatores filios suos sibi successores designauere, titulo Regum viuentibus ipsis condecoratos, haud dubie, vt pluribus munimentis insisterent, & quia opportuni magnis motibus transitus rerum. Quam ob causam in aliis quoque regnis idem factitatum nouimus, vt testantur exempla plurima apud Persas & Romanos. Postquam autem turbari successio, & Reges eligi coeperunt, non semel viuis ipsis constituti successores. Intra tamen centum & triginta annos ante Auream Bullam Caroli IV. nonnisi defunctis successores dati: idque propterea, vt non temere videtur H. Conringio, *ad Lampad. P. 3. c. 2. §. 6.* quia tum temporis Electores non perinde publico bono studebant, quam augendae libertati suae & dignitati, quae in gratiam & propter auctoritatem viventium Imperatorum solet aliquanto esse restrictior. Et hinc veri per est simile, in Aurea Bulla consilio mentionem factam nullam alicuius, quae viuo Imperatore fieret, electionis. Nam, quod diuersum persuadere conati sunt Dominicvs Arvmaevs, Carpzovivs, & alii, id quidem facile ex ipsa A. B. refelli potest, quae, quoties de eligendo Romanorum Rege agit, vacantis Imperii casum exprimit, & locus, quem illi ex eiusdem Bullae titulo primo in principio adferunt his verbis: *quotiescunque & quandocunque necessitas siue casus electionis Regis Romanorum in Imperatorem promouendi contigerit:* ex aliis locis & substrata materia est explicandus, de Rege sc. nondum, vt ea ferebant tempora, Romae coronato. Illud tamen pro certo ponendum, Regis, quem heic intelligimus, electionem A. B. non aduersari; quin ipsum eius conditorem, Carolum IV. filium suum, Wenceslaum, sibi adiungendum curauisse, aduersante nemine. Quod exemplum, postliminio quasi reductum, secuti deinceps Fridericus III. in filio, Maximiliano id nomen primo, Carolus V. in fratre, Ferdinando I. (Cuius tamen electioni contradicebant Ioannes Fridericus, Saxoniae Elector, Bauariae Duces & Smalcaldici foederis socii. De quo videantur acta apud Goldastvm *part. 2.* Politischen Reichs-Händel *c. 1. & seqq.* Hortleder von Vrsachen des Teutschen Kriegs *l. 4. c. 9. n. 176.* add. Sleidan. *l. 7. de Statu religion. ad A. 1530.* Quanquam Anno 1534. per transactionem, confirmatam postea in Comitiis Spirensibus A. 1544. Cadanicam controuersia haec composita, & Ferdinandus primus Rex ab aduersariis agnitus sit,) & caeteri omnes vsque ad Augustissimum Imperatorem, Leopoldum.

§. III.

Et est vtilissimum.

Obseruatio secunda: Serenissimam Austriacam familiam male eo nomine apud maleuolos quosdam & inuidentes audire, quasi libertati Germanorum fraudem machinetur, & successionem per cuniculos ac sensim sibi propriam facere moliatur. Sed non sine manifesta calumnia. Add. Pfanner. *histor. Pac. Westphal. l. 2. §. 63.* Ecquis enim est, qui nesciat, Capitulatione Caesarea successionem omnem abiurari; nec minus certum, interregnorum pericula, quae regnis electiuis admodum sunt familiaria, cautione hac praeuerti. Quod profecto non est, libertati fraudem facere, sed tranquillitati publicae in longitudinem consulere. Vt nunc omittam, negotia absentis aut aliis ex causis impediti Imperatoris ita commode expediri. Quam causam praecipue adduxit Carolus V. cum Ferdinandum fratrem Electoribus eligendum Regem commendaret. In actis electionis Conradi IV. Regis Romanorum, quae *l. 1. Miscellaneorum p. 472. sequ.* inseruit Stephanvs Balvzivs, causae adferuntur interregni pericula, merita decessorum ex eadem Domo, &

vt

Digitized by Google

vt praesens Imperator ad maiorem pro Imperio curam excitetur. Equidem apud Polonos nefas est, viuo Rege de successore agere. v. MAXIMILIANVM ANDREAM FREDRO *vita Henrici Valesii p. 65.* PIASECIVM *in Chronico ad A. 1632.* IOACHIM. PASTORIVM *l. 4. Histor. Polon. plenior. p. 121.* Verum, quia turbae electionum intra seculum hoc non semel in eo regno visae, annon Reipublicae nostrae institutum longe illi anteferendum sit, aliis diiudicandum relinquimus.

§. IV.

Qui Regis illius constituendi potestatem habeant?

Obseruatio tertia: Quinam eligendi Regis potestatem habeant, olim dubium non fuisse, quando Septemuiri creandis Imperatoribus, illius etiam constituendi iure citra controuersiam vsi leguntur. Enimuero seculi huius Anno supra quadragesimum septimo 30. April. in actione Pacis Westphalicae Sueci proponebant: *Electio Regis Romani ne fieret, nisi Ordines in Comitiis id iudicauerint.* Postulatum sane, quod Caesaris legati, *velut inauditum, & olim fundamenta Imperii tentaturum, reiiciebant*, vt memorat PVFENDORFIVS *l. 19. Rer. Suecicar. §. 111.* Quanquam Sueci tandem peruincerent, vt Pacis, quod vocant, instrumenti *articulo 8. §. 5.* insereretur, in proximis Comitiis agendum de eligendo Rege Romanorum. Quae abhinc in Comitiis A. *1653.* super ea re magnis animorum motibus disceptata, fuse enarrauit TOBIAS PFANNERVS *histor. illor. Comit. l. 2. §. 1. sequ.* Exitus autem disceptationis fuit, vt nihil mutaretur, obtendentibus, praeter diutinam possessionem, Electoribus, non ipsam Romani Regis electionem, sed quaestionem, a quibus & quomodo ea peragenda, ad Comitia reiectam; transiitque paulo post sine Statuum reliquorum contradictione electio Ferdinandi IV. v. PFANNER. *d. l. 57. §. 69.* Postea in praesentium Comitiorum Recessu. §. demnach Electores spoponderunt, se caeteros Status ad praeconsultationem de eligendo Rege admissuros, quanquam non sine multa restrictione. Quae autem deinceps circa Recessum illum mota dubia, in compendio memorauit D. SCHILTERVS *l. 1. Inst. iur. publ. tit. 17. § 4.* Partes haud dubie heic nullae sunt Romani Pontificis. Quanquam Carolus IV. in epistola ad Gregorium XI. Papam A. *1376.* apud LEIBNIT. *Cod. iur. Gent. diplomat. Mantissa dipl. 50. a.* scripserit: *ad huiusmodi electionis celebrationem, viuente se, non posse procedi sine Pontificis beneplacito, assensu & gratia ac fauore.* Rationem vid. apud SCHILTERVM *ad A. B. Caroli IV. p. 286.*

§. V.

Imperatore inuito Rex adiungi potest.

Obseruatio quarta: Hodie non amplius dubium esse, quin Caesari inuito Rex adiungi possit. Quod primum in CAPITVLAT. MATTHIAE *art. 35.* sancitum, in Capitulationes quoque sequentes omnes deinceps receptum est. Quanquam diuersitatem aliquam in Leopoldina videamus: in hac enim *art. 36.* Electoribus ea facultas reseruatur simpliciter: at in anterioribus requisitum fuit, vt rogatus Caesar citra causam consensum suum ad eam electionem denegaret. Quare autem MATTHIAE id primum praescriberetur, causa fuit cunctatio decessoris Rudolphi II. De quo ita EVERARDVS REIDANVS *l. 11. Ann. Belgic. ad A. 1594. Cum ageretur*, inquit, *de eligendo Rege Romanorum, eoque pars magna Electorum tenderet, vrgeretque Hispaniae Regis Legatus, Caesar velut promtus & consilium secuturus differre tamen rem, tradito Principibus more, queis suspecti de Successore sermones*, quia orientem plerique solem venerantur. *Forte quoque alienior illi animus, quod, fratrum aliquo ad regium fastigium euecto, donandae necessario ditiones erant, queis fortunam sustentaret. Addidit & causam alteram Guilelmus de S. Clemente, Caesari, vbi inclinationem Hispani in Ernestum comperisset, formidolosam eius potentiam esse. Quippe si Ernestus, Romanorum ipse Rex, Hispani filiam, insuper & Belgarum terras dotis nomine acciperet, abunde illi virium ad deiiciendum Caesarem fore.* Add. omnino H. CONRING, *ad part. 3, Lampad. c. 2. §. 14.*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Nunquam eodem tempore Imperator & Rex electi.

Obseruatio quarta: Vt eligantur eodem tempore & Imperator & Rex, de quo hic agimus, post institutos Electores factum nunquam. Quanquam id agitatum, cum Matthias eligeretur, quibusdam ei successorem Albertum destinantibus. Vt didici ex LINGELSHEMII *epistola Mss. ad Bongarsium A. 1612. 16. Martii, & alia eiusdem Anni 2. April.*

§. VII.

Modus eligendi Regem obseruatur, qui in Imperatore eligendo.

Obseruatio sexta: De modo eligendi Regis aliquando fuisse controuersiam. Etenim Saxo Elector in electione Ferdinandi I. ius conuocandi Electores penes Moguntinum esse, fidenter negabat, adducta ratione: quod A. B. de Romanorum Rege in notione hac nihil definiuisset. Ex eodem principio contendebat, in electione hac ius plurium suffragiorum haud valere. v. scriptum apud GOLDASTVM *part.* 2. Politischen Reichs-Händel *c.* 1. *ad A.* 1530. Prius quidam IVSTVS ASTERIVS, in examine Comitiorum Ratisbonensium, posterius Galli repetierunt, cum Ferdinandum III. nollent agnoscere Imperatorem. *Vrgebant enim praecipue, quod a Bauaro quondam suggestum ferebatur, Regem Romanorum non, vti Imperatorem, maiore suffragiorum parte fieri posse, sed consensum singulorum requiri, velut ad dignitatem extraordinariam & non necessariam*, apud PVFENDORF. *l.* 9. *Rerum Suecic.* §. 65. *ad A.* 1637. Add. H. GROTIVM *ep.* 714. Verum enim vero, vt Saxo tandem acquieuit electioni Ferdinandi I. & Ferdinandum III. praeter Gallos, omnes, etiam Sueci, eo tempore hostes, Imperatorem agnouerunt, ita certum est, ex consuetudine Imperii electionem Maximilianorum & sequentium Regum ad formam electionis Imperatoriae ex praescripto Aureae Bullae Caroli IV. fere peractam fuisse. Idque etiam in Pacificatione Cadanica, de qua supra diximus, inter Ferdinandum & Saxonem conuenit: *Si tempus incideret creandi Romanorum Regis, viuo Caesare, vt tum Principes Electores ante conueniant & deliberent, num iustae sint & idoneae causae: &, si appareat, tum demum ex formula legis Carolinae pergant, quod secus factum fuerit, irritum sit*, vt summam capitis illius recensuit SLEIDANVS *l.* 9. *Comment. ad A.* 1534. Formulam ipsam habet HORTLEDERVS *l.* 3. von Vrsachen des Teutschen Kriegs *c.* 13. & GOLDAST. *part.* 1. Reichs-Satzung. Quare & Francofurti, nisi iustae causae impediant, ea fieri debebit. Propterea Maximilianus I. Francofurtensibus cauit, electionem Ratisbonae factam iuri ipsorum fraudi non fore. Cuius antigraphum *A.* 1475. legitur in corpore priuilegiorum Francofurtensium *part.* 1, *p.* 444. Idem post electionem Iosephi Regis obseruatum, discimus ex SIGISMVNDI FERRARII *descript. coronat. Augustae Eleonorae & Iosephi Regis p.* 58. *& sequ.* De tempore, intra quod adesse iubentur Electores, v. VITRIAR. *l.* 1, *Inst. iur. publ. tit.* 6. §. 8.

§. VIII.

Differt tamen in nonnullis.

Obseruatio septima: Differre in nonnullis electionem hanc ab Imperatoria. Etenim primo conuocationem Moguntini praecedere debet προβολία Electorum, vt ante dictum. Hinc Elector Moguntinus in scripto, cuius titulus: Chur Fürstl. Mayntzische Erläuterung des letzten Chur-Fürstl. Collegial-Bedenckens zu Mühlhausen verfasset ꝛc. *subdato* 28. *Martii* 1628. apud LONDORPIVM *tom.* 2. *Act. publ. l.* 8. *tit.* 45. *p.* 1375. *edit. A.* 1629. Wie aber diß angelegene gemeine nützliche Werck zu einem erwünschten glückseligen Progress zu bringen, und ob vor allen andern Tractationen deßwegen ein Wahl-Tag unverlängt auszuschreiben, dabey wird nothwendig in acht genommen werden müssen, daß bey Lebzeiten eines regierenden Römischen Kaysers und Oberhaupts im Reich sich nicht geziemen wolle, ohne ausdrücklichen Willen und Geheiß der sämtlichen Chur-Fürsten einen Wahl-Tag aus-

Digitized by Google

auszuschreiben, derowegen dann Ihro Kayserl. Majestät auch gemeinet seyn werden, die übrige Chur-Fürsten auch darunter in Gelegenheit der Gebühr anzulangen, und sich um derselben Mit-Einwilligung zu bewerben. Adde Erzehlung des Wahl-Actus Ferdinandi III. zum Röm. König A. 1636. apud LONDORP. *tom. 4. p. 606.* Deinde Imperator aliquando in Conclaui, vbi electio peracta, praesens fuit. Ita apud GOLDASTVM *part. 1.* Politischer Reichs-Händel *c. 4. tit. 3.* est: Solche Chur und Wahl haben Sie (die Chur-Fürsten) anfänglich Kayser Friedrichen, Dero Maj. in dem Conclaui auf einem Ort gesessen ist, damit Seine Maj. mittler Zeit der Wahl nicht hat vor der Chür bleiben mögen, vorgehalten. Quid obseruatum fuerit in electione Sereniſſimi Ioſephi, memorauit laudatus supra FERRARIVS *part. 2. c. 2. p. 106.* Plane, vt Imperator, ita Rex Romanorum Capitulationibus adstringitur. Idque factitatum constat a Maximiliano II. & qui eum sunt secuti. v. LIMNAEVM *prolegom. ad Capp. sect. 5. n. 4. sequ.* SCHWEDER. *part. gen. c. 2. §. 17.* An vero in Capitulatione hac conficienda partes aliquae sint Imperatoris? fuit aliquando disceptatum, cuius momenta in actis de pace religiosa exhibentur apud LEHMANNVM. v. LIMNAEVM *tom. 2. addit. ad l. 1. p. 171.*

§. IX.

Obseruatio octaua: Quae potestas Romanorum Regi competat, cuius iura singulatim recenset VITRIARIVS *l. 3. tit. 6.* diuersam esse iuris publici Germanici peritorum disciplinam, quae inprimis SCHVTZIVM, Cancellarium nostratem, & LIMNAEVM quondam commisit. Etenim ille *vol. 1. Iur. public. D. V. §. 3. lit. A. & vol. 2. D. 10. §. 2. lit. D.* adstruere conabatur: Regem Romanorum, absente Imperatore vel impedito, gubernacula posse Imperii suscipere, maiestatem exercere, & eiusdem, qua Imperator pollet, maiestatis esse compotem. Hic in alia omnia discedebat. *ad Capitulat. Ferd. I. art. 2. verb.* auch für uns selbsten *p. 473. p. 488. & ad Capitulat. Rudolphi II. p. 528. & tom. 2. addit. ad l. 2. p. 84 & sequ.* Vbi planum est, Regem a temporibus Maximiliani II. promittere consueuisse: Er wolle sich keiner Regierung oder Administration im Reich weiter oder anders unterziehen, dann so viel Ihm dessen Kayserl. Maj. vergönne. v. CAPITVLAT. RVDOLPHI *art. 32.* FERDINANDI III. *art. 49.* Et, cum impeditus fuit Imperator, hunc non necessario Regi negotia gerenda commisisse. v. *Rec. Imp. Wormatiens. A. 1545. princip.* Aut, vbi peregre egit, Regi Commissarios suos adiunxisse. v. *Recess. Imper. Spirens. 1542. §.* so hat *3. Recess. Imp. Norimberg eiusd. Ann. princip. & §.* solches *43.* v. *Commissio a Carolo V. ex Germania in Hispaniam abeunte relicta A. 1556.* quae refertur a GOLDASTO *tom. 1. Const. Imp. p. 577. & eiusdem Caroli V. epistola ad Praesidem & Assessores Camerae Spirensis apud* GOLDAST. *d. l. p. 576.* v. & SCHILTER. *l. 1. tit. 17. §. 5.* vbi de plenitudine potestatis & maiestate Regis. Vnde explicanda ORDINATIO CAMERAL. *part. 1. tit. 1. §.* nemlich *3.* iunct. *prooem. §. 1.* ibi: In Krafft berührter der Kayſ. Majestät Heimstellung. Quae satis euincunt, quaecunque fiunt a Rege, auspiciis Imperatoris fieri; vtut secundum Imperii legem. (Quo demum aspectu Rex potestatem suo nomine, quippe a mera Imperatoris voluntate non pendentem, exercere dicitur.) Maiestatis autem nomen non nisi abusiue, vt notet eminentem vnius dignitatem, aut per προλῆψιν eidem tribui. Neque enim, quod Rex secundum paroemiam hanc ipso iure succedit, dici potest, ipsum summam potestatem saltem actu primo habere: alioquin enim dicendum foret, in regno successiuo omnes, qui ab auctore stirpis regnatricis descendunt, & spem succedendi habent, summae potestatis esse compotes. Et tamen accidere potest, vt is veram summam potestatem habeat, si Imperatori, negligenter in Imperio versanti, Rex inuito adiungatur. Quo casu profecto non potest non dyarchia euadere, qualis olim in Imperio Romano seculo quarto aliquoties fuit.

Quae potestas Romani Regis sit, explicatur.

PAROEMIA II.

Ein jeder Herr iſt Pabſt in ſeinem Lande.

Quisque Dominus eſt Papa in ſua regione. Quae paroemia nata eſt ex iuribus circa ſacra inſignibus, quibus Regionum Domini, etiam ante inſtaurata ſacra, iam dudum gauiſi.

IN fidem paroemiae huius, quod ante reformata ſacra iam viguerit, aduocamus poſt Feltmannvm Illuſtr. D. ab Eyben *c.* 10. *Elector. feudal.* §. 2. & Georgium, Ducem Saxoniae, qui Romanis licet ſacris addictus, cum ipſi controuerſia de Balliua Thuringenſi, ad Ordinem Teutonicum ſpectante, moueretur, aliquoties dictitabat: Er wäre in ſeinem Lande ſelbſten Pabſt, Kayſer und Teutſcher Meiſter, vt ex Actis circa illam Balliuam retulit Stryckivs *de Iure Papali Princip. Euangel. c.* 2. §. 10. Sententia eſt: Principem vel Comitem quemque eſſe Papam in ſuo territorio. Quod tot exemplis Principum, qui libertates & iura circa ſacra iam olim ſibi vindicauerunt, in *Diſſertatione de Superioritate territoriali* §. 11. demonſtratum eſt, vt de prouerbii huius veritate dubitare poſſit nemo. His adde, Epiſcopos, Chiemſcenſem, Gurcenſem, Seccauienſem & Lauantinum, non a Pontifice Romano, ſed ab Archiepiſcopo Salisburgenſi confirmari. Nam ita Benedictus VII. Pontif. inter diplomata a Gewoldo *p.* 32. edita: Regionum inferioris Pannoniae ſiue Moeſiae & in contiguis ſibi Slauorum nationibus circumquaque manentium noſtram Apoſtolicam autoritatem exercere committimus atque delegamus, quatenus illic more anteceſſorum ſuorum Sanctae Lauriacenſis Eccleſiae Archi-Epiſcoporum habent poteſtatem, Presbyteros atque Epiſcopos ordinare atque conſtituere. Hinc recte Martinvs Zeillervs *libro de decem Imperii Circulis Tit.* 1. *ſub Auſtriaco Circulo*, obſeruauit: Es iſt hieraus der Irrthum dererjenigen zu erlernen, welchen in dieſem Creyſe die Biſchöffe von Gurck, Lavant, Seccau, Laybach, Wien und Neuſtadt: Item die beyde Land-Commenthureyen in Oeſterreich und an der Elſch: Item: die Aebte zu Schüttern, St. Blaſio und St. Petro: Item die Grafen und Herren von Hardegg, Loſenſtein, Regendorff, Falckenſtein, Rappolſtein und andere mehr, als ob Sie Reichs-Stände wären, und ihre beſondere Reichs-Anſchläge hätten, referiren, die doch keine Reichs-Stände ſeyn, oder einen abſonderlichen Anſchlag haben, ſondern in denen Oeſterreichiſchen Erb-Landen, als Land-Leute, ihren Stand, bey den Land-Tägen ihre Stimm, und ihrem Land-Fürſten die Gebühr zu erſtatten haben. Et mox: Wie ich neulich geleſen, ſeynd die Geiſtlichen in den Oeſterreichiſchen Ertz- und Hertzogthümern insgemein denen Land-Rechten, Ordnungen und Gewohnheiten unterworffen, und müſſen ſonderlich in realibus bey der Lands-Fürſten weltlichen Gerichten Recht geben und nehmen; welches auch in andern Landen und Königreichen nicht ungewohnt, daß die Geiſtlichen in theils Sachen auch paſſive vor weltlichen Richtern zu Recht ſtehen müſſen. Eodem pertinet, quod eſt in Specvlo Saxoniae *l.* 1. *art.* 3. *Apoſtolicus nullam Decretalem in noſtri iuris ciuilis & feudalis condere poteſt praeiudicium.* Der Pabſt mag kein Recht ſetzen, da er unſer Land-Recht oder Lehn-Recht mothe ergern moge.

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA III.

Ein jeder Herr iſt Kayſer in ſeinem Lande.

§. I.

VVlgi ore iactari, teſtatur REINKING *l. 1. de Reg. Secul. & Eccl. cl. 5. c. 6. n. 5.* Cui ſimilis vox, qua frequenter Principes noſtros vti ſolere, auctor eſt OLDENDORPIVS *cl. 2. act. 9. rubric. ne quid in loco ſacro*: Ego tibi ſum Imperator in meo territorio. Plerique noſtratium ICtorum ita enunciant: *Quilibet Dominus in territorio tantum poteſt ſuo, quantum Imperator in Imperio.* v. innumera Auctorum nomina apud CASPARVM KLOCKIVM *c. 4. de contribut. n. 144. ſequ.* & MYLER. *de Princip. Imper. c. 14. §. 8. & ſequ.* vbi multos profert, qui aliter, ſed in eandem ſententiam, efferant. *Quisque Dominus in territorio ſuo eſt Imperator.*

§. II.

De aetate brocardici huius ſiue paroemiae quaeri ſolet. KLOCKIVS *d. c. 4. n. 134.* & v. 2. *conſ. 34. n. 2. & 4.* PAVLO CASTRENSI acceptum tulit: at longe antiquiores eſſe natales, ab aliis eſt obſeruatum: nam GVILIELMVS DVRANDVS, qui SPECVLVM Anno 1271. edidit, inde Speculator dictus, *ſub titulo de editione inſtrumentorum §. reſtat. n. 22.* iam eius meminit; inde apud BARTOLVM & BALDVM reperitur. Et PHILIPPVS LEIDIVS, BARTOLO *σύγχρονος, in libro de republica*, cum apud Gallos ius profiteretur, conſcripto, ſcripſit, & ſaepius repetiit: *Comitem Hollandiae Imperatorem eſſe in ſuo Comitatu*; vt obſeruauit H. GROTIVS *libello de antiquit. reip. Batauicae c. 5.* *Natum hoc brocardicum ſeculo tertio decimo videtur.*

§. III.

Nec minus de eius veritate dubitatur. Quidam enim periculi plenum, alii captionem ex parte ad infinita continere, ſcripſerunt apud MYLERVM *de Princip. Imper. c. 14. §. 10.* Hinc varie temperatur ac declaratur, vt apud EVNDEM videre eſt, *d. l. §. 11. & ſequ.* Alii e contrario, de eius veritate ſecuri, id paſſim adhibent, vt propterea formulam parietariam inſigniuerit ZACHARIAS VIETOR *libello de exemt. Imper. concl. 4.* Mihi cum illuſtri Viro D. LVDOLPHO HVGONE *in Diſſertatione de Superioritate territoriali §. 10.* viſum, fabricatores brocardici huius non tam ad aequalitatem poteſtatis ſiue iurium, quam potius ad formam regiminis, qua regionum Domini, antiquioribus praeſertim temporibus, vſi, reſpectum habuiſſe. Quanquam & hoc intuitu, vt in ſimilitudinibus vſuuenit, partes omnes premere non liceat, ne diſſimile exeat. *De eius veritate non pauci dubitant. Quatenus admitti poſſit, traditur.*

PAROEMIA IV.

Ein Herr kein Herr.
Zwey Herren ein Herr.

DE vſu paroemiae huius (quae aenigmati perſimilis videtur) in Ciuitate Traiecto ad Rhenum, quam Princeps Leodienſis cum foederatis Belgis pro indiuiſo poſſidet, teſtatur CAROLVS DE MEAN *in appendic. obſeruat. ad ius Leodienſ. Ce droit commun*, inquiens, *Condominii in regione aliqua*

imperium pro indiuiso tenent.

quiens, *& indivis & forme de gouvernement dans nôtre dite ville s'est expliqué de toute ancienneté par les mots & termes suivans*, en flamand:

Een Heer geen Heer,
Twen Heeren een Heer.

qui significnt,

Un Seigneur point de Seigneur,
Deux Seigneurs un Seigneur.

Vsum paroemia haec insignem habet in dyarchiis & triarchiis, quae valde frequentes sunt in nostro Imperio. v. *Dissertatio de specialib. Roman. German. Imper. Rebuspubl. sect. 2. §. 27.* Nimirum in huius generis rebuspublicis pro regula tenendum: Si plures condomini sint, eos non facere collegium, nec vnam omnes habere iurisdictionem siue imperium in solidum, sed singulos eam pro indiuiso tenere, adeoque maiorem partem non praeualere, sed singulos adesse & consentire oportere. Cui consequens, potiorem esse conditionem prohibentis, hincque, vel vno contradicente, rem in statu suo manere, ac nihil fieri. Ratio horum est, quoniam nemo de alterius parte disponere potest: nam quaeuis particula, etiam minima, istius rei est communis. Vnde fluit, illum, qui disponit de parte rei communis, disponere de parte alterius. v. *l. 28. D. communi diuidundo & l. 5. D. de stipulat. seruor.* Hinc decidi possunt insignes quaestiones, quas attigi *in d. Dissertatione d. l.* Add. Speidel. *Specul. iurid. politic. voce* gemeine gesamte Herrschafft.

PAROEMIA V.

Schutz und Schirms-Gerechtigkeit giebt keine Obrigkeit.

Cui addunt aliqui:

Entziehet auch dem Erb-Herrn an seinem Recht nicht das geringste.

§. I.

Ius protectionis suprematum non confert.

LAudant Besoldvs *de foeder. c. 5. n. 12.* Gailivs *2. obs. 54. n. 1.* Rennemann. Disp. 33. *Iurispr. Rom. German.* §. 45. qui allegat inprimis *cap. recepimus in fine X. de priuilegiis.* Myler. *de Princip. Imper. c. 18. §. 23.* Fritschivs *farragin. iur. publ. axiom. 29.* & alibi passim. Sententia est: *Protectionis ius nullam tribuere iurisdictionem, nec regionis Domino de iure suo quicquam detrahere.* Quod in Imperio nostro complura summorum iudiciorum iudicata testantur, de quo alibi. D. Henricus iunior, Dux Brunsuic. Lüneburg. in scripto apud Hortleder. *l. 4. de caus. B. Germ. c. 6. n. 75. sequ.* locutus de Hoxara: Unsere Vorfahren und Wir seyn derselbigen Stadt eben sowohl Schirm-Herrn gewesen, gleichwohl seyn sie uns nicht weniger oder mehr, als zuvor, unterworffen, wie Wir auch in andern Städten Erbschutz-Herren seyn, und darum gleichwohl wider sie kein Imperium oder Gebiete haben. Conuenit hac in parte ius patrium cum iure inter liberos populos recepto, secundum quod & inaequali foedere iuncti iuris esse sui non desinunt. Vt pluribus probauit H. Grotivs *l. 1. de I. B. & P. c. 3. §. 21.* Hinc ius legationum, ius belli gerendi habent. v. Idem *l. 2. c. 18. §. 2. n. 2. l. 3. c. 3. §. 4.* Quo spectat etiam, quod est *l. 7. pr. de captiu. & postlim. reuers. Non dubito, quin foederati & liberi nobis externi sint.* Vbi Bvdaevs legit: *externi non sint*, sed

sed contra exemplarium fidem, vt ipse fatetur, & apud CICERONEM 1. *in Verrem* etiam socii Romanorum *exterae prouinciae* nominantur. Plane vt apud VIRGILIVM quoque est:

Omnem equidem sceptris terram, quae libera nostris
Dissidet, externam reor.

Liber autem populus est (pergit ICTVS *in d. l. 7. §. 1.*) *is, qui nullius alterius populi potestati est subiectus, siue is foederatus est, item siue aequo in amicitiam venit, siue foedere comprehensum est, vt is populus alterius populi maiestatem comiter conseruaret: hoc enim adiicitur, vt intelligatur, alterum populum superiorem esse: non vt intelligatur, alterum non esse liberum.*

§. II.

Exceptio est, si pacto aliud conuenit. Quod etiam tacite fit, si, qui foedere est superior, paulatim imperium proprie dictum vsurpet, patientia tandem in ius transeunte, vt, qui socii fuerant, fiant subditi, aut certe partitio summi imperii existat. v. GROTIVS *d. c. 3. §. 21. num. 10. sequ.* Quo non inepte referri potest, quod est in *d. l. 7. §. 2. At* (quae particula est aduersatiua) *fiunt apud nos rei ex ciuitatibus foederatis, & in eos damnatos animaduertimus.* Nimirum Romani posteris temporibus, opibus suis freti, ab honesto illo tuendi socios proposito deflexerant. Apud Germanos idem vsuueniisse, testantur exempla & prouerbium: Schirmherrn, Stürmherrn, *Tuitores, turbatores.* v. KNIPSCHILD *l. 2. de Ciuit. Imper. c. 24. num. 44.* *Nisi pacto aliud conuenerit.*

§. III.

Caue autem cum iure protectionis ius Aduocatiae confundas. Secus, quam a plurimis perperam fit. Repugnat enim origo, quoniam Aduocatos olim iura ampla & insignia habuisse, palam est. Reclamitant chartae, quae Aduocatiam & defensionem accurate distinguunt, vt satis probaui *Dissertatione de Superiorit. territoriali §. 2. circa finem.* Contrarium suadent complura exempla Procerum, qui Aduocatiae ius in summo pretio habuerunt, & diuersa vota Ecclesiasticorum, qui id vnum egerunt, vt Aduocationis munus amolirentur, *telum acerrimum id temporis aduersus Ecclesiasticam libertatem.* Vt vocat CHRISTOPHORVS BROWERVS *l. 14. Annal. Treuirens. ad A. 1139.* Ipse MAGERVS *c. 10. de Aduocat. armat. num. 390. & 344.* auctor est, infinita passim in Imperio Romano obuia esse Patronorum exempla, qui Aduocati existentes merum plerumque in clientum subditos imperium exerceant, idque pluribus illustrari ab AVCTORE der Salmanswepliſchen nothwendigen Erinnerung *quaest. 3.* Et Compilator *ad Monument. Wirtembergica tom. 1. p. 11.* fatetur, Protectores eos, qui Castenuogteiam habent, plus iuris habere, quam simplices Protectores, idque inprimis sibi reseruasse Patronos seu fundatores Monasteriorum. *Non confundendum cum iure protectionis ius Aduocatiae.*

Digitized by Google

PAROEMIA VI.
Ein ehelich gebohren Kind Behält seines Vaters Heerschild.

§. I.

Proles legitima Nobilitatem Patris consequitur.

EXtat apud Speidelivm *voce* Wapen. Nolden *de successf. ab intest. num.* 57. Nimirum Nobilitas Germanorum olim certis gradibus, qui clypei militares dicebantur, erat distincta. Paroemia igitur haecce nostra, natum ex legitimo matrimonio paternae Nobilitatis gradum retinere, dictitat. Quae ex Specvlo Saxonico *l.* 3. *art.* 73. fluxisse videtur: *Legitima & ingenua proles clypeum patris sui & haereditatem eius matrisque obtinet, si sit aequalis generationis vel maioris.* v. Byrgermeister vom Reichs-Adel *pag.* 136. Hinc in antiquis praesertim monumentis zu Schild und Helm gebohrne, Schildbürtige, Ritterbürtige vocantur. Add. Frideric. a Sande *ad Consu. Geldr. tract. praelimin. num.* 10. *sequent.* Sane hodie etiam ex iustis nuptiis, licet impariibus, procreatos Nobilitatem Patris consequi, expeditum videtur. Quod illustribus exemplis comprobatum dedi *Dissert. de Special. Germ. Imper. Rebusp. sect.* 2. §. 5. *& in notis.*

§. II.

Exceptio est notabilis, secundum XII. & XIII. seculi mores, in natis ex nobili quidem, sed ministerialis conditionis foemina.

Enimuero olim circa seculum XII. & XIII. notabilis erat exceptio in Principibus, Comitibus aut Baronibus, qui foeminam nobilem quidem, sed ministerialis conditionis (de qua pluribus actum in *Dissert. de Hominibus propriis sect.* 4.) in matrimonium duxerunt. Quo pertinet regula in iure feudali Alemannico *c.* 102. §. 2. Die Kindt gehöret zu der ergern Hant. *Partus deteriorem conditionem sequitur.* Quod itidem egregiis ex antiquitate exemplis illustrari dicta *sect.* 4. *de hominibus propriis* §. 5. Nec alio pertinet restrictio in supra laudato loco ex *Speculo Saxonico.* Eodem respexit Petrvs de Andlo *l.* 2. *de Imperio Romano c.* 12. *Est Alemannis*, inquiens, *inueteratus vsus, & longe retro obseruata consuetudo, non magna, quantum coniicere possum, ratione fulsulta, vt Baro, copulando sibi militaris & inferioris generis coniugem, prolem suam inde creatam degeneret atque debaronizet, filiique de caetero Barones minime vocitentur. Comites vero per connubium cum simplicis militaris generis foeminis natos filios non decomitant: sed, si eorum filii itidem in militarium genus nubant, ex tunc illorum proles demum decomitatur, militariumque generis ordini deinceps connumeratur. Quae profecto obseruantia haud satis honesta esse videtur.*

PAROEMIA VII.
Ein Ritters-Weib hat Ritters-Recht.

§. I.

Vxor Equitis aurati gaudet iure Equitis aurati.

ALlegant *Glossa in Specul. Saxon. l.* 1. *art.* 20. Francisc. Pfeil *cons.* 78. *num.* 161. Fritsch. *de Augusta c.* 2. *num.* 12. Sententia est: *Equitis Aurati* (siue Militis, vt in veteribus Chartis semper appellatur) *vxorem iure aurati Equitis gaudere.* Congruit ius Romanum *l.* 8. *de Senatorib. l.* 23. *C. de Dignitat. l. final. C. de incolis. Nov.* 105. *cap.* 2. Secun-

Digitized by Google

Secundum quod etiam mulier nobilis, enupta plebeio, conditionem huius sequebatur. *l. 3. & l. 7. C. de murilegul.* De quo exemplum est apud LIVIVM *l. 10. hist. c. 23.* memorantem, matronas Virginiam, Auli filiam, Patriciam, plebeio nuptam Volumnio Consuli, quod e Patribus enupsissent, sacris arcuisse. Quam in rem videatur *Dissertatio nostra de Transitione priuilegii personalis ad alios §. 15. & sequ.* & FELTMANNVS *l. 1. de Titul. honor. c. 26.*

§. II.

Valet paroemia haec etiam in foemina plebeia, marito antiquae nobilitatis nupta. *l. 10. C. de nuptiis.* Nec non in vidua, quantum attinet titulos & dignitatem. *l. 1. C. de dignitatib.* Nisi cum alio inferioris dignitatis ad secundas nuptias transgressa fuerit. *l. 8. D. de Senatorib. l. 12. eod. l. 13. C. dignitatib. l. final. C. de incolis.* Quanquam apud Gallos etiam sine Regis rescripto titulum cum proëdria retineant, siue virgines fuerint, siue viduae, quae inferioris dignitatis viro nupserint, ex illorum paroemia: *les Dames ne dedament point*; vt ex MORNACIO notauit FELTMANNVS *d. c. 26. §. 25.* Quod hodie quoque in illustribus Germaniae foeminis obseruatur.

Etiamsi fuerit plebeia, aut vidua facta; quantum attinet honores siue titulos.

PAROEMIA VIII.

Einmahl Burgemeister, immer Burgemeister.

QVi *semel Consul, is semper Consul*, in paroemiam abiit, teste FELTMANNO *l. 2. de titul. honor. c. 84. §. 4.* Cuius origo inde est, quia ex causa honesta, puta, ob senectam vel aegritudinem, magistratu abeuntibus gesti muneris tituli relinqui solent. Quod in summis quoque imperantibus, Casimiro, Poloniae Rege, & Christina, Sueciae Regina, obseruatum meminimus. Quin inter artes esse aulicas solet, illo volendi genere, quod mixtum vocat ARISTOTELES, munus abdicantibus titulos conseruare. Caeterum inter laudes illa non parua est Lollii apud HORATIVM: *Consul non vnius anni*, vid. PVFENDORF. *l. 3. c. 2. p. 351.*

Magistratu abeuntibus gesti muneris tituli relinquuntur.

PAROEMIA IX.

Herren-Dienste seynd keine Ehe-Gelübde.

§. I.

PAroemia haec apud nos frequenter auditur, qua docemur: *Ministeria Dominis addicta mutari posse.* Simile illud: Herrn-Dienst erbet nicht, apud IOH. AGRICOLAM *Isleb. prov. 269.* Ei innititur ICtorum doctrina: *Officialem posse abdicari ex beneplacito Domini, & vicissim illi integrum esse, resignare officium, etiam inuito Domino.* v. MEVIVM *p. 2. Dec. 12.* FRITSCH. *de resignat. offic. c. 4. num. 14. & sequ.* STOCKMANN. *Decis. Brabant. 92.* BRVNNEM. *ad l. 51. de manumiss. testam.*

Ministeria Dominis addicta mutari possunt.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Quod varie limitatur.

Enimuero hoc varias recipit limitationes: Nam, si propter infame crimen fiat remotio, causae cognitionem praecedere, ipsa sane aequitas desiderat. v. IOH. A SANDE *l. 5. tit. 10. def. 2.* BRVNNEMANN, *ad l. 51. D. de manum. testament.* Vt etiam, si ex contractu vel iure feudi magistratus concedantur, vt interdum fieri solet. v. MICHAEL *de iurisd. §. 34.* Neque dubitandum est, lege ciuitatis imperia posse fieri perpetua. Qualem legem, vt ne cuiquam imperium, nisi volenti, aut morte, aut scelere admisso, eriperetur, sub Ludouico XI. Galliarum Rege latam, ad sua tempora inuiolabilem extitisse, memorat BODINVS *l. 4. de Rep. c. 4.* Rursus in polycraticis rebusp. cum secundum leges imperia deferantur, quem citra causam iis exui non posse, facile intelligitur. v. LVDOLPHVM HVGONEM *de Statu Reg. German. c. 3. §. 34.* Ex his, quae modo adductae sunt, limitationibus Dd. perperam exstruxere regulam: officium, etiam ad placitum concessum, reputari perpetuum. v. KLOCK. *vol. 1. cons. 32. n. 13. sequ.* PEREZ. *ad tit. C. de offic. Praef. Illyrici.*

PAROEMIA X.

Bürger und Bauer scheidet nichts, dann die Mauer.

Municipes, qui in vett. Chartis Burgenses dicuntur, moenia siue muri a ruricolis distinguunt.

PRofert SCHOTTELIVS von der Teutschen Haupt-Spr. *l. 5. tract. 3. §. 18.* FRANCK. *in libro* der Sprüchwörter, AGRICOLA *prouerb. 244.* Börger ude Bure scheidet nichts wen de Müre. FROMMANN. *Discursu de operis subditor. §. 28.* v. omnino LIMNAEVM *ad A. B. p. 335.* Sententia est: *ciues & ruricolas nulla alia re distingui, quam muro siue moenibus.* Ciues sequior aetas Burgenses dixit. Vt liquet ex *c. 2. X. de his, quae vi metusue,* vbi GONZALEZ plures auctores cumulat, quibus addatur CASPAR BARTHIVS *ad Guilielm. Briton. l. 8. Philipp. v. 17.* Sic *Burgenses nostri in Dresden,* est in charta Henrici, Marchionis Misnensis A. 1283. apud WECKIVM *part. 4.* Beschreibung und Vorstell. Dresden *tit. 6.* & in alia A. 1266. apud EVNDEM *d. l. p. 469.* Burgenses nostri ciuitatem Gustrow incolentes, est in chart. Domini de Werle A. 1270. apud FRIDER. THOMAM *period. 2. §. 4.* Burgenses autem a Burgo, hoc est, castello siue arce, nomen acceperunt. PAVLVS DIACONVS in Valentiniano: *Crebra per limitem habitacula constituta, burgos vocant.* VEGETIVS: *castellum paruum burgum vocant.* conf. *l. pen. C. de fundis priuat.* Vnde ratio paroemiae nostrae constat, & simul intelligitur, ex moribus Germanorum subvrbicarios iuribus, quibus ciues intra moenia gaudent, participes haud esse, nisi aliud lege vel pacto sit constitutum. Quae exceptio proinde ab allegante probanda, vt optime docuit solidae eruditionis ICtus, IOANNES SCHILTERVS *Exerc. ad D. §. 8. v.* & CARPZOV. *Dec. Illustr. 2.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA XI.

Keine Henne fleugt über die Mauren.

IN Sueuia vulgo dici, auctor est Compilator *Monumentorum Wurtembergensium* sub Monasterio Blaubeurens. *p.* 921. addens: *homines seruilis conditionis, in oppidis habitantes, olim priuilegio oppidorum sese tuitos, onera seruilia soluere amplius renuisse. Vetus prouerbium* dicit esse BESOLDVS *de trib. domest. societat. spec. Discurs.* 1. *c.* 6. §. 4. Ad verbum reddas; *Gallinae* (quas seruilis conditionis homines pendere solent, & vulgo Leibhenne vocantur) *moenia non transuolant.* Hinc consuetudo in multis Germaniae ciuitatibus est, in eas non ante quem recipi, quam fidem fecerit literis, (vulgo Mannrecht) liberum se, aut a nexu, quo proprii homines tenentur, liberatum. Quippe olim Principes & Comites occasione huiusmodi hominum in liberis Ciuitatibus multa sibi iura nitebantur asserere, & natum A. 1356. ea de causa bellum inter Comites Hoienses & Bremensem Ciuitatem. Vnde in ciuitate illa fluxit consuetudo, albo eorum inscribi neminem, nisi, se non esse hominem proprium, daß Er nicht Leibeigen oder Wachszinßig seye, fideiussorem dederit. v. LEHMANNVM *l.* 2. *Chronic. Spirens. c.* 20. *p.* 101. *& l.* 4. *c.* 22. *p.* 353.

Homines proprii in vrbibus non degunt.

PAROEMIA XII.

Die Lufft macht Leibeigen.

HOdie, inquit SPEIDELIVS *voce* Frohndienst, praesertim in Algouia, etiamsi liberi homines in istas partes ad habitandum venerint, ipso facto fiunt homines proprii. Hinc vulgo dicitur: Die Lufft macht der Orten leibeigene Leute. Idem obseruauimus in quibusdam partibus Wetterauiae, praesertim in regione, quae a nemore quodam Hüttenberga dicitur, spectante Condominatus iure ad Sereniss. Hassiae Landgrauios & Illustriss. Comites Nassouicos, in qua domicilium fixurus alterutri Condominorum per sortem, vt homo proprius, addicitur.

Homines liberi facti incolae in statum proprio-rum hominum conficiuntur.

PAROEMIA XIII.

Kayserliche Majestät bringt das Gleite mit sich.

PAssim hoc prouerbium occurrit, vt apud IOANN. GEORG. BECHTIVM *c.* 5. *de Securit. & saluo cond.* §. 154. FRITSCHIVM *de regali viar. public. iur. c.* 12. *num.* 32. *sequ.* LINCKEN *de iure conduc.* §. 35. Sententia est: *Caesaream Maiestatem, quacunque transeat, conductum a regionum Dominis non requirere, sed eundem sibimet ipsi praestare.* De ratione eius disquirunt. STRAVCHIVS noster *Dissert. Iuris public. exoter.* 11. §. 3. accersit a dominio & supereminente imperio, quod in singulorum Imperii Ordinum territoriis Impe-

Caesar a regionum Dominis conductum non requirit, sed eundem sibimet

Digitized by Google

ipsi praestat. De cuius ratione disquiritur.

Imperator sibi seruauerit. At Feltmanvs *Dissert. de Transitus exercit.* §. 72. hoc refellit: quoniam inde sequeretur, milites & exercitus Caesaris, etiam non consultis & inuitis Ordinibus, per eorum fines transire posse. Ipse eo pertinere existimat, quod regionum Domini comiter adeo obseruent Imperatorem, vt nefas esse putent, ab eius persona quicquam poscere, quod arguat vel mali alicuius suspicionem. An & illud addere licet, Imperatores, cum adhuc sero & quidem seculo quarto decimo id iuris regionum Dominis elargirentur, personae saltem suae comitibusque reseruasse censeri, vt conductu opus non habeant. In hoc ergo differt Imperator ab aliis, quos regionem alicuius transituros conductum petere oportet. De qua consuetudine testatur Elector Saxo apud Hortleder *l.* 4. von Urs. des Teutschen Kr. *c.* 5. *num.* 9. his verbis: Es ist in Teutscher Nation also herkommen, daß einer, der mit solcher Anzahl reiten will, Gleit nehmen oder gewarten muß, daß Er gerechtfertiget werde, und im Felde Bescheide geben müsse, dessen beziehen wir uns auf gemeinen Gebrauch an vielen Orten Teutscher Nation.

PAROEMIA XIV.

Der soll Geleit haben, der sich geleitlich hält.

Securitate ex literis tuti itineris gauisurus secundum leges conductus se gerat.

Est ein gemein Sprichwort, teste Philippo Magnanimo, Hassiae Landgrauio, apud Hortleder *l.* 4. von Ursachen des Teutschen Kriegs *cap.* 7. *num.* 32. nec negauit Henricvs, Dux Brunsuicensis *d. l.* 4. *cap.* 11. *num.* 38. Sententia est: *Conductum siue potius securitatem vi conductus debitam praestari, si quis secundum leges conductus se gerat.* Nimirum securitate ex literis tuti itineris gaudere cupiens obseruabit, vt per viam rectam, non insolitam, & interdiu, non noctu iter peragat; adhaec res ac literas suspectas omnes a se abdicet, nec quidquam moliatur in fraudem illius, qui saluum conductum concessit. v. Byrgervs *cent.* 1. *singular. obs.* 80. vbi de saluo conductu in bellis agit. *Hinc,* qui a via regia deflexit, si damnum patiatur, illum, qui ius deducendi habet, pensationem damni poscere non potest. v. Mylervs *de Princip. Imp. c.* 59. §. 10.

PAROEMIA XV.

Worte brechen kein Geleit.

Paroemia vult, verbis commeatum ue saluum, vt vocant, conductum non violari.

Proferunt Wehnervs *obseruat. voce* Wort. Limnaevs *ad A. Bull. tit.* 1. §. 4. *obs.* 2. Byrger *cent.* 1. *obs.* 79. *p.* 161. Sententia est: *Verbis commeatum, siue, vt vulgo vocant, conductum non violari.* Reprobat Wehner. *d. l.* quoniam non minus verbis, si iniuriosa sint, quam factis, securitas frangatur.

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA XVI.

Wohin der Dieb mit Strang, dahin gehöret auch der Hirsch mit dem Fang.

VEL

So weit die Straff-Gerichte gehen, so weit gehet auch der Forst.

§. I.

MEmorat haec prouerbia, vt vetusta, HEIDER Reichs-Vogteyischer *Apologie c.* 5. Quibus innuitur: *Quousque merum imperium, eousque etiam ius foreſtae & venationis ſe extendere.* Nimirum ſuperioris adhuc ſeculi initio exiſtimatum fuit, ius venationis cum iurisdictione criminali connexum eſſe. Vt videre eſt apud VDALR. ZASIVM 2. *conſ.* 2. SEBASTIAN. MEDIC. *de Venation. quaeſt.* 2. *part.* 2. *num.* 4. KLOCKIVM *vol.* 1. *conſ.* 50. *num.* 151. *ſequ.* Hinc MARTINVS VRANIVS 2. *conſ.* 32. *num.* 204. *Conſuetudo*, inquit, *generalis altae Alemaniae, ab antiquo introducta, ac per immemoriale tempus tenaciter obſervata, habuit habetque de praeſenti, quod ius foreſti & merum imperium, quod altam iurisdictionem appellant, ita ſint connexa & inſeparabilia, vt, apud quem vnum eorum reſideat, apud eum etiam ſit alterum, atque foreſta eatenus protendatur, quatenus diſtrictus.* Et paulo poſt: *Foreſtarii intelliguntur hi, quibus in diſtrictum ſeu foreſtam impune venire non licet, vt ſic eatenus protendatur foreſta, quatenus diſtrictus, & e conuerſo.* Cui conſequens fuit, vt, iurisdictione amiſſa, ſimul ius venandi amiſſum argueretur. SEBAST. MEDIC. *d. l. num.* 5. ZOANNETTVS *tr. de duplici venat. parte poſteriore in calce.* NOE MEVRER *tr.* Vom Forſt-Recht *p.* 243.

Quousque iurisdictio criminalis, eousque ius foreſtæ & venatus ſe porrigit, ſecundum paroemiam hanc.

§. II.

Verum recte obſeruauit HEIDERVS, diuerbia haec, praeterquam quod dubia adhuc ſint & incerta, ab vſu receſſiſſe, & conſuetudini, in Germania receptae, omnino aduerſari, vt Apoſtillator VRANII etiam *in addit. ad d. conſil. lit. G.* ipſe ingenue fatetur. Praxin Imperii notoriam ea ſatis refutare, ait KLOCKIVS 1. *conſ* 8. *num.* 189. Quanquam *d. vol.* 1. *conſ.* 10. *num.* 91. dicat: wiewohl man dieſes Orts ohnabredig, daß de recepta in Germania conſuetudine die Wildbahn oder ius foreſtae, praeſertim altae, dero iurisdiction etlicher maſſen anhängig, quatenus videlicet ea iurisdictio concernit ea, quae foreſto ſunt propria. Welches auch alsdann vielmehr ſtatt findet, da derjenige, ſo das ius rechtlich hergebracht, durch angeſchlagene Patente, proclamata, Edicta und Banna andere davon abgeſchrecket, und dergeſtalt allgemachſam auch vollzogene praeſcription in Recht erworben. *Illa enim foreſta bannalis eſt, & ab habente iurisdictionem fieri dicitur, ex qua praeſupponatur iurisdictio, maxime ſi prohibitioni etiam acquieſcant prohibiti.* Vſum quoque haec prouerbia illum habent, vt conceſſiones venationum olim factas laxius interpretemur.

Quae reprobatur ex recepta Germaniae conſuetudine.

Digitized by Google

PAROEMIA XVII.

Wer darff jagen, darff hagen.

§. I.

Ius venandi habens secundum paroemiam hanc sylvam circumsepire potest.

Saepe auditur haec paroemia, significans, *illum, qui ius venandi in sylua habet, etiam sylvam sepimento, ex virgultis constante, cingere siue circumsepire posse.* Vbi obseruandum, vocabulum Hage apud Germanos denotare virgulti genus, ex quo sepes siue sepimenta fiunt. Hegin, quales segetibus solent praetendi, est apud Monach. Sangallens. *l. 2. c. 1.* Hinc Haia vel Haya iam dudum speciem sepis vel clausstri vel simile quid significauit. Vt in Capitularibus Caroli Calvi *tit. 36. c. 1. Volumus & expresse mandamus, vt, quicunque istis temporibus castella & firmitates & haias sine nostro verbo fecerunt.* vbi Iacobvs Sirmondvs in notis Hagas interpretatur clausuras, & addit: Haiae sunt nobis hodie sepes quaelibet. Apud Anglo-Saxones etiam Haia idem fuit, quod sepes vel sepimentum, vt auctor est Spelmannvs *in Glossario*, vbi locum Bractoni adducit: *vallatum fuit & inclausatum fossato, Haya & palatio.* Quam in rem etiam multa ex medii aeui latinitate loca protulit Carolvs Cangivs, *in Glossario sub vocibus, Haga, Haia, Haya,* tandem subiiciens: *Haiam nostri* (Franco-Galli) *appellabant quandam sylvae partem, quam sepibus muniebant ad feras includendas, aut ad alios vsus, quod docet charta S. Bernardi Abbatis apud Sammarthanos in Episcopis Antisiodorensibus & vetus Notitia in historia S. Nicolai Andegavensis.* Apud Suecos quoque *Haegna* significat sepire, teste Loccenio *in Lexico Sueo-Gothico voce Höta.* Caeterum sententiam paroemiae huius simpliciter probarunt Gailivs *2. obseruat. 68. num. 7. & de pignorat. c. 1. & 2.* post Vdalric. Zasivm. Mohr *part. 1. de venat. c. 2. num. 70.* Et vera certe est, vbi de Domino territorii loquitur, & *subditis ius* contra eum non est quaesitum; aut alii venationem habenti concessio, praescriptio *vel* consuetudo regionis suffragantur.

§. II.

Quod tamen non procedit, si quis venandi facultatem iure singulari, aut ad modum seruitutis habeat.

Ast citra haec ea non procedit. Finge enim, venandi facultatem ex iure singulari aut ad seruitutis modum cui competere, hic sane sylvam circumcingere non poterit, cum absque adminiculo hoc canibus retibusue venari commode queat, praesertim cum Dominus regionis ius conuenandi siue simul venandi habeat, aut ad alios pascendi simileue ius spectare possit. Hactenus reprobant paroemiam hanc Nor Mevrer von Forst-Recht *part. 1. Tit.* ob, der zu jagen, auch zu hagen habe? Caspar. Leipold. *de concurrent. iurisdict. quaest. 5.* Wehner *voce* Forst und Hagen. Besold. *voce* Forst. Von Hagen *l. 3. Iuris publici c. 6. §. 8. cum multis allegatis.* Mindanvs *l. 2. de Mandat. c. 41. §. 1.* Klockivs *1. conf. 50. n. 329. sequ.* Cothmann. *3. Responsi. Academ. 49. num. 120.* Iudicata Camerae sunt in causa der dreyen Gemeinden St. L. und V. contra R. Grafen zu K. N. 15. Octobr. 1568. apud Barthivm Cammergerichts-Urthel *part. 5. p. 405.* conf. Gilmanni *tom. 1. Symphorem. part. 2. tit. 8. vot. 5. & tom. 5. Relat. 34.* & Tilemannvm de Benignis *1. Decis. Camer. 3. vot. 2.* Alia apud Gilmannvm *l. 1. Dec. 12. 1.* Meichsner *tom. 3. Dec. Cameral. 33.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA XVIII.

Das Alter gehet vor.

§. I.

PAroemia haec, quam GOLDASTVS *in Seniore siue de maior. l. 1. c. 16.* allegat, πρεσβεῖαν aetati seniori defert, eamque passim comprobant exempla in familiis Electoralibus, Bohemica, Palatina, Saxonica, Brandenburgica, & Principatibus, vt Brunsuicensi, Hassiaco, Badensi, v. ANTON. COLERVS *de iure Imper. German. sect. 69.* REINKING *de Reg. Secul. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 17. n. 35.* Et pro Vinariensibus post alios MELCHIOR GOLDASTVS *in Seniore & in Discursu exoterico* ex quotidiana obseruantia atque consuetudine probare instituit, in materia praecedentiae non considerari ius primogenitorae, seu ius repraesentationis in primogenitura inter Principes vnius familiae, diuersarum tamen quoque linearum, verum maioratum, seu praerogatiuam senioris aetatis. Inter extraneos & alienos est aliquod priuilegium aetatis, QVINTILIANVS *decl. 258.*

Senior aetas antelationis iure gaudet.

§. II.

Eandem normam in definiendis de Regum eorumque legatorum antelatione controuersiis multi ob oculos habuerunt. Nota sunt, quae propterea de antiquitate inter Gallos & Hispanos disputata. De controuersia inter Gallos & Anglos v. PVFENDORF. *l. 7. Rer. Suecic. §. 138. ad A. 1635.* inter Anglos & Suecos, idem PVFENDORF. *l. 9. Rer Suecic. §. 79.* H. GROTIVS *ep. 722. ep. 789. & ep. 797.* Quanquam multos errores heic committi, dum origines accersantur ab initio gentis, non reipublicae, notauit IACOB. GOTHOFRED. *de praecedent. part. 1. c. 1. § 5. & c. 3. §. 16. lit. b.* Ego vero nec antiquitatem, nec alios, qui vulgo adferuntur, titulos ad adstruendum antelationis ius inter populos, summae potestatis compotes, sufficere, omnino persuasus sum. Quam in rem iam praeclare disseruit PVFENDORFIVS *libro 8. de Iur. Nat. & Gent. c. 4. §. 16. & sequ.* Caeterum eandem ob causam de Vrbium antiquitate certamen fuit: quo pertinet *l. 1. D. de censib.* de quo multa DIO PRVSENSIS, & ARISTIDES.

An Reip. antiquitas summis imperantibus praecedentiae siue πρεσβεῖας ius conciliet? quaeritur, & negatur.

PAROEMIA XIX.

Kirchen-Gut hat eiserne Zähne, Es frißt eines mit dem andern hin; Und bringt dem dritten Erben kein Gewinn.

VEtustum esse dicit prouerbium MYLERVS *de Princip. Imper. c. 88. §. 15.* Apud SCHOTTELIVM *l. 5.* der Teutschen Haupt-Sprache *tr. 3.* eiusdem est sententiae: Die Heiligen holen ihr Wachs wieder. Quibus innuitur, periculosum ex bonis eccle siasticis esse lucrum, nec ad haeredes transiturum. Equidem dubitandum non est, vbi summae potestates animaduerterint, pie olim Ecclesiis dedicata in luxum, voluptates aliosque profanos vsus perdite absumi, licere iis, quod a multis seculis soliti sunt Romani Pontifices, vt res episcopales & monasticas ex causa in ciuiles vsus transferrent.

Periculosum est & fugax ex rebus ecclesiasticis lucrum, nec haeredes ditans.

Digitized by Google

Quod exemplis probat H. Conringivs *in animaduersion. ad Bullam Innocentii XI. c. 6.* Quibus adde exemplum Henrici Bauari, Episcopi Vltraiectini, qui iurisdictionem profanam omnem illius Episcopatus, a multis retro seculis possessam, Anno 1528. Carolo V. cessit, factum post ratihabente Romano Pontifice, vt memorauit Franciscvs Haraevs *Annal. Ducum seu Principum Brabantiae tom. 2. ad d. Ann.* & nostra memoria Clementis IX. Pontif. qui Anno MDCLXVI. quosdam religiosos in Republica Veneta Ordines penitus sustulit. Attamen moderatione opus est, vt ne, quod in aliis culpatur, fiat. Quam pie superiori seculo in illa rerum Ecclesiasticarum μεταμορφώσει Duces quidam Saxoniae & Magnanimus Hassiae Landgrauius versati sint, acta apud Hortledervm *l. 5. de caus. B. G. c. 22. sequ. c. 28.* edocere possunt.

PAROEMIA XX.

Krummstab schleußt niemand aus.

Respublicae Ecclesiasticae in Germanico Imperio a feudorum successione foeminas non excludunt.

Paroemiam hanc illustrauit Wernervs Thvmmermvth libro peculiari, in causa, cui patrocinabatur, scripto. Ad verbum transferas: *Pedum excludit neminem.* Pedo per metonymiam intelligitur Ecclesia. Pedo nimirum siue baculo olim conferebantur Episcopatus & Abbatiae ab Imperatore, eaque, mortuo Episcopo vel Abbate, ad Imperatorem referebantur. De inuestitura Episcoporum per baculum & annulum egit Ivo, in quem obseruationes edidit Ivretvs. vid. Baronivm *ad A. 1099.* conf. *ad A. 774. 787. 869. A. 1077. 1078. 1087. 1099. 1100. 1101. 1103. 1106. 1107. 1111. 1112. 1114. 1118. 1119.* Everhelmvs Abbas *in vita S. Popponis c. 8. Henricus S. Imperator Heriberto, Colonienſi Episcopo, porrexit pedum Stabulenſis regiminis, vtque Popponi pro successionis indicio deferret, indixit.* A. incerti nominis *Vit. S. Vdalrici* a Marco Velsero editus. *c. 28. Post obitum S. Vdalrici quidam Clerici, Aduocatis & aliis quibusdam militibus de eodem Episcopatu secum comitantibus, ad curtem Imperatoris* (Ottonis II.) *baculum Episcopalem ferendo, iter agere coeperunt.* Adamvs Bremensis baculum illum ferulam pastoralem, virgam Episcopalem, cambucam pastoralem vocauit. Addatur Meibomivs *de iure inuestitur. Episcopal. in opuscul.* Gonzalez *ad c. 43. X. de elect. & elect. pot. n. 5.* v. & Dieteric. *in Henrico secundo p. 71.* Stephan. *ad l. 14. Saxon. histor. Danicae p. 241.* vbi multa alia erudite consignauit. Caeterum originem paroemiae in libello *de feudis oblatis parte 2.* deduxi ab oblatione feudorum, qua plerique Episcopatus Germaniae incrementum ingens acceperunt. Vnde factum, vt quibuscunque conditionibus vasallos admitterent. Foeminae sane in multis Episcopatibus & Abbatiis succedunt. Vt de Archiepiscopatu Colonienſi, Episcopatu Monasterienſi & Leodienſi testatur Wehnervs *voce* Krummstab. De Archiepiscopatu Treuirenſi, Episcopatu Metenſi, Abbatia Fuldenſi & Corueienſi, Tabor *comment. ad 1. feud. 1. p. 30. Ita esse consuetudinem in Ecclesia Fuldenſi & Hersfeldenſi & multis aliis Germaniae rebuspublicis & monasteriis sic obtinuisse, vt feuda, desideratis illius lineae masculis, ad foeminas cognatione proximas deuoluantur,* scribit Ioannes Ferrarivs *in collectaneis feudorum c. 2. circa finem.* Add. D. ab Eyben *c. 6. Elector. feudal. §. 5.* Feltmann. *de feud. c. 9. §. 7.* Mavrit. *part. 2. conſ. Chilon. 2. n. 14.* v. omnino Thvmmerm. *fundam. Par. Cur. 2. ab init.* Quibus consequens est, regulam hanc, quippe exemplis plerorumque Germaniae Episcopatuum

Digitized by Google

tuum fundatam, parere praesumtionem pro allegante & probandi onus deuoluere in aduersarium. Vt recte infert SCHILTERVS *Commentar. ad rubric. iur. feudal. Aleman.* §. 15. Non tamen omnia Episcopatuum vel Abbatiarum feuda sunt foeminea. Ita Fridericus Imp. An. 1157. in dem ersten Urtel-Brief über das Gottes-Hauß (S. Haymeran) Lehen, daß die Weiber nicht erben sollen. apud HVNDIVM Bayr. Stamm. *part.* 1. *p.* 4. *voce* von Abensperg. In Treuirensi Archiepiscopatu priuilegio Caroli IV. A. 1354. constitutum, vt feuda indefinite concessa non amplius haberi debeant pro foemininis. v. LYNCKER *Anal. ad Struu. p.* 16.

PAROEMIA XXI.

Am Geding ist keine Folge.

QVam profert WEHNER *voce* Geding, iuxta eundem significat: *in inuestitura abusiua nullam esse successionem.* Geding enim nihil heic esse aliud, quam eine Anwartung oder Expectantz auf eines andern Lehen. Ortum habet ex iure feudali Saxonico *art.* 26. *& 55.* & sententia eius est: Si dominus feudi fecerit alicui gratiam succedendi in feudo alterius, forte sine masculis morituri, & moriatur interim, antequam hic, cui promissionem fecerat, ad feudum perueniat, non teneri filium, vt patris promissionem ratam habeat. Hoc ita passim a Principibus obseruari, testatur COLERVS *dec.* 88. vbi tamen monet, verba esse inspicienda; nam, si dixerit dominus: *nos inuestimus te pro nobis & nostris haeredibus*, tenebuntur haeredes inuestituram habere ratam, alias secus; et ita practicari: Enimuero videatur STRVV. *Syntagm. feudal. c.* 7. *aph.* 9. de consuetudine contraria testimonium perhibens.

Concedentis expectatiuam successor eam postea adimplere non tenetur.

PAROEMIA XXII.

Leib-Gut schwindet das Haupt-Gut.

VVlgo dici apud Saxones solet, teste post SIMONEM & MODESTINVM PISTOREM aliosque ERNESTO COTHMANNO v. 1. *Resp.* 48. *n.* 66. *& 3. Responsi.* 21. *n.* 35. *vol.* 4. *Responsi.* 48. *n.* 44. 54. & sententiam habet: *Dotem quasi ex vendito in maritum transferri, & cum dotalitio mulieri constituto compensatam censeri.* Nimirum in Saxonia per dotalitium dos absorbetur, nisi per pactum singulatim aliud fuerit conuentum. v. CARPZOVIVS *part.* 2. *const.* 42. *def.* 3. & *p.* 3. *const.* 37. *def.* 4. *n.* 4. NICOL. HENELIVS *de Dotalit. c.* 10. §. 26. WEHNER. *Obs. practic. voce* Leibgeding. MYLER. *in Gamolog. c.* 14. §. 3. *& sequ.* v. omnino BRVNNEMANN. *ad auth. nunc inhibetur* 3. *& sequ.* HARPRECHT. *Responsi.* 78. *n.* 230. *sequ.* vbi rationes huius iuris adfert. Monet vero STRYCK. *c.* 21. *exam. feudal quaest.* 14. donationem propter nuptias a dotalitio caute separandam: illa enim dotem nunquam absorberi, sed vxori cum dote secundum summam, quae in pactis dotalibus conuenit, praestari.

Per dotalitium dos absorbetur.

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA XXIII.

Reiche Weiber, arme Kinder.

Magnae doti dotalitium respondere debet. Quo ipso liberis male consulitur.

PRouerbium est in terris Saxonicis, teste Carpzovio *part. 2. const. 46. def. 18. n. 4.* Nimirum inualuit ibi, vt foeminis nobilibus ex feudis, quantumuis opulentis, raro vltra mille florenos in dotem dentur, teste Hartm. Pistore *l. 2. quaest. 37. n. 19.* Idque propterea, vt familiae conseruentur, & liberis consulatur, qui alioqui, si dotes amplae constituerentur, propter dotalitium, quod dos vicissim exigit, maximo praegrauarentur onere, adeo, vt defunctis parentibus feuda raro conseruari possent. Hinc Brvnnemann. *ad l. 9. de minoribus n. 4.* prouerbium hoc ita effert: **Reiches Ehe-Geld, arme Kinder.** Nam magnae doti dotalitium respondere debet, quo ipso non potest non aegre fieri liberis. Adde Nevenhahn *de Iure viduitatis.*

PAROEMIA XXIV.

Getreuer Herr, getreuer Knecht.

VEL

Treu Herr, treu Knecht.

§. I.

Fidelitas reciprocatur inter dominum & seruum. Cuius fundamentum indagatur.

HOc verbum nemini non rebellium subditorum in ore esse, *testem habemus* Arnisaevm *l. 1. de Iur. maiest. cap. 6. §. 2.* Fundamenti loco vulgatum illud esse *videtur: Fidem frangenti fides non est seruanda.* Quoniam, vt eleganter dicit Grotivs *l. 3. de Iur. Bell. cap. 21. §. 11. capita conuentionis insunt conuentioni per modum conditionis.* Proinde, si prior alter non implerit, quod ex sua parte implere tenebatur, nulla fit obligatio, quasi conditionis defectu. conf. *l. si conuenerit 14. D. pro socio*, vbi Vlpianvs ait: *Non tenebitur pro socio, qui ideo renunciauit, quia conditio quaedam, qua societas erat inita, ei non praestatur. l. 5. D. de lege commissor.* v. Barbosa *Locuplet. verb. fides axiom. 9.* Pantschmann. *p. 1. quaest. 21. n. 1. sequ.* Add. Pvfend. *l. 3. c. 9. §. 8.*

§. II.

An paroemiae huius locus inter summos imperantes & subditos sit? nonnisi cum distinctione statuendum.

Videamus igitur, vtrum inter summos imperantes & subditos paroemiae locus sit. Quod negat Arnisaevs *d. l.* contra Brvtvm & alios. Negant idem, qui ne quidem aduersus immanem saeuitiam summi imperantis afflicto & presso malis populo insurgere licitum putant. v. Osiandr. *ad 1. H. Grot. 4. §. 11.* Quod profecto non concedent, qui norunt, ex pactione mutuam inter eos, qui regunt & reguntur, fidem intercedere. Omnino heic commendanda distinctio inter conuentiones aequatorias & rectorias. v. Pvfendorf. *l. 3. c. 2. p. 343.* Ergo nihil abrupte heic definiendum, sed variae rerump. figurae diligenter animo versandae erunt. Sunt enim resp. vel primi ordinis, vt nles, vel secundae classis seu irregulares, vt heriles, mixtae, aut quocunque alio nomine appellentur, (quaedam enim harum nomen adhuc quaerunt suum.) Pro qua diuersitate varie

Digitized by Google

varie quoque respondendum erit. Verum destinatam hoc operam desiderat, quae commodius in alium locum reiicitur.

§. III.

Caeterum vsus paroemiae inter Dominum & vasallum est manifestus; nam, sicut hic illi, ita ille huic obligatur, *cap. vnic. in fin. 2. feudor.* v. innumeri allegati apud VIETOREM *de exemtion. concl. 22. n. 24.* Et sunt, qui negant, feudum subsistere posse, in quo fidelitas vtrinque non debetur. ANTONI *Disp. feud. 1. §. 2. lit. e. & f. Disp 7. §. 1. lit. d.* WVRMSER *de feud. impropr. cl. 3. sect. 2. n. 13. sequ.* Vnde passim haec paroemia a feudalis iuris Dd. allegatur. v. ANTONI *Disp. feud. 7. §. 1. lit. b.* VVLTEIVS 1. *de feud. c. 10. n. 47.* FINCKELTHAVS. *Disp. feudal. 7. contr. 23.* Et est aliud eiusdem sententiae proverbium: Hold Herr, hold Knecht. MYNSINGER. *dec. 11. respons. 6. n. 2. & sequ.* WESENB. *cons. 9. n. 3.* Hinc ex iisdem causis, quibus vasallus dominium vtile, Dominus quoque dominium directum amittit; modo manifesta diuersitatis ratio non adsit. v. STRYCKIVS *c. 23. Exam. feudal. quaest. 50.* CAROLVS V. Imperator, apud SLEIDANVM *l. 6. Commentar. ad A. 1526.* aiebat: *Regnum Neopolitanum in ipsius (Pontificis) quidem esse potestate: verum, si bellum iis locis fecisset, hoc eo pertinere, vt ius eius omne amitteret. Etenim, quibus de causis beneficium collatum cliens, iisdem plane de causis patronus etiam dominium amittit.* Et vltima Comes Meursiae ditionem suam, quae beneficiario nexu Duci Cliuensi deuincta erat, Mauritio, Arausionensi Principi, donauit, *quoniam Dux ille multis facinoribus patroni iura violasse arguebatur*, vt memorat H. GROTIVS *l. 10. Histor. Belgic. ad A. 1601.* v. tamen STRYCK. *c. 19. quaest. 16.* de quo videantur pluribus EVERARDVS BRONCHORST. *c. 5. method. feudor. §. dominus etiam vasallo.* CONSVLT. HOLLANDIC. *cons. 305.* Dixi, modo manifesta diuersitatis ratio non subsit, qualem subesse putant, si dominus ius suum alienauerit, & quaeritur, an amittat illud. v. STRVVIVS *in B. aph. 9. n. 14.* quanquam complures dissentiant apud MAVRITIVM *Dec. 14. posit. 7.* v. & STRVV. *p. 457.* Vnde facile intelligitur, cur fundi emphyteutici domino, inuito emphyteuta, proprietatem alienare liceat, vt post SICHARDVM *ad l. 3. C. de iure emphyteutic.* bene docuit ANT. MATTHAEI *paroem. Belgic. 2. n. 39.* quod Domino feudi siue seniori non est concessum. Egit de hac obligatione & nexu singulari libello, vernacula lingua diligenter conscripto, PHIL. KNIPSCHILDVS, quem de paroemia hac videsis *quaest. 1. n. 7. & 8. seqq.*

Eius vsus est manifestus inter dominum siue seniorem & vasallum.

PAROEMIARVM IVRIS GERMANICARVM
LIBER TERTIVS,
AD VNIVERSAM IVRISPRVDENTIAM PERTINENTIVM.

PAROEMIA I.
Der Will iſt des Werckes Seel,
SIVE
Der Will giebt dem Werck den Namen.

§. I.

ACTIONIS MORALIS PRODVCTRIX EST VOLVNTAS, consiſtens in cognitione rei, *quam tollit ignorantia vel ſimplex, vel prauae diſpoſitionis*; & electione, *cui aduerſatur vis ab alio illata, libertatem vel omnimodo auferens, vel ſecundum quid.*

HAbet eas SCHOTTELIVS *l.* 5. von der Teutſchen Haupt-Sprache *tract.* 3. Ad verbum transferas: *Voluntas eſt moralis actionis anima.* Siue: *A voluntate denominatur actio.* Quod vt intelligatur, notandum: voluntatem eſſe internam actionum moderatricem, obiectis propoſitis & cognitis ex principio *aliquo interno* citra neceſſitatem phyſicam ad illud ſe mouentem & eligentem, quod ſibi tanquam maxime congruum arridet. Ad voluntatem igitur, qua diſponimus, requiruntur duo, cognitio rei & electio. Eligimus enim, quod antea cognouimus, &, quod cognitum non eſt, eligi non poteſt. Cognitionem autem tollit ignorantia, quae vel ſimplex iſt, ignorantia κατ' ἐξοχήν dicta, variis ex cauſis, & interdum ex aetate, ex ſomno, ex certi morbi aut potionis genere, ex obiecti qualitate, puta, quia ſingulares res & abſtruſae vel nimis remotae ſunt, ortum habens: vel prauae diſpoſitionis ab ARISTOTELE inſignita, cum non ſolum cognitio veri deficit, ſed & eius loco falſa perſuaſio animum occupauit, idque vel propter errorem, vel propter alterius dolum. Plane, vt apud PLAVTVM eſt in *milite glorioſo*:

Et nos facetis fabricis & doctis dolis
Glaucomam ob oculos obiiciemus: easque
Ita faciemus, vt, quod videt, non viderit.

Porro ignorantia eſt vel vincibilis vel inuincibilis. Illam dicimus, quam quis adhibita diligentia moraliter poſſibili diſcutere debuit ac potuit. Haec talis eſt vel in ſe, ſed non in ſua cauſa, quando quis in ipſa quidem actione ignorantiam, ex qua illa proceſſit, exuere ac diſpellere nequit, in culpa tamen eſt, quare in eam ignorantiam inciderit, exempli gratia, ſi ebrietate plane oppreſſus homicidium committat: Vel in ſe & in ſua cauſa ſimul, cum quis non tantum ignorauit aut errauit, ſed etiam in culpa non fuit, cur in iſto errore ſiue ignorantia haereret. Electioni, quae conſiſtit in determinatione ſui vltro-

Digitized by Google

vltronea, aduersatur vis ab alio illata, quae vel omnimodo libertatem aufert, quemadmodum si ventus aliquo, aut homines, qui potestatem habeant, nos detulerint, vt ARISTOTELES loquitur 3. *ad Nicomach.* 1. siue, vt LVCRETIVS *l.* 2. *de rerum natura:*

Cum impulsi procedimus ictu,
Viribus alterius magnis magnoque coactu:
Nam tum materiam totius corporis omnem
Perspicuum est nobis inuitis ire, rapique.

Quo referas etiam vim naturae & casus fortuitos, item artes incantatrices siue magicas, quibus interdum fit, vt nulla prorsus re quis ab actionis alicuius certo genere abstrahi possit. Quod exemplis illustrat SCHILTERVS *c.* 5. *manuduct. iurispr. ad philosoph. moral.* §. 12. Vel secundum quid, si libertas voluntatis quidem non adimatur, verum citra vim illam actio non susciperetur. Nam, vt AVGVSTINVS *de Spiritu c.* 31. ait: *Si subtilius aduertamus, etiam quod quisque inuitus facere cogitur, si facit, voluntarie facit: sed quia malit aliud, ideo inuitus, hoc est, nolens facere dicitur.* Et LVCRETIVS *d. l.*

Iamne vides igitur, quanquam vis extima multos
Pellit & inuitos cogit procedere saepe.
Praecipitesque rapit, tamen esse in pectore nostro
Quiddam, quod contra pugnare obstareque possit.

Quod volendi genus mixtum vocat ARISTOTELES *d. l.* Quo pertinent etiam affectus quidam, vt tristitia, ira, amor, pudor & similes, nec non consuetudo, ebrietas leuior, blanditiae & persuasio, quibus ad certa quaedam actionum genera non parum impelli aut inclinari animus solet.

§. II.

Cum vero ad actionem moralem praeterea requiratur imputatiuitas; iam dispicitur, an & quando imputetur ignorantia.

Enimuero, cum praeterea ad actionem moralem imputatiuitas desideretur, iubet secundum iam dicta singulatim expendere, quando propter voluntatis defectum actio moralis censeatur, nec ne. Igitur ignorantiam quod attinet, ea in tantum imputationem tollit, quantum reddit actionem inuitam. Et in vniuersum secundum ARISTOTELEM 5. *ad Nicomach.* 10. *Venia digna, quae non ab ignorantibus modo, sed & ob ignorantiam fiunt. At, si quae ab ignorantibus admittantur, non tamen per ignorantiam, sed tali animi morbo, qui communes humanae naturae fines excedat, non digna sunt, quibus ignoscas.*

§. III.

Proueniens ex aetate, ex quadam morbi genere, v. g. furore.

Et quidem, si ignorantia proueniat ex aetate, in qua nullum animi iudicium est, actio ex ea profecta moralis non est. Veluti, si infans patrem caedat. *Haec enim naturalis inscitia*, vt ait ARISTOTELES, 1. *magnor. moral.* 24. *non facit, vt ab actione infantes dicantur iniusti: Ipsa siquidem haec faciendi causa est inscitia. Neque ipsi suae sunt causa inscitiae, ideo ne iniusti quidem dicuntur.* Quanquam enim infantes propter talia increpari aut etiam castigari soleant; tamen id per modum tantum emendationis fit, vt ne talibus a teneris assueti aliis petulanter porro insultent. Plane, vt furiosis quoque, quorum nullam esse voluntatem iuris auctores dicunt, verbera interdum infliguntur. v. *c.* 5. *& sequ. caus.* 15. *quaest.* 1.

§. IV.

Ex somno.

Actio per somnum patrata non imputatur. Qua ratione pollutiones nocturnae excusari solent; neque incestus Caesar ob somnium, quod memoratur in eius vita apud SVETONIVM *c.* 7. v. SCHILTER. *manuduct Philos. moral. ad Iurispr. c.* 6. §. 37. Aut si vsueniat, quem a dormiente laedi, id impune erit. Cuiusmodi exempla non ignorari, indicio est *Clement. vnic. de homicid.* & ad eam LAVDENSIS referens, quem Parisiis de nocte

Digitized by Google

dormientem a templo D. Benedicti usque ad Sequanam fluuium iuisse, ibi interemisse puerum, & non expergefactum lecto se reddidisse. Nisi talis in culpa fuerit, non ignarus, se dormientem subinde surgere, arma capere, vim cum iis inferre, verberare, occidere. Cui malo armis absconditis aliisque cautionibus obuiari poterat. Vt plures tradunt apud Tiraqvellvm *libro de poenis temperandis cauſ. 5.* conf. Pvfendorf. *l. 1. de Iur. Nat. & Gent. c. 5. §. 11.*

§. V.

Ex quodam potionis genere intemperantius hauſto.

Si potionis quoddam genus intemperantius hauſtum vim intellectricem omnem abſtulerit, certum eſt, in negotiis indifferentibus actum moralem non exiſtimari. Hinc conuentiones, hinc teſtamenta, per ebrietatem eiusmodi celebrata, irrita pronunciantur. v. Carpzov. *part. 2. conſt. 15. def. 39.* Alibi, vt in Flandria, ab obligationibus, in taberna potoria inter pocula celebratis, alterutri contrahentium poſtridie ante meridiem recedere licet, teſte Nicolao Bvrgvndo *prologo ad Conſuet. Flandr. vbi cauſam reddit.* At in rebus illicitis, quia ebrius talis cauſa ignorantiae eſt, actio imputatur, licet propter culpam non eo gradu, quo imputaretur, ſi integer mentis eam patraſſet. Vt ſupra diximus in prouerbio: Was einer truncfener Weiſe ſündiget, muß er nüchtern büſſen. Cui reſpondet alia paroemia: Truncken Freud, Nüchtern Leid, apud Heringivm *c. 7. de fideiuſſor. n. 131.* Add. *Receſſ. Imp. A. 1495. tit.* die Poen deren, die aus Hitze oder Zorn ſchweren. *de A. 1500. & 1512. tit.* von Gotteslaſtern und Schweren. Certe Romano iure etiam militibus vita fuit conſeruata, ſi non dolo malo, ſed vino lapſos, capitale crimen eos admiſiſſe conſtaret. *l. 6. §. 7. de re militar. l. 12. de cuſtod. & exhibit. reor.* Quod quidem hodie in Paganis obtinet. v. Consvlt. Hollandic. *part. 4. conſ. 102. 103. 104.* Ant. Matthaei *de crimin. prolegom. c. 2. n. 14.* Verum non aeque in militibus, ceu qui ſecundum quarundam Ciuitatum leges ob delictum, in ebrietate commiſſum, non leuius, ſed durius puniendi. Vt apud Foederatos Belgas. v. P. Voetivm *de iure milit. c. 4. n. 7.* Quod etiam ſtatutum in Röm. Kayſerl. Majeſtät und H. Reichs Reuter-Beſtallung *A. 1570. art. 50. 51. 52.* Add. Aristotelem *3. ad Nicomach. 7.* Lavterbach. *Diſſ. de voluntate §. 7. n. 7. ſequ.* Tiraqvellvm *dicto libro cauſ. 6. per tot.* Brvnnem. *c. 2. D. 21. vbi negat, ebrietatem a poena ordinaria excuſare, ſi ea vſum rationis non ademerit.* Add. Pvfend. *l. 4. c. 8.* & omnino *l. 3. c. 6. §. 4.*

§. VI.

Ex qualitate rerum, praeſertim ſingularium.

Ignorantia rerum ſingularium non imputatur. *In alieni enim facti ignorantia tolerabilis error eſt*, vt ait ICtvs *in l. fin. D. pro ſocio.* Niſi quis vsque ad culpam, vt Tacitvs loquitur, ignarus ſit, puta, ſi in ciuitate omnes ſciant, quod ipſe ſolus ignorat. *l. 9. §. 2. de iur. & facti ignorant.* Nam ipſe ſibi ignorantiae cauſam praeſtitiſſe videtur. Porro: ſi quis ſcientiam illarum rerum profiteatur, ei vtique ignorantia earum damno eſt. Haec cauſa eſt, quamobrem minor iuris Doctor aut mercator hodie (nam iure Romano ſecus fuit *l. 11. §. 1. D. de inſtitor. action.*) in arte ſua lapſus in integrum non reſtituatur. Quod ſi etiam ſummus imperans legem ferat, quae omnes obliget, eademque ita promulgata ſit, vt ab omnibus rerum ſuarum curam aliquam habentibus cognoſci poſſit, non eſt dubium, ignorantiam illius in vitio eſſe. Id quod tanto magis valet in principiorum iuris vniuerſalium ignorantia. Neque enim iudicium practicum circa generalia iuris praecepta ita poteſt deprauari, vt, quae inde ſuſcipiuntur, actiones prauae ipſi nequeant imputari, velut ex inuincibili ignorantia profectae. Quanquam in remotioribus iuris naturalis concluſionibus ignorantia ſaltem excuſationem aliquam mereatur, v. H. Grotivs *l. 2. de*

Digitized by Google

de Iur. B. & P. c. 20. §. 43. PVFENDORF. *l.* 1. *de Iur. Nat. & Gent. c.* 3. §. 3. *in medio.* Caeterum error tertii, siue vincibilis sit, siue inuincibilis, non potest alteri, qui non est in culpa, cur tertius aberrauerit, imputari; sed in eiusmodi concursu aequum est, vt is erranti imputetur. Vt recte vidit THOMASIVS *l.* 1. *Iurispr. div. c.* 1. §. 72. & illustratur ex *l.* 12. *&* 13. *D. de nouation.*

§. VII.

Errorem quod attinet, distinguendum, theoreticus is sit, an practicus; deinde, an circa res indifferentes, necessarias vel illicitas, versetur. Error theoreticus circa rem in se indifferentem, imputatur tantum, quatenus quis agit contra id, quod falsa opinio suggerit; non autem, si secundum errorem egerit. Error practicus circa rem indifferentem non imputatur. Hinc in pactis & contractibus, si quis errauit circa rem & eius qualitatem, cuius intuitu quis ad paciscendum fuit motus, siue vbi per errorem creditum in mente agentis vim habuit conditionis, pactum vel contractus efficitur nullus, vt recte docuit H. GROTIVS *l.* 1. *de Iur. B. & Pac. c.* 11. §. 6. Error practicus circa rem necessariam non producit effectum, qui alias recte applicitus actiones consequitur, & prohibet effectum malis actionibus proprium, si quidem iste non ex culpabili negligentia sit contractus. Exemplo sit liberalitatem conferens in illum, qui ea abutitur ad luxum & instrumenta luxuriae: hic nec liberalis est, nec tamen peccauit. Error practicus circa actionem illicitam non tollit imputatiuitatem. Hinc volens iniuria Sempronium afficere, si Titium ea afficiat, iniuriarum tenetur. Hinc Sempronium volens occidere, si Titium occidat, homicidii reus est *l.* 18. §. 3. *D. de iniur. l.* 14. *D. ad L. Corneliam de sicariis.* STRVVIVS *Ex.* 49. §. 53. I. A SANDE *l.* 5. *Decis. Fris. tit.* 9. *def.* 6.

Ex falsa persuasione propter errorem.

§. VIII.

Si ob dolum alicuius actio suscepta sit, ea secundum ius naturae pro morali actione non reputabitur, si velit is, qui damnum passus est. Quin & dolo vsus ad poenam crimini respondentem tenebitur. Si tamen negotium sit obligatorium, & tertius dolum adhibuerit, negotium subsistet; si modo vnus contrahens cum eo non colluserit, &, quod ex errore creditum, vt ante diximus, in agentis mente vim conditionis non habuit. conf. PVPENDORF. *l.* 3. *de I. N. & G. c.* 6. §. 8.

Vel dolum alterius.

§. IX.

Si libertatem siue electionem vis ab alio illata omnimodo auferat, quod secundum eam actum est, imputari nequit. Ita non peccarunt Iudaei, quorum ab Antiochi milite ad gentilium Deorum aram raptorum manus in thuribulum ad faciendum sacrificium immersae fuerunt. Et Lucretiam apud LIVIVM *l.* 2. *c.* 58. consolabantur amici, *auertendo culpam ab coacta in auctorem delicti: mentem enim peccare, non corpus; &, vnde consilium abfuerit, culpam abesse.* De cuius facto videatur differens H. STEPHANVS *in Apologia pro Herodoto c.* 15.

Porrò despicitur de vi ab alio illata, libertatem omnimodo auferente.

§. X.

Eadem ratio est illarum actionum, quae vi naturae vel casu fortuito proueniunt. Sic, qui propter debilitatem equos vel quadrigam retinere non potuit, si caedes inde sequatur, homicidii reus non est. Sic deformitas corporis non recte cuiquam probro datur. Talia *fortunae delicta* dixit PHAEDRVS *l.* 3. *fabul.* in versibus:

Sed quid fortunae, stulte, delictum arguis?
Id demum homini turpe est, quod meruit pati.

Quo pertinent etiam vis naturae & casus fortuiti, quos culpa non praecessit.

Digitized by Google

Plane, vt OVIDIVS cecinit *l. 3. Metamorphos.*

Fortunae crimen in illo,
Non scelus inuenies.

Quanquam haec locutio nec perspicua sit, nec satis cauta, vt ad illum PHAEDRI locum optime notauit LVDOVICVS PRASCHIVS. Ad casuum quoque fortuitorum, a quibus culpa abfuit, praestationem regulariter nemo adstringitur.

§. XI.

Denique discitur de vi, libertatem secundum quid auferente.

Si vis illata electionem non omnino auferat, distinguendum, an negotium sit illicitum, an indifferens. Priori casu actio vt plurimum imputatur. Quis enim excusaret, qui ob vim intentatam blasphemias in Deum euomeret, aut matri stuprum inferret? v. ARISTOTEL. *3. Nicom. l. c. 5. X. de his, quae vi aut metu.* Ita Christiani veteres vel thus in aram gentilium iacere recusabant, etsi grauissimas propterea poenas imminere sibi scirent. Plane, si principium conseruationis sui concurrat cum inferiori principio, violentia agentem hactenus a vitio eximit, v. omnino GATAKER. *ad l. 7. Antonini de reb. suis* §. 62. Quo pertinet exemplum PVFENDORF. *l. 1. de Iur. N. & G. c. 5. §. 9.* de satellite iusso virum, quem ipse insontem nouit, interficere, nisi ipse malit interfici. Posteriori casu actum esse nullum existimamus, quicquid ex disciplina iuris Romani Interpretes tantum non omnes dixerint. Sane in *l. 116. de R. I.* rectissime dicitur: *nihil magis consensui contrarium esse, quam vim & metum.* Licet enim dolus plus auferat, ipsum scilicet quasi agendi principium, consensum seu voluntatem, tamen is electioni ipsi non contrariatur, vt vis & metus, sed tantum cognitioni. Iam, si ob metum naufragii mercium iactus fiat, cuius merces illae sunt, earum dominium non amittit. Et quod Romani gestum ex metu non ipso iure nullum esse censuerint, inde fuit, quoniam iudicia optime constituta habebant, & in Republica sua non facile credebant futurum, vt quis ad contrahendum cogeretur. Qua de re cum in *Dissertatione de Consuent. domin. translativ. §. 16.* pluribus actum sit, illic dicta huic loco non reddemus.

§. XII.

Quorsum prope accedunt affectus quidam, animum vehementer vel in hanc vel in illam partem inclinantes, cui sunt: Tristitia. Ira.

Affectus non faciunt, quo minus per eos in rebus illicitis actum moralis actio habeatur. Licet enim propter eos delictorum aestimationi nonnihil detrahatur, praesertim si id ex affectu per speciem mali accenso proueniat (nam ex voluptatis desiderio aut sub specie boni commissum minus aut nihil excusationis habet. v. H. GROTIVM *l. 2. de Iur. B. & P. c. 20. §. 29. & 31.* PVFENDORF. *l. 1. de Iure Nat. & Gent. c. 4. §. 7. & l. 8. c. 3. §. 21.*) Sic tristitia aut melancholia (quam Fauorinus Philosophus apud GELLIVM *l. 18. Noct. Attic. c. 7.* πάθος τετο ἡρωϊκὸν non temere dixit) a crimine non liberant, nisi haec in maniam degenerauerit. Cuiusmodi melancholici ob *αὐτοχειρίαν* honesta sepultura priuari non solent. v. & Caroli V. Ordinat. criminal. *art. 179.* PAVL. ZACCHIAM *l. 2. quaest. Medico-Legal. tit. 1. quaest. 9.* CARPZOV. *quaest. criminal. 18. num 33. sequ.*

§. XIII.

Ira quidem in rebus indifferentibus interdum facit, quo minus actio sit moralis. *Quicquid calore iracundiae vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseuerantia appareat, iudicium animi fuisse*, ait PAVLVS in *l. 48. de R. I.* vbi in Commentario videatur IACOB. GOTHOFREDVS. Neutiquam vero in rebus illicitis. Quanquam enim *ira sit species furo-*

Digitized by Google

furoris minimi, secundum SENECAM, quocum conferatur CICERO *l. 3. Quaest. Tusculanar.* & iratos ARISTOTELES 7. *ad Nicomach.* 7. itemque 2. *magnor. moral.* 6. & 6. *ad Eundem* 6. comparet festinis ministris & canibus; *Furiamus omnes, ira nos quoties rapit.* PHILEMON. apud GROT. *Luc. VI*, 11. *Ira habet secum aegritudinem l.* 5. *c.* 10. *p.* 362. ARISTOTELES; tamen iram freno rationis coërceri posse, non est dubium. Hinc in delictis iracundiam non excusare, in LL. Romanis est proditum. *l.* 5. *C. de iniur.* & constitutum in *Ordin. Criminal. Caroli V. art.* 137. Nili quod multi (sed dissentiente BRVNNEMANNO *cent.* 4. *Dec.* 45. & *Processs. inquisitor. c.* 9. *num.* 66.) etiam homicidium, per dolorem aut iram ex iusta causa prouenientem admissum, quandoque mitius puniri, statuant per *c.* 1. *vers. ipsa iracundiae dolore ducta X. de his, qui filios occiderint, can. si qua* 43. *dist.* 50. *vbi agitur de foemina, quae irata occidit pedissequam. l. si adulterium* 38. §. 8. *ad L. Iul. de adult. l.* 4. *C. eod.* v. MEVIVS *part.* 3. *Dec.* 358. CARPZOV. *quaest. Criminal.* 147. *n.* 35. *sequ. & quaest.* 6. *num.* 15. *& sequ. quaest.* 18. *num.* 7. *sequ.* BRVNNEMANN. *ad l.* 52. *D. ad L. Aquil. num.* 6. *& sequ.* Quam in rem ARISTOTELES 5. *ad Nicomach.* 10. *Qui ira*, inquit, *commoti laedunt, & culpam admittunt, ab iniuria non vacant; neque tamen iniusti aut improbi dicuntur; at, si quis idem consulto admittat, is vero improbus & iniustus recte nominabitur. Merito igitur, quae per iram fiunt, censentur non ex prouiso fieri: non enim incipit is, qui ex ira quid facit, sed is, qui iram prouocauit. Atque eo fit, vt in iudiciis rerum eiusmodi non facti sed legitima fiat quaestio.* v. *l.* 1. *Pol.* 11. *p.* 377.

§. XIV.

E contrario amor, licet vehemens & insanus, in rebus indifferentibus, v. g. sponsalibus, moralitatem actionis non euertit. Nam, vt ARISTOTELES 3. ad *Nicomach.* 1. ait: *pudor & inuita sunt tristia, quae per cupiditatem suauia.* Et, cum nuptias amor conciliet, adeoque principium actionis maxime a cupiditate sit, absurdum fuerit, talia in inuitis ponere. Tantum abest igitur, quo minus ex amore patratum verum delictum reputetur. Quanquam ex insano amore peccantem mitius puniri, velit TIRAQVELL. *d. libro de poen. temperand. cauf.* 4. CARPZOV. *quaest. criminal.* 61. *num.* 58. *seq.* Pudorem ad excusationem delicti non proficere, palam est. *Amor, similes.*

§. XV.

Consuetudo facti in rebus illicitis de culpa aliquid detrahit. Hinc PLINIVS non sine ratione veniam datam scribit *facto vetito quidem, sed non inusitato.* Quanquam enim graſſantibus delictis exemplo opus sit; tamen alia iudiciorum, alia legum ratio est, ad quas illud dictum imprimis pertinet. Vt recte obseruauit H. GROTIVS *l.* 2. *de I. B. & P. c.* 20. §. 35. *Animum quoque non parum stimulant consuetudo.*

§. XVI.

Propter blanditias etiam & persuasionem voluntas in gradu remissiori subsidere solet. v. LAVTERBACH. *Diss. de Voluntate* §. 7. *num.* 4. Quomodo autem actibus, siue in aeque illicitis siue in indifferentibus, fiat imputatio, prolixum foret, si hoc loco exequi vellem. *Blanditiae persuasio.*

Non pauca hanc in rem habet STRYCKII *Dissertatio de Iure blanditiarum.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA II.

Verſehen iſt auch verſpielet.

Incuria ſiue imprudentia damno eſt.

Testis de ea ſupra laudatus Schottelivs eſt. Ad verbum vertas: *Etiam imprudentia ſiue incuria cauſam perdit.* Ex quo inſignis differentia inter phyſicas & morales actiones intelligitur. Non facere enim actio phyſica non eſt, vtique vero interdum moralis. Hinc incuria quoque ſiue imprudentia imputatur. v. *l. 2. C. de furt.*

PAROEMIA III.

Das Hembd iſt einem näher, als der Rock.

Quisque ſibi propior eſt, quam alteri.

Eandem habet ſententiam, quam illa Comici: *Proximus egomet ſum mihi,* & adagium Latinorum apud Erasmvm: *omnes ſibi melius eſſe malunt, quam alteri.* v. pl. Knichen *c. 4. de ſup. territor. n. 541. ſequ. 546.* Cui conſequens eſt, ius ſe tuendi, ſi collidatur cum praecepto ſocialitatis, vincere, de quo pluribus egi in *Diſſert. de Colliſu Legum ſect. 2.* Eodem referri poteſt Graecorum adagium: γόνυ κνήμης ἔγγιον, *genu ſura propius*, cuius etiam Aristoteles *9. Eth. 8.* meminit. Quam ſententiam pronunciaſſe ſcribitur, qui in praelio duos amicos, pariter de vita periclitantes, conſpiciebat, fratrem & conſobrinum, &, cum vtrique non poſſet ſimul ferre ſuppetias, fratrem defendebat. v. Erasmvs *in adagio: Genu ſura propius.* Ex hac paroemia quoque fluit, quod Germanos in vulgari dicto habere ſcribit Vitvs Amerbachivs *interpretat. in Phocylid. p. 46. Geſtandum eſſe gladium ſexaginta annos propter vnam malam horam*, Man ſolle einen Degen ſechzig Jahr lang tragen wegen einer böſen Stunde, hoc eſt, quemadmodum ipſe explicat, vt vis arceatur, quae poteſt ſemel incidere in tam longo tempore. Quanquam mihi illam quoque & latius patentem habere videatur ſententiam: vt ne cautiones neceſſariae vnquam omittantur, cum incidere tempus poſſit, vt earum vſus ſit.

PAROEMIA IV.

Noth leidet kein Gebot.

VEL

Noth hat kein Geſetz.

§. I.

Neceſſitas legem omnem frangit.

In *c. 5. in fin. X. de Conſuetud.* ita effertur: *Neceſſitas non habet legem.* Seneca pater *l. 4. controv. 27. Neceſſitas*, inquit, *magnum humanae imbecillitatis patrocinium, omnem legem frangit, quicquid coëgit, defendit.* Varius Geminus apud Senecam *l. 3. controv. 17. Ad quaedam nulla neceſſitas debet compellere.* Ex ſententia Epicvri memorat Laertivs *in eius vita libro X.* ἀνάγκην ἔιναι ἀνυπεύθυνον. Evripides *in Hippolyto operto:*

E'γὼ

Digitized by Google

Ἐγὼ γε φημὶ, καὶ νόμων γε μὴ σέβειν
Ἐν τοῖσι δεινοῖς, τῶν ἀναγκαίων πλέον.
Quoties periculum est, ex mea sententia
Necessitati debet & lex cedere.

CLAVDIANVS *l. 2. in Eutrop. Suprema pericula semper dant veniam culpae.* Similia loca protulit D. FREINSHEM. *ad l. 4. Curt. c. 3. n. 24.* Necessitatem reddere licitum, quod alias de iure non est licitum, est *in c. quod non est 4. X. de Reg. Iur.* GAILIVS *obs. 102. n. 7. seq.* v. omnino H. GROTIVS *ad Matth. XII. 3.* KNIPSCHILD. *de fideicommiss. famil. ill. c.* LI. *n. 455. seq.*

§. II.

Necessitas duplex est, alia simplex, alia hypothetica, quam CICERO *cum adiunctione* vocat, & triplicem esse dicit, *honestatis,* (seu iuris naturalis) *incolumitatis & commoditatis. l. 2. de inuent. c. 41.* De simplici nihil erit, quod multa dicamus, *cum eam nulla ratione lenire possimus*, vt CICERO ibidem loquitur. Sed nec de necessitate commoditatis, si cum honestate seu lege naturali contendatur, dubitatio est; vtique vero de illa, quae incolumitatis dicitur. Verum & heic indagandi labore nos subleuauit D. PVFENDORFIVS *l. 2. de Iure naturali & Gent. c. 6.* vbi plerosque casus accuratissime expendit. Eidem assentimur in quaestione, an quis in vitae periculo constitutus, rem alienam surripiendo, peccet? id neganti. Nam naturale ius duplex est, vnum simpliciter tale, alterum, quod voluntatis humanae actum consequitur, v. g. introductionem dominiorum rei alienae abstinentia. v. GROTIVM *l. 1. de Iur. B. & Pac. c. 1. §. 10.* Et in hoc quidem humanae voluntatis sententia est considerandа. Non est autem probabile, dominiorum distinctionem tam rigida & inhumana lege esse factam, vt ne extrema quidem necessitas excepta intelligi debeat. Adde D. FRITSCHIVM *Dissert. inaugural. de praesidio necessitatis contra legem.* *Quotuplex necessitas.*

PAROEMIA V.

GOttes Allmacht ist allezeit excipirt.

FVsius explicat huius paroemiae sententiam SENECA *IV. de benef. c. 39. Ad coenam, quia promisi, ibo, etiamsi frigus erit, non quidem, si niues cadant. Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamuis non concoxerim, sed non, si febricitauero. Spondesum descendam, quia promisi: sed non, si spondere in incertum iubebis, si fisco obligabis. Subest, inquam, tacita exceptio, si potero, si debebo, si haec ita erunt. Efficace, vt idem status sit, cum exigitur, qui fuit, cum promitterem. Destituere leuitas non erit, si aliquid interuenit noui. Quid miraris, cum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium. Eadem mihi omnia praesta, & idem sum. Vadimonium promittimus; tamen deseritur. Non in omnes datur actio, deserentem vis maior excusat.* adde *c. 35. it. l. 2. §. 3. & seq. si quis caut. in iudic. sist.* Ex quo apparet, paroemiae huius vim late patere. Verum vbi θεῦ βία (vt GAIVS *Vis maior in negotiis humanis semper exceptа intelligitur.*

l. 35. §. *vis maior D. de locat.* vim maiorem rectissime vocat) non interuenit, sed aliud quippiam, omnino respiciendum erit ad actus, de quo quaeritur, naturam, vt bene docet GROTIVS *l.* 2. *de iure B. & P. c.* 16. §. 27. *& in not.* Add. *Psalm. CXXXII.* 2. 3. Exemplum paroemiae nostrae praebeat Dauid, qui Sauli iureiurando se obstrinxerat, non perditurum se eius posteritatem 1. *Sam. XXIV.* 22. & tamen septem filios Saulis strangulandos tradidit Gibeonitis 2. *Sam. XXI.* quoniam in ipso non erat, vindicem Dei manum adstringere.

PAROEMIA VI.

Wieder Willen kan man einem wohl was nehmen/ aber nicht geben.

Inuito non datur beneficium.

PRofert D. SCHOTTELIVS *l.* 5. der Teutschen Haupt-Spr. *tr.* 3. Exprimit vulgatum illud: *Inuito beneficium non dari. l. inuito* 69. *de R. I. l.* 156. §. 4. *de R. I.* Quod eo sensu accipi potest, quo Lesbonici illud apud PLAVTVM *in Trinum. act.* 3. *Scen.* 2.

Nullum beneficium
Esse duco id, quod, cui facias, non placet.

Aut SENECAE 2. *de benef.* 19. *Non est beneficium, accipere cogi: non est beneficium, debere, cui nolis.* conf. 1. *de benef.* 18. 19. Quanquam, si consideretur animus benefacere volentis & commodum, quod ex beneficio ad alium redundat, non male beneficium etiam illud appellabimus, quod praestatur nolenti & inuito. Idem SENECA 5. *de benef.* 20. *Non est*, inquit, *dubium, quin beneficium sit, etiam inuito prodesse.* Haec ratio est, quare pro inuito possit solui. *pr. l. quib. mod. toll. obligat.* vbi VINNIVS *l.* 23. *l.* 40. *l.* 53. *de solut.* & retro, quare contra voluntatem Domini negotium gerenti actio non detur. *l.* 8. §. *fin. D. de negot. gest. l. fin. C. eod. l.* 40. *Mandat.* Adde RVLANT. *de Commiss. part.* 1. *l.* 2. *c.* 25. *n.* 4. *seq.* v. & QVINTILIANI *locus* apud PVFENDORF *l.* 2. *c.* 5. §. 2.

PAROEMIA VII.

Mit dem Halß bezahlt man alles.

Paroemia vult, poena vltimi supplicii laqueo aut gladio inflicta, solui debita omnia, ex delicto sc. Quod tamen non semper procedere demonstratur.

HAnc in libro primo, vbi locum accipere debebat, omissam quid vetat hoc legi? Adduxit D. HOPPIVS *ad* §. 19. *I. de obligation. quae ex delict. nasc.* eiusque sententia est: *poena vltimi supplicii, quae eliso gutture aut gladio infligitur, soluit omnia.* Nata ex iure Saxonico, cuius sententia: **Mit dem Tode zahlet man dem Richter, und büsset dem Kläger.** Quod quidem in nonnullis procedit. Sic, qui ad mortis supplicium aliamue poenam corporis afflictiuam condemnatur, expensas, in processum criminalem & poenae executionem factas, refundere non tenetur. Vt docent Dd. ad Ordinat. criminal. *art.* 204. CARPZOV. *quaest. criminal.* 138. MEVIVS *ad l.* 4. *Iuris Lubecens. tit.* 9. *art.* 1. *n.* 8. & 9. Secundum ius Saxonicum pronunciatum apud CARPZOV. 4. *const.* 32. *def.* 23. & Responsum a LEIBIO *Resp.*

Digitized by Google

Resp. iuris 19. add. CARPZOV. *quaest. crim.* 138. *n.* 11. & *quaest.* 95. *num.* 25. Deinde praestationes personales soluit mors, non vero debita, quae bonis velut inhaerent, eaque ad quosuis possessores comitantur. Vt recte scripsit D. PVFENDORF. *l.* 3. *de iure natural. & Gent. c.* 1. §. 11. v. & *l.* 1. *c.* 9. §. *vlt.* Hinc iniustus homicida, licet poenam capite luat, satisfacere debet occisi haeredibus ratione impensarum, in Medicos factarum, & ratione alimentorum, quae occisus ex officio praestare debebat, & poterat, si vlterius vixisset. v. H. GROTIVS *l.* 2. *de I.B. & P. c.* 17. §. 13. Hinc restitutio rei furtiuae aut eius aestimationis fieri debet a fure aut eius haeredibus, licet fur, vt laqueo suffocaretur, condemnatus fuerit. v. LAVTERBACH. *Ex. forens.* 25. §. 4. & *in tractat. Synoptic. ad tit. D. de condiction. furtiv.* §. 1. *n.* 6. BERLICH. 5. *concl.* 45. *n.* 6. *seq.* FINCKELTH. *obs.* 59. H. PISTOR. *obs.* 92. add. omnino BESOLDVS *cons.* 214. Atque hoc planum est iure Romano. At Teutonico, vnde paroemia haec nostra fluxisse videtur, haeres ad reparationem damnorum ex furto aut rapina non tenetur. v. omnino BRVNNEM. *c.* 9. *Proceff. inqu. n.* 65. *Ius Provinc. Saxon. l.* 1. *art.* 6. & *Suevic. c.* 7. & 8. Cuius rei ratio vix alia apparet, quam quod legislatores nostrates, quum furtum aeque ac rapinam seueriore capitis corporisue poena plecterent, liberis ac cognatis haeredibus viciſſim prae iure Romano fauere voluerint, ita vt grandior poena publica absorberet priuatam satisfactionem & reparationem damni. Verum enim vero, quam parum haec iustitiae regulis & ciuilis societatis principiis conueniant, erudite docuit D. SCHILTERVS *Ex. ad Dig.* 19. §. 76. v. SCHILT. *Comp. p.* 231. & *in not.*

PAROEMIA VIII.

Viel Köpff/ Viel Sinn.

§. I.

EXprimit TERENTII *illud in Phormione: Ita est, quot homines, tot sententiae, suus cuique mos.* HORATII 2. *satyr.* 1. *Quot capita, tot sententiae. Hinc fundamentum iuris maioris partis.*

Quot capitum viuunt, totidem studiorum
Millia.

& 2. *ep.* 2.

Tres mihi conuiuae prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diuersa palato.

PERSIVS *Satyr.* 5.

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

VLPIANI *in l.* 17. §. 6. *de recept. qui arbitr. receper. Non consentire omnes facile est.* In quo praecipue fundatur ius maioris partis, cum alioqui nullus possit negotiorum exitus reperiri. Audiamus H. GROTIVM *in Apologetico c.* 8. *Non mos tantum omnium gentium, quae sub ciuilibus institutis viuunt, sed & ipsa natura docet, vbi penes coetum est potestas aliqua, veniendum ad illud legitimum:* haec pars maior vide-

Digitized by Google

videtur: *nam neque rerum in deliberationem venientium difficultas, neque humanarum mentium varietas permittit, vt super re quaque eadem singulis placeant; tum vero res multae nihil agendo fiunt deteriores: &, vt pars maior minori cedat, manifestam habet iniquitatem.* Consimiliter Ludovicus Praschius *de iure maioris partis Dissertatione* §. 3. *Naturale*, inquit, *videtur, vbi non eadem omnium mens est, vt sententia eligatur optima, id est, conuenientissima fini ciuitatis, seu prudentissima. At hoc ipsum quaestionis est: neque in hac mentium & affectuum infirmitate (cui & omnium consensus est obnoxius) reperitur facile, nec repertum obtinetur. Quod enim tibi tale, non videbitur statim alteri. Nec putem prudentia is vinci volet, nec eligendi ius permittet pari. Finge enim dignitate, meritis, genere, alia gratia potiorem: par est tamen iure. At huic alia omnia vt deteriora cedunt. Et quomodo permittat, an absolute, an sub conditione? Si prius, actum est de libertate; sin posterius, de concordia. Nec pugnare cupienti deerunt rationes ac praetexta; non magis quam luscinioiae cantio, vt ille ait. Ne ergo incepta careant exitu, nec collegium ac respublica dilabatur, asciscendum sit remedium priori proximum, & communis ac perpetuae prudentiae nota. Quae autem alia dabitur, quam suffragiorum maior numerus? Ab hoc enim stat prudentiae opinio: secundum illud: plus videt oculi, quam oculus.* Sententias veterum collegit H. Grotius *l. 2. de I. B. & P. c. 5.* §. 17. Apud Evndem *l. 16. Histor. Belgicar. ad A.* 1608. Spenserus, Legatus Anglicanus, aiebat: *Rempublicam, in qua ius plurium sententiarum non valeat, virgini esse similem, quam prisci auctores memorent, discerptam contendentium inter se ruralium manibus.* Et Ianinus, Legatus Anglicanus: *Hoc vno* (vt pauciores pluribus cedant) *stant populorum imperia, aliter casura. Sic apud Heluetios maiori parti placita, etiam qui contra dixerunt, exsequuntur.*

§. II.

Quod limitatur. Enimuero hoc ius maioris partis ex iure naturali est non simpliciter tali, sed pro certo rerum statu, quamdiu scilicet durat voluntas, quae ex scopo in societatem exeuntium colligitur. Hinc dubium non est, id pactis aut consuetudine tolli vel mutari posse. Apud Polonos sane, (quorum institutum defendit Andreas Maximilian. Fredro *in fragmentis scriptor. p.* 187. *sequ.*) Frisios eorumque vicinos id non obtinet. Ex instituto Gregorii X. si numerus Cardinalium sit sexaginta, nonnisi duarum partium suffragiis, hoc est, quadraginta Cardinalium, Pontifex eligitur. Tanto minus dubitari potest, in collegiis, quae sub summo imperante, siue is Rex sit, siue primores, siue populus, sunt constituta, id varie se habere posse. Rursus ex natura negotii ius maioris partis excluſum intelligitur. Nam in illis, quae communia sunt, vt singulis, quale est fundus, cuius cohaeredes quatuor singuli quartam partem in dominio habent, ius aliquod praecipuum esse maioris partis, recte negant ICti, nisi in quibusdam rebus ius ciuile diuersum constituat. Grot. *in Apologetic. c.* 8. Tabor *thesaur. locor. comm. vocibus maior, maior pars. axiom.* 2. Struvius *Ex.* 7. §. 43.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Non libet nunc, ingredi argumentum hoc obseruationibus & controuersiis foecundum, quod prae ceteris excoluit PRASCHIVS laudata dissertatione. Sed tamen omittere non possum quaestiones nonnullas de suffragiorum computatione. Finge enim, ex septem iudicibus tres capitis, duos exilii, duos mulctae vel infamiae sententiam dedisse, anne vincet vna durior illa capitalis, an cedet duabus mitioribus? Quam quaestionem ceu inexplicabilem proponit GELLIVS *l.* 1. *Noctium Atticarum c.* 15. Circa eandem M. FREHERVS *Decis. Areopagiticar. c.* 7. ita differit: *Vtut*, inquiens, *duae illae mitiores inter se dissideant, in hoc certe conueniunt, quod vitam non adimunt, facilius inter se, quam cum illa, coiturae: & vt singulae inter se diuersae, ita vtraque illi contraria. Vna enim minuit existimationem, altera consumit, vt nostri loquuntur. l.* 5. *§. existimatio D. de extraordin. cognit.* At illa totum hominem consumit, vt loquitur *l.* 6. *§.* 5. *D. de iniusto, rupto & irrito testam. l.* 3. *D. de poenis.* PAVLVS V. *Sentent. tit.* 17. *Denique haec summa differentia poenarum est, quod aut capitales, aut non capitales. Heic vero certum est, plures capitalem exprobare, quam approbare. Et sane, si ego iudex sedeam, & motum animi mei sequi iubear,*

Ego mitis & osor
Sanguinis humani condonem crimina nummis,

cum AVSONIO *epist.* 4. *Vel saltem mediam sententiam ineam, & in breues gyaros hominem mittam. Sed vicissim negari non potest, tristem sententiam numero vincere: caeteras duas, vt non cum illa, ita nec inter se consentire: & paruulum refert*, (vt eleganter PLINIVS loquitur) *an idem displiceat, quibus nec idem placuit. Neque alia res est, quam si in campo Martio tres Titio Candidato, duo Maeuio, duo item Sempronio honorem tribuant: quo casu quis praeferatur, ambigi nequit. Et extat pro hac sententia grauissima & acutissima Quintiliani patris declamatio CCCLXV. quamque miror non laudatam Doctori meo* (CVIACIO *obs. l. XII. c.* 16.) *vbi quaestionem hanc eleganter tractat & concludit: diuersarum sententiarum non esse coitionem aduersus eam, in qua plures sunt idem sentientes. Cui vel inuito animo subscribere me ius cogit, & cum* PRVDENTIO *dicere:*

Seruemus leges patrias: infirma minoris
Vox cedat numeri, paruaque in parte silescat.

Et quaestiones de computatione diuersorum suffragiorum expenduntur.

Hucusque FREHERVS. Eandem sententiam probat H. GROTIVS *d. l.* 2. *de Iure B. & P. c.* 5. §. 19. At refragatur HVBERVS *l.* 3. *de iure ciuitatis sect.* 2. *c.* 6. §. 4. *& sequ.* respiciendum existimans non tam ad numerum suffragiorum, quam ad praesumtam voluntatem eorum, qui diuersum dixerunt. Cui libens assentior. Nam ius, quo se in sententia contraria retineri FREHERVS dixit, non aduersatur: loquimur enim de naturali iure, & exemplum de nominantibus alios atque alios Candidatos est oppido a quaestione nostra diuersum. Apud HELIODORVM quidem *l.* 1. *Aethiopic.* narrat Cremon, cum calculi discernerentur, mortem ipsi decernentes circiter 1700. repertos; quorum alii lapidibus se

Digitized by Google

obruendum, alii in barathrum esse mittendum, iudicauerunt: reliquos vero ad 1000. exilio ipsum in perpetuum damnasse, quorum vicerit sententia. Verum, si ex praesumta voluntate illorum, qui de morte suffragium tulerunt, negotium iudicetur, in mitiorem mortem omnes, quam in exilium, cum caeteris conspirasse censebuntur. Finge amplius; vnus in quindecim, alter in decem, tertius in quinque condemnat. Secundum ius ciuile sententia in summam minimam quinque valet. *l.* 27. §. 3. *de receptis qui arbitr. l.* 38. §. 1. *D. de re iudicat, cap.* 1. *de arbitr. in sexto.* At, si interrogentur illi, qui in quindecim sententiam tulerunt, mauolent profecto se potius coniungere cum damnantibus in decem, quam in quinque. Quare secundum merum ius naturale praeualebit media sententia, probata etiam moribus nonnullorum locorum, teste MAESTERTIO *in tractat. de arbitris, quaest. quid si in duos compromissum?* v. tamen omnino HVBER *in Eunom. ad d.l.* 27. §. 3. *D. de recept p.* 219. *sequ.*

PA-

Digitized by Google

PAROEMIARVM IVRIS GERMANICARVM *EPIDIPNIS.*

PRAEFATIO.

ANni iam nouem sunt, cum in publicum primum prodierunt libri tres paroemiarum iuris Germanicarum. Nunc noua farrago datur, quam Epidipnidis nomine insignire placuit, quoniam in clausula prandii vel coenae conuiuae hilariores esse, & liberalius iocari solent. Nam & hic occurrent paroemiae, quae ad risum materiam praebere possunt. Sed quid vetat, iocando aut ridendo verum dicere? & Germani etiam in ludricis sapientiam subinde suam ostenderunt: nec refert, qua via iuuentus iurisprudentiam addiscat.

PAROEMIA I.

Ad Tit. D. de statu hominum.

Sieben Jahr ein Kind.

Infans ad annum septimum.

§. I.

PAroemia haec in vulgus nota est, & congruit iuri Romano. Equidem olim apud Romanos infantis aetas non videtur certis annorum interuallis circumscripta fuisse, eo quod alii citius, alii serius fandi auspicium sumerent: nam in ICtorum legibus tantum fit mentio eius, qui fari non potest, aetas certa non exprimitur. *l.* 5. *D. de R. I. l.* 9. *D. de acquir. vel omitiend. haeredit. l.* 1. *C. ad SCtum Tertyll.* Vt adeo probabile sit, quod & visum IACOBO GOTHOFREDO *l.* 8. *C. Theodos. de bon. matern.* in *l.* 1. §. 2. *D. de administrat. tutor.* & *l.* 14. *D. de administrat. tutor.* & *l.* 14. *D. de sponsal.* extare emblemata TRIBONIANI. Certe Impp. Arcadius, Honorius & Theodosius *in d. l.* 8. *C. Theodos. de matern. bonis,* con-

Digitized by Google

constituerunt, vt anno septimo infantis aetas concluderetur, siue maturius, siue tardius fandi auspicia sumerent, ex qua depromta *l.* 18. *C. de iure deliberandi.*

§. II.

Quod Germani, idem & veteres Philosophi senserunt. Etenim *septimum quemque annum aetati signum inprimere*, ait SENECA 7. *de beneficiis c.* 1. Similiter CENSORINVS *de natali die c.* 14. *Fere enim post septimum quemque annum articulos, & in his aliquid noui natura ostendit; vt & in elegia Solonis cognoscere datur: ait enim, in prima hebdomade dentes homini cadere; in secunda pubem apparere; in tertia barbam nasci.* Adde VARRONEM *l.* 5. *de lingua Latina*, MACROBIVM *l.* 2. *Somn. Scipion. c.* 6.

PAROEMIA II.

Ad Tit. D. de his qui not. infam.

Er schlägt auf den Sack/ und meynet den Esel.

Saccum percutit, asinum innuit.

§. I.

VTitur paroemia hac in vulgus nota WISSENBACHIVS *part.* 2. *Disp. ad D.* 13. §. 20. vt eludat vulgarem cautionem euitandi infamiam, si sententia infamans non in principalem, sed procuratorem, feratur. *Agasa*, inquiens, *vt est in prouerbio, saccum ferit, putat vero asinum.* Et sane *l.* 2. *D. de obsequio patron. & parent. praestand.* qua Dd. sententiam suam muniunt, tantum dicit: filium actione doli vel iniuriarum aduersus patrem agere non posse, ne quidem, si per procuratorem pater suscipiat actionem. Atqui hoc sententiam illam potius destruit: cur enim procurator nomine patris actionem susciperet *non posset*, si ea patrem non infamaret? Iam & procurator post litem contestatam est quidem dominus litis, hoc est, processus, sed non ipsius negotii, (v. *l.* 86. *D. de solut.*) ex negotio autem oritur infamia, non ex lite, quippe quae tantum causa sine qua non est. Adde, vniuersitates vt plurimum per Syndicos defendi, quas tamen infames fieri, dubio caret, & probat satis *l.* 5. & 9. *C. Theodos. de indulgent. crimin.* Vt adeo parum solidi insit cautioni huic.

§. II.

Tanto minus probari potest, quod Dd. asserunt apud HILLIGERVM *l.* 18. *D. E. c.* 8. *lit. I.* nec improbat FRANZKIVS *ad tit. D. de his qui not. infam. n.* 14. Illum, qui iudicium coepit & persecutus est, posse illud in procuratorem transferre, eumque mittendo ad audiendam sententiam euitare infamiam. Vt vt enim concedi possit, lite etiam a reo contestata, procuratorem interuenire posse, quod perperam negauit A. MATTHAEI *c.* 11. *de iudic.* §. 54. v. *l.* 31. §. 2. *C. de negot. gest. l.* 20. *C. de procurat.* Tamen talis procurator reuera vicariam operam praestat, & nudus minister est, qui condemnari nequit.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Caeterum BRVNNEMANNVS *ad l. 9. C. de his qui not. infam.* propterea cautionem hanc minus tutam esse existimat, quoniam hodie in ipsum reum sententia ferri soleat. Enimuero, hoc perpetuum non esse, praxis summorum Imperii iudiciorum testatur: nam Camera Imperialis in causis iniuriarum etiam in procuratores sententias ferre consueuit. v. GAIL. 1. *Obs.* 111.

PAROEMIA III.

Schäffer und Schinder seynd Geschwister Kinder.

Opiliones & carnifices sunt consanguinei, siue in eodem, vt in scholis loquimur, praedicamento.

NOtissimum est ore vulgi prouerbium, idemque exprimunt rythmi apud KNIPSCHILDVM *L. 5. de Ciuitat. Imperial. c. 26. n. 39.* **Ein Rettich und ein Rüeb, ein Müller und ein Dieb, ein Schäffer und ein Schinder, welches ist mehr, oder minder?** Cuius haud dubie ratio est, quoniam opiliones de mortuis ex grege suo ouibus ipsimet pelles detrahere solent; quod iis, perinde vt carnificibus, qui simul excoriatores equorum, vaccarum aut suum esse consueuerunt, leuis notae maculam adspergit. Enimuero, cum hoc ipsum innocentissimo vitae generi per se non adhaereseat, lege Imperii in Comitiis Augustae Vindelicorum A. 1548. sub titulo: Reformation guter Policey, lata constitutum, tit. 37. §. 1. **daß die Schäffer und ihre Kinder, so sich ehrlich und wohl gehalten haben, hinführo in Zünfften, Gaffeln, Aemtern und Gülten keines Weges ausgeschlossen, sondern wie andere redliche Handwercker aufgenommen, und darzu gezogen werden sollen.** Quod repetitum in Ordinatione Politica A. 1577. in Comitiis Francofurti condita tit. 38. §. 1.

PAROEMIA IV.

Ad Tit. D. quod metus causa.

Von Drohen stirbt man nicht.

Minae non sunt mortiferae.

§. I.

PAroemiam hanc vbiuis notam ad verbum vertas: *Minae mortem non adferunt.* Nimirum sunt nonnulli eo animo, quo miles glorioſus apud PLAVTVM:

Ego hanc machaeram mihi consolari volo,
Ne lamentetur, neue animum despondeat:
Quia se iam pridem feriatam gestitem,
Qui misere gestit furtum facere ex hostibus.

Quo etiam pertinet a Bactrianis vulgo vsurpatum apud CVRTIVM *l.* 7. *c.* 4. *Canem timidum vehementius latrare, quam mordere: altissima quaeque flumina minimo sono labi.* Et quod de Aetolis dixit Quintius apud LIVIVM *l.* 35. *c.* 49. *Aetolorum omnem ferociam in verbis, non in factis esse: & in conciliis magis concionibus, quam in acie apparere.* De Heluetiis TACITVS I. *hist.* 68. *Ante discrimen feroces, in discrimine pauidi,* & IV. hist. 20. *Paganorum lixarumque ignaua, sed ante periculum procax manus.* SOPHOCLES *in Philoctete:*

Κακὸς
Ὄντας πρὸς αἰχμὴν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις θρασεῖς.
Imbelles, vbi
Cernenda Martis praelia, in dictis truces.

EPICHARMVS apud H. GROTIVM *in excerptis p.* 477.

Θαῤῥεῖ μὲν κακὸς μάλ' ἀντίθεν.
Ἔπειτα δὲ φεύγει.
Imbellis monstrat primo audaciam:
Deinde in fugam se vertit.

MENANDER apud EVNDEM in *excerptis p.* 757.

Τὰ σκώμματ' εἶτα σοφά τε καὶ στρατηγικά.
Ὅπως δ' ἁλάζων ἐστὶν ἀλιτήριος,
Dicta autem quam sunt cata, quam induperatoria?
Tum vero quam ipse glorioſus carnifex?

Contra apud AESCHYLVM septem contra Thebas:

Ἀνὴρ ἄκομπος, χειρὶ δ' ὀρᾷ τὸ δράσιμον.
Cui lingua reticens agere, sed nouit manus.

Hinc IMPP. in *l.* 9. *C. de his quae vi metusue caus. gest. sunt. Metum non iactationibus tantum vel contestationibus, sed atrocitate facti probari conuenit.* Ex qua inferunt Dd. minas verbales ad restitutionem in integrum regulariter non sufficere, nisi minae sint capitales, & persona talis, quae minas soleat exequi. Quorsum etiam pertinet, quod est in *l.* 9. *pr. D. eod.* Si quis fundum dereliquerit, audito, quod quis cum armis veniret, eum edicto Praetoris, quod metus causa gestum erit, non iuuari: *quoniam non videatur deiectus, qui deiici non expectauit, sed profugit.* v. GAIL. 1. *Obs.* 4. & *l.* 2. *Obs.* 93. *n.* 7. BERLICH. 4. *concl.* 13. *n.* 11. BRVNNEMANN. *ad l.* 7. *C. d. t.* Non minus hinc liquet, quam ab omni ratione abhorreat illud BALDI, quod refert SICHARDVS *ad l.* 1. *C. quando liceat vnicuique* & sequuntur alii apud IOANN. GRACKIVM *de auctor. priuat. c.* 5. *Si quis forte mihi dicat: vbicunque te posthac reperero, conficiam te, quod possim illum in ipso minarum articulo interficere, aut, cum est mihi commodissimum, sine poena.* Nam, vt bene ait PVFENDORF. *l.* 2. *de I. N. & G. c.* 5. §. 8. *Licet non tenear expectare, donec ille minas suas exequatur, alia tamen via in ciuitate, quam per eundem, cauere mihi possum & debeo, etiam tunc, quando constat ex anteacta vita, istum ad exequendas eiusmodi minas non esse meticulosum. Quod nonnulli* (interque eos IACOB. BOVRICIVS *in captiuo c.* 23. §. 5.) mitigandae BALDI sententiae adiiciunt. Conf. TABOR. *commentat. de admonitione* §. 28. *in armament. p.* 204. *sequ.*

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Caeterum paroemia haec non pertinet ad minas, quas mox insequitur factum: has enim vrgentem commissi delicti coniecturam praebere, in propatulo est. v. Constit. Criminal. CAROLI V. *art.* 32. MENOCH. *arbitrar. iur. quaest. cas.* 362. MASCARD. *de probat. concl.* 479. *n.* 17. *seqq.* CRVSIVS *de indic. delictor. c.* 35. *n.* 1.

§. III.

Quod si etiam metus sit, ne quis minas, praesertim capitales, exequatur, non est dubium, talem carcere eousque posse detineri, donec idoneam de non offendendo cautionem praestet. De quo videantur Constitut. Criminal. CAROLI V. *art.* 176. pluribus CARPZOV. *part.* 4. *Const.* 15. *def.* 5. & *seqq.* & *quaest. criminal.* 37. *n.* 65. *seq.*

§. IV.

Praeterea, si quis literas diffidationis ad vniuersitatem aliquam siue communitatem perscripserit, **welcher Absag-oder Vehdebrieff an eine Gemeinde abgehen läst**, etiamsi ad actum non peruenerit, nec quicquam damni dederit, poena gladii coërcendus. Recess. Imp. A. 1555. §. **Wir setzen, ordnen.** Ordinat. Criminal. CAROLI V. *art.* 128. Quod tamen eo non pertinet, si quis vni tantum ex vniuersitate incendium minatus fuerit, quippe vbi insuper requiritur, vt signum inflammationis sit appensum. Quandoquidem simplices istiusmodi denunciationes, certae tantum personae factae, nudae potius minae sunt, quam diffidationes. Vid. CARPZOV. *ad part.* 4. *Const. Saxon.* 15. *def.* 2. & 3.

§. V.

Illud etiam quaesitum est, an, qui minantem sibi & arma ostendentem occiderit, extraordinaria tantum poena teneatur? Vbi placet distinctio, qua post CARPZOVIVM vtitur BRVNNEMANNVS *Proceff. inquif. c.* 9. *n.* 59.

PAROEMIA V.

Ad Tit. D. de iudiciis.

Man muß nicht ein Altar entblössen / daß das andere bedecket wird.

Non est altare vnum detegendum, vt alterum tegatur.

PRouerbio dici, ait MEVIVS *part.* 5. *Dec.* 30. *n.* 7. inde inferens: Non esse pauperibus fauendum in iudicio cum alterius iniuria. Quam in rem videatur EIVSDEM *pars.* 2. *Dec.* 278.

Digitized by Google

Ad Tit. D. de L. Aquil.

PAROEMIA VI.

Ein junger Medicus, ein neuer Kirchhoff.

Medicus nouitius, nouum coemiterium.

§. I.

SImilia Gallorum & Hiſpanorum prouerbia allegat MYLERVS *ad part. 3. Rumel. Diſſ. ad A. B. 1. §. 16.* Scilicet raro hodie culpa Medici in iudicium vocatur. Iam de Romanis PLINIVS *l. 29. N. H. c. 1. Nulla lex eſt, quae puniat inſcitiam capitalem,* (Medicorum) *nullum exemplum vindictae. Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt: Medicoque tantum hominem occidiſſe, impunitas ſumma eſt. Quinimo tranſit conuicium, & intemperantia culpatur. Vtroque, ſi periere, arguuntur.* Bene tamen VLPIANVS *l. illicitas 6. §. 7. D. de officio Praeſidis: Sicuti medico imputari euentus mortalitatis non debet: ita, quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet. Praetextu humanae fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium eſſe non debet.* Vt autem Medico imputari euentus mortalitatis non poſſit, quatuor Dd. requirunt, & *primum* quidem, ne profeſſionis ſuae limites excedat; *alterum*, vt artem, quam profitetur, calleat; *tertium*, ne ſit negligens; *quartum*, vt aegrotum de noxiis praecauendis moneat. v. LAVTERBACH. *de conſilio part. 2. cap. 1. §. 6.*

§. II.

Caeterum, ſi cui Medicus mortifera medicamenta praebuerit, non eſt dubitandum, eum poena homicidii ordinaria teneri. Idque ſancitum *Conſtitut. Criminal.* CAROLI V. *art.* 134. SCHVLZ. *Synopſ. Inſt. ad tit. L. Aquil. lit. E.*

Ad Tit. D. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur.

PAROEMIA VII.

Er muß es hinnehmen / als wann Ihn ein Hund gebiſſen.

Habeat ſibi, acſi canis ipſum momordiſſet.

§. I.

HOc prouerbium ortum eſſe ex iure Lubecenſi, tradit ENGELBRECHTVS *ad tit. D. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur §. 2.* Nimirum, vt obſeruauit MEVIVS *ad l. 3. iur. Lubecenſ. tit. 11. art. 1.* ſecundum ius illud diſtinguitur, an in domo aliena a cane alioue animali quis laedatur, an foras in platea. Priori caſu omnino tenetur, ſi vitium animalis ſciuit: id quod praeſumitur, ſi iam antea vel ſemel alteri damnum intulit. Si neſciuit, extra poenam eſt, animal nec deſerere cogitur. Ignorantia autem iureiurando probatur, ſicut in aliis ius illud exigit. Poſteriori

Digitized by Google

steriori casu, si in platea alioue loco publico laesio inferatur, eo nomine nulla actio est, cum statim deserit animal. Hic enim, qui domi illud non continuit, in maiori culpa est, atque priori. Idem iure prouinciali Saxonico *l.* 2. *art.* 40. constitutum. Addit ex COLERO MEVIVS: si dominus animal non expellat, sed recipiat, amittere optionem deditionis noxae. Aut, si dominus laeso, canem occisuro, resistat, reum se damni omnis facere.

§. II.

Quid Romani circa noxam animalium constituerint, apertum est. Iam ante Solon, teste in eius vita PLVTARCHO, *scripsit & de pauperie data, vbi canem, qui aliquem momorderit, dedi iubet cubitorum vinculo alligatum.* Ex quo, vt videtur, sumsit PLATO XI. de LL. *Si animal domesticum quadrupes pauperiem fecisset, damnum eodem modo resarciendum, acsi seruus dedisset.* De hoc autem ante constituerat, *vt Dominus serui aut satisfaciat, aut seruum seruamque illi, qui damnum passus est, tradat.* Non abludunt aliorum Germaniae populorum leges, quas adduxit HAHNIVS *ad tit. D. si quadrup. paup. fecisse dicatur. n.* 6. Conf. Capitular. CAROLI M. *l.* 3. *cap.* 44. Statuta Moscovvitica (quae BARO DE MEYERBERG. in latinum idioma transtulit, & primus in Germania vulgauit) *cap. X.* §. 282. Ius ipsum naturae dominum animalis eo adstringere videtur, non quidem directe, sed oblique: Etenim ille, qui damnum patitur ab alterius animali, vindicare se de illo potest, etiam ex interuallo: quandoquidem nulla inter illum, qui damnum tulit, & animal intercedit obligatio. Igitur, si dominus animalis id auertere velit, ipsa ratio iubet, vt aut animal noxae dedat, aut damni aestimationem praestet. Conf. PVFENDORF. *l.* 3. *I. N. & G. c.* 1. §. 6.

PAROEMIA VIII.

Ad Tit. D. de iureiur.

Wer von Sieben sagt / der leugt gern.

Qui de septem loquitur, ferme mentitur.

§. I.

PAroemiae huius vim vix quisquam explicuit. Nobis videtur ortum traxisse ex moribus veterum Germanorum. Nam apud hos moris erat, si quis ob delictum accusaretur, vt, iureiurando se purgaturus, simul alios, qui sacramentales siue compurgatores dicebantur, adhiberet vt plurimum sex, iuraturos, vera se credere, quae ille diceret. Dicebatur hoc: *iurare septima manu.* Lex BAIVVARIORVM *tit.* 3. §. 2. *Tunc cum sex sacramentalibus iuret, & ipse sit septimus, in altare coram populo & Presbytero.* IVO CARNOTENSIS *ep.* 231. *Secundum quod fama crebrescit, quinta manu malicvis; vel septima, purgationem eius accipiat.* Conf. LL. RIPVARIORVM *tit.* 66. Formulae veteres BIGNONII *c.* 3. Reinerus apud CHAPPEAVILLVM *tom.* 2. *hist. Leodiens. p.* 197. noue HEINECCIVS *l.* 2. *Antiqu. Goslarien. ad An.* 1219. *p.* 222. ibi: **sich des entschuldigen seib siebende guter Leuthe.** CAROLVS CAN-

Digitized by Google

GIVS *gloſſar. voce iurare p.* 150. 151. vbi notat: ſacramentum eiusmodi cum manu ſeptima ex vſitatioribus fuiſſe. SCHILTER. *Ex.* 23. §. 6. Hinc in priuilegio, a Ioanne, Epiſcopo Herbipolenſi, & Marchione Friderico, Electore Brandenburgico, An. 1436. ciuitati Kizingen conceſſo, apud WEHNER. *obſerv. pr. voce* beſieben. beſiehnen, eſt: **welche aber ehr geſchriebener maſſen die Miſſethat nicht bekennen, die mag man beſieben und zu dem aber richten, als Recht iſt.**

§. II.

Enimuero, cum poſteris temporibus plurimi, etiam peſſimae famae, hoc probandi modo abuterentur, & multiplicia committerentur periuria, non raro prece emendicata, vel pretio emta, dediſſe hoc locum prouerbio videtur. Eademque cauſa fuit, quamobrem hic mos fere vbiuis locorum etiam per ſtatuta abrogaretur. Vt docet WEHNERVS *d. voce* **Beſieben.** Quanquam in Holſatia, Dania, Suecia eum adhuc hodie haerere, dicant RITTERSHVS. *Partit. feudal. c. 9. n.* 25. HEIGIVS *part.* 1. *quaeſt. vlt. n.* 53. Adde de Germania ipſa, in crimine fractae pacis *Ordinat. Criminal. part.* 2. *tit.* 10. GAILIVM *de Pace publica l.* 2. *c.* 7.

Ad Tit. D. de condict. ob turpem cauſam.

PAROEMIA IX.

Es iſt beſſer ein halb Ey/ als eine ledige Schale.

Satius eſt, dimidium oui tenere, quam teſtam eius vacuam.

PRofert BVRGERVS *cent.* 4. *obſ.* 7. Eodem pertinet, quod, teſte *D. ab* ESSBACH. *ad Carpzou. part.* 1. *conſt.* 1. *def.* 15. vulgo dici ſolet: **Es iſt beſſer ein Vogel im Korb, als tauſend in der Lufft.** *Vna auis in cauea melior eſt, quam mille in aëre volantes.* Eiusdem quoque ſententiae eſt Heſiodeum illud: *Dimidium plus toto.* Haec autem ratio eſt, quamobrem creditores propter inopiam debitorum partem aliquam debiti iis remittere malint, quam totum perdere. Vnde laudatus BVRGERVS cum multis ICtis, quorum recitat nomina, infert: pacta huiusmodi cum debitoribus, dolo ſuo malo obaeratis, inita non valere; creditores, iis non obſtantibus, poſſe reſiduum, quod acceptum tulerunt, conditione ob turpem cauſam repetere, ſi debitores illi ad pinguiorem fortunam redierint. Quanquam MOLLERVS *l.* 4. *Semeſtr. c.* 6. hoc vſu ſeruari negat; an recte, idem BVRGERVS diſquirit, & limitationes quoque ſubiungit.

Ad Tit. D. de condict. indeb.

PAROEMIA X.

Kein Pfaff giebt ein Opffer wieder.

Sacrificuli oblationes non reſtituunt.

CRebro paroemia haec auditur inter ſermones familiares, vt teſte non opus habeat. Ea innuimus, data piis cauſis conditione indebiti non repeti. Quod etiam

Digitized by Google

etiam Romano iuri congruit. §. *vlt.* ibi: *quae religionis vel pietatis intuitu honorantur. I. de obligat. quae ex quasi contr. l.* 32. §. 2. *D. de condict. indebiti.* Cui consequens, si dos data fuerit ei, quae credebatur filia, condictioni aduersus filiam vel generum non esse locum. Quod memorabili exemplo demonstraui *in Satur. rer. quae ad ius spectant singular. c.* 7.

PAROEMIA XI.

Ad Tit. D. de pignoratit. act.

Pfand giebt offt Land.

Pignus saepe dominium rei obligatae creditori conciliat.

PRofert IACOB. ANDR. CRVSIVS *de iure offerendi* §. 4. & malitiae creditorum imputat, qui saepenumero sumtus adeo immodice in rem pignori suppositam faciunt, vt miseros debitores, sumtuum illorum magnitudine deterritos, a reluitione excludant; sed quorum calliditati iudex non velificabitur: *neque enim is talem efficere rem pignoratam potest, vt grauis sit debitori ad recuperandum*, vt ait VLPIANVS *in l. si seruus* 25. *D. de pignoratit. action.* addens: *a iudice dispiciendum, vt neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur.* Adde GAILIVM 2. *Obs.* 12. *in fine* & ibi GRAEVAEVM *consider.* 2. CAROL. DE MEAN. *Obseruat. ad ius Leodiens.* 236. Caeterum, quam parum consultum sit, potentioribus pignora dare, etiam integri populi norunt. Orcades vicinamque Hetlandiam, Scotiae Regi quondam oppignorata, iam a longo tempore frustra repetunt Daniae ac Norvvegiae Reges, vt pluribus narrauit THORMODVS TORFAEVS *Orcadens. rer. histor. l.* 2. & 3. & anno DCXXIV. Foederati Belgae, Compendii foedus inituri cum Rege Galliae, recusabant, firmum aliquod oppidum supponere pignori, nondum obliti, quanta cura, sollicitudine animique prouidentia, M. Britanniae Regibus quondam pignori data oppida, eorum manibus rursum eripuerint, vt refert LEO AB AIZEMA *in historia Pacis.*

PAROEMIA XII.

At Tit. D. depositi.

Sequester machen leere Nester.

Sequestres res suas agunt.

§. I.

NOn abs re vulgatum illud irrepsisse, ait IOANNES PHILIPPI *c.* 2. *de subhastat. comm.* 13. *n.* 83. Testari enim experientiam, ex mala sequestris administratione praediis sequestratis non raro imminere ruinam. Cui periculo obuiari posse putat, si sequestres quotannis ad reddendas rationes adigantur, &, si suspicio prauae administrationis suboriatur, iudex in tempore occurrat. Sane, quid interdum praetextu sequestri agatur, libet illustri exemplo confirmare. Cum enim

enim post mortem Ioannis Wilhelmi, Ducis Iuliacensis & Cliuiensis, Elector Brandenburgicus & Comes Palatinus Neoburgicus possessionem vacuarum prouinciarum arripuissent, existimabat Vice-Cancellarius Imperii: apud PVFENDORF. *l. 4. Rer. Brandenb.* §. 10. *ad An.* 1609. antequam Brandenburgicus iis in prouinciis pedem fixerit, *sequestrem eisdem immittendum, velut litigiosis, cui opera danda sit, vt vnum & alterum immunitum oppidum in potestatem redigat, tum paratis copiis ac per edicta monitoria & auocatoria Prouinciales sibi adiungat, gratioso ibi Austriaco nomine ob clementiae famam & studium in ritus Romanos. Colorem plausibilem dici posse, ita facto opus fuisse supremo harum causarum iudici, ad praecauendas in Germania turbas. Caeterum eidem decretum, nullius ius violare, sed rem sententia iudiciali aut amica transactione componere. Inde propositis edictis partes citandas, ostenso erga omnes aequo animo, ne alicui praetextum nascatur, Caesarem velut suspectum iudicem recusandi. Ac spem esse, utramque partem huius sententiae causam suam submissuram. Saltem de Saxone dubium non esse. Forte & Brandenburgicum, fuco haud statim animaduerso, in classes vltro ruiturum.* Addebat: *Vbi Caesar sequestris titulo eas prouincias insederit, processum in infinitum extrahi posse.* Galliae Rex in eadem causa apud PVFENDORF. *d. l.* §. 12. censebat, *a Caesare id agitari, vt, dum causa disceptatur, sequester iste se pro domino istarum ditionum gerat.*

§. II.

Ob incommodum hocce, & quia sequestrum, perinde vt arrestum, inuerso ordine ab executione incipit, iudici conuenit, vt, ni metus armorum remaneat, id, praestita cautione, eaque vel fideiussoria, vel pignoratitia relaxet. An vero iuratoria cautio interdum sufficiat? iudicis est dispicere. v. ANDREAS CLVDIVS *tract. de iure sequestrationis c. 10. n. 8. seq.*

At Tit. D. locat. conducti.

PAROEMIA XIII.

Eigen Herd ist Goldes werth.

Proprii lares auro contra cari.

DE foco XENOPHON *Cyropaed. l. 7.* Οὐ ἔστι οἰκιώτερον χωρίον ἐν ἀνθρώποις, ὅτι οἰκεῖ-τερόν ἐστιν οἰκέτου. *Quo neque religiosior locus in hominibus, neque familiarior quisquam.* Haec haud dubie causa est, quamobrem inquilino ex aedibus conductis migrandum sit, ob locatoris aut liberorum eius indigentiam. Nam ita Antoninus Imp. in *l. 3. C. de locato & conducto: Aede, quam te conductam habere dicis, si pensionem domino in solidum soluisti, inuitum te expelli non oportet; nisi propriis vsibus dominus eam necessariam esse probauerit.* Quae lex proinde ad praedia rustica perperam producitur: Etenim eius dispositio est plane singularis, contra ordinariam reliquarum obligationum indolem: deinde tecto & aedibus carere minus commode possumus: nec, vt merces ex praediis rusticis alimenta suppeditat, ita mercede ex aedibus nostris locatis mansiones sive aedium alienarum vsum comparandi facultas nobis semper praesto est. Ita recte statuunt SICHARDVS *ad l. 3.*

STRV-

STRVVIVS *c. 9. Decis. Sabbat.* 15. SCHILTERVS *ad §. 6. I. de locat. & conduct.* Conf. GOEDDEVS *vol. 4. Conf. Marpurg.* 51. *n.* 56.

PAROEMIA XIV.

Ad Tit. D. quib. mod. hypoth. toll.

Ein Hauß/ ein Brand.

Aedes incendiis obnoxiae.

PRouerbium hoc, vulgo in ore frequens, teſte non eget. Praebet autem inſignem rationem, quamobrem, conſumtis licet incendio aedibus, in caementis aut area, parte aedium heterogenea, retineatur hypotheca. PAVLVS *l.* 21. D. de pignoratit. action. *Domo pignori data & area eius tenebitur: eſt enim pars eius: & contra ius ſoli ſequitur aedificium.* MARCIANVS *l.* 16. §. 2. D. de pignorib. *Si res hypothecae data, poſtea mutata fuerit, aeque hypothecaria actio competit, velut de domo data hypothecae & horto facta.* Idem PAVLVS *l.* 29. §. 2. eod. *Domus pignori data exuſta eſt, eamque aream emit Lucius Titius & exſtruxit. Quaeſitum eſt de iure pignoris? Paulus reſpondit: pignoris perſecutionem perſeuerare, & ideo ius ſoli ſuperficiem ſecutam videri, id eſt, cum iure pignoris, ſed bonae fidei poſſeſſores non aliter cogendos creditoribus aedificium reſtituere, quam ſumtus in exſtructione erogatos, quatenus pretioſior res facta, reſtituere.* Ita pronunciatum apud CARPZOVIVM *Deciſ. illuſtr.* 12. Nimirum, qui hypothecam accipit, ſecuritatem intendit, quae non minor eſt in area, quippe re ſtabili, quam in ipſis aedibus. Conf. STRVVIVS *Ex.* 26. *Synt. iur. ciuil.* §. 49. HAHNIVS *ad Weſenbec. tit. quib. mod. pignor. vel hypothec. ſolu. n.* 3.

PAROEMIA XV.

Ad Tit. D. de ſuis & legitimis haeredibus.

Gevatterſchafften hindern zwar am ehelichen Leben/ fordern aber nicht zum Erben.

Compaternitates impediunt matrimonium, ſed non parant aditum ad haereditatem.

§. I.

REgula haec reperitur apud GLOSSAM *ad l.* 1. **Land-Recht** *art.* 3. Nimirum cognatio ſpiritualis etiam ex Conſtitutionibus Imperat. impedimento erat nuptiis. Nam ita IVSTINIANVS l. ſi quis alumnam 26. C. de nuptiis. *Ea perſona ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, ſiue alumna ſit, ſiue non, e ſacroſancto ſuſcepit baptiſmate, cum nihil aliud ſic poſſit inducere paternam affectionem & iuſtam nuptiarum prohibitionem, quam huiusmodi nexus, per quem Deo mediante animae eorum copulatae ſint.* Quod ius Canonicum tit. de cognatione ſpirituali latius extendit, adeo vt, ſi quis ſuſceptam ex ſacro fonte duxerit, inceſtum committat. vid. BRVNNEMANN. *ad d. l.* 26. Quod tamen hodie non obſeruatur, teſte CARPZOVIO

Digitized by Google

l. 2. Iurispr. Consistor def. 24. Cuius moris rationes adferunt BEZA *tract. de diuortio.* HOTOMANNVS *cons.* 10. & GERHARDVS *loco de coniugio* §. 367.

§. II.

Tanto minus cognatio illa ad successionem proficere potest: nam nihil de hoc cautum iure Canonico, & cognatio huiusmodi, vt ait PANORMITANVS *in cap. tanta X. qui filii sint legitimi*, consistit in spiritu, nec ad bona temporalia exteriora extendi debet. Sane nec vitrico priuignus vel priuigna succedunt. *l. vitrico* 3. *C. commun. de succession.* iuncta *l. affinitatis* 7. *C. eod.* Nec genero ad bona soceri, praemortua uxore, aditus patet, vt responsum in Scabinatu Ienensi memorat FRANZKIVS *ad tit. I. de haeredit. quae ab intestat. defer. c.* 9. *n.* 18. etsi illae personae liberorum loco sint, & affectio inter eas contracta nuptias impediat. §. 6. *I. de nuptiis.*

PAROEMIA XVI.

So viel Pfund / so viel Mund.

Tot portiones, quot capita.

§. I.

VVlgatam clausulam vocat WEHNER *Obs. Pr. hac voce*, & *successionem in capita* vel ratas portiones denotare dicit, vt, quot personae, tot etiam *partes* sint, omnesque aequaliter & pro aequalibus partibus vocentur. conf. FRANZKIVS *ad tit. I. de succes. ab. intestat. c.* 5. *n.* 28. **So mannig Mund, so mannig Pfund,** Erfurtenses exprimere, scribit RENNEMANN. *Disp.* 26. *Iurispr. Rom. Germ.* §. 7.

§. II.

Vsum ea habet *primo* in liberis & ascendentibus primi gradus *l.* 11. *C. famil. herciscund. Nouell.* 118. *c.* 1. & 2. *Deinde* in ascendentibus, quibuscum concurrunt fratres germani; ceu quorum interuentus viriles portiones & successionem in capita causatur. *Nouell.* 118. *c.* 2. FORSTER. *de succes. ab intest. l.* 7. *c.* 4. *controu.* 4. *n.* 12. *seq.* STRYCK. *de succes. ab intest. Diss.* 2. *c.* 1. §. 28. *Postremum* in fratrum liberis, qui soli sunt, patruo vel auunculo successuris. Nam ita Carolus V. in Constitutione Spirae in Comitiis An. 1529. facta, **wie Brüder oder Schwester-Kinder ihres Bruders oder Vaters verlassene Erbschafft unter sich theilen sollen: Wann einer intestirt abstirbt, und nach ihm kein Bruder oder Schwester, sondern seiner Bruder oder Schwester Kinder in die Häupter und nicht in die Stämme erben, und dem verstorbenen ihrer Vater- oder Mutter-Bruder Schwester dermassen zu succediren zugelassen werden sollen.** Id quod etiam iuri Romano conuenire demonstrauit FRANZKIVS *Ex.* 8. *quaest.* 9. & *ad Inst. de haeredit. quae ab intestat. def. c.* 11.

Digitized by Google

c. 11. o. 21. Et vbique iam fere receptum, teſtatur ac probat IOANNES a SOMERN. *lib. de iure repraeſentat. c.* 3. §. 14.

PAROEMIA XVII.

Wer den Kopff hat, ſchiert den Bart.

Qui caput tenet, barbam abradit.

§. I.

TRitum hoc Vlmae, Reutlingae & Eſslingae, dicit D. LAVTERBACHIVS *Colleg. theor. practic. ad tit. de ſucceſſion. ab inteſt.* §. 20. Nimirum in Ciuitatibus illis, ſi non extent liberi, coniux ſuperſtes coniugi in bonis omnibus ſuccedit. Sed libet verba ipſa Statuti Vlmenſis **der Ulmiſchen Stadt-Ordnung** *part.* 2. *tit.* 2. audire: **Dieweil je und allwegen der Stadt Ulm Recht geweſen iſt, wo zwey Ehe-Gemächt mit unverdingtem Heurat zuſammen kommen ſeyn, und eins vor dem andern, ohne eheliche Leibs-Erben, geſtorben, daß das übergebliebene Ehe-Gemächt des Abgeſtorbenen Haab und Guth geerbt, es ſey liegendes oder fahrendes geweſen: Auſſerhalb der Lehen und** fideicommiſs, **die nach Lehens- und** fideicommiſs-**Ordnung und Recht gefallen, und daß auch ein Ehe-Gemächt des andern Ehe-Gemächts Schulden zu bezahlen ſchuldig: So ſoll es bey demſelben auch hinführo alſo bleiben und gehalten werden; Doch, daß ein jedes Ehe-Gemächt ſein in währender Ehe ererbt Guth bey ſeinen Lebzeiten wohl verſchaffen möge. Wo aber ein Ehe-Gemächt ſein ererbt Guth, in Zeit ſeines Lebens, nicht verſchafft, oder vermacht hätte, ſoll ſolch ererbt Guth, nach ſeinem tödlichen Abgang, dem übergebliebenen Ehe-Gemächt auch folgen, werden und bleiben unverhindert männiglichs. Aber das zugebracht, auch gewonnen und errungen Guth, ſoll es zu verſchaffen nicht Macht haben, ſondern dem übergebliebenen Ehe-Gemächt folgen laſſen.** Et Hildeſiae, liberis non exiſtentibus, vxor marito & maritus vxori ſuccedit omni modo in allodialibus, excluſis conſanguineis. Quale ſtatutum laudat & ſecundum id ſaepius in Camera pronunciatum eſſe, ſcribit GAILIVS *l.* 2. *obſ.* 124. *n.* 2. Caſſellis quoque in Haſſia, nullis liberis exiſtentibus, coniuges ſibi inuicem ſuccedunt in quibuscunque bonis, excluſis caeteris omnibus. Vt videre eſt *in iure Vrbico Ciuit. Caſſell. c.* 10.

§. II.

Caeterum haec non obtinent, ſi pactis dotalibus aliud fuerit prouiſum. vid. STRYCKIVS *de ſucceſſ. ab inteſt. D.* 8. *c.* 5. §. 27. Teſtamentum tamen non valet de acquiſitis vel illatis, vt ex Vlmenſi iure iam audiuimus. Enimuero, ſi cauſae adſint, ex quibus ſuperſtes coniux ſtatutariam portionem mereatur amittere, (de quibus v. BERLICHIVS *part.* 3. *concl. practic.* 36. *per tot.* RAVCHBAR. *part.* 2. *quaeſt.* 20.) non auderemus, teſtamento vim denegare. v. COLER. *dec.* 227.

Digitized by Google

PAROEMIA XIIX.

Gerade macht viel Ungerade.

Gerada multum faceſſit negotii.

ES ein gemeines und dabey rechtes Sprichwort, ait nuperus A. *quaeſt. ſabbat. Deciſ. ſingul. caſ.* 21. addens: **Und kommt ſolches daher, weilen bey Ubergabe der Gerade-Stücken vielmahls in denen** Requiſitis **verſtoſſen, oder die rechte Riſſel dadurch gekräncket worden.** Quod exemplo confirmat.

Ad Tit. D. de publicanis & vectigalibus.

PAROEMIA XIX.

Von Brücken-Geld iſt Niemand frey.

A portorio ſiue pontiuegio immunis nemo eſt.

REgula haec fluxit ex Speculo ſiue iure Prouinciali SAXONICO *l. 2. art.* 27. §. 6. *A telonei etiam datione immunis eſt omnis, qui pontium & nauium non indiget transfretatione.* Quod ita expreſſit ius prouinciale ALEMANNICVM *c.* 214. *n.* 4. **Pfaffen und ihr Geſinde ſollen Zollfrey ſeyn, Sie fahren, reiten oder gehen, wo Sie Schiffs und Brücken nicht bedörffen.** *Add. l.* 7. *C. de SS. eccleſiis.* Eam ob cauſam Argentoratum, quae pontem in Rheno longiſſimum habet, et maximos in eum ſumtus facere cogitur, priuilegium peculiare obtinuit, ex quo nemo omnino, etiamſi ſint eccleſiaſticae aliaeue perſonae aut res, a vectigalibus ſecundum ius commune immunes, pontem, vectigali non ſoluto, tranſire poteſt. Vt refert NAVRATH. *in addit. ad Hypolyt. a Collibus de incrementis Vrbium c.* 5. Conf. FRIDERIC. MINDANVS *l.* 2. *de proceſſ. c.* 42. *n.* 20. Equidem male hoc habent Pontifices *in cap.* 4. *de cenſib.* & *Clem.* 3. *eod.* ſed ſine ſolida ratione, vt oſtendit ZIEGLERVS *l.* 2. *de iur. Maieſt. c.* 8. §. 2.

Ad Tit. D. de priuileg. Creditor.

PAROEMIA XX.

Verdienter Lohn ſchreyet für GOtt im Himmel.

Merces pro opera praeſtita clamitat ad Deum in coelis.

LAudat OLDENDORP. *claſſ.* 4. *de action.* 9. *rubric. quid veniat in has actiones.* & vulgo non abs re dici, ait LAVTERBACH. *de benefic. reſcript. morat. c.* 5. §. 22. Ipſe Deus vetat, mercedem mercenarii, qui manu ſua victum quaeritat, per diem etiam vnum retineri, quoniam pauper ſit, & inde ſuſtineat animam ſuam *Leuit. XIX*, 13. & *Deuteron. XXIV*, 14. *Malach. III*, 5. *Tob. IV*, 15. *Ieremiae XXII*, 13. *Eccleſiaſtic. XXXIV*, 25. 26. 27. Haec ratio eſt, quare beneficium literarum, quas vocant, moratoriarum non proficiat contra mercenarios illos, qui

Digitized by Google

qui χειρῶνακτες a Graecis dicuntur. v. LAVTERBACH. *cum prolatis d. l.* Eandem ob causam merces domesticorum, vulgo **Lied-Lohn**, in concursu plurium creditorum collocatur in prima classe, saltem ex consuetudine, vbiuis in Imperio recepta. v. MEVIVS *ad l. 1. I. Lubecens. art. 11. n. 65.* & prolixe CARPZOV. *part. 1. Const. 28. def. 24. sequ. vsque ad def. 38.* HAHNIVS *ad Wesenbec. titul. qui potior. in pignor. n. 3.* BEVTHER *de praelat. creditor. l. 2. c. 11.* Quod idem CARPZOV. *decis. illustr. 55.* producit ad salarium curatoris bonorum. Minus vero recte id ad salarium Aduocati extenditur. v. FINCKELTHAVS. *Obs. 98. n. 7.* D. HARPRECHTVS *ad part. 4. iur. Prouincial. Badens. p. 49.* Adde de procuratoris, cui adiudicata pecunia, salario, IACOB. GOTHOFRED. *c. 13. de salar. §. 8. lit. d.* Quin nec ad artifices vel operarios, qui in conuictu domini non sunt, consuetudo haec recte producitur. v. CARPZOV. *d. l. def. 27.*

PAROEMIA XXI.

Böse Schuldner kriechen den Weibern unter den Peltz/ und verstecken sich für ihren Creditoren.

Mali debitores sese oculunt metu creditorum sub pellibus suarum vxorum.

MEminit dicterii huius, quod in foro saepius auditur, MEVIVS *part. 5. Dec. 57. n. 2. in not.* vt ostendat, mulieres non raro interventione abuti, ad defendendos sub isto obtentu maritos aduersus creditores, aut ad impediendum temere iustas aliorum petitiones. Quibus tamen fraudibus obuiam ire debet iudex, ideoque, sicut iuuandae sunt mulieres, ne dotes perdant, & ex maritorum inopia suis priuentur, ita vicissim cauendum, ne iure & fauore, ad sua conseruanda competente, in perniciem & incommodum creditorum abutantur. Quod ne fiat, iusta aliqua interuentionis huius requisita circa eam ad euitandum abusum sollicite obseruanda esse, probe monet MEVIVS. *Primum* est: Sit illa necessaria atque ita comparata, vt mulier de suis secura esse nequeat, nisi interuentionis remedio, vti contingit, cum vel ad inopiam vergit maritus; vel obaeratus a creditoribus sic vrgetur, vt illorum satisfactio vxori nihil aut parum pro seruandis illatis reliquum sit factura; vel si, quod speciatim vxori pignori datum, impetitur. *Alterum*: Fiat ea idcirco, quo sua sibi mulier seruet, non vt creditores, de suo consequendo certantes, impediat; nec indulgeat iudex vxoribus, quod non raro fieri solet, magis de marito contra creditores per sua priuilegia defendendo, &, vt hosce difficultate litis atque molestia oppositionis ad taedium redigant, sollicitis, quam vt sua salua separatim habere velint. Eapropter, vbi fraudem hanc perfidiamque animaduertit iudex, vel petentibus creditoribus, vel ex officio ipsemet iusiurandum calumniae vxori iniungat. *Tertium*: Vt interuentio ad ulterius ius proficiat, conuenit aequitati, non esse illiquidam, sed id, cuius causa interuenit, statim apparere, aut sine prolixiori processu liquidum fieri posse: interea quae proferuntur, esse verisimilia. Si enim altioris sint indaginis, iuri aduersum est, per illa suspendi executionem li-

Digitized by Google

quidi, ſed ita procedendum, vt audiatur interueniens, illique in omnem euentum cautionibus proſpiciatur. *Quartum*: Non appareat, potiorem eius, contra quem interuenit mulier, eſſe conditionem, dum vel ex ſtatuto ſeu conſuetudine communio inter coniuges introducta, vel alia ratio eos facit inuicem aeri alieno obnoxios, vel alterius petitio priuilegium ante mulierum iura habet. *Quintum*: non ſuperſint bona, vnde mulieri ſatisfieri poſſit, quam ea, in quae alterius cauſa interuentio fieri debet. conf. *p.* 4. *D.* 59. *n.* 20. *Sextum*: fiat interuentio tempeſtiue & re integra. Fraude enim non caret vxor, quae ſciuit, litem cum marito agitari & ſiluit, donec ad extrema iuris eſt deuentum; aut quae conſcia fuit, a marito alienari vel obligari bona, ſuae ſecuritati dedita, nec eo nomine quicquam mouit. Id quod amplius confirmat *p.* 5. *D.* 333. *p.* 8. *D.* 347.

PAROEMIA XXII.

Byſbrieff gehet für den Bodmerey-Brieff.

Inſtrumentum pecuniae, in nauem aedificandam inſtruendamve creditae, antefertur bodmeriae ſiue inſtrumento foenoris nautici.

VVlgo dici, teſtis eſt MARQVARDVS *l.* 2. *de iure mercat. c.* 8. *n.* 80. *in ſummar.* Idem conſtitutum iure regni Sueciae maritimo *tit.* 4. *c.* 9. cuius verba ſunt: *Si quis alicui vtendam det pecuniam ad exſtruendam vel reficiendam nauim, vel ad ſoluendum & victum praebendum plebi nauticae, vel ad liberandum ſe ab aere alieno, ob dictas cauſas ante facto, & ad hoc capiat literas a duobus ex iudicio, vel Notarii teſtimonio & ſubſcriptione, ſic vt extra vitium ſint, tales literae vulgo dicuntur* Bůlbreeff. *Eas oportet habere ius praelationis prae omni alio debito, imo prae ipſis foenoris nautici literis, ſiue priores ſiue poſteriores his ſint. Attamen hae literae inter ſe nouiſſimae praefercntur antiquioribus.* Vnde creditores, qui foenori nautico pecuniam dant, ſaepe in damnum incidere, obſeruauit VINNIVS *in not. ad P. Peckium commentar. de exercitor. action. p.* 95. quod ignoraſſent, nauem ob exſtructionem refectionemue iam aliis obligatam fuiſſe.

Ad Tit. D. de acquirend. rer. dominio.

PAROEMIA XXIII.

Iſt die Henne mein / ſo gehören mir auch die Eyer.

Oua gallinae meae mea ſunt.
Partus animalis mei meus eſt.

PAroemia haec reprobat philoſophiam H. GROTII, contendentis, partum inter dominos patris & matris beſtiae diuidendum eſſe, *l.* 2. *de I. B. & P. c.* 8. §. 18. Nec deſtituitur ratione, nam primo mater corpori magnitudinem praebet, geſtationis & parturitionis incommoda ſuſtinens: at pater impraegnator leuiter opera

Digitized by Google

opera sua defungitur. Deinde vagi & incerti sunt brutorum coitus. Adde, nisi id dicamus, difficiles aliquando fore controuersias. Quod sub ludicro problemate intelligitur de Coridonis gallo gallinaceo, saepius comprimente gallinam Amyntae, cuius ouis, quae enixa erat, Lycidae gallina insidens, exclusit pullos, de quibus nunc, cuius sint, quaeritur. Adde PVFENDORF. *l.* 4. *de iure N. & G. c.* 7. §. 4. & ibi annotata.

PAROEMIA XXIV.

Ad Tit. D. de vsucap. & praescript.

Ein Jahr böse/ hundert Jahr böse.

Vitium anni vnius diffundit se in annos centum.

§. I.

DIcitur, ait D. STRYCKIVS *de necessit. edendi titul. c. 6. n.* 73. Cuius paroemiae vsus insignis est in praescriptione, etiam hominum memoriam excedente: quandoquidem titulus vitiosus & invalidus malam fidem inducit, de qua si constet, nulla praescriptio allegari potest, etiamsi quis per tempus immemoriale, imo per annos mille & amplius rem possederit. Quod manifeste probat *Decretalis Pontificia cap. final. X. de praescription.* iuncto *c.* 1. *X. eodem in sexto.* Antiquitas enim tantum praebet titulum praesumtum: ea vero praesumtione elisa, praesumta bona fides cedit verae & manifestae malae fidei. Atque hoc est, quod magno consensu ICti tuentur apud laudatum STRYCKIVM *d. l.* Et vsus iudiciorum Germaniae probat. v. MYNSINGER *cent.* 4. *obs.* 6. GAILIVS 2. *obs.* 18. *n.* 7. Adde TVSCHVM *lit. T. concl.* 40. *n.* 77. KLOCK. *Cons.* 48. *n.* 32. *sequ.* Nec iuris naturalis fundamento destituitur: quoniam, vt recte ait PVFENDORFIVS *l.* 4. *de I. N. & G. c.* 12. §. 3. per introducta rerum dominia obligatio intelligitur omnibus hominibus iuncta, quantum in se est, efficiendi, quo quisque re sua, quae citra domini consensum apud ipsos est, potiatur. Hinc non temere monent ICti, & velut receptissimam cautelam commendant, ne immemoriali possessioni innixus alleget titulum, quem suspiciatur esse inualidum. v. plures prolati a BRVNNEMANNO *Cons.* 125. *n.* 113. Quam cautelam tamen illis, qui certo sciunt, se iniuste possidere, nollem suppeditare.

§. II.

Equidem sunt aliqui, qui arbitrantur, propterea titulum inualidum in praescriptione immemoriali attendi non posse, quoniam immemoriale tempus non sit, si memoria malae fidei, quae ab initio interuenerit, adhuc extet. v. VASQVIVS 2. *controuers. illustr. c.* 81. *n.* 11. KLOCK. 1. *cons.* 11. *n.* 319. 3. *cons.* 98. *n.* 94. *n.* 113. *sequ.* A. FABER *Codic. l.* 7. *tit.* 13. *def.* 3. *n.* 9. Enimuero haec locum inueniunt, vbi praescriptio est mere siue omnimodo talis: Ast datur aliqua, ita dicta κατὰ τί, *secundum quid*, siue *certo respectu*, quae tantum testibus probatur. (de qua probatione eiusque requisitis videatur MYNSINGERVS *cent.* 1. *obs.* 30. WESENBEC. 4. *cons.* 181. *n.* 59. MEVIVS *cons.* 2. *n.* 100. *sequ.* & Dd. passim.)

Plane

Plane vt CICERO *oratione pro C. Rabirio* notitiae hominum opponit notitiam ex historiis petitam. *Non ex memoria*, inquiens, *vestra aut patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis atque ex Regum commentariis*:

§. III.

Enimuero, vt praescriptio immemorialis ob titulum vitiosum excludatur, requiritur, titulum illum aperte esse talem, peccantem in forma vel puncto, vt loquitur Cardinal. de LVCCA *theatro verit. & iust. tom. 5. tit. de regal. D. 47. n. 6.* Cui consequens est, desiderari malam fidem veram & positiuam, non fictam siue praesumtam, vt idem de LVCCA probat *d. l. n. 7.* Adde MICHAEL *Responsi. 13. & Responsi. 14.*

Ad Tit. D. de exceptionibus.

PAROEMIA XXV.

Gemeine Verzeihung/ ohne vorbenannte gnugsame Ursach einer sondern/ hat keine Krafft.

Generalis renunciatio sine speciali renunciatione exceptionis singularis nihil operatur.

§. I.

ITa Emicho & Hessus, Leiningenses Comites, in renunciatione, A. MDV. die S. Petri post vincula Electori Palatino, Philippo, facta, aiunt: **Man sagt** (en notam prouerbii!) **daß gemeine Verzeihung ohne vorbenannte gnugsame Ursach einer sondern nicht Krafft haben solle.** Nec id temere, nam & iure Romano generalis renunciatio non semper obest renuncianti *l. vlt. §. 3. D. de condict. indebiti l. si libertus D. de operis libertor. l. haec adiectio 192. D. de verb. signif.* Hinc, vt querela enormis laesionis excludatur, non sufficit, generaliter exceptionibus quibuscunque renunciatum esse. v. CARPZOV. *part. 2. const. 34. def. 2.* Adde de beneficio diuisionis fideiussorum BERLICH. *part. 2. concl. practic. 22. n. 48. & sequ.* CARPZOV. *part. 2. Iurispr. Forens. const. 17. def. 1. & sequ.* LAVTERBACH. *de beneficio diuisionis §. 38.* Illud addendum, experientia teste, paroemiae huic, quod renunciatio generalissima non valeat, nisi specialis praecedat, quotidie renunciari. Quod aeque factum in supra dicta Comitum renunciatione & in chirographo Praepotentium foederati Belgii Ordin. Generalium A. MDCXXV. apud LEONEM ab AIZEMA *histor. Pacis p. 38.*

§. II.

Caeterum vis specialis renunciationis iureiurando tribuitur vulgo, idque ex iure Canonum. Hinc fideiussionem iuratam effectum specialis renunciationis habere, tradit CARPZOVIVS *d. part. 2. Const. 17. def. 5.* Idem asserunt de muliere, iurato pro aliis intercedente. v. LAVTERBACH. *tract. synopt. tit. de SCto Velleian. §. 2. n. 6.* vbi plures profert, HVBER. *praelect. ad d. titul. §. 27.*

PAROE-

Digitized by Google

PAROEMIA XXVI.

Ad Tit. D. de fideiussoribus.

Für einen Bräutigam iſt gut Bürge ſeyn.

Pro ſponſo ſpondere facile eſt, ſiue, fideiuſſio pro ſponſo periculo vacat.

§. I.

PRofert paroemiam hanc WEHNERVS *obſerv. practic. voce* **Braut**, ſed mendoſam eius rationem adducit: quoniam maritus obſtringatur tantum ad id, quod facere poteſt. Quaſi vero beneficium illud etiam ad fideiuſſorem tranſiret. Verior eſt ratio *ex titulo C. Ne fideiuſſores vel mandatores dotium dentur.* Vbi Impp. GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS *in l.* 1. reſcribunt: *Siue ex iure, ſiue ex conſuetudine, lex* (id eſt pactio ſiue conditio) *proficiſcitur, vt vir vxori fideiuſſorem ſeruandae dotis exhibeat: tamen eam iubemus aboleri.* Quam legem optime explicat IACOB. GOTHOFREDVS *ad l. vnic. C. Theodoſian. de fideiuſſor. dotium tom.* 1. *p.* 309. Paulo prolixius Imperat. IVSTINIANVS *in l.* 2. *d. t.* reſcripſit. *Generali definitione, conſtitutionem priſtinam ampliantes, ſancimus, nullam eſſe ſatisdationem vel mandatum, pro dote exigendum, vel a marito, vel a patre eius, vel ab omnibus, qui dotem ſuſcipiunt. Si enim credendum ſe ſuamque dotem patri mariti exiſtimauit: quare fideiuſſor vel alius interceſſor exigitur, vt cauſa perfidiae in connubio eorum generetur?* Conſonat *d. l. vnic. C. Theodoſ. de fideiuſſorib. dotium*, vbi VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCADIVS AA. *Omnium ſponſorum vel fideiuſſorum deinceps, in cauenda dotis ſponſione, promiſſiones abſoluimus.* Quam legem, vt priores illas duas, de promiſſionibus fideiuſſorum, quae interponuntur in ſponſione dotis, de ſeruanda ea, ſuaque die reſtituenda, rectiſſime euincit laudatus GOTHOFREDVS. Nimirum prima legum harum ratio eſt, quam innuunt iam nominati Imperat. in *l.* 7. *C. Theodoſ. de iurisdictione & vbi aliquis conueniri debeat*, iungenda cum *d. l. vnic. C. Theodoſ. de fideiuſſ. dotium*, quoniam tot alioquin praerogatiuis mulieres ipſae per maritos gaudent & fruuntur, dum per eos conſequuntur honorem, nobilitatem, forum. Altera eſt, quam modo audiuimus, quaeque inculcatur in *l.* 8. *C. de pactis conuentis*, bonum eſſe, vt mulier, quae ſe ipſam marito committit, res etiam eiusdem patiatur arbitrio gubernari. Accedit tertia: contumeliam quandam eſſe in ſatisdatione *l.* 17. §. 2. *D. de teſtam. tutel.* conf. *l. penult.* §. 1. *D. de pignor. & hypothec.* Iam, quae quarta eſt ratio, viſa eſt haec fideiuſſionis ſpecies in republica permoleſta; qua multorum res familiaeque conturbabantur, tot inter nuptias, tamque frequentibus fideiuſſionibus, & in re tam lubrica, vbi hodie locuples maritus derepente facultatibus labebatur. Adde & quintam: inciuilem hunc tractatum & a ſocietate foedereque matrimonii alienum.

Digitized by Google

§. II.

Vsque autem adeo inualida est haec fideiussio, vt nec valeat, vltro praestita. Nam IVSTINIANVS in *d. l.* 2. generali constitutione vetat, satisdationem pro dote *exigi*, quae vox non est captanda, significat enim idem, quod *accipi*. Dicta *l.* 1. vtitur voce *aboleri*, plane vt *d. l. vnic.* voce *absoluere*. Iam & rubrica tituli in Codice Iustinianeo est generalis. Et rationes, quas modo attulimus, hic quoque militant. Adhaec vix credendum, maritum fore tam stolidum, vt se vltronea liberalitate in satisdationis necessitatem coniiciat. Atque ita recte statuunt IACOB. GOTHOFREDVS *d. l. in calce.* A. HERINGIVS *de fideiussorib. c.* 6. *n.* 153. *seq.* & quos magno numero profert *n.* 156. BRVNNEMANN. *ad d. l.* 1. C. *n.* 2. Scimus, non paucos dissentire, interque eos BVSIVM *in l. cum dotis* 55. *D. de iure dot.* BRONCHORST *cent.* 3. *assert.* 13. HARTM. PISTOREM *obs.* 35. CARPZ. *p.* 2. *const.* 42. *def.* 17. *in fine.* Verum argumenta horum abunde refutauit HERINGIVS *d. l. n.* 162. *seq.*

§. III.

Sed nec assentiri possumus A. FABRO *l.* 5. C. *tit.* 14. *def.* 1. *n.* 7. *in not.* asserenti: si tabulis antenuptialibus cautum sit, vt dotis fideiussor detur a futuro marito, cui alioqui nec dos nec mulier traderetur, nihil causae esse, quamobrem non debeat valere fideiussio. Conf. CARPZ. *part.* 2. *const.* 42. *def.* 17. Nam & allatae modo rationes sententiae huic obstant. Minime autem ei patrocinatur *d. l.* 2. C. quae tantum meminit mariti. Quandoquidem & sponsus dicitur maritus per προλῆψιν.

§. IV.

Sunt, qui existimant, si alius, quam mulier, qui pro ea dotem promisit, eamque reddi sibi stipulatus est, fideiussores accipiat, deque ea sibi promitti sinat, conuentionem non esse habendam inualidam, velut nulla *lege haec* prohibeatur, nec in ea similis sit ratio prohibitionis, ob quam vxori interdictum, fideiussorem exigere atque accipere. Nec interesse, si pater, frater aut extraneus dotis securitatem eo pacto quaerat. Et licet plures sint, qui secus sentiant, idque ex iure ciuili ancipiti disputatione controuertatur, tamen communius itum esse in illam sententiam. Ita MEVIVS *part.* 2. *Decis.* 367. Suffragantur alii apud HERINGIVM *d. c.* 6. *n.* 198. Qui tamen non temere ab ea sententia discedit: Nam ratio supra adductarum constitutionum est, vt praescindatur ansa maleuolentiae omnis inter vxorem & maritum. Atqui interesse non videtur, maritusne ipsi vxori, an alii det fideiussorem, cum semper hoc ipsius incommodo cedat, cuicunque tandem exhibeat. Conf. BRVNNEMANN. *ad d. l.* 1. C. *n.* 5.

§. V.

Sunt alii, qui legibus supra adductis cum iureiurando renunciari posse affirmant. TVLDEN. *ad d. tit. C. n.* 2. WISSENB. *ad C. ibid.* & prolati ab HERINGIO *d. c.* 6. *n.* 202. *& seq.* Enimuero, eodem HERINGIO obseruante *num.* 204. *& seq.* pleri-

Digitized by Google

plerique alii non temere diuersum sentiunt, ne eueniat, vt priuatorum pactionibus iuri publico derogetur. Extendit hoc A. FABER *l.* 4. *Const. tit.* 14. *def.* 1. ad fideiussorem, sub iureiurando se obligantem, vt tamen putet, a fideiussore, ex hac causa dato, iurisiurandi, quod citra dispendium salutis aeternae seruari potest, impetrandam esse veniam. Quod nos iam suo loco relinquimus.

§. VI.

An iure Canonum, quae diximus, sint mutata, dubitari solet. Nam Innocentius Pontifex *in cap. per vestras* 7. *X. de donat. inter vir. & vxor.* cum maritus, qui ob non solutam dotem expulerat vxorem, a Consulibus Ciuitatis Genuensis condemnatus esset, vt promissori caueret pignoribus vel fideiussoribus, Pontifex rescripsit, vt dos vel sequestraretur vel cautio qualiscunque daretur. Enimuero optime obseruauit SCIPIO GENTILIS *l.* 4. *de donat. inter vir. & vxor. c.* 22. ita consuetudinem fuisse Genuae, quam Pontifex non ausus tollere, quanquam oblique euertit, dum qualitercunque caueri voluit, puta pignore. Etenim falsissima est ACCVRSII & aliorum opinio, cautionem etiam pignoratitiam pro dote reprobatam esse. Quandoquidem pignora pro dote dari, nulla prohibet lex: imo & ipsae LL. omnia mariti bona pro dote obligari, tacito pignori sanxerunt, praesertim cum in pignore dando nulla versetur mariti ignominia, quae magna versatur in fideiussore dando. Add. *l.* 7. §. 6. *D. de donat. inter vir. & vxor.* HERINGIVS *d. c.* 6. *n.* 119. *seq.*

§. VII.

Plane, si maritus vergat ad inopiam, vix dubium est, posse ab eo fideiussorem pro securitate dotis accipi: nam constante matrimonio propter inopiam mariti dotem exigere potest mulier. *l.* 24. §. *si constante D. solut. matrim. l.* 29. *l.* 30. *C. de iure dot. Novell.* 97. v. HERING. *d. c.* 6. *n.* 184. *seq.*

§. VIII.

Plerisque etiam placuit, Constitutionibus illis supra allatis contrarium consuetudine aut statuto induci posse. v. nomina auctorum ab HERINGIO *d. c.* 6. *n.* 211. *seq.* congesta, quanquam ipse dissentiat. Sane NICOL. HENELIVS *de dotalit. c.* 3. §. 8. & *in not.* obseruauit, in Boiemia, Silesia & passim locorum vsu receptum constare, vt mariti de dote, etiam fideiussoribus datis, caueant. Adde de Pomerania MEVIVM *part.* 2. *Decis.* 367. *n.* 5. & *seq.*

PAROEMIA XXVII.

Gelegenheit macht Diebe.

Occasio facit fures.

§. I.

GErmanorum hoc verbum dicit FREINSHEM. *comment. ad Flor. l.* 3. *c.* 5. *num.* 5. Est autem occasio, secundum CICERONEM *de inuent. l.* 1. *Pars temporis, habens*

Digitized by Google

bens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Haec causa fuisse videtur, quamobrem Romani ob furta domestica ne quidem furti actionem darent. v. *l.* 17. *l.* 36. §. 1. *l.* 89. *D. de furtis. l.* 11. §. 1. *D. de poenis.* vbi MARCIANVS domestica furta vocari, ait, quae serui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii, apud quos degunt, surriperent. Conf. *l.* 55. §. 1. *D. de administr. tutor.* Et Graecos furta abs domesticis commissa mitius puniuisse, colligere est ex ARISTOTELIS *probl. sect.* 29. *quaest.* 14. vbi disquirit, quare, qui ex balneis est furatus, aut ex palaestra, aut ex foro vel simili loco, morte multetur; qui autem ex domo priuata, furti pretium duplum exsoluat.

§. II.

Diuersum aliis populis placuit. Hoc furti genus tam improbum moribus visum, vt capite luendum censuerint, obseruauit A. MATTHAEI *tr. de crimin. tit. de furtis c.* 3. *n.* 2. & nominatim expressum Statuto Ciuitatis Vltraiectinae. De Venetis quoque memorauit PETRVS BEMBVS *l.* 1. *histor. Venet.* cum antea fures domestici, lege antiquitus instituta, poena multo leuiore plecterentur, quam *ii*, qui eandem domum non incolerent, eaque ex re fieret, vt acuta seruorum & inquilinorum audacia omnibus pene in domibus furta exercerentur: maioribus in Comitiis legem esse perlatam, qua eadem esset in seruos reliquosque fures contubernales poena constituta, idem ius, qua poena, quoque iure in alienos exterosque fures animaduertere magistratus ciuitatis consueuerat. Et apud Saxones domestici pari cum extraneis furibus poena adficiuntur. v. CARPZOV. *quaest. criminal.* 82. *n.* 52. *seq.* & *part.* 4. *const.* 38. *def.* 1. De rationibus legum harum iuvabit audire differentem A. MATTHAEI *d. l. n.* 3. *Eo*, inquit, *improbius cuiusque est factum, quo arctiore necessitudine nobis obstrictus est. Fur de triuio non obligatur nobis, nisi communi illa ratione, quod nefas sit, hominem homini rebusue eius insidiari, cum natura inter homines cognationem quandam instituerit. l.* 3. *D.* de iust. & iur. *Quod, quae non posueris, ea fas non sit tollere: suam potius cuique egestatem fortiter tolerandam, quam vt ex aliorum spoliis ditescat. At eum, quem tecti focique consortio dignati sumus, arctius nobis obstringit domestica necessitudo, qua sentit, aut sentire debet, cum nihil cuiquam auferendum, tum inprimis parcendum patrifamilias, cuius vel imperio subiecti sumus, vel qui fumum atque penum nobiscum communicauit. Accedit, quod hospitii iura violat, qui hospitis arcas compilat: hospitii autem iura sacrosancta esse, vetustas voluit: vnde & Iouem hospitalem dixere, vindicem eorum, qui hospites fefellissent. Hacque ratione in sacris dispensator Iosephi exaggerat furtum scyphi argentei, cuius insimulabat fratres eiusdem: cur reperditis, inquiebat, malum pro bono? nonne ille est, e quo solet Dominus meus bibere? Praeterea ea sunt animaduertenda peccata maxime, quae*, vt CICERO, ait, *difficillime praecauentur; tecti esse ad alienos possumus, domesticorum vero insidias qui vitare possumus, nisi leges poenarum magnitudine eorum cupiditates frenent? quo maior atque laxior furandi copia, eo seuerius furta coërcenda: non est autem vlli maior furandi copia, quam domestico, quippe qui intima atque penitus recondita plerumque peruideat, cuiusque fidei commendare res nostras abfuturi domo soleamus.* Addit: non inficiari se, hactenus statutis reclus cautum videri, vt grauius existimetur furtum, quod

Digitized by Google

quod a domesticis admittitur, quibus & copia furandi maior est, & quorum fidei plerumque atque custodiae reculas nostras committimus. Sed tam graue id scelus esse, vt sit morte expiandum, id vero persuaderi sibi nequaquam posse.

§. III.

Quòd si illi, qui in famulatu vel ministerio aulae Principis sunt, furtum faciant, non est dubium, grauiorem poenam infligi posse, partim ob loci sanctitatem, partim quia supellex vtplurimum pretiosa aliorum fidei necessario committi debet. v. TABOR *in Racemat. Criminal. ad Constit. Criminal. Caroli V. art.* 168. *in subiecto Responso p.* 528. *& part.* 2. *Consultat.* 85.

PAROEMIA XXVIII.

Ad Tit. de Iniuriis.

Wann man unter die Hunde wirfft / welchen es trifft / der schreyet.

Vlulat canis inter plures vnus, lapide percussus.

§. I.

PAroemia haec non tantum nota est, sed & profertur a IOACHIMO HOPPIO *Diss. de ioco c.* 5. §. 24. Eam autem audire coguntur, qui iocularia dicta, indefinite prolata, ad se trahunt, & iniuriarum actione vindicatum eunt: cum satius sit, non serio persequi, quod paulo mordacius dictum videtur, quin potius silentio & risu huiusmodi quid dissimulare, ipsaque approbatione eludere, ex sententia M. FREHERI *l.* 2. *de existimat. c.* 2. *n.* 8. & 9. Quod monitum etiam pertinet ad illos, qui dicta Ecclesiae ministrorum pro concione, licet inclementiora & duriora, sed tamen generalia, sibi applicant & pro iniuria interpretantur. HIERONYMVS aduersus RVFFINVM *c.* 3. *Quando sine nomine contra vitia scribitur, qui irascitur, accusator sui est. Prudentis hominis fuerat, etiamsi dolebat, dissimulare conscientiam, & cordis nubilum frontis serenitate discutere.* SVLPICIVS libro de B. Martino. *Nec vero quosquam nominare necesse est, licet nosmet ipsos plerique circumlatrent. Sufficit, vt, si quis ex his legerit haec & agnouerit, erubescat. Nam, si irascitur, de se ipso dictum fatebitur, cum nos fortasse de alio senserimus.* SALVIANVS *l.* 4. *de gubernat. Dei. Sed cum ego hoc non de omnibus, sed de his, qui tales sunt, praedicauerim; nullus irasci omnino debet, qui nequaquam se talem esse cognoscit: ne hoc ipso, quod irascitur, de coetu ipsorum esse videatur.*

§. II.

Caeterum haec non pertinent ad illos Ecclesiae ministros, qui in certam personam etiam ex vmbone publico conuicium dicunt. Tales enim iniuriarum actione ad recantationem adigi, nihil vetat, imo legibus Imperii & praxi est consentaneum. v. *Recess. Imper. An.* 1531. §. Wir haben §. Die Prediger. *Rec. Imp.*

Digitized by Google

An. 1542. §. **Damit aber.** CARPZOVIVS *Pr. criminal. quaeſt.* 96. *n.* & *l.* 3. *Iur. Pr. Conſiſt. def.* 99. BRVNNEMANN. *l.* 2. *iurispr. eccleſ. c.* 18. §. 63. REINKING. *l.* 3. *de R. S. & E. cl.* 2. *c.* 2. *num.* 7. & 8. Theologi Tubingenſes apud DEDEKENVM *tom.* 1. *conſ. part.* 3. *ſect.* 3. *p.* 872. Ienenſes *apud eundem in appendic. p.* 507. Wittenbergenſes *ibidem p.* 530. *ſeq.*

PAROEMIA XXIX.

Es gilt mir gleich/ ob mich eine Hure lobt/ oder ein Schelm ſchilt.

Perinde mihi eſt, ſiue meretrix me collaudet, ſiue nequam me calumnietur, aut iniuria afficiat.

§. I.

APud Germanos vulgatum hoc eſſe prouerbium, ſcribit DANIEL MOLLERVS *ad part.* 4. *conſtit. Saxonic.* 42. *n.* 6. & 7. Et certe, inquit, minus male ageretur cum hominibus & loco nimis lubrico eorum fama & honor poſitus eſſet, ſi ea ab alicuius priuati calumniatoris arbitrio penderet. Hinc quoque eſt, quod reprobetur conſuetudo mechanicorum, qui in ſuis collegiis opificem iniuria affectum non ferunt, niſi aduerſus iniuriantem ſe vltus fuerit, & innocentiam ſuam probauerit. Ordinatio Imperii Politica A. 1548. *in fine tit.* **von Handwercks-Leuten** & de A. 1577. *tit.* 37. §. **es ſollen** conf. PHILIPPI *l.* 4. *ad Inſt. eclog.* 38. REYGER. *theſauro, voce artifex.* PVFENDORF. *l.* 8. *de I. N. & G. c.* 4. §. 8. GORDIANVS Imperator *l.* 3. *C. de iniuriis: Si non es nunciator, vereri non debes, ne eapropter, quod iniuriae faciendae gratia quidam te velut delatorem eſſe dixerunt, opinio tua maculata ſit.* ARISTOTELES, vt auctor eſt LAERTIVS *l. V. de vita Philoſoph.* ἀκούσας ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι. Ἀπόντα με, ἔφη, καὶ μαςιγούτω. *Audiens aliquando, ſe a quodam affici contumelia: Abſentem, inquit, me vel verberet.* Quin MVSONIVS: Τὸν μέλλοντα γραφὴν ὑπὲρ αὐτοῦ γράψασθαί τινα ποτέ, ὑπ' οὐ ἑτέρῳ συμβαλεῖσθαι. *Iniuriae actionem neque ſe vnquam intentaturum, neque cuiquam, vt id faciat, auctorem fore.* Et apud LYSIAM legimus: Ἀνελεύθερον καὶ πάνυ φιλόδικον, κακηγορίας δικάζεσθαι. *Hominis eſt non ingenui, ſed litigioſi, iniuriarum inſtituere actionem.* Mox, prolatis exemplis illorum, qui illatas iniurias diſſimulauerant, ita concludit: Πόσῳ δὲ κρεῖττον, ὅτων ἔχοντα φαίνεσθαι τὸν φιλόσοφον, ὥσε συγγνώμης ἀξιῶν ἅτις τιμωμένησεν εἰς αὐτὸν, ἢ δοκεῖν μὲν ἀμύνειν ἑαυτῷ δικαζόμενον καὶ ἐγκαλοῦντα, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ἀσχημονεῖν, ἀνακόλουθα τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις πράττοντα. *Quanto rectius, Philoſophum talem ſe oſtendere, vt venia dignetur eum, qui in ipſum peccauerit, quam videri quidem ſemet vindicare, in ius eundo & accuſando; at reipſa indecore ſe gerere, & dogmatis ſuis non conſentanea agere.* Socrates nebulonem, a quo iniuria fuerat affectus, in ius vocare noluit, aeſtimans eum, perinde acſi aſinus ipſum calce feriiſſet. *Cato, cum illi os percuſſum eſſet, non excanduit, non vindicauit iniuriam; ne remiſit quidem, ſed factam negauit. Melius putauit, non agnoſcere, quam vindicare.* SENECA *l.* 2. *de ira c.* 32. & *de conſtant. ſapient. c.* 14.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Quod tamen non eo pertinet, acsi exprobrari illis debeat, qui illatam sibi contumeliam actione vindicant. Vere enim PAVLVS *l.* 27. §. 4. *D. de pactis: Expedit timere furti vel iniuriarum poenam.* TERTVLLIANVS *l.* 4. aduersus Marcionem: *Disciplinae interest, iniuriam vindicari: metu enim vltionis omnis iniquitas refrenatur.* Iam, vt CICERO III. in Verrem ait, *habet quendam aculeum contumelia, quem pati pudentes ac viri boni difficillime possunt.* Et hoc maxime locum habet, si non vtilitas ex iniuriarum actione, sed honoris & existimationis reparatio quaeratur. Item, si crimen singulare alicui obiiciatur, v. g. magiae, cuius infamiam a se non remouere, aliquando cum periculo coniunctum esse posset. v. *Ordinat. Criminal. art.* 25. §. erstlich *ibi:* oder Er beschrien worden sey. Non indigna quoque sunt heic legi, quae BACHOVIVS *ad* §. *final. I. de iniuriis* annotauit: *Vix vllam satis iustam causam esse Christiano, agendi iniuriarum, nisi vbi hoc fieri, publice quodammodo interest: vel in exemplum, vt alii ab eiusmodi petulantia absterreantur, vel ob personam eius, qui iniuria affectus, veluti si publicum officium administret, quem ab iniuriis immunem & integrae famae haberi publice interest, ne contemtui exponatur, & administrando muneri suo minus reddatur idoneus, vel ex consuetudine indignus officiis publicis habeatur.*

§. III.

Caeterum occasione paroemiae huius non possum praeterire singularem legem clarissimae Germaniae Ciuitatis, Vlmae. Vetat ea iniuriarum actionem omnem inter ciues suos, quantum attinet iniurias, quae verbis inferuntur. Verba statuti siue der Ordnung von Gerichten tit. 39. sunt: Nachdem bey dieser Stadt mit Alters Herkommen, daß die Verbal-Iniurien und Schmähungen mit Recht zu vindiciren und auszutragen nicht verstattet, sondern nach gnugsamer Verhör, vor Uns dem Rath, oder unsern Einungern, auf Abstraffung des schuldigen Theils von Ambts und Obrigkeit wegen, dergestalt bißhero cassirt und aufgehoben worden, daß solches keinem Theil an seinen hergebrachten Ehren, Leumuth und gutem Nahmen abbrüchig gewesen: so soll es bey solchem wissentlichen Herkommen auch fürhin also ungeändert bleiben. Qua lege ciuium concordiae & tranquillitati maxime consuli, non est dubium, cura cuiusque existimationis quasi in sinum magistratus reposita.

PAROEMIA XXX.

Eine Frage stehet frey.

Interrogare liberum est.

VVlgatum vocat IOACHIMVS HOPPIVS *tract. iurid. de ioco c.* 5. §. 7. Sed addenda limitatio, nisi interrogatio sit probrosa. Hinc recte HOPPIVS *d. l.* statuit: si quis

si quis interroget virginem de virginitate sua, istum iniuriarum teneri: talem enim dubitare; quae autem absque praecedentibus legitimis indiciis concipitur dubitatio, iniuriosam esse & legibus aduersam, quoniam quilibet praesumatur bonus. Eandem ob causam Recess. Imperii An. 1654. §. 55. constituit: Daß keine interrogatoria criminosa, & quae turpitudinem respondentis continent, sollen gesetzet, weniger Er, der Zeuge, darüber examiniret und angefraget werden.

PAROEMIA XXXI.

Es ist besser stehlen / als zeugen.

Praestat furari, quam furti arguere.

§. I.

PAroemiam hanc in vulgus notam ad verbum reddas: Praestat furari, quam arguere. At sententia est: satius esse, furtum committere, quam de furto denunciare. Et sane iniuriarum tenetur, qui aliquem falso detulit criminis. HARPRECHT. *ad §. iniuria 1. Inst. de iniur. num. 113.* BRVNNEMANN. *Process. inquisit. c. 4. num. 27. in fine.* LYNCKER. *Decis. 269.* MANZIVS *Decis. Palat. quaest. 78. 79.* Nisi delator probationes suggesserit iudici, testesue nominauerit, aut etiam, quae ipse vidit, significauerit. Talis enim, si vel ipse interdum vel *testes* indicia illa iureiurando firmauerint, non habet, quod metuat iniuriarum *actionem*; tametsi reus ita grauatus, tormentis perlatis, aut iureiurando *praestito*, absolutus fuerit. CARPZOVIVS *decis. illustr. 188.* Quod tamen non *ita accipiendum*, quasi delator ipsemet crimen probare obstrictus sit: est enim insignis *inter* accusationem & denunciationem differentia. MANZIVS *d. decis. quaest. 61. 65.* BRVNNEMANN. *ad d. l. 6. D. ad SCt. Turpillian. n. 2.*

§. II.

Diuersa quoque est ratio illorum, qui officii necessitate, siue ob munus, publica potestate sibi impositum, crimen denunciant. Bene MEVIVS *part. 1. Decis. 41.* „Delatores esse in republica, ad vtilitatem eius pertinet; verum simul publice refert, vt horreant referre, nisi certi de criminibus eorumque auctore, & saltem vtilitati publicae, non criminationibus aut vindictae suae intenti sunt, ne sub obtentu denunciationis innocentibus inferatur iniuria aut calumnia: Ideo iure prouisum, vt teneantur probare, (*hoc temperandum est ex iis, quae §. anteced. attulimus*) &, si non probent, iis, quos delationibus perperam onerant, ob calumniam ad id, quod interest, vt & in expensas, praeterea actioni iniuriarum aliisque poenis obnoxii fiant. Alia autem ratio est eorum, qui non sponte, sed officii quadam necessitate denunciant facinora, de quibus eadem constituta non reperiuntur; ideo ista non sunt extendenda, quin potius speciali legum prouidentia ab accusatione eximuntur. Facit pro iis cum officii necessitas, tum etiam praesumtio, quod magis Reipubl. quam in alterius iniuriam contumeliae

vel

Digitized by Google

» vel calumniae causa denunciasse praesumuntur; nec potest per talem denunciationem quis grauari, dum non statim ad eam proceditur contra aliquem, sed prius a iudice omnia diligenter expenduntur, &, cum post expensas circumstantias fit inquisitio, iudicis est factum, non denunciatoris, per quod criminis aliquis arguitur. Si publico Officiali ex quo periculum esset, quod iudici denunciaret, quae percipit verisimilia, praecluderetur via inquisitioni generali de criminosis valde necessariae, & tolleretur aut inanis fieret debita sollicitudo, per quam nihil non denunciari debet ad scientiam & cognitionem magistratuum. Praeterea concessa ob denunciationes aduersus eos, qui officio suo funguntur, accusandi licentia, concederetur omnibus potestas diuexandi Officiales publicos, adeoque ad cohibendos aut deterrendos metu actionum & litium, quas etiam iniustas boni horrent & execrantur. Praeterquam igitur, si manifesta est sub officii obtentu calumnia & malignitas, non admittenda est actio vel accusatio contra eos, qui per officii rationem deferenda detulerunt. «

§. III.

Caeterum, si quis priuatim alicui furti crimen obiiciat, ne quidem audiendus erit, etsi vel maxime id probare velit. Nam vt veritas conuicii excuset ab iniuria, requiritur inprimis, vt crimen, quod probari potest ac vindicare publice expedit, deferatur ad iudicem, iusta aduersus id vindicta, non per calumniam propaletur. Quo demum pertinet *l. eum qui nocentem* 18. *pr. D. de iniur.* v. MEVIVS *p.* 3. *D.* 357. & *p.* 5. *Decis.* 389. STRVVIVS *Exercit.* 48. *Syntagm. iur. ciuil.* §. 55.

PAROEMIA XXXII.

Keine Atzel heckt eine Taube / es werden dann die Jungen verwechselt.

Pica non progenerat columbam, nisi pulli permutentur.

§. I.

PRofert GILHAVSEN *c.* 2. *arbor. iudic. tit.* 17. *n.* 13. Cui consonat eiusdem sententiae prouerbium: **Der Apffel fällt nicht weit vom Stamm.** Calipho ad Simonem apud Plautum Pseudolo: *Ine tu miraris, si patrissent filii?* Chremes ad Sostratam apud Terentium Heautontimor. *Id quod est consimilis moribus, conuinces facile ex te natum: Nam tui similis est probe: nam illi nihil vitii est relictum, quin sit & idem ibi.* SALVIANVS MASSILIENSIS *l.* 1. *contra auaritiam. Pene omnes parentibus suis filii non magis in patrimonia, quam in vitia, succedunt.* v. ibi *in Comment.* RITTERSHVSIVS. Adde prouerbium Hebraeorum 1. *Samuel XXIV*, 14. vbi GROTIVS simile Graecorum annotat: Κακῆ κεφαλῇ κακὸν ὠόν. *Mali corui malum ouum.*

§. II.

Nec discrepat illud: **das Bier schmeckt nach dem Faß.** *Cereuisia dolium sapit.* Quod allegat GODELMANN. *de mag. venef. & lamiis l. 3. c. 3. §. 16.* inferens hinc: Si saga est mater, est etiam filia. Addit: *Nullum est enim sacrificium, quod ab istis hominibus tantopere diabolus expetat, quam vt suos ipsorumque liberos, simul ac hauserunt lucem, ipsi voueant.* Suffragatur in crimine magiae BESOLDVS *voce* **Hexen.** At alii non temere his contradicunt, quos adduxit MAVRITIVS *de denunciat. sagar. c. 3. §. 21.* Et AGRIPPA *l. 2. ep. 39. & 40.* memorat: Nicolaum Sauini, Dominicanum, inquisitorem fidei Metis, voluisse, vt foemina subiiceretur torturae propter hoc vnum, quod esset filia veneficae, nec se impedire potuisse, quo minus eadem subiiceretur. At tandem repertum, eam fuisse innocentem, & accusatores in expensas condemnatos.

§. III.

Locum hoc etiam habere potest in hominibus eiusdem nationis siue patriae. VLPIANVS *in l. quod si nolit. 31. §. 21. D. de aedilit. edict. Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione pronunciare debent: plerumque enim natio serui aut prouocat, aut deterret emtorem, idcirco nostra interest, scire nationem. Praesumtum etenim est: quosdam seruos bonos esse, quia natione sunt non infamata: quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quae magis infamis est. Quod si de natione ita pronunciatum non erit: iudicium emtori omnibusque, ad quos ea res pertinebit, dabitur: per quod emtor redhibet mancipium.* SALVIANVS, Episcopus Massilienfis. *l. 7. de gubern. Dei. Natura Gothorum perfida, sed pudica est: Alanorum impudica, sed hospitalis: Saxones crudelitate efferi, sed minus perfidi: Franci mendaces, sed castitate venerandi. Omnes denique gentes habent, sicut peculiaria mala, ita etiam quaedam bona.* Vbi Rittershusius cautelam notandam esse dicit: Stulte atque imperite, ne dicam maledice atque improbe facturum, si quis ob nationem statim velit huius aut illius flagitii suspectum habere, aut etiam pro tali diffamare. Hinc nationem infamem dicunt facere indicium remotum ad torturam. vid. BOCERVM *de quaest. c. 3.*

PAROEMIA XXXIII.

Er siehet aus wie ein Schelm.

Vultus nebulonem indicat.

§. I.

MAgnam paroemia haec cum praecedenti affinitatem habet, & malae physiognomiae notam scelesti animi tribuit. Plane vt CICERO orat. *pro Q. Roscio. Oro atque obsecro vos, faciem vtriusque considerate. Nonne ipsum caput & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam & clamitare calliditatem videntur? nonne ab imis un-*

Digitized by Google

unguibus ad verticem summum (si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciisque constare totus videtur? Vere idem CICERO 3. *de Oratore. Vt imago est animi vultus, sic indices oculi.* Et I. de Legibus: *Natura speciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret. Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animis affecti sumus, loquuntur: & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse praeter hominem potest, indicat mores*, & de petitione Consulatus: *Vultus & frons est animi ianua.* ARISTOTELES *sect.* 36. *probl.* 1. *ex facie quinam simus, praecipue cognoscitur.* AMBROSIVS *l.* 6. *hexam. c.* 9. *Imago quaedam animi loquitur in vultu.* Zopyrus physiognomon, vt testatur CICERO de fato, *profitebatur, se hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.* OVIDIVS 2. de arte amandi.

In vultu pignora mentis habet.

Singulatim de oculis Phraates apud PHILOSTRATVM. *vit. Apollon. l.* 2. *c.* 12. Πολλὰ μὲν ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἑρμηνεύουσι. Πολλὰ δὲ ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται, γνωματεύειν τε καὶ θεωρεῖν ἀφ' ὧν σοφοί τε καὶ φυσικοὶ ἄνδρες, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ εἰδώλα, τὰς τῶν ἀνθρώπων διαθέωντας. *Multa humanorum morum oculi explicant: multa in superciliis & genis recondita sunt ad iudicandum pariter & speculandum, ex quibus sapientes viri & physici velut in speculo imagines, animos hominum perspiciunt.* Quidam *animi portas* dixere oculos: ADAMANTIVS *l.* 1. *physiogn. c.* 1. Ὥσπερ διὰ πυλῶν τούτων ἡ ψυχὴ διαφαίνεται. LACTANTIVS *libro de opificio Dei c.* 8. *Verius & manifestius est, mentem esse, quae per oculos ea, quae opposita sunt, transpiciat, quasi per fenestras, lucente vitro aut speculari lapide obductas. Et idcirco mens & voluntas ex oculis saepe dignoscitur.*

§. II.

Hinc non temere colligimus, veram esse ICtorum doctrinam: malam physiognomiam indicium facere ad torturam, saltem remotum. ZANGER. *de quaest. & tortur. c.* 2. *n.* 85. BOCER. *de quaest. & tortur. c.* 3. *n.* 87. CARPZOV. *quaest. criminal.* 120. *n.* 79. 80. TABOR. *tract. de tortur. ad art.* 27. *O. C.* §. 8. Et, si plures torturae subiiciendi, ab illo, cui mala physiognomia est, incipiendum esse. BARBOS. *de officio & potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 42. *n.* 1.

§. III.

Simul hinc liquet, vsum librorum physiognomicorum (quorum lectio, vt AMMIANVS MARCELLINVS *l.* 15. *c.* 8. loquitur: *per corporum signa pandit animarum interna*) esse nonnullum in iurisprudentia. Tractarunt id genus argumenti apud Graecos curate ZOPYRVS, LOXVS, POLAEMON, vt ORIGENES, *contra Celsum l.* 1. testatur. Nec Latinis intentatum fuisse, indicat fragmentum Trogi Pompei apud PLINIVM *l.* 11. *N. A. c.* 52. Quanquam praeter Aristotelis & Adamantii Sophistae Φυσιογνωμονικὰ nihil ad manus nostras peruenit. At nuper MARVILLE, personatus scriptor, *vol.* 2. *melanges d' histoire & de litterat. pag.* 385. *seq.* artem hanc explodere conatus est.

Digitized by Google

PAROEMIA XXXIV.

Das Geſicht verräth ihn.
Vultus eum prodit.

§. I.

IDem exprimit CALLISTRATVS *l.* 19. *de officio Praeſidis: Animi motum vultus detegit.* BOETHIVS *l. XI. hiſtor. Scotor. de Donewaldo: Habet id animus ſceleratus peculiare, vt ad omnia pauens vultu aut geſtu crimen prodat inuitus.* OVIDIVS: *Heu quam difficile eſt, crimen non prodere vultu.* CICERO II. *de Oratore: Vultus ſenſus animi plerumque indicant.* Alexander apud CVRTIVM *l.* 3. *c.* 6. a vultu Philippi medici, epiſtolam legentis, non mouebat oculos, *ratus, aliquas conſcientiae notas in ipſo ore poſſe deprehendere.* H. GROTIVS *l.* 3. *Belgic. ad An.* 1594. de Michaële Renichonio & Petro Turio, emtis in Mauritium, Principem Auriacum, percuſſoribus: *Suſpicionibus praeuenti ex ipſa vultus inconſtantia, vt difficulter teguntur tanti ſceleris meditamenta.* ALBERICVS de Deorum imaginibus: *Nunquam malitia liberum frontis eſt.*

§. II.

Singulatim rubor ſignum malae conſcientiae eſſe putatur. Micio apud TERENTIVM Adelphis: *Erubuit, ſalua res eſt.* At bene Ioann. Loccenius ad illud CVRTII *l.* 9. *c.* 7. Saepe minus conſtantiae eſt in rubore, quam in culpa. *Rubor,* inquit, *non eſt conſtans ac perpetua malae cauſae nota. Interdum enim ex ſubita oritur commotione propter ſuſpicionem in innocentem inopinato factam; aut ex phantaſia ſubito & vi quadam ſe inferente; aut ex imbecillitate frontis.* SENECA *epiſt.* II. *de Fabiano: Fabianum, cum in Senatum teſtis eſſet inductus, erubuiſſe memini: & hic mire illum pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, ſed nouitate rei, quae inexercitatos, etſi non concutit, mouet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam, vt quidam boni ſanguinis ſunt, ita quidam incitati & mobilis & cito in os prodeuntis. Non itaque ſemper ex rubore facti conſcientia arguenda eſt, niſi alia indicia concurrant. Contra pallorem ſequi in plerisque maiorum ſcelerum conſciis exiſtimatur.* HORAT. *l.* 1. *ep.* 1.

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

v. STRYCKIVM *de phyſiognom. c.* 3. *n.* 12. *ſeq. in vol.* 5. *Diſſert.*

§. III.

Caeterum vultus vſu & exercitatione effingi poteſt, vt videatur, qui non eſt. De Egnatio TACITVS XV. *Annal.* 33. *habitu & ore ad exprimendam imagi-*

nem

Digitized by Google

nem honesti exercitus, caeterum animo perfidiosus & subdolus, auaritiam ac libidinem occultans. De Ernesto, Gubernatore Belgii, H. GROTIVS *l.* 3. *histor. Belgic. ad An.* 1594. *Non deerant, qui tranquillum eius, quod credebatur, ingenium contra interpretarentur, quaesitumque modestiae vultum, quo tantam feritatem occultaret.* Artem hanc pulcre callebat Antiphon, vultum, prout libitum erat, formare edoctus. Nam ita apud TERENTIVM in Phormione

ANT. *Voltum contemplamini, hem*
Satiu sic est? GE *Non.* ANT. *Quid si sic?*
GE. *Propemodum.* ANT. *Quid si sic?*
GE. *Sat est.*

PAROEMIA XXXV.

Roth Barth/ Schelmen Art.

Barba rufa, prava indoles.

§. I.

RVbeus color nullibi non suspectus est, etiam in prouerbio, complexionem indicans callidam, ait Ioannes ab Indagine in physiognomia p. 88. Iudicio Rudolph. Goclenii in physiognom. p. 38. *Valde russi capilli insipientiam, iracundiam & insidias, imprudentiam & animi malignitatem indicant. Simpliciter autem rufi, id est, flavedine quadam caloris & iracundiae argumenta sunt.* MARTIALIS *l. XII. epigr.* 55. in Zoilum scribens:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus,
Rem magnam praestas, Zoile, si bonus es.

§. II.

Veteres Germani non videntur idem existimasse: nam rutilo capillitio gaudebant, & interdum id arte procurabant, teste PLINIO *l.* 28. *N. A. c.* 12. Imitati hoc Romani. OVIDIVS *l.* 1. *amor. el.* 14.

O quam saepe comas aliquo mirante rubebis,
Et dicis, emta nunc ego merce probor.

MARTIALIS *l. XIV. ep.* 25.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos,
Captiuis poteris cultior esse comis.

Nec de Achille aut Agamemnone aenobarbis, quod reprehendi mereantur, legimus. Friderico tamen Imperatori, quem Barbarossam vocant, *capillos quasi flauos & crispos fuisse*, scripsit σύγχρονος MORENA *in rerum Laudensium historia*, quae

in thesauro antiqu. & *histor. Italiae tom.* 3. *part.* poster. nuper est recusa. Et plerisque veteribus Germanis flaui capilli. IVVENAL. *Satyr. XIII.*

Caerula quis stupuit Germani lumina? flauam
Caesariem?

MARTIALIS *l.* 5. *epigr.* 68.

Arctoa de gente comam tibi, Lesbia, misi:
Vt scires, quanto sit tua flava magis.

Ad Tit. D. de poenis.

PAROEMIA XXXVI.

Ich bin nicht die erste Hure.

Prima non sum meretrix.

§. I.

VErbum hoc meretriculis solet in ore esse, vt eleuent crimen stupri, a se commissi. Plane vt Micio apud TERENTIVM *Adelphis:*

Virginem vitiasti, quam te ius non fuerat tangere.
Iam id peccatum primum, magnum; at humanum tamen.
Fecere alii saepe item boni.

& adolescens apud GELLIVM *l. X. N. A. c.* 19. non ibat inficias, feciſſe, quod Taurus ipsi obiiciebat, *sed id solitum esse fieri defendebat, turpitudinemque delicti exemplorum vsu & consuetudinis venia deprecabatur.* Thesprio apud PLAVTVM: *At iam ante fecerunt alii.* Nimirum circumstans peccantium frequentia pudorem minuit, & proinde consuetudo facti aliquid detrahit de culpa. Hinc Plinius non sine ratione veniam dedit facto, vetito quidem, non tamen inusitato.

§. II.

Enimuero poterat existimari, consuetudinem facti, seu, vbi vitium aliquod velut in publicos mores abiit, acrimoniam poenae potius efflagitare. Nam, vt SATVRNINVS *l.* 16. §. *ult. D. de poenis* ait: *Nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimirum, multis personis grassantibus, exemplo opus sit.* VLPIANVS *l.* 1. *pr. D. de abigeis. Puniuntur* (abigei) *durissime, non vbique, sed vbi frequentius est id genus maleficii.* Ast verissime pariter & acute obseruauit H. GROTIVS *l.* 2. *de I. B. & P. c.* 20. §. 35. haec pertinere potius ad leges, quae poenae vtilitatem magis in vniuersitate spectant, & poenam intendere solent, vt inualescens consuetudo reprimatur. Contra, vbi poenae infligendae, considerandum iudicibus, quantum culpae sit in singulis; quae sine dubio minor est in illo, qui velut torrente similia peccantium fuit abreptus. Conf. PVFENDORF. *l.* 8. *de I. N. & G. c.* 3. §. 23.

PA-

Digitized by Google

PAROEMIA XXXVII.

Gnade gehet vor Recht.

Gratia antecedit ius.

Ad Tit. D. de sententiam pass & restit.

§. I.

ET vulgo nota est haec paroemia, & recitatur a D. DIETHERO *addit. ad Besoldi thesaurum voce*: Gnads Erweisung. Ex qua intelligimus distinctionem restitutionis iustitiae & gratiae, quae sollicite obseruanda: Nam, quod WISSENBACHIVS *ad tit. de sentent. pass. & restitut.* §. 29. eam petere principium ait, vanum est. Certe in criminalibus causis probationi innocentiae etiam post sententiam locus est. *l.* 1. §. *si quis* 27. *D. de quaestion.* post FARINACIVM ZIEGLERVS *Dicastic. c.* 45. §. 13. BRVNNEMANN. *de proceff. inquisit. c.* 8. *membr.* 1. *n.* 12. Sed per restitutionem, quam vocant, iustitiae. Hanc etiam iudex facit. v. MEVIVS *part.* 8. *Dec.* 172. (Quanquam apud Romanos Praesides sententias suas retractare non possent, sed ad Principem referre totam rem iuberentur. *d. l.* 1. §. *vlt. D. de quaestion. l.* 27. *D. de poenis.*) eademque plenissima est; quicquid abstulit sententia, etiam post eam alienata & fructus, modo adhuc extent (consumti enim tanquam bonae fidei possessori acquiruntur) redhibens. v. BACHOV. *v.* 2. *ad Treutler. D.* 28. §. 7. *lit. C.* ZIEGLER. *l.* 1. *de iur. Maiest. c.* 9. §. 1. & 5. Veteres etiam eorum, quos iniuria a se damnatos agnouerant, statuas in locis publicis ponebant & consecrabant, vt, quo poterant modo, si non vitam, saltem vitae memoriam restituerent. Quod Socratis, Phocionis & aliorum quorundam innocentiae datum a populo leui; qui, cum se a calumniatoribus deceptum videret, & memoriam eorum, quos temere damnauerat, restituebat, & in eorum accusatores, quorum dolo eos oppressos putabat, iram suam & indignationem conuertebat. Quam quidem leuitatem plures notarunt, sed luculentis verbis ISOCRATES *de permutatione.*

§. II.

At veniam poenae vel delictorum tantum indulget summus imperans, vt ex iure Romano est apertissimum. Circa effectum autem distingui solet inter restitutionem generalem & specialem, siue plenam & minus plenam. Nos planius dici posse existimamus, an restitutio fiat contra deportationem, vel aliam poenam. Si restitutio fiat contra deportationem, restituitur ius ciuitatis & per consequens, quod inde pendet, ius patriae potestatis, & ius in bona filii, quae habuit. Hinc CONSTANTINVS Imperator *in l. final.* §. *final. C. de sentent. pass. & restitut. Tantum ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit, vtque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiae restitutio bonorum* (sc. filii, de quibus quaerebatur) *ac dignitatis vno nomine amissorum omnium sit recuperatio.* Ex quo consequitur, restituto patre, testa-

Digitized by Google

testamentum, quod filius interea fecit, ceu capitis deminutione, irritum fieri. Vt contra alios optime docuit IACOB GOTHOFREDVS *ad l. vnic. C. Theodos. de sentent. pass. & restitut.* & MOLLERVS 5. *Semestr.* 85. vbi refert, hoc vsum habuisse in rebellibus subditis, a Carolo V. Imper. restitutis. Consequens porro, deportatione sublata, abundantem esse cautionem, quando patri restituto nominatim patria potestas restituitur, vt factum, cum Ioannes Fridericus Dux Saxoniae, libertati pristinae redderetur a Carolo V. Imp. Nam, quod *in l. 6. C. de sentent. pass. & restitut.* dicitur, filium deportatum restitutum in patriam potestatem non redire, id singulare est in filio, ne, quod fauoris emeruit, & indulgentiae, vt in patriam & bona restitueretur, id in eius odium retorquearur, vt iterum egregie IACOB GOTHOFREDVS *d. l.* demonstrat, qui etiam *l. 9. C. d. tit.* resoluit. Caeterum ad bona restitutio haec se non exporrigit, quoniam, vt quis bona recipiat, cum iure ciuitatis non cohaeret. *l. 2. & 3. C. de sentent. pass. & restit.* Multo minus ad bona alienata, ceu quae propter sententiam validam iure interim ad alterum translata sunt: nec ad fructus, vtpote non ablatos & iure interim, velut a domino, acquisitos. TVLDEN. *in C. d. t. n. 4.* MEVIVS *part. 2. Dec. 23.* & Dd. communiter. Si restitutio fiat contra infamiam, fama haud dubie reparatur. *l. 1. §. 10. D. de postuland. l. 10. C. de sentent. pass. & restitut. l. 23. C. de nuptiis.* SYMMACHIVS. *l. X. ep. 3. Notatus infamia exploratissimam remedium veniae imperialis implorat, vt iudicati remissione famae suae vulnus exludat.* Si denique restitutio datur contra bonorum publicationem, fiscus bona praesentia restituit, & quatenus ex alienatis est locupletior factus. v. ZIEGLER. *de iur. maiest. d. c. 9. §. 4.*

§. III.

Ante hinc quam abeamus, notari adhuc meretur, a restitutione gratiae differre illam, quae ex conuentione pacis vel amnestiae oritur. Haec enim plenior est. v. IOANN. a SANDE *l. 4. tit. 4. def. 5.* Deinde restitutionem *gratiae* nondum impetratam, quamuis per supplicationem petitam, executionem siue mandatum processus criminalis non suspendere, quod secus est in restitutione iustitiae. v. SFORT. ODDVS *de restitut. in integr. quaest. 43. n. 15. & 30.*

Ad Tit. D. de appellat.

PAROEMIA XXXVIII.

In Policey-Sachen gilt keine Appellation.

IN causis politicae ordinationis non admitti appellationem, est in prouerbio, ait BRVNNEMANNVS *ad l. final. D. de appellat. recipiend. n. 12.* Enimuero idem non temere id reprobat, aut sine temperamento admittendum esse negat: posse enim in causis illis iniqua decerni, & propterea quem appellatione excludendum non esse. Audiamus Recessum Imp. A. 1654. §. 106. wie nun solches von denen

Digitized by Google

denen causis mandatorum & simplicis querelae eigentlich zu verstehen, allwo der Bürger und Unterthan directe wider seine Obrigkeit klaget, also soll es daneben auch gehalten werden, wann Sachen, die denen bey einem Stand insgemein eingeführten guten Policey-Zunfft- und Handwercks-Ordnungen anhangen, durch Appellation an unser Kayserl. und des Heil. Reichs Cammer-Gericht gezogen werden wollen, daß der Richter, ehe Er die Processe erkennet, jedes Orts Obrigkeit, und des Status publici mit einlauffendes interesse, mit seinen Umständen wohl erwegen, fürnemlich aber in dergleichen Sachen keine inhibition leichtlich erkennen, sondern, dafern solche Sache wider selbigen Orts hergebrachte vernünfftige, und den Reichs-Constitutionen nicht ungemässe Handwercks- und andere hergebrachte rechtmäßige Ordnung lauffet, zu Abschneidung des in denen Reichs-Constitutionen so hoch verbotenen Aufftreibens, und Scheltung der Meister und Gesellen, und anderer Ungelegenheit ab- und an des Orts Obrigkeit, als die ohne das den Gewalt haben, dergleichen Statuta nach Gelegenheit der Läufft- und Zeiten zu wiederruffen und zu ändern, verweisen. Ex qua lege intelligimus, causas huiusmodi, vt tales, seu quatenus ordinationibus suis comprehenduntur, & iuxta eas exercentur, vel non esse appellabiles; vel, si appellabiles audiunt, tamen sine ordinario appellationum processu expediri. Tantum si vel extra istas quaedam accidant, vel sub istarum siniſtra applicatione quis grauatur, vel vbi res dubia est, multo magis, si contra illas quicquam iniquum vel insolitum irrogatur, appellationi locum fieri. Vt pluribus expositit MEVIVS *part.* 3. *Decis.* 154. *conf. Decis.* 37.

PAROEMIA XXXIX.

Der Schöff weiset zu Recht.

Scabinus, quid iustum sit, enunciat.

Ad ius publicum Germaniae.

§. I.

DIcitur, ait KNICHEN *de iure territor. c.* 4. *n.* 417. Scilicet magna olim Scabinorum, qui iudiciis assidebant, erat auctoritas, &, quod de iure respondebant, velut oraculum celebrabatur. Hinc eorum pronunciationes sive responsa de iure praesertim non scripto edita, quae Weistumb dicuntur, adhuc hodie magni aestimantur. Vt aliquando in Camera Imperiali late deductum fuit in causa Beyder Flecken Ober- und Nieder-Ingelheim contra Chur-Pfaltz apud MEICHSNERVM *l.* 2. *Decis.* 4. *n.* 62. *& sequ.* quem eo nomine laudat CASP. KLOCKIVS *vol.* 1. *conf.* 29. *n.* 764. & *conf.* 42. *n.* 1. *& sequ.*

§. II.

Vt autem imaginem huius rei habeas, libet eam dare ex Chronico Limpurgensi, illis temporibus aequali, ad A. MCCCLXXIV. Auff den Montag un-

sers HErrn Leichnams-Tag, das war der fünfte Tag in dem May, da besasse Herr Cuno von Falckenstein, Ertzbischoff zu Trier, und Johann, Herr zu Limburg, das Gericht auff dem Berg mit ihr selbst Leiben. Und das Gericht solte sein gegangen über einen Schöffen, der was genant Johann von Münzheim. Und hatte die vorgenante Herrn bey Im am Gericht, Herrn Friederich von Sarwerde, Ertzbischoffen zu Cöln, Johann, Graf zu Seyn, Reinharden, Herrn zu Westerburg, und Diederich, Herrn zu Runckel, und andere viel Ritter und Knechte. Und das Gericht ging in der Form und Weiß an, als das hernach geschrieben stehet. Da stund ein Ritter, mit Namen Herr Diederich Waltpode, und fragte von der Herrn wegen die Schöffen zu Limpurg, daß Sie auff den Eyd sagten und offenbarten, wofür Sie die Herrn hielten, was ihre Herrschafft und ihre Freyheit und ihr Recht wäre zu Limpurg? Da giengen die Schöpffen aus und namen einen Raht, und kamen wieder, und versprecheten Sich. Das Wort sprach Johann Bope, Schöff zu Limpurg, gar herrlichen, und stund festiglichen in der Schöffen Wort von Anbegin des Gerichts bis zu letzt auffen, und sprach also: Wir bekennen, daß unser Herr zu Trier ist unser gekauffter Herr, nach Laut und Ausweisung solcher Brieff, die darüber geben und versigelt seynd. Behaltnus und Verbringung auch solcher Brieff und Reuters-Brieff, die auch die Burgk und die Stadt von Limpurg von dem Stifft und unsern Herrn von Trier und seinen Vorfahren wiederumb und dagegen führen, sprach Er: Wir bekennen und halten unsern Junckern von Limpurg vor unsern rechten gebornen Herrn, der von der Herrschafft von seinen lieben Eltern seligen geboren ist, wie daß die Herrschafft und Herrlichkeit an Ihn erstorben und kommen ist von seinem Vater, und Herrn Gerlachen, seinem Bruder, unserm Herrn seligen. Zu dem andernmahl stund der vorgenante Ritter, und fragte die Schöffen von der Herrn wegen, und ermahnte Sie gar ernstlichen und uf den Eyd, daß Sie erzehlten und sagten von Puncten zu Puncten, und von Stück zu Stück, so was der Herrschafft, Ihr Herrlichkeit, Freyheit und Recht wer, und was man ihnen hie zu Limpurg an der Herrschafft bekennete, doch aber an ihrer Herrschafft und Freyheit unverlustigt. Da giengen die Schöffen aber auffen, und beredeten sich, und kamen wider. Und sprache der vorgenante Johann Bope: Wir wissen vor ein Recht, daß das Gericht zu Limpurg unser Herr ist über Hals und Haubt, doch daß die Herrn an keinen Bürger von Limpurg nicht greiffen noch tasten sollen in einige Weiß, die Schöffen haben dann zuforderst darüber geweisset. Forther mehr wissen Wir unserm Herrn die höchste Bede, das seind zehen Marck Limpurger Wehrung, und der gemeinen Stadt ein Mentzer Fuder Weins, und einem jeglichen Schöffen vier Pfennig mehr, dann einem Mercker. Anderwerb weissen Wir den Herren die minste Bede, das seind dreißig Schilling Pfennig, und jeglichem Schoffen zehen Pfennig, und daß man keinen Burger zu Limpurg pfenden soll, noch anareiffen umb einige Bede, man habe In dann zu zweyen vierzehen Tagen uf die Bede gedinget, und auf die kleine Bede, zu dreyen vierzehen Tagen. Auch soll man keinen Burger zu Limpurg antasten oder angreiffen mit dem Gericht, der jemands geschlagen oder gestochen hette, dieweil der den Athem in seinem Leib hat, der da geschlagen were. Und seind disse Sachen allwegen wohlherbracht, und allzeit herlich und festiglich gehalten. Anderwerb fragte der vorgenante Ritter von der Herrn wegen: Ob einer Gewalt zu Limpurg thete, ob einig Man dann dem Herrn den mögte angreiffen und

und halten bis auff die Schöffen, auff daß Er nicht vorflüchtig würde? Da gingen die Schöffen auffen, kamen wider, und antwort der vorgenant Johann Bope, vor Sich und die Schöffen, und sprach: Wir wissen vor ein Recht, so schier ein einigem Man ein Gewalt wird geklaget, so soll Er ein Gericht bescheiden von der Herrn wegen, und soll die Schöffen auch verhauffen umb die Klag auf ihn, so, wie die gehandelt und gethan ist. Darnach dann daß die Klage uf den gebracht ist, darauff sollen sich die Schöffen berathen und entsinnen, und sollen darauf sagen, und vor ein Recht weisen, das Sie bedüncket, daß Recht sey. Und das ihn werde geweisset von erst von den Schöffen, so sollen die Herren, noch ihre Amptleut, an keinen Burger greiffen zu Limpurg, noch tasten in keine Weiß. Anderwerb fragte der Ritter vorgenant von der Herren wegen: Ob man einen bedächte, daß er ein Gewalt gethan hette und begangen, was der den Herrn schuldig were? Darumb so gingen die Schöffen aber auß, beredeten sich, und kamen wider. Und gab der vorgenante Johann Bope von der Schöffen wegen zur Antwort, und sprach: Lieber Herr, Wir weissen noch sprechen kein Urtheil uf gedencken, und sagte Im nichts mehr. Lieben Freund, da disse Frage und Antwort als vorgeschrieben steht, und noch viel mehr redt, die nit alle hier geschrieben stehen, geschehen waren mit Herrlichkeit, und mit Weißheit verantwortet worden, da stunden die vorgenante zwen Fürsten auf, von Trier und von Cöln, die Grafen, Herrn, Ritter und Knecht, und verwunderten sich der grossen Fürsichtigkeit. Und einer sahe den andern an, als ob Sie solten sprechen:

Der Haaß ist uns entgangen,
Den Wir wolten han gefangen.

Und gaben den Schöffen grosse Ehr und Weißheit, und also schieden Sie von hinnen.

Daran gedenckt ihr Jungen und ihr Alten,
Daß ihr mit Weißheit mocht behalten
Euer Leib, Gut und Ehre,
Das ist euren Kindern gute Mehre,

Und bittet GOtt vor den Schreiber Johann, der diß Urtheil verstund, und in ein Notul begriff zu Ehr und Seligkeit der Stadt Limpurg.

§. III.

Sunt & complura huiusmodi responsorum exempla in Hassia nostra, ex quibus vnum heic subiicimus: In dem Centweistumb über Seheim de A. 1492. hat der Berg-Schöffe auff heut dato einmütiglich geweist vor ein Recht meinen anädigen Herrn und Landgraffen (zu Hessen) Obristen Faud und Herrn uf diesem Berge über alle Ungeschichte, über Halß, über Haubt, und Dieb und Diebin, über alle Maß und Gewicht, die habe seine Gnade zu straffen, hohe und niedere, nach seiner Gnaden Wohlgefallen, auch Gebot, hohe und niedere, zu machen und zu setzen, ohne Schaden andern Herrn an ihren Zinsen und Gütern. Quod responsum transactioni inter Serenissimum Landgrauium & illustrissimos Comites Erbacenses A. 1621. initae, verbotenus insertum simulque confirmatum est.

PAROEMIA XL.

Wer Landes-Herr oder Landes-Fürſt iſt/ und Landes-Herrlichkeit oder Landes-Fürſtl. Obrigkeit hat/ dem gebühret auch die Erb- und Landes-Huldigung.

Qui dominus regionis eſt, huic debetur homagium.

§. I.

Communi hoc verbo ſolere efferri, teſtes habemus WEHNER. *voce* Landes- oder Erbhuldigung. RITTER. *de homagio c. 4. n. 6.* MYLERVM *de Princip. & Statib. Imperii c. 38. §. 1.* Iam ſeculo duodecimo & decimo tertio in vſu fuit, ſubditos fidem & obſequium ſuum regionum dominis obligare. OTTO FRISINGENSIS *de geſtis Friderici I. Imperat. l. 1. c. 28. ad A. 1155. Sedente in publico Conſiſtorio Imperatore, Henricus Dux poſſeſſionem ſuam patrumque ſuorum recipit ſidem. Nam & Proceres Baioariae hominio & ſacramento ſibi obligantur, & ciues non ſolum iuramento, ſed etiam, ne vllam vacillandi poteſtatem haberent, vadibus obſirmantur.* Quae formula tunc fuerit, intelligi poteſt ex literis publicis Ciuitatis Brackele, quas exhibuit NICOL. SCHATEN *l. 12. Ann. Paderborn. ad An. 1289. Nos iudex, Conſules, & vniuerſitas in Brakele tenore praeſentium recognoſcimus, publice proteſtantes, quod nos & ſinguli noſtri Burgenſes apud Venerabilem Patrem & Dominum Epiſcopum Paderbornenſem ac ſuum Succeſſorem, nec non apud Capitulum & Eccleſiam Paderbornenſem bona fide in perpetuum permanebimus, ac ipſis, Epiſcopo, Eccleſiae ſuae in parte ſua & in omnibus intendimus obedire tanquam fideles Burgenſes Domino ſuo vero, & haec ſub fidelitate ſibi praeſtita promittimus bona fide. In cuius obligationis & fidelitatis teſtimonium dicto Domino noſtro Epiſcopo ac ſuae Eccleſiae praeſentem paginam ex certa ſcientia & voluntate ſingulorum Burgenſium noſtrae ciuitatis ſigillo dedimus roboratam. Datum & actum Brakele in Coemiterio ſexto Kalend. Octobris, Anno Domini Milleſimo, ducenteſimo, octuageſimo nono.* Apud EVNDEM *eſt l. 13. Ann. Paderb. in charta A. 1332. Caſtrenſes Epiſcopo & Abbati ſimul Huldinge ſiue fidelitatem iurabant.* adde *Diſſertat. de ſubiect. territor. §. 13. in not.*

§. II.

Enimuero inde non ſequitur, illum, qui homagium non praeſtitit, non eſſe ſubditum. Neque enim ideo quis ſubditus exiſtimatur, quia iurat: ſed ideo iurat, quoniam eſt ſubditus. Vt docuit ENGELBRECHT *de iurisd. Imper. concl. 138.* GYLMANN. *ſupplicat. Cameral. tom. I. part. 1. tit. 2. de reconuent. n. 58.* & alii. Hinc videmus, in quibusdam regionibus, vbi nobiles iurisdictionem habent, hos ſolos ſacramentum fidei dicere, non & eorum ſubditos. Vt obſeruauit etiam REIN-

Digitized by Google

REINKINGIVS *l.* 1. *de R. S. & E. cl.* 5. *cap.* 4. *n.* 42. Nouimus etiam Ciuitates Imperiales, quae homagium Imperatori non praestant, neque tamen eo minus in parendi conditione censentur.

PAROEMIA XLI.

Ad ius Canonicum.

Wann man die Ganß zu dem Ganden setzet/ so bleibt der Gand der Mann/ der es seyn soll.

Si quis anseri iungat anserem marem, anser manet mas, qui intenditur.

ITa ad verbum transferas paroemiam, quam nobis profert MEVIVS *part.* 5. *Dec.* 120. Ea vtimur, quoties innuere volumus, fraudem fieri praesentationi, quam vocamus, & Patroni ecclesiarum facere solent. Nimirum, si plures edi ex lege vel moribus debent, edendi sunt singuli idonei & habiles. Frustranea quippe est, vt recte ait MEVIVS, eorum praesentatio, quorum aliquis non est eligibilis. Ibi cessat electio, & succedit molimen obtrudendi alterum clam, dum alter non est eligendus. Quocirca, cum talis praesentatur, emittere decet ad praesentantes, vt prius praestent, eligi posse. v. *cap. cum autem de iure patronatus in* 6*to.*

PAROEMIA XLII.

Ad ius feudale.

Der gesammten Hand muß Folge geschehen.

Simultanea inuestitura de successoribus in successores repetenda & ranouanda.

VTitur COTHMANNVS 3. *Respons.* 20. *n.* 5. vbi ait, hanc ipsam Saxoniae simultaneae inuestiturae notam certissimam esse, & ex scriptoribus Saxonicis probat. Sane sine hac inuestitura agnati nec in feudo antiquo succedunt. Quod vtique iure communi secus est. v. STRVVIVM *c.* 9. *Syntagm. feudal. aphor.* 17. MEVIVM *part.* 4. *Dec.* 404. KLOCKIVM 2. *de aerar. c.* 38. Hoc in Principatibus quoque Saxonicis, cum ab Imperatore inuestitura suscipitur, obseruari, experientia testatur. v. PVFENDORF. *l.* 9. *Rer. Brandenburg.* §. 31. vbi Saxonicam Electoralem inuestituram describit.

Digitized by Google

PAROEMIA XLIII.

Lehen tragen Schulden.

Feuda aeri alieno sunt obnoxia.

EST haec paroemia Pomeranorum: nam in Pomerania & vicinis regionibus feuda pro debitis vasalli, etiam vbi agnati succedunt, in subsidium obligantur, etsi dominus feudi in debitum non consensisset, aut debitum sit chirographarium, vt luculenter sancitum **in der Pommerischen Lehen-Constit.** *tit.* 22. v. MEVIVS *part.* 2. *Decis.* 115. *part.* 4. *Dec.* 21. STRYCKIVS *de Feud. Pomeran. c.* 3. *in vol.* 3. *Diss.* Quanquam de caetero ob debita ita fiat executio, vt domini & vasalli iura maneant salua. v. idem MEVIVS *part.* 3. *Decis.* 138. & *part.* 5. *Decis.* 397. *n.* 19.

Ad Iurisprud. Vniuersal.

PAROEMIA XLIV.

Eine Nothlüge schadet nicht.

Mendacium propter necessitatem non nocet.

§. I.

IDem expressit Diphilus apud STOBAEVM *tit. de mendacio*:

Τ' παλαμβάνω τὸ ψεῦδος, ἐπὶ σωτηρίᾳ
Λεγόμενον, ὦδὲν περιτιονεῖθαι δυχερές.
Quod pro salute dicitur mendacium,
Me iudice, habere nil potest incommodi.

In quam sententiam plura sapientum dicta congessit PVFENDORF. *l.* 4. *de I. N. & G. c.* 1. §. 16. Equidem non modo naturae sermonis conueniens est, vt, cum sit animi imago, vere eum repraesentes: sed etiam commodum societatis poscit, ita clausum pectus oratione aperire, vt tuto credere possimus, nec timeamus falli. Quo pertinet illud prouerbium apud WEHNER. *obseruat.* voce **Ander**: **Anders reden, und anders meynen, ist schädlich und schändlich.** *Loqui aliud, & sentire aliud, non noxium modo, sed & turpe est.* Enimuero, si inter se pugnent necessitas incolumitatis & obligatio, quae ex sermone oritur, illam huic praeponderare, facile intelligitur.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

An vero paroemia haec cum Euangelio congruat, dubitari potest. Nam H. GROTIVS *ad Iosuam II.* 4. vbi Rachaba inficiabatur, viros, quos Rex Hierochuntinus dari sibi volebat, in domo sua esse, annotat: *Ante Euangelium mendacium, viris bonis salutare, culpae non ducebatur. Laudatur hoc factum, vt illi tempori congruens, ad Ebraeos XI,* 31. *Iacob. II,* 25. Idem de facto DAVIDIS, quod *I. Samuel. XXI.,* 2. narratur, obseruauit: *condonandum aliquid illis temporibus, latente multum vita aeterna.* Ast, vti alias Euangelium ius conseruandi se, quod natura hominibus tantopere commendauit, non tollit; ita nec idem in praesente casu sustuliſse existimandum est. Et annon PAVLVS *in Actis Apostolor. XXIII,* 6. obtendebat, accusari se ob doctrinam de resurrectione mortuorum, cum aliam accusationis fuisse causam, constet ex *c. XXI,* 28

§. III.

Caeterum, vbi de salute reip. agitur, summi quoque rerumpubl. rectores licere sibi putant, falsiloquio vti. Ita frequens est populis, praesertim in bello, falsos rumores spargere; & in foederibus, ad splendorem potentiae comparatis, multa specioſe vulgantur, & ad metum famamque, quibus bella constant, adornantur. Hinc secretorum, quos vocant, articulorum vsus. H. GROTIVS *l.* 5. *histor. Belgic.* ad A. MDXCVI. postquam foederis leges inter HENRICVM Galliaeque Reginam recitasset, subiicit: *Haec palam| specioſa: nam secretioribus pactis imminutus est numerus militum, quos in hunc annum Regina mitteret.* Talium pactorum plenae sunt historiae.

FINIS.

PA-

Digitized by Google

PAROEMIARVM
IVRIS GERMANICARVM
CONSPECTVS.

Prolegomena p. 252

LIBER PRIMVS.

Paroemia I. p. 255
Juriſten böſe Chriſten.
Iuriſtae ſunt reprobi Chriſtiani.

Paroemia II. 258
Ländlich, ſittlich, ſive **Landes-Weiſe iſt Landes Ehr.**
Inſtituta cuique populo propria.

Paroemia III. p. 259
Hundert Jahr unrecht, iſt nicht eine Stunde recht.
Conſuetudinem recta ratione deſtitutam nulla cuiuſcunque temporis firmat praeſcriptio.

Paroemia IV. p. 259
Ein Weib trägt kein Baſtardt, ſive **kein Mutter trägt ein Baſtardt.**
Mater non generat ſpurium.

Paroemia V. p. 262
Nahrung iſt kein Erbe.
Sub bonis haereditariis non continentur, quae ad victum pertinent.

Paroemia VI. p. 262
Die Ladung bringt das Geleit mit ſich.
Citationis comes eſt ſecuritas.

Paroemia VII. p. 263
Keine Antwort iſt auch eine Antwort.
Silentium aliquando eſt pro denegatione, aliquando conſenſum continet.

Paroemia VIII. p. 265
Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann.
Fides data ſeruanda.

Paroemia IX. p. 270
Willkühr bricht Land-Recht, Gebing bricht Land-Recht.
Pacta derogant Legibus.

Paroemia X. p. 271
Ehren-Wort binden nicht.
Verba honoris non obligant.

Paroemia XI. p. 272
Es iſt beſſer ein magerer Vergleich, als ein feiſtes Urtheil.
Praeſtat macilenta transactio, quam pinguis victoria.

Paroemia XII. p. 273
Der wiſſentlich eine Hure oder Geſchändete nimmt, iſt entweder ein Schelm, oder will einer werden.
Qui ſcienter meretricem in matrimonium ducit, vel eſt vel erit nequam ſiue ſceleſtus.

Paroemia XIII. p. 275
Der Müller iſt fromm, der Haar auf der Zung hat.
Molitor probus eſt ἐν τῶν ἀδυνάτων.

Paroemia XIV. p. 276
Die Aemter und Zünffte in den Städten müſſen ſo rein ſeyn, als wann ſie von Tauben geleſen wären: Item: **Was unchriſtlich, können die Aemter nicht leiden.**

Soda-

Sodalitates ciuium in vrbibus reſpuunt quamcunque immunditiem.

Paroemia XV. p. 277
Laß dich in kein Compromiß, du verlierſt die Sach, das iſt gewiß.
Via minus tuta compromiſſum.

Paroemia XVI. 278
Wo kein Kläger iſt, da iſt kein Richter.
Ubi actor non eſt, nemo eſt, qui iudicet.

Paroemia XVII. 279
Wo einer ſein Gut findet, da ſpricht ers an.
Rei vindicatio rem ubique ſequitur.

Paroemia XIIX. 281
Hand muß Hand wahren.
Qui fidei alterius res ſuas committit, easdem ab ipſis, non à tertio poſſidente repetit.

Paroemia XIX. 282
Die Henne trägt den Hand-Lohn auf dem Schwantz.
Ex Gallinæ debito colligitur laudemii præſtatio.

Paroemia XX. 282
Was die Ege beſtrichen, und die Hacke bedecket hat, das folget dem Erben.
Poſt ſementem uſufructuarius fructus nondum perceptos ad hæredem transmittit.

Paroemia XXI. 283
Einem vollen Mann ſoll ein geladener Wage weichen.
Cedendum ebrio.

Paroemia XXII. 283
Ein Nachbar iſt dem andern einen Brand ſchuldig.
Damnum incendio illatum vicinus non reſarcit.

Paroemia XXIII. 285
Dem der Hagen, dem iſt auch der Graben.
Cujus eſt ſepimentum, ejus foſſa eſt, quæ illi adjacet.

Paroemia XXIV. 285
Der ältere theilt, der jüngere wehlt.
Major natu dividit, minor eligit.

Paroemia XXV. p. 286
Gemein iſt ſelten ein.
Rara in communione viventibus eſt concordia.

Paroemia XXVI. 287
Es ſpielen ſich eher zehen arm, als einer reich.
Ludendo citius decem facti pauperes, quam unus dives.

Paroemia XXVII. 288
Brieffe ſeynd beſſer dann Zeugen.
Inſtrumenta teſtibus præſtant.

Paroemia XXIIX. 288
Chi accetta, pagha.
Qui acceptat cambium, ſine exceptione ſolvit.

Paroemia XXIX. 289
Wann die Liebe alſo zunähme, wie ſie abnimmt, fräſſen ſich die Ehe-Leute vor Liebe.
Amor initio matrimonii ferventiſſimus poſtea minuitur.

Paroemia XXX. 289
Wer recht ſchweret, betet recht.
Jusjurandum verum jurare perinde eſt, ac preces ad Deum fundere.

Paroemia XXXI. 290
Gedrungen Eyd iſt GOtt leid.
Jusjurandum vi metuve extortum Deo diſplicet.

Paroemia XXXII. 291
Die Hand, welche den Eyd aufnimmt, kan ihn auch wieder erlaſſen.
Ille, in cujus gratiam juratur, jusjurandum remittere poteſt.

Paroemia XXXIII. 292
Wann es dem Wolff zur Heyde und dem Dieb zum Eyde kommt, haben Sie gewonnen Spiel.
Fur ut crimine liberetur, jusjurandum parvi pendet.

Paroemia XXXIV. 293
Nach dem todten Munde muß der Kläger ſeine Klage wider den Erben beweiſen.

Mortuo illo, cui delatum fuit iusiurandum, actori onus probandi adversus illius haeredem incumbit.

Paroemia XXXV. p. 294
Man muß mit andern Sachen behutsamer umgehen, als mit seinen eigenen.
Res alienae majori sollicitudine tractandae, quam propriae.

Paroemia XXXVI. 295
Von Bodmerey-Geld ist man nicht schuldig Haverey-Geld zu bezahlen.
De pecunia trajectitia non solvitur avaria.

Paroemia XXXVII. 296
Die, so in einem Schiff zur See, seynd gleich reich.
Mari iter facientes æque sunt divites.

Paroemia XXXIIX. 296
Abschlag ist gute Bezahlung.
Compensatio vim habet solutionis.

Paroemia XXXIX. 297
Geld vor, Recht nach.
Liquidum prius solvendum.

Paroemia XL. 298
Wo einer Recht fordert, da soll Er Recht pflegen.
Causa con- & reconventionis coram eodem agitanda iudice.

Paroemia XLI. 298
Bauwerck ist Manufactur und keine Kauffmannschafft.
Coctio cerevisiæ opificium est, non mercatura.

Paroemia XLII. 299
Wer auf Gnade dienet, soll mit Barmhertzigkeit belohnet werden.
Qvi propitiæ alterius voluntati imputat servitia sua, actionem eo nomine non habet.

Paroemia XLIII. 300
Wagen gewinnt, Wagen verliert.
Tentare fortunam vel lucrum vel damnum adfert.

Paroemia XLIV. 315
Kauff und Backenstreich seynd ungleich.
Vt alapae, ita emtiones sunt inaequales.

Paroemia XLV. p. 316
Einen Tax kan ein jeder machen, aber Leute zu wege zu bringen, die auf den gemachten Tax kauffen, ist nicht eines jeden Thun.
Æstimatio rei non pendet a privato cuiusque affectu.

Paroemia XLVI. 316
Kauff gehet vor Miethe, sive, Kauff bricht die Leyhe.
Locationem frangit emtio.

Paroemia XLVII. 320
Wer freyen will, muß erst ausdienen.
Matrimonium inire volens expleat prius præfinitum famulatui tempus.

Paroemia XLIIX. 310
Es hat kein Müller Wasser genug, wie kein Schäffer genug Weide.
Nunquam molitoribus aqvae, nunqvam pastoribus pascua sufficiunt.

Paroemia XLIX. 320
Die älteste Brieffe gehen vor.
Qvi prior tempore, potior est iure.

Paroemia L. 326
Wer erst kommt, der mahlt erst.
Qvi praevenit, ius prius molendi habet.

Paroemia LI. 327
Ein Verkauffer lobet seine Waare.
Venditoris est, indicare sive pretium rei suae statuere.

Paroemia LII. 327
Kauff erfordert Kauffmanns Gut und Glauben.
Emtio venditio sinceras merces requirit.

Paroemia LIII. 328
Wer die Augen nicht aufthut, der thue den Beutel auf.
Qvi non aperit oculos, aperiat crumenam.

Paroemia LIV. 329
Einem geschenckten Gaul soll man nicht ins Maul sehen.
Ob rerum donatarum vitium donator non tenetur.

Paroemia

Paroemia LV. pag. 329
Für Gewalt iſt man zu gewähren nicht ſchuldig.
Contra vim maiorem non praeſtatur euictio.
Paroemia LVI. 330
Die Tochter frißt die Mutter. ſive, Wucher hat ſchnelle Füſſe, er laufft, ehe man ſich umſiehet.
Vſurae ſunt voraces.
Paroemia LVII. 331
Schuld bezahlen macht Haupt-Geld.
Æris alieni ſolutione ſors conſtituitur.
Paroemia LVIII. 332
Garten-Werck, Wartenwerck, ſive, Garten muß man warten.
Horti culturam deſiderant.
Paroemia LIX. 333
Kinder und Narren ſagen die Wahrheit.
Impuberes non repellendi prorſus a teſtimonio.
Paroemia LX. 333
Ein Zeug, kein Zeug. ſive, eines Manns Rede, eine halbe Rede.
Teſtimonium vnius plenam fidem non facit.
Paroemia LXI. 335
Borchart iſt Lehnharts Knecht,
Debitor creditoris ſeruus eſt.
Paroemia LXII. 336
Die in eines Brodt ſeyn, müſſen auch in ſeinem Beſten ſeyn.
Qui de pane alicuius viuunt, pro commodis eius laborare debent.
Paroemia LXIII. 336
Pfaffen ſollen nicht aus der Beicht ſchwätzen.
Sacerdos ſibi patefacta reticeat.
Paroemia LXIV. 337
Armuth iſt keine Schande noch Unehr.
Paupertas exiſtimationem alicuius bonam non minuit.
Paroemia LXV. 339
Iſt der Finger beringet, ſo iſt die Jungfrau gedinget.
Annulus ſponſaliorum index.
Paroemia LXVI. p. 340
Alle Freyer reich und alle Gefangene arm.
Proci omnes diuites, vinculis nexi miſeri.
Paroemia LXVII. 340
Ein alter Mann und eine junge Frau, gewiſſe Kinder.
Senex decrepitus, ducens iuuenculam, ſpem prolis certam habet.
Paroemia LXVIII. 342
Längſt Leib, längſt Gut.
Superſtes coniux diutius bonis fruatur.
Paroemia LXIX. 343
Leib an Leib, Gut an Gut.
Coniuges vt corpora, ita bona communicant.
Paroemia LXX. 343
Qui epouſe femme, epouſe ſes dettes.
Quae marito nubit, eius aeri alieno ſe illigat.
Paroemia LXXI. 343
Ein Stief-Vatter, eine Stief-Mutter. ſive, Wann die Henne zum Hahn kommt, vergißt ſie ihrer Jungen.
Vitricus ex matre nouercam efficit.
Paroemia LXXII. 345
Eingebracht Gut ergreifft auch ererbt Gut.
Sub bonis paraphernalibus etiam haereditate delata comprehenduntur.
Paroemia LXXIII. 345
Theuer in Sack, theuer wieder heraus.
Æſtimatio rerum, in ſocietatem coniugalem illatarum, creſcens vel decreſcens lucro vel damno eſt coniugi.
Paroemia LXXIV. 346
Kinder zeugen bricht Eheſtifftung.
Natiuitas liberorum rumpit pacta dotalia.
Paroemia LXXV. 346
Ein Vater kan eher zehen Kinder ernähren, als zehen Kinder einen Vater.
Liberi parciſſimi eſſe ſolent in alendis parentibus.

Digitized by Google

Paroemia LXXVI. p. 347
Es wird nie kein treuer Vormunder gefunden.
Nusquam tuta tutorum fides.
Paroemia LXXVII. 348
Viel Köche verſaltzen den Brey, ſive, Bey vielen Hirten wird übel gehütet.
A pluribus res male geritur.
Paroemia LXXVIII. 348
Wer einen Heller erbt, muß einen Thaler bezahlen.
Haeres in re minima ad aes alienum omne obligatur.
Paroemia LXXIX. 349
Der Todte erbt den Lebendigen.
Haeres ipſo iure in poſſeſſionem rerum defuncti ſuccedit.
Paroemia LXXX. 350
Der hat Chur, hat Angſt, ſive, die Wahl hat Quaal.
Optio eſt anxia.
Paroemia LXXXI. 351
Es iſt nichts liebers als Kindes-Kind.
Amor parentum in nepotes eſt tenerrimus.
Paroemia LXXXII. 351
Gleiche Brüder, gleiche Kappen.
Fratribus aequales portiones debentur.
Paroemia LXXXIII. 352
Je näher dem Sipp, je näher dem Erbe.
Propior gradu in ſucceſſione antefertur.
Paroemia LXXXIV. 354
Die halbe Geburt tritt ein Glied weiter.
Fratres vnilaterales gradu vno ſunt inferiores ambilateralibus.
Paroemia LXXXV. 354
Dein Fund, mein Halb.
Itineris ſocius inuentae rei partem ferat.
Paroemia LXXXVI. 356
Was für meinem Feind bekomme, das iſt mein.
Quicquid hoſti eripitur, capientis fit.
Paroemia LXXXVII. 357
Wer ſäet, der mähet.
Qui ſerit, metit.
Paroemia LXXXVIII. p. 357
Wer nicht kan fechten, ſich bey ſeiner poſſeſſion vel quaſi manuteniren, der gewinnet nichts in Rechten.
Poſſeſſionis negligens in lite ſuccumbit ſeu inferior eſt.
Paroemia LXXXIX. 358
Da nichts iſt, hat der Kayſer ſein Recht verlohren.
Propter inopiam debitoris inanis eſt actio.
Paroemia XC. 360
Gute Panquetirer, gute Banquerottirer.
Inſignes epulatores ſiue decoctores foro cedunt.
Paroemia XCI. 361
Der Kercker quälet, aber zahlet nicht.
Carcer affligit, non vice ſolutionis fungitur.
Paroemia XCII. 362
Herrn und Heiligen gehen über alles.
Fiſcus & Eccleſia creditoribus aliis anteferuntur.
Paroemia XCIII. 363
Was nicht eine beſtimmte, gemeſſene, gewiedmete Zeit hat, wird allweg auf ewig verſtanden.
Tempus indeterminatum pro perpetuo habetur.
Paroemia XCIV. 364
Bürgen ſoll man würgen.
Sponde, noxa praeſto eſt.
Paroemia XCV. 364
Geborgt, iſt nicht geſchenckt.
Dilata debiti ſolutione, debitum ipſum remiſſum non cenſetur.
Paroemia XCVI. 365
Anweiſung iſt keine Zahlung.
Delegatio vel ceſſio non eſt ſolutio.
Paroemia XCVII. 367
Tauſch iſt kein Raub.
Permutatio rerum coacta non cenſetur eſſe rapina.

Paroe-

Digitized by Google

Paroemia XCIIX. p. 368
Währmann oder Gewährsmann haben hilfft nicht.
Auctorem, quem quis protulit, iniuriæ habere, non excusat.
Paroemia XCIX. 369
Gut Gruß, gut Antwort.
Bene salutans bene resalutatur.
Paroemia C. 371
Auf eine Lüge gehöret eine Maultasch. sive, Auf eine Lüge gehöret ein Dolch.
Obiectum mendacii probrum licet manu vel gladio confutare.
Paroemia CI. 372
Der Person Freund, der Sachen feind.
Lite salva, amicitia geri potest.
Paroemia CII. 373
Der Hehler ist so gut, als der Stehler. sive, Hehler und Stehler gehören an einen Galgen.
Talis occultator, qualis est fur.
Paroemia CIII. 375
Es mag einer seinen Schaden verschweigen, wann er will.
Damnum sibi datum quis reticere potest.
Paroemia CIV. 376
Bekannt ist halb gebüßt.
Spontanea confessio ad mitigationem poenae proficit.
Paroemia CV. 377
Man hänget keinen, man habe ihn dann.
Suspendio enecatur nemo, nisi qui præsens fuerit.
Paroemia CVI. 378
Wann man mit leugnen könte davon kommen, würde Niemand gehangen.
Inficiatio sola à suspendio non liberat.
Paroemia CVII. 379
Der Argwohn ist ein Schalck, und zwar so arg, daß er vielmehr die Unschuldigen in grosse Gefahr und Schaden bringet.
Suspicio est nequam, & non raro innocentibus ipsis periculosa.
Paroemia CIIX. p. 380
Flüchtig Mann, schuldig Mann.
Fuga arguit reum.
Paroemia CIX. 381
Von hören sagen leugt man viel.
Auditiones & rumores multum trahunt ex mendacio.
Paroemia CX. 381
Gemein Gerücht ist selten erlogen.
Fama raro mentitur.
Paroemia CXI. 382
Gleich sucht sich, gleich findt sich. Wie der Wirth ist, also schicket Gott die Gäste.
Mores hominis cognoscuntur ex societate.
Paroemia CXII. 383
Die Krähe läst das Hüpffen nicht.
Æthiops non mutat colorem.
Paroemia CXIII. 383
Hexen weinen nicht.
Sagae lacrymas haud emittunt.
Paroemia CXIV. 384
Narrenspiel will Raum haben.
Petulantia modum desiderat.
Paroemia CXV. 384
Was einer trunckener Weise sündiget, muß er nüchtern büssen.
Peccans in ebrietate sobrius factus poenas luit.
Paroemia CXVI. 384
Die Gedancken seynd Zoll-frey.
Cogitationes sunt liberæ.
Paroemia CXVII. 386
Einmahl, keinmahl.
Semel perinde est, ac nunquam.
Paroemia CXIIX. 386
Suppliciren und Appelliren kan man niemand verwehren.
Appellationes & Supplicationes sunt ex genere licitorum.
Paroemia CXIX. 388
Mißrechnen ist kein Bezahlen.
Error calculi solutionem non operatur.
Paroemia CXX. 388
Er kan viele Handwercke, abrbetteln

ist das beste. Vierzehen Handwercke fünffzehen Unglück.
Wer viel Handwercke zugleich lernet, lernet selten was wohl und recht.
Plura exercens opificia raro operae pretium facit.

LIBER SECUNDUS.

Paroemia I. pag. 389
Wann der Kayser stirbt, setzt sich der König in den Sattel.
Imperatore mortuo, Rex ipso jure in imperatoriam succedit dignationem.

Paroemia II. 394
Ein jeder Herr ist Pabst in seinem Lande.
QuisqvePrinceps estPapa in territorio suo.

Paroemia III. 395
Ein jeder Herr ist Kayser in seinem Lande.
Quisqve regionis Dominus in territorio suo est Imperator.

Paroemia IV. 395
Ein Herr kein Herr; zwey Herren ein Herr.
Condomini in regione aliqua imperium pro indiviso tenent.

Paroemia V. 396
Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit giebt keine Obrigkeit.
Jus protectionis suprematum non confert.

Paroemia VI. 398
Ein ehelich gebohren Kind behält seines Vaters Heerschild.
Proles legitima nobilitatem patris consequitur.

Paroemia VII. 398
Ein Ritters-Weib hat Ritters-Recht.
Uxor aurati equitis huius privilegiis gaudet.

Paroemia IIX. 399
Einmahl Burgemeister, immer Burgemeister.
Semel Consul, semper Consul.

Paroemia IX. p. 399
Herrendienste seynd keine Ehegelübde.
Ministeria Dominis addicta mutari possunt.

Paroemia X. 400
Bürger und Bauer scheidet nichts dann die Mauer.
Municipes sive Burgenses moenibus sive muris à ruricolis distinguuntur.

Paroemia XI. 401
Keine Henne fleugt über die Mauren.
Homines proprii in urbibus non degunt.

Paroemia XII. 401
Die Lufft macht Leibeigen.
Homines liberi, fixi in quibusdam locis domicilio, protinus fiunt proprii.

Paroemia XIII. 401
Kayserliche Majestät bringt das Geleit mit sich.
Cæsar, iter per Germaniam faciens, conductum a regionum Dominis non requirit, sed eundem sibimet ipsi præstat.

Paroemia XIV. 402
Der soll Geleit haben, der sich auch geleitlich verhält.
Salvum conductum habens secundum huius leges se gerat.

Paroemia XV. 402
Worte brechen keine Geleit.
Verbis salvus conductus non violatur.

Paroemia XVI. 403
Wohin der Dieb mit dem Strang, dahin gehöret auch der Hirsch mit dem Fang. Vel. So weit die Straff-Gerichte gehen, so weit gehet auch der Forst.
Quousque iurisdictio criminalis, eousque ius forestae & venatus se porrigit.

Paroemia XVII. 404
Wer darff jagen, darff hagen.
Ius venandi habens syluam circumsepire potest.

Paroemia XVIII. 405
Das Alter gehet vor.
Senior aetas antelationis iure gaudet.

Paroe-

Digitized by Google

Paroemia XIX. p. 405
Kirchen-Gut hat eiſerne Zähne, es friſt eins mit dem andern hin, und bringt den dritten Erben keinen Gewinn.
Periculoſam & fugax eſt ex rebus eccleſiaſticis lucrum, nec haeredes ditans.
Paroemia XX. 406
Krummſtab ſchleuſt niemand aus.
Reſpublicae eccleſiaſticae a feudorum ſucceſſione foeminas non excludunt.
Paroemia XXI. 407
Am Geding iſt keine Folge.
Concedentis expectatiuam ſucceſſor eam adimplere non tenetur.
Paroemia XXII. 407
Leibgut ſchwindet das Hauptgut.
Per dotalitium dos abſorbetur.
Paroemia XXIII. 408
Reiche Weiber arme Kinder.
Magnae doti dotalitium reſpondere debet. Hinc propter vxorem opulentam liberi fiunt pauperiores.
Paroemia XXIV. 408
Getreuer Herr getreuer Knecht.
ſive
Treu Herr, treu Knecht.
Fidelitas reciprocatur inter Dominum & Vaſallum.

LIBER TERTIUS.

Paroemia I. p. 410
Der Will iſt des Wercks Seel, ſiue, der Will giebt dem Werck den Nahmen.
Voluntas eſt moralis actionis anima.
Paroemia II. 416
Verſehen iſt auch verſpielt.
Etiam imprudentia damno eſt.
Paroemia III. 416
Das Hemd iſt einem näher, als der Röck.
Genu ſura propius.
Paroemia IV. 416
Noth leidet kein Gebot, ſiue, Noth hat kein Geſetz.
Neceſſitas frangit legem.
Paroemia V. 417
Gottes Allmacht iſt allezeit excipiret.
Vis maior ſemper excepta intelligitur.
Paroemia VI. 418
Wieder Willen kan man einem etwas nehmen, aber nicht geben.
Inuito non datur beneficium.
Paroemia VII. 418
Mit dem Halß bezahlet man alles.
Gula fracta ſoluit omnia.
Paroemia VIII. 419
Viel Köpfe, viel Sinne.
Quot capita, tot ſententiae.

PAROEMIARUM JURIS GERMANICARUM

IN EPIDIPNIDE COMPREHENSARUM.

CONSPECTUS.

Praefatio. p. 423
Paroemia I. 423
Sieben Jahr ein Kind.
Infans ad annum ſeptimum.
Paroemia II. 424
Er ſchlägt auf den Sack, und meynt den Eſel.
Saccum percutit, aſinum innuit.
Paroemia III. 425
Schäfer und Schinder ſeynd Geſchwiſter Kinder.
Opiliones & carnifices ſunt conſanguinei, ſiue in eodem, vt in ſcholis loquimur, praedicamento.
Paroemia IV. 425

Von

Von Drohen ſtirbt man nicht.
Minae non ſunt mortiferae.

Paroemia V. p. 427
Man muß nicht ein Altar entblöſſen, daß das andere bedecket wird.
Non eſt altare vnum detegendum, vt alterum tegatur.

Paroemia VI. 428
Ein junger Medicus ein neuer Kirchhof.
Medicus nouitius, nouum coemiterium.

Paroemia VII. 428
Er muß es hinnehmen, als wann ihn ein Hund gebiſſen.
Habeat ſibi, acſi canis ipſum momordiſſet.

Paroemia VIII. 429
Wer von Sieben ſagt, der leugt gern.
Qui de ſeptem loquitur, ferme mentitur.

Paroemia IX. 430
Es iſt beſſer ein halb Ey, als eine ledige Schale.
Satius eſt, dimidium oui tenere, quam teſtam eius vacuam.

Paroemia X. 430
Kein Pfaff giebt ein Opffer wieder.
Sacrificuli oblationes non reſtituunt.

Paroemia XI. 431
Pfand giebt offt Land.
Pignus ſaepe dominium rei obligatae creditori conciliat.

Paroemia XII. 431
Sequeſter machen leere Meſter.
Sequeſtres res ſuas agunt.

Paroemia XIII. 432
Eigen Heerd iſt Geldes werth.
Proprii lares auro contra cari.

Paroemia XIV. 433
Ein Hauß ein Brand.
Aedes incendiis obnoxiae.

Paroemia XV. 433
Gevatterſchafften hindern zwar am ehelichen Leben, fordern aber nicht zum Erben.
Compaternitates impediunt matrimonium, ſed non parant aditum ad haereditatem.

Paroemia XVI. p. 434
So viel Pfund, ſo viel Mund.
Tot portiones, quot capita.

Paroemia XVII. 435
Wer den Kopf hat, ſchiert den Bart.
Qui caput tenet, barbam abradit.

Paroemia XIIX. 436
Gerade macht viel Ungerade.
Gerada multum faceſſit negotii.

Paroemia XIX. 436
Von Brückengeld iſt niemand frey.
A portorio ſive pontivegio immunis nemo eſt.

Paroemia XX. 436
Verdienter Lohn ſchreyet für GOtt im Himmel.
Merces pro opera praeſtita clamitat ad Deum in cœlis.

Paroemia XXI. 437
Böſe Schuldner kriechen den Weibern unter den Peltz, und verſtecken ſich vor ihren Creditoren.
Mali debitores ſeſe occulunt metu creditorum ſub pellibus ſuarum uxorum.

Paroemia XXII. 438
Beylbrieff gehet für den Bodmerey-Brieff.
Inſtrumentum pecuniae in navem ædificandam inſtruendamve creditae antefertur bodmeriae ſive inſtrumento fœnoris nautici.

Paroemia XXIII. 438
Iſt die Henne mein, ſo gehören mir auch die Eyer.
Ova gallinae meae mea ſunt.
Partus animalis mei meus eſt.

Paroemia XXIV. 439
Ein Jahr böſe, hundert Jahr böſe.
Vitium anni unius diffundit ſe in annos centum.

Paroemia XXV. 440
Gemeine Verzeihung ohne vorbenannte genugſame Urſach einer ſondern, hat keine Krafft.

Gene-

Digitized by Google

Generalis renunciatio ſine ſpeciali renunciatione exceptionis ſingularis nihil operatur.

Paroemia XXVI. p. 441.
Für einen Bräutigam iſt gut Bürge ſeyn.
Pro ſponſo ſpondere facile eſt, ſiue, fideiuſſio pro ſponſo periculo vacat.

Paroemia XXVII. 443.
Gelegenheit macht Diebe.
Occaſio facit fures.

Paroemia XXVIII. 445.
Wenn man unter die Hunde wirfft, welchen es trifft, der ſchreyet.
Vlulat canis, inter plures vnus, lapide percuſſus.

Paroemia XXIX. 446.
Es gilt mir gleich, ob mich eine Hure lobt, oder ein Schelm ſchilt.
Perinde mihi eſt, ſiue meretrix me collaudet, ſiue, nequam me calumnietur, aut iniuria afficiat.

Paroemia XXX. 447.
Eine Frage ſtehet frey.
Interrogare liberum eſt.

Paroemia XXXI. 448.
Es iſt beſſer ſtehlen, als zeugen.
Praeſtat furari, quam furti arguere.

Paroemia XXXII. 449.
Kein Atzel heckt eine Taube, es werden dann die Jungen verwechſelt.
Pica non progenerat columbam, niſi pulli permutentur.

Paroemia XXXIII. 450.
Er ſiehet aus wie ein Schelm.
Vultus nebulonem indicat.

Paroemia XXXIV. 452.
Das Geſicht verräth ihn.
Vultus eum prodit.

Paroemia XXXV. p. 453.
Roth Bart, Schelmen Art.
Barba rufa, praua indoles.

Paroemia XXXVI. 45[illegible]
Ich bin nicht die erſte Hure.
Prima non ſum meretrix.

Paroemia XXXVII. 455.
Gnade gehet vor Recht.
Gratia anteuertit. ius.

Paroemia XXXVIII. 456.
In Policey-Sachen gilt keine Appellation.

Paroemia XXXIX. 457.
Der Schöff weiſet zurecht.
Scabinus, quid iuſtum ſit, enunciat.

Paroemia XL. 460.
Wer Landes-Herr oder Landes-Fürſt iſt, und Landes-Herrlichkeit oder Landes-Fürſtliche Obrigkeit hat, dem gebühret auch die Erb- und Landes-Huldigung.
Qui Dominus regionis eſt, huic debetur homagium.

Paroemia XLI. 461.
Wann man die Gans zu dem Ganden ſetzet, ſo bleibet der Gand der Mann, der es ſeyn ſoll.
Si quis anſeri iungat anſerem marem, anſer manet mas, qui intenditur.

Paroemia XLII. 461.
Der geſamten Hand muß Folge geſchehen.
Simultanea inueſtitura de ſucceſſoribus in ſucceſſores repetenda & renouanda.

Paroemia XLIII. 462.
Lehen tragen Schulden.
Feuda aeri alieno ſunt obnoxia.

Paroemia XLIV. 462.
Eine Noth-Lüge ſchadet nicht.
Mendacium propter neceſſitatem non nocet.

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET MATERIARVM
VOLVMINIS SECVNDI.

A.

ABbas, Abbatissa, eis Monachi & moniales suberant. I. 247. quis eos in Monasteriis insequatur. I. 148.
Abbatiae hominibus laicis concessae. II. 21. foeminis in beneficium traditae. II. ibid. hinc nomina specialia orta. II. ibid.
Abfindung & Deputat de proprio & improprio apanagio vsurpatur. II. 61. licet Limnaeus distinguat inter **abgetheilte und abgefundene Herren.** II. ibid.
Abgetheilte Kinder. III. 302.
Absentes qua ratione puniantur. III. 377.
Accessoria venditionis & emtionis. III. 327.
Actio moralis, eius qualitas & indoles. III. 410. seq.
—commodanti contra commodatarium, non contra tertium competit, si ab illo ad hunc res peruenit. III. 281. idem in deponente iuris est. III. ibid.
Actor vbi deest, deest quoque iudex. III. 278. quod in criminalibus non procedit. III. ibid.
Actus seruitus. III. 90.
Adalgiselus, Maior domus sub Sigeberto Francorum Rege. I. 302.
Adgandestrius, Cattorum Princeps. I. 40.
Administrator si rationes reddere voluit & moritur, eius haeres ad iustificationem dubiorum *non* tenetur. III. 49.
Adoptio per arma apud veteres Germanos. I. 32.
Adrana, Hassiae fluuius, hodie Eder. I. 51.
Aduaca, hodie Tongern. I. 10.
Aduatici s. Atuatici, Germaniae populi. I. 44. eorum origo, sedes & fines. I. ibid.
Adulteria apud veteres Germanos rara. I. 17. & 18. eorum poena, quae non remissa. I. 17. in adulterio deprehensam qui iterum duxit, apud Romanos lenocinii reus. III. 137. quod exemplis probatur. III. ibid. iure nouissimo id mutatum. III. ibid. si mulierem poeniteat, maritus eam recipere debet. III. 138. sed potest iuramentum ab ea exigere. III. ibid. quo iure hodie ob sexus infirmitatem & communes liberos vtimur. III. ib.

quod

Digitized by Google

quod nonnulli ad transactionis impunitatem extendunt. III. ibid. cui tamen contradicitur. III. ibid. cur adulteria apud Lacedaemonios non audita. III. 136.

Adulterinus foetus non est, cuius innupta mater cum marito rem habuit. III. 261.

Aduocati s. Patroni causarum, causidici aliquando dicti. II. 9. duella in causis monasterii aggressi. II. ibid. illis de salario extra ordinem ius dicitur. III. 299.

— s. Protectores Episcopis Francorum constituti. I. 247. quo fine. I. ibid. constituendi modus. I. ibid. vrbici, Reichs-Vögte, Reichs-Schultheissen, Reichs-Cämmerer, quinam dicti. II. 14. quibus negotiis praepositi. ibid. non erant nudi Protectores, sed nomine Imperatoris iura exercebant. II. 181.

Aduocatia an nudam coenobii defensionem, aut ab arbitrio Praelati suspensam functionem denotet. II. 166. quae ratio aduocatorum in Francorum regno fuerit. II. 167. quae eorum functio. II. 168. apud Francos eos soli Reges constituerunt, postea Episcopi eligendi illos ius impetrarunt. II. ibid. sed mox Episcopi eos sustulerunt. II. ibid. in plerisque monasteriis aduocati manserunt. II. 169. aduocatiae quaedam ad Imperatores pertinuerunt. II. ibid. quaedam ad regionum dominos. II. ibid. quod exemplis probatur. II. ibid. seq. qui rursus aliis aduocatias concesserunt. II. 175. hinc vicarii & subaduocati. II. ibid. multi in praediis monasterio donatis aduocatiam sibi reseruarunt. II. 176. hinc tot aduocati, quot maiora Ecclesiarum praedia. II. ibid. aduocati vel adscitiii vel voluntarii. II. ibid. seq. vbi controuersia diluitur. II. 178. (1) argumentum a vocabulis aduocatiae siue aduocatorum petitur. II. 179. quod per varia exempla probatur. II. ibid. & seq. (2) a functione aduocatorum. II. 183. (3) ex auctoritatibus. II. 185. seq. Mageri argumenta refelluntur. II. 187. quid renunciatione iuris aduocatiae abdicatum censeatur. II. ibid. Mulzii opinio diluitur. II. ibid. & seq. an, si aduocatus omni iuri praeter aduocatiam renunciauit, regionis domino nihil iuris amplius in monasteria competat. II. 189. seq. aduocatiae ius cum iure protectionis non confundendum. III. 397.

Aedelingi s. Edelingi, Saxonum gens. I. 78.

Aedificare aliquando propter aemulationem vetitum est, licet in suo. III. 91. an Principi aut ciuitati hoc sit permissum. III. ibid. quid sit ad aemulationem alterius aedificare. III. 92. Menochii argumenta refutantur. III. ibid.

Aedificia, eorum structura apud veteres Germanos. I. 29. seq. similia in Bohemico & Thuringico saltu. I. 30.

Aedilitium edictum in quibus locum habeat. III. 329.

Aega maior domus sub Clodouaeo. *I.* 303. personae descriptio. *I.* ibid.

Aemulatio, eam allegans probare tenetur. *III.* 92. quomodo probatio fieri possit. *III.* ibid. ea non attenditur, si alterius aemulatio praecessit. *III.* ibid.

Aes alienum, ei maritus se nonnullibi obligat. *III.* 341.

Aestimatio quomodo fiat in assecuratione. *III.* 311. res aestimandae non ex affectu singulari, sed aestimatione communi. *III.* 316. aestimare pro affectu licet. *III.* ibid.

Affectus, quatenus ad actiones humanas concurrunt. *III.* 414.

Digitized by Google

Ager inferior ſuperiori ſemper ſeruit. *III.* 83. exemplum ex Coepolla. *III.* ibid. nec, ſi aqua defluat, aggeres opponi poſſunt. *III.* ibid. alias peculiari actione cohibetur. *III.* ibid. animus tamen nocendi in dubio non praeſumitur. *III.* ibid.

Aggeres in ſuo facere res merae facultatis eſt. *III.* 85. an quis pro munienda ripa contra flumen cum incommodo vicinorum in ſuo aggeres extruere poſſit. *III.* 87. quod Hackmannus affirmat. *III.* ibid. Hamburgenſis ciuitatis prouocatio. *III.* 88.

Agri, ſinguli Germanorum proprios non habuere. *I.* 31. cuius rationes adducuntur. *I.* ibid.

Agricultura, eius ſtudium Germanis non fuit. *I.* ibid. eius cura foeminis, ſenibus & infirmis commiſſa. *I.* 25. a Francis agricultura incepta. *I.* 200.

Alaia, Alemannorum ciuitas. *I.* 67. nunc aliter vocatur. ibid.

Alani a Lano fluuio dicti. *I.* 64.

Alapa, an poſſit mendacio reponi. *III.* 371.

Albiſi Alemannorum olim ciuitas. *I.* 67.

Alboinus, Longobardorum Rex. *I.* 2.

Alea in plerisque rebuspubl. prohibita. *III.* 287.

Alemanni, vnde dicti. *I.* 63. ſeq. eorum qualitates. *I.* 66. an vnam conſtituerint ciuitatem. *I.* 64. eorum leges. *I.* 170. eorum nomen quando auditum. *I.* 62. Sueui interdum ita nuncupati. *I.* 63. origo, ſedes & progreſſus. *I.* 63. ſeq. finis, quem intenderunt. *I.* 66. ciues & perſonae quales. *I.* ibid. auſpiciis dediti. *I.* ibid. fides quanta. *I.* ibid. ebrietas notatur. *I.* ibid. animoſitas eorum. *I.* ibid. equeſtris virtus. *I.* 67. quam ſtragem paſſi. *I.* ibid. eorum pagi. *I.* ibid. ciuitates quae. *I.* ibid. Reipublicae forma. *I.* ibid. Reges quomodo ſucceſſerint. *I.* ibid. & ſeq. Principes regiae ſtirpis dicti regales. *I.* ibid. eorum ſubiugatio per Francos. *I.* 68. ſtrages & Regis caedes ad Tolpiacum. *I.* ibid. ipſis Dux a Francis conſtitutus. *I.* ibid. ſub Francis proprias leges habuere. *I.* ibid.

Alemannus fluuius, hodie Almul. *I.* 63. & 64.

Alienatio rerum minorum ſine decreto, intuitu horum ipſo iure nulla. *III.*

Alienigenae a Germanis ad ciuitates non admiſſi. *I.* 16. quod tamen a Cis-Rhenanis factum. *I.* ibid.

Alimenta ad haereditaria bona non ſpectant. *III.* 262. ea liberi debent parentibus. *III.* 347.

Alode ſ. Allodia quid denotent. *I.* 212.

Altripe, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.

Ambrones, Germaniae magnae populi. *I.* 49. illorum ſedes. *I.* ibid. & interitus. *I.* ibid.

Amici, inter eos lis eſſe poteſt. *III.* 372.

Amneſtia in ſtatu naturali paci tacite ineſt. *III.* 40. in ſtatu aduentitio ſecus, & minus recte ad ciues ſingulos porrigitur. *III.* ibid. niſi inter ciues ipſos facta ſit. *III.* ibid.

Amor deſcendit, non aſcendit. *III.* 346. 351. in actionibus humanis interueniens. *III.* 415. coniugalis initio feruentiſſimus. *III.* 289.

Amſtelodamenſium aſſecurationes. *III.* 313.

Anatociſmus Iure Rom. prohibitus. III. 331. quod limitatur. III. ibid.

Angli, Germaniae magnae populi. I. 49. eorum aduentus in Britanniam. I. ibid. nominis eorum veſtigia vbi inueniantur. I. ibid.

Angriuarii, Germaniae magnae populi. I. 49. eorum ſedes. I. ibid. vnde dican-

Digitized by Google

dicantur. I. ibid. nominis vestigia in Ducatu Bergensi. I. ibid.
Annulus sponsaliorum index. III. 339.
Ansibarii vel Ampsiuarii, Germaniae magnae populi. I. 49. vnde dicti. I. ibid. ipsorum sedes. I. ibid.
Antelationis ius, eo senior aetas gaudet. III. 405.
Aon, Alemannorum ciuitas. I. 67.
Apanagium, vocis etymon. II. 59. seq. quid apud Gallos denotet. II. ibid. seq. assignatur pro dignitatis & natalium ratione. II. 60. distinctio Schilteri inter paragium & apanagium non admittitur. II. ibid. seq. posterius e Germania exploditur. II. 65. apanagii genuina definitio. II. ibid. quomodo per vsumfructum definiatur. II. ibid. quid de Springsfeldii doctrina statuendum. II. ibid. seq. diuisio a Schiltero in proprium & improprium reiecta asseritur. II. 66. quid proprium. II. ibid. exempla ex sacris & profanis historiis adducuntur. II. ibid. & seq. improprium quid. II. 67. a quibusdam vocatur conuentionale. II. ibid. Schilterus perperam dissentit. II. ibid. & seq. improprio accensetur, si secundo genito territorii partes cum Regalibus quibusdam attribuuntur. II. 68. non huc spectat: (1) Si quis partem inaequalem & cum ea superioritatem territorialem accipiat. II. 70. exempla adducuntur. II. ibid. (2) Si in regione indiuisa inter eius dominos regimen per vices geratur, II. ibid. quod exemplis illustratur. II. ibid. (3) Si territorium indiuisum manet & natu maior administrationem habet. II. ibid. & seq. exemplum Ducum Saxo-Vinariensium. II. 71. Hassiae. II. 79. seq. nonnulla ex Recessu adiecta. II. 80. seq. quod in nonnullis degenerat ob exercitium insignium iurium. II. 85.
Apertura testamentorum in iure varie accipitur. III. 153. quid hoc vocabulo veniat. III. ibid. an idem sit cum publicatione. III. ibid. Germ. Oeffnung der Testamenten. III. ibid. definitio & explicatio. III. 153. seq. diuisio. III. 154. causa efficiens remota est ius ciuile, licet iuri gentium adscribi possit. III. ibid. an moribus hodiernis recepta sit. III. ibid. causa efficiens proxima haeredes & omnes suo ac alieno nomine desiderantes. III. 155. fideicommissarius vniuersalis. III. ibid. non legatarius. III. ibid. quidam ea non opus habent. III. ibid. quid obtineat, si nulli eam petentes adsint, nec iudex haeredes nouerit. III. ibid. obiectum, testamenta authentica, non exempla, & quidem testamenta proprie & abusiue talia. III. ibid. imo quaecunque vltima voluntas scripta. III. ibid. an testamentum nuncupatiuum huc spectet. III. 156. exceptiones, vbi apertura non licita. III. ibid. quid, si de morte testatoris non constet. III. ibid. seq. aperturam petentibus incumbit probatio mortis. III. 157. huc non pertinent testamenta publica fide confecta. III. ibid. forma aperturae. III. ibid. quae in solenni & simplici differt. III. 158. quid, si quis ex testibus sigillum suum neget. III. 159. aut si vnus vel plures testes ante aperturam mortui. III. ibid. haeredes legatarii omnes an citandi. III. 159. quid si forma secundum leges & consuetudinem variet. III. 160. finis aperturae. III. ibid. effectus eius. III. ibid.
Appellationes sunt iuris naturalis. III. 387.
Aqua pluuia, de ea arcenda actio quando locum habeat. III. 83. si aqua non est pluuia, actio alio nomine gaudet. III. ibid. si ex praedio superiori in inferius natura fluat, seruitus naturaliter

Digitized by Google

liter constituta est. III. ibid. responsum Academiae Giessensis. III. 84. non autem, si opere manu facto aqua defluat. III. 86. seq. aquae ducendae seruitus. III. 89. quamdiu constituta intelligatur. III. ibid. aquae haustus seruitus. III. 90. cuilibet non hosti indulgetur. III. ibid. aqua & fontes in proprietatem venire possunt. III. ibid.

Arbitri in statu naturali tantum de proprietate iudicare possunt. III. 41. in statu aduentitio interdum de possessione prius cognoscunt. III. ibid. quandoque ab iis appellari potest. III. ibid.

Arbitria Patrumfamilias olim pro legibus valuerunt. III. 28.

Arlore felix Alemannorum olim ciuitas. I. 67. hodierna eius denominatio. I. ibid.

Arborichi, Franciae populi, qui. I. 168.

Archimandritae qui. I. 241.

Archiua Francorum quomodo appellata. I. 202. quid in iis reseruetur. I. ibid.

Arff apud Suecos haereditaria bona. III. 262.

Argentaria modo Stratisburgum dicitur. I. 67. Alemannorum olim ciuitas. I. ibid.

Argentifodinae in Germania. I. 29.

Ariouistus, Marcomannorum Rex, duas vxores habuit. I. 17.

Aristocraticum temperamentum vnde intelligatur. I. 34.

Arma Germanis militibus quae? I. 40.

Arminius, eius fama. I. 39. seq.

Arpus, Cattorum Princeps. I. 40.

Artista, i. e. iuris peritus. III. 256.

Ascenazes ex errore Princeps Germanicus dictus. I. 7.

Assecuratio. III. 302. definitur. III. 303. diuiditur. III. ibid. quo tempore & iure introducta. III. ibid. qui eam celebrare possint. III. 304. eius fines diuersi. III. 305. obiectum. III. ibid. quid sub nomine periculorum veniat. III. ibid. an nauis, quae iam periit, huc spectet. III. 306. an pecunia. III. ibid. an vita hominis. III. ibid. an nauis simul cum mercibus. III. ibid. an etiam nauis nouissima. III. 309. locus eius & tempus. III. 309. seq. forma. III. 310. seq. qualis conuentionis species. III. ibid. pretium. III. ibid. quomodo aestimatio fiat. III. 311. effectus. III. 312. actiones. III. ibid. Amstelodamensium assecurationes. III. 313. seq. affinia. III. 314.

Assignatio distinguitur a cessione. III. 365. seq.

Augmentum finium & extensio Germaniae. I. 12.

Augusta Alemannorum olim ciuitas quae. I. 67.

Aurea Bulla Caroli IV. I. 25.

Aurifera arena Rheni. I. 29.

Austrasia, vnde dicta. I. 144. *fines eius* saepe mutati. I. 145.

Autoris allegatio an ab iniuria liberet. III. 368.

Auxilia, quae Germani exteris miserunt, eorum modus. I. 39.

B.

Badegisilus, Maior domus sub Clotario I. Francorum Rege. I. 300.

Baioaria, eius situs. I. 69. & 70.

Baioarii variis nominibus insigniti. I. 69. an Baioarii quasi e Boiemo oriundi. I. 70. seq. eorum scriptores. I. 69. sedes disquiritur. I. 71. coniectura de eorum aduentu. I. ib. seq. Germaniae gens. I. ibid. Baioarii cum Saxonibus eiusdem linguae. I. ibid. legibus eorum plurima verba Germanica inserta. I. ibid. Francis tandem sub-

Digitized by Google

subiecti. I. 72. eorum Principes post subiugationem Agilofingi dicti. I. 153. eorum leges. I. 170.

Baiuli, iuuentutis Regiae rectores. I. 175. eorum promotio. I. ibid.

Barbari in imperio Rom. domos impleuere, Romanis militauere passimque Magistratus gessere. I. 149.

Baroniae in Gallia ad primogenitum spectant. I. 60.

Basilicae Ecclesiae minores a Francis dictae. I. 203. seq.

Bastardi vnde dicti. III. 260. in Gallia haereditatis incapaces. III. 262.

Batani Populi Germaniae Cis-Rhenani a Cattis orti. I. 45. hinc Battenberg, Battenhausen, Battenfeld in Hassia. I. ibid. eorum vrbes a Cattis denominatae. I. ibid.

Bazala, Alemannorum ciuitas. I. 67.

Bellum Anglis dicitur Warre. I. 9. Italis & Hispanis guerra. I. 9. Franco-Gallis guerre. I. ibid. in Hassia Gewerre. I. ibidem. bellorum auspicia Germani exploruere. I. 20. de bello & pace in conuiuiis consultauere. I. 23. bella in statu naturali licita sunt. III. 35. sed non statim ad ea recurrendum. III. ibid. potius ante bellum arbitris & colloquiis vtendum. III. ibid. in statu aduentitio belli ius singulis aduersus externos non competit. III. 36. quod exemplis illustratur. III. ibid. exceptiones ex Grotio. III. ibid. quid de illis censendum. III. ibid. in statu ciuitatis bella contra summum imperantem iniusta. III. 37. nisi imperans reipublicae periculum intentet. III. ibid. priuatorum bella iniusta. III. ibid. hinc nemo sibi ipsi ius dicere potest. III. 37. licet aliquando bonorum inuasor necari queat. III. 39. casus singularis deciditur. III. ibid. bello quomodo fiat acquisitio. III. 356. bello recuperatae res cui acquirantur. III. ibid.

Benedictinus Ordo, eius regulam S. Maurus in Galliam introduxit. I. 196. quomodo inualuerit. I. ibid. aliquando in primariis templis. I. ibid. eius in Germania antiquitas. II. 96. seq. quomodo in Galliam peruenerit. II. ib. in plurima Germaniae loca. II. ibid. augmentum huius ordinis in multa millia. II. 97. Trithemii ea de re narratio. II. ibid. Germania eum in primariis templis habuit. II. ibid. eius corruptio quando facta. II. 98.

Beneficium inuito non datur. III. 418.

Berroaldus, Maior domus sub Theodorico Franc. Rege. I. 501.

Bertharius, Maior domus sub Theodorico, Francorum Rege. I. 304.

Bethasi, f. *Betasi*, f. Vetasii populi Germaniae Cis-Rhenani. I. 45. ab his dictus vicus Beth. I. ibid.

Bodmerey. III. 295. 315.

Bodungo, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.

Bohemi a Carolo M. debellati cum aliis Slauis. I. 319. vbi errores Piasecii refelluntur. I. 320. postea iugum excutere coeperunt, sed ab Henrico Aucupe sub imperium redacti. I. 320. seq. & ab Ottone M. I. ibid. pacis conditiones. I. 321. quando & qua ratione Bohemi, Silesii, Lusati & Moraui ad Imperium redierint. I. 321. seq. ad officia Ecclesiastica & profana ab Imperatoribus promoti. I. 330.

Bohemia, eius loca quaedam olim Germaniae accensita. I. 317. quando Slaui & cur eam intrauerint. I. 318. ea finibus Germaniae continetur. I. 329. seq. mores Germaniae imitata. I. ibid. sub nexu feudali permansit. I. 334. inter circulos Imperii non relata. I. 339. vinculum illius cum Germania diminui coepit. I. ibid. an retro confirmatum, cum ad Austriacam domum deuolueretur. I. 340.

consul-

Digitized by Google

consultatio super hoc nexu instituta. I. 341.
Bonifacius Archi-Episcop. Moguntinus eius cura in Religione Christiana propaganda. I. 21. in Frisia a latronibus interfectus. I. 22.
Bonorum societas inter coniuges nonnullibi recepta. III. 343.
Borbetomagus, Ciuitas Vangionum, nunc Wormatia. I. 10. Alemannorum olim ciuitas. I. 67.
Bracantia, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.
Brara, Alemannorum ciuitas. I. 67.
Braxatores non sunt in numero mercatorum. III. 299.
Brececha, Alemannorum ciuitas. I. 67.
Brephotrophium. I. 198.
Bructeri, Germaniae magnae Populi. I. 50. variis nominibus insigniti. I. ibid. ipsorum sedes. I. ibid. exstirpatio. I. ibid. quis ipsis successerit. I. ibid.
Burgensis. III. 400.
Burgundiones, Germaniae magnae populi. I. 50. ipsorum sedes & eius mutatio. I. ibid. distinguendi a Burgundionibus Transistrianis. I. 91. Scriptores eorum. I. ibid. origo regni & progressus in Gallia. I. ibid. ipsorum vrbes. I. 92. religio. I. 93. mox ad veram, mox ad Arrianam religionem accesserunt. I. ibid. bellicosi. I. 94. vitae genus. I. ibid. eorum Proceres Barones dicti. I. ibid. Regum appellatio & potestas quanta. I. ibid. Regum series. I. 96. regnum successiuum fuit. I. ibid. Leges ipsis quaenam. I. 95. causae dubiae apud eos per duellum diiudicatae. I. ibid. vlterior procedendi modus in iudiciis. I. ibid. & seq. Regni euersio & eorum subiugatio a Francis. I. 97.
Burii, Germaniae magnae populi. I. 57. sermone cultuque Sueui. I. ibid.
Busterichi idolum Sondershusae in arce Principis adhuc hodie videtur. I. 21.

C.

Calculi error semper opponi potest. III. 388.
Camaldulensium Monachorum ordo Sec. XI. introductus. II. 98.
Cambium, qui illud acceptat, soluere tenetur. III. 288. Iure Rom. habet exceptionem non numeratae pecuniae. III. ibid.
Camera domini egens excusationem habet, ne quotannis annuam pensionem praestet. II. 46. in Germania non obtinet, quia fiscus semper censetur locuples. II. ibid.
Camerarii, eorum apud Francorum Reges munus. I. 180.
Campus Martius, eius appellatio. I. 230. Boecleri opinio reiicitur. I. ibid.
Cancellarii apud Francos qui. I. 179.
Caninefates, populi Germaniae Cis-Rhenani. I. 45.
Canonici, eorum collegia quando coeperint. I. 197. regula illis a Ludouico Pio praescripta. I. ibid. Canonicorum Regularium Augustini ordo. II. 98.
Capita quot, tot sensus. II. 419.
Capitolii incendium. I. 39.
Capitularium collectio. I. 255.
Captiuitas apud Romanos matrimonium soluebat, apud nos secus est. III. 139.
Captiuus per alienum territorium impetratis literis salui conductus perducendus. III. 71. de iure communi dissentientes allegantur. III. ibid.
Carcer affligit, non soluit. III. 361.
Cariolon, Alemannorum ciuitas. I. 67.
Carolus M. Rex Francorum diuisit imperium cum fratre suo. I. 306. eo mortuo solus regnat. I. ibid. Rex Italiae coronatur I. ibid. eius virtutes, forma, valetudo, vestitus. I. ibid. & seq. tres filii & regni inter eos diuisio.

Digitized by Google

sio. I. 309. Saxonibus praetextu religionis bellum infert. I. 167. scholas in monasteriis instituit. I. 197. seq. reliquias Martyrum secum tulit. I. 207. Maiores domus sustulit & Comitem Palatii reliquit. II. 8.

— Martellus partem Austrasiae possedit, mox integram occupauit. I. 305. mox alia regna sibi adiunxit. I. ibid. virtutes eius. I. ibid. Valesii opinio. I. ibid. diuisio regni in filios. I. ibid. mors eius. I. ibid.

Carthusianorum monachorum ordo. II. 98.

Carstena, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.

Cassangita, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.

Castella Germanis Cis-Rhenanis fuere, quorum multa commemorantur. I. 30.

Castra veterum Germanorum vxoribus & liberis repleta erant. I. 41. quod apud Romanos nonnisi cum concessione obtinebat. I. ibid.

Cathedralis Ecclesia multis in locis Münster nuncupatur. I. 197. quaenam sit. II. 86.

Catti s. Chatti, Germaniae magnae populi. I. 51. ipsorum sedes. I. ibid. ab iis Cattimelibocum & Cassellum appellatum. I. ibid. eorum laus in militia. I. 40. modus quis? I. ib. seq.

Catumerus s. Acrumerus, Cattorum Princeps. I. 40.

Causae, quid eas feliciter in foro peroraturus nosse debeat. III. 12. seq. criminalium causarum apud veteres Germanos diiudicatio. I. 36.

Cautelae, earum Synonymia. III. 4. quae disciplina a quibusdam vilipenditur. III. ibid. quod exemplis probatur. III. 4. seq. sed ad fraudes averruncandas necessaria. III. 5. finis est innoxius, ne in fraudes incidamus. III. ibid. licet saepe hunc finem non assequamur. III. 6.

Cautiones in pactis, foederibus, inducias locum habent. III. 6. cautionum, quae Mortifications- siue Tilgungs-Scheine vocantur, insignis vsus. III. 7. quod exemplis firmatur. III. ibid. maxime vtiles. III. ibid. iniustae hic quoque tractandae. III. ibid. definiuntur. III. ibid. exemplis illustrantur, quo spectant obstagia. III. ibid. adducitur charta Caroli IV. de Gelnhusa a pignoris nexu liberata. III. ibid. & seq. hoc cautionis genus Francofurti sublatum. III. 8. iniustae ad quatuor species reducuntur. III. 9. ratione commutationis adducitur exemplum in SCto Macedoniano. III. ibid. in Notario. III. ibid. ratione commutationis personarum & contractuum exempla narrantur. III. ibid. cautiones inutiles quae. III. 12. exempla. III. ibid. noxiae quae. III. ibid. obsoletae & exempla. III. ibid. aliquando nouae excogitandae. III. 13. forma artem hanc comparandi construendique. III. 13. vbi vocum & formularum vis scitu necessaria. III. ibid. formularum veterum collectio vbi. III. ibid. Clerici eas collegerunt. III. ibid. earum vsus ad Francos transiit. III. ibid. earum notitia vnde acquiratur. III. 14. cautiones insolitae fallacias arguunt. III. 14. seq. publicae a priuatis secernendae. III. 15. de cautionibus primum necessariis & vtilibus, post de abundantibus & superfluis, tandem de iniustis dispiciendum. III. ibid. causa efficiens cautionum artifices. III. ibid. adiutores Dd. & libri vel proprii. III. ibid. vel subsidiarii. III. 16. cautio pro reconuentione. III. 298.

Census vitalitius. III. 301.

Certamina Francorum in causis dubiis. I. 265. modus. I. ibid.

Digitized by Google

Cessio non est solutio. III. 365. ab ea distinguitur assignatio. III. 367.
— bonorum, an ea vti possit, a quo poena ex delictis per ciuiles actiones exigitur. III. 359.
Chamaui s. Chammapi, Germaniae magnae populi. I. 53. sedes & reliquiae nominis. I. ibid.
Charibertus s. Haribertus, Francorum Rex in Parisiorum regno. I. 284. vxor Ingoberga. I. ibid. filia eius cui nupta. I. ibid. hac occasione fides Christiana in Britanniam peruenit. I. ibid. pellices eius. I. ibid. mortuus sine prole mascula. I. 285.
Charta sigillata, quando eius vsus inualuerit. III. 13.
Chasuarii s. Chattuarii, Germaniae magnae populi. I. 53. ipsorum sedes & vestigia nominis relicta. I. ibid.
Chauci s. Cauci, Germaniae magnae populi. I. 53. eorum sedes vbi fuerit. I. ibid.
Childebertus I. Rex Franc. in regno Parisiorum. I. 280. eius munificentia in Ecclesias. I. ibid. eius laudes. I. ibid. & seq. & mors. I. ibid.
— — *II.* Rex Franc. in Austrasia. I. 286. per adoptionem Burgundiam accepit. I. ibid. vitae descriptio. I. ibid. mors eius. I. ibid. filii eius & regni post mortem diuisio. I. 287.
— — *III.* Rex Francorum. I. 289. vita eius descripta apud Valesium. I. ibid. filius eius vnicus. I. ibid. eius mors. I. ibid.
Childericus I. Francorum Rex. I. 277. vita eius & mors. I. ibid. opiniones erroneae reiiciuntur. I. ibid.
— *II.* Francorum Rex in Austrasia. I. 296. aliquamdiu vitam priuatam egit. I. ib. fratre Clothario mortuo Monarchiam occupauit. I. ibid. vitae genus. I. ibid. in venatione cum vxore interfectus. I. ibid.
— — *III.* Francorum Rex. I. 299. a Pipino & Carolomanno electus. I. ibid. finis regni. I. ibid.
Chilpericus I. Francorum Rex in Regno Suessionico. I. 288. eius vxores & liberi. I. ibid. vita eius in virtutibus & vitiis consistens. I. ibid. & seq. largus in Ecclesias. I. 289. a venatione rediens noctu occisus. I. 288.
— — *II.* Francorum Rex. I. 299. vulgo Daniel Clericus dictus. I. ibid. mors coniecturatur. I. ibid.
Chirographarius contractus Francis ignotus. I. 213.
Chnodomarius, Alemannorum Rex. I. 67.
Choruſt, Alemannorum olim ciuitas. I. 76.
Chrocus, Alemannorum Rex. I. 66.
Ciborum continentia veteribus Germanis propria fuit. I. 23. contenti eius simplicibus. I. ibid. cuius ratio. I. ibid.
Cimbri, Germaniae magnae populi. I. 54.
Cimmerii an a Gomere descenderint. I. 6. & seq.
Circumuentio quomodo in emtione venditione licita. III. 315.
Cistercienſis ordo, quomodo differat a Benedictino. II. 100. seq. ex nomine differentia patet. II. ibid. & seq. fundatus circa finem seculi XI. II. 98. seq. autore Roberto. II. ibid. & 100. Hugonis, Lugdun. Episcopo, supplices exposuit. II. 99. Responsio & permissio eius. II. ibid. abhinc supplicauit ad Odonem, Burgundiae Ducem. II. 100. qui petito pariter gratificatur. II. ibid. hic & socii exstruunt Cistercii coenobium. II. ibid. Gallice Cisteaux, Citeaux, quinque leucis ab antiqua Burgundia. II. ibid. vnde postea ordo nomen accepit. II. ibid. late per Christianum orbem se diffudit. II. ibid. quale incrementum in Gallia habuerit. II. 101. item in Germania. II. 102. eius magnae laudes. II. ibid. eius monasteria an a superioritate territoriali exemta sint. II. 114. pro ratione adfertur

Digitized by Google

fertur (1) exemtio Clericorum & Ecclesiarum in vniuersum. II. ibid. Clerum & Sacerdotes semper liberos fuisse a ciuili potestate. II. ibid. & seq. quae argumenta examinantur & refutantur. II. 121. seqq. (2) originaria & primitiua ordinis huius institutio. II. 115. quae ratio refellitur. II. 124. nec conuenit cum Benedicti prima regula. II. ibid. & seq. quod exemplis probatur. II. 125. seqq. imo propria Monasteriorum confessione. II. 128. seqq. libertas ordinis ergo male asseritur. II. 133. seq. nec exemtio probari potest. II. 134. seq. (3) priuilegia Papalia varia. II. 135. vbi dispicitur, quid de Papalibus priuilegiis censendum. II. ibid. & seq. singulatim Edictum Gregorianum expenditur. II. 136. vniuersalis obseruantia in Germania ostendi nequit. II. ibid. adiicitur Martini V. Bulla. II. 137. seq. quid habendum de exemtione a iudiciis. II. 138. exempla multa refragantur. II. 138. seq. quid de vectigalibus. II. 138. seq. quid de decimis. II. 143. seq. (4) priuilegia Imperatorum. II. 146. his saepe obstat falsa causae allegatio. II. ibid. priuilegia stricta sunt, & ex aequitate & praxi interpretanda. II. ibid. & seq. nec iuribus aliorum Principum derogant. II. 147. seqq. nec receptio Imperatoris in mundiburdium superioritati nocet. II. 150. quod exemplis adstruitur. II. ibid. contra illam exemtionem testimonia Imperatorum adsunt. II. 151. (5) liberales concessiones eorum, qui huius Ordinis monasteria fundarunt. II. 118. seq. sed videndum, quomodo hae concessiones intelligendae. II. 156. seq. an instrumenta sint publica, an priuata, an genuina, an supposititia. II. 157. seqq. chartae & exempla prostant. II. 160. seq. testantur exempla, vbi domini superioritatem sibi reseruarunt. II. 160. seq. experientia docet, hos insignia iura passim exercere. II. 161. seq. vnde superioritas territorialis colligitur. II. ibid. & seq. huius ordinis postulata. II. 163. hinc quaestio: An hic ordo libertatem ab aduocatis recte sibi vindicet? II. 163. seq. rationes pro negatiua militant. II. 164. nam in prima institutione id non continetur, & contrarium per exempla euincitur. II. ibid. imo consuetudini repugnat. II. ibid & seq. Magerus testis adducitur. II. ibid. idque merito, quia Cistercienses a primo ordinis instituto recessere. II. 165. priuilegia Imperialia singulis monasteriis data ad vniversum ordinem trahi non possunt. II. 166.

Ciuilitas, quae eius causa fiunt, non praeiudicant. III. 272.

Ciuitas, subiectum primarium sunt ciues. I. 16. secundarium regio, domicilia & caetera bona. I. ibid. forma essentialis totalis in summa potestate consistit. I. 29. partialis in quo consistat. 33. ciuitas s. populus in ciuitate vnum est. III. 52. hinc bello inter duas ciuitates orto in personas & res alterius omnia licere patet. III. 53. ciuitas quaelibet ius habet se obligandi. III. ibid. quod ius in alios transferre potest. III. ibid. ideo ex facto summi imperantis obligatur. III. 53. quod tamen limitandum. III. ibid. vnitas manet, licet omnes, qui primitus coiuerunt, decesserint. III. 54. aut mutata Reipubl. forma. III. ibid. aut bello distracta ciuili ciuitas in eandem redeat. III. ibid. quid circa aes alienum bello ciuili contractum sentiendum. III. ibid.

Ciuitates Germanorum in Pagos (in Gau) diuisae fuere. I. 28. Suevi pagos centum habuerunt. I. ibid. qualem distinctionem adhuc in Frisia videmus. I. ibid.

Digitized by Google

ibid. ciuitatibus hiſce maxima laus erat. I. 15. vaſtas circum ſe habuere ſolitudines. I. ibid. Franci ciuitates non habuere. I. 94.
— *Imperiales*, earum nomen quando exortum. II. 22. qua occaſione priuilegia acceperint. II. 24. 26. qua occaſione in Sueuia & Franconia ortae. II. 26.
Ciuium diſtinctio in factitios & originarios. I. 16. a bonis animi, corporis, fortunae. I. 19. quatenus pauci vel numeroſi. I. 28. quatenus ſinguli vel in uniuerſitatem collecti. I. ibid.
Clarauallis (Clairvaux) monaſterium Ciſtercienſe in Gallia. II. 101. quando & a quo fundatum. II. ibid.
Claudius, Maior domus ſub Theodorico Franc. R. I. 301.
Clauſula in hypotheeis. III. 323.
Clodius, Francorum Rex. I. 276. varia eius appellatio, vita & mors. I. ibid.
Clodomeres, Francorum Rex in Regno Aurelianenſi. I. 280. mortis genus. I. ibid. tres habuit filios, quorum vnus Clericus, reliqui duo trucidati. I. ib.
Clodoueus I. f. Magnus, Francorum Rex. I. 277. variae eius appellationes. I. ibid. & ſeq. Chriſtianam religionem amplectitur. I. 278. eius geſta & mors. I. ibid. quatuor filii ei ſucceſſerunt. I. ibid.
— *II.* Francorum Rex in Neuſtria & Burgundia. I. 295. poſtea Auſtraſiam & totum regnum nactus. I. ibid. vita eius & mortis annus, qui variat. I. ib. filii eius. I. ibid.
— *III.* Francorum Rex. I. 298. eius mors. I. ibid.
Clotharius I. Francorum Rex in regno Sueſſionico. I. 281. matrimonium & liberi eius. I. 282. perſonae & bellorum deſcriptio. II. ibid. totum Franciae regnum obtinet. I. ibid. aliquando Magnus dictus. I. ibid. pietas & liberalitas eius in Eccleſias. I. ibid. quae tamen obſcuratae Saeuitia. I. ib. quam praeceps fuerit in Venerem. I. ibid. mors eius. I. 283. quatuor filii regnum diuiſerunt. I. ibid.
— *II.* Francorum Rex. I. 290. totam monarchiam obtinuit, vnde Magnus f. medius dictus. I. ib. eius matrimonia. I. ib. virtutes. I. ib. eius mors. I. ib. filium Charibertum exhaeredauit. I. ibid.
— *III.* Francorum Rex in Neuſtria & Burgundia. I. 296. ſub matris diſciplina educatus. I. ibid. mors eius. I. ibid.
— *IV.* Francorum Rex. I. 298. a Francis electus & eodem anno mortuus. I. ibid.
Cluuerius de Germania antiqua ſcripſit. I. 3. ſed in corrigendis veterum ſcriptis nimium ſibi indulſit. I. ib.
Cogitatio, eius poenam nemo luit. III. 384. tametſi cogitata caſu ad aliorum notitiam perueniant. III. 385. niſi ad actus externos proceſſerit. III. ib.
Collegium, *Collegia*, eorum leges multae in aliorum praeiudicium tendunt. III. 276. de iis querelae. III. ib. & ſeqq. an in iis tolerandus, qui ab alio vitiatam ducit. III. 274. an molitorum filii. III. 275. ſpurii non tolerantur. III. 277.
Colonia Agrippina, metropolis Germaniae Cis-Rhenanae. I. 10.
Colonus partiarius, quo caſu ius ſuum amittat. III. 319.
Comes, *Comites*, Francorum Grauiones, aliquando Duces dicti. I. 250. varia eorum diſtinctio. I. ib. a latere Principis conſtituti. I. ib. in pagis vicarios habebant. I. ib. plures Comitatus ipſis non commiſſi. I. ib. munus eorum. I. 251. ad Ducatus non admittebantur, niſi fuerint Comites. I. ib. Iudices publici erant. I. ib. a quibus conſtituti. I. ib. eorum nomen incipiente Francorum Regno auditum. II. 4 nomi-

Digitized by Google

nomina an a Romanis, an Germanis. II. ib. iuri dicundo praeerant. II. ib. hinc iudices nuncupati. II. 4. sub Merouingis in placitis publicis audiebantur. II. 5. magnum incrementum habuere. II. 21. a Regibus constituti, quod exemplis probatur. II. ib. sub Carolo M. eorum potestas non tam magna fuit. II. 8. seq. hinc ab eo non haereditarii facti, nec superioritas territorialis iis concessa. II. 9. Ludouici Pii tempore magni euaserunt. II. 11. Henricus Auceps eos continuit. II. 12. Filiorum successio in Comitatu quomodo facta. II. 13. errores inde deteguntur. II. ib. ad Saxonicos Imperatores superioritas territorialis non referenda. II. ib. & seq. tandem Comites libertatem adepti, cuius causae recensentur. II. 14. & alii modi. II. ibid.

— Palatii, eorum apud Francorum Reges munus. I. 177.

— Stabuli, eorum apud Francorum Reges officium. I. 180.

Commentatores Iuris Ciuilis, eorum vituperium. III. 256.

Commodatarius ob impensas in rem commodatam factas retentionem habet. III. 114. rem commodatam suae praeferre tentur. III. 294.

Communio litium mater. III. 286.

Compensatio vim habet solutionis. III. 296. liquidi cum illiquido non procedit. III. 297.

Compositio amicabilis aliquando per fraudem quaeritur. III. 273. a iudicibus sedulo tentanda. III. ibid.

Compromissum, eius via minus tuta. III. 177. inprimis illis, qui malam causam habent. III. ibid.

Concilia veterum Germanorum, eorum modus. I. 34.

Condictio sine causa vbi locum habeat. III. 280.

Condominus in regione imperium cum altero pro indiuiso tenet. III. 395. seq.

Conductor ab emtore expellitur. III. 318. quod limitatur & declaratur. III. ib. successori singulari non tenetur. III. ibid. cur ei retinendi facultatem Romani non concesserint. III. 319.

Conductus saluus praestatur, si quis secundum leges conductus se gerit. III. 402. eum Caesar a regionum dominis non requirit. III. 401.

Confessio spontanea ad poenae mitigationem facit. III. 376. sigillum sancte custodiendum. III. 337.

Coniecturae an ad condemnationem sufficiant. III. 378.

Coniux superstes bonorum vsufructu gaudet. III. 342. legitima liberorum deducta. III. ibid. in societatem illatorum lucrum & damnum est coniugis inferentis. III. 345.

Consensus tacitus non sufficit, vbi lex consensum expressum desiderat. III. 265. eius exempla. III. 264.

Constantia, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.

Constantinus M. Occidentem per praefectos praetorio duos administrauit. I. 11.

Consuetudo, eius probatio ex arbitrio iudicis pendet. III. 27. distinguendum, an sit institutum, an ius consensu vtentium comprobatum. III. 28. quod exemplis illustratur. III. ibid. eius vsus in plerisque ciuitatibus. III. 29. quatenus dicatur ius. III. ibid. quantum valeat in actionibus. III. 415. prauam non firmat praescriptio. III. 259.

Consultationes apud Francos vbi factae. I. 230. seqq.

Contractus pignoratitius sub colore pacti de retrouendendo saepe initur. III. 10. auertendi periculi. III. 302. item traiectitius. III. 303. innominati apud Germanos eandem cum nominatis vim habent. III. 268.

Digitized by Google

Conuentio, *Conuentiones*, de censu vitalitio. III. 301. quae aleam continent, subsistunt. III. 300. conuentionis implexae exemplum. III. 314.

Conuentus, eorum duo genera apud Francos erant. I. 230. seq. populi conuentus dictus generalis, magnus, placitum generale. I. 231. causae eo pertinentes. I. 258. causas minores solus Rex diiudicauit. I. 259. causas in palatio enatas Archi-Capellanus aut Comes palatii. I. 259. conuentuum finis. I. 231. seqq. subiectum. I. 232. obiectum. I. 233. forma. I. ibid. effectus, leges scil. quae dicta capitula. I. 234.

Correi ex conuentione unam personam constituunt. III. 55. modo id actum sit, & aequaliter promiserint. III. ib. hinc iure aequatorio in vnitate constituti sunt. III. 56. casus, quo alter non alteri, sed sibi nocet. III. ibid.

Creditor tempore posterior soluens anteriori in illius locum succedit. III. 325. vnum remedium executiuum intentans alio quoque vti potest. III. 359. creditores chirographarii in concursu. III. 325.

Cuiacius sibi saepe contrarius. III. 329.

D.

Dagobertus I. Francorum Rex. I. 291. virtutes & laudes ipsi tributas Valesius negat. I. ibid. filii eius & regni inter eos diuisio. I. ib. mortis annus variat. I. ib. Maiores domus sub eo ignorantur. I. 293.

— *II.* Francorum Rex in Austrasia, consusin Hiberniam mittitur. I. 294. eius mortis genus. I. ibid.

— *III.* Francorum Rex. I. 298. annus regiminis & mors. I. ibid. filius eius non successit. I. 299.

Damnatus coitus, quomodo ex eo nati succedant. III. 261.

Damnum sibi datum quisque reticere potest. III. 375.

Dani, eorum primi meminerunt Iordanes & Procopius. I. 13.

Danubius, eius flexus, qui hodie Krapack dicitur. I. 12.

Debitor, eius haeredes tot debitores fiunt. III. 46. seq. debitorum & decostorum poenae. III. 360.

Debitum, quod compensandum, qui petebat, apud Francos causa cadebat. I. 213.

Decimae iure Mosaico debebantur, non vero Christiano. I. 209. ante Cypriani tempora inter Christianos non exsolutae. I. ib. sportulae tamen obtinebant. I. ib. apud Francos quando introductae. I. ib. Sarpii & aliorum error monstratur. I. ib. qua ratione introductae. II. 140.

Decumati agri, eos conuenae veterum Germanorum exercuere. I. 14.

Defensio violenta est licita. III. 416.

Delegatio non est solutio. III. 365. nisi volenti creditori fiat. III. ib. *item*, nisi quis ideo conveniatur, *quia* aduersus alium actionem habet. III. 367.

Denuncians crimen alterius insuncturtenetur, si id probare nequit. III. 369.

Depositum pecuniae non clausae nec obsignatae verum depositum est, attamen irregulare III. 68.

Detrimentum, quod Germani passi, quando? vbi? I. 12.

Dii veterum Germanorum, eos Tacitus exhibet. I. 20. Caesar alios exhibet, sed minori fide. I. ibid. hostiis litare Germani fas habebant. I. ib. Frisii sortiti sunt, quos pro victimis immolarent. I. 21. qui mos apud Danos & Normannos permansit ad Henrici Aucupis tempora. I. ibid.

Diploma Regis apud Francos dicebatur auctoritas. I. 258.

Diuinatio per virgas I. ῥαβδομαντία vnde I. 22.

Digitized by Google

Diuitiae Germanorum in pecore & rebus mobilibus consistebant. I. 31.
Divortium simulatum non soluit matrimonium. III. 140. si est factum & postea renouetur matrimonium, quid de dote sit dicendum. III. 141. actio de dote, si coniuges ad se redierint, cessat. III. ibid.
Doctores Iuris, an Fridericus III. eos a Consiliis & iudiciis remouendos statuerit. III. 256.
Dolus ius hypothecae non efficit. III. 112. ratio adducitur. III. ibid.
Dom und Dom-Herren vnde dicantur. I. 203. Serarii & Lehmanni opiniones falsae. I. ibid.
Domesticus apud Francos quis & quale officium. I. 178.
Domicilium spurio accedit a matre. III. 261.
Domitianus cur equitem Rom. ex albo Iudicum eraserit. III. 137.
Donatio inter patrem & filium familias non valet. III. 44. exceptiones & explicationes. III. ib. quod ius a quibusdam iuxta hodiernos mores sublatum dicitur. III. ib. contrarium tamen asseritur. III. ibid. probatur exemplo confirmationis Saxoniae Electoris. III. ibid. exemplo filiorum Imperii Principum. III. ibid. quingentos solidos excedens nec donatorem tenet, nec eius haeredes. III. 49. non praesumitur, vbi rei & pretii commutatio tractatur. III. 129. in dubio donare nemo praesumitur. III. 365. donationes inter virum & vxorem quare in Flandria vetitae. III. 49.
Donator ob vitia rei donatae non tenetur. III. 329.
Dos, apud veteres Germanos non marito, sed vxori oblata. I. 16. quae consuetudo laudatur. I. ib. dos parentibus praesentibus probata fuit. I. ibid. ad Morgengabam extenditur. I. 17. in quibus rebus dos constiterit. I. 16. dos & dotalitium apud Francos. I. 17. dote magna liberis male prospicitur. III. 408.
Dotalis fundus, in eo maritus, vxore mortua, Iure Saxonico fructus industriales acquirit. III. 283.
Dotalitium absorbet dotem. III. 407. doti respondere debet. III. 408.
Duces apud veteres Germanos suos habebam Comites I. 11. ex virtute ingruente bello lecti. I. 33. Reges quoque dicti. I. ibid. & 35. opera Sacerdotum vsi. I. 35. plus repositum in Duce, quam in exercitu. I. 40. Francorum dicti Patricii & Rectores prouinciarum. I. 248. an a Romanis originem habuerint. I. ibid. illorum dignitas temporaria fuit. I. ibid. post Pipinum haereditario iure eam petiere. I. 249. singuli duodecim habuere Comites. I. ib. primis temporibus eorum memoria obscura fuit. I. 275. eorum nomen sub Francorum regni prima origine auditum. II. 4. an functio & nomen a Romanis aut Germanis originem trahant. II. ib. antea dicti Proconsules, post Duces. II. ib. in Prouinciis bellicae rei vacabant. II. ib. simul tamen negotia ciuilia examinauere. II. ib. illis suberant Comites. II. ib. sub Merouingis in placitis publicis audiebantur. II. 5. a Regibus electi. II. ib. seq. potestas initio fiduciaria, postea potentia creuerunt. II. 6. quod exemplis probatur. II. ib. seq. occasio augendae potentiae quaenam? II. 7. 23. hinc praefecturae perpetuae & haereditariae. II. 7. quales sub Carolo M. fuerint. II. 8. qui eorum opes fregit. II. 12. & 13. hinc Carolus M. Duces non fecit haereditarios. II. 9. sub Ludouico pio eorum potentia aucta. II. 11. sed Otto M. eos rursus compescuit. II. 12. postea duces Imperatori seruitia praestiterunt & vasalli erant. II. 13. ipsorum feuda personalia

nalia fuerunt usque ad Henricum VI. II. ib. functiones tamen ad haeredes transmittere studebant, quod saepe concessum. II. 13. non vero sub Ottonibus superioritate territoriali gauisi fuere duces. II. ibid. libertas eorum certis ex causis euenit. II. 15. quae vel generales, vel speciales. II. ibid.

Duebon, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.

Ducta certamina singularia iniustissima. III. 38. illis iniuriarum actio extinguitur. III. 39. causae tamen sunt, ob quas defensio violenta licita. III. 38. seq. autores, qui materiam hanc tractauere. III. ibid. causae istae saepe tanti habentur, vt nec a Principe tolli queant. III. 39. nec ob damnum datum conueniri. III. ibid.

Dulgibini, Germaniae magnae populi. I. 55. ipsorum sedes. I. ib. Tecklenburgii hodie ibi degunt. I. ibid.

E.

Ebrietas quatenus imputationem impediat. III. 412.

Ebrius, ei quadriga de via decedit. III. 283. eum irritans non habet actionem, si damnum patitur. III. ibid. ebriorum & ebriosorum poenae. III. 384.

Ebroinus Maior domus sub Clodoueo. II. Franc. R. I. 303. sub Theodorico, Franc. R. I. 304.

Ecclesia, Ecclesiae apud Francos a priuatis extructae. I. 203. habebant ius asylorum. I. ibid. sub primae stirpis Regibus Ecclesia cathedra Episcopi, item maior ac vetustior Ecclesia dicta. I. ibid. Ecclesiarum diuisio. I. ibid. sunt vel matres vel filiae. II. 86. ex Zieglero docetur, Romanam Ecclesiam omnium aliarum matrem dici non posse. II. ibid. Ecclesiae filiae definitio. II. ibid. in hac diuisione duae Ecclesiae occurrunt, vna princeps, altera huic adiuncta. II. 87. earum vnio tribus modis contingit. II. ibid. ad vnitas Ecclesias quid referatur. II. ibid. quot modis genus vnionis fiat. II. ibid. diuisio filiarum in natiuas & adscititias. II. ibid. in illas, quae propriam aedem habent, vel non habent. II. 88. in baptismales & capellas. II. ibid. origo earum. II. ibid. & sq. causa efficiens. II. 90. apud Euangelicos regionum domini. II. ibid. obiectum. II. ibid. notanda regula: Filia sequitur matrem. II. ibid. filia si non habet propriam aedem, adire tenetur matrem & sacris interesse. II. ibid. tenetur ob vtilitatem quoque onera ferre. II. ibid. pacta tamen ante omnia inspicienda. II. 91. filia vero propriis aedes habens ad onera illa non tenetur. II. ibid. nisi quod alicubi Ecclesiae Ministrum equo aduehendum curare debeant. II. ibid. *quaeritur*: An Patrono fundatori *partes aliquae* sint in nominando & praesentando Ecclesiae Ministro? II. ibid. an regionis domino in Ecclesia filia ius circa sacra saluum maneat? II. ibid. cui consequens annectitur. *II. 92.* an quoad mortuos ex filia ad matrem transferendos venia regionis domini opus sit? II. ibid. & seq. forma constituendi ecclesiam filiam. II. 93. habet communem Ministrum cum matre. II. ibid. officium Ministri & filiae. II. ibid. an in dubio filia praesumenda? II. 94. vnde probationes desumendae? II. ibid. contraria. II. ibid. causae idoneae ad dissolutionem. II. ibid. diiudicatio quoad Catholicos apud Episcopum, quoad Protestantes apud regionis dominum. II. ibid. & seq. Ecclesiae proprium, Caesares timere & odisse. II. 16.

Digitized by Google

Ecclesiasticae res; Caroli M. & aliorum de iis constitutio. I. 207. seq. alienatio earum apud Francos prohibita. I. 208. in commutatione earum Regis auctoritate opus. I. ib. earum lucrum est periculosum & fugax. III. 405.
Educatio liberorum qualis apud veteres Germanos. I. 18.
Effigies, supplicia in effigie. III. 377.
Eingebrachtes Gut. III. 345.
Emphyteuta quando ob venditionem emphyteusin amittat. III. 97. an emphyteutici feudi domino inuito proprietatem emphyteuta possit alienare? III. 409.
Emphyteutica bona olim apud Germanos haud laudemialia. III. 282.
Emtio ab ignotis, circa eam Francorum prudentia. III. 279. spei licita. III. 300. & seq.
Emtor expellit conductorem. III. 317. seq. quod limitatur & declaratur. III. ibid. & seq. si emtor fidem de pretio destituit & concursus creditorum existit, venditor caeteris creditoribus aequiparatur. III. 95. emtori nouo prior venditor non praefertur. III. 98. seq.
Entia naturalia a moralibus distinguuntur. III. 41.
Episcopatus a Carolo M. per Saxoniam octo constituti. I. 242. alii alibi. I. ibid. Reges eos venales habuere. I. 244.
Episcopus, homonymia. I. 242. modus eligendi apud Francos. I. ibid. & seq. ipsorum potestas quo se extenderit. I. 244. successorem siue adiutorem eligere non poterant. I. 245. officium eorum. I. ibid. Carolus M. ipsis arma ferre & ad pugnam pergere interdixit. I. ibid. mores deprauati. I. ibid. & seq. Aduocati ipsis constituti. I. 246. sub se habent Abbates & Abbatissas. I. 247. in eos iudicia exercebant. I. 262. quanquam aliqui Regibus suberant, inde Regales dicti. I. 247. poenae ab Episcopis dictatae. I. 266. seq. Episcopi a Francorum Regibus electi sunt. II. 6. quod exemplis probatur. II. ibid. rei ad Regem vel Ducem postulati. II. 7. a latere Comitum vt adiutores inuicem erant. II. 8. facultatem Abbates & Clericos iudicandi concessam habebant. II. 8. & 9. eorum mores seculum olentes opportune correcti. II. 9. Aduocati eis appositi. II. ib. Carolus M. quaedam Regalia quibusdam Episcopis concessit. II. ib. sed non superioritatem territorialem, quod probari nequit. II. ib. tempore Saxonicorum Imperatorum militiae adesse cogebantur. II. 13. immorigeri remouebantur. II. ib. in eorum mobilia Reges succedebant. II. ib. quod priuilegio Friderici II. mutatum. II. 24. tandem eos constituendi ius Imperatores amiserunt. II. 18. ex quo tempore illi Romano Pontifici obstricti fuerunt. II. ib. Imperatorum domos diu tenuerunt. II. 22. Principum mentibus infusi. II. ib. hinc cor Regis nuncupati. II. ib. mitia eorum erant imperia. II. ib. quomodo *αὐτοκράτωρ* pepererint. II. 25. quam Caesares confirmarunt. II. 28. hodie Episcopi tantum possunt in sua dioecesi, quantum Pontifex in vniuersis. II. 90.
Equites veterum Germanorum cum peditibus mixtim pugnarunt. I. 40. seq. eorum certus numerus erat. I. ib. cito victoriam parauere, cito cessere. I. ib. & seq.
Erchinoaldus, Maior domus sub Clodoueo II. Francorum Rege I. 303. personae descriptio. I. ib. sub Clothario III. Francorum Rege. I. ib.
Error circa actiones humanas. III. 413.
Erseburgum, arx Saxonum. I. 79.
Euictio saepe in contractibus onerosis praestatur. III. 129. quid sit? III. 128.

Digitized by Google

quomodo Germanice nuncupetur. III. ib. nomenclatura veterum Germanicorum Scriptorum. III. ib. Cangii deriuatio reiicitur. III. ib. an valeat pactum, ne praestetur euictio? III. ib. & seq. Carpzouius asserere videtur, cuius sententia expenditur. III. ib. obiectiones refutantur. III. ibid. regula: tale pactum non valere quoad pretii restitutionem. III. 129. rationes adducuntur. III. ib. licet omnes ICti non consentiant. III. ib. regula extenditur, etiamsi pactum generalissimum sit, omnemque euictionis actionem excludat. III. ib. item si venditor de suo tantum facto euictionem promiserit. III. ib. modo ambo bona fide contraxerint. III. 130. non obstante pactione hac pretium emtori pro re euicta restituendum. III. ibid. per casum declaratur. III. ib. obiectiones refelluntur. III. ib. & seq. hinc pacto non obstante auctori lis denunciari potest. III. 130. limitatur, (1) pactionem hanc valere quoad interesse. III. 131. cessant enim rationes, nec turpis ea est actio. III. ib. si dolus interceſſit, nec emtorem certiorem fecit, ad omnem vtilitatem praestandam tenetur. III. ib. (2) si pactum pleniſſimum sit, & pretii mentionem pro re euicta expresse contineat. III. ib. (3) si quis praeter promissionem praestandae euictionis instrumenta acquisitionis tradiderit. III. 132. (4) si venditor dixerit: vendo tibi, quicquid, vel, si quid iuris in re habeo. III. ib. exceptio, si venditor sciuerit, rem ad se non pertinere. III. ib. clausula ex instrumento feudali adiecta. III. ib. (5) si in haereditatis diuisione conuenerit, ne quis euictionem praestet. III. ib. rationes adduntur. III. ib. & seq. (6) est pactum tacitum, si nihil dictum, sed actio tantum remissa. III. 133. (7) si quis rem alienam sciens adeoque in mala fide emit. III. ib. (8) si intuitu causae vel certae personae renunciatum fuit. III. ib. veterum Gloſſatorum rationes. III. ibid. quidam contra sentiunt, quorum opinio expenditur. III. 134. pacto, ne praestetur euictio, opponitur pactum, vt praestetur euictio. III. ib. quod insignes habet effectus. III. ib. adduntur tamen limitationes. III. ib. nec inutilis est pactio de euictione in casum, si res ex natura sua euincatur. III. 135. vel retrahatur ex iure protimiseos seu retractus consanguinitatis. III. ib. aut si seruitutes repertae sint. III. ib. contra vim maiorem non praestatur. III. ib. nec contra spoliationem Principis. III. ib. aut iudicis iniuriam. III. ib. praestationem eius quilibet exigit a suo auctore. III. 282. eius non praestandae pactum. III. 302. euictae rei pretium solui necesse non est. III. 279.

Exceptio loci non tuti. *III. 263.* non numeratae pecuniae, *cur eam admittat* confessio acceptae dotis *in instrumento* dotali ante, non vero *post* nuptias confecto? III. 289.

Exercitus ciuitatis an per alterius ciuitatis territorium transitum liberum habeat. III. 71. quod affirmat Grotius & probat. III. ib. sed transitus peti & postulari debet. III. 72. probatur de Heluetiorum legatis, imo ipsis Electoribus in Imperio, cum ad electionis locum procedunt. III. ib. modo transiens idoneam cautionem non renuerit. III. ib. & seq. harum cautionum genera. III. ib. quandoque etiam oblata cautione ob iustas causas denegatur. III. 73. quod exemplis illustratur. III. ib. si tales causae non adsint, transitus etiam vi & armis vindicari potest. III. ib. dissentiunt Gronouius, Zieglerus, Strauchius, Pufen-

Digitized by Google

Pufendorfius, qui refutantur. III. ib. & ſeq.
Exiſtimatio bonis fortunae annumeratur. I. 27.
Exteri a Saxonibus Walen ſiue Wallones dicti. I. 82. & 83.
Eydera Danos & Saxones dirimit. I. 13.

F.

FActum, ſi promiſſoris perſonae cohaeret, cum eius perſona extinguitur. III. 50.
Fabra res mobiles (fahrende Haab) deſignat, a fahren i. e. vehiculum agere. I. 32.
Faida Germanis inimicitia. I. 37.
Fama interdum actoris locum ſubit. III. 278. raro mentitur omnia. III. 381. ſeq.
Famuli, an iis liceat obtentu matrimonii ante tempus diſcedere? III. 320.
Faramundus, Francorum Rex. I. 275. eius vita & mors. I. ib. & ſeq.
Feneſtra in ſuo pariete an licite conſtitui poſſit, ſi quis in alienum proſpicere poteſt III. 92. ſeq. quomodo haec quaeſtio decidenda. III. ib.
Feudum, mixti definitio. II. 36. ſingularis & rariſſima feudi ſpecies. II. ibid. origo non ex vſibus Longobardicis, ſed ex moribus Germanorum deſcendit. II. ib. impugnatur haec feudi ſpecies a Wernero Thummermutho, cuius rationes audiuntur. II. 37. quae refutantur & iuſtitia demonſtratur. II. ib. ſubiectum & cauſa efficiens, primum offerens rem in feudum. II. 38. in quantum Praelati huiusmodi feuda offerre queant. II. ib. quid in nonnullis Ganerbinatus pactis cautum. II. ib. quid obtineat in Saxonia. II. ib. in ciuitatibus. II. ib. exemplum ditionis Meurſanae adducitur. II. ib. in Gallia olim. II. 39. in Vrbibus Imperialibus. II. ib. in parentibus. II. ib. in ruſticis. II. ib. ſubiectum quoque conſtituit acceptans & dans penſionem annuam. II. 39. qua penſione vaſalli allecti, quod diplomatibus probatur. II. 39. forma in quo conſiſtat. II. 44. haec feudi ſpecies differt ab ea, quae Camerae nuncupatur, vbi differentia docetur. II. ib. formularum ſpecies adiiciuntur. II. 44. & 45. effectus & contraria. II. 46. feudum indiuiduum habentes Vaſalli perſona fiunt vna. III. 57. iubente domino ex ſe Vaſallum vicarium (vulgo Lehnträger) conſtituere tenentur. III. ib. eius officium. III. ib. Vaſalli inidoneitas & delictum caeteris non obeſt. III. ib. de Ganerbinatibus diſerte fatetur. III. ib. feudi diuiſio in vetus & nouum. III. 17. in datum & oblatum. III. ib. & ſeq. in paternum & auitum. III. 17. an, ſi feudum per feloniam fuerit amiſſum, & dominus poſtea culpam remittat, id ex vetere fiat nouum. III. ib. quomodo eiusmodi caſu cauendum. III. ib. cautio, ſi feudum haeredibus oblatum, vt ſub iis foeminae quoque comprehendantur. III. ib. an in feudis emtis foeminae ſuccedant. III. 18. diuiſio in foemininum & maſculinum. III. ibid. in feudo maſculino cautio quaenam. III. ib. in feudo foeminino ſucceſſio quomodo reſtringenda. III. ib. formulae cautionum in feudo haereditario. III. 19. cautela in feudi alienatione. III. ib. & quidem, ſi filii interſit, ne alienetur. III. 20. agnati in feudi alienatione ius protimiſeos habent, & quomodo deſuper caueatur. III. ib. feudi dominus, ſi in venditionem conſenſit, an venditor intuitu pretii nondum ſoluti hypothecam ſibi reſeruare poſſit? III. 102. Carpzouii ſententia probatur. III. ib.

Digitized by Google

Fideicommissum a defuncto distractum haeres petere nequit. III. 49.
Fideiussores, eorum haeredes ex defuncti fideiussione prorsus non obligantur. III. 48. quod exemplis demonstratur. III. ib.
Fidelitas inter dominum & seruum reciprocatur. III. 408.
Fides veterum Germanorum. I. 22. quare Caesares eos satellites elegerunt. I. ib. pretii quando habita censeatur. III. 95.
Filia Ecclesia quid. II. 86.
Filiae Francorum ab intestato in allodia non succedebant. I. 212.
Filiafamilias ad coniugium restaurandum consensu patris opus habet. III. 139.
Fines Germaniae magnae qui fuerint. I. 11. quanquam Tacitus eos confuse tradat. I. 13. circa Traiani tempora fines mutati. I. 12. vnde fines aucti & deminuti. I. ib. Eidera finem Imperii versus Daniam constituit. I. 13. Obrinca amnis superioris Germaniae. I. 44.
Firmitas (la Ferte) monasterium Cistercense in Gallia. II. 101. quando extructum & a quo. II. ib. & seq.
Fiscales, eorum origo. III. 278.
Fiscus hypothecam habens ex contractu, si cum alio, pro pignore rem habente, concurrit, quis potior? III. 324.
Flaochatus, Maior domus sub Dagoberto Francorum Rege. I. 303. & sub Clodoueo. II. I. ibid.
Fletus, an eius omissio in sagis iudicium. III. 383.
Florentianus, Maior domus sub Childeberto II. Francorum Rege. I. 300.
Foedera inter Germaniae populos rara. I. 38. potius armis inter se collisi & contra se ipsos insultarunt. I. ib. aliquot horum populorum cum Romanis foedera iniuerunt. I. ib. & seq. quanam de causa. I. ib. Francorum cum Romanis. I. 273. aliisque populis. I. ib. in statu naturali parum veri solidique habent. III. 34. at iure aduentitio firmissima. III. ib.
Foeminae a veteribus Germanis in honore habitae. I. 27. a feudorum successione in terris Ecclesiasticis non excluduntur. III. 406.
Foenus & vsurae veteribus Germanis ignota. I. 31.
Forestae ius & venationis an eo se porrigat, quo iurisdictio criminalis. III. 403.
Fortitudo Germanorum insignis & quanta. I. 24.
Fosi Germaniae magnae populi. I. 55. eorum sedes & vnde dicantur. I. ib. Cluuerii sententia explodirur. I. ibid.
Fossa eius est, cuius vepreta in littore posita. III. 285.
Francia quid interdum denotauerit. I. 139. triplex eius diuisio. I. ib. & seq. vocabulum a Francis ortum. I. 139.
Franci veteres libertate gauisi. I. 168. a voce Franc appellati. I. 137. multorum opiniones erroneae reiiciuntur. I. ib. sui iuris fuere, nec Romanis, nec Pontifici obnoxii. I. 214. seq. eorum appellatio quando coeperit. I. 138. saepius dicti Sicambri. I. ib. Alemanniae partem occupauere, vnde Franconiae nomen. I. 68. a Gallis sollicite distincti vsque ad Caroli M. tempora. I. 162. praeclara facta eorum perperam ad solos Franco-Gallos trahuntur. I. 164. hinc impudens Galliae scriptorum iactatio. I. ib. in virtute militari felicitatem posuerunt. I. 166. hinc latae dominationi inhiarunt. I. 167. diuitias non quaesiuere. I. ibid. de eorum origine diuersae sententiae. I. 140. verissima, quae origine Germanos dicit. I. 141. quod probatur. I. ib. & seq. eorum sedes inter Rhenum, Visurgim & Albim. I. 142.

multi

Digitized by Google

multi Germaniae populi inter eos numerantur. I. ibid. origo eorum reipublicae. I. 143. eorum regnum subinde diuisum. I. 144. seq. hinc nomina Austrasiae, Westrasiae s. Neustriae. I. ibid. eorum ciues & horum diuisio. I. 168. & seq. instituta ciuitatis. I. 172. ministeria aulica apud Reges quae? I. 176. seqq. Reginarum Ministri. I. 181. seq. idololatria eorum ab initio. I. 182. ipsorum conuersio ad sacra Christiana. I. ibid. fides pactorum in illis desiderata. I. 184. ipsorum fortitudo. I. 185. hospitalitas. I. ibid. virtutes intellectuales. I. 186. ars regnandi & prudentia ciuilis. I. 187. peritia in Musica. I. 187. cultura bonarum artium liberalium. I. 187. sq. Mechanicarum. I. 189. bona corporis in proceritate & habitu. I. ibid. bona fortunae quae? I. 190. diuisio in Clericos & Laicos. I. 192. natio populosa & maxima. I. 193. aliae diuisiones. I. 193. seq.

Francicum regnum quando coeperit, & quamdiu durauerit. I. 274. sub Clodoueo & eius successoribus creuit. I. 145. seq. & quidem in terris Romanis. I. 146. cuius causae plurimae recensentur. I. 158. seqq. Gallia Romana a Clodoueo subacta. I. 148. licet Salii & Ripuarii ante Clodoueum in Francorum Imperio fuerint. I. 147. Britanni quoque Francis ditionem suam concesserunt. I. 148. Alemannia eorum ditioni adiecta. I. 152. Baioarii eorum subiere imperium. I. 153. Aquitania Vesi-Gothis ademta. I. ib. Thuringia eorum imperio accessit. I. 154. Saxones illis tributarii facti. I. ibid. Burgundiae regnum ab iis perdomitum. I. ibid. Ostro-Gothorum ditio illis donata. I. 155. maxima Liguriae & Venetiae pars & Alpes Cottiae a bi illis tributariae factae. I. 155. an Longobardi illis tributum soluerint. I. 156. Varnorum Rex & gens cum regno a Francis deleti. I. 157. Britanni Armoricani se illis submisere. I. 158. Frisia regno Francorum adiuncta. I. 159. Septimania s. Gothia Saracenis erepta. I. ibid. Carentani a Francis subacti. I. 160. Carolus M. eorum regnum ad summum perduxit fastigium. I. 161. regni Francici diuisio subinde euenit. I. 144. hinc nomina Austrasiae, Westrasiae siue Neustriae. I. ibid. sub Clodoueo I. in quatuor partes diuisum. I. 278. seqq. sub Clothario I. totum coadunatum. I. 281. post eius mortem in quatuor partes diuisum. I. 283. Francici regni veteris notitia magnum in Iure Publico momentum habet. I. 128. illud hodie in Imperio nostro continuatur. I. 163. eius Scriptores vel ad notitiam vel ad historiam spectant. I. 129. seq. partem notitiae constituunt leges vel profanae vel ecclesiasticae. I. ibid. quarum Scriptores recensentur. I. 130. seqq. Historici Scriptores memorantur. I. ibid. & seq. noui Scriptores adducuntuur. I. 134. his accedunt Scriptores subsidiarii, Chronologi & Geographi. I. 135. seq. item Scriptores formularii & Glossariographi. I. 136.

Francofurtum gratissima sedes Carolo M. I. 68. a Mabillonio inter vetustissima Francorum palatia refertur. I. 69. varia eius nomina in veteribus annalibus Franconicis. I. ibid. mos huius ciuitatis in inquirendis furtis, quorum suspicio in Iudaeos cadit. III. 374.

Franconia Alemanniae olim addicta, nisi post Clodouei victoriam. I. 140.

Fratragium & paragium apud Gallos distinguuntur. II. 60. quid illud sit. II. ibid.

Fratres iure Rom. patres a successione excludebant. III. 61. ratio ex iure antiquissimo adducitur. III. ibid. Codi-

Digitized by Google

cis iure quid ſtatuatur. III. ibid. fratres & ſorores ſe inuicem diligunt. III. 62. hinc plurimi dicunt, fratrem egenum a fratre alendum. III. ibid. fratribus aequales partes debentur. III. 351. ſeq. maior natu dividit, minor eligit. III. 582.
Fraudes ſaluis legum verbis circumſcriptio vocantur a Rhetoribus. III. 9.
Freda mulcta Regi aut ciuitati exſoluta. I. 42.
Fridericus III. Imp. Doctorem Iuris creat. III. 255. ſeq. an eius Reformatio de An. 1441. fide digna? III. 256.
Frilingi, Saxonum gens. I. 78.
Frincina, Alemannorum olim ciuitas. I. 67. quomodo hodie dicatur? I. ib.
Friſii, Germaniae magnae populi. I. 55. eorum variae appellationes. I. 87. finium deſcriptio. I. ibid. & ſeqq. mores eorum. I. 89. Religio & conuerſio ad fidem Chriſtianam. I. ibid. regiminis forma. I. ibid. a Francis ſubiugati. I. 90.
Fructus pendentes Iur. Saxon. ad mobilia referuntur. III. 357. ante litem conteſtatam perceptorum rationem non habet iudex. III. 278. ad vſufructuarii haeredes non pertinent. III. 357. ſecus eſt Iure Saxonico. I. ibid.
Fuga facit indicium, non tamen ad torturam. III. 380.
Fundus filii, a patre aut matre diſtractus, ob filii fauorem reuocatur. III. 49. vindicans exceptione doli repellitur. III. ibid.
Funera veterum Germanorum. I. 24. clarorum virorum certis lignis concremata. I. ibid.
Furti actio inter patrem & filium familias non obtinet. III. 43. opiniones contrariae reiiciuntur. III. ibid. niſi conſuetudo contraria recepta. III. ibid.
Furtiuae res, quomodo earum emtores puniendi. III. 374.

G.

GAlli, Germanorum conſanguinei. I. 4.
Gallina denotat emphyteuſin. III. 282.
Garibaldus, Baioariorum Dux. I. 71.
Garomarus, Quadorum Rex. I. 40.
Gau vnde dicatur. III. 329.
Gaw apud Francos pagum denotauit. I. 195.
Geding, quid notet. III. 407.
Geiſericus ſ. Genſericus, Vandalorum Rex. I. 60. ſeq.
Genachten quid? I. 35.
Germani vnde orti? diſceptatur. I. 5. Tacitus errat de ea quaeſtione. I. ibid. non a Phoenicibus orti. I. ibid. nec conuenae ſunt ex diuerſis populis. I. 7. nec ſunt Galli, ſyluam Hercyniam occupantes. I. ibid. licet a Strabone Boii dicantur. I. ibid. ſed ad Iapheti poſteros referendi. I. ibidem. olim ſub Celtis & Scythis comprehenſi. I. 4. qui trans Rhenum habitarunt, dicti Galli. I. ibid. *ratio eius. I.* 44. Charroni opinio reiicitur. I. ibid. eorum nomen ſeriusortum. I. 8. fuere gens non aſtuta. I. 23. 37. innocenter & pacate vixere. I. 22. rixae inter vinum ortae mox ſopitae. I. 23. Cis-Rhenani diuerſae conditionis erant. I. 11. virtutem & potentiam bellicam pro ſcopo habuerunt. I. 25. ſeq. non diuitias ſectati ius in viribus poſuere. I. 15. auida gens belli. I. 24. ad arma nati. I. 26. inuicti & in armis exercitati. I. ibid. robuſto & magno corpore. I. 24. inter eos ſoli Chauci virtutum verum finem aſpiraſſe videntur. I. 15. poſtea Germani diuitiis inhiarunt. I. 16. a Romanis dicti Guerremänner. I. 8. per ignominiam Barbari appellati. I. ibid. Galliae Belgicae partem occuparunt. I. 9. eorum diuiſio in nobiles, ingenuos & libertinos. I. 28. quae diſtinctio apud Saxo-

Digitized by Google

Saxones diu manſit. I. ibid. eorum fides. III. 265. 269. illis fornicatio odioſa. III. 273. ſeq.
- - fratres aliquando eodem patre, licet diuerſa matre, natos ſignificarunt. III. 60. nunc audiunt ambilaterales, **vollbürtige Brüder.** III. ibid.
Germania piſcis temporibus inculta. I. 5. eius diuiſio in magnam & minorem, trans Rhenanam & Cis-Rhenanam. I. 9. haec in ſuperiorem ſ. primam, & inferiorem ſ. ſecundam. I. ib. ſuperior metropolin habuit Moguntiam, inferior Coloniam. I. 10. Cis-Rhenana Romanis obnoxia duos habuit Praeſides. I. ibid. ſeq. ad paucos populos contrahi coepit. I. 62. Germania magna Romanis nunquam ſubfuit. I. 1. Franco-Galliae appendix nunquam facta. I. 162. quod ſolidis argumentis probatur. I. ibid. & ſeqq. poſtremis Carolingicae familiae temporibus in quinque Ducatus diuiſa. II. 11.
Germundur nomen in lapidibus Runicis viris praeſtantiſſimis tributum. I. 9.
Gerontocomium quid. I. 189.
Geruimadur ſ. Gers Sueco-Gothis militem ſignificauit. I. 9.
Getauſcht iſt getauſcht. III. 268.
Getreuer, gehorſamer, vocabula non pariunt alteri ius. III. 171.
Gewalt geht vor Recht. III. 135. **iſt man nicht zu gewähren ſchuldig.** III. ibid.
Gislemarus, Maior domus ſub Theodorico III. Francorum Rege. I. 304.
Gogo, Maior domus ſub Sigeberto I. Franc. Rege. I. 300.
Gormetia, hodie **Worms**, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.
Gothones, Gothi ſ. Getae, Germaniae magnae populi. I. 55. eorum ſedes. I. ibid. illorum diuiſio. I. 98.
Gradus, vnilaterales fratres eo diſtant a bilateralibus. III. 354.
Grandimontenſium ordo Sec. XI. introductus. II. 98. a Sartorio ad Ciſtercienſes refertur. II. 99.
Grietmänner in Friſia qui. I. 37.
Grimoaldus, Baioariorum Dux. I. 71.
- - Maior domus ſub Sigeberto Franc. Rege. I. 202.
Grauen Senes ſiue Seniores a canitie nuncupati. I. 36. apud Francos nomen Grauionum auditum. I. ib. aliud loquendi genus ex Browero. I. ibid.
Guerre-Männer ſ. **Kriegs-Männer.** I. 8. a guerra, id eſt, bellum. I. ibid.
Gugerni ſ. Cugerni, populi Germaniae Cis-Rhenanae. I. 45. ipſorum ſedes. I. ibid.
Gundicarius, Burgundionum Rex. I. 91.
Gundobaldus Clotharii Regis filium ſe dixit. I. 283. eius fata a Valeſio recenſentur. I. ibid. Rex conſtitutus & occiſus. I. 284.
Gundulphus, Maior domus ſub Theodeberto II. Francorum Rege. I. 300.
Guntchrammus, Francorum Rex in Regno Burgundiae & Aureliis. I. 285. eius matrimonium & liberi. I. ibid. qui ſublati. I. ibid. & ſeq. adoptauit fratris filium. I. ibid. mortuus inter Sanctos relatus. I. ibid.
Gynecia ſeu Genicia quid. I. 181.

H.

Habitus corporum in Germanis. I. 27. cauſae proceritatis. I. ibid. habitus & mores veterum Francorum congruentes. I. 142.
Haeredes & ſucceſſores Germanis liberi & propinqui. I. 32. haeres & defunctus habentur pro vna perſona. III. 45. 349. hinc ad factum defuncti praeſtandum obligatur. III. 46. obligationem, qualis in defuncto fuit, recipit. III. ibid. plures haeredes obligationem inter ſe diuidunt. III. ibid. quod exemplis probatur. III. ibid. haeres ratio-

Digitized by Google

ratione debitorum pro portione sua confert. III. ibid. quare vnus conventus opponit exceptionem. III. 47. vnus partem suam offerre potest, nec mora vnius ex cohaeredibus ipsi obest. III. ibid. alia consectaria. III. ib. pactio, vt vnus haeredum soluat, creditori non nocet. III. ibid. limitatur, si vnius cohaeredum rem hypothecae obligatam solus teneat. III. ibid. cuius rationes & exceptiones. III. ib. (1) quando lex haeredem a defuncti obligatione liberat. III. & seq. (2) si negotium defuncti est nullum. III. 48. (3) ob culpam tertii in certo casu. III. 49. seq. (4) in factis ad personam defuncti restrictis. III. 50. haeres creditoris partem suam petere potest. III. 46. si vnus haeres portionem haereditariam exegerit, vel actio interea inanis reddita, reliquis nulla ob partem hanc exactam amplius actio competit. III. ibid. haeres in his, quae non a defuncto, sed a semetipso habet, ad factum defuncti praestandum non obligatur. III. 49. interdum videtur voluntatem defuncti impugnare, quod tamen non facit. III. 50. quod exemplis probatur. III. ibid. haeredis bona, licet in bona defuncti hypothecata successerit, libera sunt. III. 119. in re minima ad omne aes alienum tenetur. III. 348. licet creditores fateantur, haereditatem non esse soluendo. III. 349. cum defuncto pro eadem persona habetur. III. ibid. ipso iure succedit in possessionem defuncti. III. ibid. ei tam retinendae quam recuperandae remedia competunt. III. 350.

Haereditas iacens per curatorem administrari solet. III. 50. eius aditio certo casu hypothecam constituit. III. 113. haereditates in ciuitate ex voto optima quomodo deferendae essent. III. 63. quod rationibus probatur. III. ib. in Republ. Ebraeorum quid circa haereditates obtinuerit. III. ibid.

Hage quid significet. 404.

Hamburgum salutem suam in flore commerciorum ponit. III. 28. optime in singulis se leges huius vrbis habent. III. ibid. quaedam ex statutis eius circa iudicia recensentur. III. ib. & seq.

Hand muß Hand wahren. III. 128. 281.

Hand-Gelöbniß. III. 269.

Hand-Lohn. III. 282.

Hassi retinuere vetus Cattorum nomen. I. 51. seq. Hassigani, Assi & Hassones dicti. I. 51. hinc prouincia varie nuncupata. I. ibid. & seq.

Haverey. III. 295.

Hercules, idolum veterum Germanorum. I. 20. vnde sylua Herculi sacra apud Visurgin. I. 21.

Hermin quis. I. 6. hinc Herminsula. I. ibid.

Hermunduri, Germaniae magnae populi. I. 55. eorum sedes quae fuerit. I. ibid. cum Cattis de *fontibus* salicis pugnarunt. I. ibid.

Herthum, idolum. I. 20.

Hispanici contractus exemplum singulare. III. 315.

Hof-Recht. III. 372.

Hohenstauffensis familia, eius interitus. II. 26.

Homagium s. die Lands-Huldigung, regionis domino praestatur. II. 75. tessera superioritatis & insigne. II. 78.

Homicidae, illis apud veteres Germanos mulcta tantum irrogata. I. 42.

Homines proprii in vrbibus non degunt. III. 407.

Honoris verba non obligant. III. 271. sq.

Hospitalitas veteribus Germanis cara. I. 22. dum hospites pro sanctis habuere. I. ibid. iis omnium domus patebant. I. ibid. eos quisque epulis excepit. I. ibid. illi vbique pari humanitate accepti. I. ibid.

Hostes,

Digitized by Google

Hostes, eorum res captae cedunt capienti. III. 356.
Hucbertus, Baioariorum Dux. I. 71.
Hypotheca, si quis eam in re vendita sibi retinuerit, dominii reseruationem operatur. III. 101. hoc pactum frequens est. III. ibid. saepe frustraneum, vbi reseruatio hypothecae ipso iure fit. III. ibid. reuera tamen a pacto, quo dominium reseruatur, differt. III. 96. 105. quid in causa efficiente singulare sit ratione minoris. III. 101. ad obiectum quid pertineat. III. 102. modus & formula huius reseruationis, quae pactum hoc expresse vel tacite indicat. III. ibid. clausula constituti possessorii tali pacto saepe adiicitur. III. 96. 102. pactum hoc vel in ipso venditionis contractu, vel diu post adiici potest. III. 103. praestat tamen, vel ante traditionem, vel in ipso eius actu constitui. III. ibid. an Baldi & Negusanzii asserta admittenda. III. ibid. an hypothecae confirmatione hoc loco opus sit? III. ibid. sententiae in vtramque partem. III. ib. effectus huius pacti, quod argumentum praebeat dominii translati. III. ib. hinc, si venditor in licitatione rem sub hoc pacto venditam denuo emat, noua emtio est. III. ib. huius obseruationis vsus ex Hubero patet. III. ibid. hinc venditor concursui creditorum immiscetur. III. 104. nec praerogatiuam sibi vindicare potest. III. ibid. venditor nouo emtori ob hanc hypothecam non praefertur. III. ibid. alii effectus insignes in protopraxia creditorum. III. ibid. praefertur venditor creditoribus omnibus aliis, etiam priuilegiatis. III. ibid. modo pactum de hypotheca ante traditionem initum sit. III. ibid. praefertur etiam fisco in tributis. III. 105. venditor vi huius pacti actionem hypothecariam habet. III. ibid. qua contra tertium vti potest. III. ibid. quod limitatur. III. ibid. ob clausulam constituti Salvianum interdictum locum habet. III. ibid. an detur contra tertium. III. ib. ad hypothecam introducendam attenduntur verba: damus & assignamus. III. 109. hypotheca conuentionalis expressa & tacita, quomodo differant. III. 113. seq. in hypothecis constituendis mens contrahentium potius, quam verba, inspici debent. III. 109. hypotheca prior, si pacto constituta, posterior autem tradita, illa potior est. III. 321. idem valet, si prior tacita, posterior expressa. III. 323. item, si prior generalis, posterior specialis. III. ibid. si hypotheca specialis cum generali capitur, quae cautela. III. ib. si prior conuentionalis, posterior iudicialis, quae potior. III. 324. hypothecarii praeferuntur priuilegium personale simplex habentibus. III. 325.

I.

Iactus, an ob eum salua naue factum teneatur assecurator? III. 307. si ob iactum in mari contributio facienda, cibaria in aestimationem non veniunt. III. 296.
Iaphetus s. Iapetus, Europae populorum progenitor. I. 6.
Ignorantia, eius diuisiones. III. 410. seq. rerum singularium. III. 412.
Illiquidum non est, quod celeri probatione liquidum fieri potest. III. 297.
Imagines, de iis obseruatio Mabillonii. I. 206.
Imperator saluum conductum a regionum dominis requirere opus non habet. III. 401. eo mortuo Rex ipso iure succedit. III. 389.
Imperium, eius diuisio in animata & inanimata. I. 35. 241. foeminarum apud

Digitized by Google

Germanos aliquando admissum. I. 33.
Improbitas, ex ea actionem quem consequi, ratio iuris non patitur. III. 133.
Imprudentiae damna. III. 416.
Inaequalitas aliqua in emtione venditione toleranda. III. 315.
Incendium, quae culpa de damnnis eo datis praesteturIII. 284. & quis probare debeat. III. 283. seq.
Incuria damno est. III. 315.
Indiani ab Indo fluuio dicti. I. 64.
Indicia an ad condemnationem valeant. III. 378.
Inficiatio sola a poena non liberat. III. 378.
Ingäff quis. I. 6.
Inimicitia priuata apud Francos armis prosecuta, quod iudiciorum instituto contrarium. I. 269.
Iniuria, an eius autorem nominans liberetur. III. 368.
Iniuriarum actio an honoris amicitiaeque symbolis tollatur. III. 372. an vsu sacrae synaxeos. III. 373.
Inofficiosi testamenti querela quando locum habeat, praxis & theoria discrepant. III. 58. seq. Iure digestorum liberis, parentibus & fratribus competit. III. 61. cur hoc ius non valeat, cum nullibi prohibitum sit. III. ibid. rationes, quia iure Romano antiquo patres excluſi fuerunt a fratribus. III. ibid. iure Codicis quid statuendum? III. ibid. adducitur l. 1. C. Theodos. de inofficios. testam. III. ibid. sensus legis 27. C. de inoffic. test. explanatur. III. 62. exteri ICti iuri Iustinianeo obloquuntur. III. ibid. quod exemplis probatur. III. ibid.
Insignia materna an spurii consequantur? III. 262.
Instituta cuique populo propria. III. 258.
Instrumentum simulate a marito factum, quasi pecuniam ipsa mulier accepisset, huic non obstat. III. 9. si in instrumento verba: fide & periculo &c. contineantur, an pignus generale sit constitutum? III. 108. priuatum absque recognitione nihil probat. III. 118. instrumentorum tam publicorum, quam priuatorum collectio. III. 14. instrumentis opponi potest deceptio & dolosa inductio. III. 110. non lectio, vel tantum subscriptio ratione officii, vel cum protestatione: **ihm und seinen Erben ohne Schaden.** III. ibid. vel si dominus rem suam oppignorari sinat & dissimulet. III. ibid. instrumenta testibus praestant. III. 288.
Interpretatio quando contra emtorem vel venditorem fiat. III. 327.
Interregnum in Francia post Clotharium IV. notabile. I. 299. post Theodoricum quinque annorum. I. ibid. a morte Friderici II. Imper. longissimum. II. 20.
Inuenta inuentoribus *communia*. III. 354. quomodo acquirantur? *III.* 355.
Inuentarium, eius non confecti effectus (1) quod haeres vltra haereditarias vires obligatus sit. III. 161. cuius ratio vera indagatur. III. 162. exceptio prima in legatis, vbi regula: neminem oportere legati nomine plus praestare, quam ad eum ex haereditate peruenit. III. ibid. exceptio secunda in milite, quem omissio inuentarii in solidum non obligat. III. 163. dissentientes refutantur. III. ibid. tertia in delictis, nisi ad haeredes inde aliquid peruenerit. III. ibid. quarta & quinta in Ecclesia & fisco III. ibid. sexta, si creditores & legatarii ipsi fateantur, haereditatem non fuisse soluendo. III. 163. seq. quidam falso putant, iure Canonum hunc effectum sublatum esse. III. 164. in foro Saxonico haeredes non aliter obligantur, *als ferne* das

Digitized by Google

das Erbe währet. III. ib. licet inuentarium non confecerint. III. ibid. in foro conſcientiae idem obtinet. III. 165. (2) praeſtatio facti defuncti. III. ibid. huic conſequens eſt de reuocatione feudi alienati, ſi haereditas cum beneficio inuentarii adita fuerit. III. ibid. (3) obligationum commixtio fit. III. 165. ſeq. vt pluribus docetur. III. ibid. exceptio eſt in lege Falcidia. III. ibid. id vero inuentario confecto non fit. III. ibid. adeo vt confuſio fiat, ſi duae obligationes diuerſi generis coierint. III. 167. quod inuentario confecto non obtinet. III. ib. (4) hypothecae duratio a defuncto conſtitutae, etiamſi res, cui adhaeret hypotheca, alienetur. III. 167. ſeq. quod inuentario confecto ſecus eſt. III. 168. (5) amiſſio Falcidiae ob non confectum inuentarium. III. ibid. an & Trebellianica amittatur? III. ibid. & ſeq. multi DD. affirmant. III. 169. alii rectius contrarium aſſerunt. III. ibid. quod pluribus defenditur. III. ibid. & ſeq. mediam viam euntes reiiciuntur. III. 171. an legitima inuentario non confecto amittatur? III. ib. quod negatur. III. ib. an haeres cum inuentario haereditatem repudiare poſſit? III. ibid. negans ſententia verior, niſi temperamentum Franzkii quis approbare velit. III. ibid. & ſeq. an confecto inuentario periculum rerum haereditariraum ſit haeredis? III. 173.

Inuentor rei an praemium poſcere poſſit? III. 279. ſeq.

Inuito non datur beneficium. III. 418.

Ipadum i. e. Pader fluuius, vnde Paderborn. I. 75.

Ira circa actiones humanas quid momenti habeat. III. 414.

Irmen-Seul, Martis idolum apud Saxones. I. 76. a Ludouico Pio repertum & Hildeſiam translatum. I. 77. eius altitudo & figura. I. ibid.

Iſidis idolum, ei a parte Sueuorum ſacrificatum. I. 20. quod nomen ex Aegypto veniſſe creditur. I. 21.

Iſtäff, ſ. Iuſtäff quis. I. 6.

Itineris, actus, viae ſeruitus per vicinorum prata & fundos. III. 90. quisque in ſuo pati debet, quod ſibi non nocet. III. ib. moderate tamen alter vti praedio alieno debet. III. ibid. quid de ea quoad legatum fundi caſas iunctas habentis valeat. III. 90. ſeq.

Iudaei a Francis per Canones conſtringebantur. I. 199. poſſidebant mancipia Chriſtiana. I. ibid. quod Gregorius Pontifex miratus. I. ibid. a Chriſtianis tamen Chriſtianos emere non poterant. I. ibid. eorum conuerſio ad Chriſtianam fidem. I. 198. eiectio ex regno Francorum. I. 101. ipſis quidam Imperatores ſeruitutem impoſuere. I. ibid. apud Francos veteres Chriſtianam in vxorem ducere non poterant. I. 170. multos eorum Chilpericus Rex baptizari iuſſit. I. 198. multi vi ad baptiſma perducti relabuntur ad Iudaiſmum. I. ibid. ob ſingulare in Chriſtianos odium nonnullibi publico commeatu non gaudent. III. 70. quod exemplis probatur. III. ibid. in aſſecurationibus Iudaei fingunt nomina Chriſtianorum. III. 311. furtiuae res quomodo apud Iudaeos Francofurtenſes inquirantur. III. 374.

Iudex in quibus ſponte ſuum officium exerat. III. 278.

Iudicia Francorum, diuerſa eorum genera & modus procedendi. I. 258. ratione teſtium. I. 263. iudicium aquae frigidae & feruentis. I. ib. examen crucis. I. 264. iusiurandum purgationis. I. ibid. vbi & quomodo praeſtitum fuerit. I. ibid.

— Weſtphalica quando coeperint. I. 267.

Digitized by Google

opinio, quod a Carolo M. constituta, reiicitur. I. ibid. & seq.
Lugundes, Clotharii I. vxor, foemina optima. I. 281. seq.
Iubones, Germaniae magnae populi. I. 55. ipsorum sedes. I. ibid. & seq.
Iuramentum Germanorum per arma sua. I. 31. exempla de Quadis, Saxonibus, Alemannis. I. 32. an licitum Christianis. III. 289. ad purgatorium an fur admittendus? III. 292. suppletorium ad aestimationem rei singularem non sufficit. III. 316. si ad Deum immediate directum, ab eo recedi nequit III. 292. coactum an obliget? III. 290. eius remissio fit vel expresse vel tacite. III. 292.
Iurisprudentia diuiditur ab obiecto in vniuersalem & particularem, publicam & priuatam, Ecclesiasticam & secularem, allodialem & feudalem. III. 3. in ciuilem & criminalem. III. ibid. a forma in elementarem & pleniorem. III. ibid. a fine in iudiciariam & cauentem s. cautelarem. III. ibid. cauens an detur? III. 4. seqq. an necessaria vel vtilis? III. ibid. ex statu in naturalem, oeconomicam & ciuilem. III. 24. iurisprudentiae aliquando miser status. III. 256. seqq. eius iuuandae remedia qui proposuerint. III. 257. iurisprudentia rixosa. III. 317.
Ius non scriptum apud veteres Germanos viguit. I. 35.
– Patronatus qua occasione introductum. I. 204.
– positiuum & arbitrarium pro diuersitate ciuitatum variat. III. 28.
– Primogenituae a Seculo XV. nonnullibi introductum. II. 24. opes, splendorem & dignitatem familiarum conseruat. II. 68. in dubio ICti receptum esse statuunt. II. 69. fauorabile, non odiosum censeri debet. II. ibid. de eo quid in Capitul. Ioseph. cautum. II. ibid. in Comitatu Lippiaco iam Sec. XIV. viguit. II. 72. seq. obiectiones quaedam soluuntur. II. 73. a Simone VI. Comite non mutatum. II. 74. seq. quod per praecipua superioritatis iura probatur. II. 76.
Iusiurandum eius personam, qui iurauit, non egreditur. III. 50. a maioribus praestitum an posteros obliget? III. 54. iurantis personam arctius stringit. III. 111. ab illo remitti potest, in cuius gratiam iuratur. III. 291.
Iussus expressus maiorem vim habet, quam consensus praesumtus. III. 29.
Iustitia veterum Germanorum erga exteros parum laudatur. I. 22. seq.
Iuuenes veterum Germanorum nudi agebant. I. 18. eorum exercitatio in armis. I. 26. sera ipsis Venus. I. 17. quod ciuitatis ex voto optimae institutum. I. ibid. pares validique mixti fuere. I. ibid.

K.

KAla monasterium in *Pago Parisiano*. *I.* 299.
Kellenhöff, Kellenhoff-Vogtey quid. *II.* 176.
Krapack mons ad Danubii flexum. *I.* 12.
Kriegs-Mann Martis filium significat. *I.* 9.
Krodo, eius idolum Carolus M. euertisse dicitur. *I.* 22.
Krummstab schleußt niemand aus. *III.* 17.

L.

LAdung bringet das Geleit mit. III. 262.
Laesio vltra dimidium procedit, vbi coniuges pactis dotalibus a portione statutaria discedunt. III. 171.
Laguirion, Alemannorum olim ciuitas. I. 67. quomodo hodie dicatur I. ib.
Lamazon, i. e. Amasus, die Ems. I. 75.

Digitized by Google

Landerieus, Maior domus sub Chilperico I. 301. sub Clothario II. Francorum Regibus. I. ibid.
Landgrauii vox Sec. XI. in Germania audiri coepit, & Comitem prouincialem denotauit. II. 14. Ducibus nunquam subfuerunt. II. 26.
Landsiedel = Leybe quid sit? III. 258.
Latrocinia extra fines ciuitatis apud Germanos non habebant infamiam. I. 15.
Laudemium, Hand Lehn. III. 282.
Legata apud Turcas canibus relicta. III. 238. in quibus pietatis officium collocant. III. ibid. Romani quoque hoc iure vsi. III. ibid. qui & Dios haeredes instituere poterant. III. ibid.
Legatus, *Legati*, Franci eis in bello & pace vsi. I. 273. legati s. missi regii, per prouincias missi, in Episcoporum, Abbatum, Comitum administrationem inquirebant. II. 9. plura eorum officia. II. ibid. legatos inuiolabiles praestat non gentium ius, sed instituti ipsius ratio. III. 246. eorum sanctitas ex iure naturali hypothetico. III. ibid. lex de non violandis legatis non pertinet ad eos, per quorum fines transeunt. III. ibid. vnde certis casibus interfici possunt. III. ibid. cuius exempla adducuntur. III. ibid. si apud nos delinquunt, securitatem sibi promittere nequeunt. III. 247. plerumque tamen secedere iubentur. III. ibid. exemplum legati Portugallici. III. ibid. extenditur, si simul subditus & legatus Principis externi sit. III. 248. exemplum Wicquefortii. III. ib. legatum assiduum in aliena ciuitate habendi est ius ex suppositione. III. 93. exemplum Gallici legati traditur. III. ibid.
Legitima, eius relinquendae titulus controuertitur. III. 59.
Leibgeding. III. 301.
Leib-Henne. III. 401.
Lemouii, Germaniae magnae populi. I. 56. ipsorum sedes. I. ibid. Lauenburg vrbs & fluuius Leve de ipsorum nomine adhuc testari videntur. I. ibid. seculo V. in Italiam commigrauere. I. ibid.
Leudesienſis, Maior domus sub Theodorico, Francorum Rege. I. 304.
Lewigeldus, Vesi-Gothorum Rex. I. 67.
Lex, Leges imperia animata. I. 35. 241. leges scriptas proprias Franci habuere. I. 257. quomodo hae apud illos dictae? I. 254. legum diuisio in Ecclesiasticas & mundanas. I. ibid. Ecclesiasticae in Synodis latae. I. ibid. Caroli M. tempore Capitulorum collectio emersit. I. ib. quid dicendum de excerptis ex Pontificum Epistolis. I. 255. huc referri possunt leges Salicae & Ripuariorum. I. 256. vnde lex Salica dicta. I. ib. editiones eius duae. I. 257. magna varietas legum apud Francos, de qua prudentes conquesti. I. ibid. vim legis diploma Regis apud eos habuit. I. 288. leges aliorum populorum nosse iucundum est. III. 236. leges positiuae in statu naturali non vigent. III. 27. lex quomodo tunc sumatur. III. ibid. nec obtinent consuetudines. III. ibid. lex quae irrita esse voluit, aut alias extincta, non raro quasi reuiuiscunt. III. 240. exempla in contractibus & vltimis voluntatibus. III. ibid. & seq. lex vbi adhuc salua est, multorum transgressio summum Imperantem & indulgentiam commouere potest. III. 30. legum vis intra territorium terminatur. III. 31.
Liberi veterum Germanorum cum matribus domus ministeria obierunt. I. 18. labori & duritiei studuere a paruulis. I. 25. ex matrimonio instaurato nati nascuntur legitimi. III. 144. casus singularis a Rochefortio adducitur. III. ibid. parentem defunctum in successione repraesentant. III. 50. in descendentibus iure Iustinianeo in infi-

Digitized by Google

ritum obtinet. III. 51. quod pariter in fratris defuncti, patrui vel auunculi liberis locum habet. III. ibid. licet moribus valde discrepantibus. III. ibid. liberorum repraesentatio etiam in testamentis & fideicommissis se exerit. III. ib. ratione aeris alieni repraesentantes pro persona vna habentur. III. ibid. liberi aliquando sequebantur conditioem matris. III. ibid.

Limac fluuius, die Leine. I. 75.

Lingones Luneburgenses dicti. I. 12.

Lingua Scythica mater Germanicae & Gallicae linguae. I. 4. seq. linguae veterum Francorum quae? I. 141.

Lippa, die Lippe. I. 75.

Literae, earum expertes veteres Germani non fuere. I. 2. quomodo Taciti locus de literis amatoriis intelligendus. I. 20. literarum Germanicarum primus scriptor. I. 83. earum difficilitas. I. ibid.

— diffidationis, Abſag-oder Fehde-Briefe, poena gladii puniuntur. III. 427.

Liti, ſ. Lazzi, Saxonum gens. I. 78.

Litium incommoda. III. 272.

Loca, quae Germani incoluere, dicta sunt Germaniae. I. 9.

Locator in bonis conductoris tacitum pignus habet. III. 112. quod legale mixtum appellatur. III. ibid. vsus ostenditur in quaestione, vbi res minoris sunt illatae, quatenus ille teneatur? III. ibid. tacitum pignus quoque obtinet in bonis secundi conductoris, si aedium conductor eas rursus alteri locauit. III. 113. diuersa ratio est rerum illatarum in praedium rusticum. III. ib. si in locatione tempus adiectum, ab eo recedere non licet. III. 213.

Longobardi ſ. Langobardi, Germaniae magnae populi. I. 56. de illorum sede disceptatur. I. 56. eorum scriptores. I. ibid. & 119. origo & progressus. I. 119. inter se paeate vixerunt. 121. Arianissimum sectati sunt. I. ibid. Agilulfus ad fidem Christianam conuersus. I. ibid. postea duos Episcopos, Catholicum & Arianum, habuere. I. ib. quidam fidem Christianam nondum amplexi adhuc idololatriae dediti. I. ibid. mores & habitus describuntur. I. ibid. Regia Regum. I. 122. Reges corona insigniti, cuius forma adhuc Monzae cernitur. I. ibid. Regum potestas ignoratur. I. ibid. Reges mox electitii, mox successiui. I. ibid. eorum leges quae & a quibus conditae. I. ib. iudiciorum modus. I. ibid. Regum series & eorum descriptio. I. 123. seqq. regni Longobardici euersio & subiugatio a Francis. I. 126.

Loteria III. 301.

Luci ſ. nemora a veteribus Germanis consecrata. I. 20.

Luckeualen hodie Leodienses dicuntur. I. 83.

Ludouicus Pius Aquitaniae Rex coronatus. I. 309. Imperator Rhemis vnctus. I. ibid. filiis regnum diuisit. I. 310. post aliam diuisionem facere voluit. I. ibid. hinc filiorum dissensio ac bellum. I. ib. ipse captus & exauctoratus, post restituturus. I. ibid. annus mortis. I. ibid. persona eius & virtutes. I. ibid. diuisionem inter filios iureiurando firmauit. II. 11. vnde mala & discordia orta. II. ibid. tot exinde bella. II. ibid. nimis liberalis fuit. II. ibid.

Ludus, *Ludi*, eorum lucra incerta & fluxa. III. 287.

Luneburgum post deletum Bardeuicum creuit. I. 56.

Lusitanica successio. III. 353.

Lutherus benigne de ICtis sensit. III. 258. colloquia mensalia pro suis non agnouit. III. ibid.

Lygii, Germaniae magnae populi. I. 56. eorum solum nunc Poloni incolunt. I. ibid.

Digitized by Google

I. ibid. qui populi ipſis annumerati. I. ibid.

M.

Macedonianum SCtum, ſi ei fraus accedit, huic ſubueniendum. III. 9.
Magiſter & inſtitor citra praeponentis voluntatem non intelligitur. III. 197. ei mandati vel aliae actiones competunt. III. 204.
Maieſtatis laeſae crimen committunt peregrini. III. 258.
Maior domus apud Francos. I. 220. vnde nomen? I. ibid. eius officium. I. ibid. & ſeq. cauſa incrementi. I. 221. titulo illuſtris vſus. I. ibid. vtilitatem populi primario intendit. I. 222.
Maior pars, vt ius faciat, fundamentum. III. 420.
Malouendus, Marſorum Dux. I. 40.
Malus ſemel, ſemper talis praeſumitur. III. 383.
Mandatarius ad exactam & ſolitam diligentiam obligatur. III. 294. regulariter de leuiſſima culpa non tenetur. III. 295.
Mandatum, eius fines excedens mandati actionem non habet. III. 203. nec remedium ex l. 32. D. de reb. cred. III. ibid. nec negotiorum geſtorum actionem. III. ibid. ſed alio modo tali mandatario conſulitur. III. ibid. vel verbis vel facto fit mandatum. III. 196.
Mangones ſ. die Mengen, qui? I. 200.
Mann non ſemper virum, ſed & vaſallum, licet foeminam, notat. II. 39.
Mann-Geld quid? II. 36. quandoque aliter accipitur. II. 39. circa pecunias vaſalliticas reſponſum, cum documentis. II. 40. ſeq.
Mann-Lehen foeminas non excludit. II. 39.
Mann-Recht III. 401.
Mannus quid denotet? I. 6. apud Romanos qui Manii dicti? I. ibid. quid de Manni filiis, quorum Tacitus meminit, ſtatuendum? I. ibid.
Manſionarius, eius munus apud Francorum Reges. I. 181.
Manus datio ſymbolum obligationis. III. 269.
Marchiones apud Francos, qui in limitibus conſtituti. I. 250. quomodo alias vocati? I. ibid. qui fuerint & vnde dicti? II. 8. non ſub Henrico Aucupe coeperunt contra Crantzium. II. 10. aliorum opiniones refutantur. II. ibid. alii maiores, alii minores. II. 8. eorum officium & munia. II. ibid.
Marcomanni, Germaniae magnae populi. I. 56. de ipſorum ſede diſputatur. I. ibid.
Mare externum dominii capax eſt. III. 77. hinc ius tranſitus per mare. III. ibid. ſi proprietas alii populo quaeſita. III. 81. ius ad portum appellendi vel valetudinis vel tempeſtatis cauſa. III. 77. per alienum mare tranſeuntes vela demittunt. III. 78. quod exemplis probatur. III. ibid. modus demiſſionis pactis definitur. III. ibid. in mari tranſeuntes an cogi poſſint, vt merces in terra noſtra ſiſtant. III. 79. an tranſeuntium mercibus vectigal imponi poſſit? III. ibid. quod exemplis probatur. III. ibid. & ſeqq. an in mari piſcatus liber ſit. III. 80. variae ſententiae & deciſum. III. ibid. & ſeq. maritima potentia primi Cretenſes excelluere. I. 7.
Maritus, eius poteſtas in bona vxoris prorſus inſolita. III. 236. ratio adfertur. III. ib.
Maroboduus, Marcomannorum Rex. I. 40.
Mars a Tencteris praecipuus Deorum dictus. I. 21.
Marſacii ſ. *Marſaci*, populi Germaniae Rhenani. I. 46.
Marſch ſ. Marſchland. I. 57.

Mar-

Digitized by Google

Marschalcus vnde deriuetur. I. 180.
Marsi, Germaniae magnae populi. I. 57. eorum sedes quae? I. ib.
Mater tutelam Regum impuberum apud Francos gessit I. 224. illegitimam prolem habere nequit. III. 260.
Matrimonium senibus apud Romanos interdictum. III. 340. plerumque ludibrio habetur. III. 341. prole non careret. *III.* ib. matrimonii obtentu an liceat famulis discedere ante tempus? *III.* 320. in eo plures homines pacto fiunt vna persona. *III.* 51. hinc participatio fortunae. *III.* 52. naturae vitium illud non dirimit. *III.* ib. iniuriarum actionem non admittit. *III.* ib. ad tempus contrahi non potest *III.* 208. adeo vt nec dispensatio valeat. *III.* ib. matrimonia apud veteres Germanos laudabilia fuisse, testatur Tacitus. *I.* 16. singulis vxoribus contenti. *I.* ib. eorum Principes ob nobilitatem plures duxere uxores. *I.* ibid. matrimonii instituta apud Francos honestissima fuere, sed incestuosae nuptiae frequentes. *I.* 170. matrimonii solutio quas ob causas contigerit. *I.* 171. casus solutionis, si ambo consentiant, ut Deo innupti seruiant. *I.* ib. matrimonio contracto mane morganegiba nouae nuptae data. *I.* ibid. liberi sine parentum consensu inire matrimonia non poterant. *I.* 172. 173. ad Morganaticam Principum & Comitum ab aliquot seculis inualuit. *III.* 235. potest in matrimonium iustum conuerti. *III.* ib. transformatum nuncupatur. *III.* ibi. aliquando circa illud dubitatio accidit. *III.* ibid. Conscientiae definitur. *III.* 149. in Gallia, Germania & alibi consuetum. *III.* ibid. an iustum sit? *III.* ibid. D. D. in utramque partem sentiunt. *III.* ibid. & sq. quid iure naturali obtineat. *III.* 150. quid iure diuino *III.* 151. quomodo & quibus conditionibus admitti possit. *III.* ibid. instauratum, quid sit. *III.* 136. quotuplex *III.* ib. an & quando iustum sit, matrimonium semel dissolutum redintegrare. *III.* ib. deducitur ex iure diuino *III.* ib. annon idem apud nos obtinere debeat. *III.* 137. ex iure Romano deducitur. *III.* ib. item ex nouissimo. *III.* ib. & seq. forma instaurati matrimonii post separationem vel diuortium. *III.* 138. quod exemplis demonstratur. *III.* ib. & seq. interdum ex necessitate redintegratur. *III.* 139. demonstratur iure Romano *III.* ibid. quod apud nos hoc in passu non obtinet. *III.* ib. alii recensentur casus, qui apud nos obtinent. III. ib. effectus huius matrimonii ex parte coniugum. III. 140. quid in eo circa dotem obtineat. III. ibid. an vxor denuo nubens dotem, quam priori marito dedit, secundo pariter constituisse censeatur. III. 241. quod ampliatur & limitatur. III. ib. dissentientium argumenta refelluntur. III. ib. & seq. bonorum communio in hoc matrimonio perdurat, si hoc actum. III. 142. huc casus singularis refertur cum instrumento nuptiali & decisio. III. ibid. aliud dicendum, si matrimonium omnino fuisset dissolutum. *III.* 143. effectus quoad tertium, si dos a tertio constituta fuit. III. ibid. huius enim consensu opus est. III. ib. si consensus non accessit, dotis exactio patri salua manet. III. ib. affine huic est matrimonium de facto, non de iure contractum, postea ex dispensatione Apostolica redintegratum. III. 145. quid de liberis ante redintegrationem matis sit statuendum? III. ib. casus & sententia ex diurnis eruditorum Galliae. III. ib. similis casus facultari Gissensi oblatus & eius responsum. III. ibid. &

Digitized by Google

& seqq. quid circa dotem obtineat. III. 149.
Mattiaci, Germaniae magnae populi. I. 57. eorum sedem testantur Mattiaci fontes, Mattiacae aquae. *I.* ib. refutatur Scriuerius. I. ibid.
Medicus mortifera medicamenta praebens poena homicidii ordinaria tenetur. III. 428.
Melonis, Si cambrorum Ducis, memoria. I. 39.
Menapii, populi Germaniae Cis-Rhenani. I. 46. ipsorum sedes. ibid.
Mendacium, an eo obiecto liceat alapam reponere. III. 371.
Mensurarum genus Francis usitatum. I. 205.
Mercatura, ei veteres Germani dediti non erant. I. 16. quod exemplis probatur. I. ibid. quid apud Sueuos & Ubios obtinuerit. I. ib. quid. proprie sit mercatura. III. 298.
Mercurius, Germanorum Deus. I. 20. a Germanis olim dictus Wodan s. Gwodan. I. 21. vnde dies Mercurii varie nominatur. I. ibid.
Meroveus, Francorum Rex. I. 276. variae eius appellationes & mors. I. ib.
Mervigus, Thuringorum Rex. I. 84.
Merx, merces in venditione requiruntur idoneae. III. 327. earum vitia quatenus indaganda. III. ibid.
Metalli fodinarum ius an regalibus minoribus accensendum. II. 63.
Migratio Germanorum vnde orta. I. 28.
Milites Francorum lecti, non conducti erant. I. 270. poena, si lecti non veniebant. I. 271. desertores quomodo puniti I. ibid. dicebantur Herisliz s. Harisliz. I. ibid. stipendiis contenti. I. ib. milites veterum Germanorum describuntur. I. 40. vxores & liberos in castris secum ducebant. I. 41.
Ministeria dominis addicta. mutari possunt. III. 399. quod limitatur. III. ib.
Ministri, eorum factum Principis factum. III. 53. an ministrorum ciuitatis facta pro ciuitatis factis habeantur III. ib. vbi videndum, an intra fines mandati manserint. III. ib. aliter decidtur ex Iure Romano. III. ibid.
Missi Regum dicti dominici siue Regales. I. 251. quibus comparari potuerint, & munus eorum. I. ib. & seq. accipiebant tractorias stipendiales pro conditione. I. 253. ab iis distincti Missi discurrentes, qui fuerint. I. ib. illorum iudicandi potestas. I. 261.
Moguntia, ab Alanis, Vandalis & Sueuis capta & subuersa fuit. I. 10.
Mohatra, contractus species apud Hispanos. *III.* 10.
Molendi ius prius habet, qui prior venit. *III.* 326.
Molitores notati, an eorum filii in collegiis opificum tolerandi. *III.* 275. inique remissionem a locatoribus petunt. *III.* 320.
Monachi, eorum nomen Sec. IX. in varias partes scindi coepit. I. 196.
Monasteria ante Sec. IV. in Italia non reperta. *I.* 196. eorum institutum quo venerit. *I.* ib. regulae eorum variae. *I.* ib. libero homini non licebat, monasterio se addicere. *I.* ib. cuius ratio. *I.* ib. & seq.
Mores externi Germanis olim fastidiri *I.* 36. quod de vestitu, victu & lingua probatur. *I.* ib. causa ex Aristotele adducitur. *I.* ibid.
Morimund, Monasterium Cistercienſe in Gallia. *II.* 102. quando & a quo fundatum. II. ib.
Mortuus, sumtus pro eo sepeliendo facti haeredem obligant. *III.* 196. si per alienum territorium ducitur, denunciatione opus est. III. 71.
Moschi unde denominati. I. 7.
Mulier, mulieres Germanorum consiliis olim non interfuere. I. 35. obie-

Digitized by Google

ctiones resoluuntur I. ib. mulier persuasa, maritum mortuum esse, alii nupta ad priorem redire cogitur. III. 139.
Mulo-Medicus impune fert imperitiam. III. 283.
Mundiburdium quid. II. 150.
Municipium personae vice fungitur. III. 55.
Munimenta, an ea in finibus exstruere liceat. III. 82. Alberici Gentilis negantis rationes III. ib. Grotius diuersum statuit. III. 83. Gentilis a Zieglero refutatur. III. ib.
Musica Germanis, sed inamoena fuit. I. 26.
Mutschirte Rinder. III. 302.
Mutschirung quid & unde dicatur. II. 70.
Mutus & surdus se aliquando talem simulat. III. 242. quare aliquando torturae locus est. III. 243. natura talis pupillo & furioso aequiparatur. III. ibid. quod non semper verum. III. ibid. modus procedendi Ludouici XIV. III. ibid. mutus iurare potest. III. 227. & in iudiciis testis esse. III. ibid. quomodo testimonium ab eo feratur. III. ibid. & seqq.
Mutuum, an certa clausula ei adiecta valeat. III. 203. iure Canonico sub vsuris prohibitum. III. 9.

N.

NAbo fluuius. I, 57.
Nandi peritia famula artis militaris. I. 26. eius veteres Germani periti. I. ibid.
Nariſci, Germaniae magnae populi. I. 57. eorum sedes. I. ibid.
Nati, qui censeantur legitimi. III. 220. quod iure Canonico & legibus Germanorum constitutum. III. ib. exceptio, si iniusto matrimonio copulati culpa sua fuerint ignari. III. ib. exemplum notabile adfertur. III. 221.
Nauigandi peritia veteribus Germanis erat. I. 26. oceani accolae classibus valuerunt. ib.
Navis, eius magister pro naulo & contributione retentionem habet. III. 114. non tamen ius pignoris. III. ib. quod probatur. III. ib. & sq.
Nebulo, ab eo iniuria affectus Socrates eum in ius vocare noluit. III. 446.
Necessitas lege caret. III. 416. quotuplex ea sit. III. 417.
Negotiorum gestorum actio quando competat. III. 203. quando adhiberi nequeat. III. ibid.
Nemetes, populi Germaniae Cis Rhenani. I. 46. illorum fines. I. ibid.
Neruii, populi Germaniae Cis Rhenani. I. 46. eorum clientes. ibid.
Neustria, unde nomen. I. 144. fines incerti. I. ibid.
Noachus humani generis instaurator. I. 6. eius posteri in Asia propagati. I. ibid. in alias terras emigrarunt. I. ib.
Nobiles apud Germanos suos *habebant* Principes. I. 28.
Nobilitas, eius apud Germanos magna existimatio. II. 27. publicis intererat consiliis. II. ib. quod diu obseruatum. II. ib. causa libertatis. II. ib. vlteriores Principum concessiones. II. ib. torneamentorum apud eam vsus. II. ib. deinceps bona in feudum obtulit. II. ib. nobilitatis ciuilis diuersa aestimatio. III. 32.
Noctium non dierum computatio. I. 34.
Nomina veterum Germanorum plurima a Theut aut Thuistone desumta. I. 8.
Normanni dicti etiam Vandali & Gandali. I. 48.
Nortmanni septentrionales populi dicti. I. 48. Cluuerii error reiicitur. I. ib.

Digitized by Google

Nortgow ſ. Nortgouia Landgrauiatus Leuchtenberg dictus. I. 57.
Noſocomium quid. I. 198.
Notitia Imperii Germanici vnde petenda. I. 2.
Nouerca fit ex matre, quae iterum nabit. III. 343. ſeq.
Nouiomagum Nemetum hodie Spira, vnde dicatur. I. 10.
Nummi ſerrati & bigati qui dicti fuerint. I. 31. qui ferruminati. I. ib. exemplum nummorum ſuppoſititiorum. I. ib. nummorum cudendi ius an ad ſuperioritatem territorialem ſpectet. II. 63. nummi Francis qui. I. 205. modus eorum. I. ib. in palatio tantum cuſi. I. ib. quales veteres Germani habuerint. I. 31.
Nuptiae ſecundae apud Germanos minus honoratae. I. 17. ſeq. foeminae cum foemina. III. 234.
Nutrices apud veteres Germanos non admiſſae. I. 18.

O.

Obligatio an aequaliter mutua inter imperantes & ſubditos. III. 408. obligationes in taberna potoria initae in Flandria ante meridiem retractari poſſunt. I. 25. obligatio iurisiurandi deſinit, ſi velit is, cui iuratum. III. 236. obligatio vbi vnica eſt, ibi vna tantum actio naſcitur. III. 148.
Obotriti Slaui in Germania reſidentes. I. 12.
Obrinca, fluuius, Moſella eſſe creditur. I. 44. quidam Rhingouiam eo deſignari putant. I. ib. quidam legunt Abrinca & intelligunt die Aar. I. ibid.
Obſidum datio quando locum inueniat. III. 72.
Occiſor petulans quomodo puniatur. III. 384.
Occultator furi aequiparatur. III. 373.
Occupatio quomodo comparata eſſe debeat. III. 355.
Olla fortunae. III. 301.
Opificia plura exercens raro operae facit pretium. III. 388.
Oppignoratio prior priuata cedit poſteriori publicae. III. 324.
Optimates, eorum filii apud Francos Regibus miniſteria praeſtitere. I. 175. quo anno inde dimiſſi. I. 176.
Optio ſaepe difficilis. III. 350. ſi ſemel placuit, variare non licet. III. 351.
Ordo Teutonicus ſ. Marianus quando coeperit. II. 28. creuit liberalitate Imperatorum & Procerum. II. ibid. ei bona Templariorum ceſſerunt. II. ibid.
Orphanotrophium deſcribitur. I. 198.
Oſtiariorum Magiſter apud Francos. I. 181.
Oſtro-Gothi, eorum ſcriptores. I. 109. ſedes vbi. I. 110. finis quem intendere. I. 111. pietas ipſis quanta. I. 112. habitus corporis. I. ib. vrbes & domicilia. I. 113. Regum poteſtas & ratio. I. 114. hi ſucceſſionis titulo ad regnum peruenere. I. ib. conſultationes cum Senioribus habuere. I. 115. leges quae. I. ib. animus in peregrinos qualis. I. ib. Regum ſeries & deſcriptio. I. 116. eorum regni a Iuſtiniano excidium. I. 118.

P.

Pacta & contractus apud Francos non differebant. I. 213. pactorum claudicatio ſimulationem arguit. III. 15. pactum ſolum de retrouendendo ius hypothecae non parit. III. 108. ſeq. quoties a iure communi remotum, ſeruari non oportet. III. 271. pacta ſubſtantiam contractus euertentia non valent. III. 270. dant legem contractibus. III. ib. & derogant iuri communi.

Digitized by Google

muni. III. ib. legibus aequiparantur, vnde & ita vocantur. III. ib. pactis iuratis opponi possunt exceptiones. III. 292.
—antichretica, in iis, clausula licet adiecta, creditor ad rationem de fructibus reddendam obligatur. III. 230. quod ex Carpzouio & aliunde probatur. III. 231. quid sit. III. 301.
—dotalia, **Leib an Leib, Gut an Gut.** III. 343. in modum vltimae voluntatis facta superuenientia liberorum rumpuntur. III. 346.
—nuda ex iure Canonico quam vim habeant. III. 271. de moribus obligant. III. 267. an etiam pacta contractuum praeparatoria. III. 267. seq. nudorum, vti Romani iuris auctores ea definiunt, exempla. III. 266. producunt exceptionem. III. ib. in illis tres gradus discernendi, scil. assertio, pollicitatio & promissio perfecta. III. 268. seq.
Pagi Francorum quomodo diuisi. I. 195. distincti a Parochiis. I. ib. a Pagis incolae apud Francos Pagenses dicti. I. ib. Pagus notione Romana plures vicos complectitur. I. 28.
Palatia Regum Francorum describuntur. I. 200. seq. vbi de iis tractatum. I. ib. & seq.
Palatii Comes a Carolo M. factus lites minores decidebat. II. 8.
Palatini Comites Ducibus nunquam subfuerunt. II. 26.
Panquetirer. III. 360.
Papa est quilibet Princeps in suo territorio. III. 394.
Paragium, vocis Etymon. II. 59. apud Gallos ab apanagio distinguitur. II. 60. apud eos quomodo accipiatur. II. ib. Stryckius aliter definit. II. ib. Schilteri doctrina ratione Imperii Germanici expenditur. II. ib. quatuor paragii species ab eo adductae. II. 62. *prima*, quando vltrageniti territorii partem regendam accipiunt. II. ib. quae tamen species paragii non est. II. ib. *altera*, quando eidem iurisdictioni alia regalia maiora adiiciuntur. II. 63. neque haec species paragii est. II. ib. *tertia*, quando postgeniti superioritate territoriali gaudent, ita tamen vt primogenito subsint. II. ib. quod exemplis firmatur. II. ib. dubitatur, an sit species paragii. II. 64. cuius rationes adducuntur. II. ib. *quarta*, quando postgeniti cum superioritate territoriali votum & sessionem in Comitiis obtinent. II. ib. cuius plurima exempla ponuntur. II. ib. seq. sed paragii nihil his exemplis inesse adstruitur. II. 65.
Pares Curiae apud Francos quando obtinuerint. I. 267.
Parisiensis Schola a Carolo M. non instituta. I. 197.
Parochia apud Francos quomodo accepta. I. 195.
Paroemiae iuris Germanici, earum vtilitas. III. 252. earum vis *in decisionibus*. III. 253. collectio *hactenus* nondum tentata. III. 254. earum *laus*. III. 252. seq. collectores. III. 254. *iuris* Belgici. III. ib.
Partus, in confinio diuersi matrimonii conceptus, cuinam marito *adscribi* debeat. III. 222. variorum opiniones adducuntur. III. ib. *aliud* decisum ponitur. III. ib. rationes adducuntur. III. ib. partus deteriorem conditionem sequitur. III. 399.
Pascendi ius in alienis agris permissum. III. 90. dominus tamen impedire potest. III. ibid.
Pater & filius pro una persona habentur. III. 43. quae fictio in natura fundatur. III. ib. quod de solo patre, non matre accipiendum. III. ib. hinc inter patrem & filium lis non est. III. ibid. nec obligatio ciuilis inter eos nascitur. III. 44. exceptio in rebus castrensibus, negotiis tertii & delictis. III. ibid. vnde

Digitized by Google

de ius ſuitatis fluit, quo liberi haeredes exiſtimantur. III. 45.
Paterfamilias in quantum de ſuorum facto & culpa teneatur. III. 284. ſeq.
Patria poteſtas veteribus Germanis finita eſt, ſi liberi approbante populo arma ſumſere. I. 18. qui mos adhuc ſero in Germania viguit. I. 19. item nuptiis patria poteſtas finita videtur. I. ibid. quod indicat vox freyen. I. ib. & hodie nonnullibi id viget. I. 19.
Patroni cauſarum Germanis non fuere. I. 37. ſed potius ſaeuitiam in eos exercuerunt. I. ib.
Pauperes, eis non fauendum cum alterius iniuria. III. 427. pauperum & mendicorum ſub Francis facta conſtitutio. I. 193. iuſtitia pauperibus facienda. I. ibid.
Paupertas, eius encomia & effectus in iure. III. 337. ſeq.
Pax in ſtatu naturali valde lubrica. III. 34. paci initae exceptio metus opponi nequit, quod tamen temperatur. III. 40. in ſtatu aduentitio pax firmiſſimo nexu cohaeret. III. 34. ſi metus iniuſte incuſſus, an rebellibus fides danda ſit. III. 40.
Pecunia an ſub nomine mercium veniat. III. 308. eam numeratam eſſe, probare debet creditor, ſi inſtrumenta guarentigiata adſint. III. 288.
Pedum quid ſit. III. 406.
Peregrini ſunt ſubditi temporarii. III. 258.
Pericula in aſſecurationibus. III. 305. an caſus inſoliti ſub iis contineantur. III. 306.
Permutatio veterum Francorum eandem cum emtione firmitatem habuit. I. 213. permutatio rerum coacta non eſt rapina. III. 367. quod tamen limitatur. III. ib. hodie ante traditionem parit actionem. III. 268.
Perſonae plures ſaepe vnam perſonam induunt. III. 42. quo tamen caſu ſinguli eſſe non deſinunt. III. ibid. non autem res ſingulorum ſunt, niſi per conſequentiam. III. ib. & ſeq.
Pertinentiarum clauſula: Mit allem Zugehör, quid operetur. II. 157.
Petulantia modum deſiderat. III. 384.
Pfründe Kauff. III. 301.
Phoenices Graecis a latrocinando ita dicti. I. 7. hinc ἀεμπάζειν Graecis idem erat, ac φοινίζειν I. 8.
Pignus, haec vox aliquando non contractum, nec rem, ſed ius in re ſignificat. III. 106. conuentio in ſtatu naturali ius in re non producit, licet alios effectus habeat. III. ib. hinc pignoris conſtitutio inter contractus non referenda. III. ib. errores Manticae & Merlini. III. ib. & ſeq. ſed eſt pactum legitimum. III. 107. diſſentientes reiiciuntur. III. ibid. cauſae, quare Praetor huic pacto tantam vim attribuerit. III. ib. pactum legitimum an tacite ex voluntatis coniectura fiat. III. ibid. integrum Reſponſum quaeſtionem hanc explanat. III. 115. ex certis verborum formulis hypotheca colligitur. III. 107. examinatur vis particularum, *inde*, *ex eo*. III. ibid. diſſentientes refelluntur. III. ib. cautio circa pignora tacite conſtituta obſeruanda. III. ibid. quod exemplis illuſtratur. III. 109. ſeq. ex factis nudis hypotheca conſtituta quoque incolligitur. III. 110. exempla ponuntur. III. ibid. exempla ſpuria reiiciuntur. III. 111. nec retentionis iure vel facto pignus vel hypotheca inducitur. III. ibid. nec iureiurando. III. ibid. nec dolo. III. 112. aliud exemplum proponitur. III. 118. ex illatione rerum conductoris in praedium urbanum pignus quoque conſtituitur. III. 112. ſeq. item aditione haereditatis. III. 113. Pignoris vocabulum trifariam in iure accipitur. III. 118. ſeq. pignoris, ſi pro nexu ipſo

Digitized by Google

pignoris accipiatur, definitio III. 119. diuiditur in generale & speciale. III. ib. & seq. generale accipitur vel simpliciter vel secundum quid. III. ibid. quando simpliciter constitutum censeatur. III. ibid. clausula: **Bey Verpfändung aller Haab und Güter**, quae bona comprehendat. III. ibid. pignus generale secundum quid quomodo constituatur. III. 120. quale sit pignus, si debitor dixerit: **Ich versetze alle meine Güter zum Unterpfande**. III. ibid. Dd. in utramque partem adducuntur. III. ib. & seq. diuersitas pignoris generalis & specialis vnde cognoscatur. III. ib. generale & speciale differunt, ratione causae efficientis III. 121. ratione obiecti. III. 122. bona tertii, cuius successio speratur, hypothecae subiici nequeunt III. ib. in pignore generali res secus se habet. III. ib. res futurae in pignore speciali oppignorari nequeunt. III. ib. quod tamen limitatur. III. ib. in pignore generali hoc procedit. III. ibid. licet etiam tacitum pignus sit. III. ib. aut clausula de constituto possessorio adiecta. III. ib. an res pignore obligata in permutatione succedat in pignoris nexum. III. 123. aliae differentiae pignoris generalis & specialis. III. 124. ratione effectus, vbi speciale rem magis afficit, quam generale. III. ibid. contraria resoluuntur. III. ib. exceptiones ab hac regula. III. 125. seq. cautelarum obseruationes. III. 127. pignus praetorium, tametsi posterius, praeualet. III. 325. si vni ex certo die obligetur, alteri pure, ille hoc potior est. III. 322.

Pipinus Senior, Maior domus sub Clothario. I. 302. & sub Sigiberto. I. ib.

— *Breuis*, Maior domus sub Childerico. I. ib. sub Theodorico. I. 304. Principatum Francorum obtinuit. I. ibid. laudes eius. I. ib. filii eius & mors I. ibid. seq.

— Caroli filius, Neustriam & Burgundiam primo possedit. I. 305. postea totum Principatum Franciae obtinuit. I. 306. Romanae sedis Legatus. I. ib. a Bonifacio Rex unctus & coronatus. I. ib. vxor & liberi. I. ib. mors. ibid.

Piscatus in mari an liber sit. III. 80.

Placitum generale quid. I. 231. forte hodie **Muster-Platz** inde dicitur. I. ibid.

Pocillatorum praepositus apud Francos quis. I. 180.

Poena apud Germanos ex delicto aestimata. I. 42. cui ex soluta. I. ibid. in iis infligendis Germani lenes I. ibid. poenae apud Francos quae I. 266.

Poenitentia in contractibus innominatis permissa. III. 312. exceptio adfertur. III. ib. non licita in assecurationibus. III. ibid.

Pollice quid & quae eius requisita. III. 311.

Polygamia Francis veteribus *interdicta*. I. 170. exceptis tantummodo Regibus. I. 173.

Pontifices Romani, magna eorum apud Francos autoritas. I. 215. protectionem multis monasteriis concesserunt. I. 247. eorum iudicium in Episcoporum causis. I. 260. eorum potestas in Reges nunc debilitata. *III.* 12. praetextu coronationis facultatem sibi arrogarunt Caesares constituendi. II. 17. ad bella sacra Caesares exstimularunt. II. ibid.

Pontiniacum, (Pontigny) Monasterium Cistercienſe in Gallia. II. 101. quando fundatum & a quo. II. ibid.

Populi Germaniae magnae sui iuris erant I. 14. reuerentiam tamen Romanis praebuere. I. ib. unam constituere ciuitatem. I. 14. licet ratione nationum distincti. I. ibid. populi Germaniae Cis-

Digitized by Google

Cis - Rhenani qui. I. 44. Germaniae magnae qui. I. 48. quomodo se habuerint vsque ad Sec. II. a Christo nato. I. 40. quomodo tunc & paulo post considerati. I. 41. a Francis tandem subiugati. I. 62.

Porca, Alemannorum olim ciuitas, vbi sita. I. 67.

Portio liberis assignata. III. 302. statutaria vxori nullo iure aufertur. III. 271.

Possessio, magnus eius fauor. III. 357. seq. armis etiam licite defenditur. III. 358. & recuperatur. III. ibid.

Possidens, eius conditio potior. III. 322.

Postliminii ius, an in bellica recuperatione obtineat. III. 356.

Potus, eo veteres Germani valde vsi. I. 23. quod Plato bellicis gentibus commune dixit. I. ibid.

Praecedentia an Rebuspubl. ab antiquitate accedat. III. 405.

Praedium inferius hanc semper seruitutem habet, vt natura profluentem aquam excipiat. III. 83. 85. sed dominus praedii superioris cogi nequit, vt aquam in inferius deriuet. III. 88. quod Responso Giessensi comprobatur. III. ibid.

Praelatus bona Ecclesiae pignori supponere nequit. III. 121.

Praemonstratensium Ordo Sec. XII. exortus. II. 98.

Praepositio Magistri & institoris non vno eodemque modo fit. III. 197. distinguitur inter personas liberas & seruas. III. ibid.

Praescriptio apud Francos qualis obtinuerit. I. 213. aequiparatur solutioni. III. 184. iurium per interualla renascentium vbi fundamentum habeat. III. 183. variae Dd. opiniones. III. ib. & seq. quid de iis dicendum. III. 185. seq. haec quidem nocet, sed singulis annis per certa temporum interualla reuiuiscit. III. 188. probatur de dotalitio. III. ibid. de vsufructu. III. ibid. de census aut annuae praestationis solutione. III. 189. quod limitatur. III. 190. & seq. an decimae hoc modo praescribantur. III. ibid. de laudemii praestatione. III. ibid. an illa praestatio praescriptione amittatur. III. ibid. praescriptionis actio interdum saltem certo in casu locum habet. III. 192. vt in feudi actione reuocatoria. III. ib. quod explicatur & ex iure Mecklenburgico probatur. III. ibid. obtinet quoque in fideicommissis, quae distinguuntur. III. ibid. an bona fideicommisso perpetuo onerata praescriptioni sint obnoxia. III. 193. in euictionis praestatione certo tantum casu haec actio obtinet. III. ibid. item in exceptionibus. III. ib. an actio pignoratitia huc pertineat. III. 194. praescribi potest illi, de quo actio competit. III. 184. praescriptio non firmat prauam consuetudinem. III. 259.

Praesidiorum collatio in extera eaque pacata regione iusta & titulus innoxiae vtilitatis & necessitatis est. III. 81. quod amplius probatur. III. ibid. Boeclerus & Pufendorff dissentientes refelluntur. III. ibid.

Praestaria, contractus Francis peculiaris. I. 213.

Precaria, contractus Francis peculiaris. I. 213.

Presbyter olim pluribus Ecclesiis praeesse non potuit. II. 89. subinde vero aliud inualuit. II. ibid. cuius causae ad necessitatem & vtilitatem adducuntur. II. ibid. & seq. in loco Ecclesiae matris vulgo residebat. II. 90.

Pretium, de eo fidem habitam asserens probare tenetur. III. 95. re simpliciter tradita Dd. fidem de pretio habitam censent, & dominium protinus transire. III. ibid. aliquando ad coniecturas

Digitized by Google

ſturas recurrendum. III. ibid. cautelae loco quid obſeruandum. III. ibid. pretium loco rei non ſuccedit in rei vindicatione. III. 280. pretia rerum exacte definiri nequeunt. III. 315.

Primogenituraе ius. III. 352.

Princeps Synonymon eſt Regis. I. 34. aliquando Principem inter nobiles, aliquando regionis Praefectum notavit. I. 36. per vicos & pagos iura dixit. I. ibid. apud veteres Germanos Principes res minores tractauere. I. 34. maiores vero omnes. I. ibid. certis diebus coiuere. I. ibid. Principes olim dicti, qui per pagos vicosque ius reddebant. II. 5. Germani eos dixere Vorſten a praeſidendo. II. ibid. hi iterum ſuos habuere Aſſeſſores, vulgo Schöffen. II. ibid. origo expenditur. II. 29. & 30. Princeps in ſuo territorio poteſt id, quod Imperator in Imperio. III. 395. quo tempore hoc brocardicum natum. III. ibid. quo ſenſu verum ſit. III. ibid.

Prioritas in hypothecis quid operetur. III. 321.

Priuilegia perſonalia ad haeredes non tranſeunt. III. 50.

Priuilegiatus contra priuilegiatum non gaudet priuilegio. III. 324. quod limitatur. III. ibid.

Probatio per teſtes ſi deficiat, quomodo alteri conſulendum. III. 39.

Proceres olim pro Regibus ſuis fidem interpoſuerunt. III. 12. quod nunc in deſuetudinem abiit. III. ibid. cuius ratio additur. III. ibid.

Proceſſus apud veteres Germanos ſimplici ratione veritus. I. 37. certamine finitus. I. ibid. modus illius deſcribitur. I. ibid. & ſeq. nouum viſum Germanis, cum formam iurisdictionis conſpicerent. I. 37. Proceſſus a Pontificibus introducti ratio labem ICtis adfricuit. II. 257.

Procuratores iudiciorum in locum veterum Aduocatorum ſucceſſere. III. 299.

Promiſſio ob vim maiorem populo vni ab altero facta tenet. III. 291. differt ab aſſeueratione ſimplici. III. 266. metu facta iure naturae non eſt valida. III. 290. promiſſum an per ſe vim obligandi habeat. III. 266.

Propior ſibi quilibet, quam alteri. III. 416.

Proprii homines, tales interdum fiunt incolae. III. 401.

Protadius, Maior domus ſub Theodorico, Francorum Rege. I. 301.

Protectionis ius ſuprematum non confert. III. 396. niſi pacto aliud conuenerit. III. 397. cum aduocatiae iure non confundendum. III. ibid.

Proteſtatio ius tertio quaeſitum aut iure munitum aliquando tollere poteſt. III. 264.

Proxenetae ingenium. III. 340. an conueniri is poſſit, ſi laudatae diuitiae non veniant. III. ibid.

Ptochotrophium quid. III. 198.

Pubertati proximus an teſtis eſſe poſſit. III. 333. an etiam in delictis. II. ibid.

Q.

Quackerorum aſſertio iuratoria. III. 290.

Quadi, Germaniae magnae populi. I. 57. ſeq. ipſorum ſedes. I. ibid.

Quaeſtiones apud veteres Francos vſitatae. I. 266.

Quaeſtus, ei veteres Germani dediti non fuere. I. 22.

Quandocunque vox pacto addita excludit praeſcriptionem. III. 171.

R.

Rapina non eſt permutatio coacta. III. 367.

Recedere

Digitized by Google

Recadentiae ius, Rückfalls-Recht, passim in Germania introductum. III. 64. quale in Ducatu Montensi & Iuliacensi circa immobilia viget. III. ibid. adeo vt nec de iis testari liceat. III. ib.
Receptatores eadem poena digni, qua autores scelerum. III. 374.
Rechts-Sprichwort. III. 253.
Reconuentio more Saxonum qualis. III. 297. Clerici coram iudice Laico. III. 298. non tollit priuilegium causae. III. ibidem.
Rectores populi. si in mari potestatem praedandi dederint, & res amici raptae sint, quousque teneantur. III. 54. quod extenditur ad milites terrestres. III. ibid.
Redner. III. 299.
Referendarius, eius officium apud Francos. I. 178.
Regalia, eorum exercitium superioritatem territorialem non tollit. II. 63. priuati quandoque illa ita tenent. II. ibid. eis simpliciter concessis minora tantum intelliguntur. II. 156.
Reges (vel Duces) Bohemiae Imperatoris feudi nomine obligati. I. 322. quod exemplis probatur. I. ibid. Germanos Imperatores dominorum titulo honorauerunt. I. 323. ad iussa Caesarum bellis adfuere. I. ibid. ad curiam Imperatorum vocati comparuere. I. ibid. quod exemplis illustratur. I. ib. conuentibus Imperii adfuere. I. 324. exempla adducuntur. I. ibid. ex Imperatorum beneficio personalem dignitatem, post haereditariam cum officio nacti. I. 326. Error iuris Sax. & Alemann. monstratur. I. ib. Wenceslao controuersia mota de Electoratu & Archi-Pincernatu. I. ibid. & seq. Rudolphus II. Bohemorum Regi vtrumque restituit. I. 328. quod Carolus IV. in Aur. Bulla quoque stabiliuit. I. 329. Friderici II. diploma vinculum continet, quo Bohemiae Reges Imperio nexi manserunt. I. 331. seq. a tempore Caroli IV. eorum ius Electorale in dubium vocatum, post denuo stabilitum. I. 333. abhinc Bohemiae Reges Comitia rarius frequentarunt. I. 335. nec collectas Imperio amplius soluerunt. I. 337. tamen Reges ciuesque Imperii manserunt. I. 339. hodie vero aliud placitum Imperii ratione voti & sessionis vt & praestationum extat. I. 337. Decretum S. Caesar. Maiest. I. 341. antigraphum eapropter Moguntino exhibitum. I. 344. cautio ab Imperii statibus firmata. I. 345. historia introductionis legati Bohemici. I. 347.
- - *Francorum* bona propria habuere. I. 211. quo referendae Forestae Dominicae. I. ibid. ignobilibus matrimonio sociati. I. 172. eorum filiae & sorores Regibus tantum collocatae. I. ib. illorum filii viuis patribus Reges nuncupati. I. 173. cum eorum filiis filii optimatum educati. I. 175. quam habuerint potestatem. I. 217. illis Maiores domus multum potestatis subtraxere. I. 220. vtilitatem populi Reges primario intendere. I. 222. funera optimatum & priuatorum comitati. I. ibid. an electione, an successione ad regnum peruenerint. I. 223. solennis eorum inauguratio. I. 226. eorum titulus. I. 227. a Pontifice Christianissimi dicti. I. 228. eorum insignia. I. ibid. symbolum. I. 229. fides eis sacramento fidelitatis seu iureiurando fiebat. I. ibid. & seq. eis subiecti dicebantur fideles, homines siue Leudes. I. 230. in placitis dona accepere. I. 232. in peculiari tabella exhibentur. I. 312. seqq.
- - *Germanorum* veterum etiam Duces dicti. I. 33. electiti. I. 34. electio quomodo facta. I. ibid. ex nobilitate desumti.

Digitized by Google

sumti. I. 33. suadendi magis, quam iubendi, potestatem habuere. I. ibid. non omnibus nationibus Reges fuere. I. ibid.

Regia Caroli M. vsque ad vitae exitum Aquisgrani fuit. I. 162. alibi tamen palatia habuit. I. ibid.

Regio, Regiones Germaniae describuntur. I. 29.

Regionum Domini, si scripta ex archiuis in propria causa contra subditos proferunt, fidem merentur. III. 232. in sacris iam olim luculenta iura habuere. II. 105. quod exemplis & axiomate probatur. II. ib. item ex Rec. Imp. vbi dicuntur **Schützer und Schirmer des Glaubens.** II. 106. quod speciatim deducitur (1) in constitutione Episcoporum & Ecclesiae ministrorum. II. 107. (2) in legibus ferendis circa personas & res Ecclesiasticas. II. 109. illustre argumentum ex Iure Prouinc. Saxon. II. ibid. adducitur Caroli IV. constitutio, qua leges quasdam & ordinationes a Regionum dominis latas irritas facere conatus est. II. ibid. rationes contra eam adferuntur. II. 110. praecipua capita & exempla enumerantur. II. 111. seq. legum ferendarum affine est ius Placiti. II. 112. seq. quod dudum in Germania & alibi vsitatum. II. ibid. (3) in iudiciis in homines & res Ecclesiasticas exercendis. II. 113. nam monasteria de territorio Magistratus vel domini sunt. II. ibid.

Regnum vsufructuarium quid proprie sit. II. 61. ex pacto alienari potest. II. ibid.

— — Marobodui quodnam. I. 33.

Regum fides quoad actus Regios in dubium vocari nequit. III. 232. quo refertur formula: teste me ipso, quae comprobatur integra charta. III. ibid.

Regulae Monasteriorum tot, quot Ecclesiae. I. 196.

Religio ad virtutes ciuium morales pertinet. I. 19. seq. quo tempore in Germaniam penetrauerit. I. 21. in Germania Cis-Rhenana Seculo II. Ecclesiae structae. I. ibid. sed Trans-Rhenana idololatria diutius adhaesit, donec Seculo VIII. conuersa. I. ibid. religionem Christianam non modo Latinis, sed & Graecis debent. I. ibid.

Reliquiae a Francis rebus sanctis accensitae. I. 207.

Renuuciatio haereditatis. III. 302.

Repraesentationis ius apud Germanos receptum. III. 351.

Repressaliae in statu naturali licitae. II. 35. rationes dubitandi. III. ibid. in statu aduentitio aliter se habent. III. 36. tota Respubl. inde in discrimen adduci potest. III. ibid.

Res, earum diuisio in beneficia s. feuda & allodia. I. 211. quae diuisio a Francis ad alios deriuata. I. ibid. Res communis an a condomino, socio etiam inuito, vendi possit. III. 226. exceptio est in fisco. III. ibid. simile in seruo vendito. III. ibid. priuatus si rem communem totam vendat, serius partem suam vindicat. III. ibid. quaeritur, cur socius rem communem pro parte sua vendere possit? III. ibid. Res haeredis legari potest. III. 49. propter additionem legatum valet simpliciter. III. ibid. Rem meam vbi inuenio, ibi eam vindico. III. 279. Rem alterius qui bona fide alienauit, domino restituere debet, quod inde lucratus est. III. 280.

Restitutio in integrum ob instrumenta nouiter reperta locum habet. III. 117. modo producens iurer, quod antea nesci-

Digitized by Google

neſciuerit, vel producere non potuerit. III. ibid.

Retentionis iure vel facto pignus ſiue hypotheca non inducitur. III. 111. rationes adducuntur. III. ibid. retentionis ius apud Romanos tantum ex certis cauſis permiſſum. III. 319.

Retractus ius competit ſpurio in bonis maternis. III. 260.

Reudingi, Germaniae magnae populi. I. 58. Herthum cum aliis populis coluere. I. 20.

Reuerſionis ius quibusdam Germaniae locis receptum. III. 353.

Reus actori aliquando alimenta & litis expenſas ſuppeditare tenetur. III. 223. quod leges & aequitas ſaepe ſuadent. III. ibid. leges allegantur. III. ibid. & ſeq. caſus a Dd. prolatus. III. 224. qui ita extenditur, vt quidam ob creditum locum habere dicant. III. ibid. Merendae opinio adiicitur. III. ibid. contraria ſententia vſu fori praeualere videtur. III. 225. requiſita, ſi actori alimenta ſuppeditari debent. III. ibid. contrariae obiectiones refolvuntur. III. ibid. idem quoad illum valet, cuius bona ſequeſtrantur. III. ib. in controuerſiis inter Magiſtratum & ciues vtrique ex publico aerario expenſas deſumunt. III. 226. extenditur ad collegam ex collegio expulſum. III. ibid. atque ad vniuerſitatem. III. ibid.

Rex, qui malas leges fert, male ius dicit &c. III. 53.

- - Romanorum, vt Imperatore viuo eligatur, antiquum eſt. III. 390. & vtiliſſimum. III. ibid. a quo eligendus. III. 391. inuito Caeſari an adiungi poſſit. III. ibid. electionis modus aliquando controuerſus. III. 392. differt ab electione Imperatoris. III. ibid. Regis Roman. poteſtas. III. 393.

Rhegenes ſ. Ῥηγῖνες perperam pro Rhenenſibus accipiuntur. I. 7. ſed potius ſunt minoris Aſiae gentes. I. 7.

Ritterbürtig. III. 398.

Romani a ſuis Scriptoribus gentium victores nominati. I. 8.

Rütffalle-Recht. III. 353.

Rugii, poſtea dicti Vlmerugii, Germaniae magnae populi. 58. ipſorum ſedes. I. ibid.

Rugium, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.

Rumores multum trahunt de mendacio. III. 381.

S.

Saalbücher qui dicantur & vnde. I. 168.

Sacerdotes veterum Germanorum, illorum poteſtas in bello. I. 35. non debent reuelare confeſſionem. III. 336.

Sachs hodie adhuc in Saterlandia cultrum denotat. I. 73.

Sacrae literae in linguam Theodiſcam verſae. I. 143.

Sacrorum ius cuilibet Principi in ſuo territorio competit. III. 394.

Sagae an non ſiendo cognoſcantur. III. 383.

Sanguinis propinquitas, ei naturalis ratio fauet. III. 62.

Sarmatae a quo prognati. I. 7.

Saxones, eorum Scriptores. I. 73. eorum nomen quando celebre. I. ibid. vnde dicti. I. ibid. quaenam illorum origo. I. 74. tenue ipſorum initium. I. ibid.

Digitized by Google

progressus & augmentum. I. ibid. & seqq. certamen cruentum cum Clothario. I. 75. victoria ab Hermenfredo reportata. I. ibid. finis, quem intendere. I. ibid. matrimonia sancte habuere. I. 76. adulteria quomodo apud eos punita. I. ibid. fuere feroces & idololatrae. I. ibid. seq. Martis idolum, Irmensul, venerati. I. ibid. sub nomine Krodonis Saturnum coluere. I. 22. captiuos Diis immolarunt. I. 77. bellicosi. I. ib. post annum duodecimum in militiam profecti. I. 78. eorum peritia in arte nautica. I. 77. eorum diuisio in tres ordines. I. 78. fuere populosi. I. ib. hinc variae appellationes ortae. I. 79. diuisio in pagos. I. ib. vrbes non habuere. I. ib. forma Reipublicae. I. ibid. non Regem, sed Satrapas habuere, belli tempore electos. I. ibid. nomen tamen Regis & Ducis quandoque auditum. I. 80. bella. I. ibid. seqq. tributarii facti. I. ib. tandem a Carolo M. plane subiugati. I. 81. eorum Rex Witichind Christianam fidem amplexus. I. ib. multa illorum millia in Galliam abducti. I. ibid. & multi Galli in Saxoniam. I. ibid. Qui Ostphali & Westphali dicti. I. ibid. vbi errores deteguntur. I. 81. seqq.

Scabini Rachimburgii vel Ratzburgii a **Rath** vel **Recht** dicti. I. 37. Scabinorum iudicii Westphalici insolens formula iurisiurandi. III. 250.

Scandinauia s. Scanzia quid olim denotauerit. I. 13. insula incompertae magnitudinis. I. ibid.

Schildbürtige. III. 398.

Schirm-Herren, Sturm-Herren. III. 397.

Schirm-Zettul quid. III. 71.

Schöffen a creando dicti. I. 36. 37. aliquando Scauiones. I. 37. Franco-Gallis *Echevins*. I. ibid. adiutores Comitum. I. 36.

Scholae, earum distinctio. I. 197.

Schuld-Thurm. III. 360.

Schutz und Schirm geben keine Obrigkeit. II. 186.

Scriptores proprii Germanis haud fuere. I. 1. Iuris Publici vnde principia hauserint. I. ibid.

Scythae a Germanico **Schießen** dicti. I. 4.

Secundo geniti Principes in Germania iisdem cum primogenito titulis gaudent. II. 66. quod olim secus fuit. II. 67. subsunt tamen primogenitis. II. 68.

Semnones, Germaniae magnae populi. I. 58. ipsorum sedes describitur. I. ibid. variae opiniones. I. ibid. eorum cultus diuinus. I. 20.

Senatus Consultum Velleianum, eius renunciatio. III. 12. si eam Notarius iuris imperitus asserat. III. ibid. cautela adiecta. III. ibid.

Senectus honorabilis. I. 37.

Senior aetas antelationis iure gaudet. III. 405. notat dominum, hinc *signore*, *seigneur*. I. 37.

Separatio a toro & mensa. III. 140. tales coniuges ita separati adulterium committunt. III. ibid. licet poena mitigetur. III. ibid. ad aliud matrimonium digressi bigamiae crimen incurrunt. III. ibid. Separatio matrimonii non fit, nisi accesserit sententia iudicis. III. ibid.

Sepulchra intra Ecclesias fieri in Concilio Arelatensi prohibitum. I. 209. quod & olim lege generali obtinuit.

Digitized by Google

nuit. I. ibid. sed postea limitatum. I. ibid.

Sepulchri ius habenti vicinus viam iusto pretio praestare debet. III. 91.

Seruiens praedium, eius dominus regulariter nihil facit. III. 86. si noceat obstruendo aquam, actio contra eum instituitur. III. ibid. adeo vt nec aggeribus structis hanc seruitutem impedire possit. III. 87. quod tamen limitatur. III. ibid.

Seruitus, eam negans probare non tenetur. III. 85. naturaliter constituta varie accipitur. III. 65. constituitur vel immediate a lege vel consuetudine. III. ibid. quandoque etiam a iudice aut quolibet priuato. III. ibid. seruitus naturaliter constituta definitur. III. 66. eius explicatio. III. ibid. an detur talis. III. ibid. Grotii argumenta refutantur. III. 67. aliorum sententiae reiiciuntur. III. 68. naturaliter constitutae inter liberas gentes vel ex pacto. III. 70. cuius exempla narrantur. III. ibid. & seqq. vel ex iure naturae. III. ibid. species: (1) transitus per alterius ciuitatis territorium. III. ibid. (2) transitus per mare. III. 76. (3) ius collocandi praesidia in extera & pacata regione. III. 81. (4) ius vtendi exteris nauibus ob necessitatem. III. 82. (5) ius assiduos legatos in alia ciuitate habendi. III. ibid. (6) ius prohibendi, ne vicinus in territorio suo arces aut munimenta alia extruat. III. ibid. naturaliter constitutae inter Reipubl. ciues sunt: 1) seruitus aquae recipiendae. III. 83. 2) aquaeductus. III. 89. 3) aquaehaustus. III. 90. 4) itineris, actus, viae. III. ibid. 5) non aedificandi ob aemulationem. III. 91.

Seruus, *Serui*, cassati qui. I. 19. seruorum conditio alia apud Germanos, ac Romanos. I. ibid. eorum disciplina in seruos non seuera. I. ib. eos aleae lusus quoque effecit, quae seruitus voluntaria dicta. I. ib. qualis eorum conditio apud Francos. I. 172.

Seuenenigten, contracte Senigt, Anglis hebdomadem notat. I. 35.

Seuerinus, Abbas, Noricorum Apostolus. I. 72.

Sicambri s. Sygambri, Germaniae magnae populi. I. 58. ipsorum sedes. I. ibid.

Sigibertus I. Francorum Rex in Austrasia s. regno Metensi. I. 286. mortis genus. I. ibid. virtutes eius & successor. I. ibid.

— *II.* Francorum Rex in Burgundia. I. 288. a Clothario captus cum fratribus & peremtus. I. ibid.

— *III.* Francorum Rex in Austrasia. I. 294. eius virtutes & laudes insignes. I. ibid. vnicum habuit filium. I. ibid. eius mors. I. ibid.

Sigismundus, Burgundionum Rex. I. 92. eius captura & mortis genus a Francis. I. 97.

Silentium aliquando pro denegatione, aliquando pro affirmatione accipiendum. III. 263.

Sirmondus (Iacob) collegit leges Ecclesiasticas Francorum. I. 129. cui supplementum Baluzii accessit. I. 130. notas ad Goffridum confecit. I. 35.

Sisebutus, Visi Gothorum Rex, Iudaeos ad fidem Christianam adegit. I. 101.

Sitones, Germaniae magnae populi. I. 59. pro Norvvegis habentur. I. ibid.

Slaui & Venedi terras versus Orientem ad Balticum mare occupauere. I. 12.

Digitized by Google

ſub Henrico Leone attriti fuerunt. I. ibid. eorum numerus in Germania reſidens recenſetur. I. ibid.

Societas quomodo diuidatur. III. 198. in ea multum refert, an ſinguli ſocii, an per inſtitorem contrahant. III. ib. actio quaenam inter eos obtineat. III. 204. morte intercidit. III. 50. ex ea iudicari poteſt de hominis indole. III. 382. ſocietas vectigalium tranſit ad haeredes. III. 270. ſocietas vniuerſalis. III. 301.

Soldatae feudum quid. III. 210.

Solidus, eius valor apud Francos. I. 205.

Solutio, ſoluens & ille, pro quo ſoluitur, diuerſos contractus celebrant. III. 196. ſoluitur pro aliis vel contractu interueniente, vel ſine eo. III. 195. ſeq. poſteriori caſu oritur quaſi contractus negotiorum geſtio III. ib. quod & obtinet in fideiuſſore. III. 196. item ſi haeres, ad partem ſoluendam obligatus, totum ſoluerit. III. ibid. procedit & in rei communione. III. ibid. ex ſolutione pro aliis interdum donatio exiſtit. III. ibid. quod per exempla probatur. III. ibid. aliquando obligatio legalis exoritur. III. ibid. ſoluitur Magiſtris quoque & inſtitoribus. III. 197. in contractu ſocietatis pro ſocio. III. 198. correus. III. 199. tutores pro pupillis quoque ſoluunt & ſoluere tenentur. III. ib. dicet executio non ipſorum, ſed pupillorum bona afficiat. III. ibid. Solutionis verbum quomodo a plerisque accipiatur. III. 195. animaduerſio Briſſonii. III. ibid. ſaepius ſtrictius accipitur & definitur. III. ibid. Solutione pro alio facta diuerſi emergunt effectus. III. 199. ſeqq. (1) ratione eius, pro quo ſoluitur, quod ab obligatione liberetur. III. 200. nec intereſt, an ſciuerit, an ignorauerit. III. ibid. extenditur ad emphyteutam, ſi tertius pro eo ſoluerit canonem. III. ibid. quaeritur, an illi, pro quibus ſoluitur, ipſo iure liberentur. III. ibid. vbi duae regulae notandae. III. ibid. 2) ratione eius, cui ſoluitur, vbi quaeritur, an poſt ſolutionem ceſſio adhuc contra alios peti poſſit. III. 201. diſtinguitur inter obligationem principalem & minus principalem. III. ibid. contraria reſoluuntur. III. ibid. ceſſio haec quandoque neceſſaria. III. ib. & ſeq. interdum quoque is, cui ſolutum, condictione indebiti tenetur. III. 202. exceptiones traduntur. III. ibid. 3) ratione ſoluentis pro alio citra contractum praecedentem. III. 203. is actionem negotiorum geſtorum habet. III. ibid. actionem mandati. III. ib. quod pariter in fideiuſſore procedit. III. ib. ſeq. in inſtitore vel magiſtro. III. 204. in ſocietate. III. ib. & ſeq. quaenam remedia ſoluenti parata ſint, vt partem ſoluti a correo repetere poſſit. III. 205. tutori quoque eapropter actio competit. III. ibid. affinia tria ſolutionis. III. 206. qui non habet in aere, luat in corpore. III. 358. vbi hoc locum habeat. III. 359. ſolutionem partis accipiens creditor ſibi ratione reſidui non nocet. III. 364. ſolutio debitorum quatenus praeſtetur vltimo ſupplicio. III 418. mors ſoluit praeſtationes perſonales, non reales. III. 419.

Somnus, per ſomnum partratae actiones non imputantur. III. 411.

Sors noua. III. 332.

Sortitio. III. 301.

Spectacula Germanis abiecta. I. 26. exempla adducuntur. I. ibid. niſi exercitationem

Digitized by Google

tionem (Schwerdt-Tanz) ſpectaculum dicere velis. *I.* ibid.

Specus ſuffugium & receptaculum frugibus. *I.* 30.

Spira, Alemannorum olim ciuitas. *I.* 67.

Sponſa ſi cum pompa per alienum territorium deducitur, denunciari debet. *III.* 71. ſponſae a Germanis non niſi ob ſtuprum dimiſſae. *I.* 17.

Sponſalia ad certum tempus contrahi poſſunt. *III.* 209. apud veteres Francos ea contracturus ſponſae ſolidum & denarium dedit. *I.* 171.

Sponſiones. *III.* 301. 304.

Spurius ex matrimonio legitime contracto natus. *III.* 221. quod apud Romanos certo caſu fiebat. *III.* ibid. ratio adducitur. *III.* ibid. Iuſtinianus id correxit, & matrimonium per captiuitatem diſſolui vetuit. *III.* 222. ſpurii ratione matris & lineae maternae legitimorum iura habent. *III.* 260. an recte cum legitimis matri ſuccedant. *III.* ibid. an etiam auo materno. *III.* ibid. ſi de ſuccedendo ipſi ſpurio agitur, idem valet. *III.* ibid. an ſpurii materna inſignia conſequantur. *III.* 262. matri in feudis foeminis non ſuccedunt. *III.* 261.

Staffulon, Alemannorum ciuitas. *I.* 67.

Status perſonas morales vbique comitatur. *III.* 21. homo ſine ſtatu conſiderari nequit. *III.* ibid. triplex eius diuiſio, ſcil. libertatis, ciuitatis & familiae. III. ibid. alia diuiſio in naturalem & aduentitium. III. ibid. quid ſub aduentitio comprehendatur. III. ibid. conſideratur etiam vt ſtatus hominum inter ſe aequalium. III. 22. alia abhinc diuiſio. III. ibid. ſtatus, quo homines beſtiarum inſtar vagabantur. III. ibid. ſtatus olim particularis fuit. III. 23. adſcitirii ſtatus alia diuiſio. III. ibid. in ſtatu naturali ius aliquod dari, contra Hobbeſium demonſtratur. III. 24. exemplis probatur. III. ibid. ſeqq. licet Hobbeſius in ſtatu naturali ius omnium in omnia ſtatuat, hypotheſis tamen reiicitur. III. 25. licet homines dictaminibus raro pareant. III. 26. ſtatus naturalis & ciuilis differentia. III. ibid. naturalis ſtatus odioſus, ciuilis fauorabilis. III. ib. an leges poſitiuae in ſtatu naturali obtineant. III. 27. an conſuetudo. III. ibid. quod extenditur ad ius gentium maritimum. III. ibid. in ſtatu aduentitio praeter ius naturale vſum habent LL. poſitiuae. III. 28. ex natura ſtatus naturalis fluit ius aequalitatis. III. 30. hinc nec poenae in hoc ſtatu obtinent. III. ibid. nec ius praecedentiae inter ciuitates earumque rectores locum habet. III. 31. hypotheſis contraria reiicitur. III. ib. ex eo iure aequalitatis Reges ſe fratres dicunt. III. ibid. exemplis res patet. III. ibid. in ſtatu vero aduentitio res ſecus ſe habet. III. ibid. ſicuti docetur de familia. III. ibid. de ciuitate, vbi alius ſummus imperans, alius inferior & ſubditus. III. ibid. ex ſtatu naturali quoque fluit ius licentiae. III. 32. vnde multa conſectaria fluunt. III. ibid. & ſeqq. in ciuitatibus quidem multa adhuc licita, exempla. III. 33. alicubi tamen admodum reſtricta. III. ibid.

— Imperii, eorum iura ab Imperatoribus confirmata. II. 28.

Stellionatus, eius rei ſunt, qui corruptas merces vendunt. III. 328.

Stipulatio inuentum iuris ciuilis. III. 266. eam adhuc adhibendam eſſe, quidam ſuadent. III. 269.

Stoc-

Digitized by Google

Stocchi seu Stoccoli, contractus species apud Italos florens. III. 10.

Strassurae deriuatio. I. 211.

Subditi temporarii sunt peregrini. III. 258.

Suburbicarii iuribus ciuium regulariter non gaudent. III. 400.

Successio apud Francos marium, non foeminarum. I. 224. siue adoptati, siue ex impari matrimonio, naturales & spurii. I. 225. in genera vbi locum inueniat. III. 51. in ea propior gradu in linea transuersa praefertur caeteris. III. 352. & quidem indistincte quoad proximitatem. III. 57. etiamsi vna persona duplici vinculo defuncto sit iuncta. III. 353. fratrum quae sit III. 354. in bonis maternis an competat nato ex sacrificulo. III. 261. ex damnato coitu natorum. III. ibid,

Successor singularis aeri alieno defuncti non obnoxius est. III. 238. quod fallit, si quotam haereditatis acceperit. III. ib. differt tamen ab haerede, dum vltra legati vires tenetur. III. 239. nec nisi ab haerede conueniri potest. III. ibid. plane vt de donatario haereditatis dicendum. III. ibid. an teneatur successor singularis stare locationi. III. 318.

Sueui, Germaniae magnae populi. I. 48. latius se extenderunt & eorum sedes. I. ibid. quinam populi sub iis comprehensi. I. ibid. a Sueuo fluuio dicti. I. 63. eos Augustus Caesar in Galliam traduxit. I. 9.

Suffragia apud veteres Germanos ex aetate aestimata. I. 36. eorum varia computatio. III. 421.

Suffragium patris filiofamilias prodest. III. 45.

Suiones, Germaniae magnae populi. I. 59. Sueci esse existimantur. I. ibid.

Suitatis ius quid contineat. III. 45.

Summa potestas apud Germanos penes populum fuit. I. 33. temperamenta tamen non defuere. I. ibid. in quibus iuribus praecipue consistat. II. 104. seqq.

Summi imperantes a subditis interdum se conueniri & vinci patiuntur. III. 248. quod exemplis probatur. III. ibid. ex qua causa illud fiat. III. 249. quomodo. III. ibid. an eorum ius in ciuitate ad tempus circumscribi possit. III. 209.

Sunici, populi veteris Germaniae Cis-Rhenani. I. 46. coniectura de eorum sede. I. ibid.

Superioritas territorialis verbis generalibus concessa excepta intelligitur. II. 69. superioritatis non datur. II. 63.

Superstitio veterum Germanorum, eius variae species. I. 20.

Supplicia commentitia. III. 377.

Suspicio sola non sufficit ad condemnationem. III. 379. suspicionis inconsultae exemplum. III. ibid.

Syluae, earum consecratio. I. 20.

Synaxis sacra, an ab ea arcendi, qui litem habent. III. 373.

Synodi a Francis institutae de rebus spiritualibus. I. 235. earum conuocatio penes Regem erat. I. ibid. itidem confirmatio. I. 236. earum series & numerus. I. ibid. & seq. Synodi prouinciales siue particulares. I. 240. in Synodis de causis Episcoporum iudicatum. I. 261.

Tacens

Digitized by Google

T.

TAcens ad commissionem negotii an susceпisse eam censeatur. III. 264. ad epistolam an in eius argumentum consensisse credatur. III. ib. puella ad proci interrogationes an consenserit. III. ib. an, si pater interroget. III. 264. ad positiones confiteri censetur. III. ib. taceпs Christus ad interrogationem Pilati. III. 265.

Tanfana vnde dicatur & vbi templum eius fuerit. I. 21.

Toxandri, populi Germaniae Cis-Rhenani. I. 46. eorum sedes & memoria. I. ib.

Telonia, eorum constitutio & a quibus personis exigantur. I. 210.

Templum, haec vox Ethnicis familiaris. I. 203. hinc Franci templa Ecclesias dixere. I. ib.

Tempus non est modus tollendae vel finiendae obligationis. III. 207. quae regula multis difficultatibus obnoxia. III. ib. hodie modus obligationis tollendae tempore includi potest. III. ib. probatur de dominio, quod temporis cancellis constringi potest. III. 210. emphyteutae ius, etsi perpetuum natura sua sit, temporarium fieri potest. III. ib. item ius superficiarium. III. ib. ius feudi certi temporis lapsu finitur. III. ib. vsusfructus lapsu temporis finitur. III. 211. an induciae sint, quae ad centum annos condicuntur. III. ib. obstantia resoluuntur. III. ib. compromissum temporis spatio definiri potest. III. ib. mutuum ad certum tempus datur. III. ib. commodato tempus saepe adiicitur. III. ib. depositum diem recipit. III. 212. effectus eius. III. ibid. in stipulatione promissor saepe ad tempus adstringitur. III. ib. in pactis emtioni adiectis saepe dies constituitur. III. 213. societas quoque ad tempus contrahi solet. III. ib. formulae, quibus ius vel obligatio certo tempori includitur. III. ib. mentio fit duarum. III. ibid. quaeritur, an intra tempus hocce actus omnino perfici & confirmari debeat. III. 214. exemplum & responsum de hac materia. III. ib. & seq. in illis formulis dies ciuilis intelligitur. III. 216. ratione effectus duae adducuntur regulae. III. 217. vnde multa consectaria fluunt. III. ib. & seq. tempore prior, iure potior. III. 321.

Tenchteri s. Tenchteri, Germaniae magnae populi. I. 60. eorum sedes. I. ibid.

Territorii ius generali concessione non venit. II. 69.

Tertius, eius viuentis bona pignori dari non possunt, licet speretur successio. III. 122. quod nec iureiurando confirmari potest. III. ib.

Testamenta, eorum vsus sero in Germaniam peruenit. I. 32. irregularium species. III. 237. apud veteres Germanos eorum primo nullus vsus fuit. I. 32. nec recte id ad testamenta solum scripta restringitur. I. ib. deinde, cum opes augescerent, donationes mortis causa introductae. I. ib. hodienum in Geldria ignorantur. I. ib. alicubi non ita diu introducta. I. ib. Francis inusitata ab Episcopis sensim introducta. I. 212. testamentum inter publicas hominum actiones firmissima lex est, inter priuatas sanctissimum. III. 152. ob adiectam clausulam codicillarem pro inofficioso

Digitized by Google

non habendum. III. 60. Theoria vero negat, tantam clauſulae codicillari vim eſſe. III. ib.

Teſtator, editionem iuratam bonorum remittens nouercae, ei haud prodeſt. III. 231. nec parentes in fraudem legitimae ſtatuere aliquid poſſunt. III. ib. exemplum de inuentario adducitur. III. ib.

Teſtimonium coecum quid ſit. III. 229. multi eruditi ignorauere. III. ib. in ciuilibus, non criminalibus locum habet. III. ib. de peſſima quorundam iudiciorum conſuetudine Oldendorpii ſententia. III. 230.

---vnius quid operetur. III. 333. ex officio. III. 334. de proprio facto. III. ibid.

Teſtis filiusfamilias in teſtamento patris eſſe non poteſt. III. 44. diſſentientes refutantur. III. ib. in extraneo teſtamento pater & filius ſimul teſtes eſſe poſſunt. III. 45. teſtis idoneus in re ſua nemo intelligitur. III. 230. aliquando tamen hoc valet. III. ib. caſus adducuntur. III. ib. ſi teſtator remittit editionem bonorum iuratam. III. 231. item legatarius in teſtamento, quo ei legatum relictum. III. ib. rationes adferuntur. III. ib. & ſeq. lex etiam eſt, quae patrem ab inuentarii confectione abſoluit. III. 232. valet teſtimonium iniuratum, ſi regionum domini ſcripta contra ſubditos proferant. III. 232. imo de ipſis Regibus probatur. III. ib. & de iudicibus, quibus ſine iureiurando in iis, quae ad eorum officium ſpectant, creditur. III. 233. teſtis an eſſe poſſit creditor. III. 335. an domeſticus. III. 236. an pauper. III. 338. teſtis vnicus a ſingulari differt. III. 335. de proprio facto teſtari quatenus poſſit. III. 334.

Teutones ſ. Teutſchen a Deo Teut i. Thuiſtone dicti. I. 8. quanquam alias diuerſum ſtatuatur. I. ib.

Teutonicus Ordo, vid. Ordo.

Theil-Richter. III. 345.

Theobaldus, Baioariorum Dux. I. 71.

Theodebaldus, Francorum Rex in Auſtraſia. I. 280. perſonae deſcriptio. I. ib. annus mortis. I. ib.

Theodebertus I. Francorum Rex in Auſtraſia. I. 279. deſcribitur. I. ib. annus mortis. I. ib.

---II. Francorum Rex in Auſtraſia. I. 287. bis acie profligatus. I. ibid. inde Clericus factus & poſt interemtus I. ibid.

Theodo, Baioariorum Dux. I. 71.

Theodoricopolis, Alemannorum olim ciuitas. I. 67. quae hodie. I. ib.

Theodoricus I. Francorum Rex in Auſtraſia. I. 278. eius deſcriptio & mors. I. ib.

---II. Francorum Rex in Burgundia. I. 287. eius mors. I. ib. eius filii. I. ib. eius vita & mores. I. ib. & ſeq.

---III. Francorum Rex in Auſtraſia. I. 297. in monaſterium detruſus a fratre. I. ib. varia eius fata. I. ib. eius vxor. I. ib. tandem mortuus. I. ibid.

Theodoricus, Francorum Rex. I. 299. cognomine Kalenſis dictus. I. ib. eius mors. I. ib.

Theut apud Aegyptios Deum ſeu virum diuinum ſignificauit. I. 6. alias Thoyt dicebatur. I. ib. Alexandrinis Thot ſ. Mercurius. I. ib.

Thraces a Theras, filio Iapheti natu maximo. I. 6.

Digitized by Google

Thuringi, populus Germaniae, eorum ſcriptores. I. 83. Toringi ſ. Thoringi dicti. I. ib. ab idolo Thot dicti. I. 84. eorum origo incerta. I. 83. ſub Regia poteſtate fuerunt. I. 84. eorum Reges ſucceſſione gauiſi. I. ib. aliquot commemorantur. I. ib. tributarii facti. I. 85. a Francis ſubiugati. I. ibid.

Tituli geſti muneris remanent. III. 399. Titul koſten kein Geld. III. 272.

Tolpiacum, hodie Zullich ſ. Zulch. I. 152.

Torneamenta, eorum vſus quando coeperit & deſierit. II. 28.

Tractatus, bloſſe Vorſchläge, non obligant. III. 269.

Transactio macilenta praeſtat pingui victoriae. III. 272.

Tranſitus per alienum territorium, eius definitio. III. 70. alicubi reſtringitur. III. ib.

Treu Herr, treu Knecht, an inter ſummos imperantes & ſubditos locum habeat. III. 408.

Treuiri, populi veteris Germaniae Cis-Rhenani. I. 47. ipſorum clientes. I. ibid.

Treuiris, clariſſima olim ciuitas. I. 11.

Triboci, populi veteris Germaniae Cis-Rhenani. I. 47. de ſede opinio & eorum varia nomina. I. ib.

Tributa Germani viritim contulere Principibus. I. 42. modus ſoluendi. I. ib. Franci ingenui ea non ſoluebant. I. 137. 210. quod limitatum. I. ibid. tributa & collectas conductor ſ. inquilinus ſoluit. III. 197. probatur pluribus. III. ib.

Tubantes, Germaniae magnae populi. I. 60. ipſorum fines. I. ib.

Tuiſto quid ſignificet & vnde dicatur. I. 8.

Tungri, populi veteris Germaniae Cis-Rhenani. I. 47. vnde nomen vrbis Tongern. I. ib.

Tutela veterum Germanorum apud propinquos impuberum fuit. I. 19. Regum impuberum Auguſtae tutelam gerebant. II. 20. tutelae adminiſtratio apud Romanos cur vni data. III. 348.

Tutor exhibito inuentario tutus eſt. III. 199. finita tutela tutores liberi ſunt. III. ib. exceptiones adduntur. III. ib. tutorum rara fides. III. 347.

V.

Vaccae inferendales. I. 80.

Vallis Vmbroſae monachorum ordo quando introductus. II. 98.

Vandali, Germaniae magnae populi. I. 60. nationes ſub iis comprehenſae. I. ib. ipſorum ſedes diſceptatur. I. ibid. eorum irruptio in Galliam & Hiſpaniam. I. ib.

Vangiones, populi veterum Germanorum Cis-Rhenani. I. 47. ab Alanis longa obſidione deleti. I. 10.

Varini, Varni ſ. Warni, Germaniae magnae populi. I. 61.

Varus ſ. Warna fluuius Mari Baltico infunditur. I. 61. Valeſii opinio reiicitur. ib.

Vaſallus, feudum ſine conſenſu domini directi vendens, feudo priuatur. III. 97.

Digitized by Google

Vassi Francis idem quod Vasalli. I. 212. varia eorum genera. I. ib.

Vaticinandi peritia Germanis erat. I. 26. quaenam personae celebres in ea arte. I. 27.

Vbii, populi veteris Germaniae Cis-Rhenani. I. 48.

Vehicula sibi obuia quale ius habeant. III. 326.

Venatio inter artes veteris Germaniae numeratur. I. 25. vita Germanorum omnis in venatione & militia consistebat. I. ibid. 15. quo & refertur venatio aquatilis. I. ib. venationis ius an cum iurisdictione criminali connexum. III. 403. venandi ius habens an syluam circumsepire possit. III. 404.

Venatores & Falconarii Regum Francorum. I. 181.

Venditae & traditae res quomodo emtori acquirantur. III. 95. quod fundatur in iure gentium & naturali. III. 94. licet venditor rem simpliciter tradiderit. III. ibid.

Venditor si in re vendita sibi dominium reseruat, validum est pactum. III. 94. quod recenter introductum. III. ibid. Schilterus apud Romanos non minus frequens fuisse censet. III. ibid. finis huius pacti quis. III. ibid. vsus huius pacti securitas. III. 95. forma eius in quo consistat. III. 96. formula eius describitur. III. ib. huic aequipollens apud Romanos fuisse videtur. III. ib. venditio sub hoc pacto inita an pura sit, an conditionalis. III. ib. Dd. sententiae & decisio. III. ib. huic pacto aliud additur de annua mercede locationis nomine praestanda. III. 97. an tum emtio venditio maneat. III. ib. effectus huius pacti. III. ib. venditor consequitur dominium subsidiarium. III. 97. ex quo plurima consectaria fluunt. III. ibid. & seq. venditio ob pretium non solutum ipso iure non soluitur. III. 98. in tali venditione ius retractus locum habet. III. 99. thesaurus in re sub hoc pacto vendita inuentus soli emtori acquiritur. III. ibid. periculum rei solius emtoris est. III. 99. quod confirmatur ordinatione Magdeburgica. III. ibid. Schilteri dissidentis rationes reiiciuntur. III. ibid. effectus singularis, quod venditor in concursu creditorum reliquis emtoris creditoribus anteferatur. III. 100. nec concursui implicari debeat. III. ibid. nec fiscus antelatione gaudeat. III. ibid. alius effectus, quod habeat vim pacti manuum iniectionis etiam contra tertium. III. ibid. affinis huius pacti est lex commissoria. III. ibid. quomodo ab ea differat. III. ibid. vendita res si duobus fuerit, illius est, cui tradita. III. 321. venditor conditionem emtionis offerre debet. III. 327.

Venedi, mox Vinili, Vinuli, & tandem Vandali dicti. I. 14. sunt Germani & habitauere inter Vistulam & Oderam. I. ibid. quare cum aliis populis confusi. I. ibid. eorum nominis vestigia in Curlandia & Liuonia. I. 13.

Venia delictorum apud Francos a Regibus dependebat. I. 267.

Vermegaton, Alemannorum olim ciuitas. I. 67. quae hodie. I. ibid.

Vesigothi s. Visigothi, Germaniae populi eorumque scriptores. I. 98. varia nomina. I. ibid. origo & regni eorum progressus. I. ibid. illorum regnum sub Alarico damnum perpessum.

Digitized by Google

peſſum. I. 99. domicilium Toloſae & Narbonae habuerunt. I. 100. religio illis quaenam. I. ib. Sectae Arianae addicti. I. ibid. ad fidem Catholicam conuerſi & quomodo. I. 101. vitia & virtutes, artes, habitus corporis. I. ibid. Regum conditio. I. 102. conciliis variis huic conditioni cautum. I. ib. imitati Imperatores Graecos. I. 103. de rebus Eccleſiaſticis conſultatum in Conciliis, quorum Catalogus annectitur. I. ibid. & ſeq. de profanis rebus Reges cum Senioribus conſultauere. I. 104. Magiſtratus Eccleſiaſtici qui fuerint. I. 105. profanorum Magiſtratuum magnus numerus. I. ibid. leges ipſis quaenam. I. ibid. Regum eorum deſcriptio. I. 106.

Veſtitus veterum Germanorum qualis fuerit. I. 24. ſeq. idem de Sueuis probatur. I. ibid. nec alius foeminis, quam viris. I. ibid.

Via publica ſi tempeſtate vel a flumine deſtructa, vicini cogendi, vt vendant viam ei, qui praedium inter eos habet medium. III. 91.

Vici quomodo a Germanis extructi. I. 29. imago eius adhuc in Friſiae oppido Malqueire conſpicitur. I. 30. vicorum ſtructura apud Francos. I. 200.

Victoriae Germanorum aduerſus Romanos inſignes. I. 38. ſeq.

Violentia, contra eam non praeſtatur euictio. III. 329.

Violentum ſtuprum, ex eo procreati reſpectu matris legitimorum iura habent. III. 26.

Virgines veterum Germanorum ad matrimonia ineunda non feſtinabantur. I. 17. illae tantum nubebant, viduis excluſis. I. ibid.

Virginitas, eius defectus an ſit cauſa diuortii. III. 274.

Virtutes, earum diuiſio in morales & intellectuales. I. 19. quid ad morales pertineat. I. 20. ſeq. quid ad intellectuales. I. 25.

Vis maior in humanis rebus ſemper excepta. III. 417. quatenus electionem impediat. III. 414.

Viſitationes Eccleſiaſticae vnde originem habeant. I. 245.

Vita, non mors praeſumitur. III. 156.

Vitia, ob manifeſta non tenetur venditor. III. 328. rerum venditarum ob vitia non tenetur donator. III. ibid.

Vitricus matrem nouercam efficit liberis. III. 343.

Viuentis teſtamentum aperiri non debet. III. ibid.

Vlphilas, literarum Gothicarum inuentor. I. 101. verſionis Gothicae Euangeliorum autor exiſtimatur. I. ibid.

Vnitas Chriſti & Eccleſiae, de ea vbi agatur. III. 51.

Vniuerſitas feudum tenens Vaſallum vicarium conſtituit. III. 57. vniuerſitates paucas Germani habuerunt. I. 28. quid iis annumeratum. I. 193. ex conuentione ſunt vna perſona. III. 55. hinc pactis obligantur, delinquere poſſunt. III. ibid. quomodo puniantur. III. ibid. obiectio reſoluitur. III. ibid. vniuerſitates vnius generis non ſunt. III. ibid. quarundam ſocietas aequatoria, quarundam rectoria. III. ibid.

Digitized by Google

III. ibid. earum vnitas permanet, etiamsi plurimi decesserint. III. 54.

Unterthäniger non ius alteri parit. III. 171.

Vnum quot modis sumatur. III. 41. quomodo a ICto Pomponio accipiatur. III. ibid. quomodo a Philosophis. III. ibid. interdum diuersas sub se continet personas. III. 42. quae diversam a singulis nanciscuntur personam. III. ibid.

Vnusquisque sibi prodest, dum alii non nocet. III. 89.

Volcae Tectosages, quales a Iulio Caesare dicti. I. 7.

Voluntas populi id est, quod summus imperans voluerit. III. 52. seqq. voluntas actionis moralis productrix. III. 410.

Vorband obligationem apud Frisios notat. III. 108.

Vorschläge, blosse Vorschläge, tractatus non obligant. III. 269.

Vrbes Germanis non fuerunt, nisi cis Rhenum. I. 28. quae a Transrhenanis & ab Attila multum passae. I. 29. vrbium in Germania tenuis conditio. II. 26. Henricus Auceps primus iis condendis studuit. II. ibid. Ottoni M. aliquae immediate subfuere, Regales dictae. II. ibid. opulentia earum qua occasione aucta. II. ibid. Seculo XII. pleraeque efflorescere coeperunt. II. ibid.

Vrpheda a carnifice nomine muti iuratur. III. 227.

Vs, amnis in Wetterauia, a quo dictum oppidum Vsingen. I. 60.

Vsipii, Germaniae magnae populi. I. 60. eorum sedes. I. ibid. aliquando in Galliam pulsi. I. ibid.

Vsufructuaria cautio a defuncto vsufructuario remitti haud potest. III. 48.

Vsufructuarius Iur. Sax. si post sementem factam decesserit, fructus ad haeredes transmittit. III. 282. idem valet in pensionibus loco fructuum praestandis. III. ibid. secus est Iure Romano. III. 283.

Vsurae sunt voraces. III. 330. vsurarum quo casu licitae. III. 331.

Vxor laborum periculorumque socia. I. 16. vxores veterum Germanorum quomodo admonitae. I. ibid. spectaculis & conuiuiis non corruptae. I. 17. iis obest, spectaculis interesse. I. ibid. vxores veterum Francorum tertium acquaestus partem accepere. I. 171. vxor maritum exulem sequi tenetur. III. 208. vxores, imo viduae, participant de dignitate mariti. III. 52. sequuntur mariti forum. III. ib. comitantur maritum exulem. III. ibid. vxor Equitis aurati gaudet iure Equitis aurati. III. 398. etiamsi plebeia. III. ibid. vxoris aeri alieno maritus se illigat in quibusdam locis. III. 343.

W.

Wagen gewinnet, wagen verlieret. III. 300.

Waigrii Slaui, in Holsatia residentes. I. 12.

Waldenses an iusiurandum improbent. III. 290.

Waratto, Maior domus sub Theodorico. I. 304.

Warendator, Waranda. III. 282.

Warnabi Slaui Rostochienses appellati. I. 12.

Warnacharii, maiores domus sub Theodori-

Digitized by Google

dorico, Francorum Rege. I. 300. seqq.

Wehrmann. III. 368.

Werigeldum, mulcta pro talione parti exsoluta. I. 42. eius variae appellationes. I. ibid. vnde dicatur. I. ibid.

Wetterauia quomodo olim appellata. I. 52. Cattorum pago annumerata fuit. I. ibid.

Wfloadus, Maior domus sub Childerico Fr. R. I. 303.

Wisbaden quomodo olim dictum. I. 60.

Wodan quid, vid. Mercurius.

Wormatia, eius varia nomina. I. 10.

Wreacha, Alemannorum olim ciuitas. I. 67. quae hodie. I. ibid.

X.

Xenodochia a Francis instituta. I. 198. descriptio. I. ibid.

Z.

Zenden vnde. I. 195.

Ziaberna, Alemannorum olim ciuitas. I. 67. quae hodie. I. ibid.

Ziurichi, Alemannorum olim ciuitas. I. 67.

Zulpich s. Zulch non procul a Colonia. I. 67.

Zünffte. III. 276.

Zusagen machet Schuld. III. 265.

FINIS.

Staatl. Bibliothek Regensburg

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google